Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sem M. A. Th-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Societatis JESV Lucernæ. Aº. 1603.

ALFONSI

SALMERONIS

TOLETANI,

E SOCIETATE IESV

THEOLOGI,

COMMENTARII IN EVANgelicam Historiam, & in Acta Apostolorum.

TOMVS QVARTVS,

DE HISTORIA VITÆ DOMINI

NOSTRI IESV CHRISTI, VSQVE
ad Dominicam Cœnam.

PERMISSV SVPERIORVM.

B.X.

Compra a Vallenar 1956.
06543
Bibliotheca Facult. Philosophiae Prov. Cast. Orient. S.I.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Antonium Hierat, & Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.

ANNO M. DCII.

Cum gratia & Priuileg. Sacræ Cæsar. Maiest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Colleg. Ignatian.
IHS
Prov. Germ. S. J.

PRÆFATIO
ad Lectorem.

Luc. 2. Iesus quomodo proficiebat sapiẽtia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines, teste Euangelista.

DOminus Iesus, vt Lucas Euangelista testatur, proficiebat sapientia, & ętate, & gratia apud Deum & homines. Id est, iuxta mensuram ætatis sapientiam suam, & gratiam in publicum depromebat, illamque exerebat, atque in aliorum vtilitatem prudẽtissimè dispensabat: quemadmodum à nobis in fine superioris libri latè explicatum fuit. Quòd si talia, & tanta extiterunt infantiæ præludia, ac pueritiæ suæ prima veluti elementa, primique congressus: quantos diuinæ sapientiæ thesauros, gratiæq; Dei copias atque diuitias putandum est delitescere in ijs, quæ vir iam perfectus, & maturus, vtpotè triginta annos natus, quando manum suam misit ad fortia, & nõ amplius vti discipulus audiens, & interrogãs, sed vt mũdi Doctor apparens, & facere, & docere dignatus est? Equidem quoties hæc mẽte contemplor, & in animo meo verso, atque expendo diligentius, incredibilis quædam diuinorum mysteriorum, tum magnitudo, tum multitudo, me in admirationem rapit, intellectumque meum penè obruit, ac suspensum tenet, planè vt perspiciam, verissimum fuisse Christi in diuina sapientia dispensanda progressum atque profectum. Nam per omnium ætatum incrementa, sublimiora Euangelicæ doctrinæ Sacramenta nobis aperire, & communicare voluit. Quod ergo in superioribus libris, diuino fauore nobis assistente, præstitimus, vt quæ implicita & perplexa erant, explicaremus; & quæ nodosa, enodaremus; & quæ abstrusa, reconditaq;, aperiremus; denique & quæ obscura erant atque imperuia, pro ingenij nostri mediocritate, illustraremus atque elucidaremus: idem & in hoc quarto libro; qui nudam vitæ Domini nostri Iesu Christi historiam complectitur, in qua nonnulli existunt nodi, & scrupuli, plures sub obscuræ ac perdifficiles quæstiones, non paucæ in speciem graues contradictiones; omni adhibito studio, diligentiaque, eodem Deo Opt. Max. adiuuante, nobis efficiendum est. Est autem, prudens Lector, in hoc libro scopus noster, vitam Domini nostri Iesu Christi sanctissimam exponere, atque infinitis propemodum mysterijs refertam, quam à baptismo Ioannis, ad cœnam vsq; Dominicam per triennium & paucos præterea mẽses traduxit: excepto illo sermone, quem in monte habuit exclusisq; omnib. miraculis, parabolis, vniuersisq; Domini disceptationibus, siue cũ Iudæis, siue cum Pharisæis, siue cum discipulis frequenter susceptis: hæc enim in proprios, & peculiares libros, sicut etiam quæ in cœna Dominica, & post illam in passione, vel resurrectione Domini gesta describuntur, digerenda atque explananda seruamus. Porrò historia, nihil est aliud, quàm rerum gestarum expositio, siue narratio: quibus gerendis vt plurimum interfuerit is, qui eas narrat. Græcis enim, ἱστορεῖν propriè significat videre, & cognoscere: qua de Cicero: *Nam quis nescit*, inquit, *primam esse historiæ legem, ne quid falsi dicere audeat: Deinde, ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis?* Rursus historiæ laudes complexus idem Cicero, paulò antè dixit: *Historia verò testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur?* Et in alio loco ait: *In historia pura & illustri, nihil est bre-*

Luc. 3.

Autoris mẽs atque institutum.

Historia & ἱστορεῖν Græcè quid.

Historiæ encomium.

Cic. libr. 2. de Orator. haud procul à prin. Cicer. de claris oratoribus.

est breuitate dulcius. Quòd si ad hos Ciceronis canones Ethnicorum historias metiamur, pauciſſimi ſanè, atque rariſſimi hiſtoriarum conditores inuenientur, qui lectione digni exiſtant. Nam multa in vita virorum illuſtrium conſcribenda, mendacia, ſuis affectibus ſeruientes, inſeruerunt: multa etiam ridicula, vana prorſus, & amarulenta, quorum enarratio nullum fructum continebat, memoriæ prodiderunt. Audi Ioſephum in libris Antiquit. *Non deſunt*, inquit, *qui res Neronis ſcripſerunt: quorum aliqui in gratiam eius, vt bene de ſe meriti, veritatem neglexerunt; alij indulgentes ſuis odijs, tam impudentib. mendacijs in eius famam debacchati ſunt, vt meritò damnandi ſint in hiſtoria: quos equidem non miror de Nerone mentitos; quando ne ſuperiorum quidem Imperatorum geſta ſcribentes, rationem veritatis habuerunt, quos tanto poſt nati nulla iuſta de cauſſa odiſſe poterant. Sed iſtis veritatis contemptoribus liceat vt libet ſcribere, quando delectari videntur.* Sic ille. Nonnulli item ſunt, qui confictis titulis virorum, qui aut in rerum natura non extiterunt vnquam; aut ſiquidem extiterint, nihil tamen eorum, quæ illis hiſtorici tribuunt, reuera ab eis geſtum eſt: ſed vt ideam hominis, aut bellatoris, aut prudentis, aut boni Principis, & Ducis exprimerent, libros integros hiſtoriarum condiderunt. Vnde Fabius, *Xenophon*, ait, *magis inter philoſophos, quàm inter hiſtoricos reddendus eſt; dum optimi & abſolutiſſimi Principis formam in Cyro perfectam, conatur effingere.* Et Cicero ad Q. Fatrem: *Cyrus ille*, inquit, *à Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperij.* Sunt qui etiam ſuperuacanea, & immodica prolixitate homines ſtudioſos à lectionis fructu arceant, & retardent. Quid dicam de contradictionibus? quibus non ſolùm cum alijs, qui eadem ſcriptitarunt, verumetiam interdum ſecum, non dico in ſpeciem, ſed etiam reipſa pugnant atque diſſident? Vnica eſt nimirum, & ſola, cum veritateque per omnia conſtans, vtilitatiſque pleniſſima, atque breuiſſima hiſtoria Euangelica: in qua nihil diſſidet, nihil reipſa pugnat, nihil ſibi ipſis qui Euangelium ſcripto tradiderunt, vel Prophetis, qui illa euentura præcinuerunt, aduerſatur: qua nihil eſt auguſtius, illuſtriuſue; nihil magnificentius, ſolidius nihil, neq; ſimplicius, aut ab omni fuco magis alienum atque abhorrens; nihil denique vitæ humanæ, vel reformandæ, vel in melius prouehendæ, vel perficiendæ, conducibilius.

Habet etiam Chriſtus illud tanquam ſibi peculiare ac proprium, quod non ſolùm poſt ſe, hiſtoricos egregios ac incorruptos ſit nactus, ſed etiam antequam in mundum veniret, & ex ſanctiſſima Virgine in lucem ederetur, permultos habuit Scriptores, Prophetas nempè omnes, qui eius dicta & facta certiſſimis vaticinijs, & oraculis, ob eorum firmitatem & cõſtantiam, cum eſſent euentura, de præterito præcinuerunt; quod nulli vnquam hominum ita contigit. Fuerunt præterea tam ij, qui ante Meſſiam, quàm qui poſt eius aduentum Chriſti geſta conſcripſerunt, ingenti vitæ ſanctitate præditi, & autoritate; quo apud omnes eorum ſcripta facilè fidem inuenirent, nemoque de illorum autoritate, aut veritate dubitare meritò poſſet. Quid enim magnificentius Euangeliſtis? quid Prophetis auguſtius? quid vtriſque ſolidum, aut inuictum magis? Hoc verò Princeps, aut Imperator aliquis adhuc ſortitus eſt nemo: ſolus Chriſtus hoc tantum ſanctitatis, autoritatisque ſuis ſcriptoribus potuit tribuere priuilegium. Satan hanc tantam lucem ſua per organa obſcurare tentauit, Gentiles & Iudæos excitando, qui æmulatione quadam, vitam Apollonij Tyanei, ſapientis hominis, profeſſione magi, & admirandi, poſteritati commendarent: eo animo, vt alium Chriſto non minorem, aut parem virum ſpectare poſſemus. Sunt qui contra Euangelicam doctrinam, infirmis

Ioſeph. li. Antiq. 20. ca 1.

Quintil. libr. 10. cap. 1.

Cicer. in eleganti, & prolixa epiſtola ad Q. Fratrem.

Quàm pauci hiſtoriarum conditores veri dici reperiantur.

Quæ duę res hiſtoriæ veritatem obſcurent, eleuentque.

Tertium vitium in hiſtoria profana.

Quartum vitium.

Hiſtoriam Euangelicã ab ijs omnibus vitijs atque defectibus liberam eſſe.

Secunda conditio. Quid Chriſtus ſingulare ſit nactus in ſcriptoribus ſuis.

Tertia conditio Sacræ hiſtoriæ vtriuſque, veteris, & nouæ.

Quo vno cõſilio inuidus Satan Apollonium Tyaneum, orbi obtrudere tentauerit infelix.

firmis magis, atque virulentis argumentis, quàm ſecus, egerint; quemadmodum Porphyrius, & Iulianus Imperator: neque verò etiam defuerunt, qui eò impudentiæ, & temeritatis progreſſi ſint, vt librum confictum, acta Ieſu cum Pilato continentem, in lucem ederent; quo cœleſtem prorſusque diuinam Chriſti vitam maximis flagitijs criminibuſq; contaminarent ac dedecorarent, ſicut Maximinus Imperator feciſſe legitur, nomen vt Chriſti, & Chriſtianorum odioſum redderet & inuiſum. Verum omnes iſti prorſus effecerunt nihil, durumq; fuit illis contra ſtimulum calcitare. Verè dictum eſt: *Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.* Et vt ignis purius, & nitidius reddit aurum, quod accepit, ſic illi, dum hanc hiſtoriam diuinam inſectantur, eamque vt mendacijs & contradictionibus refertam calumniantur, illuſtrarunt potius, & exornarunt. Vt enim acerbiſſimum, atque ignominioſiſſimum Crucis ſupplicium, aut calumnia pretio redempta per Iudæos à cuſtodibus ſepulchri, qui Chriſtum verè ſuſcitatũ, à diſcipulis furto ſublatum mentiti ſunt, nihil de magnitudine aut gloria Chriſti detraxit, immò multo glorioſior eſt redditus, & illuſtrior Chriſtus, & veritas Euangelij hac ratione probata, atque examinata, magis in conſpicuo eſt poſita: non diſſimili ratione Euangelica hiſtoria per aduerſariorum obiectiones, impugnationeſque vehementius inclaruit, atque ſplenduit. Suſcitauit enim Dominus multos eloquentia, doctrina, ac pietate illuſtres atque præclaros viros, qui eam ab omni iniuria vindicarunt, ſolidaque, ac ſtabili veritate nixam demonſtrarunt; aduerſariorumque impudentiſſimos conatus repreſſerunt, tela ſimul in veritatem iacta, in eorum autores feliciſſimè retorſerunt: ita vt iam de Euangelio, aliquave eius parte dubitare, nonniſi ſtultiſſimi, & inconſideratiſſimi hominis, quique nulla rationis ferè ſcintilla polleat, habeatur. Quod vel ex hoc argumento apertè comprobatur: nam dęmon à multis ſeculis, nullos ſuſcitauit alios, quàm eos, qui Euangelicam doctrinam prauis expoſitionibus, hęreticiſque planè ſenſibus inficiant, atque corrumpant; nullos verò, qui omnino Euangelia pernegare audeant, vt nouellæ omnes oſtendunt hæreſes; quæ cum ferè innumeræ ſint, omnes tamen Euangelio ſupremum autoritatis pondus tribuunt: cùm tamen in eius vera & Catholica laborent intelligentia, nihil aptè interpretantes.

Etſi verò hic liber longam telam hiſtoriæ polliceri videatur; vtpotè quæ à quatuor Euangeliorum ſcriptoribus tradita eſt: tamen ſi ex corpore tantæ hiſtoriæ prædicta omnia ſegreges, conciſior, ac breuior, vt ſpero, tractatus efficietur: ne verò lectores eius (ſi qua erit) prolixitate grauentur, ordinis luce illis ſuccurrere decreuimus. Tres in partes illum diſtribuemus: ac priori quidem ea hiſtoriæ myſteria comprehendemus, quæ à Ioannis Baptiſtæ ad prædicandum, & baptizandum miſſione continentur, vſque ad ſermonem, quem in monte Dominus habuit, quæ omnia primo prædicationis anno contigerunt. Secunda verò pars, omnia ea hiſtorica expediet, quæ ab eodem ſermone in monte habito vſque ad tertium Paſcha, quod paulò pòſt ſignum quinque panum, & duorum piſcium contigit, vt habetur in Ioanne, & in quo completur ſecundus annus prædicationis Chriſti, recenſentur. Tertia ac poſtrema pars, ab ijs, quæ ſignum quinque panum, & piſcium duorum hiſtoriam conſequuntur, initium capiet: quæ tertio anno prædicationis Chriſti euenerunt: & protendetur ad prædictionem Ieroſolymæ excidij, & aduentus Domini ad iudicium incluſum, in quo finem imponemus huic libro. Hæc itaque erit huius voluminis partiendi ratio. Porrò in hac prima parte omnia hęc

Act. 9.

Prouerb. 21. Sap. 5. Simile.

Matth. vlt.

Matth. 3. & ſeq. Infra 5. 6. & 7.

Ioann. 6.

Porphyrij & apoſtatæ Iuliani, & aliorum impiorum hominum in Chriſtum male dicta quò reciderint.

Euangelicæ hiſtoriæ robur, & fortitudo.

Eius veritatem quoquo modo in dubium reuocantes, quales illi.

Hæretici in quo vno circa hiſtoriam Euãgelicam conueniant omnes.

Huius libri in plures, tres nimirũ, partes partiendi cauſſa.

Quæ in prima parte cõtineantur.

veniunt explicanda mysteria. Primum, missio præcursoris ad prædicandum, baptizandumque: in quo locus deserti, cibus, vestimentum, prædicationis eius tenor, populorum ad eum concursus, illorumque baptizatio atque confessio, tum singularia salutis monita, quæ peculiariter certis hominum generibus dabat, exponentur. Secundum est, aduentus Christi ad Ioannem, & baptismi ab eo susceptio. Tertium, ingressus eius in desertum cum ieiunio quadraginta dierum, & noctium, & serie tentationum, quas à diabolo sustinuit, quasque sapienter ac fortiter superauit, & eluſit. Quartum est, testimonia diuersa, quæ Ioannes de Christo Domino reddidit. Quintum, Apostolorum vocatio. Sextum, Ioannes per Herodem in carcerem coniectus; quem sequitur Christi à Iudæa secessus in Galilæam; vbi primum cœpit publicè prædicare, & curationes, atque signa diuersis in locis operari; in quibus continetur signum in Cana Galilææ editum aduentus in Ierusalem ad diem Paschæ, cum eiectione vẽdentium & ementium de templo, disputatio Nicodemi cum Christo, transitus per Samariam cum conuersione mulieris Samaritanæ, concertatio Pharisæorum cum Christo: *Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter; discipuli autem tui non ieiunant?* accusatio etiam discipulorum coram Christo, quòd vellerent spicas in die Sabbati: quanquam multa ex his in librum Disputationum, & in librum item signorum explicanda reseruamus. Finem autem accipiet hæc pars prima in promotione euectioneque discipulorum ad Apostolatum, quæ proximè præcedit Domini in monte sermonem, teste B. Luca. Sed hæc omnia sequens tabella, quæ omnes huius libri tractatus complectitur, facilè explicabit: & intelliget bonus lector, quid in toto hoc volumine, & in qualibet eius parte tractandum, atque explicandum assumatur.

Ioann 2. Ibidem. Infra 3. & seq.

Matth 9.

Matth. 12.

Luc. 6.

Illud autem, candide lector, te admonendum putamus: etsi noster scopus potissimum is sit, vt vitam Domini nostri hoc loco per modum historiæ traditam explicemus; cùm tamen sint & sermones in Monte, & in cœna habiti, Miracula, Parabolæ, atque Disceptationes excipiendæ; fieri non potuisse, quin cum illis interdum fragmenta quædam historiæ, quæ illis indiuulsè hærent, simul exciperemus, ad commodius illa suo loco enucleanda: quemadmodum etiam è cõuerso, cùm de Miraculis edisseremus, quædam simul doctrinæ, vel paruę, vel longiusculæ, quæ illis sunt admixtæ, vnà cum signis veniunt elucidandæ; sine quibus rectè vel intelligi; vel explicari signa minimè valent. Hæc, me etiam non admonente, facilè prudens lector assequi poterat: volui tamen consulto illa præmittere, ne quis fortè minus cautè legens offenderetur: quasi totam Christi vitam non hoc volumine comprehenderimus; aut quasi in alijs libris explicuerimus quæ ad hunc quartum spectabant. Sed iam ad rem ipsam accedamus.

Admonitio Lectoris.

(??)

INDEX TRACTATVVM QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

PRIMA PARS.

TRACTATVS Primus, in illa Marci verba cap. 1. *Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in Esaia Propheta (Ecce ego mitto Angelum meum, &c. pag. 1.*

Tractatus Secundus, in illa verba Luc. 3. *Anno autem quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, &c. pag. 8.*

Tractatus Tertius, in illa verba Luc. 3. *Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, &c. pag. 21.*

Tractatus Quartus, in illa verba Matth. 3. *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, &c. pag. 29.*

Tractatus Quintus, in illa verba Matth. 3. *Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugêre à ventura ira? &c. pag. 37*

Tractatus Sextus, in illa verba Luc. 3. *Et interrogabant eum turbæ dicentes, Quid ergo faciemus? Respondens autem, dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det non habenti, &c. pag. 47*

Tractatus Septimus, in illa verba Matth. 3. *Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, &c. pag. 60*

Tractatus Octauus, in illa verba Matth. 4. *Tũc Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo, pag. 77*

Tractatus Nonus, De tentationibus, quibus homines à Satana infestantur, pag. 85.

Tractatus decimus in illa verba: *Et cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt, pag. 90*

Tractatus Vndecimus, In quo peculiariter de ieiunio sanctæ Quadragesimæ disseritur, pagina 102

Tractatus Duodecimus, in illa verba: *Et accedens Tentator dixit ei, Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant, &c. pag. 113*

Tractatus Decimustertius, in illa verba: *Tunc assumpsit eum diabolus in Sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, &c. pag. 125*

Tractatus Decimusquartus, in illa verba: *Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, &c. 133*

Tractatus Decimusquintus, in illa Ioannis verba: *Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es, &c. pag. 145*

Tractatus Decimussextus, in illa verba: *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas si tu non es Christus, &c. pag. 154*

Tractatus Decimusseptimus, in illa verba: *Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dicit, Ecce agnus Dei, &c. pag. 163*

Tractatus Decimusoctauus, in illa verba: *In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus, Sequere me, &c. pag. 170*

Tractatus Decimusnonus, in illa verba Ioann. 4. *Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat quàm Ioannes, &c pag. 178*

Tractatus Vigesimus, in illa verba Ioan. 4. *Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta, &c. pag. 184*

Tractatus Vigesimusprimus, in illa verba: *Dicit ei mulier, Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? &c.* pag.191
Tractatus Vigesimussecundus, in illa verba: *Reliquit ergo hydriam suam mulier: & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus, Venite, & videte hominem qui dicit mihi omnia quæcunque feci, &c.* pag.201
Tractatus Vigesimustertius, in illa verba Matth.4. *Quum autem audisset Iesus, quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, &c.* pag.207
Tractatus Vigesimusquartus, in illa verba Luc.5. *Factum est autem cum turbæ irruerent in Iesum, & audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth, &c.* pag.220
Tractatus Vigesimusquintus, in illa verba Matth.4. *Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, &c.* pag. 225
Tractatus Vigesimussextus, in illa verba Matth. 8. *Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. Et accedens vnus Scriba, ait illi: Magister, sequar te quocunque ieris, &c.* pag.231
Tractatus Vigesimusseptimus, in illa verba Matth.9. *Et cùm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, &c.* pag.238
Tractatus Vigesimusoctauus, in illa verba Luc.6. *Factum est autem in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei, &c.* pag.248

SECVNDA PARS.

Tractatus Primus in illa verba Matth.11. *Ioannes autem quum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? &c.* pag.256
Tractatus Secundus, in illam sententiam Matth.11. & Luc.7. *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* pag.263
Tractatus Tertius, in illa verba Matth.11. *Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam, &c.* pag.263
Tractatus Quartus, in illa verba: *A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, &c.* pag.273
Tractatus Quintus, in illa verba Luc.7. *Rogabat autem illum quidam de Pharisæis, vt manducaret cum illo, &c.* pag.284
Tractatus Sextus, in illa verba Luc.7. *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* pag.289
Tractatus Septimus, in illa verba Luc.7. *Vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti. Et stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus, &c.* pag.297
Tractatus Octauus, in illa verba Luc.7. *Et respondens Iesus, dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori, &c.* pag.302
Tractatus Nonus, in illa verba Luc.11. *Factum est autem, quum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, &c.* Matth. 12. Marc.3. Luc.8. pag.308.
Tractatus Decimus, in illa verba Luc.4. *Et venit Nazareth, vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam, die Sabbati in Synagogam: & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, &c.* pag.316
Tractatus Vndecimus, in illa verba: Matth.13. *Et veniens in patriam suam, docebat eos in Synagogis eorum: ita vt mirarentur, & dicerent, Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, &c.* pag.321
Tractatus Duodecimus, in illa verba Luc.4. *Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura te ipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, & fac & hic in patria tua, &c.* pag.331
Tractatus Decimustertius, in illa verba Matth.10. *Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus, Simon qui dicitur Petrus, &c.* pag.337
Tractatus Decimusquartus, in illa verba: *Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens, In viam*

viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israël. Euntes autem prædicate, dicentes, Quia appropinquauit regnum cælorum, &c. Matth.10. pag.344
Tractatus Decimusquintus, in illa verba: *Et quicunq; non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeũtes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris, &c.* Matth. 10. pag.352
Tractatus Decimussextus, in illa verba: *Tradet aũt frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quum autem persequentur vos in ciuitate ista: fugite in aliam, &c.* Matth.10. pag.359
Tractatus Decimusseptimus, in illa verba: *Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potiùs timete eum qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse væneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos, &c.* Matth.10. pag.367
Tractatus Decimusoctauus, in illa verba: *In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu. Et ait pueris suis, Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo, &c.* De quo habetur Matth.14. Marc.6. pag 375

TERTIA PARS.

Tractatus Primus, in historiam Petri Christum confitentis apud Cæsaream Philippi, de qua Matth.16. pag.381.
Tractatus Secundus, in eandẽ Petri confitentis historiam Matth.16. in illa verba: *Et ego dico tibi quia tu es Petrus, &c.* pag.387
Tractatus Tertius, super illa verba: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam,* pag.461
Tractatus Quartus, super illa verba: *Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, &c.* Matth.16. pag.405
Tractatus Quintus, in quo demõstratio fit, Christum Dominum reliquisse Ecclesiæ suæ vnum Pastorem vniuersalem, perpetuum, & summum, qui esset eius vicarius, atque illum certo loco affixisse, nempè vrbi Romæ, seu Romanæ Ecclesiæ, pag. 417
Tractatus Sextus, in historiã de prædictione mortis suæ, & Petri in increpando Domino confidentia, & repulsa, quam à Christo accepit. Et habetur Matth.16. Marc.8. & Luc.9. pag.430.
Tractatus Septimus, in historiam contentionis discipulorum pro primatu inter se certantium: habeturq; Matth.18 Marc.9. & Luc.9. pag.436
Tractatus Octauus, in historiam de scandalo pusillorum cauendo; de quo Matth. 18. & Marc.9. pag.443
Tractatus Nonus, in historiã correctionis fraternę: quę habetur tantũ Matth.18. pag.451
Tractatus Decimus, in idem præceptum de correctione fraterna, pag 457
Tractatus Vndecimus, in quo verbis Christi de correptione fraterna alius sensus tribuitur, à priore diuersus & probabilis, pag.464
Tractatus Duodecimus, in quo de suprema Ecclesiæ authoritate & potestate agitur, vt etiam præcipere & condere leges possit, quibus fideles omnes in conscientia arctare valeat, pag.479
Tractatus Decimustertius, de missione Septuaginta discipulorum ad prædicandum: & habetur tantùm apud Lucam cap.10. pag.490
Tractatus Decimusquartus, in illa verba: *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, &c.* pag.496
Tractatus Decimusquintus, in illa Domini verba: *In ipsa hora exultauit in Spiritu sancto, & dixit, Confiteor tibi, Pater, Domine cæli, & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, &c.* Luc.10. & Matth.11. pag.502
Tractatus Decimussextus, de historia Christi ingrediẽtis in quoddam castellum, in quo exceptus fuit à Martha, quam solus Lucas cap.10. refert. pag.511
Tractatus Decimusseptimus, de historia Domini ingressi in domum Pharisæi, & illotis manibus edentis. Et habetur tantùm apud Lucam cap.11. pag.520
Tractatus Decimusoctauus, de non timenda morte corporis. Et habetur tantùm Lucæ 12. pag.526

Tractatus Decimusnonus, in illa Domini verba: *Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendatur, &c.* Luc.12.pag.531
Tractatus Vigesimus, in historiam diuitis epulonis, & Lazari mendici, quę habetur Luc. 16.pag.534
Tractatus Vigesimusprimus, de historia Lazari mendici, & diuitis epulonis: quæ habetur apud Lucam, cap.16.pag.542
Tractatus Vigesimussecundus, in illa verba Domini: *Et ait ad discipulos suos, Impossibile est, vt non veniant scandala: Væ autem illi, per quem veniunt, &c.* Luc.17.pag.549
Tractatus Vigesimustertius, in illa verba: *Interrogatus autem à Phariseis quãdo venit regnum Dei, respondens eis, dixit: Non veniet regnum Dei cum obseruatione, &c.* Luc.17.pag.553
Tractatus Vigesimusquartus, de historia paruulorum, quibus Iesus manum imposuit, & benedixit. Et habetur Matth.19.& Luc.18.pag.558
Tractatus Vigesimusquintus, in illa verba: *Tunc respondens Petrus, dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? &c.* Matth.19.Marc.10.Luc.18.pag.560
Tractatus Vigesimussextus, in quo Christus mortem suam prædicit: de quo Matthæ. cap.20.Marc.10. Luc.18.pag.567
Tractatus Vigesimusseptimus, de historia filiorum Zebedæi, primas sedes in regno Christi petentium à Domino. Et habetur hæc historia Matth. 20.& Marc.10.pag.574.
Tractatus Vigesimusoctauus, de historia Zachæi publicani Christum hospitio susçipientis: quam solus narrat Lucas cap.19.pag.583
Tractatus Vigesimusnonus, de historia cœnæ Christo in Bethania exhibitæ ante sex dies Paschæ; vbi Martha ministrabat, & Maria attulit librã vnguẽti nardi. De qua Matth. 26.Marc.14.& Ioan.12.pag.589
Tractatus Trigesimus, in eandem historiam mulieris vngentis Christum in Bethania, accusatæ ab Apostolis, & defensæ à Domino. Et habetur Matth.26.Marc.14.Ioan.12. pag.595
Tractatus Trigesimusprimus, in illa verba: *Et vt appropinquauit, videns Ciuitatem fleuit super illam, dicens, Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, &c.* Et habentur Luc.19.pag.601
Tractatus Trigesimussecundus, in illa verba: *Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum opera verò eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt, &c.* & habentur Matth.23.pag.607
Tractatus Trigesimustertius, in illa verba: *Vos autem nolite vocari Rabbi, vnus est enim magister vester: Omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus est enim Pater vester qui in cælis est, &c.* Matth.23.pag.613
Tractatus Trigesimusquartus, in illa verba: *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camellum autem glutientes, &c.* Matth.23.pag.622
Tractatus Trigesimusquintus, in illa verba: *Ideò dico vobis, Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris.* Et reliqua vsque ad finem capitis Matth.23.pag.628
Tractatus Trigesimussextus, in historiam viduæ pluisquã cæteri offerentis in Gazophylacium: & habetur tantùm Marc.12.& Luc.21.pag.637
Tractatus Trigesimusseptimus, in illa verba: *Et egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt Discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis, Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secretò, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi? &c.* & habetur Matth.24.Marc.13.& Luc.21.pag.640
Tractatus Trigesimusoctauus, in illa verba: *Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorũ. Videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri; sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, & reliq.* Matth. 24. Marc. 13. & Luc.21. pagina 647
Tractatus Trigesimusnonus, in illa verba domini: *Cũ ergo videritis abominationẽ desolationis quæ dicta est à Daniele propheta, stãtẽ in loco sancto (qui legit, intelligat) tũc qui in Iudæa sunt, fugient*

fugient ad montes: & qui in tecto, non descendat aliquid tollere de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet, &c. Matth.24.Marc.13.& Luc.21.pag. 656
Tractatus Quadragesimus, in illa verba: *Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic; nolite credere, Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, &c.* vsque ad id: *Ab arbore autem fici discite parabolam.* Matth.24.Marc.13.Luc.21.pag.666.2
Tractatus Quadragesimusprimus, ac postremus, in illa verba: *Ab arbore autem fici discite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas. Ita & vos, cùm videritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum, & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt. De die autem illa & hora nemo scit, neque Angeli cælorum, nisi solus Pater. Sicut autem in diebus Noë: ita erit & aduentus Filij hominis.* Matth.24.Marc.13. Luc.21.pag.676.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Licentia R. P. Prouincialis.

LVdouicus Guzman Præpositus Prouincialis Societatis Iesu in prouincia Toletana, potestate ad id mihi facta à reuerendo admodum patre Claudio Aquauiua, Præposito nostro Generali; facultatem concedo, vt liber *De Historia Domini nostri Iesu Christi, vsque ad Dominicam cœnam*, à P. Salmeron ex primis patribus Societatis Iesu compositus, & eiusdem Societatis grauium, doctorumq; hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus. Villaregij die 31. mensis Augusti, anno Domini 1598.

Ludouicus Guzman.

Approbatio.

PERLEGI accuratè librum quartum reuerendi admodum patris Alfonsi Salmeronis, vnius ex primis decem patribus Societatis Iesu, in quo agitur de prædicatione B. Ioannis Baptistæ, vsque ad imminentem Saluatoris nostri mortem: idque iussu & mandato Senatus Regij. In primis igitur animaduerti, consentire omnia cum Catholica fide, neque solùm nihil continere repugnans & aduersum bonis moribus, & Ecclesiasticæ doctrinæ, sed etiam cum explicationibus, & communi Sanctorum antiquorumq; Patrum sensu mirificè conuenire. Tanta rursus claritate, & rerum copia nitet ac fulget, vt laus omnis propè inferior sit. Dicas autorem ita animi pietatem cum varia doctrinæ supellectile & eruditione iunxisse, vt propemodum se ipse superare videatur. Quanta vero cum lectorum vtilitate ac commodo liber iste proditurus sit in publicas manus, literæ ipsæ & apices clamant. Quare non solùm dignum esse arbitror qui typis mandetur, verum etiam vt diurna nocturnaq; manu à doctis hominibus versetur ac teratur. Datis in nostro conuentu Madriti B. Mariæ de Mercede, Redemptionis captiuorum, Pridie Nonarum Decembris, anno Domini 1598.

F. Ioannes Temporal, Magister & Commend.

R. P.

R. P. ALFONSI SALMERONIS TOLETANI,

THEOLOGI E SOCIETATE IESV;

COMMENTARIORVM IN EVANGELIA *& Acta Apostolorum;*

Libri Quarti pars Prima.

TRACTATVS PRIMVS,

Marc. 1. In illa Marci verba cap. 1. *Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in Isaia Propheta: (Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.) Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini*, ac reliq

Historia primi anni prædicationis Christi

QVIS fuerit B. Marcus, quo tempore, quo loco, qua lingua, & quibus rationib⁹ adductus Euangelium conscripserit, à nobis est libro primo latiùs disputatum, neq; operæpretium esse existimo ea repetere, quæ diligẽtes lectores facili negotio, si volunt, inde sibi mutuare possunt. Ne autem vocis Marci homonymia quemquam perturbet, non est ignorandum, omnia, quæ de Marco in Scripturis dicuntur, à quibusdam ad vnum tãtùm Marcum relata fuisse. Alij verò, qui perspicaciùs rem hanc contemplati sunt, duos distinxerunt Marcos, alterum quidem Euangelistam, alterum verò Ioannem cognomento Marcum, filium Mariæ Apostolorum hospitę, de quo Act. 12. Et quia hæc sententia mihi semper magis satisfecit, explicabo quibus rationibus ductus illam alteri præferendam censuerim. Et prima ratio desumpta est ab Hippolyto martyre, & Dorotheo, qui in proprijs tractatibus de Apostolis, & septuaginta Discipulis, diuersos faciũt istos duos Marcos: Euangelistam quidem Alexandriæ Episcopum, Ioannem verò Apolloniadis, vel, vt alij asserũt, Ptolemaidis. Secunda, quia Euangelista nomen proprium habet Marci; at ille alter vocatur Ioannes cognomento Marcus: quod & ipsum diligenter annotauit Dionysius Episcopus Corinthiorum, vt est apud Eusebium libr. 6. hist. Eccles. cap. 20. qui distinguit inter hos duos Marcos, docens alium, nempe Ioannem, fuisse cognominatum Marcum; alterum verò, id est, Euangelistam, proprio nomine Marcum vocatum. Tertia, quia ille Ioannis Act. 12. non fuit ex numero septuaginta discipulorum, quia à nullo autore inter eos connumerantur: at Euangelista Marcus, vt testantur Dorotheus, Hippolytus, Origenes, & Theophylactus, vnus fuit ex ijs discipulis, qui simul cum Luca retrocesserant à Christo, dum de carne sua manducanda concionaretur, Ioann. 6. Quarta, Marcus Euangelista assectator fuit B. Petri Romam proficiscentis, vbi & Euangelium scripsit; alter verò Ioannes assecla fuit Pauli, & Barnabæ: & vbi iectus fuit Marcus, & Paulus separatus à Barnaba, tantùm sectatus est Barnabam, cuius erat consobrinus, vt tradit Paulus ad Colossens. 4. & antequam Barnabas diem suum obiret, in mandatis habuit à Barnaba, vt rediret ad Paulum: à quo est etiam receptus, vt tradit Græcus autor Alexander Monachus in homilia quadam de vita B. Barnabæ, quæ inuenitur apud Lippomanum. Quintò, efficaciter hoc demonstro: quia vbi primum fit sermo de Ioanne qui dicitur Marcus, Actor. 12. & narratur cum Paulo & Barnaba profectus in ministerium prædicationis, iam plusquam decem & octo anni Dominicæ ascensionis in cœlum præterierant; & tamen Patres tradunt Marcum scripsisse Euangelium suum anno duodecimo, vel decimoquinto: vt necessarium sit asserere, cum Petro tempore Claudij Romã venisse, & illum ibi scripsisse Euangelium, quod probauit Petrus, vnde & ab eo missus est Alexandriam. Sextò, si vnus tantùm est Marcus, profectò si Euangelista fuisset, non diceretur comitatus Barnabam, sed potiùs Barnabas eius comes diceretur, cùm ille esset ex discipulis Domini, & illo in fide antiquior: nec credendum est Marcum Euangelistam tam imperfectum & timidũ fuisse, vt propter pericula & labores à Paulo & Barnaba retrocederet, & reuerteretur Ierosolymam

Prolegomenõ.

Ioan. cognomento Marcum, & Marcum Euang. fuisse diuersos.

Act. 12.

I. argum. à Patribus.

II. argum.

B. Dionys. Epis. apud Euseb. to 1.

III. argum.

IV. argum. Act. 15.

Coloss. 4.

Alexand. Monachus.

V. argum.

Act. 12. Infr. 15.

Quãdo & vbi scripserit Euangelium Marcus.

VI. argum.

Idem Alexãdriæ quãdiu sederit.

Act. 2.

Luc.19.

nam, cum in illum iamdiu superuenisset Spiritus sanctus, & tanta conscripti Euangelij gloria floreret: nec est verisimile tam durum se præstitisse Paulum in recipiendo Marco Euangelista, sed facilè antiquiorem se discipulum, maximè scriptorem Euangelij, suscepisse. Postremò Marcus Euangelista fertur per nouem annos sedisse Alexandriæ, & octauo Neronis anno è vita decessisse, vt testes sunt Hieronymus, Eusebius, & Simeon Metaphrastes: at Marcus ille reiectus à Paulo, & posteà iussus recipi ad Colossens. 4. & iterum vocatus per Timotheum à Paulo, eo quòd ei esset vtilis in ministerio, ostenditur ad extrema vsque tempora cum Apostolis Romæ fuisse, & peculiariter à Petro designatum, cùm dixit: *Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone, coëlecta: & Marcus filius meus:* & à Paulo, qui ait: *Salutat vos Marcus consobrinus Barnabæ*, ad differentiam alterius Euangelistæ: & in epistola ad Philemonem dicitur esse apud Paulum cum Aristaccho, Dema, & Luca adiutoribus. Habet ergo hic Marcus testimonium à Petro, & Paulo, quia peculiariter dicitur vtilis in ministerio; quibus verbis ostendit eum emendatũ, vt exponit B. Vigilius Tridentinus scribens contra Eutychetem.

VII. argum. & vlt.

Hieron. lib. de scripto. Eccle. tom. 1. Euseb. Cæsar. Sime. Metap. Act. 15. 2. Tim. 4. 1. Pet. 5.

Vigil. Episc. Trident.

Pollicem quo Euangelium scripserat, sibi ex humilitate præcidisse scribitur, ne in Sacerdotum numerum cooptaretur: idque factum tuetur B. Thomas, quia creditur feciſſe ex instinctu Spiritus sancti, & M. Marulus lib. 1. exemplorum, cap. 6. hoc etiam probat exemplum, & Hieronymi verbis confirmat. Veruntamen, inquit Hieronymus, tantũ consentiens fidei prædestinata potuit electio, vt nec sic in opere verbi perderet, quod promeruerat in genere. Sed certè eo magis Sacerdotio dignus extitit, quo inuitus Alexandrinæ Episcopus Ecclesiæ primus creatus est, qui tanta vitæ sanctimonia, integritate, diligentiaque administrauit illud munus, vt verbo, & exemplo suo planè Apostolico vitæ perfectissimæ sectatores in obediẽtia, paupertate, castitate, ac sobrietate degentes, homines Aegyptios reddiderit: quorum laudes Philo Alexandrinus, disertissimus vir, libro peculiari est persecutus. Rarum profectò, atque inauditum humilitatis, ac modestiæ exemplum, nostroque seculo vix cognitũ, pollicis illa amputatio. Nam permulti sunt, qui non vnum pollicem, sed omnes, quotquot habent digitos, resecarent, modò ad Episcopalem dignitatem ascenderent: tanta est hominum, nostri seculi præsertim, ambitio, & bona fortunę

B. Marc⁹ cur sibi pollicem amputauerit *B. Tho. 2. 2. qu. 185. art. 2. ad 3. tom. 11. par. 11. M. Marulus Spalaten. B. Hieron.*

B. Marci Euangelist. laudes.

Philo Alexã. li. de vita cõtemplatiua.

congregandi ardor. Porrò Marcum Euangelistam sibi pollicem præcidisse (quod Marcus quidam anachoreta fecit) tanquam vulgi fabellam graues autores irridẽt.

Marcus in Euangelio cõscribẽdo maiorem veritatis, quã temporis rationem habuit. *Euseb. l. 3. hist. Eccles. c. 39. tom. 1. Lib. 1. Prolog. in Euangelia.*

Curauit autem Marcus narrationem magis veritatis, quàm ordinem temporis obseruare; vt cum excusat Papias Ioannis Apostoli discipulus in libris Explanationis verborum Dominicorum, cuius verba retulimus primo libro ex Eusebio Cæsariensi, in libris historiæ Ecclesiasticæ. Enimuero si Marcus excusatione aliqua indigeret, eadem ratione excusandus veniret Spiritus sanctus, primarius autor & conditor Euangelij, cuius ille amanuensis fuit. Quare, vt initio pleniùs docuimus, has tam diuersas Euangelistarum in narrandis Christi gestis, atque dissimiles rationes, diuinæ prouidentiæ atque consilio, si sapimus, adscribere debemus. Nam cum Marcus in leonis specie apud Ezechielem sit repræsentatus, debebat ille quæ fortitudinis ac roboris Christi regis sunt, digerere, atque describere; proinde hunc quem tenuit modum, artificiosè obseruauit. Vnde circa doctrinam parum immoratur, plurimum verò circa miracula, signaque enarranda: vt ita Christi dominium, virtus, regia atque inuicta potestas eluceſcat. Hinc est, vt in omni ferè capite magnitudinem virtutis eius demonstret, cum populorum admiratione subsecuta: nam initio Euangelij sui ait: *Et stupebant super doctrina eius: erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut Scriba.* In secundo capite habetur: *Et statim surrexit ille coram omnibus: ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes, Quia nunquam sic vidimus.* In tertio: *Spiritus clamabant, dicentes, Tu es filius Dei.* In quarto: *Quis putas, aiunt, est iste, quia ventus, & mare obediunt ei?* In quinto, suscitata puella, dicitur; *Et obstupuerunt stupore magno:* In sexto, viso Christo super mare ambulante, refertur de Apostolis, *Et plus magis intra se stupebant:* & initio eiusdem capitis scribitur: *Et multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia?* & quæ sequuntur. In septimo; *Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabãt, & eò amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.* Perfacile autem esset idem per singula capita ostendere, ni consulerem breuitati.

Ezech. 1. Marcus Christi miraculis recensendis, quàm doctrinæ proponẽdæ maiorem operam impẽdit, & quã obrem.

Cap 1.

Videtur autem B. Marcus hunc nectere syllogismum: Ille homo, virtutem cuius & potestatem videmus extendi ad omnem spiritũ creatum, & increatum, & ad omnes

B. Marci Euangelij argumentum, & eius partes.

ægritu-

ægritudines corporis & animorum, id est, peccata, quæ animum reddunt morti obnoxium; & qui se superiorem ad omnem legem Mosaicam & Sabbatum ostendit, cuius etiam est edendi signa, & sanandi infirmos, transferre in alios potestatem, quique super mare & ventos, super mortem quorumcunque viuentium facultatem se habere indicauit, qui vim habet multiplicandi cibum & alimenta, ac potest supra omnem legem, siue institutum humanum dispensare, ab eoque immunes reddere homines, atque liberos: qui cæcis visum, auditum surdis, mutisque sermonem, atque omnium sensuũ vsum restituit; naturamque patientem, in eam, quæ longissimè ab omni patiendi lege abest, commutare, & ad quemcunque velit situm, atque distantiam, agere vellet: Qui ius habet interpretandi mandata Dei, illisque salutaria perfectionis, consilia adiungendi: Qui regni sedes restituere potest sui: Cuique populus acclamatione solenni regnum Dauidis adscribit: Qui omnem sibi aduersantem & rebellem, etiam si fraudulenter ac dolosè agat, potens est reuincere: denique futura longe ante præuidere, atq; prædicere; mortemque vltimum terribilium peruincere atque sepulchri proprij saxum reuoluere, cælosque cõscendere, & super solium gloriæ à dextris Dei Patris sedere potest. Ille, inquam, homo per omnia Rex est, Dominus est, inuictus est, fortissimus est, atque potentissimus. Sed Iesus talis, & instructus prædictis omnibus virtutibus, describitur à B. Marco; ille ergo verus, ille supremus, & diuinus est Rex, de quo longè antè prænuntiarunt Prophetæ omnes, maximè verò Daniel cap. 7. dicens: *Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient: potestas eius, potestas aterna, quæ non auferetur, & regnũ eius quod non corrumpetur.*

Dan. 7.

Christi virt⁹ ad omnẽ se spiritum extendit.

Ioan. 1.

Quòd verò hæc doceat Marcus, obscurum non est volenti singula capita historię suæ Euangelicæ percurrere. In primis enim ostendit, Christi virtutem extendi ad spiritum propheticum Malachiæ, Esaiæ, & Ioannis Baptistæ; ad diuinum illum & supremum Spiritum, qui tanquam columba descendit de cœlo, & mansit super eum; super Spiritum etiã Angelicum, quoniam Christo Satanæ victori, expugnatoriq; ministrabant; super spiritum etiam nequam & apostatam; nam dæmones ad imperium eius exibant ex obsessis corporibus, clamantes, & dicentes: *Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos? scio quod sis sanctus Dei.* Et hæc quidem omnia Marcus in priori parte media primi capitis tradit: In posteriori verò, infirmitates corporum, vt, febrim, lepram, & vexatos varijs languoribus sanasse describitur. Secundò demonstrat Iesum habere potestatem remittendi peccata, dicendo paralytico, *Fili, dimittuntur tibi peccata tua.* Et post vocationem, & conuersionẽ Matthæi, dixit; *Non necesse habent sani, medico; sed qui malè habent: non enim veni vocare iustos sed peccatores*: quod habetur à principio secundo capitis vsque ad illa verba: *Et erant discipuli Ioannis, & Pharisæorum ieiunantes.* Tertiò, in posteriori eiusdem capitis parte, probat potestatem Iesu supra legem Moysi, & mutationem Sabbati: *Itaque Dominus* (inquit) *est filius hominis, etiã Sabbati.* Quartò, contulit potestatem in Apostolos, vt curarent infirmitates, & eijcerent dæmonia: quod initio tertij capitis explicatur. Quintò, in posteriori parte illius capituli exeruit Christus suam vim & potentiã super ventos & mare. Sextò, protulit suum robur & dominiũ super mortis extremũ: tum quia ipsius permissu intrauerunt dæmones in porcos, quos in mare præcipitarunt; tum quia filia Archisynagogi eius imperio reuixit; quæ res in cap. 5. narratur, Septimò, vim suam ad multiplicandum panes, & pisces manifestam fecit; vt habes cap. 6. vbi Christus, audita morte Ioannis, & quia in patria despectui erat, secessit in desertum. Octauò, exercuit potentiam suam ad omne statutum humanum infirmandum atque tollendum: vt habetur in prima parte septimi capitis, vbi Christus reprobauit traditiones seniorum, & vanas, & superstitiosas. Nonò, in posteriori eiusdem cap. parte aperuit suam in restituendo auditu surdis, & mutis loquela, potestatẽ. Decimò, posse se illuminare cæcos corpore & animo, comprobauit: dixit namque Apostolis, quasi nondum illuminatis; *Oculos habentes non videtis?* Et cæcum, qui videbat homines vt arbores ambulantes, viden di facultate donauit: quod in priori part. 8. cap. continetur. Vndecimò, detexit potestatem immutandi naturam nostrã mortalem in immortalem per resurrectionem ex mortuis, declarando se in monte Thabor transfiguratum. Duodecimò, in distantissimum locum se posse agere ostendit: ideo cum discipuli nequiuerint dæmonium expellere, respondisset q; Christus id accidere ob incredulitatem rogantium: *Si potes*, inquit, *credere, omnia possibilia sunt credenti:* vnde quidam, qui erat absens à Christo, & discipulus tamen Christi non erat, in nomine Christi eijciebat dæmonia:

Christus peccata remittit.

Christus maior lege Moysi & Sabbatho.

Dedit potestatem Apostolis faciendi signa.

Idem ventorum & maris dominus.

Multiplicator panum.

Christus humana omni lege, ac instituto superior.

Christus illuminator cæcorum.

Christus immortalitatẽ confert.

Christi virtus à loco nõ pendet.

Christus legis interpres, & consultor salutaris.

vt habetur in 9. cap. Decimotertiò, se legis declarauit interpretem, atque illi consilia adiecit: quæ res narratur à principio 10. ca. ad medium; vbi, reiecto libello repudij, virginitatem prædicat atq; castitatem. Decimoquartò, explicatum nobis esse voluit, imperium Dauidis, & thronũ eius, vt erat per Prophetas prænuntiatum, se obtinere. Ex quo filij Zebedæi inducuntur sedes petere à dextris, & cæcus quidam clamare, *Iesu fili Dauid, miserere mei*: populus quoque solẽni modo acclamare, *Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini*: *Benedictum quod venit regnũ patris nostri Dauid*: *hosanna in excelsis*: quæ recensentur ad medium 11. cap. vsque. Decimoquintò, vt iustum se reprehensorem hominum indicet, qui astutè, & per hypocrisin agunt, æternumq; illis maledictum imminere, cuidam ficulneæ maledixit, quæ propterea continuò exaruit; atque ibi per diuinas Scripturas & parabolas multa contra hostes suos disseruit ad finem vsque cap. 12. Decimosextò, ad præcognoscendos futuros euentus, se amplissimo præditum esse prophetiæ dono probauit: prædixit enim Ierosolymæ excidium, Antichristi cum signis atque prodigijs aduentum, seque ad iudicium vniuersale venturum docuit, ad finem vsque capitis 13. Decimoseptimò, aduersa omnia & opprobria tolerare, & mortem ipsam formidabilem se posse expugnare demõstrauit; adeò vt Centurio, ipsa re, quæ tum gerebatur, cognita clamauerit, *Verè hic homo, filius Dei erat*: quod 14. & 15. capitibus explicatur. Decimooctauò, quanta virtus inesset humanitati Christi, nequaquam celauit, quãdo egressus est de monumento, saxo sepulchri immoto: quod factum pars prima, cap. 16. complectitur. Decimononò ac postremò; in suprema parte eiusdem capitis, voluit agnosci, ipsum posse cœlos irrumpere, & sedere ad dexteram Patris; vnde dixit, *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.* Atque ita habes ex Marci Euangelio expressam faciem leonis; scilicet Regis fortissimi, inuicti, insuperabilis, atque victoris omnium, omnibusque dominantis Iesu Christi. Est ergo hactenus Euangelistæ scopus aliqua ex parte explicatus, ratioque detecta ad multa dubia resoluenda: cur scilicet sic Marcus inchoauerit, cur sic finierit Euãgelium; cur ea, quæ sunt infantiæ, & imbecillitatis, omiserit; quam ob caussam multus sit in enarrãdis miraculis; parcus verò & rarus in doctrina proponenda; ordinem verò, seriemve historiæ curinterdum non obseruarit: has siquidem & similes multas quæstiones reddere explicatas propositus scopus facilè potest. Iam verò pauca illa proposita in initio, explanandа sunt, scilicet:

Christus sapiens secretorum cognitor.

Christus præscius futurorum.

Christus iniuriarum omniũ, ac mortis victor.

Christi corporis subtilitas resurgentis.

Christus cœlorum conscensor.

Ezech. 1. Apoc. 4.

Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, &c. Quoniam verò Euangelium B. Marci, epitome & compendium B. Matthæi esse videtur (etsi reuera ipse non eò spectauerit, vt abbreuiator diceretur Matthæi, vt primo libro discussum reliquimus) ideò quæ in Matthæum, vbi concurrunt, dicta sunt, quasi dicta etiam in B. Marcum accipienda sunt: vbi verò in quibusdam, quæ nonnihil intersunt, ab eo videtur discedere, vel de suo addere; ibi danda est opera Marco explicando.

Marcus, vt nonnulli dicere ausi sũt, non fuit abbreuiator Matth. *Prologem. L1.*

Quod igitur attinet ad hęc verba: *Initiũ Euangelij Iesu Christi filij Dei, &c.* videri posset quibusdam ea collocanda fuisse in exordio non tantùm Marci, sed etiam Euangelicæ totius historiæ. Proinde sciendum est, quòd vt Matthæus libri sui exordium, *Liber generationis Iesu Christi*, non præmisit tanquam titulum & inscriptionem voluminis totius, sed tanquam procœmiũ quoddam, quo ea, quæ in principio tractaturus erat, significaret: ita & Marcus verba illa non pro titulo totius libri præmisit, sed procœmij instar, quo ostenderet, vnde Euangelicam esset historiam auspicaturus; ad aliorum Euangelistarum differentiam: nempè non à generatione infantiaque Saluatoris, vnde cœpit Matthæus, neque à natiuitate Ioannis Baptistæ, vnde Lucas sumpsit initium; verum à principio Euangelij, id est, prædicationis Iesu Christi, quæ cœpit à prædicatione Ioannis Baptistæ; nam tunc primùm Christus palam euangelizatus est. Tametsi enim priùs annuntiatum sit de eo per Angelum Virgini, & pastoribus, item per Angelos, & à Simeone & Anna ijs, qui in tẽplo erant: tamen quia priuatæ fuerunt eiusmodi annuntiationes, neque publicè ad populum factæ sunt, ob id Marcus rectè asseruit, initium Euangelij à prædicatione Ioannis Baptistæ, qui publicè ad populum de illo absente & præsente est concionatus, exordium sumpsisse.

Hoc: Initiũ Euangelij Iesu Christi filij Dei, sit ne titulus, an procœmium.

Cur Marcus à prędicatione Ioan. Baptistæ suũ Euangeliũ auspicetur.

Luc. 1.

Infra 2.

Addit verò, *Iesu Christi filij Dei*: explicando materiam euangelizatam: sicut Angelus apud Lucam fecit: *Ecce* (inquit) *euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo*: *Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid*, & quæ sequuntur. Et Paulus ad Romanos, ait; *Segregatus in Euãgelium Dei* (quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis) *de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundùm carnem.* In his autem verbis

Euangelium cur Iesu christi filij Dei nominetur. *Luc. 2.*

Rom. 1.

Sũma Euangelij totius, quæ sit.

bis, *Iesu Christi filij Dei*, vniuersum proponitur Euangelium nihil aliud docere, quàm Iesum Nazarenum verum esse Messiam in Lege promissum; eundemque verum esse filium hominis, & filium Dei.

Duplex distinguẽdi ratio horũ verborum, sicut scriptum est in Esaia Propheta. Prima.

Iam quod sequitur in Marco: *Sicut scriptum est in Esaia Propheta*, duplicem habet distinctionem. Quidam enim hæc verba cum præcedenti exordio coniungenda putant, vt significetur, prædicationem Christi Euangelicam tale omnino sortitam initium, quale olim Prophetæ prædixerant habituram. Quam distinguendi rationem sequuntur Græci; ait quippe secundùm Chrysostomum in Marcum Theophylactus; Ioannem vltimum Prophetarum, initium Euangelij filij Dei esse. Finis enim initium Euangelij est Noui Testamenti. Similia dicũt Leontius & Euthymius in Marcum. Tale ergo est Euangelij principium, quale futurum vates prædixerant.

Chrys. hom. 1. in Marc. to. 2. Theophylact. Leontius, & Euthym. in Marcum.

Quòd si obijcias, Superiùs ergo enarrata, vel à Matthæo, vel Luca, haud promereri Euangelij hanc appellationem, si ab hoc loco sumendum sit Euangelij exordium. Sc enim Faustus Manichæus cum suis assectatoribus, cætera omnia ab alijs enarrata, reijciebat, quoniam apertè veram per omnia humanitatem & carnem assumpsisse docebant; atq; hinc volebat initium esse Euangelij Iesu Christi: Respondendum est: Si Euangelium propriè bonum nuntium de Christo significat, etiam ea, quæ ab alijs enarrata sunt, Euangelium dici nihil prohibet, quæ eius in mundum ingressum per susceptionem carnis, natiuitatem, aliaque infantiæ mysteria ostendũt; rectè, vt dixerit Angelus, *Euangelizo vobis gaudium magnum.* At verò, quoniam Euangelij fortitudo maximè in eis progressu spectatur, quando ipse in plenitudine ætatis spiritu, gratia, & sapiẽtia robustissimus, Euangelium prædicat, & salutem nostram operari incipit, manum mittens ad fortia, & dura quæque sustinens; ob id meritò Euangelium in Præcursore, & baptismo, & prædicatione eius, vnde nobis perfectionem gratiæ, & salutis communicari credimus, rectè inchoatur, vt exinde introducat eum, de quo dicitur: *Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam.* Quæ autem hactenus narrata sunt, non tam illa egisse aut dixisse Christus est dicendus, quàm alij de eo dixisse, ac pro eo fecisse: *Vt facerent*, inquit Lucas, *secundùm consuetudinem legis pro eo.* Erant enim infirma carnis, & infantiæ eius quæ Matthæus narrat; vel infirma spiritus, quæ Lucas describit: quale præludium

Euang quid. An quę ab alijs Euangelistis scripta sunt iure Euangelium nominentur.

Euang. quid cõferat nobis

Esa. 40.

Luc. 2.

fuit disputandi in templo. Sed illa non erant leonis victoris opera; longè enim fortiora nunc incipiunt, quæ meritò tribuuntur Marco. Incipitque à forti Ioanne, cuius comparatione introducit fortiorem Christum, qui verus Dei vnigenitus filius est; ideò aptè ait: *Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei.* Et quia proprium filij Dei erat euangelizare (ipsius enim est ferere, cuius est semen) & verbi proprium est enuntiare, & sapientiæ primæ idoneè docere, atque prædicare quæ certò vidit & audiuit: quis autem iste est nisi Christus, in quo nouissimè Deus locutus est nobis: *Quia vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse* (nõbis) *enarrauit*; *tum quia, Qui de cælo venit super omnes est*: sed, *Et quod vidit, & audiuit, hoc testatur.*

Filij Dei proprium, quid erat.

Heb. 1.

Ioan. 1. Ioan. 3.

Altera verò est distinguẽdi ratio, quam Latini autores sequuntur, qui à præcedenti illo exordio subiuncta verba: *Sicut scriptum est*, separãt: tum quia illud exordium: *Initium Euangelij Iesu Christi*, Marcus absolutè videtur posuisse, vt non tantùm sit eorum, quæ proximè sequuntur, exordium, sed etiam totius libri; tum quia hæc locutio consentit cum ea, quæ est apud Lucam, vbi dicitur: *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ Prophetæ, Vox clamantis.* & reliqua. Verùm mihi Græcorum distinctio magis arridet: *Sicut scriptum est in Esaia Propheta*: *Ecce ego mitto Angelum meum*, & sequentia. Duplex prophetia producitur ab Euangelista: Altera Esaiæ: *Vox clamantis in deserto*, cuius interpretationem in alium tractatum consultò reijcimus; altera prophetia est Malachiæ, quæ hoc loco exponenda est: circa quam duplex insurgit difficultas ab hæreticis, tũ antiquis, tũ nouis excitata. Prior est, quòd Marcus, vt ignarus & expers diuinarum literarum, Esaiam loco Malachiæ citauerit, apud quem, & non apud Esaiam inueniuntur illa verba: *Ecce ego mitto Angelum meum:* Altera est, quòd tametsi demus B. Marcum Malachiam citasse, non videtur tamen consideràsse, Malachiam non de Ioanne Baptista, sed de Helia habuisse sermonẽ; quod eiusdem Prophetæ verba indicant, cap. 4. *Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum*; quæ verba haud obscurè loquuntur de secundo aduentu Christi ad iudicium, & proinde de Helia, non de Ioanne Baptista intelliguntur.

Vtra præstabilior distinctio sit.

Duplex proponitur difficultas, ac soluitur. *Malach. 4.*

An B. Marc⁹ Esaiam pro Malach. Prophetа citauerit.

Porphyr li.14 sacrũ in Euangelium voluminum. *Chrys hom.1. in Marc.to.2. Hier. in Mat. 3.c.dupl.solut.*

Ad priorem ergo quæstionem dicimus, non esse nouum argumentũ, sed per multa retrò secula à Porphyrio in Christianos fuisse obiectum suis in Euangelium voluminibus, testatur Chrysostomus in Marcum. Soluit verò hunc nodum B.Hieronymus in Matthæum scribens, dupliciter. Primò, vt dicamus, nomẽ Esaiæ vitio scriptorum positum pro Malachia. Deinde asserimus, Marcum Esaiæ, propterea hoc testimonium tribuisse, quòd statim post verba Malachiæ de Angelo mittendo ante faciem, subdit verba Esaiæ: *Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, &c.* Nos verò ad huiusce nodi dissolutionem, respondemus, omnes Græcos codices, qui nunc extant, non habere, *Sicut scriptum est in Esaia Propheta,* sed, *Sicut scriptum est in Prophetis*, siue Græce ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις, atque hanc solam lectionem agnoscunt Irenæus, Euthymius, Leontius atque Theophylactus, illamque interpretantur: atque ita difficultas proposita euacuata est. Tamen, quia textus noster Vulgatæ editionis magnæ est, & antiquitatis, & autoritatis, & Euãgelium Syriacum lectionem nostram sequitur, & huius tantum lectionis mentionem facit Hieronymus libr. de optimo genere interpretandi, ad Pammachium, & Epiphanius lib. 2. in Hæreses, Erasmus etiam hanc nostram lectionem, illa Græcorum reiecta, magis probat, docens, non ex prauis Græcis Latina emendare; sed potiùs Græca deprauata per Latina veriora exemplaria limare (quod vtinam ille plerisque alijs in locis fecisset) propterea aliter dicendum est, verba illa: *Sicut scriptum est in Esaia Propheta,* non esse referenda ad omnia quæ sequuntur, sed ad illud: *Vox clamantis in deserto.* Illa verò verba quæ præcedũt, *Ecce ego mitto Angelum meum,* Euangelistam addidisse de suo; quod verè facere potuit, etiamsi in alio inueniantur Propheta. Nec enim si Aristotelem refero aliquid dixisse, continuò necessariũ est, vt omnia sequentia verba Aristotelis sint, quin liceat mihi aliquid de meo adijcere, quod ad Aristotelis explicationem faciat. Sic Marcus rectè citauit sententiam Esaiæ, quam eiusmodi adiectis verbis exposuit, & exornauit: nisi infidelis est seruus, qui domini sui munus verbis amplificat. Atque hæc est B.Chrysostomi solutio homil. de initijs Euangelij secundum Marcum.

II. solutio.

Irenæus lib. 3. ca.11. ante dimid. Euthym. Leontius. Theophyl in Marcum.

Hieron. to.2. in fin. Epiphan.

Erasmi vtilis varias lectiones corrigendi canon.

Porrò illa dissoluendi ratio, quæ à nonnullis adfertur, quòd Esaias pro Malachia citetur: quoniam qui fuit in Malachia Spiritus, locutus est per Esaiam, vt ita hic possit dici scripsisse quod alter scripsit, haud videtur mihi solida. Nam sic vnus omnia Propheta diceret, atque illi omnia prophetica verba adscribi possent: Scripturæ sacræ præterea in hunc modum loqui haud consueuerunt.

Cuius additamentum illud; Ecce ego mitto Angelũ meũ, &c.

Ad posteriorem verò quæstionem dicendum est, meram fabulam esse, atque commentum Iudæorum, aientium, Malachiam per Angelum missum ante faciem, intellexisse eundem, quem paulò antè vocârat Angelum testamenti, seu fœderis, id est, Heliam, quem putant zelum habuisse pro fœdere circumcisionis: vnde cùm puerum circumcidunt, adornant Heliæ sellam, putantes spiritum Heliæ præire ante faciem pueri circumcidendi, tanquam pro circumcisionis pacto zelãtem. Iudæi quoque tempore B.Hieronymi, vt ipse docet in 3. caput Malachiæ, primam partem illius vaticinij: *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam,* de Helia interpretabantur: sequentia verò verba: *Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos queritis,* ad suum Christum in fine seculi venturum referebant. Christus apertè tamen docuit, de quo sit hæc prophetia intelligenda, nempe de præcursore Ioanne, qui Angelum Domini egit in officij dignitate, & vitæ sanctitate, dicens apud Matthæum: *Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum.* & reliq.

Quid stulte de Malachia Iudęi opinati sint: eorumq; in puero circuncidendo pueriles mos.

B.Hiero.to.6.

Matt.11.

Neq; obstat, quòd de Helia sermonem habeat Malachias cap. 4. cùm ait: *Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam:* quoniam quicquid sit de hoc textu cap. 4. in quo videtur de postremo Christi aduentu ad iudicium loqui, quem verus Helias præcurret: locus hic tamen, qui tertio capite habetur, tum ab Angelo apud Lucam, tum à Christo apud Matthæum, exponitur de Ioanne Baptista: *Et si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est:* ideò Helias per similitudinem dictus, quòd in virtute, & spiritu venit Heliæ, hoc est, parem habens Spiritus sancti mensuram, vel gratiam, eandemque (ne maiorem dicam) vitæ austeritatem, & rigorem.

Illud Malac. Ecce ego mittã vobis Heliam Prophetam, &c. de Ioann. Bapt. etiã ad litterã intelligi. *Malach.vlt. Luc.1. Matt.17.*

Quod autem affirmatur, Heliam venturum ante diem magnum Domini, & horribilem, neminem mouere debet, quasi ad Ioannem aptari non queat, qui non in secundo, at in primo Christi aduentu præcurrit: quandoquidem in sacris libris dies magnus Domini, ac terribilis non solùm de aduentu Domini ad iudicium, in quo venturus est Helias, sed etiam de primo Christi aduentu in carne, quem Ioannes præcesserit, intelligi consueuit. Est namque primus Christi aduentus, magnus, & terri-

Quid Ioann. Baptistam venire in virtute, & spiritu Heliæ.

Dies Domini magn⁹ & terribilis, in scripturis duplicem Christi designat aduentum.

Natalis Christi dies, cur dicatur dies magnus & terribilis.

bilis;

Beda.

Act.2. Ioel.2. Matth.2. Infra 27. Ibidem.

Malach.3. Facies Dei Patris Christus.

Heb.1. Deus Pater cur loquens ad Filium inducitur: Ecce ego mitto Angelum meum, &c. qui prœparabit viam tuã ante te.

Templum per se soli Deo cõpetit.

Templi Salomonis, & omnium quæ in ipso erãt, typus. *Esa.16. Mich.5. Matth.2.*

Quam verè Christus dicatur Dominator.

Duplici iure omnium rerum Christus est dominus. *Matth.vlt. Mar.2. Esa.9.iuxta Septuaginta.*

bilis; vel propter excæcationem, ruinamq; Iudæorum terribiliter in eo factam; vel, vt inquit Beda, propter natalis diem, & crucifixionis Christi, qui à Petro Apostolo prædicante (vt est in Actis) ex Ioele dicitur dies Domini magnus & manifestus: eo quod Christo nato nouum sydus emicuit, atque eo cruci fixo Sol obscuratus est, Luna non dedit lumen suum, contremuit terra, scissæ petræ, monumenta aperta, & multa corpora sanctorum dormientium, magno spectantium terrore, per vrbem sunt visa discurrere. Cæterùm idem prorsus est horum verborum sensus in Propheta, & in B. Marco: tametsi Propheta in Hebræo fonte, & in Septuaginta interpretibus inducat Filium de Ioanne, vel potius Patrem de Filio impersonaliter loquentem, dicendo: *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Marcus verò dirigit sermonem Patris ad Filium, dicens: *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuã, &c. qui præparabit viam tuam, ante te.* Christus enim facies est Patris, qui est character, & imago, & figura Patris: & vt homo per faciẽ agnoscitur, ita Deus Pater per Christum cognitus est. Necessaria porrò fuit hęc Marci mutatio in testimonio prophetico, ne intelligeremus, Deum Patrem, qui ibi loquitur, vèturum ad nos in propria sua persona, sed in persona Filij sui: quòd Propheta insinuauit, cùm dixit: *Et statim veniet ad templum sanctum suum, &c.*

In Propheta verò sequitur (quod expendendum est) *Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos quaritis.* Vbi in primis Messias venturus Deus esse insinuatur, cùm templum eius esse asseratur: templum autem soli Deo per se dicari solet. Præterquam quòd omnia quæ in templo Salomonis erant, ipsum Christum verum deitatis templum præfigurabant: vt ea etiam ratione templum eius dicatur: videlicet quòd ad eum delineandum fuerit cõstructum. Dicitur Dominator, quemadmodum Esaias: *Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ:* Et Michæas: *Ex te mihi egredietur qui sit dominator* (seu imperator) *in Israel.* Ipsius siquidem, quatenus Filius Dei est, sunt omnia, vt veri, & absoluti domini. Ipsius etiam, quatenus homo est, per obedientiã, & crucis meritum sunt omnia, quæ alio iure sua erant: vnde & suscitatus dixit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.* Itaque ipse est dominus, & dominator templi, & Sabbati. Subdit: *Et Angelus testamenti quem vos vultis.* Messias, Angelus est puritate, ac sanctitate vitæ, & nuntius Diuinæ voluntatis, & Angelus testamenti, seu, vt Septuaginta apud Esaiam vertunt, magni cõsilij Angelus: quia nũtius est missus vt percutiat fœdus inter Deum & homines de gratia & gloria, quibus rebus fiunt homines sicut Angeli Dei. Firmauitque hoc fœdus doctrina, signis atque sanguine, & morte sua: apud se mercedem habens, quã reddat vnicuique iuxta opera sua.

Messias cur Angelus testamenti.

Matth.16. & sæpè alibi.

Rom.3. Messias Iudæis promissus, non Gentibus fuit.

Ait etiam, *Quem vos quæritis, & quem vos vultis*: quia Iudæorum erat hunc Messiam ipsis peculiariter tot per Prophetas promissum, expectare, quærere, atque desiderare. Nam cum lex cognitionem peccati præstaret, & medici ab illo sanaturi; ad eos pertinebat Messiam præstolari: non secus atque ægrotus expetit sanitatem, fontem sitibundus, esuriens panem, illuminatorem cęcus, captiuus redemptorem, atque mœstus consolatorem. Hinc & in Scripturis Messias vocatur, *Desiderium collium æternorum:* & in alio loco: *Desideratus cunctis gentibus:* & alibi, *Expectatio Gentium.* At Iudæi proprijs affectibus obcęcati, illum qui quæriuit eos, & desiderauit, quique impulsu interno, atque externa prædicatione, & signis admirandis ad se inuitabat, & trahebat, nequaquam inuenerunt: inuentusque est à non quærentibus eum, hoc est, à magnis peccatoribus, Iudæis, atq; Gentilibus. Idé ne nobis contingat, valde timeo: tot enim flagitijs obscurantur corda nostra, tantaq; ambitionis & auaritiæ caligine operiuntur, vt iam vix Christum agnoscamus, qua ratione sæpenumero Euangelij Iesu Christi filij Dei extorres nos facimus. Postulemus synceris ac continuis precibus à Domino, vti nobis oculos cordis aperire dignetur, seque nobis salutis nostræ sitientissimum Saluatorem detegat, ac donet vires, vbi semel inuenerimus, apprehendendi ac retinendi mordicus; vt cum Sponsa dicamus: *Inueni quem diligit anima mea: tenũ eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ.* Mihi enim adhærere Deo (hoc est, Messiæ) bonum est, ponere in domino Deo spem meam: vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion; gratia Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Esa.65. Rom.10. Qua ratione Christũ, tantum thesaurum amittamus.

Cant.3.

Psal.72.

TRACTATVS II.

In illa verba Luc. 3. *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis; & Lysania Abilenæ Tetrarcha, sub Principibus Sacerdotum Anna & Caipha, factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto,* & reliq.

Ioãnes puer Christum puerum: idẽ vir eundem virũ in quibus adumbrauerit, præparauerit́que.

HActenus, vt ad ingressum Christi pueri in mundum parauimus Præcursorem Ioannem puerum, ita etiam ætatem Christi adultam, atque maturam, meritò præcedere debuit adulta ac perfecta ætas Præcursoris; cuius baptismus, coactio discipulorum, confessio, præfigurarunt illa eadem quæ Christus exhibiturus erat, & tanquam imperfecta quædam delineamenta disponebant ad viuos ac perfectos à Iesu Christo colores apponendos. Impletur ergo quod Angelus Zachariæ prædixerat: *Luc.1.* *Ipse præcedet ante illum in spiritu et virtute Heliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.* Vt enim qui in disciplinas aliquas incumbere vult, haud statim ad celeberrima mittitur gymnasia; sed priùs domi docetur Latinas & græcas interdũ litteras, quo aptior fiat percipiẽdis illis facultatib. sic planè oportuit instrui populũ à Ioãne, & præparari, vt percipiẽdæ Christi prędicationi aptior, atq; paratior redderetur. Idem Iudæorum qualis doctor ac magister.

Quo loco aduertẽdum est, tres Euangeliorum architectos, Matthæũ nempe, Marcum atq; Lucam hanc eandem enarrare Ioannis historiam. Nos verò de singulis, quæ propria sunt, desumemus, vt vnũ historiæ corpus integrum efficiamus, & interpretemur; vti superiùs polliciti sumus. Ait ergo in primis Matthæus: *In diebus illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.* Hæc enim verba cũ ijs, quæ in titulo præmisimus, hoc tractatu explicanda veniunt. Illud igitur, *In diebus illis*, vt admonet Chrysost. nequaquam significat illos, de quibus proximè locutus erat Matthæus, dies videlicet infantiæ Domini, aut Regis Herodis, siue filij eius Archelai; iam enim vterq; illorum vita functus erat; verùm per pronomen Illis, demonstratio fit ad intellectum: estq; ei simile quod Ecclesia addit in propheticis testimonijs, quæ legere solet, *In diebus illis*, id est, quodam tempore, certo aut indefinito tempore. In diebus ergo illis, illustratis præsentia Solis Christi, iam Nazaræi vocati continua ex mansione in Nazareth: qui dies erant omnibus omnium seculorum dieb. illustriores, & augustiores, quando nobiscum Deus in terris agebat, de quibus prænũtiauit Propheta: *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter.* Atque huiusmodi dies dicuntur ab Esaia, Michæaque, nouissimi dies: ob eam potissimùm rationẽ, quòd in illis cõplerentur omnes promissiones Dei, atque omnia desideria sanctorum Patrum. Hos dies desiderarunt videre multi Prophetæ & Reges, & de Abraham ipse Dominus pronuntiauit; *Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est.* Atque isti quidem dies necdum expleti sunt, sed adhuc currunt; vt nos propterea felicissimos existimare debeamus: de quibus ait Paulus; *Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Hos dies B. Lucas exprimit more humano, à Regibus, qui illo tempore floruerũt: quod magnis certè rationibus effectum est: nec enim fas est credere, Euangelistã tot verba in recensendis principibus in ventum, pulueremve iactasse. In primis enim hoc ad rei ipsius euidentiam, & historiæ veritatem permultum facit, & morem secutus est Prophetarum, qui suarum initio prophetiarum Reges, qui tum rerum potirentur, describere consueuerũt. Sic enim exorditur Esaias: *Visio Esaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam & Ierusalẽ in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz & Ezechiæ Regum Iuda.* Moris est enim, vt vbi aliquid insigne accidit, & extraordinarium, ad veritatẽ historiæ commendandã, significetur annus, mensis & dies, vel hora. Et quidẽ quandiu Iudæi nullis exteris principibus seruiebãt, à Regibus Iuda tantùm, vel Regibus Israel tempora designabantur: vt erudite notauit Origen. super Lucam: præsertim cũ Iudæis solis scriberentur Prophetiæ. Quam rationem secutus Matthæus, cũ Iudæis solis scriberet Euangelium suum, Herodis tantùm Regis Iudææ meminit; non autem Cæsaris, ne ingratã cantilenam Iudęis caneret. Postquam verò Hebræi in ditionem Regũ Ethnicorum venerunt, ab illis Regibus tempora designantur: vt constat ex postremis capitib. librorum Regum, & Paralip. & ex Daniele, & Ezechiele. Simili ratione Lucas, quia suo tempore Iudæi Romanis subijciebantur, neq; tantùm Iudæis Euangeliũ scribebat, verùm etiam Gentibus: nec Gentibus solùm, sed etiam Iudęis, qui ex quauis Tetrarchia in Christum crediturі erant: vt

Matth.2. *Ierem.23.* *Esai.2.* *Mich 4.* *Luc.10.* *Ioan.8.* *2 Cor.6.* *Esai.1.* *Origen. hom. 21. super Lucam, tom.2.*

Quamobrẽ hos dies à regibus qui illo tempore floruerunt, expresserit B. Lucas.

Euangelistarum concordia in hac narratione.

Matt.3.

Chrysost. homil. 10. in Matt. tom.2. Qui sint illi dies, de quibus Matth. cap.3. ait: In diebus illis venit Ioãnes Baptista. &c.

notauit Leontius: idcircò non tantùm à Cæsaris principatu, sed ab alijs etiam Tetrarchis congruè describit tempus missionis Ioannis, vt illud capias, sublatũ esse Regem, & Legislatorem à tribu Iuda: & agnoscant Iudæi venisse tempus Messiæ, iuxta ea, quæ prædicta erant à Prophetis, & maximè à patriarcha Iacob.

Leontius Episcopus.

Gen.49.

Iam verò aliquid de istis Principibus, ad maiorem lucem historię, dicendum est. Primo igitur loco nominatur Tiberius Imperator, gener & successor Augusti Cæsaris. Nam Imperatoria dignitas id temporis autoritate, & potentia maior erat, quam Regia, Regesque vel constituebat, vel etiam deponebat pro arbitrio: tametsi nostro seculo nonnulli Reges potentia, viribus atque opibus longè vincant Imperatorem, non tamen autoritate, aut dignitate. Dicitur autem Imperium à Luca Græcè ἡγεμονία, ab alijs verò, qui vitas Cæsarum conscripserunt, vocatur ἀρχὴ, vel ἀυτοκράτωρ ἀρχὴ, vel ἀυτάρχεια, vel βασιλεία: Imperator verò appellatur ἀρχὼν, siue ἀυτοκράτωρ, vel βασιλεύς: sicut Prouinciarum præsides dicuntur ἔπαρχοι, & ἐπιτάται, interdum verò ἡγεμόνες. Nominatur etiam Pilatus Præses, vel procurator nomine Tiberij prouinciæ Iudææ: nec enim solicitus fuit Lucas de Tiberij imperio à Pilati præfectura distinguendo; idcircò vna & eadem voce significauit Græcè vtrumque.

De Principibus hisce profanis à Luca nominatis attinguntur nonnulla.

Imperatoria olim dignitas, & maiestas apud Romanos quanta.

Imperium, Imperator, & Iudææ Præsides Lucas quibus Græcis nominibus exprimat.

Secundo loco nominantur Tetrarchæ tres cum Pontio Pilato Præside, vel procuratore. Est autem Pontius nomen propriũ: ex quo homines in Burgundia, vnde ille erat, plures etiamnum vocantur Pontij: Pilatus verò, cognomen erat. Porrò verbum *Procurante*, Græcè profertur ἐπιτροπεύοντος, quod est præsidente, siue præsidem agente; quæ dignitas maxima erat apud Romanos; nam hi erant, qui prouincias administrabant. Quod verò ad Tetrarchas attinet, notandum ex Iosepho in libris Antiquitatum, & Eusebio Cæsariensi in Ecclesiastica historia, Herodem primum Antipatris Idumęi filium, atque infanticidam sex filios habuisse: quorum tres, nempè Aristobulum, Alexandrum, & Antipatrum, de medio sustulit; reliquos verò tres superstites reliquit, nempe Archelaum, Antipam dictum Herodem, & Philippum. Non enumero inter istos filium paruulum, quem in Bethleem fertur occidisse ob Christum natum, de quo fecit mentionem Macrobius in Saturnalibus, & Philo. Et Archelao quidem, tanquam primogenito, testamento regnum largitus est: Antipæ verò, quem prioribus tabulis regni hæredem declara-

Pontius Pilatus vnde. Præsidis dignitas penes Romanos amplissima. *Iosepb lib. 17. Antiq c.9. & 10.* *Euseb. lib 1. Eccl hist.c.10* Herodes primus Antipatris Idumæi filius quot filios habuerit.

Matth.2. *Macrob.li.2. Saturnal.c. 4* *Philo in Breuiario Temporum.*

uerat, Galilææ simul, ac Perææ Tetrarchã constituit: Trachoniticam, Gauloniticam, Batanæam, & Paneada regiones Tetrarchię nomine Philippo filio, & Archelai fratri germano assignauit: Iamniam autem, Azotum, & Phasalida Salomæ sorori suæ attribuit, & argẽti signati quingenta millia. Archelao tamen ita regnum reliquit, vt non nisi de manu Augusti Cæsaris coronam assumeret. Post mortem verò patris dissensiones ortę sunt inter fratres: itaque omnes Romam venire coacti sunt, & ante Augustum Cæsarem causam agere. Nam Antipas ex prioribus testamenti tabulis, quas sanæ mentis conscripserat Herodes pater, sibi regnum deberi postulabat: at contrà Archelaus ex posterioribus tabulis, quibus priores delebantur, ad se regnum spectare contendebat: cuius partibus fauebat Philippus. Sed auditis vtrinq; causis diligenter, Augustus Archelaum quidem Ethnarchã instituit, cui ex quatuor partibus duas præcipuas regni attribuit, cum pollicitatione etiam tribuendi Regale nomen, si recte se gereret. Antipæ verò Herodi tradidit Galilæam: hic est Herodes ille, qui & Ioannem decollauit, & Iesum veste alba indutũ spreuit, & illusum cum exercitu suo remisit ad Pilatum: Philippo verò fratri eius assignauit Ituræam, atque Trachonitidem regionem. Post nouem annos exactos, & ineunte decimo, Archelaus Romam ab Augusto est reuocatus, & principatu depositus, Viénamque Gallię relegatus propter sæuitiam & immanitatem eius: & ab eo tempore decreuit Augustus Cæsar, Iudæam per Præsides gubernari.

Matt.14. *Luc.23.*

Primus autẽ Præses, vt testatur Iosephus in Antiquitatibus suis, fuit Coponius Præfectus turmæ equitum, quem Quirinus cõstituerat. Secundus, Ambiuius. Tertius, Annius Rufus, sub quo mortuus est Augustus. Quartus, Valerius Gratus. Quintus, Pilatus, qui anno 12. Tiberij Præses Iudææ destinatus fuerat, atq; eo tempore, quo Ioannes cœpit prædicare, iam per quatuor annos Iudææ administrauerat. Quis fuerit autem hic Lysanias, cui Abilene obtigerat, non satis est exploratum, cùm Iosephus in filijs Herodis percensendis ne meminerit quidem. Quidam tamen existimant, reuera filium fuisse Herodis, & fratrẽ aliorum, & videtur ex verbis Eusebij deduci posse: apertè tamẽ Nicephorus in historia sua Ecclesiastica idem tradit. Ex Latinis etiam Beda filium Herodis magni esse censet, quẽ sequuntur Glossa Ordin. & Catena Aurea. Nonnulla tamen sunt, quæ persuadent filium Herodis non fuisse: tum quia Iose-

Quando primum Iudæa per Præsides cœperit administrari. *Iosepb. lib. 18. Antiq. c.2.* Præsides Iudææ qui nam fuerint.

Quis fuerit Lysanias hic de quo meminit Lucas. *Iosepb. lib. 17. Antiqu. c.9. & 10.* Lopinio.

Euseb. lib.1. Eccl histor. c. 10. tom. 1. & in Chronic. tom.2. *Niceph. Callist. lib.1.c.20.* *Beda c.9. in*

phus,

phus, qui curiosiùs cuncta Herodis gesta describit, Lysaniæ huius inter Herodis filios non meminit: deinde Euangelium, vocando Philippum fratrem Herodis, & nihil de Lysania describendo, an sit frater, nec ne, videtur significare voluisse, illorum fratrem non fuisse. Ad hæc Herodes in Testamento tribus tantùm filijs regnũ suum diuisit, & in tres Tetrarchias, non in quatuor, ne fortè ex voce Tetrarchiæ ducas argumentum nominis. Attamen videtur fuisse illorum consanguineus. Nam, vt Iosephus in Antiquitatibus tradit, Ptolemæus Menneus Dynasta Chalcidis, quæ sita est in monte Libano, duxit in vxorem Alexandram Aristobuli (fratris Hyrcani Præfecti à Pompeio Mithridatico victore, qui Aristobulum priuatum regno Romam duxit) Aristobuli, inquam, filiam, & Antigoni, atq; Alexandri sororem ex qua suscepit filium nomine Lysaniam, qui in eius Dynastia, illo mortuo, successit: vt idem Iosephus libr. 14. Antiquitatum docet. Atque ita erat frater consobrinus Alexandri, & Aristobuli filiorum magni Herodis. Atque hoc mihi hactenus videtur similius vero; quia de nullo alio Lysania inuenitur apud historicos mẽtio. Et quanquã hic nihil acceperit ex testamento Herodis, cuius non erat filius, neque ex dispositione Augusti Cæsaris, cum ipse patri suo Ptolemæo successerit: tamen refertur hic inter Tetrarchas cum reliquis, quia suam ditionem obtinebat in Abilene: nomen fortita ab Abila eius regionis præcipua ciuitate, cui posteà Lysanias nomen vertit Lysanion. Quæ prouincia sita erat inter Libanum montem, & Antilibanum, in terra Promissionis, & apud Ptolemæum nuncupatur Lysanium: spectabatq; ad Aquilonem, sicut Iudæa ad Meridiem, Galilæa verò ad Orientem versus Iordanem: Trachonitis verò inter Libanum & lacum Tiberiadis posita erat. Ituræa porrò collocata dicitur in Cœlesyria, siue Curuasyria, quæ est Arabiæ vicina. Est autem Tetrarcha, qui quartam partem regni obtinet, vt rectè ait Euthymius: non autem is, qui quatuor agminibus præest, vt aiunt Gagneus, & Arboreus. Tetrarchia verò, autore Plinio, nomen erat principatus, instar regni. Consueuerant Romani bello victos in prouinciam redigere, non in regnum: hinc Iudæi socij Romanorum, qui se sponte dediderant, regnum erant: *Non habemus*, inquiunt, *Regem nisi Cæsarem.* Tradit Plinius, decem & septem Tetrarchias in Iudæa fuisse (& idem enumerat Tetrarchias sex in Decapolitana regione, scilicet Trachonitidem, Panæadem, in qua Cæsarea, Abilam, Arcam, Ampeloessam, Gabe, &c.) sicut & Toparchias decem, quas idem enumerat, à quibus Toparchæ vocati locorum Præfecti, quos paullò longiùs à regni specie abfuisse satis constat. Intelligimus igitur, Syriæ administrationem initio Græcis quadripertitam fuisse, atque inde Tetrarchias, ipsas regiones cum suis limitibus determinatas, & Præsides earum Tetrarchas appellatos fuisse: deinde illis ampliùs diuisis, & aucto portionum numero, vetus interim, & primò datum nomen mansisse. Hinc Plinius in historia naturali, in Galatia, & Lycaonia præfecturas enumerat non paucas sub nomine Tetrarchiarum. Ad hæc Herodes maior, & frater eius Phasælus constituti sunt ab Antonio Tetrarchæ Iudæorum prius quàm Herodes à Romanis Rex declararetur, vt docet Iosephus: & tamen non habebant quartam regni partem. Est ergo Tetrarchia, principatus regni instar. Quare Plinius: *Intercurrant*, inquit, *cinguntq; has vrbes Tetrarchiæ, regnorum instar singulæ.* Et Cicero libro De diuinatione loquens de Rege Deiotaro: *Cùm hoc*, inquit; *præclarissimum est, quòd posteaquam à Cæsare Tetrarchiæ regno, pecuniaq; mulctatus est, negat se tamen eorum auspiciorum, quæ sibi ad Pompeium proficiscenti secunda euenerunt, pœnitere.* Esse tamen Tetrarchiæ nomen inferius regno, ex eo constat, quòd Herodes iste Tetrarcha videns Herodem Agrippam à Caio Cæsare regia dignitate donatum, ipse quoque Romam instinctu Herodiadis perrexerit, vt similem dignitatem ab eo obtineret. Erat certè Tetrarchiæ dignitas Regiæ quàm proxima; vnde Matth. 14. Herodes Tetrarcha Rex vocatur.

Porrò quod dicitur: *Sub Principibus Sacerdotum Anna & Caipha*, considerandum est, quòd vt regnum diuisum erat in quatuor partes, ita Sacerdotium in Annam, & Caipham bipartitum erat: & cùm vnus iuxta legem esse debuisset, ambitio Sacerdotum, & Romanorum auaritia reddiderat plures. Intellige duos tamen Sacerdotes, quorum quilibet suo anno administraret: quod Græca ostendit litera, vbi non sub principibus Sacerdotum, at sub Principe Sacerdotum Anna & Caipha legitur in numero singulari. Deinde aduerte, istos duos proximè sibi non successisse: nam Annas, quem Ananum vocat Iosephus, quintodecimo anno Tiberij administrauit Pontificatum, anno verò decimooctauo administrauit Iosephus cognomento Caiphas: quos inter medij fuere alij, nempe Ismael

Fabi fi-

Luc. 3. cap. 10. 5. Gloss. Ord. in Catena Aurea. to. 5. Abulens. in c. 14. Matth. part. 2. Lysaniam filium Herodis minime fuisse, dupliciter.

II opinio, probabilior. *Ioseph. lib. 14. Antiq. ca. 23.*

Idem ca. 23. eiusdem libri.

Ptolem. lib. 5. geogra. ca. 15. Abilene vade, & quomodo aliàs dicta.

Vbi sita.

Idem Ptolem.

Trachonitidis situs regionis.

Tetrarcha quid. *Euthym. in Lucam. Gagneus. Arboreus.*

Tetrarchia quid. *Plin. lib. 5. c. 18. & 23.* Iudæa 17. Tetrarchias habuit. *Ioan. 19. Plin. c. 14. eiusdem libri.*

Cap 18. Idem ibidem.

Syria in quot olim Tetrarchias diuisa more Græcorum.

Idem Plin. lib. 5. ca. 27. & ca. vlt.

Ioseph. lib. 14. c. 21.

Plin. lib. 5. c. 23. Cic. lib. 1. de Diuin. ante med.

Tetrarchia licet regia esset dignitate minor, erat tamen illi quam proxima. *Matth. 14.*

Nonnulla de Iudæorum summo Sacerdotio, quod ad præsentem locũ attinet, scitu digna. *Exod. 30. Heb. 9.*

Annas & Caiphas au sibi proximè in Pontificatu successerint, nec ne.

Ioseph. lib. 20. Antiq. cap. 9.

Idem lib. 18. cap. 3.

Summæ Sacerdotij dignitatis apud Iudæos annuam mutationem quis primus inuexerit. *Idem ibidem.* Cur dictum à Luca sit in plurali: Sub principibus Sacerdotum Anna, & Caipha. *Ioan 18. Euthym. in Luc. c. 3.*

Matt. 26.

Annam bis Pontificatũ gessisse, vnde constet.

Act. 4.

Seuer. Sulpic. lib. 2. Sacra historia.

2. Machab. 4

Summum Sacerdotium apud Iudæos quando desierit esse perpetuum.

2. Machab. 4 Sacerdotij hanc Iudæorum mutationem quæ mala sint consecuta.

Fabi filius, Eleazarus filius Annæ, Simon Camithi item filius. Has verò annuas, & vix annuas quidem Pontificiæ dignitatis mutationes, vicissitudinesq; Valerius Gratus Præses Iudææ primus instituit, vt testatur Iosephus lib. 18. Antiquitatum. Quare mirandum non est, Euangelistam Annam cum Caipha coniunxisse, licet diuersis temporibus functi fuerint Pontificatu, tametsi immediatè sibi inuicem non successerint. Erat tamẽ Annas Socer Caiphæ, vt Ioannes Euangelista scribit: ideoq; mutuas sibi inuicem in administrando præstabant operas: vti rectè annotauit Euthymius in hunc locum, dicens: *Atqui eo tempore solus Annas Pontifex erat, Caiphas enim Pontifex factus est circiter annum, quo crucifixus est Saluator. Verum Euangelista coniunxit & Caipham tanquam adiutorem. Erat enim gener eius, & communem inter se gubernationem habebant: veluti diximus sexagesimo quinto iuxta Matthæum capite, vbi de Petro dicitur: Et ingressus intro sedebat cum ministris. Siquidem etiam Annæ postmodum opitulabatur Caiphæ in Pontificatu ipsius.* Hæc ille.

Illud insuper animaduerte, Annã hunc post mortem Christi (vt liber Actuum refert) summo Sacerdotio iterum functum. Atque hactenus dictum sit de his Principibus, & Sacerdotibus.

Nota præterea ex Seuero Sulpitio libro Sacræ historiæ sub septimo Rege Syriæ, qui Persidi, & Babyloniæ post Alexandrũ præerat, & Seleucus appellabatur, filius minor Antiochi deuicti à Scipione Asiatico, fuisse Oniam sanctum Sacerdotem, qui falsò accusatus à Simone quodam, Sacerdotio priuatus est, quod eo vsque erat perpetuum; & Simoni datum. Sed illo Rege post duodecim annos mortuo, successit frater Antiochus natu maior, quem pater pro se obsidem dederat Romanis. Dedit autem & ipse Demetrium filium Seleuci in obsidem, & regnauit vndecim annis: sub quo Iason frater Oniæ sancti, sed Sacerdotio deiecti, pecunia maiori annua data, abstulit à Simone Sacerdotium. Cuius frater Menelaus eadem via à Iasone idem rursus abstulit Sacerdotium: verùm non soluente pecuniam promissam Menelao, Lysimachus substituitur: vt habetur libro Machabæorum 2. vnde ortum certamen inter Iasonem & Menelaum, donec Iason pulsus est ex Syria: & ita ambitio & auaritia causa malorum omnium extitit. Nam Iudæi inde cœperunt idolis sacrificare, illis publicè delubra extruentes: & Antiochus intrauit in Ierusalem, templiq; omnia ornamenta detraxit, ac spoliauit. Hæc ideò attulimus, vt intelligas, nihil mirum sub Romanis accidisse hæc: cũ sub Græcis Regibus similia ferè acciderint in vendendo pontificatu.

Secundò, notatur tempus missionis Ioannis Baptistæ, à tot Regibus atque Principibus: quoniam tempus ac ætas Ioannis Baptistæ, in tempus Christi etiam atque ætatem incurrebat; atque ideò tempus missionis Ioannis Baptistæ idem prorsus erat cum illo Christi, ex quo salus mundi profecta est: quare Dominus, ab Apostolorum Principe dicitur cœpisse à baptismo Ioannis, vt est in Actis; & in alio loco: *A diebus*, inquit, *Ioannis Baptistæ* (qui simul cum illis Messiæ currebant) *regnum cœlorum vim patitur*: siquidem Christus omnibus erat expositus. Et infra: *Omnes enim Prophetæ & lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt*: quia nimirum eius tempore præsens ostensus est Messias, qui legem impleuit. Significatur præterea ætas Christi legitima ad docendum, ac prædicandum: cùm iam triginta expleret annos, Ioannes verò triginta cum sex mensibus: quo de paullò pòst fusiùs dicemus.

Tertiò, temporum qualitas aptissimè in præsidentibus, seu principibus designatur. Nam talia profectò solent esse tempora, id est, bona, vel mala, pacifica, vel turbulenta, catholica, vel hæretica, honesta, vel lasciua, quales ferè sunt Principes qui tunc imperant: nam rectè quidam ex Poetis cecinit:

Componitur Orbis
Regis ad exemplum.

Et Spiritus Sanctus per Salomonem; *Secundum iudicem populi sic & ministri eius; & qualis Rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Vnde & Plato dixit (vt Cicero refert in quadam epistola) *Quales in Republica Principes essent, tales reliquos solere esse ciues.*

Quartò, à Regibus & Sacerdotibus describitur tempus, quia Christus, Rex, & Sacerdos futurus erat, & ab eo tales Dei munere efficiendi erant, qui fidem eius profiterentur, nempe in Spiritu Reges, & Sacerdotes, vt ait Ioannes aliquot in locis Apocalypsis libri, vbi ait, *Fecisti nos Deo nostro regnum & Sacerdotes*; tempusque venisse verum Regem, ac Sacerdotem quærendi.

Quintò, proponitur imperium Gentiũ vnitum; illud verò Iudæorum diuisum, atque dissipatum; quo significetur Gentilium collectio, & Iudæorũ dispersio: nam omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur; ac proinde Danielis vaticinium completum, quando post Assyrios, Persas ac

Medos,

Cur Lucas de Ioannis missione loquens ad prædicandũ, horum Principum mentionem fecerit.

Act. 1.

Matt 11.

II. ratio.

Luc 3.

III. ratio.

Claudian.

Ecclesiast. 10.

Plato. Cicer. lib. 1. epist. fam. ad Lentulum.

IV. ratio.

Apoc. 1. & 20.

V. ratio.

Luc. 11.

Dan. 7.

Romanorũ imperium vbi præfiguratum.

Medos, atque Græcos introducitur quarta bestia dentes ferreos habens, quæ omnia regna commiuuit, & pessundat: per quam Romanum figuratur Imperium, quod potestate sua atque virtute cunctis dominaretur: quod Iudæam vnitam primum, in quatuor Tetrarchias dispertierit atque distraxerit, qua bestia interfecta, subdit Daniel: *Ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, & vsque ad Antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient.* Regnum verò Gentilium sub vno Principe describitur vnitum, quod ex tãta deorum multitudine & turba sub vnum Christum, verum Deum, ac Regem, cogendi erant.

VI. ratio.

Postremò, in his Principum, terrarumque nominibus, si rectè interpretemur, sensui mystico atque eleganti locus datur. Describit enim Euangelista secundũ spiritum, statum mundi, qualis eo tempore sub diabolo, diuersisque eius ministris, ac satellitibus; qui sunt maligni spiritus extiterit; vt iam, morbi grauitate cognita, medico Christo opus esse intelligamus. In Tiberio enim Cæsare aptè Satanas figuratur: interpretatur siquidem Tiberius, Vmbilicus, siue confractio. Quippe Satan de vmbilico cæli, cecidit de medio lapidum ignitorum, vt ait Ezechiel: confractusque est à lapide illo Danielis Christo, ac monte sanctissimæ Matris eius, nosq; vt confringat ille, si possit, semper conatur. Cæsar verò, vel à cæso ventre matris cœlestis nominatur: nam, vt Iob inquit, *Obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus*; vel à cæsarie capillorum, videlicet cogitationibus superbiæ, odij, & inuidiæ generis nostri, cogitationibus, quibus, ceu capillis, in cruce fuspẽsus est; vt olim Absalon in quercu per cæsariem detentus, tribusque lanceis confossus, nempe amoris, patientiæ, & humilitatis Christi.

Tiberius quid significet.

Ezech. 28. Dan. 2.

Cæsar vnde dictus.

Iob 26.

2. Reg. 18.

Porrò numerus decimusquintus, qui diminutus est, pulchrè Luciferi dominium, iusque ad illud diminutum; iniustumque significat. Namq; huic Cæsari peccatorum censum pendebat totus mundus; ac proinde dignus fuit qui spoliaretur regno: Satã, sub se diuersos ministros atq; satellites habebat, per quos orbi vniuerso imperitabat, nimirum Pótium Pilatum Iudææ præsidem; Herodem verò Galilææ, ac Philippum Trachonitidis atque Iturææ, Lysaniamque Abilenæ, Tetrarchas. Pontius interpretatur marinus; Pilatus verò, constringens siue constrictus, atque hic est spiritus hypocritis, æmulationisque, qui ad mundana est affectus & qui gloriq humanæ venandæ caussa, se ad bona opera constringit. Hic autem regnabat in Iudæa, id est, in Religiosis & Ecclesiasticis spiritalem vitã professentibus, labijs tantùm, & non corde Christum confitentibus. Herodes autem; qui interpretatur, mons gloriæ, vel, de pilis glorians; spiritus est inanis gloriæ, atque iactantiæ: Galilæis dominans, id est, sapientibus mutantibus indies opiniones, ideò volubilibus vt rota. *Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ.* At Philippus, amator equorum interpretatur, siue, Os lampadis, Hebraicè; atque hic est spiritus superbiæ; Herodis frater, id est, inanis gloriq: Principatum autem tenet in Ituræa, scilicet custodita, vel montosa. & Trachonitide, videlicet aspera, vel saxosa: significatque potentatus, & magnes Principes, qui superbè atque asperè dominantur. Lysanias verò, dissoluẽs tristitiam explicatur; atque hic est spiritus deliciarum, siue solutioris vitæ. Dominans Abilenq, id est, lugenti, & murmuranti: hæc est plebs, cuius est vacare diuitijs atque vitæ lasciuæ: murmurare in superiores, eorumque sæpenumero imperium, vt durum recusare, atq; ingemiscere. Omnes autem prædicti, sunt sub summis Sacerdotib. Anna & Caipha. Annas, humilians vel affligens exponitur, atque hic est spiritus ducens ad vitia carnis. Caiphas, declaratur sagax, vel inuestigans, vel ore vomens: & hic est spiritus trahens ad vitia spiritualia astutijs, adinuentionibus ac fraudibus: ad vomitumque, id est, ad cupiditates disponens carnis: nam peccata spiritualia vitijs carnis plectuntur: vt docet Paulus ad Romanos scribens. Talis ergo erat huius mundi status, & conditio: atque vtinam nunc nostra culpa non sit deterior. Nam dæmonem per Christũ in baptismo à nobis expulsum, nouis peccatis ad nos reuocamus, illeque hunc potenter per hypocrisin regnat in Ecclesiasticis & Religiosis. Sed cogitare deberent, se fructũ acerbum, necdũ maturum edere: & se hic recepisse mercedẽ suam. Per vanã gloriam verò, in sapientiæ literarumque professoribus regnat atque dominatur, ac maximè in hæretico: quem Augustinus libro De vtilitate credendi ita definiuit: *Hæreticus est, vt mea fert opinio, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur: ille autem qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis ac pietatis illusus.* Sic ille. Verùm tales cogitare deberent, quàm parum in literis profecerint, & quàm grandis adhuc sibi re-

Heb. 13.

Herodes quid sonet.

Sap. 9.

Philippus in Ituræa, & Trachonitide regione dominans, quid mysticè

Quid est quod Lysanias Abilenę dominari dicitur.

Annæ, & Caiphæ etymologia nominum.

Rom. 1.

Matth. 6.

Dæmon in quib. regnet potissimum.

August. lib. De vtilitate credendi, ad Honoratum, cap. 1.

Hæreticus quid sit Augustino.

Encyclopœdia in absoluere, id est, cursum disciplinarum omnium. *Eccl. 1. Themist. in li. 11. De anima.*

stet via, si encyclopœdiam velint absoluere: maximè verò illud considerandum, vnum sciẽtiæ gradum accedere cum decem ignorantiæ gradibus: vt propterea sapienter dictum sit à Salomone: *Qui addit scientiam, addit & laborem*: ait quoque Themistius, *Maximam partem eorum quæ scirent homines, minimam esse eorum, quæ ignorarent.* Cogitent præterea illud sapiens dictum Fabij: *Multos peruenire ad veram sapientiam potuisse, nisi iam se peruenisse arbitrarentur.* Per superbiam autem, quæ bellum Deo etiam, neque tantùm hominibus infert, dominationem habet dæmon in Reges & Principes, qui de principatu semper maiori contendunt, nunquamque sibi inuicem cedere nesciunt: qui propter vanissimum vnius vel alterius oppidi vel castri titulum, non solùm facultates, & regna ipsa ac principatus, verum etiam Ecclesiam ipsam Christi in apertum discrimen exponunt. At meminerint isti, se dominari conseruis & fratribus melioris regni cohæredibus: discantque propter Christum cedere sibi inuicẽ, ac potiores partes alijs deferre. Plebs verò patienter, & libenter ferat onera, respiciatque ad suorum peccatorum merita, & ad Christum ipsum, à quo sapientissimè moderante, atque in vtilitatem nostram etiam aduersa conuertente, proueniunt omnia.

In quibus regnet per superbiam dæmon.

Principes, ac subditi quales esse debeant.

Subdit Lucas: *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto.* Hebraismus est familiaris Prophetis, quo significatur inspiratio, virtus, munusque prophetiæ illis diuinitus traditum, per quod Deus Prophetas allocutus est, vt illi vicissim populum, Dei nomine alloquerentur. Ex his autem verbis multa licet nobis annotare. Atque illud primo loco, quod Abrahamus primus dicitur propheta, ad quẽ traditur verbum Domini factum, vt in Genesi habetur: vltimus verò filius Abrahæ est Ioannes: nam lex & Prophetæ, vsque ad Ioannem, atque in eo terminata sunt illa verba, *Factum est verbum Domini*: Græcè autem non est λόγος, sed ῥῆμα, id est sermo, siue dictum. Deinde illis verbis notatur Propheta in amicitiam Dei receptus: nam tactus huiusmodi homines sanctificat, iuxta verbum Domini; *Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est.* Et Salomon de æterna Sapientia loquens, *Per nationes*, inquit *in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & Prophetas constituit*: & Pater eius, *Beatus homo quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* Atque ob hanc caussam non perhibetur factum verbum Domini ad Balaam, vel ad Moysen, sed tantùm dicitur Dominus locutus: *Locutus est*, Scriptura inquit, *Dominus ad Balaam*: &, *Locutus est Dominus ad Moysen.* Sed hoc posterius non insinuat, quin Moyses fuerit amicus Dei (fuit enim amicissimus) nam eo nomine dignatur eum Dominus in Scripturis: sed in typum legis videlicet, quæ minimè iustificabat. Ad hæc innuitur constans veritas atque immutabilis rei prædictæ in eo quod dicitur de præterito, quasi de re iam facta, *Factum est verbum Domini*: vt egregiè considerauit Rupertus in Oseam. Nam pleraque vaticinia sunt comminatoria, vel legibus, ac conditionibus alligata. Ideò cùm Esaias Ezechiæ Regi prædixisset: *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*, non dicitur factum verbum Domini; deinde verò quando additi sunt anni vitæ quindecim, scribitur: *Et factum est verbum Domini ad Esaiam, dicens.* Præterea innuitur, hanc prophetiam potissimùm editam, non vt discamus tantùm, loquamurve, at vt faciamus, & operemur: ideò non ait, dictum est verbum Domini, sed factum est: quia iam Verbum factum est caro, vt nos efficiamur spiritus: ille factus est homo, vt nos efficiamur Deus, intelligamusque Apostolicum verbum: *Estote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos.* Erudimur insuper, non rectè prædicare nisi illos, quibus intus factum est verbum Domini, & infusum in cor eorum. Non enim fons siccus emittit aquam: neque satis est ad prædicandum, vt doctus sis, & sapientiam postideas, verùm opus est etiam potestate & missione Dei. Quomodò enim quis legatum aget, nisi prius ab eo, à quo mittatur, destinatus sit? aut quomodò prædicabunt, vt Apostolus inquit, nisi mittantur? Nemo ergo debet per impudentiam, aut temeritatem, se ad tantum ministerium ingerere. Hinc Christus ad documentum exemplumque nostrum, non assumpsit sibi hunc honorem, verùm expectauit non modò iustam ætatem triginta annorum, sed etiam præcursoris de se præclarum testimonium & institutionem ipsius Patris, qui viua voce de ipso testatus est: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Venit etiam Spiritus Sanctus super eum in manifesta specie columbæ. Habuit præterea Scripturas, & miracula, quibus, vt firmis, solidisque argumentis, se à Deo missum comprobauit. Et vt ipse erat à Patre institutus, ita & suos Apostolos ipse instituit, dicens: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Ex quibus Petrum Ecclesiæ pastorem primarium effecit: atque hi non tantum instituti sunt vt oues

Exod. 22. & 35.

Exod. 30.

III. documẽtum.

Ruper. in c. 1. Oseæ.

Esai. 38.

Ibid.

IV. docum.

Ioan. 1.

Iacob. 1.

V. documentum, & qui recte prædicent.

Christus cur vir tantum docuerit.

Ioan. 1. & seq.

Matt. 17. Matt. 3.

Ioan. 20.

Quid significet: Factum est verbum Domini super Ioannẽ, &c.

Gen. 15.

I. documentum ex his verbis.

Luc. 16.

II. documentum.

Ioan. 10.

Sap. 7.

Psal. 93.

pascerent, verùm etiam vt alios pastores instituendi haberent potestatem. Ex quo (vt in Actis traditur Apostolicis) per impositionem manuum Diaconos instituût; & Paulum atque Barnabam obsecrationibus, ieiunijs, ac sacrificio Missæ, quam Liturgiam Paulus vocat in Actis, Apostolos instituerunt, & in opus, ad quod assumpsit eos Dominus, segregauerunt. Illi porrò per ciuitates singulas discurrentes atq; concionantes, constituebant presbyteros & Episcopos; atque hic quidem ordo continuam habet successionem in Ecclesia vsq; ad consummationem seculi: quē qui violat, & semetipsum intrudit atque ingerit, lupus est, fur, & latro, ascendens aliunde; vt sunt Caluinus, Bucerus, & Lutherus, qui quidem sanctissimum Christi vicariū, Antichristum, & sedem Romanam, sedem Antichristi impudentissimè atq; blasphemè vocare non est veritus. Cum quo (inuito licèt animo ac repugnanti) vt paullisper manus conseramus, sic vrgeo: Si sedes Petri, sedes est Antichristi: vnde isti missi sunt ad docendum, & in qua autoritate scribunt & euangelizant? aut quis promouit eos in Episcopos, & Doctores? Si aliunde quàm à Romana sede, ostendant quæ nam illa sit, & qua successione hanc à Christo, & Apostolis potestatem habeat. Quòd si nullam aliam possunt ostēdere, quàm Romanam, à qua sicut Baptismo, ita & Sacerdotio sunt initiati: fatentur ergo se ab Antichristo missos. Vides ergo quomodò in Romanum Pontificem tela quæ iaculantur, in se ipsos torqueant? Quàm pulchre Salomon dixit; *Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet.*

Quòd si dicant, se occultè ab Spiritu sancto, aut Baptismi Sacramento ad docendum emissos: prememus eos, & dicemus; Ostendite nobis missionis vestræ signa, quemadmodum Christus, & Ioannes, atq; Apostoli fecerunt, quorum nullus occultam missionem, aut baptismū protulit vnquam: alioqui omnes hæreses huiusmodi clypeo tueri se facilè possent, omnesq; hæretici à Deo essent missi.

At dicent, se à seculari missos Magistratu. Sed certè id ridiculum est: quando enim magistratibus Christus secularibus tale quicquam promisit? aut quando illam potestatem mittendi ministros verbi, & Sacramēti habuit Magistratus? Profectò subterfugia hæc vana sunt & deridenda. Deinde Apostoli, ad abolendum Gentilium vanissimum cultum deorum, prædicandamque Iudæis legis cessationem, & in vtrisque plantandum Euangeliū, missi sunt à Christo, & tamen signis atque portentis vbique missionem suam comprobabant, cùm tamen ea quæ prædicarent, & à Prophetis prædicta esse, & rationi ipsi consona demonstrarent. Lutherus tamen, Caluinus & Sectarij, qui noua introducunt, illisq; prorsus contraria, quæ hactenus in Ecclesia recepta sunt, volunt sine vllis miraculis acceptari: cùm maiora quàm Apostoli moliantur, scilicet, nunquam enim illi contraria his quæ Ecclesia tenuerat, docuerunt.

Adhæc, cùm Deus Ecclesiam suam expurgare, aut reformare vult, solitus est viros sanctitate, & doctrina conspicuos, Spiritus sancti charismatibus refertos, Apostolicis virtutibus, vt, paupertate, mundi contemptione, castitate, ac vitæ puritate exornatos mittere; quo autoritatem sibi valeant conciliare, & quo velint, deflectere homines. At verò isti nouelli reformatores, Apostolicum nihil spirant, qui vota Deo sanctè nuncupata perfregerunt, omnemque arctioris vitæ disciplinam subsannant, atque eleuare conantur: humilitate, castitate, vitæque puritate destituuntur. Superbi sunt, elati, libidinosi, ebrietati, & licentiæ carnis intemperantissimè vacant: in Deum, in Sanctos, & in Ecclesiam totam iniurij: vtriusque potestatis, tam Ecclesiasticæ, quàm secularis, iugum excusserunt: maledicentia tantummodo & virulentia scribendi armati sunt. Et quis credat, obsecro, à Deo huiusmodi homines missos ad eius Ecclesiam reformandam?

Præterea à consensione & concordia in doctrina consueuit Spiritus veritatis agnosci. Hinc Augustinus à consensu Prophetarum ostendit, eos eodem Spiritu veritatis actos, vaticinatos fuisse. Enimuerò quis non videat, vt isti tam contrarias sibi inuicem ac pugnantes opiniones inuexerint, & quod vnus construit, alter destruat: rursus quod illi construxerunt, euertant alij, vt prorsus nescias quid credere, aut quid agere debeas, aut cuius in doctrinam & Ecclesiam tanquam in portum te tutò recipias: profectò argumentum inuictum est, istos à Spiritu nequam, hoc est, à Satana patre mendacij, qui, instar Dauid cuiusdam, omnia interturbat, fuisse missos. Non enim est dissensionis Deus, sed pacis. Ex his igitur paucis ruunt quæcunque nostri seculi Hæretici pro tuenda, colorandaque sua ab Spiritu missione confinxerunt.

Sexto loco per hoc quod dicitur verbum Domini factum super Ioannem, designatur, Dei Verbum quasi columna nubis & ignis nos obumbrantis, & illuminantis, super nos ad dirigendam viam nostram de-

Act. 6.
Act. 13.
Infra 14. Veræ Christi Ecclesiæ symbolum.
Ioan. 10.
Quod sedes Petri, vt Lutherus blasphemauit Antichristi filius, non sit sedes Antichristi.
Eccles. iust. 27
Agitur de missione Lutheri & aliorum hæreticorum.
Quàm leue illud eorum perfugium, secularis nos misit Magistratus ad prædicandū, ac docendum.
II. Hæreticorum nota.
III. nota.
Augustl. li. 18 de ciuit. Dei tom. 5.
III. Hæreticorum nota.
Hæretici à quonam missi.
Ioan. 8.
1. Cor. 1.
VI. documētum ex his verbis: Factū est verbum Domini ad Ioannem, &c. *Exod. 13.*

bere esse quare væ conculcantibus Dei verbum, atque illud sub pedibus habentibus affectuum suorum.

Subditur: *Super Ioannem Zachariæ filium.* Quoniam & ipse Zacharias propheta fuit, qui pulchrum illud Canticum cecinit: *Benedictus Dominus Deus Israël, &c.* præterquam quòd pater Prophetæ descriptus in Scripturis, etiam Propheta esse solet, vt Hieronymus docet. Zacharias autem Ioannis pater Præcursoris, iam vita erat defunctus. Vt intelligas, Sacerdotium vetus & prophetiam veterem de Christo venturo cessasse. Illa enim vetera longè Christum venturum monstrabant; Ioannes verò præsentem digito ostendit: nam gratia Dei saluti vicina est, vt Ioannes ipsi Iesu.

Septimò traditur, hoc verbum factum in deserto Iudææ; id est, in montosa parte sortis Iudæ, in qua erant quinque ciuitates, vt scribitur Iosue 15. quarum vna erat ciuitas Zachariæ: de qua superiùs dixit Lucas: *Abijt in montana cum festinatione, in ciuitatem Iudæ*, id est, vnam e ciuitatibus sortis Iudæ. Deinde inquit: *Et super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.*

Cœpit autem prædicatio Ioannis in deserto: tum quia superiùs dixerat, illum vel fatum fuisse in desertis locis, id est, interiori, & vastiori in deserto, in quo multis annis vixerat: tùm vt exordium nouæ legis responderet lationi veteris legis, quæ in deserto Sinai data est, donec veniret dies, quo ostendendus erat ad Israelitas.

Deinde præcursio hæc ad totum mundum pertinebat: *Vt omnes*, inquit Euangelista Ioannes, *crederent per illum.* Vt enim Christus extra portam passus est, significans quod pro omnibus Patri obtulit mortem: ita extra Ierusalem cœpit prædicatio Ioannis in deserto, quo rectè mundus designatur, qui sine Christo merum est desertum.

Ad hæc, vt Christus prædicationem suam exorsus est in Galilæa, terra vili ac contempta: sic & Ioannis prædicatio cœpit in deserto ad gloriam Dei, qui contemptibilia elegit, vt confundat fortia, teste Paulo.

Tùm vt ex deserto egressus indicaret se Iesum minimè nosse; ac ideò de illo non secundùm oculorum aspectum, aut consuetudinem, & affinitatem, sed secundùm spiritum Dei tuisse testimonium.

Ait præterea Lucas, Verbum Dei in deserto factum: quoniam qui se propter Deū terrenis solatijs priuant, atque in deserto viuunt, cœlestes digni fiunt accipere significationes, afflatusque diuinos. Ait siquidem ipse per Prophetam Deus: *Ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor eius.* Et vt Theophylacti verbis vtar: *In deserto verbum Dei ad Ioannem factum est: quandoquidem filios desertæ multiplicaturus erat: Ecclesiam dico ex Gentibus, magis quàm eius quæ habet virum, hoc est, Iudaica Synagogæ.* Sic ille.

Postremùm, ex deserto Ioannes prodijt, vt hac ratione pœnitentiam agentium vitam adumbraret, & mundum despicientium, diuinisq; vacantium contemplationibus; vt sic autoritatem sibi, & gratiam acquireret, & ne curiosi tam facilè eum inuenirent.

Neque verò perturberis, lector optime, si Marcus dicat; *Fuit Ioannes in deserto*, Matthæus verò: *Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ*: nō enim inquit Matthæus, Venit Ioannes in desertum; sed, *cum esset in deserto, venit prædicans.* Venit namque è cœlo, vbi erat per iuges meditationes, contemplationesque, ab hominum cæterorum consortio segregatus: inde posteà missus fuit ad prædicandum: dicitur enim venire, quando cœpit apparere, & officium præcursoris agere. Vnde & aquila Ioannes dixit: *Fuit homo missus à Deo.* Vt intelligant qui euangelizare proponunt, quodammodo prius in cœlo conuersari, vt inde quasi descendentes, quæ audierint, enuntient. Adiecit Matthæus cognomen Baptistæ, quod ab officio baptizandi promeruit: ex quo etiam obtinuit, vt baptismus Ioannis vocaretur. Fuit autem insignis Iesu summissio animi, & modestia, qui seruo suo cognomen Baptistæ in perpetuū detulit, cùm ipse, qui parens est mundi totius, per baptismum suum verum atq; perpetuum, tale nomen non acceperit: Ioannis verò baptismus breuissimo tempore erat duraturus.

Porrò narratur venisse in omnem regionem Iordanis: daturus siquidem initium baptismo, quo viam Christo muniret atque pararet, meritò regionem Iordanis finitimam elegit, vt ad se accedentes, & pœnitentiam agentes, baptizare cōmodius posset. Addunt Marcus & Lucas: *Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Thema verò prædicationis, vt Matthæus docet, erat: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.* Verba verò quæ sequuntur in eodem Euangelista: *Hic est enim, de quo dictum est per Esaiam prophetam dicentem, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini*, vel ipsius Ioannis Ba-

Zacharias Ioannis Baptistæ pater, cur propheta. *Luc. 1. Hieronym.*
Sacerdotij veteris desitio vbi adumbrata. *Ioan. 1.*
VII docum.
Luc. 1.
Ibid.
Ioannes prædicare cur cœperit in deserto. I. ratio. *Exo. 19. & 20 Luc. 1.*
II. ratio. *Ioan. 1.*
Heb. vlt. Per desertū quid apte designatur.
III. ratio.
1. Cor. 1.
IV. ratio.
V. ratio.
Osee 2. Theophyl. Esai. 14. Gal. 4.
VI. ac postrema ratio.
Mar. 1. Illud Marci, Fuit Ioannes in deserto, cū dicto Matthæi, Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, quomodo conueniat. Vnde venerit Ioannes Baptista. *Ioan. 1.*
Munus concionatoris quod. *Luc. 7. & alibi sæpius.*
Ioannes, cur dictus Baptista.
Christi humilitas quanta.
Ioannes cur dicitur venisse in omnem regionem Iordanis.
Mar. 1. Luc. 3.
Quid prædicaret Ioannes Baptista. *Esai. 40.*
Ioannis Ba-

ptistæ, an Euangelistæ verba sint *hæc*, Hic est enim de quo dictum est quod Esaiã propheta, &c.

Altera opinio probabilior.

ptistæ sunt prædicantis, quasi dicat: Hic, quem annuntio; quem regnum cœlorum voco, quem appropinquasse clamito, ille est, de quo Esaias dixit. Ille enim Dominus iam clamat in deserto, cui parandæ sunt viæ. Clamat autem non per se, sed per Ioannem, vt vocem à verbo formatam, & verbum ipsum indicãrem. Vel sanè, quod ad rem magis facere videtur, verba sunt Euangelistæ missionem Ioannis ad prædicandum testimonio Esaiæ comprobantis, ita vt non fortuita, aut humana legatione Ioannes missus esse existimetur, sed destinata à Deo atque præscripta. Vnde & Ioannes ipse, Ioan. cap. 1. hoc testimonium sibi tribuit: sic enim Apostoli frequenter suas conciones Sacrarum scripturarum vaticinijs condiunt, quo firmiorem credentibus fidem faciant, cùm se nihil aliud docere demonstrent, nisi illud, quod tot retrò seculis Deus futurum prædixit. Sic fecit Petrus Actorum 2. 3 & 4. ac 10. Stephanus etiam Actorum 7. Paulus verò Actorum 13. 26. & 28. imò etiam Christus testimonijs vtitur Prophetarum: vt, Matth. 4. 5. 8. 9. 12. 16. 19. 21. & 24. Lucæ 24. Ioannis 5. & 8.

Apostoli, & Euangelistæ cur frequens veterum proferant testimonia Scripturarum.

Ioannes quẽ admodum baptismum pœnitentiæ prædicauit in remissionem peccatorum.

Prædicabat verò Ioannes baptismum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum: quod dupliciter potest intelligi: vel enim prædicabat Christi baptismum, qui efficaciter cunctis obicem non ponentibus, remissionis peccatorum gratiam conciliat: nam ipse baptizabat in aqua, Christus verò in Spiritu sancto, & igne. Vnde Ioannis baptismo baptizati, propter eius ad iustificandum impotentiam, egebant iterum baptismo Christi baptizari: vt exemplo suo Paulus docuit Actor. 19. quanquàm nostri seculi hæretici, siue stultè, siue malitiosè, aliter definierint. Cum enim omnem virtutem sanctificandi omnibus Noui Testamenti Sacramentis adimant, necessariò baptismum Ioannis Christi baptismo æqualem fecêre. Vel prædicabat Ioannes suum baptisma ad præparandum eos & assuefaciendum, vt in Christi baptismo veniam peccatorum reciperent: quod rectè exponens Theophylactus, ait: *Prædicauit baptismum pœnitentiæ populis, hoc est, diuulgauit. Porrò baptisma cooperabatur illis in remissionem peccatorum, quæ per baptismum Christi datur: nec enim baptisma Ioannis remissionem peccatorum habebat, sed ad remissionem conferebat: hoc est, præparabat homines vt acciperent baptisma, quod habet peccatorum remissionem.* Hæc ille. Eadem docet Euthymius in Marcum. Ioannis enim baptisma simile erat Hebræorum varijs baptismatibus: sed ea quidem, quemadmodum munera, & hostiæ, ad interioris hominis purificationem non penetrabant. Ex quo Paulus Hebræis scribens, dixit, res eiusmodi non posse iuxta conscientiam perfectum facere seruientẽ, sed ea solummodò in cibis & in potibus, & in varijs baptismatibus, & in iustificationibus carnis, vsque ad tempus correctionis imposita. Ea enim erant instituta, non vt conferrent veram perfectamque iustitiam, sed vt his figuris assueti, aptiores essent homines capessendæ veritati per Christum. Ideò subdit: *Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos emundat ad sanctificationem carnis: quanto magis sanguis Christi*, & reliqua. Baptisma ergo Christi vim accepit ab eius sanguine ad emundanda peccata. Vnde hoc insinuans Ioannes dixit in epistola sua, Christum venisse non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. Venit enim Moses per aquam, nam eius nomen nonnisi Eductum ex aquis significat: & ipse cum populo Israël educto de Aegypto, baptizatus est in nube & mari: vt ait Paulus. Ioannes etiam venit in aqua solùm, quia eius baptismus Spiritum sanctum non conferebat: Christus verò per aquam & sanguinem, quia non attulit baptismum tantum significantem ablutionem peccatorum, verum etiam obtulit sanguinem, quo redempti sumus à peccatis nostris, & propter quem aqua baptismi Christi vim habet sanctificandi, & remittendi peccata. Hinc è latere Christi in cruce pendentis fluxit aqua & sanguis. Cum verò Ioannes adultis prædicaret, qui per baptismum sine pœnitentia nequaquam iustificãtur, ideò merito subdit baptismum pœnitentiæ, id est, coniunctum cum pœnitentia in adultis. Simili ratione Petrus dixit: *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum.* Baptismus ergo pœnitentiæ prædicabatur in remissionem peccatorum, ac si diceret: Venite, resipiscite, & pro satisfactione baptizamini: hoc vobis pro sacrificijs & precibus Sacerdotum sufficiet, de quibus Leuitic. 5. & 6. Sed sicut illa ad perfectum non adducebãt, neque plenè mundabant, vt scribitur Hebræor. 10. ita nec hic baptismus perficiebat: at vt illa, ita hic, baptismum Christi præcurrebant, & nonnisi per illum euacuata sunt legalia omnia completo tempore prædicationis Apostolicæ. Interim illud Ioannis baptisma præparabat vicinius, & homines assuefaciebat ad illud per Christum introducendum.

Heb. 9.

Christi Baptisma vnde remittat peccata.

1. Ioan 5.

Moses quid sonet.

Exod. 2.

Infra 14.

1. Cor. 10.

Quid est, Præcursorem venisse in aqua solum, Christum verò in aqua & sanguine.

Ioan. 19.

Act. 2.

Quid baptismus Ioannis prædicatus in remissionem peccatorum.

Heb. 7.

Infr. 10.

Hoc loco explicandum est quid sit pœnitentia

De pœnitentia quæ dubia resoluenda.

tentia re, & nomine; & si est sermo de pœnitentia, quæ Sacramentum est, cur non exigit confessionem; & si includit confessionẽ, cur exigatur ea ante baptisma, quod est ianua Sacramentorum; ad hæc, quod nam sit hoc cœlorum regnum, quod appropinquasse dicitur. Hæc duo vbi præstiterimus, vltimam manum præsenti tractatui imponemus.

Pœnitentia quid nomine.

Igitur Pœnitentia apud Latinos dicitur à verbo antiquo Pœnio, hoc est, punio, vel à pœnæ tentione, quia quod factum est, non sine dolore & pœna displicet: aut certè à pone tenendo, quasi post factum quis teneat quod sit verum, & bonũ, à quo discesserit: de qua Augustinus epistola 108. ad Seleucianum sub finem: *Pœnitentia est*, inquit, *bonorum & humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes, Dimitte nobis debita nostra.* Idem libro De vera & falsa pœnitentia cap. 8. circa finem (si tamen eius sit) *Pœnitentia est, quædam dolentis vindicta, puniens in se quod dolet commisisse.* Et cap. 19. *Pœnitere, est pœnam tenere, vt semper puniat in se vlciscendo, quod commisit peccando.* Apud Græcos verò, Μετάνοια dicitur, id est, resipiscentia, vel mentis mutatio, quasi post cognitum errorem iterum sapiamus. Ac licet vtraque voce eadem res significetur, vario tamen ac diuerso modo: nam vox Latina respicit præteritum, nempe dolorem de eo quod malè admissum est, & ex consequenti resipiscentiam ad cauendum, ne deinceps errorem admittamus: voce verò Græca è conuerso, primùm animi mutatio, & cautela in posterum significatur, deinde dolor & pœna, sine qua talis non fit mutatio, sicut etiam Hebræa dictio, תשובה, id est, Theschubah, reuersionem seu reditum in bonam viam relictam, siue, ad mentem & vitæ emendationem denotat, itaque incidit vnà cum voce Græca. Ex quo Esaias capite 46. *Redite*, inquit, *præuaricatores ad cor*; & de filio prodigo refert Lucas, inquiens: *In se autem reuersus*: & Amos cap. 4. *Et non rediistis ad me.*

B. Aug. to. 2. Quid Augustino pœnitentia.

Matth. 6.

Idem tom. 4. ad calcem.

Μετάνοια Græcè quid: vtà pœnitentia distingua tur.

Esai. 46.

Luc. 15.

Amos 4.

Falsum ergo est, quod Erasmus primus in hunc locum annotauit. *Vulgus*, inquit, *nostrum putat, pœnitentiam agere esse, præscripta pœna quapiam luere commissa, quod apud Christianos, qui publicè peccassent, ejecti è consortio propè iam afflgerentur: eaq; satisfactio, siue pœna, pœnitentia vocari cepta: qua quidem ex re non mediocris error quibusdam Theologis ortus est: vt quod Augustinus de pœnitentia, id est, publica satisfactione scripsit, ad animi dolorem, quem contritionem vocant, detorquent.* Adijcit præterea, non inueniri apud probatos autores Pœnitentiam agere, pro eo, quod est, affici dolore. Lutherus verò articul. 7. (quem refellit Roffensis) asseruit, pœnitere, vel pœnitentiam agere, non significare Latinis, factum displicere, ita vt respectum habeat ad præteritum malum, cuius sit detestatio: sed tantummodò mutationem mentis in futurum denotare: quod Græco vocabulo, vt supra, dicitur Μετάνοια, quasi transmutatio, mentisve mutatio. Sed profectò Erasmi hæc, Lutheriq; sententia, insignis est linguæ insciti Latinæ, quæ facilè ex ipsa, quam superiùs ex Augustino produximus, etymologia conuincitur, atque ex vsu ipsarum Sacrarum literarum, in quibus pœnitentia dolorem animi significat expresse, & ex ipsis sanctis Patribus, quos Latinæ linguæ ignoratione laborasse, non nisi impudenter asseri potest. Verùm quo me reuincantur scioli isti, produco testimonia ex bonis classicisque autoribus. Cicero enim in epistolis ad Atticum non semel ait: *Me pœnitet, quòd te offenderim*; & in Tusculanis, *Sapientis proprium est, nihil, propter quod pœnitere possit, facere*: & Plinius Iunior lib. 7. ad Merinum, *Superest ne rursus prouinciæ, quod damnasse dicitur, placeat, agatq; pœnitentiam pœnitentiæ suæ*: & Plinius Senior li. 7. De natur. histor. cap. 25. *Cæsari proprium & peculiare fuit clementiæ insigne, qua vsque ad pœnitentiam, omnes superauit*: Seneca tragœdia 8. *Quem pœnitet peccasse, innocens pœna est.* Ouidius quoq; in libris de Ponto:

Roffen. mart. 197.

Pœnitentiam non solum propositum vitæ melioris, sed etiam præteritæ vitæ pœnitudinem in se continere.

Cicero.

Plin. Nouocomen.

Plin. historicus.

Seneca, ex 2. Actu.

Pœnitet ô, si quid miserorum creditur vlli:
Pœnitet, & facto torqueor ipse meo.
Cumq; sit exilium, magis est mihi culpa dolori:
Estq; pati pœnam, quàm meruisse, minus.

Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 1. prope finem.

Et Ausonius Gallus in Paræmia, Nosce tẽpus, describens pœnitentiam, ait:

Sum dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas,
Nempe vt pœniteat, sic Metanea vocor.

Auson. Gallus.

Metanea vn de dicta.

Vides ergo ex Nasone, Ausonioque pœnitentiam, animi dolorem significare? & tam de malefactis, quàm de bonis omissis exigere pœnas? neque futurum tantum, quàm præteritum respicere? nec modò Latinam vocem pœnitentiam, sed etiam Græcam, μετάνοιαν? Audi iam quid Varrinus Fauorinus in lexico dicat: Μετάνοια γνησίως ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων εἰς τὸ ἐναντίον ἀγαθὸν ἐπιστροφή. Rursus, Μετάνοια συνάθροισις ψυχῆς ἐφ' οἷς πράξει ἄλλως ἢ ἀρίστοις ἐπιστροφή. Id est, *Pœnitentia*, propriè est conuersio à peccatis ad contrariũ bonum. Vel, *Est conscientia animi de absurdis, quæ malè egit, ad melius conuersio.* Cernis vt Græcus homo Græcam vocem Metaniam doceat respicere ad præterita malè factæ quod confirmat Lactantius libro 6. cap. 24.

Varrinus.

Lactantij de pœnitentia egregia doctrina.

sub initium his verbis: *Sicut enim nihil prodest malè viuenti ante actæ vitæ probitas, quia superueniens negligentia, iustitiæ opera delenit: ita nihil officiunt peccata vetera correcto, quia superueniens iustitia labem vitæ prioris abolevit. Is enim, quem facti sui pœnitet, errorem suum pristinum intelligit. Ideoque Græci melius & significantius μετάνοιαν dicunt, quam nos Latine possumus resipiscentiam dicere. Resipiscit enim, ac mentem suam quasi ab insania recipit, quem errati piget, castigatque se ipsum dementia, & confirmat animum suum ad rectius viuendum: tum illud ipsum maximè cauet, ne rursus in eosdem laqueos inducatur.* Hactenus ille. Ecce ergo Græcam vocem non solùm includere mutationem consilij, & nouam vitam, sed etiam dolorem & displicentiam peccati; & locutionem illam pœnitentiam agendi, vsurpatam esse à bonis autoribus: quanquàm Cicero pœnitentiæ vocē minimè vsurpauerit: vnde Ausonius eodem in loco dixit:

Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.

Vsurparunt tamen plerique boni atque classici autores: vt Liuius, vterque Plinius (vt diximus) atque alij. Quocirca friuolum est, quod ex Tertulliano libro secundo in Marcionem allegant, aiente, non ex delicti confessione, sed ex animi mutatione nomen Metaniæ compositum: respondemus enim, nouum non esse, voces ex ratione quadam ad aliquid significandum impositas, etiam ad alios significatus extendi: quēadmodum φιλαργυρία amorem pecuniæ significat, & πρεσβύτερος, propriè seniorem ætate, suo in significatu includit: extenditur tamen prior vox ad auaritiam & cupiditatem: vnde Apostolus inquit, *Radix omnium malorum est φιλαργυρία*: posterior verò accommodata est vox ad significandum honoris gradum in Ecclesia, quem etiam ætate iunior Timotheus possidebat. *Nemo*, inquit Apostolus Paulus, *adolescentiam tuā contemnat*. Sic Metania primo loco significat vitæ mutationem, sicut ipsa vocis etymologia porrigit: secundò illud, quo sine esse non potest, videlicet dolorem, ac displicentiam: itaque ruit insanum Lutheri dogma, dicentis, Pœnitentiam esse nouam vitam tantùm. Etsi enim iusto satis sit noua vita, non tamen peccatori: sicut infirmato vel luxato membro haud sufficit noua vita, nisi priùs tollatur infirmitas, redeatve luxatum membrum in locum suū; & vt Christus dixit: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus*. Sed Lutherum verbum Apostoli castigare poterat, ad pœnitentiamque errati sui reuocare: ait siquidem: *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur*: & in alio loco inquit, *Ne iterum cùm venero, humiliet me Deus apud vos; & lugeam multos ex ijs, qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt*. Aspicis igitur ne ex doctrina Pauli pœnitentiam salutarem non esse sine tristitia, & respicere ad præterita peccata lugenda atque detestanda? quod & propheta Ieremias indicat cap. 8. *Nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, Quid feci?* Id ipsum etiam & Philosophia docere poterat. Natura enim ipsa nihil nisi contrarium corrumpendo generat: ita & mentem in melius mutat nemo, quin priùs malè acta detestetur; sicut è contrario nemo potest mala præterita detestari, nisi meliora proponat. Hinc rectè B. Augustinus libro De vtilitate ac necessitate pœnitentiæ scripsit: *Omnis*, inquit, *qui iam arbiter voluntatis suæ constitutus est: cùm accedit ad Sacramenta fidelium, nisi eum pœnitet vitæ veteris, nouam non potest inchoare*. Idem ad Vincentium, *Neminem*, ait, *putes ab errore ad veritatem, vel à quocunque, seu magno, seu paruo peccato ad correctionem sine pœnitentia posse transire*. Idem constat & alia ratione. Nam in amicitijs hominum reconciliandis necessaria est in primis non solùm ab iniuria inferenda cessatio, verùm etiam pœnitentia illatæ iniuriæ in eo, qui intulit, simulque animus satisfaciendi; tùm alterius, qui accepit iniuriam, remissio: multo magis ergo hæc in resarcienda cum Deo inuenientur amicitia. Ampliùs, quandiu non displicent culpæ, quæ malè placuerunt, actu vel virtute manet earum delectatio: neminem autem iustificat Deus cum peccatorum delectamento, quod est obex gratiæ Dei. *Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate?* Theologia quoque idem confirmat. Siquidem Baptismus confessio est mortis peccati, vitæque prioris, & resurrectionis ad nouam vitam: ad eum modum Paulus vult, exuere nos veterem hominem, & induere nouum: contendit, vt abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: hortatur: *Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi*. Ex quibus luculenter euincimus, pœnitentiam esse vt Ianum bifrontem, quę à tergo admissa peccata respiciat, ea vt defleat; antè verò spectet vitam nouam futuram: de qua Cicero in Antonium eleganter dixit: *Optimus est portus pœnitenti mutatio consilij*. Atque hactenus de confutatione Lutherani dogmatis, & voce Pœnitentiæ sit dictum.

Agere pœnitentiam, Latinum, non barbarum verbum esse.

Auson. Gal.

Liuius.

Tertull.

Soluitur illud ex Tertulliano: Nō ex delicti cōfessione, sed ex animi mutatione nomen Metaniæ est impositum.

1. Tim. vlt.

Supra 4.

In illud Lutheri, Pœnitentia est noua vita.

Matth. 9.

2. Cor. 7.

Infra 11.

Ierem. 8.

Lutherus philosophiæ ignarus.

August. hom. 50. lib. 50. homiliarum B. August. c. 2.

Idem epist. 48. in fine. tom. 2.

I. ratio, in eandem Lutheri hæresim de pœnitentia.

II. ratio.

2. Cor. 2.

III. ratio.

Ephes. 4. Rom. 13.

1. Cor. 5.

Quālis pœnitentia videatur.

Tull. Philip. 12. ante med.

De re

Pœnitentia quid rei.

Ion. 3.

Eius partes, atq; forma.

Matt. 4.

Aliter Moses & Ioannes, aliter Christus pœnitentiam docuerunt.

Rom. 3.

Cur à nobis Christus exigit pœnitentiam.

Ioannes an pœnitētiam cum confess. peccatorum prædicaret, nec ne.

Matt. 3.

Act. 2.

Psal. 31.

De re verò vt breuiter dicamus, Pœnitentia, virtus moralis est, inclinans ad dolendum de malefactis, vel ad satisfaciendum læso, vel iniuria affecto: vt Rex Niniue cum populo suo ad pœnitentiam agendam conuersus fuit. Et ex actu quidem huius virtutis, quæ simplex est, nec partes habet, & ex fide remissa sunt peccata omni tempore: tamen ex pœnitentiæ Sacramento, cuius materia sunt illę tres partes dictæ, Contritio, Confessio, & Satisfactio, cuiusque forma est absolutio, maior gratia, & maior pœnæ confertur remissio. Sed de istis partibus fusiùs alio loco differemus in hæreticos. Hanc porrò Sacramenti pœnitentiam Ioannes minimè prædicabat, sed priorem tantummodò, quæ dolorem seu contritionem de peccatis admissis contra Deum, complectitur. Ac perspice, quæso, diuinam suauitatem & prouidentiam in his tribus, Mose, Ioanne, & Christo. Moses docuit cognitionem peccati: *Per legem enim*, vt Apostolus ait, *cognitio peccati*: Ioannes verò prædicauit pœnitentiam & dolorem de peccato, qui cognitionem eiusdem ponit: Christus verò remissionem peccati, & gratiam confert iustificantem, quæ sine agnitione peccati, atque dolore nequaquam obtinetur. Eratque vera causa pœnitentiam agendi, quoniam à baptismo Ioannis ad baptismum vsq; sanguinis, siue Crucis, in quo Ioannem etsi sanctum Christus baptizauit, singulariter pro nobis pœnitentiam Dominus egit, ob id meritò requirit pœnitētiam nostram, vt in cruce ac amaritudine peccati gustanda cum illo communicantes, participes etiam eius gloriæ, resurrectionisque reddamur. Atq; de pœnitentia dictum sit satis.

Ad secundam verò quæstionem respondemus, talem Ioannem prædicasse pœnitentiam, quæ confessionem includeret: nam, vt dicitur in textu: *Exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.* Cùm ergo baptismus & confessio præter morem essent, certè persuasione Ioannis factum est; satisque exprimitur in illo verbo: *Agite pœnitentiam*, &c. *in remissionem peccatorum.* Dominus enim nisi confitenti, aut proponenti confiteri, peccatum non remittit, iuxta illud: *Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.* Ac quemadmodum baptismus eius, Sacramentum non erat, neque gratiam sanctificantem impertiebat: sic etiam pœnitentia, vel confessio, quæ Ioanni fiebat, non erat sacramentum, præparabat tamen homines ad Christi baptismum, atque cōfessionem. Oportebat enim illum præcedere in his, & populum ad Christum assuefacere: neque differebat baptismus Christi à baptismo Ioannis in materia, sed solum in forma, & verbis, ex quo & in fructu gratiæ. Simili ratione confessio Ioannis conueniebat cum confessione Christi in materia: nam vtraque de criminibus erat, secretoque in aurem fiebat: at in illa Ioannis nulla conferebatur absolutio, nullus item fructus ex opere operato, vt loquuntur Theologi. Sed vt Ioannis baptismus, qui nequaquam sanctum hominem efficiebat, inutilis prorsus esset atque superstitiosus, nisi præparasset ad illum Christi, qui gratiam & sanctificationem continet: simiiter pœnitentia cum confessione, quam suadebat Ioannes, cùm sanctificandi virtute esset destituta, vana extitisset, ac prorsus superstitiosa, nisi Christi illam sanctificantem, atque iustificantem præfiguraſſet, ad eamque præparasset homines. Et quanquam ante Christi baptismum non recipiatur confessio, vel pœnitentia, præuia ad eam dispositio. tamen quia Ioannes prædicabat circumcisis Iudæis, qui pactum Dei præuaricati fuerant; idcirco cōfessionem exigebat ac pœnitētiam, non illam, quæ ad baptismum nostrum præambula esse solet, quæ confessionem, siue enumerationem peccatorum Sacerdoti fieri haud exigit, verùm illum, quæ præuaricantes pactum circumcisionis decebat: vt ita indicaret, quòd quemadmodum conueniens erat cōfiteri peccata sua eos, qui circuncisionis pactum præuaricati sunt, ita etiā qui in pacto bapt. pollicitationes factas transgrediūtur ac violant: nec enim digni sunt noua gratia, qui priore abusi sunt. Exigitur ergo à Christiano post baptismum status pœnitentiæ, resipiscentiáue cum cōfessione peccatorum. Vt enim redemptus est non sine dolore Saluatoris, ita nec ipse semel gratis redemptus restitui, nisi luctus statū assumat, spinamq; peccati sentiat, debet. Et vt olim Israelitæ suscepturi legem, præcipiebantur sanctificare seipsos, lauando vestimenta (scilicet segregando se ab vxoribus suis, vt Hebræi interpretantur) ita Euangelij gratiam & lucem suscepturi iubentur animas suas pœnitentiæ nitro purgare.

Sequitur, *Appropinquauit enim regnum cœlorum.* Latini codices appropinquabit, de futuro habent, Græci verò & Latini codices magis castigati habent de præterito appropinquauit ἤγγικεν, & sic legit Chrysostomus homil. 14. in Matthæum, & eius abbreuiator Theophylactus, & similiter Euthymius,

Baptismꝰ Ioannis, & confessio, à baptismo Christi, & confessione quomodo differret.

Ioannes pœnitentiam & cōfessionem peccatorū à Iudæis cur exigeret, & qualem.

Cui rationi, & exēplo nititur Christianis pœnitentię agēdę necessitas.

Exod. 19.

Legendū ne, Appropinquauit, an appropinquabit regnum cœlorum.

Chrysost. to. 2. Theophyl.

Euthym. in Marcum.

thymius, Græcique præterito vice præsentis interdum vtuntur: & ita appropinquauit, dixit more prophetico, id est, appropinquat, vel instat, siue adest: nouoque ac inaudito præmio proposito inuitat Ioannes ad pœnitentiam. Primò enim à Ioanne explicitè prædicatum est, & promissum regnum cœlorum (quod idem est cum regno Dei, siue regno Christi) cùm in veteri instrumento terrena tantum regna Chananæorum, Amorrhæorum, ac similiū Gentium, apertè iustis, & communiter promitterentur. Nam nominatim quibusdam etiam cœlum promissum est: *Ego*, inquit Dominus ad Abraham, *protector tuus sum, & merces tua magna nimis*: & Dauid dixit: *Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram?* & Paulus de sanctis Patribus scribit ad Hebræos, *Expectabant enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor* (est) *Deus*. Congruit autem, vt Ioannes Angelus dictus à Propheta, & à Domino, primus nuntius sit regni cœlorum. Est verò regnum cœlorum, vel patria ipsa cœlestis, quod in secundò Christi aduentu manifestum palamque omnibus erit: quod quidem valde erat remotum tempore antiqui Testamenti: distabat enim tempore & notitia, quia ignotum: & affectu, quoniam non admodum desideratum, vt regnum temporale: & accessu, quādoquidem nullus poterat eo peruenire ante Christū, quum omnes descenderent in limbum Patrum. At cum Verbum caro factum est, tunc cœpit regnum cœlorum aperiri: tunc homo assumptus in Deū priùs beatus fuit secundum partem animæ superiorem: & ideò quando Ioannes Baptista prædicabat, iam regnum cœlorum appropinquauerat veniente Christo: sed vsque ad eius mortem & resurrectionem necdum perfectè venerat: nam per passionem facti sumus propè in sanguine eius. In morte etiam latroni dixit: *Hodie mecum eris in Paradiso*; in resurrectione, *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra*: & sicut prædixerat: *Non bibam à modò de hoc genimine vitis vsq; in diem illum, cùm illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei*, quando iam homo beatus etiam secundùm corpus fuit, neque tantum secundùm animam, vt in incarnatione, & cum omnibus, non adhuc aduenit palam regnum Dei vsque ad diem iudicij, sed perpetuò oramus, *Adueniat regnum tuum*: & pœnitentia disponit ad regnum ex Dei misericordia. Vel per regnum cœlorum (vt exponunt Theophylactus, Euthymiusq;) intelligimus ipsum Christum, qui Rex est cœlestis (& in eo regnum cœlorum situm est) qui vobis cœlorum regnum aperiet, & vos regni cœlestis efficiet hæredes: qui Christus fide & pœnitentia erat possidendus, quique per misericordiā suam, quanto amplius se detegebat, tanto magis appropinquabat. In Pentecoste etiam, quia copiosa Dei gratia donata ad cognitionem Christi, tunc maximè dicitur regnum cœlorum venisse. Sed de voce ista Regni cœlorum alio loco fusiùs erit philosophandum.

Regnum cœlorum quod Ioannes prædicaret.

Gen. 17. Psal 72. Heb. 11.

Hoc regnum cur Ioannes primus prædicauerit.

Zach. 9. Ioan. 1.

Regnum cœlorū quando primum appropinquauit.

Illud regnū quando maximè propinquauerit. *Act. 2.*

Qui ergo regni cœlestis desiderio tenentur, cogitent de pœnitentia, per quam sordes omnes conscientiæ eluant. Nam vt regnum Dauid cœpit super homines, qui erant in angustia constituti, ære oppressi alieno, & amaro animo; ita regnū Christi, quod hic dicitur regnum cœlorum, non appropinquat nisi super eos, qui de sceleribus suis amaricati sunt, & grauissima sarcina se oppressos esse intelligunt, & sentiūt: vnde & pœnitentiam agunt, gemuntque, atque per vnum Christum Regem potentissimum, clementissimumque se à debitis sperant liberandos. Nec enim aliquid immundum aut coinquinatum in regnum illud sanctum introibit. Qui verò pœnitentiæ malefactorum suorum nuntium remittunt, in quem modum stultissimè faciunt Hæretici, atque etiam ex nostris ij, qui misericordiam Dei immensam tantùm cogitant, in oreque habent, & sanguinis Christi merito fidunt, & quasi nihil aliud ex parte nostra requiratur, securos se existimant, & perniciosè hallucinantur. Est quippe totius summa Euangelij verbum illud: *Pœnitentiam agite*, à quo quidem verbo non Ioannes modò, sed Christus etiā & Apostoli auspicati sunt Euangelium: vt constat ex Matthæi cap. 4. & 10. vt appareat consensus doctrinæ in illis omnibus, per quos vnus & idem veritatis Spiritus locutus est. Erudimur itaque hoc tam salubri exordio Euangelij, quatenus nos peccatores agnoscamus, vtque innocentiæ naufragio facto ad secundam tabulam confugiamus, quo ad portum regni cœlorum peruenire valeamus, ope Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto tribuatur omnis gloria, honor, potestas, imperium, & gratiarum actio in secula seculorum, Amen.

Quemadmodum hoc regnum consequemur. *1. Reg. 22.*

Apoc. 21. Contra Lutheranos.

Totius summa Euangelij quænā sit.

Matt. 4. c. & 10.

TRA-

TRACTATVS III.

In illa verba Lucæ 3. *Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ Prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius, Omnis vallis implebitur*, vsque ad: *Et videbit omnis caro salutare Dei.*

Quo testimonio Ioannes se à Deo missum comprobauerit.

CVM omnis qui à Deo mittitur ad res nouas prædicandas, Diuino testimonio egeat, quo missionem suā comprobet atque confirmet apud auditores, Ioannes quidem à Deo Opt. Max. missus, ob singularem innocentiam, & admirandā vitæ puritatem candoremq; protulit ex Scripturis testimoniū, quo non solum legationē eius Euangelista diuinitus factam astruxit, verumetiam ipse à Iudæis interrogatus, illo eodem se patefecit atq; defendit: Nam dicentibus Iudæis, *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neq; Propheta?* respōdit: *Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Esa. Proph.* Vt autem docet Innocent. III. nulli suffragatur allegantiinteriorem missionem, siue occultam à Deo, quū hoc quilibet hæreticus possit asserere, sed oportet, quòd cōfirmet illam internā, & quæ non videtur, missionem editione miraculi, vt Moyses fecit Exod. 7. vel per singulare & priuatum Scripturæ testimonium. Hinc est, quòd cùm Ioannes Bapt. miraculum nullū fecerit, vt habetur Ioan. 10. neque conueniret vt signa ederet, vt infra latiùs dicemus: propterea producto ex diuinis libris testimonio, suam legationem tutatus est. Quare rectè Matthæus dixit: *Hic est enim de quo dictum est per Esaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deserto*: & Luc. *Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ Prophetæ.* Quia dixerat: *Factum est verbum Domini super Ioannem*, vt constet, Ioannem non tātùm prophetam esse, sed etiam plusquam Prophetam, quippe qui non solùm prophetarit ipse, sed etiam ab alijs de eo sit prophetatū; quod sanè ad Euangelicę confirmationem veritatis atque doctrinæ facit plurimū, cum cernitur tam solidis illā niti fundamentis. Vocat aūt librum sermonū, librum visionis: quæuis enim visio suū peculiarem habet sermonē, quo exprimitur. *Vox clamantis in deserto.* Hebræi in lectione sacrarum literarū velamen ante oculos habentes, contendunt, hoc testimoniū Esa. ad Ioannē minimè spectare, sed per illud tantummodo significari repurgandū fore desertum, vti populus Iudaicus suauiter ex captiu. Babyl. redeat in terram promissam: atque ante reditum auditam fuisse vocem ciusmodi: *Ite in Iudæam, quia ibi Dominus aderit; illuc ad vos veniet, & consolabitur vos.* Quis non videat, quàm secundū carnem, & quam inutiliter exponatur hic locus? quasi Deo curæ sit repurgare deserta loca, montes æquare cum vallibus, distortas vias dirigere, aut asperas complanare. Verùm Euangelistæ omnes satis apertè docent, qui sit huius loci verus ac germanus sensus: nam de vno Ioanne Baptista omnes eodem spiritu atque eodem modo interpretantur. Sed etsi daremus, aliquo pacto de reditu Iudæorum ex captiuitate intelligi posse; certè quod ibi inchoatum est in Christi aduētu est consummatum: nam reuersi ex Babylone in terram Iudææ, ibi Dominum expectantes manserunt, qui tandem, præeunte & clamante voce Præcursoris, viasque Domini præparante, ad eos venit. Vmbræ siquidem & figuræ erant priora illa, nunc verò corpus, & veritas ipsa. Dicitur ergo Ioannes, *Vox clamantis*, scilicet audietur, vel Ioannes totus est vox à Spiritu sancto formata: nam ex quo sanctificatus est in vtero matris, repletus fuit Spiritu sancto, & præcursor Domini cōstitutus, atq; vox clamātis effectus. Est autem vox verbo amica, & cōgenita, illudque secum portans atque explicans, qua ratione vox conceptionem mētis exprimit. Non est autem Ioannes sonus, vel scriptura, neque verbū, sed vox: non sonus quidē, quia indistinctus est, inarticulatus, vt qui obscurè de Messia locuti sunt Prophetæ: non est etiam Ioannes scriptura, quòd illa minus similis est verbo, quam vox, deque absente loquitur, minusq; explicare, ac permouere solet auditores: nec item verbū, quoniam solus Filius Dei est verbum, quod erat in principio apud Deum. Erat ergo vox, quæ media est sonum inter, siue scripturam, & verbum, quæ de præsenti est, nam Christum digito præsentem ostendit, Messiamq; vt verbum æterni Patris, aperrè explicauit, Iudæosque omnes atq; Pharisæos permouit, vt profiterentur peccatorū confessionem, & baptizarentur ab eo. Eratq; totus vox, vt dixi, verbo, vita, vestitu, victu, ac mansione, clamās intus & extra: cuius exēplo par est, eū, qui concionatoris officio fungitur, nō tantum præditū esse voce, sed etiam totū esse vocem, vt pœnitentiam & sanctitatem suo doceat exemplo, & ne vita ab oratione sua dissideat, ac dissonet. Erat porrò hæc vox non quæcunq;, sed clamans & vociferans, vt per totū orbem terrarum exaudiretur, nam permultū referebat ad omniū salutē, eam exaudiri. Memoriæ proditū est Gen. 41. præconem clamasse, vt omnes coram

Ioan. 1.

Esa. 40.

Innoc. III. extra de haret. c. cū ex iniuncto. Prophetæ à Deo missi à non misso signum.

Exod 7.

Ioan. 10.

Matt. 3. Ioannes quate plusquam Propheta dictus sit.

Infra 11.

Liber visionū Esaiæ, liber sermonum, quare nominetur.

Hoc vaticinium Esaiæ: Ego vox clamantis in deserto, & reli. de Ioā Bapt.

esse accipiendum contra Iudæos.

Quid est dicere: Vox clamantis in deserto.

Cur potius vox, quā sonus, aut scriptura, aut verbum Ioānes appelletur. *Ioan. 1.*

Cōcionator qualis vox sit oportet exēplo Ioannis.

Ioannes cur vox sit etiam clamantis.

Gen. 41. Supra 37.

Ioseph

Ioseph Patriarcha elegans Christi typus. *Luc.19.*

Ioseph genus sic declarat, eumque vniuersæ terræ Aegypti gubernatorem agnoscerẽt. Hic Ioseph fratres quærens, & ab eis venditus, atque iniuria summa affectus, quis est alius nisi Christus, qui venit quærere, & saluum facere quod perierat? hic à fratribus suis Iudæis venũdatus est, iniuriamque Crucis sustinuit. Quis est autem alius eius præco, quàm præcursor, & vox clamans & dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi?* Epiphanius libro secundo, refutando epistolam Arij scribit, Ioannem vocem fuisse præparatoriam ad Dominum, id est, talem, qualis esse solet præconis, quæ audientiam facit, & indicit silentium in media cõcione omnibus, quando Rex aut Imperator est locuturus, & attentos reddit auditores: ita Ioannes attentionem captauit Christo regi prædicaturo. Hæc vox repræsentata est in voce illa septuplici Psalmi 28. quemadmodum magna ex parte exponit Basilius homil.17. *Vox Domini super aquas*, & quæ sequuntur. *Vox Domini in virtute: Vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros*, & reliqua. *Vox Domini intercidentis flammam ignis: Vox Domini cõcutientis desertum. Vox Domini parantis ceruos. Vox Domini super aquas* dicitur, quia prædicabat Baptismum pœnitentiæ: *Vox Domini in virtute*, quoniam prædicabat eum, qui baptizat in Spiritu sancto: *Vox Domini in magnificẽtia*, eo quòd de Christo magnificè loquebatur, & se indignum, qui solueret corrigiam calceamentorum eius fatebatur. *Vox Domini confringentis cedros*, quandoquidem superbos Pharisæos, & eos, qui ambitiosius immortalitati studebant, perterrefaciebat, ac veluti confringebat, eorum mentes deprimendo, ab aliorumque consortio sperando, dicebat enim: *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* & *Vox Domini intercidentis flammam ignis*, siquidem liberè increpabat Herodem, vti cessaret à turpi concupiscentiæ igne, quo vxorem fratris sui Philippi viuentis ardebat. *Non licet tibi*, inquit, *habere Herodiadem vxorem fratris tui.* Est, *Vox Domini concutientis desertum*, quatenus plebem, milites, humilesque publicanos, qui opibus destituti, atque alijs vitæ necessarijs labore manuum suarũ victum quæritant, quasi desertum quoddam commouebat eos, & ad viam rectã reuocabat. Vnde scribitur, quòd *Exibat ad eum omnis Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane.* Denique, *Vox est Domini parantis ceruos*: quippe cum omnes ad Messiam recipiendum disponeret, maximè verò discipulos suos instituit, & ad Christum instructionis ergo amandauit tunc cum dixit: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi*: quod cum audissent discipuli duo, secuti sunt Iesum; tum quia mittens discipulos ad Christum, dixit: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?*

Matt.20. Ioan.1. B.Epiphan. B.Basil.to.1. Ioan. vocem qua septuplici voce pauid descripserit Propheta. Luc.3. Matt.3. Infra 4. Supr.3.

Dicitur autem vox clamantis, &, clamantis in deserto: & Genitiuus, Clamantis bifariam accipi potest. Primò, intransitiuè, vt dicunt Grammatici: quod idem est ac dicere, Vox clamans; sicut Deut.4. dicitur, *Et vocem verborum audistis*: atque hæc formula loquendi Hebræis valde in vsu est. Dicunt enim hominem pacis, filium perditionis, virum sanguinũ, virum diuitiarum: eum, qui est homo pacificus, vel perditus, homo diues, vel homicida. Ita vox clamantis, id est, vox clamans. Vnde Basilius epistola quadam ad Eubulum, Φωνὴ βοῶντος, quæ, vt subdit, sic dicitur: Διὰ τὸ ἀφανὲς τῶν ῥημάτων. Deinde accipi potest transitiuè, vt Ioãnes sit vox Domini, siue Christi clamantis per illum, qui quidem Christus non habet impedimentum vllum vocis, sed firma latera deitatis: totaque eius vita, præsertim verò à baptismo vsque ad Crucem, in qua clamans raucæ factæ sunt fauces eius, perpetuus clamor fuit: vnde & clamans voce magna expirauit, vt admiratus Centurio dixerit: *Verè Filius Dei erat iste.* Siue ergo Ioannes sit vox clamans, siue Dominus clamauerit per ipsum, necessarius fuit iste clamor, & altus: tum vt ij, qui longè erant, id est, Gentes, auribus illum percipere possent: tum vt Iudæi malè securi imminẽtia pericula perhorrescerẽt: *Iam*, inquit, *securis ad radicem arborum posita est.* Clamat ergo Ioannes, vt Dei indignationem aduersus peccatores ostendat, & vt adultera Synagoga premonita cesset ab adulterio in aduentu Sponsi. Et quoniam Iudæi, & in illis omnes peccatores, procul erant, & surdi, & somnolenti, ad quos excitandos vtimur voce grandiori (*Longe enim à peccatoribus salus.*) Iudæa insuper instar aspidis obturauerat aures suas, vt non exaudiret vocem venefici incantantis sapienter. Scriptum etiam erat: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus.* Quare aũt cœperit in deserto prædicare Ioãnes, diximus superiore Tractatu.

Ioan.1. Ibidem. Matt.11. Hoc verbũ: Ego vox clamantis in deserto, dupliciter accipitur. Deut.4. Psal.44. Ioan.12. Psal.54. Psal.73. Basil.to.vlt. Altera acceptio vocis clamãtis in deserto. Psal.68. Matt.11. Hebr.3. Matt.27. Ioannes cur clamare debuerit. Matt.3. Matt.12. & infra.16. Psal.57. Psal.118. Iudæa aspidi similis. Ephes.5. Iordanis vbi situs. Ioan.2.

Ac Iordanis quidem ad radices deserti sortis Iudę situs erat (vt explicatur Iosu.3.) vbi Ioannes baptizabat, Ioan.1. & Christus etiam in Iudæa non procul à Ioãne baptismum conferebat, non quidẽ per se, verùm per discipulos suos: vnde orta est quæstio inter discipulos de purificatione, Ioann.3.

Cœpit

Infra 4. Supra 3.

Cœpit igitur Ioannis prædicatio in deserto: postea venit in omnem regionem Iordanis, id est, iuxta varia loca ripæ fluminis: deinde in Ierusalem, & fortè in alia loca. Non enim multum discurrebat Ioannes, ne Iesus populo ostendendus discurreret post Ioannem, quod indecens fuisset: & vt frequentiori populo posset ostẽdi. Ad hęc vt Ioannes mundus à peccato, ac in seipsum collectus verbi impressionem susciperet, dignaq; omni acceptione ob innocentem vitam, suauiterque clamans vox redderetur: Iudæaque inutile desertum pro deserto Gentium deserenda significaretur. Ecclesia etenim è Gentibus accersenda erat, atq; ad clamorem Euangelicę prædicationis congreganda: quæ quidem Ecclesia Gentium deserto comparabatur à Prophetis, cuius futuram fœcunditatem intuens Esa. aiebat: *Quia multi filij deserta magis quàm eius quæ habebat virum.* Et cap.32. *Erit desertum in Charmel*; hoc est, in agrum bene cultum. Et cap.35. *Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans*: pro quo Septuaginta habent, *Florebunt, & exultabunt deserta Iordanis*, ob fructum scilicet Baptismi pœnitentiæ. Erat enim ante Christi aduentum veluti vidua, ac sine viro, id est, sine Deo, ac eius cognitionis expers; Iudæorum verò Synagoga virum habebat, nempe Deũ, qui sæpe per Prophetas in persona viri, & amatoris alloquitur eam: maximè verò apud Oseã existunt apertissima testimonia in tribus primis capitibus.

Prima ratio, cur Ioãnes in locis circa Iordanem, & finitimis prædicare debebat. II. ratio. Quid desertum mistícè Prophetis. Esa.54. Gal.4. Illud Esaiæ: Erit desertũ in Charmel, quid significet. Qualis populus Gentilis ante Christũ præ populo Iudæo. Ioannes cur missus. Ioan.1. Ibidem. Ibidem. Supra 3. Illud Christi de Ioãne: Ego ab homine testimonium non accipio: intellige, scilicet, vt præcipuum, & maximum, & propter se.

Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Verba hæc diligenter sunt excutienda, interpretandaque, vt eorũ sensus illustris detegatur. Sed antequam hoc præstetur, videtur tum caussa missionis, legationisue Ioannis acutè inspicienda, atque examinanda, tum modus, ac tempus: quibus cognitis, magna luce perfundetur hæc sentẽtia. Igitur quod ad primum membrum attinet, tum vt Christum ostenderet, tum vt Iudęũ populum ad statum Euangelij disponeret, Ioãnes venit. De primo quidem membro prior erit nostra disputatio: ipse enim dixit; *Sed vt manifestetur in Israël, propterea veni in aqua baptizans.* Et alius Ioannes de eo pronuntiauit: *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.* Hoc testimonium perhibuit, quando prætenso digito dixit: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Quanquam enim Christus dixerit de Ioannis testimonio: *Ego ab homine testimonium non accipio*: intellige, scilicet, vt præcipuum, & maximum, & propter se. Nam etsi Ioannes ex Deo loqueretur, non cõfirmabat tn. signis ea quæ dicebat: ideò poterat negari eius testimonium, & haberi tantùm humanum. Nolebat autem Dominus, vt caussa sua pẽderet tantùm ab hoc vt Iudæi volebant (scilicet solum credere, quia Ioannes dixit) nam id esset Diuinam autoritatem signis declaratã subijcere humanæ: ac si quis firmas habens probationes, illis renuntiaret, innixus debili argumento. Vel, *Ab homine testimonium non accipio*, vt indigens, quasi maius non habeam. Vnde subdit: *Sed hæc dico, vt salui sitis.* id est, non egens Ioanne, eius allego testimoniũ, cui creditis vos, vt salui sitis. Christus ergo seipsum manifestauit, maximè verò signis, quæ magis necessariè probant, magisque quàm Ioannes sufficiunt ad Gentes ad Euangelium adducendas. Hinc probatio hæc miraculorum descripta est à quatuor Euangeliorum scriptoribus. Illi tamẽ meritò debuit addi illa Ioãnis: tum quia Deus non solùm parat nobis necessaria saluti remedia, sed ea etiam, quę vtilia sunt, & commoda; tum quia illa Ioannis probatio in specie reddebat testimonium: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: quod quidem signa non loquebantur, quæ Iudæi calumniabantur, non sic Ioãnis testimoniũ. Ad hæc multi, etiam ante signa edita, Christum secuti sunt propter Ioãnem, vt Andreas, & alius discipulus, vt habetur Ioan.1. atque hanc probationem per Ioannẽ, quatuor Euangelistæ recensent, tametsi de B. Virgine parciùs loquãtur. Euangelistæ siquidem Christũ mundi redemptorẽ, præceptaque eius, quibus redẽptio applicatur, præsertim describere in animo habẽt, ideò neq; latiùs, neq; strictiùs de Ioanne, aut B. Virgine, quàm scopus propositus exigeret, scribũt. Quare cessare debet admiratio (si est vlla) si breuiori concisiorique sermone in describenda historia Virginis vtantur, latiori verò atque vberiori in illa Ioannis, id enim ex arte & consultò factum est.

Præter Ioannis, & miraculorũ testimonia habuit etiam Dominus Iesus probationem scripturarum, atque hanc præcipuè Matthæus persequitur, quia ad Iudęos scribebat. Etsi autẽ Scriptura per se firma sit, atque omni acceptione digna; tamen quia ad priuatas res non descendit, ita vt omnis error tollatur, vt constat de Herode, qui sciebat Christum natum, tempusque ac locũ, & tamen quis esset ille Christus, ignorabat; idcirco Ioanne opus fuit indicante. Scriptura ergo etiã cum Ioanne necessaria erat, quia sine ea haud expectassent Messiã; & frustra mõstraretur, nisi fuisset in scriptu

ris præ-

ne testimoniũ non accipio, quomodo verũ sit. *Infra 10.*

Quodnã sit Christi testimoniũ maius Ioanne.

Cur necessarium fuerit Ioannis de Christo testimonium. *Ioan.1.*

II. ratio. *Matt.12. Ioan.1.*

De Ioanne Præcursore, ac de Virgine Deipara, quatenus Euangelia loquantur.

Scripturarũ testimonium de Christo ac Messia, quã firmũ & efficax. *Matt.2.*

ris prænuntiatus: imò legem laboriosam minimè acceptassent, nisi ob spem aduentus Messiæ promissi Abrahæ: multi quoq; qui se Messias emētiti sunt, minimè cogniti fuissent falsò talem sibi dignitatem vsurpasse, nisi Scripturæ de notis & insignibus Messiæ fecissent verba. Nam de paucis dubium fuit, an essent Messiæ, quantum ex diuinis libris colligi potest, cùm tamen de multis alias extra Scripturā dubitatum sit. Adde, si demonstrato à se Messiæ omnia signa quadrabant, mirificè fides conciliabatur; vltra miracula etiam, quæ erat editurus Messias, scriptum est per Prophetas de illo, vti spes conciperetur; & cùm veniret, agnosceretur, atque in verum Messiam reciperetur, amaretur, honoraretur, denique distingueretur ab alijs, & Israel propter Messiam magis Deo adhæreret. Miracula prætereà vltra Ioannis testationem necessaria fuēre, quæ efficaciora arguméta sunt & communiora Gentibus, & Iudæis non audientibus Ioannem, vel ei non credentibus, vel prauè interpretantibus eius verba: vt, quòd Christus esset agnus, propter mansuetudinem: Quòd tolleret peccata, prece & oratione, non potestate: Quòd esset filius Dei adoptione: & sine signis nequaquam dictis Christi fidem habuissent: vnde dixit: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis*; & Thomas de resurrectione hæsitans, inquit: *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum*, & quæ sequuntur. Ex quo Apostoli haud firmiter atque perfectè credidérant, vsque ad signum aquæ in vinum conuersionis. Imò stultus esset in primigenia Ecclesia aliter credens absque signis, vel sine afflatu interno & persuasione. Quare non reprehéditur Thomas, nisi post signa. Secus se nunc res habet: nam præter Scripturas Canonicas, ex Gentium libris constat, congregationem Christi cœpisse tali tempore, tali loco, & cum tanta signorum multitudine: atque ita certum est, signa facta esse. Quòd si illa edita non credis, & inficiaris, consequitur, signorum aliud longè omnium maximum, nempe mundum ad vnius crucifixi hominis fidem suscipiendam, & religionem citra vlla miracula conuersum. Prætereà, signa Apostoli erant edituri per totum orbem ad confirmādum Euangelium quod prædicabāt, iuxta illud: *Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*: ideò magister eorum Christus debuit illa præstare. Scriptura ergo sacra signis Christi nuda, haud quidem satis fuisset, quoniam ea de illo futura prædixit. Signa etiam & Scripturæ Ioannis testimonio opus habebant, propterea quòd illa ad res singulares non descendunt, quoniam non demonstrant, hūc vel istum esse Messiam, vt Ioannes fecit. Quæuis ergo probatio istarum trium vltra alias duas necessaria est: quanquam signa per se maiorem vim efficaciamque contineant: alia verò sunt vtilitati. Neque verò Ioannis, Magorum illud testimonium impedit, siquidem id iam obliuione sepultum erat: vel puer mortuus existimabatur; vel si ad huc viueret, nesciebatur quis puer ille fuisset ostensus. Atque hactenus de prima caussa aduentus Ioannis.

Secunda missionis eius caussa, fuit populi præparatio atque instructio, quò facilius venientem reciperent Messiam: vnde clamabat: *Parate* (siue, *dirigite*) *viam Domini*; & Angelus: *Parare Domino plebem perfectam*, id est, disponere ad perfectionem. Quum enim natura à perfectione nō incipiat (non enim esset aliàs motus; & vbi est initium, ibi esset & finis) verùm ab imperfectis, sicut speculatio à primorum principiorum cognitione exorditur, & moralis disciplina à finis apprehensione, & eorum, de quibus gaudendum, vel tristandum sit, cognitione, politia verò à rudioribus legibus: ideò Deus rudi populo dare legem orsus est longè distantem ab Euangelica perfectione. Vnde Paulus ait ad Galatas: *Quum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes*: id est, sub præceptis legis: quoniam enim elementa, sunt prima principia, ex quibus res constant, vt ait Philosophus, ob id opus fuit Ioanne, qui per pœnitentiam, confessionem, baptismū, & præcepta quædam media inter legem Moysi, & Euangelium, similiora tamen illis Christi, & propinquiora, gradum aliquem faceret. Sicut, gratia exempli, lex iubebat, nemini esse nocendum; Ioannes autem gradum adiecit, bene esse faciendum: *Qui habet*, inquit, *duas tunicas, det nō habenti: & qui habet escas, similiter faciat*. Christus etiā perfectionem suasit: *Si vis*, inquit, *perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me*: sicut in Euangelio quoque à præceptis itur ad consilia: sic enim non omnino noua Christi præcepta videri possent. Porrò illa Ioannis præscripta, legem minimè faciebant. In primis enim lex, tanquam regula quædam, moderari debet omnes actus populi: nam vt idem populus non est simul in diuersis locis, vel sub Regibus diuersis, ita nec sub diuersis legibus ac varijs: imò sicut homines melodiam mutantes, eundem non faciunt chorum, vt docet Aristoteles lib. 3. Politic. ita nec mutantes legem, eundem populum. Erat autem idem populus, cùm nondū esset abrogata lex Moysis, non ergo Ioannis præcepta legis rationem habebāt. Deinde cùm lex detur ad dirigendum statum totius populi ad tempus longum, debet esse aliquid permanens, & diuturnū, ne videatur antè desinere quàm incipiat; at ea quæ Ioannes docebat, tempore pauco permansura erant, nimirum donec inciperet lex Christi, quæ ipsomet Ioanne prædicante cœpit: non ergo præcepta Ioannis tanquam lex posita sunt. Adde, quòd si lex esset iniqua, vel omnino exorbitans atque deflectens à ratione, subitò tolleretur, quòd non timeret populus leges, quas videret abrogari. Item, quoniam non est prænuntiatum Ioannem legem daturum, ideo non susciperetur à populo, vel existimaretur, legem præsignificatam à Ieremia & Esaia, esse illam Ioannis; quod esset in præiudicium veri legislatoris. Amplius, per illam Ioannis exclusa fuisset lex Mosis, cùm tamē vna lex nonnisi per contrariam legem aut diuersam excludatur, sicut lex Christi, quæ se habet ad veterem non secus quàm finis ad medium, vir ad puerum, corpus ad vmbram, quæ simul consistere non possunt: secus autem est de Ioanne. Vt enim Dauid præcepta dabat, neque faciebat, tamen aliam legem diuersam ab illa Moysis: sic Ioannes, præcepta dedit quidem, sed quæ legi Moysis minimè repugnarent. Ergo, vt humanus legislator gratiam atque virtutem ad omnia vitia fugienda non valet conferre, hinc est, vt non vitet vitia omnia: ita, quòd Deus cum acceptatione legis Mosaicæ spiritum conferre nollet, quo obseruaretur; idcircò nec prohibuit in ea cuncta peccata. Christus verò, quoniam ante mortem copiosum gratiæ donum impertiri nolebat, ex quo baptismus eo tempore peccata remittebat tantum, quemadmodum & Circuncisio, nec per illum gratiam vberem dabat: quare Apostoli baptizati adeò imperfecti erant, vt eis dixerit Christus: *Vos baptizabimini Spiritu sancto nō post multos hos dies*; & Ioannes Baptista ipse: *Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto*, scilicet post mortem. Nondū enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Quia ergo Iudæus populus ante diem Pentecostes Euangelium acceptauit, quando Deus parcus erat in munere gratiæ suæ donando, ideo disponi eguit per legem Moysis, & magis adhuc per Ioannem baptistam ad legem Christi susciendam: at Gentilis, qui post mortem Christi Baptismi Sacramentum cum altero Confirmationis, ac proinde in eo copiosam & largam gratiam suscipiebat, eiusmodi dispositionibus non egebat: Christianusq; Sacramentorum vsu frequenti abundantem gratiam impertientium breui perfectus fieret, si vellet, fieriq; potest, vt ex Dei liberalitate, qua pollet maxima, citra vllā Sacramenti susceptionem, varia eius dona cœlestia pueris infundantur, sicut Ieremiæ contigit, ac Ioanni Baptistæ, qui in vtero matris sanctificati sunt. Et hæc de secundo articulo.

Ac tempus quidem veniendi opportunum fuit, nēpe ablato iam regno sceptroque à Iudæis, atque illo diuersos in principatus diuiso. Venitque Christo iam viro, & ætate maturo, ne, si puer ostenderetur, Herodes ad necem eum quæreret, cogereturque ante tempus editis miraculis, sese seruare. Ad hæc, puer etiā non crederetur ostensus, cùm non tam citò prædicaturus esset, aut signa editurus.

Locus prætera conueniens fuit, vt superiùs multis rationibus ostensum est. Fuit enim desertum, in quo primùm cœpit habere conciones, postea in ripa Iordanis, ac deinde in alijs locis: nec enim, vti diximus, multum discurrebat Ioannes. Sed iam secundo loco ad explanationem verborum accedamus.

Ait itaque Baptista Ioannes: *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius*. Nimirum hoc est, quòd vox illa clamabat, vt diximus. Estque metaphora sumpta ab ingressu solenni Regis mundani in ciuitatem suam, cui de more viæ ac semitæ, per quas ingressurus est, perpurgātur, tapetibusque & aulcis ornantur ac vestiuntur, ne quicquam sit, quod oculos Regios, vel nares aliquo modo possit offendere. Præcursor autem à Christo ante se missus, Ioannes est, aduentum Christi Regis ac Messiæ annuntians, atque præparationem exigens, tanquam magister quidam, ac munditiæ, directioni, refectionique viarum publicarum præfectus. Non exprimit verò præparationem domus, quoniā hæc fortassis in gloria fiet, vbi erimus domus parata, & mansio perpetua. Nam dum hic agimus, Christus iter nobiscum facit, vnde Propheta dixit: *Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?* ideo satis nunc est, viam parare. In arca etiam Testamēti, in qua Deus esse putabatur, iter olim cum Iudæis faciebat: ad quod alludens Apostolus aiebat: *Vos enim estis templū Dei viui*: sicut dicit Deus: *Quoniam inhabitabo in illis*; & *inambulabo inter eos*, & reliqua. Vel sanè potest dici, Iudæos, qui Christum venturum sciebant,

Ioan.1. — *Infra 20.* — *Supra 2.* — *Infra 20.* Vnde manifestum fit, olim Christi fidem sine signis, & prodigijs nō fuisse. — *Marc. vlt.*

Gen.12. — I I. ratio necessarij huius testimonij scripturarū. — Signa quoq; & miracula ad fidē Messiæ, cur fuerint necessaria.

Ad signa, & Scripturas, cur accedere debuerit testimonium Ioannis.

Matth.2.

II. caussa missionis Ioan. ad euangelizandum. *Luc.1.*

Exo.19. & 20 & sequ. Gal.4. Iudæi cū essent paruuli, vt Apostolus ait, sub elemētis mundi quibus erant seruientes. *Arist. li. Physico. & alibi.* Ioann. Bapt. qualia populo præcepta dabat.

Luc.3.

Matt.19.

Quibus de caussis illa minime obligarent.

Philosop. 10.2. — II. ratio. — III. ratio. — Mosaicæ legis imperfectio. — *Act.1. Ioan.1. Matt.3. Ioan.7.* — Legis Euangelicæ perfectio.

Ierem.1. Luc.1.

Quo tempore Ioānes ad prædicādum missus. *Gen.49.* *Matt.3.*

Vbi prædicare debeat.

Qualis præparatio viarū Domini, quā Ioannes prædicabat. *Esa.40.*

Domus præparationem, quare non exprimit Ioannes. *Iere.24.*

Vbi iter olim Deus cum Israēlitis faceret. *2.Cor.6.* *Leuit.26.* Altera solut. de præparatione domus

nostræ silentio suppressa.

sciebant, ad parandas Domini vias adstringi: cuius rei gratia missus est Ioannes. Gentes verò debebant domum præparare, quia expulsus à Iudæis mansionem apud Gentiles facturus erat: ad quod efficiendum Apostoli missi sunt. Nos verò & viam, & domicilium venturo Domino ad nos in die Natalitio, & Paschæ, & in Eucharistia, si sapimus, præparare debemus.

Vti præparanda nobis via Domini sit.

Ita autem præparanda via Domini est, vt per eam Dominus ipse ad nos venire dignetur, & nos per illam ad Dominum eamus: nam hæc duo in idem simul incidere videntur: sicut idem est animam ad corpus descendere, & corpus ascendere ad animam. Rursus eadem via est Solis in oculum descendentis, atque oculi ascendentis ad Solem.

Quæ editio sit ista, Vox clamantis in deserto, parate viam Domini; & reliqua.

Porrò hoc testimonium à tribus Euangelistis prioribus citatur eisdem omnino verbis, idque secundùm Septuaginta Interpretes: nam Hebræa veritas habet: *Vox clamantis in deserto: expurgate viam Domini, rectam facite in solitudine viam Dei nostri. Omnis vallis exaltabit se, & omnis mons & collis humiliabunt se, & erit prauũ in directionem, & altitudines in planitiem.* Esa. 40. Ita enim vertit Sanctes Pagninus: & videntur Euangelistæ illud, *Dei nostri*, data opera mutasse in pronomen, ne quenquam offenderent vocando Iesum Deum. Porrò pro verbo, Altitudines, alij vertunt: Quæ aggeribus tument. Adhæc illis verbis: *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius*, non videtur Ioannes exhortari ad præcepta & consilia incorruptè, integreque obseruanda, in via, & semitis repræsentata, eo quòd nondum erat tempus consilia statuendi: & primo loco præcepta Euãgelica stabilienda erant Et in veteri Instrumento vox, Semitæ, ad consilia significanda non accommodatur, iuxta illud: *Vias tuas demonstra mihi, & semitas tuas edoce me*, vbi nomine viæ & semitæ idem significatur: & tamen id temporis consilia Euangelica nulla erant in vsu: sed more Hebræorum secũdum hemistichion prioris est interpretatio, quod frequens esse solet in locutionibus apud illos. Rectas enim facere semitas Dei, est parare viam eius. Quod vt facere possent, præcursor missus est, de quo ait Angelus: *Ipse præibit in spiritu & virtute Heliæ* (& reliqua) *parare Domino plebem perfectam.* Et pater eius dixit: *Ad dandam scientiam salutis plebi eius*: & alius Propheta: *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem tuam*: Et tamen Esaias introducit Ioannem clamantem, & admonentem populum, vt pararet viam Domino. In quo datur intelligi,

Rectas facete semitas Dei, quid.

Luc.1.

Ibidem.

Malac.3.

Concionatorem viam Domini parare, vita, atque doctrina populum instruendo quid sequi, quid fugere debeat: quéadmodum ipse Deus gratia sua nos præueniẽdo, ac per misericordiam adiuuando nos præparat. Auditores verò docentur adiutores esse Dei, & socij, atque eorum, qui verbum Dei ministrant. Nec sat est illos docere, vel nos audire quid dicant, nisi & nos quoque quod in nobis est, præstiterimus, non solùm assentiendo per fidem doctrinę cœlesti, ac diuinæ, & monita salutis suscipiendo, sed etiam actu illa perficiendo, explendoque. Sic enim pręparamus corda nostra Domino, ad quem modum Samuel populum admonebat: & tunc rectas facimus semitas eius, cùm damus operam, ne quid praui, aut obliqui in eis inueniatur, quo accessus eius ad nos prohibeatur. Nã vt Propheta ille dixit: *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum.*

Qua ratione Cõcionator paret Domino viam.

Esa.59.

His vocibus aũt Viæ & Semitæ insinuat viam legis longam esse, circuitus, & anfractus habentem, qua Dominus ad iustificandum minimè in animas ingreditur. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Intrat autem in corda hominum Christus per viam internam pœnitentiæ ex fide, & per viam externam Baptismi, & Confessionis Euangelicæ, atque istæ sunt semitę, quas Ioannes rectas efficere conabatur: quæ si cum lege conferantur, semitæ sunt. Vel planè commodè dici potest, viam præceptũ esse, quantum exigit necessitas, obseruatũ; semitam verò, strictiorem rationẽ obseruandi: quẽadmodum, ne iures, vt nõ peieres, quo Ecclesiæ pareas, honora parentes, ne quenquã diffames, silentium obserua, & similia.

Auditorum verbi Dei munus.

Item aduerte, quod dicitur: *Semitas eius*, apud Esaiam haberi: *Semita Dei nostri*, vt dilucide cõstet, Christũ dici Deum, & Deũ nostrum. Additur: *Rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.* Non quòd in solitudine præpararent semitas Deo, vt Hebræi stultè intelligunt, sed quòd ipse in deserto existẽs hanc præparationem prædicabat. Ac si dixerit: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domino*; ac, *Vox clamantis in solitudine, dirigite viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* Non ignoro, quosdam interpretari per viã legem, & per semitas, varios status in lege, vt status matrimonij, viduitatis, virginitatis, & similium: vel per viam, fidem; per semitas, opera. Sed hæc etsi probabilia videantur, defendimus tamen expositionem paulò superius allatam.

1.Reg.12. Rectas faciãt illi semitas Dei, quãdo.

Esa.59.

Lex vetus, lõga ad salutẽ: via breuis Euangelica.

Heb.7.

Sequitur: *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.* Solus Lucas Ioannis proferens testimonium, integra verba Esaiæ

Quænã semitæ illæ, quas Domino præparabat Ioannes. Alter sensus.

Exod.20.

Esa.40. Testimoniũ diuinitatis Christi. Quomodo accipiẽdum: rectas facite in solitudine semitas, &c. contra Iudæos.

De via, & semitis Domini parãdis viæ sentẽtiæ, &quę probabiliores.

Huius dicti: Omnis vallis implebitur, &c. primus sensus.

Futura pro imperatiuis vsurpare, proprium Hebræorum.

ba Esaiæ produxit. Atque illud in primis notãdum, hæc verba duplicem sensum habere posse. Vel enim prædictio sunt futurorum, vel præcepta. Si ergo sint præceptum, tunc futura, Hebræorum more, pro imperatiuis acciperẽtur, & sensus esset: Impleantur valles, montes humilientur, obliqua sint recta, vel in rectas, vt græcè dicitur, nã in fœminino genere profertur εὐθεῖα pro via: & sint aspera in vias planas: atque hic sensus quadrat cum Imperandi modis prędictis, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Ita vt intelligant superbi omnes atq; elati Principes, qui instar mõtium sunt, & collium ipsorũ fore deprimendam superbiam, pares vt se & æquales ijs, quibus imperant, agnoscant, seq; ipsos non minus quam inferiores, Christo egere. *Vallis verò*, id est, turba, plebsve humilis, & extremi metus & desperationis spiritu plerumque acta, vel propter delictorum suorum magnitudinẽ & grauitatem, vel propter Principes opprimentes atque expilantes ipsam, erigenda est & subleuanda in spem Diuinæ gratiæ, asserendaque in Euangelij libertatem. Praua verò, siue obliqua sint, in rectã viam, id significat, vt iniusti homines fraudibus atque fallacijs rapientes aliena, iusti efficiantur, dimidium bonorum suorum, cum Zachęo, dantes pauperibus, & si aliquẽ defraudauerint, reddentes quadruplum. Aspera verò in vias planas, id est, homines insolentes & agrestes, & vel ad leuissimam occasionem in excandescentiam insurgentes, conuertantur in mites, modestos atque lenes. Sunt enim quidam immiti adeò & aspero ingenio, vt spinosæ arboris instar, faciliùs seipsos vulnerent, quam fructum reddant. Doctrina ergo Ioannis hortabatur, vt montes & colles deprimerentur, & valles eleuarentur. Valles, sunt humiles & pauperes turbæ, in quas faciliùs gratia diuina descendit, ideò priore loco nominantur, quam montes, id est, superbi, quos est expugnare difficiliùs: ob id Christus prædixit Ioanni: *Pauperes euangelizantur.* Solẽt autem valles frumento, floribus ac fontibus abundare, iuxta id: *Et valles abundabunt frumento*; item: *Qui emittit fontes in conuallibus*, alibi quoque: *Ego flos campi, & lilium conuallium*: videlicet, Christus humilium, & pauperum parentum fructus.

Qui mons & collis humiliabitur, vallis verò quæ implebitur, & exaltabitur.

Praua quæ item erũt in directa & aspera in vias planas. *Luc.19.*

Mons etiã, hoc est, superbus Pharisæus, & qui vt cornicula de mutuatis pennis rerum spiritualiũ gloriari solet, corrigatur: collis verò, scilicet superbus, qui temporarijs bonis abundat (nam colles solent esse fructiferi) atque de ijs non secus, quam habens Regi debitum cum vsura reddẽdum, vel tãquam diuitiarum alienarum baiulus gloriatur, similiter vitam emendet. Vnde illis dicebat: *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham* (& reliqua) *iam enim securis ad radicem arboris posita est*: & quę sequuntur. Obliqua porrò, & praua recta reddebat, quando aiebat publicanis: *Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, faciatis*, & ad turbas: *Qui habet duas tunicas, det non habenti*: & sequẽtia. Porrò aspera complanauit, quando ad milites, iracundum hominum genus, & rapax, dicebat: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendijs vestris.*

Quare prius dictũ, omnis vallis implebitur, quam, Omnis mõs, & collis humiliabitur. *Matt.11.*

Psal.64. Valles quibꝰ bonis abũdare soleant. *Psal.103. Cant.2.* Mõtis etiam & collis nomine qui veniant. *Matt.21.*

Luc.3.

Possunt hæc quoq; omnia in quouis homine reformando, iustificandoque inueniri, vt ad eum Christus in spiritu veniat. Hæc enim viæ præparatio fit, quando tolluntur omnes sordes, quę valent offendere oculos, aut olfactum: ideò Hebræa vox significat non tantùm parate, verum etiam, expurgate, vt quidam vertunt. Paratur autem, cùm recta fit, via, ac proinde breuissima efficitur: hinc Ioan.1. dicitur: *Dirigite viam Domini.* Quod vt fiat, in primis deprimendus est mons superbiæ, & iactantiæ de diuitijs, & nobilitate, & collis arrogantiæ de bonis fortunæ: quæ quidem superbia in ratione semper altum gradum ambiente sita est, & vt ad infima descendat, seque ipsam agnoscat, deducenda est atque humilianda. Vallis verò facultatis concupiscentis temperantia implenda est, vt ad Deum ascendat: praua etiam, id est, iniustitiæ, vel obliquæ intentiones, quibus creaturas potiùs, & cómoda nostra, quàm Dei gloriam quærimus, dirigenda sunt in rectam. Postremò, aspera in vias planas, quãdo lutum viscosum impudicitiæ, & spinæ amaritudinis, & iracundiæ, in plana conuertuntur per virtutem mãsuetudinis, & gratiam offensoribus ignoscendi: quãdo etiam ab iniuriosis, & maledicis verbis linguam coércemus, ita vt nihil asperũ, & durum ex ore nostro prodeat, vel ex cõseruatione in proximum influat, atque deriuetur. Sunt aliæ viæ dæmonis, aliæ nostræ, aliæ verò Dei. Viæ quidẽ dæmonis, superbia sunt & obstinatio, & dolus, dixit enim: *Sedebo in testamenti.* Solet etiã circuire quærens quem deuoret: quas vtinã nos nostra praua corruptaque vita non præpararemus. Viæ verò nostræ, peccata sunt, vt illæ Dei, virtutes: *Non enim viæ nostræ, viæ meæ, dicit Dominus*, nostræ enim viæ ducunt nos ab Ierusalem in Iericho, id est, à pace ad perpetuũ bellum gehennæ, de qua damnati pronuntiant:

Obliqua quomodo & ptaua per Ioannem facta sint in directa, & aspera in vias planas.

Quilibet fidelis, vt paret viã Domini.

Ioan.1. Mons eius, & collis qui sit humiliandus.

Quæ vallis eiusdẽ, & quo fit implenda.

Praua quæ fiant illius in directa, & aspera in vias planas.

Viæ dęmonis & nostrę quę nam illæ. *Esa.14. 1.Pet.5.*

Esa.55.

Luc.10.

Sap.5.

tiant: *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus*, & in alio loco ait idem Salomon: *Via peccantium complanata (est) lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.* Viæ Dei verò, virtutes omnes sunt, vt diximus, ac præcipuè quæ duobus Domini respondent aduentibus: de quibus Dauid: *Vniuersæ viæ Domini*, inquit, *misericordia, & veritas.* Via misericordiæ succurrit peccatis & pœnis nostris: via veritatis, quãdo id, quod pacto promisit, adimplet. Porrò via misericordiæ paratur à nobis agnitione peccati, pœnitentia, siue resipiscentia, fiducia obtinendi misericordiam per gratiam Christi, susceptione medicinæ in Sacramentis diuinitus institutis. Via verò iustitiæ paratur fide, dilectione, operibus iustitiæ, & misericordiæ, gratiarum actione, patientia, atq; perseuerantia: quoniam fidelis Deus in omnibus verbis suis. Porrò ad Gentes quidem, per viam misericordiæ venit, quibus nihil debebat, ad Iudæos autem via iustitiæ, quibus cum fœdus percusserat. Illi verò viam hanc non præparauerunt, qui non crediderunt, neq; Christum receperunt.

Ecclı.21.

Viæ Dei quę sint, quomodo parentur.

Psal.24.

Alia via ad Gentes, alia ad Iudęos venit Christus.

Psal.144.

Ioan.1.

Altera illorũ verborũ applicatio, ad Euangelium scilicet, Omnis vallis implebitur, & reliq.

Luc.2.

Deinde, hæc omnia intelligi possunt, ita vt sint prædictio eorum, quę euentura erant in Euangelio. Nam per Christum montes & colles humiliandi erant, id est, superbi, diuites, ac principes deprimendi: valles, hoc est, humiles & pauperes exaltandi, secundùm illud: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes implenit bonis, & diuites dimisit manes.* Praua, siue obliqua, nempe, iniustitię & fraudibus vacantes, atque proximos suos decipientes, erant in rectam viam iustitiæ deducenda. Vnde princeps deprædando populo intentus, dicitur serpens tortuosus Esa.27. Aspera verò in vias planas, quatenus homines iracundi, belloque furentes, erant in cõcordiam & pacem Euangelicam redigendi. Vel, vt B. Chrysostom. exponit, aspera legis Moysi, & iugum illud importabile, erat in suaue iugum Christi cõmutandum. Est enim translatio, qua declaratur facilem futuram viam volentibus eam agnoscere, & in præceptis eius ambulare: quemadmodum vbi viæ planæ sunt, nec montibus aut collibus inæquales, neque curuæ, aut asperæ, facilè ambulatur. Argumento est itaque, aduentum Christi tantam lucem mundo allaturum, vt omnibus & singulis futurus sit facilis ad eum accessus, qua de facilitate alio loco dixit Esaias: *Hæc erit ipsis directa via, ita vt stulti non errent per eam.*

Esa.7.

B. Chryſ. ho. 10. to. 2 inst. Act. 15.

Vnde illa similitudo, Parandi viam Domini, sit deducta.

Esa.35.

Esaiæ cum Perpende quam aptè Prophetia Esaię incidat cum eo à quo Matthæus narrat Ioãnem auspicatum suã prædicationem, nam quod dicitur in Esaia: *Parate viam Domini: Omnis vallis implebitur, & omnis mons, &c.* non est aliud quàm, *Pœnitentiam agite:* & quod ait Esaias: *Videbit omnis caro salutare Dei*, idem est cum eo, *Appropinquauit regnum cœlorum.* Non curauit Euangelista ad verbũ recitare sententiã Esaiæ, sed satis fuit illi sensum expressisse. Ac videtur Esaias rationẽ reddere, cur debeant præparari viæ Domini, & quare tempus esset agendi pœnitentiam: nimirum quòd instaret tempus, in quo omnis caro salutare Dei videre poterat: itaque illa coniunctio, *Et*, siue, *Vau*, in principio dictionis redditio est caussæ. In Esaia verò habetur sic: *Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutus est*, pro quibus omnibus Euangelista tantùm dixit: *Et videbit omnis caro salutare Dei.* Ex aduentu namque Domini reuelata est gloria Domini, id est, Filius Dei, in assumpta humanitate se mundo conspicuũ ostendendo: siue, vera Dei agnitio in mundum introducta est, quia ante à finitis propemodum errorum tenebris plenus erat: quam quidem gloriam Angeli Christo nato cecinerunt. *Et videbit omnis caro quod os Domini locutum est*, id est, omne genus humanum, non Iudæorum tantùm, sed & Gẽtium: nam phrasi Hebræa per figuram synecdochen caro dicitur homo: vt ibi: *Et verbum caro factum est*, &, *Ad te omnis caro veniet*, quanquam interdum carni sanguis adiũgatur, vt illud: *Caro & sanguis nõ reuelauit tibi*: & Paul. *Continuo non acquieui carni & sanguini*: quibus locutionib. humana natura insinuatur. Quod verò subdit: *Quod os Domini locutum est*, significat, quàm sit Deus verax: quomodo adimpleat quæ promisit: fietque manifestum, quæ ego, cæteriq; Prophetæ promisimus vobis, promissiones Dei fuisse, quum Deum verum in carne oculis vestris conspicietis. Et hoc est quod ait Euangelista: *Et videbit omnis caro salutare Dei.* Vel est sensus, *Videbit* (scilicet) per fidem) *omnis caro quod os Domini locutum est*, videlicet, Christum loquentem, & cum hominibus conuersantem: antea siquidem Deus loquebatur per Prophetas, tandem verò ore suo loqui ipse dignatus est. Sunt qui loqui Patrem verbum in diuinis, interpretantur, Patrem generare Filium: qua dicendi ratione Prophetæ non rarò vtuntur ad indicandam Patris & Filij vnam & eandem substantiam. Vt enim verbum, quod profertur, vel oratio, partus quidam est mentis, intimumque eius conceptum

Matthęo, Luc aue ijs in verbis conuenientia.

Quorsum illud, Et videbit omnis caro salutare Dei.

Quando viderit omnis caro salutare Dei.

Luc.2. Quid significet: Et videbit omnis caro salutare Dei.

Esa.40. Ioan.1. Matt.16. Gal.1.

Hoc verbo Esaias quid innuat Propheta, quod os Domini locutum est.

Alter sensus.

Baruch 3.

Dei Patris locutione (vt quidam opinantur) quid significent Prophetæ.

Ioan.1.

Christus Iesus quale salutare Dei.

Quomodo in nobis conseruandum hoc salutare Dei.

Exemplorũ vis.

Senec. epist. 6. ad Lucil. in fi.

ceptum exprimit ac sensum: ita filius Dei quasi quoddam verbum est Patris, eiusdem naturam atq; voluntatem nobis enuntians: vt Ioannes Euangelista significauit: atque ad hunc modum omnis caro, id est, homo, suaptè natura caro, sed per Dei gratiam spiritus factus atque præparatus, videbit salutare Dei: hoc est, Messiam iam adueniisse, certa fide apprehendet, atque illum natum in corde suo per fidei, & charitatis facta sentiet. Et verè salutare, tanquam antidotum quoddam, siue Mithridaticum curandis omnibus infirmitatibus nostris tam spiritus, quàm corporis efficacissimum: quod illi experiuntur maximè, qui frequentiæ Sacramentorum Confessionis & Eucharistiæ incumbunt. Igitur diligenter curemus, ne tanto antidoto oblato in nostris ęgritudinibus ac morbis consenescamus, neque tanto medico ingrati, aut imparati inueniamur: nam huiusmodi ingrati animi significatione, & negligenti nostri præparatione, sempiternis gehennæ incendijs deputabimur, aduentuque illius in misericordia ad nos redimendos atque sanãdos, quod ad nos attinet, frustrabimur: quamobrem sedulis, & ardentibus precibus, votisque efflagitemus, vt spiritum nobis infundat, per quem præparemus vias Domino, & rectas faciamus semitas nostras, quo illum ad nos venientem dignè excipiamus, eodem præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu sancto, semper viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

TRACTATVS IV.

In illa verba Matth 3. *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locustæ, & mel syluestre. Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.*

CVM celebris ac peruulgata habeat sententia, plus exẽpla permouere, quam verba, & vt Seneca egregiè dixit: *Plus homines credũt oculis, quàm auribus, longum iter per præcepta, efficax & breue per exempla*: proinde Ioannes ad prædicandam pœnitentiam destinatus, veræ pœnitentiæ formam, verosque fructus eius in seipso præmonstrauit, non solùm in habitatione, verũ etiam in vestitus & victus ratione, quæ statui pœnitentiæ congruebant. Atque hæc quidem ab Euangelista Luca, haud sine ratione prætermissa videntur, cùm non ignoraret à duobus prioribus Euangelistis satis superque enarrata esse. Ipse ergo Ioannes non tantùm verbo, & baptismo, sed heroico quodam sanctæ vitæ suæ documento statum hunc, in quem per peccatum coniecti sumus, ab infantia amplexus est, illumque coluit, exornauit, nobisque demonstrauit. Sciebat quippe puer ab Spiritu sancto edoctus, parentum scelus nostrorum in paradiso deliciarum fuisse admissum, ideo pro antidoto defertum peccatori conueniebat, quod à primis ac teneris annis inhabitare cœpit. Intelligebant etiam, primos illos parentes nudos à Deo Opt. Maxim. conditos, gloria tamen quadam & honore sic vestitos fuisse, vt nudi non erubescerent: peccatoque factum fuisse, vt homines ad necessitatem indumentorum adacti fuerint: hoc enim vestimentum nostris maximè ostendẽdum, & profitendum est: quod quidem tum præstamus, non quando molles & pretiosas vestes, sed cùm duras ac viles tegendis membris aptas & accommodatas assumimus. Nouerat præterea, Deum pelliceis tunicis induisse patres nostros, quæ ex pellibus cæsorũ conficiuntur animaliũ, vt hoc signo indicaret, mortificationẽ nobis deberi, atque adeò ipsammet mortem nostrum esse indumentum post offensum Deum, aut potiùs insinuare voluit dictum illud Prophetæ. *Homo quum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Ad hæc, cognoscebat Ioannes, illos per fructus vetiti appetitionem atq; esum à veteratore dæmone seductos fuisse, propterea ieiunio, cibi parsimonia atque vilitate peccatum esse mulctandum atque pensandum. Ergo in tribus plecti debet peccator, quæ videntur homini necessaria, in habitatione, in veste, atque in cibo. Pro habitatione ergo Ioannes cauernas deserti incoluit, vt ita perditum paradisum recuperare promereretur: pro indumento verò gestabat pilos camelorum (hoc est, pecudum immundorum) contextos, siue confectos in modum cilicij seu sacci, ad carnis petulantiam atque superbiam reprimendam ac coërcendam: cumque huiusmodi cilicia carnem pungãt, debet homo huiuscemodi punctionibus cõmonefieri de peccato suo antiquo, quo grauiùs saucietur in conscientia. Habebat etiam Ioannes zonam pelliceam circa lumbos suos: id est, ex frusto coriaceo intonso, siue piloso, nullaque arte elaborato sibi zonam contexuerat, quam alij de more

Cur Ioannes auferiorem vitam fuerit secutus.

Gen.3. Luc.1.

II. ratio.

III. ratio.

Gen.3.

Psal.48.

IV. ratio.

In trib⁹ peccator plectẽdus est homini necessarijs quibus.

Tunica Ioannis pellicea qualis fuerit.

Sancti viri quid est quod inducuntur præcincti in sacris literis.

laneam, lineamue gestabant, &, vt est probabile, carni proximam Ioānes adhibebat, vt Helias eius typus gestauit. Et quoniam zona vestes dissluētes colligit, & aptos homines reddit ad agendum, idcirco omnes sancti præcincti à Scriptura inducuntur, vel tanquam in actione positi (negligentes enim & delicati minimè cinguntur) vel quia concupiscentiæ motibus compescendis semper incumbunt. Cùm autem in vestitu peccare homines soleant, aut multitudine vestium, aut mollitie, vel pretio & splendore, nihil hic tale inuenies: nam vnica tantùm narratur vestis, atque illa quidem breuis, qua inoluueretur magis, quàm vestiretur, aspera, & vilissima, & quæ bestiarum potiùs esset quàm hominū. Qui verò in hunc locum ex nouis hereticis scribunt, & contendunt eodem vestimenti genere vsum Ioannem fuisse, & eosdem cibos esitasse, atq; solebant facere sui temporis, & loci illius incolæ, magnopere cæcutiunt & hallucinantur. Nam de vestitu scribit Chythræus: *Vestis Ioānis erat contexta ex pilis cameli, similis ei, quam hodie vulgo à camelis vocamus camelote, Latini vndulata: nec fuit sordida vestis, nec minus pretiosa, sed mediocris & κίτρινος, & in ijs locis ἐυπρεπὴς.* Sic ille nugator, eludens verba Euāgelica. Nam vt Plinius docet, vndulata vestis primò fuit è lautissimis, hoc est, varijs coloribus distincta, & Varrone teste, Reges olim vndulatas non minus quam prætextas habere solebant: præterquam quòd hæc vestis non ex camelorum, sed ex caprarum & hircorum pilis fiebat. Marloratus verò ibidem ex magistri sui Caluini doctrina in harmonia Euangel. tradit montanum descripsisse Euangelistam vestitum ab omni vrbano nitore, & lautitijs remotum. Et Centuriatores: *Non est*, inquiunt, *consentaneum, crudas tantùm pelles sic fuisse contextas, vt quidam opinantur, sed vsitato genere vestitus, qualis illi, qui ad montosa loca habitabāt, vtebantur.* Similia Bucerus, & alij. Ita isti boni viri sua veste Ioannem spoliant, & induunt aliena ac peregrina, cùm tamen Ioānes pœnitentiæ præco futurus, præter eremum, durissimum, ac rigidissimum vitæ genus instituerit, asperioribus ac vilioribus vestibus quàm illis in regionibus in more esset, vtens, vt omnes nouitate ad pœnitentiam alliceret. Vnde Dominus: *Quid existis*, inquit, *in desertum videre? hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt*, quod nominatim de eo non dixisset Dominus, si idem illi cum reliquis genus vestimenti fuisset. Similiter neque vescendi ratio cum cæteris cōmunis fuit. Adde, quòd venit Ioannes in spiritu, & virtute Heliæ, qui vir erat pilosus, & zona pellicea circa lumbos eius. Eusebius Emissen. serm. de Ioanne Baptista: *Ille pilis camelorū, iste cilicio vestitus incessit.* Bernardus serm. de priuilegijs B. Ioan. Baptist. *Rigida* (ait) *vestis, & durissimis hispiditatibus cōtexta, rigore squalifero corpus afficit Patriarchæ, carnemq; tenerrimam immaturata districtione disciplinæ feritate coarctat.* Et alibi: *Victum & vestitum, aut Apostolus, habentes, his contenti simus. Apostolica professio ista est, sed Ioannes etiam hæc contempsit. Denique audi Dominum in Euangelio: Venit*, inquit, *Ioannes non manducans, nec bibens, planè nec vestiens. Sicut enim non est locusta cibus, nisi aliquorum fortè irrationabilium animalium, sic nec pilus Cameli humanum est indumentum.* Aut. quoque oper. imperf. in Matth. *Consuetudo erat apud Iudæos, vt zonis laneis vterentur.* Ideo iste quasi aliquid durius facere volens, zona pellicea cingebat se. Theoph. ibid. *Omnes sancti introducuntur à scriptura cincti, veluti semper in opere existētes. Negligentes autem, & delicati non cinguntur, vt nūc Saraceni, vel quòd affectiones concupiscētiæ mortificarunt. Pellis enim mortui animalis pars est.* Sic illi.

Luc. 1. 4. Reg. 1. Matt. 3. Euseb. Emiss. hom. 1. Bernard. 1. serm. in natiuit. Ioan. Bap.

1. Tim. 6.

Matt. 11.

Aut. oper. imperf. in Matth. hom. 3. tom. 2. oper. B. Chrys. Theophyl. in Matt. ca. 3.

Porrò litem etiam nobis intendunt hæretici non minus circa cibum eius, id est, locustas, & mel syluestre, quam circa indumentum, vt planè se Epicureos, & nouos ministros ostendant. De locustis igitur sic statuunt Centuriatores: *Ferunt aut illæ locustæ species cancrorū terrestrium, locustarū aliquam speciem representantes: siquidem chelis carent, habent tamen quasi spinas quasdam in crusta, & cornua longiora, quàm cæteri cancri. Hū fortassis vsus est Ioannes, quia piscatores Iudaici eos abiecerunt, tanquam prohibitos pisces, Ioannes verò pro libertate Euangelica eos comedit.* Similia docet Bucer. addens, illius regionis incolas illas esitasse: quia Plin. scribit Parthis has in cibo gratas extitisse: faciens admiranda opera Ioan. cōmunia cum reliquis. Sed profectò in hunc sensum multa faciunt. Primò, quia ἀκρίδες nunquā significant cancros, qui Græcè dicuntur καρκίνοι, vt Brent. & Beza etiam docent. Squillæ verò nominantur καρίδες, pro quo isti corrupti videntur legisse ἀκρίδας, id est, locustas. Et Epiphanius refert, Ebionitas deprauasse hunc locum, & pro ἀκρίδες legisse ἐγκρίδες, id est, bellaria ex melle. Beza, vt noui aliquid proferret, ἀκρίδας vsurpat pro ἀκριδάδας, id est, pyra syluestria. Sed importunum est voces confingere nouas, cùm nullo textus præsidio, vel alicuius Patris testimonio comprobet talem lectionem. Deinde quo modo Squillæ, vel cancri in Iordane esse

De locustis, quibus Ioannes Bapt. vescebatur insana Magdeburgenſ. opinio refellitur.

Cent. 1. lib. 1. cap. 6.

Cent. 1. lib. 1. cap. 10.

Bucerus.

Matt. 11.

Vatiæ hæreticorum nostri seculi de Ioānis vestitu opiniones refelluntur.

Cythræus in ca. Matth. 3.

Plin. li. 8. natur. hist. c. 48. Vndulata vestis quæ sit.

Varro li. 1. de vitæ pop. Ro. Marloratus Caluinista.

Bucerus.

Plin. li. 11. natur. hist. c. 22. & li. 6. ca. 30.

I. argu. quod non fuerint cancri terrestres.

Epiphan. hæres. 30. Beza figmentum.

II. argum.

fingun-

finguntur, cùm in mare non influat, sed in Asphaltiten lacum descendat tantum, & ibi absorbeatur? Tertiò, quomodo Ioannes qui vix pane vescebatur, & abstemius erat, nec comedens, nec bibens, pisces, qui in delicijs haberi solent, comederet? Quartò, ineptum est prorsus, Ioannem in hac occupatione quotidiana procurrendi ad mare, & colligendi cācros ponere, & facere eum cancrorum helluonem; qui instar turturis & passeris solitarij vitam ducebat Angelicam. Quintò, durum & illud, Ioannē legis obseruantissimum, contra legem Leuiti. cancros esitasse, cùm lex adhuc vigeret, locusta verò, quæ animal est volatile, vt mundum, aportè in eodem loco permittatur ad esum: *Quicquid*, inquit, *ambulat super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram, comedere debetis, vt est bruchus in genere suo, & attachus, atque ophiomachus, ac locusta, &c.* Quæ verò laus fuisset Ioannis, si lege vetitis, damnatisq; cibis per incontinentiam vsus fuisset? Habitus potiùs fuisset legis violator, & nequaquam auditus fuisset, qui legem adhuc obligantem transgrederetur, cùm illa non per Ioannē, sed per Christum esset abroganda: etsi Petrus etiam post aduentum Spiritus Sancti dicebat: *Nunquam manducaui omne commune, & immundum.*

Matt. 11, III argum. & IV.

Leuit. 11.

Ibidem. V. argum.

Act. 10.

Non igitur hic accipitur locusta pro vlla piscis specie, quia ignota est hæc significatio sacris literis: ergo vel pro animali terrestri est accipienda, cuius esum lex permittit: vt inde constare possit in cibum humanum venire solitam, & cuius maxima copia erat in illo deserto: vnde Hieronymus, qui Palæstinam optimè nouerat, asserit earum nubes per desertum, & calidam eremi vastitatem reperiri, & illis Orientales populos Lybiæ vesci: Et in eum sensum multi Patres interpretantur, vt Hilarius, Chrysostomus in Marcum, Hieronymus in Ionam, Rabanus, Lyranus. Diodorus testatur populos esse in Aethiopia, qui non alio cibo vtātur quàm locustis, vnde & ἀκριδόφαγοι vocant. Plinius testis est, hoc animal in delicijs fuisse apud Parthos. Sed quod apud illos erat in delicijs, apud Iudæos fortassis erat vilissimum. Nec obstat, quòd non crudæ, sed coctæ in vsum cibi sumerentur: coctum autem aliquid in deserto fumere Monachos, luxuria fit, vt testatur Hieronym. quia illi non semper coctam locustam edi solitam aiunt, sed fumo & sale in annua alimenta durari: quod certè Ioannes non faciebat, sed crudis vescebatur. Quanquàm, ne quid dissimulem, sunt ex Patribus quidam, qui locustas, nec animal terrestre, nec aquatile putent, sed herbas tantùm, aut fruticum & foliorum extremitates. Hoc in primis docet Athanasius: *Locusta*, inquit, *nō animata, sed herba sic dicta*: idque ex duobus locis Scripturæ confirmat. Ait enim Dauid: *Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum, & excussus sum sicut locusta. Et Ecclesiastes. Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis. Vt enim amygdalus, & capparis, non sunt caro, sed frutices, ita locusta quæ crescit in campo, & prato. Ioannes enim si panem non comedebat, multo minus carnem: mel autem, cibus est monachorum.* Sic ille. Et Hisdorus Peluſiota in epistola ad Timotheum producitur: *Non sunt*, inquit, *locustæ animalia, vt nonnulli putant imperiti, similia scarabeis, absit, sed ἀκρεμόνες, id est, germina herbarum.* Pantaleon Diodorus intelligit per locustas radices quasdam. Et ita Euthymius in Matthæum etiam docet, dicens: *Locustas quidam herbarum virgulta dixerunt, quidam autem herbam dictam locustam, alij verò ipsum insecti genus.* Perottus putat potiùs intelligēdum Ioannem victitasse herbarum summitatibus, quàm locustis, animali venenoso & noxio: & Episcopus Abulensis in hunc locum ex Brochardo producit multa Monachorum monasteria iuxta ripam Iordanis sita, in quibus habitantes, quibusdam herbis vescebantur, quas dicebant esse locustas, quas olim Ioannes in cibum adhibuit. Nicephorus quoque Callistus sic scribit: *Filius Zachariæ Ioannes, in cuius natiuitate patris vox soluta est, cum prius ab illo Ioannis nomen in tabula fuisset exaratum, alterum cum dimidio annum agebat, & vna cum matre Elisabetha in spelunca quadam ad regionem montanam saluus conseruabatur, fortasse Herodis sanguinariam effugiens manum. Ibi tenerioribus arborum frondium q, summitatibus pro cibo, camelipilis pro tegumento, pelliceaq; insuper zona vtebatur.* Sic ille, Græcè vocans ἀκριδόφυα, quæ in Euāgelio dicuntur ἀκρίδες. Quas sic dictas esse quidam testantur, quòd id animal summas aristas aduolans depascatur, vt in Exodo legimus.

Hieron. ad Heliodorum. epist. 1. tom. 1. initio.

Alia patrum interpretatio de locustis.

Athanas. in scholijs Noui Testamenti. Psal. 108. Eccles. 12.

Isid. Pelus.

Pantal. Diodorus serm. de sanctis luminib.

Euthym. in Matth. 3. c.

Nicephor. Calli. li. 1. hist. Eccle. c. 14.

Luc. 1. Matth. 2.

Exod. 10.

Postrema disputatio est de melle syluestri, in qua etiam hæretici Ioanni negotiū facessunt. Lossius in cap. 1. Marci, & Strigelius ibidem, dicunt, mel syluestre idem esse quod in pharmacopolijs vocant manna & in medicinis conficiendis vsum habet, idque ex Suida conantur probare, mel syluestre quod ex arboribus colligitur, esse manna. Sed certè manna, ex quo panem conficiebant Iudæi in deserto, non ex arbore, sed ex terra colligebatur, & delicati saporis cibus erat, manna verò, quod ex arboribus, etsi vsum præstet in me-

Loſſius. Strigelius.

Suidas. Quale fuerit mel syluestre quo Ioannes vescebatur, secundum hæreticos, quorum reprobatur opinio.

Qua ex materia Iudæi panem in defecto confice rent. *Ifid. Pelus. ibidem.*

dicina aliquem, quid hoc ad cibum & alimentum quotidianum? Quare Isidorus Pelus. in prædicta epistola scribit: *Neque rursus est mel syluestre, sed ab apibus agrestibus confectum amarum, quibus ostendebat Ioannes magnam corporis mutationem, id est, mutationem, fame & asperitate omnis saporis appetitum amaricãs.* Sic ille. Hoc mel sterile dicitur à Patribus, non autem domesticum, aut humana industria percolatum, vt docet Origenes in Lucam. Euthymius verò docet illud in petrarum scissuris ab agrestibus apibus confici: quod & amarum & insuaue nuncupatur. Huius mellis in deserto fluentis Ionathas aliquid virga extensa degustauit, vt habes in lib. Reg. A Plinio mel quoddam syluestre vocatur ericæum ab erica frutice, quod inter cætera mellis genera minimè probatur: quanquàm quidam ex hæreticis hoc reprobent, vt Caluinus ac Marloratus.

Sensus verus

Orig. hom. 11. in Luc. Euthym. in Matth. 3. c.

1. Reg. 14. Plin. li. 11. c. 16. Caluin. in Harmo. Euang. Marlora. in cap. Matth. 3.

De potu Ioannis cur fiat hic mentio nulla, & qualis extiterit.

Luc. 1. Matt. 11.

Cur Ioanni propter se conueniens fuerit vitæ austeritas tãta.

De potu Ioannis nihil hic scribitur, quia Angelus à principio dixerat: *Vinum, & siceram non bibet*: quare potus eius, aqua erat pura, quam fons in deserto suppeditabat, aut fluuius Iordanis, vt ob id à Domino dicatur venisse neque manducans, neq; bibens, quòd consuetis hominum esculentis, ac poculentis minimè vteretur. Hæc autem victus summa austeritas, & qua maior nulla in Scripturis legitur (nec enim austeritas est, sine cibo miraculo viuere) Ioanni conueniens extitit, tùm propter se, tùm etiam propter alios. Propter se quidem, in primis vt à peccati labe præseruaretur, quo modo carnes recentes sale à putredine corruptioneque seruantur: quòd si sancti aliqui vel sine leui crimine omnino hanc vitam traduxerint, illud certè diuinæ gratiæ est adscribendum: quod etsi commune cũ omnibus iustis non sit, quibusdam tamen priuilegio concessum fuisse, vt omnes gradus inueniantur, dignitati gratiæ nihil derogat: sicut docet Augustinus libro de baptismo paruulorum ad Marcellinum, & libro de perfectione iustitiæ. Deinde, vt capax abundantioris gratiæ efficeretur, totus ad Deum fuit conuersus Ioannes, & à mundi huiusce voluptatibus, à cœtuque hominum segregatus atque secretus. Nam corporale ieiuniũ vitia comprimit, mentem eleuat, & cætera, vt canit Ecclesia. Adhæc, quo maiori eorum, qui pœnitentia indigent, commiseratione moueretur, ex quo etiam maiora sibi apud Deum merita compararet.

B. Aug. lib. 2. de peccato. mer. & remis. cap. 6. & de inceps. tom. 7. Idem eodem tomo.

II. ratio.

III. ratio.

Cur verò propter alios si aspere victitarit Ioannes, prima ratio.

Propter alios verò hæc à Ioanne vitæ asperitas susceptа est: partim quia rudes nõ putant, magna esse interiora dona, quę non vident, nisi illa tantum, quæ sibi difficilio-

ra secũdum sensum videntur; partim, quia Ioannes minora, quàm Patres, signa edere non debebat, quoniam maior erat illis omnibus: nec rursus maiora, aliter in Christum receptus fuisset, propterea nullum signum edidit. Sed vt Moses balbus autoritate valuit propter signa, ita Ioannes eloquens vita excelluit, adeò vt non auderent eius testimonio repugnare. Matth. 21. Vitæ autem probitas & integritas apud rudes & simplices nulla re magis, quam asperitate victus commendatur sponte susceptа, vt fuit illa Ioannis, & procul ab omni suspicione hypocrisis, siquidem à pueritia, & in deserto cœpit: neq; magnis blandiebatur: & tanto tempore durauerat: cum hypocritæ, qui honores ambiunt, in illos quandoque ferantur feruentiùs, nec tamen volunt huius vitę iacturam facere. Sciebant autem Ioannem cœpisse à puero, & vsque in præsentem diem perseueraſſe, quoniam in pueritia distincte & clarè cognitus est: secus Christus, in communi tantum ab illis notus propter Magos, Simeonem & Annam. Et vt in Moyse signa fuëre, & in Ioanne sola prædicationis facundia, in vtrisq; tamen insignis vitæ sanctimonia enituit: ita in Christo Domino excellentia signorum simul & eloquentia summa cum vitæ sanctitate coniuncta, fuêre.

Exod. 4.

Ioan. 1.

Matt. 21. Vitæ alicuius sanctimonia vnde & apud quos maximè cõmendetur.

Christus Mosi, & Ioanni in quibus excelluit. *Matth. 2. Luc. 2.*

IL ratio. *Luc. 2.*

Deinde hic vitæ rigor seruiebat, quatenus agendæ pœnitentiæ aptus esset prædicator, quam ipse filius sacerdotis vnicus, innocens faciebat, ac diues. Tum vt sermonis eius, quo viuum tangebat, cum res postulabat, in vestitu significaretur asperitas: qui enim mollibus vestiuntur, scilicet adulatores, in palatio sunt: qui verò pilis camelorũ induuntur, vt Ioannes, in carcere. Existimo autẽ Deum peculiari ratione exemplũ tãtæ nobis austeritatis posuisse ante oculos: inprimis, vt admiremur, deinde vt confundamur, & vel eius lõgè vestigia sequamur.

Matth. 11.

In melle autem, & locustis parui volatus, dulcedo transiens in cordibus Iudæorum ad horam exultantiũ significatur, atq; in ijsdem doctrina Ioannis pungens cor, atque illud dulcans, & eleuãs repræsentatur. Docet etiam prædicatores Ioannes, veste vt pellicea circa lumbos præcingant sese, id est, vt strictè, & castè viuant: nihilque est, quod ita cingat lumbos nostros, & à sordidis ac fœdis flagitijs reuocet, quam mortis, & pœnarum, quæ peccati causa in mundũ intrarunt, assidua vehemensq; meditatio. Quia verò locustæ sunt herbarum, ac terrę nascentiũ certissima pestis, aptè designant peccata, quæ animas iuxta & corpora, ceu lues quędã inficiũt. assurgũt & locustę, ac fa-

Locustæ & mel syluestre quid mystice

Veste se pellicea prædicatores Ioannis instar, circa lumbos quomodo præcingant. *Rom. 3.* Quid locustæ portenderent.

cile in

cile in terrá recidunt: sic peccator, per ambitionem in altũ erigitur, verũ locustæ instar, ad terrena deprimitur. Vt ergo Ioannes edebat locustas, ita prædicator peccata populi deuorare debet, docendo populũ qua ratione veniam peccatorum assequi valeant, atque ipse pro eis Deum, vt illis ignoscat, exorando: & sic implebit verbum Prophetæ: *Sacerdotes comedent peccata populi.* In veste rigida ostenditur virtus temperantiæ, in cingulo fortitudo, in melle verò prudentia, atque in prædicatione iustitia.

Osea 4.

Sacerdotes vti peccata populi comedant.

Tunc exibat ad illum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Leue illud est, quod Marcus prius referat concursum populorum ad Ioannem, deinde verò rationem victus eius atque vestitus recenseat, cum Matthæus præposteró modo narrauerit: siue enim præcedant, siue sequantur, ab Euangeliorum scriptoribus referũtur ad commendandam autoritatem Ioannis, & vim, & efficaciam prædicationis suę. Certè illud maius, & magis mirum alicui videri posset, Ioannem, vt nuntium ac præcursorem à Deo Opt. Max. ad Iudæos destinatum, legationis tamen suæ tenorem exposuisse primùm non in Ierusalem, Regia & principe ciuitate, sed in deserto, siue in solitudine. Quis enim vnquam magnus & generosus Princeps legatum honorificũ ad alium Principem, aut Regem destinauerit, qui tamen in mandatis habeat, vti in deserto, vbi hominum est nullus, legationis suæ causſam exponat, quin potiùs in loco celebri, & hominibus refertissimo? Verum hoc magnitudini, cum legationis ipsius, tum sanctitati legati tribuendum est: nam talis fuit legatio, talisq; ac tantus Ioannes, qui ea functus est, vt siti ardoreq; eum audiendi ciuitates fierent deserta, & deserta ipsa inhabitarentur: quippe numerosa populi multitudo eius audiendi, baptismique ab eo susciendi gratia, ad eũ confluebat: vt testatur Euangelium: *Tunc exibat*, inquit, *ad eum Ierosolyma, et omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.* Et quemadmodùm Deus Christo nato, Angelos suos primos nuntios cœlitus misit non ad vrbes, ac Principes, verùm ad pastores in agros gregi suo inuigilantes: eadem ratione nunc præcursor, Deique legatus & nuntius in desertum missus est, vt primos quosque ad se venientes nullo discrimine personarum instrueret, & euangelizaret.

Vitam Ioannis austeram cur Euangelistæ commemorant.

Ioannis legatio quid proprium, & singulare habeat.

Quanta eius prædicationis vis, & potentia.

Matth. 3.

Luc. 3.

Quo modo omnis Ierosolyma exibat ad Ioannem audiendum.

Per Ierosolymam intelligẽ, magnã eius partem, sed non omnem: nam templi ministri egredi non poterant, vt habetur. 1. Paral. 9. Ob id Marcus inquit: *Et egrediebatur ad eũ omnis Iudæa regio, & Ierosolymitanæ vniuersi.* Id est, ex omni hominum genere & gradu, Deusque nouit perterrefacere, & commouere etiam magnas vrbes (nisi vbi scelera magna impediunt tractum eius & vocationem) tùm Angelis suis hominum corda excitãtibus, tùm hominibus ad noua & insolita se ipsos conuocantibus, & tanquã cortinis quibusdam inuicem se trahẽtibus.

1. Paral. 9.

Dicitur etiam, *Omnis Iudæa*, id est, sors seu tribus Iudæ. Ierusalẽ namq; in tribu Beniamin est sita: vt traditur Iosue 18. Additur, *Et omnis regio circa Iordanem.* Iordanis, fluuius est Iudææ, qui è duobus fontibus Ior, & Dan, vt Hieronymus est autor, circa radices Libani montis ortum accipit, & nomen, qui radices deserti Iudææ præterlabitur, mox in lacum, quem Genesar, vel Genesareth vocãt, se fundit, deinde mare mortuum petit, natura dirum, à quo postremò absorbetur, & euanescit. In Ioanne autem tria esse videbantur, quibus populus prouocatus est, vt ad se veniret. Primum, quòd à secundi templi constructione vsque ad id tẽpus, Prophetis caruerant; ideò multi Prophetam visuri, tanto studio & ardore ad eũ accurrebant; vnde Dominus dixit, *Quid existis in desertum videre?* Iustoque Dei iudicio factum fuerat, vt vatum diuinorum destituerentur oraculis, quorum dum suppeditabat copia, nullam rationem habuerunt. Vnde dixerunt postea: *Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius.* Diuinitus ergo effectum est, eorũque postulantibus demeritis, Propheta vti nullus extiterit, vt maiori cum siti & auiditate Ioãnem plusquàm Prophetam, Messiamque Principem Prophetarum exciperent. Secundum est, ipsum prædicationis genus nouum & insolens: quòd non more cæterorum prædicabat simpliciter, *Pœnitentiam agite*, sed viam iubebat parare Domino venienti; regnumque cœlorum aduenisse nuntiabat: quæ duo maximè erant noua, & è facili excitare poterant populũ. Tertium erat, austera illa & horrida vita Ioannis, quæ admirabilem illi fidem, & autoritatem conciliabat.

Quid item, omnis Iudæa. *Iosu. 18.*

Iordanis ortus, & exitus. *B. Hieron.*

Quæ tria Iudæos ad Ioannem audiendum allicerent ac prouocarent *Matth. 11.*

Iudæi vsque ad Ioannem multo tempore cur caruerint Prophetis. *Psal. 73.*

Secundum.

Tertium.

Et baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. Pauca primùm de Ioannis baptismo dicemus, deinde quędam adijciemus de illa confessione peccatorum. Verbum Baptizandi Græcum est, idemque significat quod Latinè, Immergere; itaque baptismus propriè est immersio: quanquã aliàs baptismus etiam peragi possit, vel intinctione, vel aspersione: nam his ferè vocibus vtuntur Patres. Porrò hic cum copia esset aquarum, immersione baptismum celebrabat Ioãnes, & primò quidẽ in Iordane

Baptizare propriè quid sit.

vbi erant

Ioānes quomodo baptizaret. *Ioan.3.*

vbi erant aquæ plurimæ, deinde etiam in Aenon iuxta Salin, vt dicitur Ioan.3. & fortassis in alijs locis, vbi suppeditabant aquæ, & quia olim educti patres de Aegypto, & transeuntes Iordanem, intrarunt in Terram promissam: atq; in eodem fluuio Naaman Syrus à lepra mundatus est, ita vt caro eius redderetur sicut caro pueri: ideò tùm Ioannes, tùm Christus in Iordane baptizarunt: & per Christi baptismum ingredimur in terram promissam, nempe in Christum, cui per fidem inserimur, vt mẽbra capiti, cuius etiam fructibus enutrimur, sanamurque ab omni sorde, & lepra peccati, atque innocentiæ restituimur. Interpretaturq; Iordanis fluuius iudicij, vel, descensus iudicij: videlicet dum per humilitatem nos descendimus, nosq; ipsos reos & peccatores agnoscimus, atque profitemur, siue etiam dum nos metipsos iudicamus, & damnamus, à peccatis lauamur. Est enim pœnitentia, purificans ille fluuius, scatens è duobus fontibus, agnitione scilicet propriæ iniustitiæ, & recordatione Diuinę bonitatis. Primo ex fonte fluunt lacrymæ ex intimis cordis venis & arterijs, quæ quãuis amaræ sint, maculas tamen animæ vehementer abstergunt. Secundo ex fonte dulces emanant aquæ, quibus & pœnitentia dulcatur, & cõscientia consolatur. Quia verò dicit, *baptizabantur ab eo*, innuitur, quòd baptismus ipsius esset, sicut alibi Dominus dixit: *Baptismus Ioannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus?* atque ita ipse solus erat minister sui baptismi: quoniam enim potestatem non habebat committendi alijs officium baptizandi, propterea solus ipse baptizabat, quia solus disponebat ad Christũ: neq; si alius vellet baptizare, tam facilè crederetur: idcircò baptismus ille ad tempus valuit: & sicut dispositio, forma introducta, cessat, ita introducto Christi baptismo, ad quem disponebat, Ioannes ille penitus aboleuit: ideò postea inutilis fuisset, frustraque occupasset. Cessasse autem, indicatur illis Christi verbis: *Baptismus Ioannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus?* Quod verò præterito imperfecto vtitur, *baptizabantur* insinuatur perseuerantia eius in baptizando ab initio prædicationis suæ vsq; ad carcerem, in quem tandem coniectus est ab Herode: ideò Ioan.3. scribitur, quòd baptizabat Ioannes in Aenõ iuxta Salin: & Christo baptizante, etiam baptizabat Ioannes, vt dicitur ibidem: nam si incipiente Christo baptizare, Ioãnes quieuisset, videri posset ex inuidia, aut ira cessauisse à ministerio baptizandi, discipuli quoque Ioannis atq; Pharisæi magis offenderetur, ac magis zelarent pro eo, si grauiter tulerunt, quòd Christus baptizaret. Ergo baptizabat Ioannes, vt ea occasione pluribus, qui ad se confluebant, Christum manifestaret. Baptizabãtur autem populi adducti ad id Ioannis autoritate & consilio: vnde baptismus eius traditur è cœlo fuisse, non autem vlla necessitate, siquidem nullibi præceptum de suscipiendo baptismo Ioannis inuenitur, sed consilium tantùm Dei, à Pharisæis & Legisperitis spretum dicitur Luc. 7. quod si præceptum extitisset, Christus Matth.21. allegasset; imò populos coëgisset ad baptismum Ioannis, puerosq; obligasset. Adhæc, baptismus Ioannis confestim erat antiquandus; ideò non est sub præcepto datus. Præterea non antiquabat circuncisionem, cùm baptismus Ioannis gratia esset destitutus, quam tamen circuncisio conferebat: quæ quidem circuncisio ante legem instituta fuerat, & data patribus, teste Christo: & propterea rentur quidam, nequaquam spectare ad sacramenta Legis. Amplius, Ioannis baptisma legem non euacuabat, neque inducebat, quæ Ioanne mortuo non cessauit etiam, ne sine lege aliquo tempore Iudæi essent: imò, quod potius est, ante Euangelium promulgatum, baptismus Christi & circuncisio simul currebant.

Ioan.4. Cur Ioannes baptizaret.

Prima ratio cur baptismus Ioannis consilij erat, non præcepti. *Luc.7.*

II.ratio.

III.ratio.

Ioan.7.

IV.ratio.

Baptizabantur porrò Iudæi tantùm, nõ autem Gentiles, aut pueri. Gentiles quidem, eo quia non credebant in venturum Messiam, vt baptismo tali ad illum disponerentur; aliter irritari potuissent Iudæi, quibus Messias secundum carnem cognitus erat, & expectatus: id est, in Iudæorum bonum tantummodò, & gloriam: quod erat facere Messiam priuatum, atque vni populo adstrictum, & carnalem, atq; temporalem. Pueri similiter, quia nec eos pœnitet, neque confitentur, nec exeunt in desertum, minimè baptizabantur, tametsi eorum parentes offerre possent illos Ioanni, vt Christo offerebant. Ac minimè quidem conueniens visum est, solum Christũ à Ioanne baptismum suscipere, sed etiam alios cum eo pariter; tum ne videretur melioris baptismi institutor & autor, quam Christus, in quantum melior erat, qui baptizabatur baptismõ Ioannis, quàm Christi: vt ait Augustinus lib. de baptismo contra Donatistas: tùm quòd per baptismum Ioannis aptarentur ad baptismum Christi, sicut per doctrinam Ioannis disponebantur ad doctrinam eiusdem Christi. Oportebat igitur, vt illi, qui baptizandi à Christo erant, antè essent baptizati Ioannis baptismate: tũ quia institutus fuit ille baptismus,

Quare Iudæos tantũ, non Gentiles Ioannes baptizaret.

Quibus de caussis alijs etiam præter Christum à Ioanne deberint bãptizari.

B. August.

vt per

Qui nos baptismus ducat in Terrã promissam: & quæ sit Terra promissa.

Iosu.3.

Iordanis quid sonet.

4.Reg.5.

Mystici Iordanis riui duo.

1.Cor.11.

Ioannis baptismus qualis erat. *Matt.21.*

Ille baptismus quamdiu viguit.

Quando cœpit, & desijt Ioannes baptizare. *Matth.14. Ioan.3.*

vt per eum Ioannes Christum agnosceret, quem anteà non cognoscebat, cuius rei gratia datum est signum Spiritus sancti in specie columbæ: vt factum est. Hoc autem fieret frustra, si Christus tantùm ab ipso fuerat baptizandus. Postremò, baptismus Ioannis institutus est ad ostendendum Christum toti populo: & quoniam erat baptismus pœnitentiæ, vt ab eo baptizati agerent pœnitentiã: si solus Christus à Ioanne esset baptizandus, haud posset post baptismum ostendi toti populo: nam hic confluebat ad Ioannem caussa baptismi suscipiendi. Pœnitentię actio quoque magis quadrabat peccatoribus, quàm Christo innocenti.

Ioannis baptisma quare non omnes obligaret æquè ac baptismus Christi. *Aug.lib.5.ca. 9. & alibi passim, tom.7.*

Non debuerunt tamen omnes homines cogi ad Ioannis, sicut ad baptismum Christi. Tùm ne videretur Christi baptisma hominibus non sufficere ad salutem, cùm priùs oporteret baptizari eos baptismo Ioannis: vt docet Augustinus lib. de Baptismo con. Donati. tùm quòd homines iure non coguntur nisi ad id, quod bonum est, & necessarium: Ioannis autem baptisma non conferebat salutem. Attamen dici potest aliquo modo baptismus Ioannis sacramentum, eo quòd dispositio erat ad illum Christi suscipiendum, & sub hac forma celebrabatur: *Ego te baptizo in nomine venturi*: vt habes Act. 19. vt tradit B. Doctor in 4. Dist. 2. q. 2. art. 1. & Episcopus Abul, in Matthæi cap. 3. q. 42. Gratiam autem vel characterem eiusmodi baptismus minimè conferebat: quod ex tribus manifestum euadit. Primò, quia baptismus iste dicitur in aqua, hic, Ioan. 1. Mar. 1. & Luc. 3. & intellige in aqua tantummodò: nam aliàs etiam ille baptismus Christi in aqua erat, at non sola, sed in aqua & Spiritu, iuxta illud: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*: siue, in aqua, & sanguine, vt ait Dilectus discupulus: siue, in Spiritu sancto, & igne, vt inquit Matthæus. Deinde ex eo quòd baptizati à Ioanne, baptismo Christi iterum intingebantur, vt refertur Actor. 19. ac rursus ipse Ioannes testatus est: *Ego quidem baptizo vos aqua in pœnitentiam: ipse autem vos baptizabit* (scilicet à me baptizatos) *in Spiritu sancto, & igni.* Postremo, abundaret Christi baptisma, si illud Ioannis gratiam contulisset, quo tamẽ Apostoli baptizati sunt, & vt saluti necessarium ab illis prædicatum: qui vt fundamenta Ecclesiæ Christi haberentur, signum Spiritus Sancti in linguis igneis haud dabatur nisi illis prædicantibus, Actorum 11. vel illis manus per confirmationem imponentibus, Actor. 8. & 19.

Ioannis baptismus qua ratione Sacramentum dici posset. *D. Thom. to. 4. Episc. Abu. part. 1. in principio.*

Quod ille baptismus gratiam minimè conferret, neque characterem imprimeret. *Ioan. 3. 1. Ioan. 5.*

II. argum. *Act. 9. Matt. 3.*

III. argum. & vltimum. *Infra vlt.*

Caussæ porrò propter quas Ioannes missus est cum baptismo, videntur hę esse. Prima, vt signo sensibili populus alliceretur ad videndum Christum. Secunda, exhortatio ad pœnitentiam; tùm vt rectiùs meminissent innouandæ vitæ, atq; ita baptismo se terram aquæ subiectam profiterentur: siquidem terram se esse protestatur, id est, peccatorem, qui suscipit baptismũ. Tertia, quo priuatim magis docerentur, ac pœnitentiam promitterent in remissionẽ peccatorum: id est, quæ pœnitentia remittit peccata, baptismus autem pœnitentię in remissionem peccatorum propterea dicitur, quia ad talem pœnitentiam adhortabatur Ioannes, atque eam profitebatur baptizatus. Tùm quia non dabatur aliter gratia remissionis peccatorum citra pœnitentiam; cùm tamen citra hanc sint dona Dei, nempe baptismus, & vocatio. Atque hactenus de baptismo Ioannis.

Cur missus à Deo Ioannes baptizare.

Rom.11.

Iudæorum Ioanni peccata confitentium sua, qualis fuerit illa cõfessio, publica, an secreta. *Gen.4.*

Num.5.

Sequitur: *Confitentes peccata sua.* Quidam exponunt, in genere: quoniam enim omnes baptizati confitebantur, videbatur generalis confessio, & non singularis. Sed quia reuera confessiones exactæ in lege Naturæ ab Adam delinquente, & Cain fratricida fiebant priuatim de singulari peccato, & in lege Moysi delinquentibus præscribebantur certa sacrificia, vt habetur Num. 5. quòdque confiterentur posteà delictum suum in specie; idcircò hæc à Ioanne exacta confessio, autoritateque eius inducta, & quæ aliàs vincere debebat, propiusq; ad illam Noui Testamenti accedere ad assuefaciendos homines ad confessionem Euangelicam, quæ in peccatorum singulorum enumeratione consistit, singularis erat, ac priuata. Id quod ex textu etiam ipso colligitur, in quo dicitur quòd confitebantur peccata sua; vbi Græcè profertur cum articulo τὰς ἁμαρτίας, id est, certa quædam peccata. Ideò vim textui infert, qui exponit: *Confitentes peccata sua*, id est, confitentes se peccatores. Confirmaturque ex eo, quod in Actis Apost. cap. 19. de pœnitentiam agentibus, & ad Paulum confugientibus dicitur: *Multiq; credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos.* Vbi exprimitur quid sit confiteri, nempe annuntiare per singula actus suos: aliàs Ioannes audiẽs peccata aliorum in genere, nequaquam potuisset salubre consiliũ pœnitentiæ illis adhibere, eo quòd non cognosceret in singulari morbum, nisi vellet omnium hominũ morbos vna & eadẽ medicina curare: quæ stultitia est. Et vt superiùs diximus, sicut vanus, ac superstitiosus fuisset Ioannis baptismus, qui gratiam non præstabat, nisi aliquo modo ad illum Christi disponeret, qui

vnde constet priuatam illam confessionem extitisse. II. argum.

Act. 19.

III. argum.

gratiam,

gratiam & Spiritum sanctum impertit: ita inanis fuisset Ioannis confessio, nisi ad Euangelium viam præmuniret & aperiret. Atque vt baptismus Ioannis, qui è cœlo erat, præfigurabat baptismum à Christo institutum, & ad salutem perfectum; ita confessio, quam Ioannes exigebat, illam adumbrabat, quæ à Christo deinceps instituta est, atque præcepta. Repugnat enim, absurdumque videtur, confessionem Ioannis à Deo institutam, typum esse confessionis positiuo iure tantùm introductæ: nam sic figura nobilior esset re figurata. Ioannis ité confessio, vt & baptismus, è cœlo fuit, confessio autem Euangelica non esset è cœlo, sed ex hominibus. Simili ratione rectæ rationi aduersari videtur, confessiones illas in lege Naturæ, & lege Scripta, à Deo institutas fuisse, & mandatas, confessionemque humano iure introductam adumbrasse tãtùm. Vt ergo illæ simul cum ea Ioannis à Deo fuêre institutæ, atq; præceptæ, vti singularibus de peccatis fierent; ita similiter edictum est, confessionem Euangelicam, quæ pars est Sacramenti pœnitentiæ, Christi institutione præceptoq; inductam, peccatorum singulorum enumerationem exigere, quicquid Hæretici deblaterent.

Matt.21.

Cuius typũ, & figuram gesserit Ioannis confessio

IV. argum.

Hæc obiectio diluitur: Baptismus Ioannis vt consilij fuit, non præcepti: ita eius cõfessio consilij item erat. *Luc.7.*

Proprium figuræ, seu typi, & rei figuratæ quid.

Baptismus, & confessio Ioannis quid adumbrauerint eorum impotentia.

Neque obest, si quis obijciat, baptismum Ioannis minimè fuisse præceptum, sed consilium; vt Dominus vocauit Luc. 7. igitur etiam Ioannis concessio non esset ad salutem necessaria, ac proinde præceptam figurare non poterat. Respondemus enim, quòd vt baptismus non præceptus figurauit Illum Christi præceptum, & saluti necessarium, ita confessio Ioannis, quæ spontanea erat, poterat illam Christi, quæ iussa est, adumbrare, & quæ pactum baptismi violanti necessaria est ad salutem. Derogat namque dignitati rei præfiguratæ, aliquid inueniri in figura, quod non reperiatur in re adumbrata: non autem figuræ præiudicat, si aliqua excellentia in re figurata inueniatur, quæ non sit in figura. Ecce enim, vt res exemplo fiat perspicua, neque baptismus, neque confessio Ioannis conferebant gratiam; & tamen nihilominus adumbrabant Sacramenta Noui Testamenti, nempe quæ illam conferunt, baptismi, & confessionis. Confessio itaque Ioannis, quæcunque illa esset, Sacramentum non erat, tametsi ad Sacramentum Nouæ Legis disponeret, nec per eam exhibebatur remissio peccatorum, nec obligat Iudæos, nec confitentes absoluebat Ioannes, neque imponebat vllam satisfactionem, licèt generaliter exigeret fructus pœnitentię. Atque vt Iudæis varia, & diuersa erant baptismata, vt Mar. 7. constat: nam è foro redeuntes lauari consueuerant, & multa alia baptismata calicum, vrceorum, æramentorum lectorum tradita illis erant ad obseruandum: ita difficile non fuit eos allicere ad confessionem. Nam prꝛter autoritatem, & sanctitatem Ioannis, habebant, vt traditur Leuit. 16. peculiarem ritum confitendi: nãque adducebat Pontifex hircum emissarium, & confitebatur peccata sua, præcipua scilicet, & maiora: similiter etiam populus sua delicta, quæ in hircum conijciebantur, itaque deleri putabant.

Mar.7.

Vnde facilè Iudæi adduci potuerint ad confitenda peccata sua Ioanni. *Luc.16.*

Quòd ergo Bullingerus & Beza in Matthæi ca. 3. Catholicos incusant, quòd suum confitendi ritum ex hoc loco confirment, vanum est: quia nullus Catholicus id dixit ad literam intelligendum, nisi, vt dictum est, quatenus cæremoniæ à Ioanne vsurpatæ, & sine fructu gratiæ symbola erant, & typus aliarum, quæ Spiritus gratiam conferunt: qua ratione Basilius in Quæstionibus compendio explicatis exemplũ ab ijs accipit, qui Ioanni peccata sua confitebantur: & docet, Christianos confiteri necessum esse ijs, quibus administratio mysteriorum cõcredita est. Scimus etiam, aliam esse confessionem Catechumenorum ante baptismum, & aliam post baptismum relapsorum, de qua in Actibus. Quod verò obijcit Beza: *Qui fieri poterat, vt summus Pontifex olim totius Israelis peccata confessa audiret, vt præcipitur in Leuitico?* Sed ignorat, confessionem breui posse absolui, & multa paucis comprehendi, & centum, vel mille peccata verbo vno explicari, & ad lethalia tantùm peccata confitenda adstringi: & ad Paulum veniebant multi credentium confitentes, & annuntiantes actus suos: vt ergo ad Paulum, ita ad Ioannem venire poterant.

Catholici ex hoc loco quatenus statuant confessionem sacramentalẽ, contra Bullingerum, ac Bezam hæreticos.

Basil. in Regu. breuior. inter. 288. tom. 2.

Duplex Catechumenorũ confessio, qualis illa. *Act 19.*

Quàm leue illud Theodoti Bezæ: rnus summos Pontifex totius Israelis peccatis audiendis satis esse non poterat. *Leuit. 16. Act. 19.*

Vana proinde colligitur huius loci explicatio apud Centuriatores, qui dicunt: *Agebant pœnitentiam agnoscentes peccata, & credentes in Messiam, & vale dicto Iudaismo, & promissa perseuerantia in fide, & bonis operibus.* Sic illi. Sed profectò nondum renuntiabant Iudaismo, &cæt. necdum fidem apertam in Messiam ille prædicabat, & apertè hoc esset confessionis vocem eludere: & vir sapientia, & prudentia præditus Ioannes, nondum eo tempore à baptizandis tanta exegisset, ne mittere vinum nouum in vtres veteres videretur, & cibum solidũ paruulis, quibus lacte opus erat, porrigere. Et quomodò exigeret renuntiare Iudaismo, cùm nondum lex esset abrogata, aut mortua, cùm etiam post Christum in cælum assumptum dubitarent fideles de lege retinenda?

Centuriatorum hæc interpretatio reijcitur, Iudæi confitebantur peccata sua, id est, credebãt in Christum, vale dicto Iudaismo. *Cent. 1. lib. 1. cap. 4. & 10.* II. ratio. *Matt. 9. 1. Cor. 3.* III ratio.

Act. 15.

nenda? Etin Synodo Ierosolymitana, cui Apostoli interfuerunt, aliquid legi fuit cõcessum, vt Apostoli cum honore sepelirent Synagogam. vt dixit eleganter Augustinus ad Hieronymum, & Chrysostom. docet, Ioannem extra legem nihil fecisse, aut docuisse. Vix Apostoli ipsi tanta ab auditoribus exigebant.

August. epist. 11. tom. 2. Chrys. hom. 3. in Matt. tom. 2. in principio.

An Ioannes Baptista tenuerit claues, vt Noui Testamenti Sacerdotes. Quid character Sacerdotalis otdinis.

Quòd si quæras, an Ioannes Baptista teneret claues, sicut sacerdos Noui Testamẽti? Respondemus, neque illum, neq; sacerdotes veteres eiusmodi claues habuisse, nec illis imprimebatur character, id est, perpetuò inhærens potestas in anima, & quæ deleri non potest, ad aliquid spiritale faciendum, quod de iure, vel re ipsa aliàs non posset efficere: ex progenie tamẽ habebant Sacerdotes aliquid iuris simile illi quod electus Episcopus, ante cõsecrationem habet. Porrò Sacerdotibus ante consecrationem ministrare non licebat, vt constat. 2. Paral. 29. sed suppleuerunt Leuitæ ex mandato Ezechiæ Regis: quia faciliùs quam Sacerdotes consecrantur, ipsorumque ministerium præstiterunt: neque erant Sacerdotes consecrati, eo quòd tempore Achaz Regis impij clausum templum erat, atque profanatum.

Quid iuris tantùm habuerint veteres Sacerdotes. *2. Paral. 29. & seq.* Eorundem impotentia Sacerdotum

Pondera autem verba Euangelistæ: non enim inquit, Confitentes propriam iustitiam, sicut Pharisæus arrogans ille qui dicebat: *Gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum*; id enim Christus prohibuit: *Cum feceritis*, inquiens, *omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus*; sed peccata, nó aliena, sicut plerique nostrum facimus, & maximè sanctuli illi, verùm sua. Propria enim benefacta commemorare, arrogantiæ est: aliena mala referre in confessione, liuoris est. Tua ergo peccata tantùm confitearis. Sicut enim aliena iustitia te non saluabit: sic aliena iniquitas te non excusabit. Vnusquisque enim, ait Paulus, onus suum portabit.

Expenditur, quod Iudæi dicuntur cõfiteri peccata sua. *Luc. 18. Supra. 17.*

Quæ peccata non sunt confitenda.

Satagamus igitur, vt innocentiam per baptismum partam, omni custodia seruemus. Beatus enim qui seruat vestimẽta sua candida. Quòd si fortè nostra socordia, aut fragilitate innocentiam amisimus, vestimentaque nostra reddidimus sordida, ad pœnitentiam, atq; peccatorum confessionem tanquam ad sacram anchoram confugiendum est, vt humiles effecti & pœnitentes, in gratiam redeamus cum Deo Opt. Max. eiusque bonitatem, atq; clementiam immortalem prædicemus, auxilio, & fauore Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu Sancto iure debetur omnis honor, & gloria in secula seculorũ, Amen.

Gal. 6. Baptismalis nobis innocentia quo modo seruãda. *Apoc. 3.*

Amissam innocentiam quomodo recuperabimus.

TRACTATVS V.

In illa verba Matth. 3. *Videns autem multos Phariſæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira; Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham*, &c.

EXpediemus in hoc tractatu, Deo fauente, quædam salutis monita, quæ certis hominum generibus Ioannes præscribebat, vt, Pharisæis, & Sadducæis, turbis, publicanis, & militibus: nam pro morbi ratione pharmaca sunt à prudenti medico dispensanda. In primis igitur, quod Lucas in confuso dixit, nempe, *Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant vt baptizaretur ab eo, Gemmina viperarum*, &c. Matthæus distinctiùs explicauit dicens: *Videns autem multos Phariſæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum.* Ijdem sunt ergo, turbæ, qui & Pharisæi, atque Sadducæi. Iosephus libro 10. antiquit. cap. 4. & libr. 2. de bell. Iud. cap. 2. plures inter Iudæos sectas exortas fuisse scribit: videlicet Essæorum, Herodianorum, Galilæorum, Pharisæorum, & Sadducæorum: ac prætermissis tribus prioribus, de postremis duobus dicẽdum. Sadducæi, Hæretici erant, eo quòd falsas aliquas propositiones contra Scripturas asserebant: negabant enim Dei prouidentiã, animorum immortalitatẽ, corporum resurrectionem, Angelum, & Spiritum. Sic autem nominati sunt à Saddoc hæresiarcha. Pharisæi verò tam vita, quàm doctrina probati habebantur coram populo; & veram diuinarum literarum cognitionem sibi vendicabant. Hinc Paulus Act. 26. *Secundum certissimam*, inquit (siue, vt Græcè habetur, *exquisitissimam*) *sectam nostræ religionis vixi Pharisæus*. Dicti sunt autem Pharisæi, si scribatur cum litera Zadde, ob hoc quòd segregati à cæteris videbantur in vita, habitu, & moribus, vt docet Epiphanius hæresi 16. & Hieronymus lib. de Quæstionib. super Genesin, & lib. aduersus Luciferianos: quia se quasi iustiores separauerunt per quasdam obseruationes superfluas: siue, vt alij volunt, & probabiliùs loquũtur, quia scribitur cum litera ע Schinc, vt Syriacum docet Euangelium: & libri Talmudici, quia scientia præcedebant alios, & Scripturas enarrabant, interpretabanturque Pharisęi, quasi explanatores, siue expositores dicebantur. In eo enim lib. Thalmudi-

Prudentis medici officium.

Luc. 3. Quos turbas alloqueretur Ioannes. *Matth. 3.*

Ios. Iudaeo. Quinque genera sectarũ apud Iudęos.

Qui fuerint Sadducæi: eorum errores. *Act. 23. Matt. 22.*

Vnde sic dicti.

Quinã Pharisæi. *Act. 26.*

Pharisæi vnde hoc nomẽ sumpserint.

Epiphan. Hier. tom. 3. Idem tom. 2.

Altera etymologia.

co, qui

Septē sectæ Phariſæorum olim apud Iudæos.

co, qui Sotah inſcribitur, ſeptem Phariſęorum ſectæ enumerantur, nempe Phariſæus Sichimita, Phariſęus impingens, Phariſæus ſanguinem effundens, Phariſæus mortarius, Phariſęus quid debeo facere, & faciam illud, Phariſæus ex amore, Phariſæus ex timore, & ſemper ſcribitur cum Schin, & Paraſch Hebręis ſignificat etiam ſeparare: ſed potior ſignificatio eſt, exponere, & declarare: à qua ſignificatione dictos Phariſæos inſinuat Ioſephus lib. 2. de bel. Iud. cap. 7. dicens: *Phariſæi dicuntur, qui certiorem legaliū rituum notitiam profitentur*. Hæc ille. Erat huic ſectæ hoc peculiare, & propriū, quòd plures conſtitutiones, humanasque adinuentiones habebant, in quibus plerique fiduciam ſanctitatis collocabant, ex eisque ſuperbiebant, illasque arctiùs quàm diuina præcepta, obſeruabant, & colebant, cuius rei gratia quandoque Chriſtus illos grauiter obiurgabat, ſed præſertim Matth. 15. & 23. Iſti ergo, qui ſancti præ cæteris habebantur, & dicebantur, narrantur veniſſe ad Ioannem, & ad baptiſmum ſuum. Non conſtat autem an baptizati fuerint: nam Luc. 7. dicuntur ſpreuiſſe conſilium Dei in ſemetipſos, non baptizati à Ioanne, quanquam de his potuerit aliter eſſe. Et ſiquidem baptiſmum accepêre, haud conſtat tamen, an puro, & recto animo, an verò ficto, & ſimulato, & ex hypocriſi ſint baptizati, quod vero mihi ſimilius videtur; vt propterea tam grauem, tamq; aſperam obiurgationē à Ioanne acceperint. Nam Sadducæi non credebant ſpiritum, neq; reſurrectionem: & Phariſæi hypocritæ erant; ideò ex Deo non erat baptizati, quia ex animo non operabantur.

Vnde maximè Phariſæi dicerentur. *Ioſeph.*

Phariſæorū quanta ſuperſtitio.

Matth. 15. Infrà 23. & ſequ.

Luc. 7. Phariſęos vnde conſtare poſſit à Ioanne baptizatos fuiſſe.

Act. 19. Matth. 22.

Progenies viperarum (ſiue, vt ait Lucas, *Genimina*.) Quod Græcè profertur γεννήματα, quod idem eſt ac progenies, vel nati, geniminave. Eſt enim genimen, quicquid ab alio gignitur: vnde & genimen vitis appellatur vinum, quod gignitur è vite. Quærere hic poſſet aliquis, cur tam aſpero Ioannes vſus exordio turbas allocutus, cum humili potius viderentur alliciendæ fuiſſe ſermone? Sed ſciendum eſt, aliam eſſe rationem alloquēdi ſuos, aliam externos: aliam rurſus eos, qui recens ad Fidem ſunt conuerſi, aliam item eos, qui iamdudum reddiderunt, quod Scripturæ porrigunt. Nam Prophetæ ſuos Iſraelitas ſeueriſſimè reprehendunt. Vnde Eſaias cap. 1. *Audite*, inquit, *verbum Domini, Principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei veſtri, populus Gomorrhæ*. Appellat gentem peccatricem, populum grauem iniquitate, ſemen nequam, filios ſcelerato: & tamen Ionas in Niniue extermanem ciuitatem miſſus, ſatis eſſe iudicauit, eos vltionis imminentis admonere, & reprehenſionibus pepercit. Paulus Apoſtolus apud eos, qui noui erant in fide, legis quaſdam ceremonias obſeruauit, quas tamen & in Galatis, & in Hebræis grauiter reprehēdit, & in eos acrius inuehitur: *Cum deberetis*, inquit, *magiſtri eſſe propter tempus, rurſus indigetis vt vos doceamini quæ ſint elemēta exordij ſermonum Dei*. Idem Paulus in Areopagum introductus, ſuæ quidem prædicationis rationem, quam ab eo poſtulauerant, reddere ſtuduit; in obiurgationes autem, quarum erant nondum capaces, nequaquam deſcendit. Seueriſſimè tamen increpat Corinthios ſuos propter ſcortatorē illum, qui nouercam duxeratin coniugem. Qua ratione Stephanus, cum cerneret Iudæos obſtinato in Chriſtum animo tantæ veritati velle obſiſtere, in acrem & vehementem erupit reprehenſionem hanc: *Dura*, inquit, *ceruice, & incircunciſi cordibus, & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis*. Ad eundem modum Ioānes Phariſæos, & Sadducæos increpauit: vel quòd ficti, & ſimulati ad baptiſmum accederent, quorum hypocriſin, depraua tamque mentem diuinitus cognouit. Nam, vt exponit Autor Operis imperf. in Matth. *Forſitan*, inquit, *cogitauerunt apud ſe; Imus, & conſitemur peccata noſtra. Quantum eſt in vna hora erubeſcere? Iuſtitias à nobis non quarit, nullum laborem nobis imponit: baptizamur, & conſequimur indulgentiā peccatorum. Nam ſimulata ſanctitas, duplex iniquitas?* Hæc ille. Et hypocritæ grauiori ſermone percellendi ſunt, quam communes peccatores. Nam longè diuerſa ratio eſt peccantium ex malitia, & agnitę veritati reſiſtentium, lucem odientium: nam tales digni ſunt acerba reprehēſione. Quemadmodùm Paulus in Elymam magum dixit: *O plene omni dolo, & omni ſallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas?* Qui autē præoccupantur in delictis viēti à concupiſcentia ob fragilitatem, ſpiritu lenitatis, & manſuetudinis ſunt corripiendi, vt Paulus docet ad Galat. Vel ſanè dicendum eſt, in illis verbis, *Progenies viperarum*, non illos tantùm taxare voluiſſe, qui ad eum accedebant, ſed præſertim ipſum Iudæorum genus, quod Prophetarum vocibus ſemper aduerſabatur, quemadmodū illis obiecit Stephanus: *Vos*, inquit, *ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis: ſicut patres veſtri, & vos. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? & occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu iuſti, cuius vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis*. Idem & Saluator ipſe fecit, cùm dixit; *Generatio mala &*

Genimen quid.

Matt. 26.

Cur Ioannes duriori potius quam ſermone molliori turbas ſit allocutus.

Eſai. 1. Eſaias Iudæos quàm acerbis nominibus compellauerit.

Ion. 3.

Galatarum reprehenſio Apoſtolica. *Galat. 3. Infra 5. Heb. 5.*

Act. 17. & ſeq.

Corinthij cur à Paulo reprehenſi. *1. Cor. 4. Act. 7.*

Iudæorum grauis obiurgatio per Stephanum Leuitam.

Phariſęos, ac Sadducæos cur Ioannes obiurgauerit. *Autor Oper. imp. in Matt. hom. 3. to. 2. oper. D. Chryſoſt.*

Simulata ſanctitas duplex iniquitas.

Aliter hypocritæ, aliter communes peccatores obiurgati debent. *Act. 13.*

Iaco. 1. Gal. 6. Quibus dictum à Ioanne: Progenies, ſeu Genimina viperarum, &c. & quare. *Act. 7.*

Matth. 12. & 16.

adultera ſignum quærit, &cæt. Et in alio loco referenti cuidam filium ſuum à diſcipulis à dæmonio liberari minimè potuiſſe: *O generatio*, inquit, *incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar?* Quibus verbis minimè Apoſtolos taxauit, ſed vniuerſam Iudæorum gentem, quam ſolam ob infidelitatem cernebat fore perdendam: præſertim cum is qui rogabat, crimen ſuæ infidelitatis reijceret in diſcipulos ſuos. Inquit enim: *Si quid potes, adiuua nos*. Ad hæc, exemplo ſuo Ioannes concionatores verbi Dei inſtruit, quanta animi magnitudine, libertateque dicendi, cùm res poſtulauerit, vti debeant. Et ſi enim ſermo gratioſus, & comitatis plenus ad omnes obſeruandus ſit: tamen, quemadmodùm prudens chirurgus pro loco & tempore ignem, & ferrum adhibet curādo vlceri, eadem ratione prædicator, vbi moderatum, & dulcem ſermonem nihil iuuare deprehenderit, acriore ad ſalutem auditorum vti poterit oratione. Nouerat verò per ſpiritum Ioannes, Phariſæos non ſore perturbandos propter obiurgatoriam hanc, atque aſperam dicendi libertatem. Ac ſolet equidem ſacra Scriptura iuxta ſtimulantes perturbationes animorum, plerunque ferarum hominibus nomina imponere. Canes enim vocat procaces, ad vomitumque peccati redeuntes, equos, luxuriæ vacantes; aſinos, ſtultos & dementes; vulpes, callidos: leones & pardos, tyrannos, & deprædatores; lupos rapaces, & deuoratores; aſpides, doloſos & inſidiatores; ſerpentes, ſiue viperas, iaculantes venenum: quibus vocibus ferè Chriſtus Phariſæos nuncupauit Matth. 23. Vipera, ſerpētis genus eſt, dictum, quòd vi pereat, pariatve: nam vulgo perſuaſum eſt, pullos eroſis matris lateribus cum eius interitu erumpere: vt affirmant Nicander in Theriacis, Galenus libro de antidotis, & Plinius in ſua hiſtoria, cuius hæc ſunt verba: *Viperæ mas caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit ova vnius coloris, & mollia, vt piſces. Tertia die intra vterum catulos excludit: deinde ſingulos diebus ſingulis parit, vigimti ferè numero: itaque cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera occiſa parente*. Hactenus ille: quos ex noſtris ſequuntur Hieronymus in epiſtola ad Præſidium, & Chryſoſtomus in hunc locum, alijque permulti. Hoc tamen etſi à grauiſſimis autoribus aſſeratur; Apollonius tamen apud Philoſtratum, ter negat eſſe verum: eo quòd vipera aliquando viſa ſit catulos ſuos quos peperiſſet, lambere, atque expolire. Et licèt Plinius videatur Ariſtotelem ſecutus, non tamen aſſecutus eſt. Nam interprete Leoniceno ſic habet Ariſtot. libr. 6. animalium cap. 34. *Vipera è ſerpentibus vna animal edit: cùm intra ſe ouа primum pepererit. Ouum hoc vnius coloris eſt, & molle, vt piſcium eſt fœtus: ſupernè conſiſtit, nec cortice continetur, ſicut nec piſcium: parit catulos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpuntur. Euenit interdum, vt qui in vtero adhuc ſunt, prorumpant. Singulos diebus ſingulis parit, plures quam viginti*. Sic ille. Ex quibus habes, non ſemper, ſed quandoque viperarum catulos naſci cum morte parentis. Senſus autem, atque experientia, quæ idem quotidie demonſtrat, cunctis autoritatibus præſtare debet. Non deeſt etiam ratio: nam, vt Albertus Magnus hoc loco docet, opus quod natura perficit, non valeret perfici abſque interitu; cùm tamen nihil natura cogat, vel conetur, quod interitum efficiat. Quare rectiùs ſentire videtur, qui viperam dictam putat quaſi viuiparam: quòd non oua, vt cæteri ſerpentes, ſed viuum parere animal ſoleat: quomodo puerpera, & Deipara dicitur, quæ puerum, Deumve peperit.

Ac vocat Phariſæos, & Sadducæos viperas, & filios viperarum: homines enim à Deo creati erant ſine veneno, ad cœlum erecti: nunc in terra repunt, peccati virus geſtantes. Et præter venenum originalis labis, iſti erant peſſima doctrina, falſaque infecti, & ex infectis, venenatamque profitentibus doctrinam parentibus geniti, & vt dici ſolet, Mali corui malum ouum. Nā vt vipera in lingua venenum gerit, ita iſti detractione ſua opera Dei apud plebem, & infimos obſcurabant. Hinc turbæ à Luca genimina viperarum dicuntur, quòd conſilium Dei perturbare vellent. Deinde, vt viperę ſpecioſis & aureis maculis foris ſplēdidæ, & gratæ apparent, intus tamen virus retinent: ita Phariſæos Scriptura depingit, quos meritò ſepulchris dealbatis æquiparat: quæ cùm intus plena ſint oſſibus mortuorum, foris tamen ſpecioſa apparent. Ad hæc, aſtutum eſt animal vipera, & in locis, vbi minimè putatur, delitеſcit: ex quo barbari Melytenſes videntes viperam de manu Pauli poſt naufragium ſarmenta colligentis, pendentem, exiſtimabant Paulum homicidam eſſe: ſic Phariſæi ſimulata ſanctitate mordebant adoleſcentes, eorumque bona ſuis traditionibus vanis & inutilibus ad ſe attrahebāt, ac proinde debitum honorem parentibus ſubtrahere docebāt, prætextu religionis, ac pietatis furantes. Accedit, quòd etiam peſtimum eſt hoc animal. Nam, vt poſt Baſilium ſcribit Ambroſius in Hexameron; *Vipera*, inquit, *ne-*

Mar. 9.

Generationē cur incredulam Chriſtus Iudæos appellauerit.

Prędicatores verbi Dei, Ioannis inſtar, rectè quomodo ſe gerent.

Homines Scripturæ cur ſoleant ferarum appellare nominibus.

Matt. 23.

Vipera quid, vnde ſic dicta *Nicander. Galenus. Plin. li. 10. ca. 62.*

Viperæ partus quales apud Plinium

Hiero. to. 2. à medio. Plinij opinio refellitur. *Apollonius Tyaneus.*

Leonicenus.

Vipeta quot pullos pariat

Alb. Magn. Viperæ hanc etymologiā, quod vi pereat, quæ ratio perimat.

Vipera, ſecūdum alios, cur ſic dicta.

Phariſęos, ac Sadducæos Ioannes cur vocet genimina viperarum.

Prima ratio.

Vipera vbi venenum gerat.

Luc. 3. II. ratio.

Matt. 23.

III. ratio.

Act. vlt.

Phariſæorum morſus quales.

Matt. 15.

IV. ratio.

Baſil. ho. 7. in Hexameron à med. tom. 1.

Ambr. lib 5. Hexameron, cap 7. init. to. 4. submitium Viperæ insignis astutia, secundum Ambros.

quissimum genus bestiæ, & supra omne quæ serpentium est generis astutior, Vbi coëundi cupiditatem assumpserit, murœnæ maritimæ notam sibi requirit copulam, vel nouam præparat: progressaque ad littus, sibilo testificata præsentiam sui, ad coniugalem amplexum illam euocat. Murœna autem muita non deest, & venenatæ serpenti expetitos vsus suæ impertit coniunctionis. Atque (vt alibi dicit) vbi aduentare vipera comparem senserit, venenum euomit, reuerentiam marito deferens. Hæc ille. Apteque significat generationem illam prauam, & adulteram, quæ repudiato suo vero sponso Messia, alijs falsis se copulauit sponsis. Vnde ille dixit: *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* Quanquam illam non esse viperę conditionem, quam tradunt Basilius, & Ambrosius, ex eo conatur probare Iansenius, quòd vterque sexus inueniatur in genere viperæ: nam fœmella, Græcis ἔχιδνα, mas verò ἔχις vocatur. Et Plinius tradit Licinium Macrum murœnas tantum fœminini sexus esse asseruisse, & concipere ex serpentibus sibilo eas euocantibus: cæterum viperarum nó facit mentionem. Idem dicit, vulgus putare, murœnas coitu serpentum concipere; Aristotelem tamen vocare marem, qui generat Myrinum. Sed hæ non sunt magni momenti rationes. Etsi viperæ in vtroque sexu inueniantur, magis ostenditur in illis adulterium spirituale Iudæorum à Messia suo recedétium, quam si tantum in fœmineo genere inuenirẽtur. Amplius, si vera est illa impugnata sententia: cùm inquit, *Progenies viperarum*, id significat; Occisores estis eorum, qui vos in fide genuerunt, hoc parentibus nimirum, doctoribus, & benemeritis de vobis præstantes, quod catuli viperarum suis matribus præstant, & ex eorum estis numero, qui salutaria monentes occidunt: qui clauem scientiæ vobis iamdudum vendicastis, vt neque doctore, neque resipiscentia vlla vobis opus esse arbitremini. Vel etiam; *Progenies viperarum*, quia legem, matrem vestram nascentes dirumpitis, vt venenum vestræ doctrinæ largiùs disseminare possitis. Ité in homil. in hæc verba tradit dictus Autor Operis imperfecti, naturam viperæ talem esse, vt cùm hominem momorderit, statim ad aquam accurrat: quòd si aquam non inuenerit, statim moritur. Ideò istos vocabat Genimina viperarũ, quia peccata mortifera committentes, ad baptismum accurrebant, vt per aquam periculum mortis euaderent. Postremò, ex carnibus viperinis optimum, & salutare antidotum contra venenatos bestiarum morsus conficitur:

Cor. Ians. in hunc locum. Plin. li. 32. ca. 2. Murœnæ vnde concipiãt secundum aliquos.

V. ratio cur Iudæi scilicet vocentur Genimina viperarum.

Luc. 11.

VI. ratio.

Autor. Oper. imperfe in Matth. loco prædicto.

VII. ratio.

VIII. ratio. Et carnes viperinæ quid conferant.

ita Dominus peritissimus medicus, ex Pharisæorum, & Sadducæorum pestilentibus doctrinis, ac deprauatis moribus præstantissima ac saluberrima tradidit doctrinæ antidota, atque remedia.

In Deo quomodo ira, quomodo item misericordia sit.

Sequitur: *Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* Quemadmodum in Deo metaphoricè ponimus misericordiam, cùm tamen nihil aliud sit, quàm voluntas Dei benefaciens, & à malo subleuans: ita eadem translatione ponimus in Deo iram, id est, voluntatem Dei vendicantem, deque criminibus iustam vltionem sumentem. Et sicut Deo Scripturæ tribuunt paruam, & magnam misericordiam: paruam quidem, dum beneficia temporaria, atque præsentia largitur, à miseriaque temporali eripit nos; magna verò, quando æternæ gloriæ bona pollicetur, & peccatorum iuxta remissionem confert: simili ratione illi tribuunt paruam, & magnam iram: paruam quidem, dum ad breue tempus flagellat, pœnasque temporales de peccatis sumit; magnam verò, dum ad perpetuos gehennę ignes, atque cruciatus condemnat. Illa enim hic notatur per venturam iram, cuius pignus est sæua conscientia, & perturbata: & hanc vocat Dominus Matth. 23. iudicium gehennæ. Ait namque: *Serpentes & genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?* Hanc Paulus quoque appellat iram de cœlo, dum ait ad Roman. 1. *Reuelatur enim ira Dei de cœlo, super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum:* & quæ sequuntur.

Dei quę parua, & magna misericordia. Parua temporalia, quæ magna.

Quęnam sit ira ventura. *Sap. 17.*

Matt. 23.

Rom. 1.

Quod verò inquit: *Quis demonstrabit vobis*, id denotat; Nullus est tantæ autoritatis, qui vobis hæc persuadere valeat, propter tarditatem vestram, & obstinationẽ. Græca tamen habet litera de præterito (vt Hieronymus, & Chrysostomus, Glossaq; Interlinearis dicta obseruarunt) ὑπέδειξεν, id est, quis demonstrauit, vel submonstrauit, scilicet clanculum, siue tacitis nutibus, indicijsque monstrauit: atq; hanc lectionem veriorem docet Lucas cap. 3. dum ait: *Quis ostendit vobis fugere*, &c. Huiusmodi autem loquendi more vti consueuimus in eos, qui à suæ salutis cura solét esse alienissimi: perspicientes enim eum, qui in varijs sceleribus & flagitijs semper sit versatus, resipiscentem mirari soliti sumus ac dicere: Quo pacto ea hominis tã repentina sit facta mutatio; & quemadmodum fugerit ab ira, quę ventura erat super præuaricantes? quasi dicamus: Magnus artifex fuit, qui vos cómouit ad hoc atq; impulit: nam propterea cõparat eos viperæ. Et ratio admirationis est: quomodò vos, qui à patribus naturalibus

Id: Quis demonstrabit vobis, quid significet. *Hiero. tom. 9. Chrys. ho. 11. Glossa mat.*

In quos ferè eiusmodi locutio conueniat.

infecti

Sadducæorum, & Pharisæorum dogmata pugnantia.

infecti estis, acquieueritis indici ac demonstratori viæ rectæ? mirabile enim videbatur, vt qui negat seculum futurum, vt Sadducæus, timeat iram quæ ventura est, fugiatque quod esse non credit. Pharisæi verò etsi aliud seculum confiteantur & concedant, adeò tamen fidebant Abrahæ, vt putarent nullum Iudæum damnandum iri: quò quidem verbum Ioannis tendit, cũ subdit: *Nolite dicere, Filij Abrahæ sumus.* Quis ergo vobis persuasit vt timeretis, aut fugeritis rem, quam aut negabatis, aut certè nihil ad vos pertinere credebatis? quippe dictis & oratione acri Ioannis, diuelli cœperant à sua professione: quod prope miraculum est.

Ioannis verborum mutuis.

Neque desunt qui exponant: Non vos huc attraxit charitas, sed tantùm metus supplicij: nondũ igitur vestra mutata est mens atque consilium: nam etsi isti venirent ad baptismum, non sunt tamen baptizati, Ioanne eos repellente: ex quo apertè postmodum contradixere eius baptismo.

Pharisæi & Sadducæi, secundum actos, cur venerint ad Ioannis baptisma. *Luc. 7.*

Subdit, *Facite ergo fructum dignum pœnitẽtiæ*, tamen Græcè vterque, & Matthæus & Lucas, in plurali habent, *fructus dignos pœnitentiæ.* Et duplex potest esse lectio: altera, vt Genitiuus pœnitẽtiæ ponatur loco Ablatiui; id est, Facite fructus dignos pœnitentiæ, decentes videlicet pœnitentiam: vel gignendi casus pœnitentiæ regitur à Substantiuo, fructus, in hunc sensum: Facite fructus pœnitentiæ, sed fructus dignos & idoneos, opera verè bona, neque speciem boni habentia tantùm: nec satis est ad salutem fugere malum, quo digni reddamur ira ventura, nisi & fructus dignos pœnitentia proferamus, bonumque faciamus, quo ad remissionem peccatorũ perueniamus. Sensus autem horum verborum est eiusmodi. Hactenus vt syluestres arbores produxistis acerbos & pernicioſos fructus peccatorum; nunc si verè conuersi estis in bonas arbores, edite fructus testes mutati animi. Non enim sufficit mutare vestes, aut radere barbam; verùm cupiditates prauæ mutandæ sunt, & sanctæ vitæ induenda desideria. Fructus pœnitentiæ, vt Theophylactus atque Euthymius secundum Chrysostomum aiunt, non solùm fuga mali, sed elaboratio boni est. Et B. Gregorius, *Notandum est*, inquit, *quòd amicus Sponsi* (scilicet Baptista) *non solum fructus pœnitentiæ, sed dignos pœnitentiæ fructus admonet faciendos: vt vnusquisque tanto maiora acquirat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam.* Hæc ille, & meritò: neq; enim par debet esse fructus eius, qui minus, & eius, qui amplius deliquit.

Vtraque hęc lectio, Facite fructum digną pœnitentię, & fructus dignos pœnitentiæ, saluatur.

Iudæi, vt nos quoque, quo modo fructus dignos pœnitentiæ facere debebant.

Theophyl. Euthym. B. Chrysost. hom. 11. B. Greg hom. 20. in Euangelia, tom. 11. Ioan. 3.

Quare Ioannes non solũ fructus pœnitentiæ, sed dignos etiã

Denique fructus animi planè resipiscentis sunt: si tantus sit dolor animi, quanta fuit delectatio commissi peccati: si virtutis amor, prævalet amori, quem quis habuit in ipso peccato; & delectatio spiritualis, delectationem nequam exuperat: si æqua futurorum sit cautela, & pariter ardens pietatis studium: si præsentium rerum contemptus adsit: si sui abnegatio, & summa modestia: si doleas de admisso scelere, non propter infamiam, aut propter timorem pœnarum, sed propter amorem Dei, quem offendisti: si proponas emendare vitam tuã, nouamq; vitæ rationem instituas eiusdem Domini caussa. Item, si castiges in te quicquid deliquisti: si perfectè amputes occasiones omnes peccati; & diligẽter caueas, ne fructꝰ tuus efficiatur vanus, quẽ tibi inanis gloria præripiat; neve sit præcox, vt ante tempus cadat: vt faciunt illi, qui asperitate pœnitentiæ deterriti retrocedunt. Qua in re grauiter hallucinantur (pro pudor, pro dolor) pleriq́ue fidelium, qui virtutem ignorantes pœnitentiæ, summam totius negotij sua in peccatorum hexomologesi cõstituunt: nam tales qui ob consuetudinem, vel ob metum potiùs, ne à reliquo Christianorum cœtu seperantur, eijcianturque, sacerdotiq́ue crimina confitentur sua, paulò pòst eadem peccata repetunt, & toto ferè anno in pristinis sordibus suis degunt, nec vlla renouati interioris hominis signa præ se ferunt: sed impletur in eis illud: *Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.* Neq; verò quisquam sibi blandiatur, quòd pœnam à Sacerdote confessario iniunctam impleuerit: nam cùm pœnæ arbitrariæ sint, atque Sacerdotes de mo re leues satisfactiones imponant, non debent, si illas adimpleuerint, propterea existimare se Deo integrè satisfeciſſe. Qui ergo volunt plenam criminum suorum remissionem sibi, veniamque comparare, debent ita vitam suam instituere, vt per omnia virtutum officia, quæ præstiterint, contendant Deo facere satis, veræque pœnitentiæ nihil (quoad eius fieri poterit) admittere contrarium omninò: aspiciantque ad peccatricis pœnitentis lacrymas, pudorem, reliquosque fructus: item ad Zachæũ, qui dixit: *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Hi sunt, hi digni pœnitentiæ fructus. Et quanquàm pœnitentia nostra in virtute sanguinis Christi efficax sit, & Deo grata; haud tamen semper, & eodem modo meritum passionis Christi operatur in nobis, verùm pro ratione suauis pacti Dei, atque pro ratione misericordiæ suæ,

fructus pœnitentiæ moneat esse faciendos.

Qui sint fructus digni pœnitentiæ.

Pœnitentiæ vim in peccatorum confessiõe haud præcipuè consistere.

2. Pet. 2. Prou. 26. Neque in satisfactione Sacerdotis imposita sitã esse pœnitentiam.

Veræ exempla duo pœnitentiæ in Euangelio nobis proposita. *Luc. 5. Infra 19.*

Pœnitentia nostra quatenus efficax sit, Deoque Opt. Max. accepta.

& iustitiæ: nam quandoque per dona aliqua applicatur illa virtus Christi, citra remissionem tamen peccatorum; aliquando verò ad dispositionem recipiendæ gratiæ iustificationis; interdum verò etiam ad ipsam iustificationem, & adoptionem filiorum Dei donandam; quandoque ad virtutum simul augmẽtum, aut ad donum perseuerantiæ consequendum, denique ad solam pœnæ temporariæ remissionem culpis debitam impertiendam interdum: sic enim operatur Christi passio in eo, qui satisfacit, postquam iustus effectus est; siue etiam cùm indulgentias suscipit; siue dum illis, qui igne purgante expiantur, suffragatur. Et alio quidem modo laborat, vt ita dicam, Crux Christi in baptismo, alio in pœnitentia, atque alio in Eucharistia: & sic de reliquis. Ac putare Christi meritum agere semper vt efficiens naturale quoddam secundùm summas suas vires, & vt dici assolet, secundùm vltimum potentię, quemadmodum vulgus Hæreticorum existimat, quid est aliud, quàm prorsus ignorare Christum, atque eius sapientiam, qui varias rationes dispensandi atque applicandi merita suæ obedientiæ, & mortis per diuersa Sacramenta excogitauit? vt diuinæ literæ, ac Patrũ sententiæ cómuni consensu tradunt.

Passio & mors Christi quàm variè operetur.

De vi atque efficacia meritorũ Christi quàm extremè opinentur Lutherani.

Et ne velitis dicere, Patrem habemus Abraham. Id est, Nolite gloriari de patris nobilitate & sanctitate, qua à gloriatione vt eos auerteret, vocauit illos Genimina viperarũ. Neq; confidatis in promissionibus Abrahæ factis, quasi illæ ad filios eius pertineant secundùm carnem, earumq; nulli alij possint participes esse, cùm potiùs illæ ad filios spirituales Abrahæ spectent, & qui fidem atq; obedientiam sectantur Abrahæ. Eiusmodi autem filios Abrahæ iuxta spiritum licèt vos omnes ab illo deficiatis, potest Deus suscitare de lapidibus istis. Hic est sensus huiusce loci. Quem vt magis illustremus, illud, *Et ne velitis*, Græcè habet μὴ δόξητε, scilicet, vt quidam vertunt, *ne videamini*, vel, *ne existimetis*, vel, *ne decreueritis*: pro quo Lucas scribit, μὴ ἄρξησθε, id est, *ne cœperitis*, quasi dicat: Ne vtamini hoc tanquã primo clypeo & potissimo, quòd patrem habetis Abraham: neque existimetis sub illo tutos vos esse posse. In vtroque autem Euangelista adiungitur iuxta Græcum textum, *in vobis ipsis*, siue, *intra vos*; namq; videbantur hæc intra se ipsos mussitare, quanquã interdum foras effunderẽt: cum Christo enim differentes dixerunt: *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam*: quibus Dominus liberè respondens, *Si filij*, inquit, *Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*: id significat, Si filij estis Abrahæ secundùm carnem, cõtendite filij esse secundum spiritum. Subditque, *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere*: quibus verbis indicat, parum prodesse, aut nihil, maiorũ sanctitatem, siue splendorem, si eorum virtutes posteri nó imitentur. Simili ratione, vt legitur in Ierem. 7. cap. Iudæi gloriabantur de templo: quibus Propheta dixit: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Quoniã si benè direxeritis vias vestras, & studia vestra*, cum sequentibus, *habitabo vobiscum in loco isto*. Putabant enim ob templi sanctitatem (quod tres partes continebat, ideò ter acclamabant, *Templum Domini*) se omni flagellum euasuros, Deumq; maiorem tẽpli sanctitatis, religionisq; quã suorum scelerũ rationem habiturum. Ad eandem rationẽ Pharisæi ac Sadducæi in propagatione sobolis Abrahæ viri sanctissimi confidentes, arbitrabantur nulla vel præsentia, vel æterna, ad ipsos legem Dei violantes, posse spectare supplicia. Hinc quoties Prophetæ docebant aut pœnitendum, aut pereundum esse, respondebant isti, Sumus filij Abrahæ, cum quo percussit Deus fœdus sempiternum: contra quos ait Ioannes: *Nolite dicere, Patrem habemus Abraham.* Est ergo sensus literæ. Ne velitis dicere, Patrem habemus Abraham, ac ob id propter eius merita à pœna æterna liberabimur; sicut etiam à pœna temporali contemplatione eius euasimus: vt, Leuit. 26. Deuter. 7. atque Exod. 32. de peccato vituli adorati placatus est Dominus ad preces Moysi proponentis merita Abrahæ, Isaac & Iacob. Nemo etiam dicat: Patrem habemus Abraham, ergo hæreditatem, & regnum obtinebimus: nam etsi de bonis temporarijs id acciderit interdum, eo quòd eorum minimè rudes & ignari sint carnales filij, de spiritualibus tamẽ id fieri nequit, quæ dispositionem fidei simul & pœnitentiæ necessariò requirunt. *Maledictus ergo homo, qui confidit in homine: & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius*: nimirum non agendo pœnitentiam: & subiungit: *Erit enim quasi myrica in deserto.* Id est, amarus vt myrica, excisus Dei iudicio à vita æterna, & temporali per Romanorum excidium. Ezechielis quoque 16. dicitur: *Hæc dicit Dominus Deus Ierusalem, radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Quod autem nemo debeat confidere in progenitorum suorum gloria, & virtute, vel ipse Abraham exemplo suo docere potest, nam Ismaël filius fuit Abrahæ, sicut & Esau filius Isaac. Sed nó qui sunt filij

ra Abrahæ facite.

Ierem. 7.

Iudæorum in triplici tẽplo Domini vana gloriatio.

Phariszorũ ac Sadducæorum in patre Abraham gloriatio quo tenderet.

Gen. 17. & alibi passim.

Leuit. 26. Deut. 7. Exod. 32.

Qui etiam vanè gloriẽtur, patrem se habere Abraham.

Ierem. 17.

Qualis male dictus homo confidens in homine. Prophetæ testimonio.

Ezech. 16.

Vanam esse in progenitoribus gloriationem, quonam Abrahæ exemplo discam.

Gen. 16. Infra 22. Rom. 9.

carnis,

carnis, hi filij, sed qui filij promissionis. Nã si filijs carnis facta fuisset promissio, Esau quoq; fuisset filius promissionis. Nó enim Abrahã acceptauit pactũ promissionis prò ijs qui obstarent Messiæ: quos quidẽ Abrahã in semine & filijs non agnouit ipse, Luc. 16. ideò qui Christũ repulerunt, extra pactũ sunt, & non seruabũtur. Illa igitur fides nouella, quæ habet, Deus me seruabit, quia promisit, tametsi ego nolim ei obedire, vel faciam licèt quicquid mihi est collibitum, à Deo non est, neq; vtilis existit, quoniam hoc nó promisit Deus. Quos enim saluare disposuit, minimè pmittit agere quod volunt; sed castigat eos modò, ne cũ hoc mundo damnentur: vt inquit Apostolus. Neq; sufficit etiam credere se esse ex electis, nisi faciat opera electorum: nam neq; electi intrabunt in cœlũ, nisi per opera necessaria ad salutem, quæ Deus præparauit, vt in illis ambulemus. Nam & Christũ pati oportuit, & resurgere à mortuis, & sic intrare in regnum suũ. Falsò ergo Erasm. Sarcer. interpretatur gloriari, Patrẽ habemus Abrahã, nihil aliud esse, quàm ex fiducia operũ quærere prærogatiuam in carne, vt iustitiã asse quaris. Hoc enim vanum est, ac friuolum: solùm enim pugnat Ioan. in eos, qui fiducia solius promissionis factæ diuinitus, ac posthabitis operũ meritis, se, aliosq; solabantur. Illud etiã Sadducæis cõpetere haud poterat, qui velut Epicuri discipuli, animas mortales asserebãt: his autẽ neque facultas, neq; volũtas in bonis operibus confidendi.

Dei fœdus cum Abrahã ad quos tantũmodo Iudæos pertinebat. *Luc. 16.*

Contra vanã hæreticorũ fiduciam. *1. Cor. 11.*

Electis quid necessarium sit ad salutẽ. *Ephes. 2. Luc. vlt.*

Erasmi Sarcerij hoc loco gloriandi, scilicet in patre Abrahã, stulta sententia.

At inquies; Cur Iudæis non licebat cõfidere in patre Abrahã, si Abraham rogabat pro impijs Iudæis, quomodo & nunc Christus pro impijs Christianis? Et si Abraham pater fideliũ nihil iuuat Iudæos peccatores, ergo nec iuuabit B. Augu. aut B. Benedict. & Bernard. eos filios, qui sub suis religionibus militant. Dicendum est: nihil prodesse eorũ preces, si iniqui, & scelerati velint esse ij, pro quib. illæ funduntur. Imò obest multũ eiusmodi parẽtes habere: maiori etenim supplicio afficientur praui Christiani, qui tales parẽtes habuere, quos efferrẽt, quosq; imitarentur, quã peruersi Gentiles, quibus tale parentũ non præfulsit exemplũ. Cumque Deus decreuerit ob flagitia aliquẽ plectere omnino, atq; delere de libro vitę, statuit tũc nullius diui patrocinũ pro eo scelesto homine admittere: quemadmodũ Samuelis preces pro Saule, quẽ à regno exclusit penitus, non acceptauit. Similiter neq; Ierem. pro populo, quẽ abijcere parabat, vt & fecit, deprecationib. noluit acquiescere. Cùm igitur Iudæor. pop. Christi aduentu Deus vellet abijcere, atq; Christianorũ creare plebem, patrociniũ Abrahæ pro Iudæis nullũ futurum erat: neq; si vllũ extitisset, à Deo fuisset auditũ, propter immane scelus Iudæorũ. Quare nolite iam Abrahamũ deinceps iactare, cuius pro Iudæorũ pace non est ab eo proferenda, neq; à Deo audienda deprecatio. Etsi ergo Sancti in cœlo deprecentur, eorumq; deprecatio multas vtilitates ac remedia adferat illis, qui ad eos cum humilitate, fideq; confugiunt: minimè tamen illi quidẽ rogant, aut efficaciter impetrant nisi pro ijs, quos velle Deũ intelligũt ipsorũ patrocinio, opeq; iuuari. Vult verò illos Deus supplicare sibi pro cunctis peccatoribus ijs, qui ex animo pœnitentiã acturi, vitamq; nouam instituturi sunt. Est porrò stultitia insignis, de corporis, generisq; nobilitate (quæ tamẽ certè donũ Dei est, quanquam paruum, & temporariũ) vel de progenitorũ sanctitate gloriari, nisi ante oculos habeas, vt eorum facta imiteris. *Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi Vix ea nostra voco.*

Si pro impijs Iudæis rogabat Abrahã, quid ni & Iudæi, patrem se habere Abraham iure poterãt gloriari. *Gen. 18.*

Improbis Iudæis atque Christianis, quid oberit parentes habuisse bonos & sanctos.

Quibus nulla prosint omnino sanctorum patrocinia. *1. Reg. 15.*

Ierem. 11.

Iudæi cur à Deo reprobati, indigni

Nam quemadmodũ ad meliora resipiscentibus vobis, nihil oberit maiorũ impietas; sic nihil proderit Abrahæ progenitoris sanctitas, si vos perstiteritis in pristina malitia. Nemo ergo cõfidat in iustitia maiorũ suorum. Et quid dicimus de meritis parẽtum? Imò nec meritũ Christi totũ (quod quidẽ est infinitũ) ac etiã S. Ecclesiæ, opem ferre hominibus posset, nisi ab iniquitatibus resurgant, & quantũ permittitur, dignos fructus edant pœnitentiæ. Ex quo B. Chrysostomus quosdam, qui in progenitorũ martyrum meritis, & sanctitate gloriabantur, reprehendit grauiter.

Sequitur: *Dico enim vobis, quoniã potens est Deus de lapidib. istis suscitare filios Abrahæ.* Sensus est: Non deerũt Abrahæ posteri sine vobis, nec deerit Deo suus, à quo colatur, populus, cui promissam præstet veritatem, tametsi vos ab eo desciscatis, hoc enim confirmo vobis: Deus potest, vel de his lapidibus suscitare filios amico suo Abrahæ: nam in Græco dandi casus est Abrahæ. Vsusq; est metaphora lapidũ, & significanter dixit istis, digito demõstrans lapides. Et ratione inuestigandũ est, qui sint illi lapides, quidq; significent. Cõmunis est opinio, istos lapides, quos Ioan. demonstrabat, esse duodecim illos, quos Iudæi in transitu Iordanis posuerant ex mandato Domini, quando transierunt per siccũ, & manserunt ibi ad memoriam miraculi, & tempore Ioannis extabãt, apparebantque eorum cacumina: vt docet B. Remigius, habeturque Iosue 4. Etsi ergo de illis Ioannem locutum fuisse scriptura non tradat, doctores tamẽ probabiliter

que redditi ex auditione Diuina.

Pro quibus tantum Sancti Deum deprecentur, & ab eo exaudiantur.

De corporis nobilitate, diuitijs, deque parentũ sanctitate gloriationem solã, esse vanam, & inutilem. *Ouid. lib. 13. metamor.*

B. Chryso. ho. de Lazaro mẽdico, to. 2. in fi.

Quid, quod Deus potens esse dicitur de lapidibus istis suscitare filios Abrahę

Quos lapides Ioann. Bapt. signarer.

B. Remig. epist. Iosue 4.

Luc. 3.

Explicatur hæc particula: Ne velitis dicere intra vos. *Ioan. 8. Ibid.*

Quorsum id Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

Rom. 4. & alibi.

Quid est: Et ne velitis dicere: Patrem habemus Abraham.

biliter illud existimant: tum quia Ioannes baptizabat iuxta Iordanem, cuius in alueo positi erant, tum quia in sempiterni monumentum signi constituti, ideoque demonstratio facta indicat aliquid insigne, atq; memoria dignum, repositum. In primis igitur, quidam per lapides intelligunt, Gentiles duro, & verè lapideo corde idola lapidea colentes, in quibus impletum est illud: *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis*, atque ita vult Origenes Baptistam hoc loco prophetasse, & prioris populi expulsionem, & Gentium vocationem prædixisse: nam Gentes insitæ Christo per fidem & baptismum, veri filij sunt Abrahæ. Verùm huic sententiæ duo obstant: alterũ est, quod videtur hoc esse allegoricum, aut morale, non autem historicum, aut literæ consonum: deinde oportebat Gentiles ibi vt adessent, & prædicantem Ioannem audirent, quos ipse ad oculũ ostendens, vocaret lapides; cùm tamẽ Gentiles abessent: maximè quia, vt Lyranus ait, quando inquit Ioannes: *De lapidibus istis*, lapides ostendit sitos in alueo Iordanis & eminentes, tuncque cum illos monstraret, necesse erat, vt ex illis suscitaret Gentiles, qui fierent filij Abrahæ. Quòd si de illis lapidibus homines efficeret Deus, nec Gentiles essent, nec Iudæi, sed populus per se ab alio populo non descendens: & hic sensus aliqua ratione sustineri posset, si simpliciter dixisset de lapidibus, non de lapidibus istis. Et tunc si per lapides Iordanis, Gentiles intellexit, præterquam quod durum videtur, lapides positos in memoriam duodecim tribuum, dicere quòd significent Gentes: mysticus, siue transumptus esset sensus. Ad hæc, verbis illis: *Potens est Deus de lapidibus istis*, indicauit Ioannes magnam aliquam potentiam atque vim etiã in oculis Pharisæorum, tamen si Deus de Gentibus faceret filios Abrahæ, & participes promissorum, haud putarent Pharisæi esse magnam potentiam: nam existente etiam statu legis veteris, multi Gentilium cõuertebantur ad ritum Iudaicum, fiebantque filij Abrahæ, ac participes promissionum.

Lapides illi qui mystice secundũ aliquos. *Psal.115. Orige. ho.22. tom.2.*

Hic sensus impugnatur dupliciter.

Nicolaum de Lyra.

II. ratio.

Alij deinde interpretantur per hosce duodecim lapides, Scripturam duodecim Prophetarum, vel duodecim Apostolos, qui facti sunt veri filij Abrahæ, & in signũ, in quod reliqui filij Israel intuerentur, quoniam ij maximè imitati sunt patrem Abraham, quos illi Dominus suscitauit in filios, & Iordane fluuio emersos, id est, baptismo regenitos, qui quidem ibidem præsentes aderant. Est etenim baptismi aqua in vnda Iordanis figurata, potens adeò, vt lapides conuertat in filios, sicut de quibusdam fluminibus fertur, quòd ligna vertũt in lapides: quanquàm hoc potentiæ naturalis est, illud verò Diuinæ virtutis: sed id etsi in sensu morali locum habere possit, ad literam tamen durum videtur, alioqui hoc nullus audientium intellexisset: quoniam Scriptura non est lapis; neque Apostolus ad literam, nisi metaphoricè ob firmitatem diceretur.

Alter sensus.

Quid incommodi habeat

III. sensus, scilicet Lyrani.

Addit Nicolaus de Lyra & alium sensum: Ioannem increpasse Pharisæos, quòd dicebant se filios Abrahæ: quod quidem ostendit esse falsum, eo quia non dicuntur filij Abrahæ ex propagatione sobolis, verùm ex fidei consectatione atque imitatione, vt 9. cap. ad Romanos Apostolus docet. Etsi verò ex parte verum hoc sit, filios Abrahæ vocari magis secundùm fidẽ, quàm secundùm carnem: tamen hoc proposito Ioannis haud conueniebat: nec enim Ioannes increpabat eos, quasi falsum dicerent, vocando se filios Abrahæ: nec prohibet eis tale quid dicere: sed, vt exponit Chrysostomus, prohibet in hoc, virtutis studio neglecto, fiduciam salutis suæ collocare. Item, Ioannes admonebat eos, vti agerent pœnitentiam, qua propter etsi daremus, eos priùs non esse filios Abrahæ, per operum imitationem tamen efficerentur nunc tales ad pœnitentiam: ideò necessum est, Ioannem docuisse eos, non esse sibi confidendum in hoc duntaxat, quòd erant filij Abrahæ, quia nisi pœnitentiam agerent, occideret ipsos Deus, nec parceret eis hoc solum nomine, quòd patrem haberent Abraham, nam etsi multum diligeret filios Abrahæ, non solùm tamen poterat asciscere sibi alium populum, quem haberet in locum filiorum Abrahæ, sed etiam de lapidibus posset illum leui negotio facere, vel de lapidibus illis, qui erant in Iordane, quos ostendit ad oculum, vel de alijs quibuscunque, si ostendit alios. Atque modus est iste loquendi illi haud dissimilis, quo Deus est vsus, cum inquit Moysi, quando scilicet volebat delere omnes Iudæos in deserto: *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam*, Exod. 32. Quasi diceret: Permitte me hos delere, quia potero facere aliam gentem, cuius tu sis Princeps. Vnde B. Hieronymus in hunc locum: *Lapides*, inquit, *Ethnicos vocat propter cordis duritiam. Lege Ezechielem; Auferam*, inquit, *à vobis cor lapideum, & dabo cor carneũ. In lapide duritia, in carne mollitia monstratur. Siue simpliciter indicat Dei potentiam, quòd qui*

Qualis hæc sententia: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

Rom.9. Improbatur hic quoque dupliciter.

Exod.32.

B. Chrysost. hom.11.

Hieron.to.9. in prin. Etnici cur lapides vocentur, testis Hieronymo. *Ezech.34.*

de nihilo cuncta fecerit, possit & de saxis durissimis populum procreare. Hactenus ille, qui postremis verbis sensum literæ huius loci explicauit. Nam quemadmodum Adam condidit de limo terræ, ita potuit de saxo condere: quo quidem respicere videtur fabula Gentilitia de lapidibus à Deucalione, Pyrraque retro proiectis, qui in mares & fœminas conuertebantur. Et Propheta Esaias loquens de Abraham & Sara, dixit: *Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis*: id est, de vetulo patre, & de sterili matre, vt subdit: *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos.* Prima enim fidei rudimenta sunt, credere Deum posse quicquid voluerit. Ergo poterat Deus Opt. Maxim. illo populo reprobato occisoque alium populum sibi ex lapidibus quibuscunque excitare, qui fide Abrahamum imitaretur, & ad quẽ etiam eius promissa spectarent: maior est enim & dignior fidei & virtutis, quàm sanguinis cognatio: quanto anima corpore melior est atque præstantior. Quanquam ille sensus de Gentilibus significatis per lapides non videatur vsquequaque negligendus: nam Irenæus libr. 4. cap. 16. allegatis his verbis: *Potens est Deus de lapidibus istis*, subdit: *Hoc autem fecit Iesus, à lapidum religione extrahens nos, & à duris & infructuosis cogitationibus trãsferens nos, & similem Abrahæ fidem in nobis constituens.* Hæc illæ.

III. sensus, huius loci proprius, atque germanus. *Gen.2.* Cui historiæ nititur fabula illa Deucalionis Pyrrhę de lapidib. in mares fœminasq; conuersis. *Esa.51. Gen.18. Ibid. & alibi.*

Spiritalis cognatio quanto corporali dignior est; atque præstantior.

B. Irenæus.

Sed dices; Demus, Deum posse de lapidibus homines procreare, neque tamen tales forent filij Abrahæ, eo quòd non essent de semine eius. Dicendum est, eiusmodi Abrahæ secundùm successionem in bonis eius meritò vocari posse filios. Namque ad filium attinet esse hæredem, vt Apostolus ait. Qui ergo succederent in promissis à Deo factis Abrahæ, hæredes eius, ac filij vocarentur: sic autem nequaquam possent de lapidibus filij Abrahæ secũdùm carnem procreari: quoniam hoc sub omnipotentem Dei virtutem non cadit. Etenim, vt impossibile est, filium vnius, postquam est esse filiũ alterius hominis: ita & magis impossibile videtur, hominem de lapide factum, filium esse alterius hominis: nam vt aliqui essent gnati Abrahæ, opus erat, vt aut fuissent aliquãdo geniti, aut de integro deriuarentur de semine Abrahæ. Primum non valebant de lapidibus suscitari filij Abrahæ, quoniam oportebat tunc aliquos ex filijs mortuos fuisse Abrahæ, & cineres corporum illorum in eos lapides fuisse cõuersos, tuncq; per vnionem animæ ad corpus redirent illi homines, qui fuerant priùs filij Abrahæ, sicut fiet in resurrectione generali, in qua scilicet redibit quilibet ad idem corpus, quod viuens habuit, siue illud sit cõuersum in terram, siue in lapides, siue in ligna, siue in aliud quodcunque. Ex quo sequerentur duo; Alterum, quòd Deus non posset de illis lapidibus suscitare plures homines, quàm tot numero, quot fuerunt illi, quorũ corpora in lapides versa sunt: alterum est, quod si plures suscitaret, non essent illi filij Abrahæ, sed alius, qui non fuit filius Abrahæ, populus. At si dicamus Deum filios Abrahæ excitare de lapidibus, qui fuissent nunquam, hoc fieri non poterat, sic enim opus erat, vt in lapide semen esset Abrahæ, ex quo per propagationem nascerentur homines: & tamen nõ poterat lapidi inesse semen Abrahæ, ex quo fieret propagatio: & illo dato (quod tamen est impossibile) lapis non posset propagare, quia hoc pertinet ad animal perfectum, quod via generationis potest se continuare, ideò non porerant de lapidibus suscitari veri filij Abrahæ secundùm carnem: qua ratione nec Eua filia dicitur Adæ, quia nequaquam ex semine eius per generationem, sed ex costa ipsius formata est.

Iob 19.

Corollatiũ.

Animal perfectum est solum propagationis capax. *Gen.2.*

Quos Deus de lapidibus homines procrearet, hi quomodo essent filij Abrahæ. *Rom.8. & alibi.*

Qua ratione deus nõ possit de lapidibus suscitare filios Abrahæ.

Potuit ergo Deus, ac potest de illis, vel quibuslibet lapidibus alijs suscitare filios Abrahæ, qui per fidei, virtutumq; Abrahæ imitationem promissorum Abrahæ hæredes existant, ideoque filij, non autem filij Abrahæ secũdùm carnem ob manifestam repugnantiam, implicitamq; contradictionem: & hactenus de his (vt mea fert opinio) satis philosophati sumus.

Sequitur: *Iam enim securis ad radicem arborum posita est.* Ratione alia ad fructus dignos pœnitentię Ioannes adhortatur Pharisæos ac Sadducæos. Quia enim fortè isti dicerent: Volumus pœnitentiam agere, sed non modò, superest enim adhuc tempus, in quo illam agamus, Baptista monet non esse expectandum, quoniã iam instat tempus, quasi dicat, Hactenus virgam adhibuit Deus, pestem, famem, comminatus est se ablaturum sepem de vinea: nunc verò securis instat, Dei scilicet ira, & diuinum iudicium: *Quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius*, apposita est securis, sed nondum secat. Vt innuat, adhuc esse tempus effugiẽdi hanc iram per pœnitentiam. Ac iure quidem nobis Diuina seueritas imminet, qui paterna correctione non emendamur. Lucas habet in singulari, arboris, Græcè tamen vtrobique, id est, in Matthæo & in Luca, habetur in plurali δένδρων, quomodo etiam apud Lucã habent

Quorsum id, Iam enim securis ad radicem arborũ posita est.

Matt.21.

Luc.3.

bent vetusti codices, & Ambrosius, & ea quæ sequuntur illam probant lectionem, nempe: *Omnis ergo arbor.* Estque translatio sumpta ab arbore ad hominem, & à securi ad seueritatem diuini iudicij impendentis, non ad truncum, vel ramos, vel ad folia, vt spes sit denuo pullulandi, tametsi præcidantur, sed ad radicem, id est, cultū, & gloriam Iudaicam per Romanos excidendam: atque ita arbor esset ciuitas Ierusalem, & securis exercitus Romanorum, sicut Turcica tyrannis securis est iræ Dei, quæ nobis impendet: sed tunc non subderet: *Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, &c.* Ob id aptior expositio est, per arborem intelligere hominem: nam superiùs dixerat: Facite fructus dignos pœnitentiæ: fructus autem edere propriè arborum est, & à Philosophis dicitur homo arbor inuersa. Et sicut arbor non ferens fructum, exciditur, & igni traditur, ita homo non agens pœnitentiā, in ignem mittetur. Quòd si dicas, diuinum iudicium radici, id est, vitæ præsenti, semper imminere, vt succidat, puniatque non pœnitentes atque peruersos: tunc tamen cùm Ioannes prædicaret, maximè verum erat, quòd eo tempore magis monerentur homines de agenda pœnitentia, quia & per Ioannem, & per Christum, ac per Apostolos excitabantur ad illam, & instruebantur sedulò: ideo qui eam negligerent, grauiore pœna digni erant: *Seruus enim sciens voluntatem Domini, & non faciens, plagis vapulabit multis:* quemadmodum Gentiles non audientes Prophetas, digni sunt maiore excusatione, quàm qui audierunt eos, Iudæi: ita qui antiquitus extitere Iudæi, excusabiles magis sunt, quàm hi, qui erant tempore Christi: quibus & audire prædicationes, & videre Christi miracula, datum est. Hinc Matthæi 11. cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt virtutes multæ ab eo, eo quòd non egissent pœnitentiam. Ad hæc, non tam sceleris magnitudo, quàm mentis peruicacia Iudæorum præsertim causa punitionis existit: vt Dominus Lucæ 13. docuit de Galilæis occisis, quorū sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum, & illis decē & octo, in quos cecidit turris Siloe: concluditque: *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.*

Adde, erat tunc, tempore Ioannis, status noui Testamenti inchoandus, in quo, vt in statu perfectionis, maior exigebatur fructuum partus, & abundantia: nam vt arbor dum noua est, & paruula, quæritur nemo, quòd fructum non edat, cùm verò magna est, & diligenter exculta, si nihil proferat, iusta est de ille querela, & indignatio: ita equidem homo, dum puer est, ab eo perfecta opera exigit nullus. Atqui in Lege erant omnes, vt paruuli sub pædagogo, teste Paulo: in nouo verò Testamento iam viri euasimus, & ampliùs non sumus sub pedagogo ac doctore, ideo tempus est multos fructus edendi, iuxta illud: *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.*

Sunt qui per securim, gladium ancipitem, siue sermonem diuinum intelligant, è quibus est Irenæus libro quinto, qui quidem Dei sermo interioris hominis cultum in Euangelio præsertim exigit, neque tantùm externos ritus & ceremonias, vt lex Moysi, quæ ramos consequebatur, non penetrabat hominis intima. Iam verò vbi Christus venit, regnum Dei intra nos est, iam Dei verbum ad viuum hominis cor penetrauit, radicalem iustitiam exigit, ad radicem securis constituta est: itaque beatus Hieronymus per securim, prædicationem intelligit Euangelicam, de qua Propheta Ieremias capit. 6. loquitur, verbumque Domini comparat cædenti petram: quo sub sensu quidam sic interpretantur: Vis prædicationis & Verbi Dei, quod est penetrantius omni gladio ancipiti, ad radicem arboris Synagogæ posita est: quæ non nisi folia, id est, ceremonias habebat, nullum autem succum dulcem ac fructuosum. Huius Synagogæ radices, Scribæ erant, & legisperiti: quemadmodum radices gentilitatis erāt Philosophi & tyranni, qui omnes hac securi excisi sunt. Securis ad ramum admouetur, cùm vnus de progenie Abrahæ: ad radicem verò, cum tota progenies tollitur. Agit ergo Deus prudentis more agricolæ, infructuosas arbores, & frustra terram occupantes excidendo, euellendoque radicitus, quæque vmbra sua nocere possent alijs plantis. B. Gregorius in homilia quadam securim exponit esse Christum, cuius manubrium humanitas sit, ferrum deitas. Humanitate ergo tenetur Christus, potentia deitatis scindit inutiles palmites, membraque mortua, nec vtilia, vt excindat Iudæos à generosa arbore Abrahæ, in quam inserti sunt Gentiles per fidem.

Omnis ergo arbor. Etiam si filius sit Abrahæ; id est, quicunque tandem homo, qui fructum pœnitentiæ non edat, dignus est securi, & igni, videlicet morte temporali, & æterna gehennæ. Ponit autem Rabanus quatuor species arborū. Prima est in totū arida,

Ambros. li. 2. in Luc. 10. 5. Vnde sumpta illa metaphora.

quæ nā radix illa, arbor quoque & securis posita ad radicem arboris.

Alter sensus de arbore cō modior.

Quid opus fuerit illa diuini iudicij imminentis cōminatione Ioannis; cum nunquā illud nō semper immineat. *Luc. 12.*

Iudęi Christi prædicationibus nō conuersi quam inexcusabiles. *Matt. 11.*

II. ratio.

Luc. 13.

III. ratio.

Gal. 3.

Matt. 5.

Securis quid nam B. Iren. B. Irenæus.

Luc. 11.

B. Hiero. in 3. initio. Ierem. 46.

Heb. 4.

Quam ad radicem, & cuius arboris securis illa posita est.

Deus qualis agricola.

B. Greg. hom. 20. in Euang. Christ⁹ quomodo securis.

Impœnitentes ceu malæ arbores, securi, & igni quo digni existant.

Arborū quatuor species, ijsque qui, teste Rabano, designentur.

arida, cui assimilantur pagani, altera viridis, sed sine fructu, cui similes sunt hypocritæ, tertia viridis & fructum ferens, non tamen absque veneno, quales existunt hæretici: quarta est viridis, & fructū bonum proferens, quales sunt omnes iusti, ac veri Catholici. *Excidetur, & in ignem mittetur:* Græcè profertur de præsenti: *Exciditur, & in ignem mittitur.* Lucas quoque de præsenti loquitur. Sumiturque præsens pro futuro, more Hebræo: nam quod paulò pòst futurum est, iam quasi pro præsenti habetur. Vel rectiùs dicere possumus: *Excidituꝛ, & in ignem mittitur*, id est, meretur excidi, & in ignem mitti: hoc enim loquendi modo non tam significatur quod fit, quàm quod fieri secundùm prudentiam debet, aut sicut rei natura & ratio postulat, vt fiat. Similiter dicitur: *Dilige proximum tuum sicut te ipsum*: id est, sicut cum ratione, prudentiaque te debes diligere. Rursus: *Cui minus dimittitur, minus diligit*, significat, minùs cogitur diligere. Ita dicitur: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*: hoc est, merentur perire: cùm tamen actu euadant non pauci. Iuxta hanc rationem intellige illud Pauli: *Nemo carnem suam odio habuit*: nam sic res habet ex lege naturæ, quāquam nonnulli dæmonis persuasu, alij verò gratia Dei & Spiritu induti, propter ipsum Deum eam oderint.

Omnis arbor oū ferēs fructum bonū, quomodo exciditur, & in ignem mittitur.

Qualis hæc sententia. *Matt. 22. & alibi. Luc. 7. Matt. 26.*

Ephes. 5.

Eadem sentētia; Omnis arbor quæ non facit fructū bonum, excidet, &c. quibus Christianis accōmoda. *Ioan. 15.*

Matt. 25.

Quandocunque in Ecclesia cōiunctū fuerit, ac sit malorum excidium.

Ac licèt hic sermo ad Iudæum populum directus sit, cui Baptista minari excidium voluit, possunt tamen, ac debent ad vniuersos homines transferri & accommodari. Nam vt diuina ira ventura est super Iudæos non agentes pœnitentiam, ita quoq; & super non pœnitētes Christianos. Hinc Dominus de fidelibus pronuntiauit: *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum* (scilicet Pater meus) & infra: *Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet; & colligent eum, & in ignem mittet, & ardet.* Quòd si tanta seueritate animaduertet iudex Deus in eos, qui nullos bonos proferunt fructus: quanta tandem putas veniunt puniendi illi, qui pernicios & malos proferunt; qui talentis sibi creditis abuntuntur? Semperque ad effusionem ingentem Dei gratiæ coniunctum est excidium malorum, sicut Iudæorum, atque tyrannorum in Ecclesia primitiua. Sic etiam in exitu de Aegypto factum est, inque introitu in terram promissam. In reformatione quoque vera Ecclesiæ futurum est, haud equidem secus. Nam neque fieri potest ager, nisi spinis & tribulis, cæterisque noxijs radicitus euulsis herbis, neque noua assurgere ædificia possunt, nisi vetera destruantur priùs. Ergo, postquam Dei nihil est aliud Ecclesia, quàm hortus diuersis ac varijs consitus arboribus atque plantis, emissiones cuius sunt paradisus (quod enim arbores emittunt bonæ, paradisi merita sunt) siue vinea varijs vitibus atque optimis consita: inuigilemus, vt quisque eos fructus edat, quos pro vocatione sua, & gratiæ Christi impertitæ sibi virtute reddere debet, & quos ipse Deus edere atque digerere maximè possit: laborantem enim agricolam primùm oportet de fructibus edere: vt Apostolus ait. Timeamus verò infructuosas fieri arbores, ne durè ac violenter excidamur. Omnis enim malus cū ex hac vita diuellitur, non volens atque ægrè discedit, sed inuitus: sicut è conuerso iustus lubens ex hac vita, ac volēs emigrat, exemplo Simeonis, qui dicebat: *Nunc dimittis seruum tuum, Domine.* Ait etiam non eradicandam, at exscindendam arborem Ioannes: siquidem vir impius (cum moritur) radices relinquit in terra: eius enim voluntas, affectus, & cupiditates in terra manent, & obstinatus animus, quia semper optabit quę in terra optauerat terrena peccata. Nam superbia eorum (vt Psaltes diuinus ait) qui te oderunt, ascendit semper. In ignem porrò inferni detruditur, vt perpetuò comburatur, quoniam igne diuino atque cœlesti calescere noluit, verùm cum pessimo igne obscœnæ voluptatis arsit. Quare si sapimus, & præparemus nobis cōmeatum, & fructus edamus tales, quos perpetuò in cœlesti gloria edere valeamus, iuxta verbum Prophetæ: *Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet:* vires ad id Iesu Christo nobis suppeditante: qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Cant. 4. Ecclesia qualis sit, & quomodo in ea fructificandum.

1. Cor. 9.

Aliter malè, aliter bonus vitam hanc deserit.

Luc. 2.

Malam arborem Ioannes non extirpādam cur dixerit, verum excidendā.

Psal. 72.

Quales fructus edere debeamus. *Esa. 3.*

TRACTATVS VI.

In illa verba Lucæ 3. *Et interrogabāt eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & Publicani vt baptizarentur.* & quæ sequuntur.

PHARISAEI & Sadducæi, audientes tam sæuam tamque minacem Ioannis orationem, vehementer territi sunt, ac quomodo minas illas possent effugere, interrogant quid facto opus sit. Quandoquidem non proderit nobis esse filios

Quàm fructuosa Ioannis prædicatio extiterit.

Abrahæ:

Abrahæ: quid tandem faciendum, vt securim incidentem effugiamus? Qui sunt, nobis indica, vir Dei, bonæ arboris fructus boni, quo peccatorum nostrorum remissionem consequi valeamus? Signum equidem certissimum est profectus verbi Dei timor, & compunctio audientium. quemadmodum in Actis Apostolicis cõcionante Petro, ait Lucas: *Hi autem audito, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos, Quid faciemus, viri fratres?* (finis enim audiendi verbum Dei, est facere illud) *Petrus autem ad illos, Pœnitentiam* (inquit) *agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum.* ¶ *Respondens autem dicebat illis, Qui habet duas tunicas det non habenti.* Dicat aliquis; Quid hæc ad pœnitẽtiæ pensum persoluendum? Facilis ergo erit via pœnitentiæ diuitibus, & potentibus huius seculi. Respondemus, eum, qui fratri ex animo misericordiam impertiat, dignum effici, cui Deus etiam misericordiam impendat, iuxta illud: *Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Hinc regi Nabuchodonosori consilium dedit Propheta Daniel: *Peccata tua*, inquit, *eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum:* & Tobias: *Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras*: & Petrus: *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Deinde, mens Ioannis fuit, breuibus demonstrare, pœnitentiam nihil aliud esse, quàm eam mentis innouationem, vt velit alijs vnusquisque vltro omnibus bonis suis inseruire: nam hic tunicæ, & escæ nomine victũ & amictum, hoc est, omnem humanæ vitę necessitatem Ioannes complexus est. Ad hæc, B. Gregorius putat, non sine ratione tunicæ potiùs, quæ vestimentũ est interius, quàm pallij, quod tegit extra, mentionem fecisse: quo indicaret, videlicet ad dignos pœnitentiæ fructus pertinere, vt non solũ exteriora, & quibus carere aliquo modo possumus, sed etiam ea, quæ nobis valde necessaria sunt, cum proximis communicare debeamus. Præterea, si ad turbas, id est, ad Pharisæos ac Sadducæos hic sermo dirigitur, vt quidem ex Matthæo constat, Lucaque inter se diligenter collatis, viuum planè tetigisse videtur, atque in eo, in quo in primis peccabant, facere satis admonentur. Erant namque Pharisæi auari, qui religionis prætextu & pietatis, alienis opibus, & substantiæ inhiabant, quare in illa percutiendi erant.

Det non habenti, per non habentem omnem pauperem intelligit, sed præsertim illum, qui ob membra truncata, praueque affecta, vel ob infirmitatem & senectutem habere non potest: qui verò non habet ex otio & malitia, magis inter habentes, quàm inter non habentes censendus est, deque eo agendum est non secus, atq; de mendicantibus validis, qui ficta simulataque paupertate, adde etiam vulnera quædam, vlcerâue in cruribus, aut brachijs confingentes, verorum Christi pauperum eleemosynas deprædantur. Deinde obijcies; num liceat habere duas tunicas, vel duplices vestes; siquidem inueniuntur qui decem, & viginti, & centum, ac eo plures, incolumi conscientia, habere se posse confidant, religiosi quoque, qui profitentur paupertatem, illamque obseruant, non vnicam tantum tunicam habent.

Sed hic prudenter verba Ioannis intelligenda sunt: duarum etenim vestium nomine superflua omnia, quæq; nobis omninò non sunt ex vsu, intelliguntur: quando enim duæ aut tres non sunt superfluæ pro vna sunt computandæ, vt docet Hieronymus: cuius in epistola ad Hedibiam, quæst. 1. hæc sunt verba: *Quid si Scythiæ frigora sint, & Alpina niues, quanon duabus & tribus tunicis, sed vix pecudum pellibus repelluntur? Quicquid ergo corpori nostro sufficere potest, & humanæ succurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit, hoc vnica appellanda est tunica: & quicquid in præsentibus alimẽtis necessarium est, hoc vnius diei victus appellatur. Vnde præceptum est: Non cogitetis de crastino, hoc est, de futuro tempore. Et Apostolus: Habentes*, inquit, *victũ, & vestitum, his contenti simus. Si plus habes, quàm tibi ad victum, vestitumq; necessarium est, illud eroga; & in illo debitricem esse te noueris.* Hæc ille. Vnde & Christus ipse plures, pro anni tempore, habebat vestes, iuxta illud: *Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem.* quod tamen pro ratione cuiusque status & conditionis metiendum est: fieri enim potest, & sæpe fit, vt quædam alicui sint superuacanea, quæ alteri forent necessaria aut vtilia certè. Idemq; de victus ratione, siue de escis in plurali, non esca, in singulari, dicendum videtur. Vt hinc meritò liceat colligere tibi regulã illam Theologicam, Ea omnia, quæ personæ vel statui sunt superflua, in vsus pauperum esse necessariò eroganda: quorum strictior ratio reddenda est ante tribunal Christi, quàm nos existimamus: tantus est enim virorum ac mulierum nostri seculi luxus & fastus in vestitu, & in mensa, vt sint qui supra tricenas, ac sexagenas etiam vestes possideant, & tantis expensis grauati, neque obulum, quem egeno porrigant,

habeant.

Act. 2. suadens profectus argumentũ quid.

Id, qui habet duas tunicas det non habenti, qui intelligatur.

Matt. 5.

Dan. 4.

Tob. 4.

1. Pet. 4. Prou. 10.

II. ratio eius dicti.

III. ratio. *B. Greg. hom. 20. in Euangelia, to. 2.*

IV. ratio.

Pharisæorũ auaritia, & hypocrisis.

Habens duas tunicas, cui det non habenti.

Quid Ioannis duæ tunicæ non habentibus eroganda.

B. Hiero. epist. 150. tom. 3. circa med.

Matt. 6. 1. Tim. 6.

Psal. 21. Matt. 27.

Quæcunque illa iuxta regulam Theologicam sint pauperibus eroganda.

Quid maius atque perfectius consuleret Christ' quàm Ioannes. *Matt. 19.*

habeant. Sed remedium istis esset, partem vestium ac victus donare superflui. Verum tamẽ maior fuit perfectio, quam Christus docuit: videlicet vt distractis omnibus bonis, in pauperumq; vsus erogatis, ipsum nũ dum nudi sequamur. Excesiit hanc etiam regulam Ioannis, egregium facinus B. Martini, qui dum adhuc esset catechumenus, & stipendium sub Cæsare mereret, egeno petenti dimidiam vestem qua se tegeret, impertiuit. Caueant verò qui sunt à confessionibus, & concionatores, ne plus priuatis quàm alienis commodis seruiãt: non enim caret suspicione auaritiæ, si alijs commendaueris egenos & miserabiles, te autem inter illos præcipuum facias.

Confessarijs, & concionatoribus quid cauendum.

Publicani qui fiat.

Venerunt autem & Publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius quã quod constitutum est vobis, faciatis. Quoniam frequens in Euangelijs de publicanis habetur sermo; non erit ab re vel semel audire, qui, qualesve extiterint isti. Sunt autem publicani, qui à fisco aliquid conducunt, præsertim verò vectigalia, quique talia omninò exigũt: & huiusce modi homines apud Romanos olim habiti sunt honestissimi, atque ornatissimi: vt quidem eos M. Tullius in oratione pro lege Manilia prædicat: ait enim: *Nam & Publicani homines, & honestissimi, & ornatissimi, suas rationes, & copias in illã prouinciam contulerunt.* Rursus audi verba eiusdem in oratione pro Plancio: *Flos equitum Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipubl. publicanorum ordine continetur.* Hæc ille. Apud Iudæos autem eiusmodi publicani inuisum hominum genus erat sordidum, atque infame, quòd contra patriæ libertatem tributa pendere Romanis Gentilibus cogebantur. Adde, quòd publicani vi, & rapina, ac fraude, non rarò in Iudæos peccarent, plus exigentes ab ipsis, quã leges superiorum præscriberẽt. Talis fuit publicanus ille Zachæus, qui quasi de fraude suspectus, dicebat: *Et si aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Atque idcirco Ioannes à fraude atque fallacia, quasi à familiari illis scelere præ cæteris est dehortatus: benignè admonens, vt si salutis suæ rationem habere vellent, ne supra quàm constitutum esset, exigerent: nam verbum Græcum πράττω, & facere, & exigere significat: at posterior significatus huic loco quadrat maxime. Etenim cùm ad tributa pendẽda homines difficilè adducantur; quodãmodo per exactores compellendi, eorumque diligentia & studio efficiẽdum, vt soluant; acsi diceret Ioannes: Si nondum potestis vestra largiri, sit certè ille primus gradus at

Idem. Publicani Iudæis cur infames.

Luc 19. Eos Ioãnes, supra quam præscriptum eis esset, ne facerent, cur sit hortatus.

Cicero. Eos Romani quanti facerent, Tullio teste.

que infimus ad meliorem vitam, vt abstineatis à rapiendis alienis: habetis salarium à Cæsare: quid exigere à populo debeatis, præscriptũ est vobis: nihil ergo vltra illud in vestrum lucrum extorqueatis.

Atque hic obseruandum est, non damnare Ioannem exactiones Principum, cùm quę fisci est, pro cõmuni vtilitate interdum exigunt pecuniam: nam magistratibus ac rectoribus mundi huius expedit, in pace & tranquillitate omni tempore seruare ac tueri Rempublicam: quæ quidẽ pax & tranquillitas magnum bonum est ipsius Reipublicæ, & quæ vix vllo pretio à plebe enumerato compensari possit: neque verò rectè illam principes & gubernatores sine æquitatis administratione, annonaq; abundantia & copia seruare vllo modo possũt: quod vt præstent, nisi habeant adiutrices manus, quarum opera & præsidio, vel probos defendant, vel improbos puniãt, nullus Rex, vel ipse inuictus Cæsar, cum singularis sit tantũ, valebit obtinere. Quamobrem prouentuum varietate, expedit semper fiscum Regis, vel ciuitatis refertum esse, quo quidem subortientibus bellorum tumultibus, ac seditionibus populi reprimendis, quam primum prospici possit. Debent tamen Principes, magistratusve in vectigalibus imponendis moderationem quandam, & æqualitatem seruare, curãtes, vt huiusmodi onera & moderata sint, & ratione iustitiæ ab omnibus persoluãtur: nam cùm crescunt in immensum pro auaritia, vel lasciuia Principis, & Deus offenditur, qui per Prophetam ait: *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis*: & populus grauatus ingemiscit atque affligitur, & ad designandam seditionem concitatur; & princeps ipse sibi molitur regni aut status iacturam sui, iuxta Sapientis dictum: *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.* atque vt egregiè dixit Tiberius Cæsar: *Boni pastoris est, oues tondere, non deglubere.* Tributa ergo moderata honestaque sint, & cum ratione iustitiæ vnicuiq; suum tribuentis constituta. Vt enim scitè & subtiliter Augustus Cæsar inquit, Quemadmodum lien nonnisi cum detrimento cęterorum membrorum in homine augetur: ita cum fiscus regius augmẽtum magnũ suscipit, non sine damno & nocumento manifesto popularium, qui subsunt, id contigit. Christus etiam dominus & verbo, & exemplo docuit tributa soluere: nam & ait insidiose tentantibus: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo*: & Capharnaitis exigentibus censum, etsi liber esset, ne tamẽ eos offenderet

Vectigalia his verbis minime prohiberi.

Vectigalium necessitas in Repubi.

Immoderata esse non debent, & quare.

Psal. 13.

Eccles. 10.

Boni pastoris id est, Principis, officium, quod Tiberius esse dixerit.

Fiscus Regi' immoderat' vt Augustus docuit, quã similis Lieni.

Matt. 22. Supra 17.

Petro præcepit, vt ſtaterem argẽteum penderet: quam doctrinam ſecutus Paulus, dixit: *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal.* & quæ ſequ.

Rom.13.

Quare Ioannes publicanos ab hoc officio, & ſtatu non fuerit dehortatus.

Neque Ioannes hoc loco publicanis ſuaſit, vti à Reipublicæ actione, ex huiuſmodi ſtatu, ac ſtudio recederent, tanquam damnato, & pernicioſo; ſed tantùm præcepit, vt id muneris exerceant ſecundùm ordinem æquitatis præſcriptum. Nec enim peccata mercatorum, aut militum, aut publicanorum ſunt in ſtatus ipſos reijcienda: nã mercaturam, & militiam quamplurimi iuſtè, & ex charitate coluerunt. Et publicani ſi, vt debent, exigendi munus exerceant, nerui ſunt Reipublic. ſin ſecus, raptores ſunt, & prædones publici.

Interrogabant aũt eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Hominũ militia inuiſa eſt, atq; infamis habetur: nam ars quædam eſt, quaſi quis velit abuti, facilè paratos atq; inſtructos reddat homines ad omne genus iniuriæ atque calumniæ proximis inferendum. Qui enim tam vili pretio, ſiue ſtipendio vitam ſuam venalem faciũt, reuere ſolent in omne vetitum nefas, neque parcunt ſacris, aut profanis: iuramentis & periurijs, atque impudiciſſimis verbis eorum ora referta ſunt: vitæ & pudicitiæ matronarum, puellarumve inſidiãtur. Sed in primis opibus, & facultatibus pauperum, ſiue diuitum deprædandis atque extorquendis incumbunt: denique quicquid illis libet, licet: vt enim ille dixit:

Militare officiũ cur vulgo otioſum, & infame.

Lucan.lib.1. Militum incredibilis licentia.

Nulla fides, pietaſq; viris, qui caſtra ſequuntur.

Plericq; dum quod à Principe ſalarij nomine datur, ſcortis, alea, temulentiaq; prodigunt, rapto, furtiſq; iacturam quã fecerũt, reſarciunt: & non ſolùm non ſoluũt, quod debent, verùm etiam vltra, quæ non deberent, extorquent: tale eſt ſanguinarium hoc nebulonũ genus, quòd vltro citroq; curſitans caſtra ſequitur; ad cædes, & ad latrocinia natum. Verùm iſta omnia hominũ artem profitentiũ, non ipſius artis ſunt vitia. Militia etenim non modo vtilis exiſtit atq; expediens ad incommoda Reipubl. propulſanda, & ad pacem, quam improbi, & ſeditioſi perturbant, tuendam, ac conſeruandã, demum ad iniurias fidei & religionis contra communes eius hoſtes vindicandas: verùm licita eſt etiã & neceſſaria, & qua ſine neq; regna, neque ciuitates conſiſterẽt. Ex quo & ipſe Deus Opt. Max. qui dicitur Dominus Sabaoth, ſiue exercituũ, nempe cœleſtium, bella quoque indici, quæq; ab alijs ſunt indicta, ſuſcipi iuſſit. Ac militari quidem arte floruerunt viri ſanctiſſimi, quales fuerunt Abraham, Moſes, Ioſue, Dauid, Machabæi, alijq; complures: in nouo verò Teſtamento præter Centuriones illos tres, à fide, vitæque ſanctitate laudatos, de quibus Matt. 8. atque 27. Actuumque 10. habemus plurimos in numerum diuorũ relatos: vt B. Martinum, diuos Sebaſtianum, Ioannem & Paulum, Georgium, Mauritiũ cùm integra legione, qui non ſolùm fortiſſimi fuẽre in bello, ſed illorũ etiam plures in perſerẽdis pro Chriſto cruciatibus conſtantiſſimi. Nulla profectò eſſet pax, ſi nulli eſſent milites: donec autem tranſit iniquitas, magiſtratibus opus eſt militia, ac militibus. Serui ſunt omnium milites, & omnibus militant. Si hæc agunt præſertim ſtudio charitatis, beati: dant enim omnia nobis abũde, quoniam per illos noſtra cuſtodiuntur omnia. Hinc Auguſtinus contra Fauſtum, lib. 22. cap. 74. *Si non liceret,* inquit, *omninò bellare, Ioannes ad milites reſpõderet, Arma abijcite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite, vulnerate, proſternite. Sed quia ſciebat, eos, cum hæc militãdo facerent, non eſſe homicidas, ſed miniſtros legis, & non vltores iniuriarum ſuarũ, ſed ſalutis publicæ defenſores; reſpondit eis: Neminem cõcuſſeritis, nulli calumniam feceritis: ſufficiat vobis ſtipendium veſtrũ.* Et Ambroſ. ſerm. 7. in principio: *Non enim militare delictum eſt; ſed propter prædam militare peccatum eſt.*

Matt 8. Infra 27. Act. 10.

Si nulla eſſet militia, quid inde.

Auguſt. to. 6.

Propter quas militare peccatum ſit.

Ambroſ. to. 5 ſub finem.

Hic præterea illud notandum, Ioãnem nequaquam exigere à militibus, vt intelligant belli æquitatem, vel ne accipiant ſtipendium à tyrannis: cuiuſmodi erat Herodes: nam milites ſæpenumero iuris ignoratio excuſat; nec ipſorum eſt, hæc diſcernere, niſi fortè conſcientia liget, vel aperto Marte bellum fiat contra Eccleſiam ab hæreticis, vel ſchiſmaticis, ſiue infidelibus; vel niſi bellum ſolẽni more per Eccleſiam declaratum ſit iniuſtum: nam tunc militare illicitum eſt. Vbi verò belli cauſſa in medio ponitur, magis excuſantur qui Principi ſuo parent vocanti ad bellum, quàm exteri.

Licitũ quod bellum militibus: quod illicitum ſit.

Illud etiam aduerte, quod Theophylactus adnotauit, à Phariſæis, & Sadducæis, vt arctiorem diſciplinam profeſſis, ad fructus pœnitentiæ edendos non ſolùm exegiſſe, vt à malis abſtinerent, ſed vt etiam opera charitatis proferrent: à publicanis autem, & militibus tantùm requirit, vt abſtineant à malo, quod facere conſueuerunt. Et tolerare vtique opus, eſt id genus hominum, ne deſit in republica, pro qua illi faciũt multa, ac patiuntur: vt ſancti haberi poſſint, ſi ſeruẽt hæc. *Qui enim potuit tranſgredi, & non eſt*

A Phariſæis & Sadducæis cur Ioannes non à publicanis, & militibus, exegerit dignos fructus pœnitentiæ. *Theophyl.*

Eccl. 31.

tranſgreſſus: facere mala, & non fecit: profectò mirabilia fecit in vita ſua. Idcirco nihil militibus, aut publicanis de eleemoſynis, reſtitutioneve præcipiendũ Ioannes cenſuit, quoniam ſenſim inſtituendi erant, ſed primùm omniũ vti à rapina deſiſtãt, deinceps cætera à Chriſto, quem venturum annuntiabat, illos audire voluit. Præterea, incerti ferè ſunt, quibus iniurias intulerint, cùm pro re nata, illi furentur. Rari item ſunt ex militibus, qui ad pinguem fortunam perueniant, vt valeant illa quę ſuſtulerunt, dominis ſuis reſtituere: quanqnam quibus facultas adeſt, ad id diuina lege teneantur.

Idem ad eleemoſynas, reſtitutionemque cur milites, aut publicanos minimè ſit adhortatus.

Poſſunt autem verba hæc militibus, qui magiſtratibus deſeruiunt, vt ſunt lictores, apparitores, ac ſimiles iuſtitiæ miniſtri, cõgruere, qui ſimulato præſides terrore concutientes, pecunias excutiunt à concuſſis, aut calumniam ſtruunt innocentibus; aut accuſationes, vel executiones intentant, quo illi pecunia vexationem ſuã redimant. Non incommodè etiam de alijs militibus poſſunt intelligi: qui dum in ciuitatibus ſocijs, oppidiſve hybernant, in ruſticos maximè exactiones & calumnias ſolent exercere, ſtipendijs ſuis minimè contenti. Eſt autem concutere, vt Ferrantius quidam Carthaginenſis in epiſtola parænetica ad Rheginum Ducem ſcribit, apertam facere violentiam: calumniari verò eſt, occaſionem quærere nocendi. Sunt enim quidam qui publicè prædantur, incendunt, abigũt, perrumpunt fores, exigunt & pulſant hoſpitem: idque vocant, ad diſcretionem viuere; cùm tamen (ſi fas eſt ita loqui) ipſi in diſcretiſſime, contraq; omnem rationem agant: & hoc eſt concutere. Rurſus alij falsò deferunt apud Principes, aut apud magiſtratus viros innoxios, quò pars facultatis publicatæ ad ipſos deueniat, criminationis præmium: atque hoc eſt inferre calumniã. *Et eſtote contenti ſtipendijs veſtris.* Videlicet quæ victus gratia à Rege accipitis: quæ propterea lingua Græca appellauit Euangeliſta obſonia, quæ interpres vertit ſtipendia, qua voce in re militari vti Latinè conſueuimus: rariſſimus eſt autem, qui ſuis ſit contentus ſtipendijs: ſicut nemo eſt, qui ſua ſorte contentus viuat, ſed *laudet diuerſa ſequentes.* Vniuerſi enim ita vitam noſtram inſtituimus, vt ſtatum, cõditionemve noſtram trahamus potius, quàm ſequamur: ex quo infelicem afflictamque traducimus vitam.

Quibus etiã lictoribus, apparitoribuſve, Ioã. Bapt. hęc præcepta conueniant.

Cõcutere aliquem, quid ſit.

Ferran. Carthaginenſ.

Aduerte autem, quàm prudenter Ioannes breuia, vtilia, aptiſſimaque Ieſum expectando præcepta tradat, quæ quidem ſeruata in arboribus fructus oſtenderent, ac eas non dignas eſſe, quæ exciderẽtur, monſtrarent ei, qui ſecurim adferebat. Videtur Ioannes illam legem Horatij ſeruaſſe: *Quicquid præcipies, eſto breuis; vt citò dicta Percipiant animi dociles, teneantq;, fideles.* ¶ *Exiſtimante autẽ populo, & cogitãtibus omnibus in cordibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus,* &c. Hactenus veros docuit pœnitẽtiæ fructus, iam nunc explicat regni cœlorum appropinquationem. Interpres noſter legiſſe videtur δοκοῦντος, modo verò legitur προσδοκῶντος, id eſt, expectante ſiue ſperante: atque in hunc ſenſum habet lectio Syriaci Euangelij. *Cùm expectaret autem populus.* Non ſolùm autem populus, ſed viri quoque doctiſſimi exiſtimabant, Ioannem verum eſſe Meſſiam: hinc honorificam ab Ieroſolymis legationem ad eum mittunt, interrogantes quis nam ille ſit: vt patet Ioan. 1. quare videtur hoc teſtimonium Ioannis, quod de Meſſia, ac de ſeipſo perhibuit, incidere cum illo Ioannis, id eſt, quando tam honorifica ad eum legatio deſtinata fuit: nam in vtraq; eadem ferè verba vſurpauit: vt, quòd ipſe baptizaret in aqua, Chriſtus autem in Spiritu ſancto: Quòd poſt ſe venturus eſſet illo fortior: Quòd non eſſet dignus calceamenti eius ſoluere corrigiam, aut eius calceamenta portare. Ac multa erant equidem, quæ illis præbuerunt cauſſam, vt tam magnificè atque præclare ſentirent de Ioanne Baptiſta. Nouerant de Scripturis, inſtare iam tempus aduentus Meſſiæ: quot, quantaq; in Ioannis conceptu, ortu, atque circũciſione fuerant peracta miracula, non ignorabant: aſpiciebant eius ſanctiſſimam cõuerſationem, ſuauiſſimos mores, in victu ac veſtitu ſummam tenuitatem: adde his iam nouã baptiſmi ceremoniam, auſteram eiuſdem prædicationem: quibus collatis vniuerſis & viſis, atque perſpectis, nihil aliud, niſi Ioan. eſſe Meſſiam, cogitarũt, tametſi illũ noſſent eſſe de tribu Aaron. Vt hinc colligas, quanta huic à Deo fuerit autoritas conciliata; quamq; indigni excuſatione debuerint eſſe, qui pœnitentiã non egerunt. Neque verò Iudæi in magnitudine Ioannis errabant tantùm, verùm etiam illi ipſi intimi, & familiares Ioannis diſcipuli magnificentiùs, quàm par erat, de illo ſentientes, atque prędicantes, ſic, vt Ioannes ipſe cogeretur ipſos ad Chriſtũ mittere; quo perſpectis Chriſti ſignis, atque prodigijs, vter vtri præſtaret, re ipſa perdiſcerent. Ne verò putarent, dum de ſecuri ad radicem admouenda orationem habuit, de ſe fuiſſe locutum, dum videretur ritum nouum inducere baptiſmi; declarat ſe non eſſe tantùm, qui poſſit hoc præſtare,

Aliа ratio cõcutiendi.

Milites quib. cõtenti eſſe debent ſtipẽdijs datis. *Luc. 3.*

Horat. lib. 1. epiſt. 1. in prin.

Quid in ijs præceptis traditis prudenter Ioannes obſeruauerit

Horat. de arte.

Iudæorũ honorificam de ſe opinionẽ, quia ipſe eſſet Chriſtus, quo teſtimonio de Chriſto repreſſerit Ioannes.

Ioan. 1.

Vnde perſuaderi Iudæi potuerint, Ioannem eſſe Chriſtũ & Meſſiam, vt crederent, & exiſtimarẽt.

Ioan 3. Matt. 11.

Ioannis modeſtia præcurſoris.

Universidad de Pamplona Biblioteca Facultad de Filosofía
Bibliotheca Facultatis Philosophiæ Provinciæ Cast. Orientalis SI

In quo eum possit prudēs lector, prophetā agnoscere. *Ambro. lib. 2. in Luc. cap. 3. 10. 1. Cor. 14.*

sed alium paulò post ipsum venturum, dicendo: *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam.* Vbi primùm declarauit Ioannes, populi se cogitationes, atque intimos animi sensus penetrare, atque videre: id quod textus insinuare videtur, & Ambros. ait, quòd vt Propheta videbat, de quo Paulus ad Corinth. scribit. Est autem sensus: Meus baptismus simplex est, abluens corpus, quia in aqua tantummodò, non pertingens ad animas, quia videlicet non in spiritu: meū etenim non est conferre Spiritum sanctificantem. Ac si dicere vellet; Vos existimatis me è rebus quæ videntur, ex cibo, potu, habitu, atque baptismo, doctrina ve fideli, ac solida, quā profiteor: verùm longè sunt efficaciora quæ non videntur. Ego quanquam aqua baptizo vos; tamen non remitto peccata; sed præparo vos efficaciori baptismo, quem ab eo accipietis, cuius aduentum vobis prædico. Qualis doctrina mea, talis & baptismus meus: sicut doctrina, sic & baptismo ad Christi doctrinam, & baptismum vos assuefacio. Non sum lux, aut Sol iustitiæ, sed Lucifer, vicinum Solis ortum denuntians; & ob id obscurandus, obruendusque orto Sole. Non sum Sponsus, sed amicus Sponsi, exhortans vt Sponso occurratis. Non sum verbum Dei, sed vox eius. Tempore quidem maior sum eo, & prædicationis ordine prior: at potentia, sanctitate, ac iustitia, inferior longè. Is enim, qui me sequitur, tanto præstantior me est, vt ego, quem magnum aliquem esse creditis, sim indignus, qui vel soluam corrigam calceamentorum eius. Subditq; rationem: *Ego*, inquit, *baptizo vos in aqua: qui autem post me venturus est*, &c. *ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* Quis hic non videat magnum, & apertum discrimen baptismi Ioannis, & baptismi Christi? Ideò impium, & ridiculū est, quod Melanchthō & Bucerus, atq; alij noui Theologastri dogmatizant, baptismum scilicet Ioānis æqui polluisse baptismo Christi. Inter quos Cēturiatores arrepta virgula cēsoria audacter pronuntiant de Ioāne loquentes: *Ad doctrinam, nouam ordiebantur ceremoniam, nempe baptismum, non ex priuato arbitrio, sed volūtate Dei, & quidem in remissionem peccatorum.* Et infrà: *Ideò autem baptismus vocatur, in remissionem peccatorum: quia promissio de remissione peccatorum huic actioni annectebatur, perq; ea media, nimirum verba Euangelij de Christo, & ablutionem per aquam, remissionem peccatorum certò conferebat Deus. Inscitè ergo faciunt, qui effectu baptismum Ioannis, & Christi, seu Apostolorum discrepare contendunt: cùm clarè scriptū extet, Ioannem prædicasse, & administrasse baptismum in remissionem peccatorum.* Addunt testimonium Prudentij, qui in hymno ieiunantium, de Ioanne sic habet:

Prudentius.

Hortator ille primus, & doctor vitæ
Fuit salutis: nam sacrato in flumine
Veterum piatas lauit errorum notas:
Sed tincta post quam membra defæcauerat,
Cœlo refulgens influebat Spiritus.
Hoc ex lauacro labe dempta criminum,
Ibant renati, non secus quàm si rudis auri
Recocta vena pulchrum splendeat,
Micet metalli, siue lux argentei,
Sudum polito prænitens purgamine.

Ambr. lib. 1. de Spiritu sancto, c. 3. initio tom. 2.

Hæc ille. Ambrosius quoque lib. de Spiritu sancto: *Illi qui negauerunt se scire Spiritum sanctum, quamuis baptizatos se dicerent in Ioānis baptismo, baptizati sunt postea: quia Ioannes in remissionem peccatorum, in aduenientis Iesu, non in suo baptizauit nomine. Et ideò Spiritum nesciebant, quia nec baptismum in Christi nomine, sicut Ioānes baptizare solebat, acceperant.* Hactenus Ambrosius. Sic illi magistelli, quasi de cathedra docentes, cum illorum dicto manifestè verba Euangelica refragētur, & Patrum sententiæ. Hic enim apertè se in aqua baptizare tantū docet; at de Christo ait: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* Ioannes vt homo, in aqua tantùm, vt explicat Ricard. de S. Victore: ille verò vt homo, & Deus, in aqua, & Spiritu sancto. *Baptizari in spiritu, est ab omni sorde peccati mundari, insuper gratias infundere.* Hæc ille. Ter etiā in Ioanne, cap. 1. dicitur Ioannes in aqua baptizare: *Ego*, inquit, *baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.* Deinde: *Sed vt manifestetur in Israël, propterea veni in aqua baptizans.* Rursus subdit: *Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem, & manētem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Adde quod in Actis dicitur: *Ioānes quidem baptizauit aqua; vos aūt baptizabimini Spiritu sancto.* Ergo Ioannis baptisma non dabat Spiritū sanctum, vt Chrys. ibid. rectè colligit. Præterea baptizabat Ioānes in nomine venturi, vt in eum crederent: vt Acta testantur: at in baptismo Christi iam credentes, & in nomine sanctæ Trinitatis, vel trium personarum expresso. Vnde in baptizatis à Ioāne nunquam apparebat vis & energia Spiritus sancti; secus in ablutis per Apostolos, vt est in Actis, de quo per Ezechiel. dixerat: *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri.*

Act. 1.

Chrys. hom. 1. in Act. to. 3. Act. 19.

Baptismi Christi solius efficacia.

Act. 8. Act. 19. Ezech. 36.

Ad hæc Ioannis baptismus ab eodem cœpi, & in eodem terminatus est, nec ministros alios meruit habere, sed cū autore suo stetit, & interijt, & velut vmbra corpori, ita baptismo Christi cessit, qui efficax est, & æternus, & non minus durabilis post mortē Domini, quàm antè, & cui nunquā deesse possunt ministri ad aquā, & gratiam Spiritus sancti impertiendam. Quòd si Ioannis baptismus ab illo Christi non distingueretur; primò Scripturæ in deprauatos sensus, & peregrinos detorquentur. Deinde præbetur occasio, vt cōtra Pauli doctrinam ad Corinth. traditā credant homines, ex ministrorum dignitate pendere Sacramenta. Tertiò, Ecclesiæ Sacramenta viliora redduntur, si vllum alium eorum institutorem, quàm Christū agnoscimus; siquidem Hæretici baptismi etiam nostri faciūt Ioannem autorem. Quartò, aperitur via Anabaptistis, cum exemplo Pauli possint alios semel tinctos rebaptizare. Quintò, est recedere à communi sensu, & consensu Patrum. Nam Tertullian. tradit, Ioannis baptismum diuinū fuisse mandato, non potestate: *Nihil*, inquit, *cœleste præstabat, sed cœlestibus præministrabat.* Similia docent Cyrillus in Ioannem, & Augustin. lib. de baptismo contra Donatistas, & in Enchiridio vocat Ioannis baptismum præcursorium ministerium: & Iustinus appellat Euangelicæ gratiæ præludiū. Hieron. in Luciferianos: *Ioannis baptisma non tam peccata dimisit, quàm fuit in remissionem peccatorū, scilicet post ea futuram per sanctificationē Christi.* Et Chrysost. in Matth. Certè, ait, *remissionem hoc baptisma non habebat: hoc enim munus illius baptismatis erat, quod postea Christus instituit.* Et subdit: *Vide igitur quàm diligenter expresserit: cùm enim dixisset, quia venerit prædicare baptisma pœnitentiæ, intulit, in remissionem peccatorum; quasi diceret: Ego illis consteri peccata sua, & pœnitentiam agere persuasi, nō vt castigarentur omninò, sed vt dignius postea remissionis dona susciperent: nisi enim seipsos ante damnassent, sanè gratiam requisissent*, &c. *Ita istud baptisma alterius, Christi baptismatis præparatio est.* Gregorius item: *Notandum*, inquit, *quod dicitur prædicans baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccatorum, quoniam baptismum quod peccata soluere, quia dare non poterat, prædicabat. Vt sicut incarnatum verbum Patris præcurrebat verbo prædicationis, ita baptismum pœnitentiæ, quo peccata soluuntur, præcurreret suo baptismate, quo peccata solui non possunt: vt quia eius sermo præcurrebat præsentiam redemptoris, ipsum quoque eius baptisma præcedendo fieret vmbra veritatis.* Hæc illi Patres sanctissimi, sapientissimique: quorum concordi sententiæ non vnus debet præscribere prudentius: & B. Ambros. in Psalm. 37. aliter docet, dicens:

Multis rationibus idem

Christi baptisma, Ioannis baptismate longe esse dignius, & excellētius: aduersus Centuriatores, & similes.

Explicatur hæc sententia: Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam.

Qualem tantummodo agnouerit, ac testatus sit præ Christo humilis Ioannes. *Ioan. 3.*

Christi dignitas & excellentia.

dogma refellitur.

Ioannis baptismus si ab illo Christi non esset diuersus, quæ sequerentur incōmoda. II. ratio. *1. Cor. 1. & 3.*

III. IV. & V.

Act. 19.

Tertul. lib de baptismo. Cyrill lib. 1. in Ioan. c. 26. & lib. 2. c. 37. Aug. li. 5. cōt. Donatist c. 9. to. 7. & in Enchirid. tom. 3. cap. 49. Iustin. Mart. qu. 37. ad Orthod. to. 3. Hieron. to. 2. Chrys. ho. 10. in Matt. tom. 2. init.

Et fortè supplicia præuidet qui baptizatur baptismo pœnitentiæ: at verò ille gratiam expectat, qui baptizatur in Christo: baptismus verò Ioannis, oculus suppliciorum est: baptismus Christi, oculus gratiarum. Idem docet in Lucam in id: Ego baptizo in aqua. Falsò ergo existimant vnum esse tantùm, & plenum baptismum, duplicem rationem, siue considerationem habere: scilicet secundùm aquam, & dicitur baptismus Ioannis; secundùm spiritum verò dicitur baptismus Christi. Atque hac friuola cōmentatione putāt hæretici se satisfeciſſe Euāgelio: quod euidenter oppositū docet. Sed in primis si res sic se haberet, quando Ioannes, inquit; *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam*; siue, vt Marcus ait: *Ego baptizaui vos aqua*, haud subdidisset de futuro: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni*, verùm de præterito dixisset, baptizauit. Deinde Ioannes apertè testatus est: *Sed vt manifestetur*, inquit, *in Israel propterea veni ego in aqua baptizans.* En finem baptismi Ioānis non esse aliū, quam ostensionem Christi: at Christi baptismus ponit Christum notum, & manifestum factum. Ad hæc baptizati à Ioāne, præcepto Apostoli iterum baptizantur, ergo non erat in Spiritu sancto baptismus ille.

Marc. 1. Centuriatorū vana quædam perfugia destruuntur.

Ioan. 1.

Act. 19.

Ibidem.

Nec elabūtur aientes, ideò rebaptizatos quia in baptismo Ioannis non agnouerunt Spiritum sanctū. Contra quod pugnat verbum Pauli dicētis: *Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui venturus erat post ipsum vt crederent, hoc est, in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu.* Hæc Paulus, ostendens, priorem baptismum non sufficere, eo quòd præparabat tantū, nec faciebat candidos in Christo, sed, vt sic dicā, candidatos. Baptizatum præterea in Christo, ignorantemq; an sit ex Spiritu sancto, nec ne, minimè oportet rebaptizari, vt Ecclesia constanter docet: secundū istos verò, quouis baptizante, dici posset baptizare baptismo Ioannis: quod tamen nullus dixit vnquā: sed Ioannis idcirco dicitur, quòd ab illo primo vt ministro sit introductus. Simili modo dicitur Christi baptismus, qui per quemlibet ministrum confertur præter Ioannem, & nulla ratione Ioannis dicendus est. Ioannis verò esse traditur, & non Christi, quoniam ipso Ioāne ministro fiebat: vnde illo baptizante, nequaquā dicebatur Christus baptizare; & baptizantibus discipulis dicebatur Christus baptizare, vt Ioan. testatur. Idē refert, quòd Christus plures baptizabat, quàm Ioanes. Si baptismus aquæ consideretur, non Christus plures baptizabat quàm Ioannes, quandoquidē christus nō baptizabat aqua;

Baptismus Christi quales reddebat baptizatos, non ille Ioannis.

Ioan. baptismus cur dicatur, cur item Christi.

Ioan. 4.

Ibidem.

Quàm illud leue, & ridiculum: Christus, plures

baptizabat spiritu, quã Ioan. aqua.

Si verò baptismus spiritus consideretur, Ioannes nullum baptizabat, sed Christus solus. Quòd si fortè quisquam eorum iusti nens partes, dicat, quòd Christus plures baptizabat spiritu, quàm Ioānes aqua (nam & quos Ioannes & discipuli baptizarant, Christus Spiritu sancto baptizabat) crassus est profecto hic sensus, contraque ipsam literam. Dicitur enim: *Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi, quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat quàm Ioannes* (Quanquã ipse non baptizaret, sed discipuli eius.) Ex quibus habes, comparationem esse numeri discipulorum, quos Ioannes baptizabat, ad numerum item discipulorum, quos Christus baptismo intingebat per discipulos suos: atq; ita remanet confutatum hoc

Ioan.4.

Quo verbo suum Ioānes baptismum non prorsus inutilem esse indicauerit.

Matt.3.

inepsiés, & stultum dogma Lutheranorũ. Ac ne putares baptismum Ioannis, tametsi gratiam non conferret, omninò inutilem ac vanum existere; quippe idem facere liceret cuique: adiecit Matth. *Baptizo in aqua in pœnitentiam*, quod est præcursoris officiũ facere: vt videlicet prædicatione, & baptismo suo significaret resipiscentiam, & nouam vitam, qua ad baptismum spiritus suscipiendum, per Christũ, & nouam legem & perfectam aptarentur. Confutantur iterũ hoc loco hæretici, qui præparationes ad iustificationis gratiam consequendam conferre nihil existimant: cùm tamen tanta per Ioannem facta fuerit præparatio ac dispositio, tantaque etiam Dominus exigeret ab eis, qui volebant de Spiritu suo accipere. Et quod ait, *Baptizo vos*, haud probat, Pharisæos fuisse baptismate tinctos: sed id vult: Paratus sum, & possum vos baptizare. Officium siquidem, & potestatem describit, non narrat actum. Cùm enim loquebatur, non baptizabat. Ego igitur, qui purus homo sum, non do gratiã lauantem animam à peccato, sicut nec Moyses. Vide quis, & qualis Ioannes fuerit, quem omnis populus sanctissimum, & iam multis retro seculis expectatum Messiam putabat.

In eos, qui præparationes ad iustificationem vtiles esse negãt & vanas.

Id; Ego quidem baptizo vos, quomodo accipiendum sit.

Ioan.1.

Sit ergo vnusquisque, quantũ sibi permittitur, virtutis cultor, & amator, non quo de ipso bonitatis fama spargatur suæ, sed ne infamiam incurrat, deuitet omninò: quòd si fama virtutem excesserit, vt plerunque fit; caueat ne super id, quod est, efferatur: nam & modestiæ studiosissimus sectator Ioannes, cum plusquam esset, crederetur; nõ est rapere ausus, quod sibi imperitũ vulgus deferebat dignitatis insigne. Si autem sopito virtutis nomine infamia quãdoque laborare contingat; constantia opus est, ne virtus elidatur in animo: quoniã neque bonos fama, neq; infamia potest facere criminosos. Et iustus iudex, meritorumq; liberator non secundùm famã, aut infamiam, sed iuxta veritatem virtutis, & vitij de hominibus iudiciũ feret. Ita magnus ille Baptista, neque ob calumnias impiorum, tramitem virtutis deseruit, neque ob laudum sibi delata præconia quicquam elatus est. Expende hæc atq; rumina, prudens lector, accuratiùs, quia eiusmodi meditatio sine dubio fructũ tibi pariet salutarem, & magnam quoque adferet delectationem.

Viris sanctis ac perfectis etsi fama quidem negligẽda, & aspernanda; non tamen infamia est.

Vnde illi à Domino iudicabuntur.

Illud etiam aduerte, quanta videlicet sit vulgi leuitas, vt ijs, quos admiratur, plus tribuat, quàm par est; quos verò odit, in his omnia calumniatur: quod in Ioanne, & Christo ipso euenit. Verùm Ioannes, vt fidum decebat seruum, nec sibi alienam gloriam vsurpare, nec Christum sua fraudare voluit: intelligebat enim, quãta sit blasphemia, vel quod Dei est, ascribere sibi, vel Deo meritam, debitamque gloriam non reddere, ac vendicare.

Cuiusquam vitę probitas & sanctitas è vulgi iudicio minime pendere, cur debeat.

Qui aũt post me venturus est. In omnibus Iesum præcurrit Ioānes, vt in annuntiatione, conceptione, natiuitate, deserto, discipulis, baptismo, prædicatione, cõfessione, morte denique atq; descensu ad limbũ, præterquã in introitu ad cœleste regnum, in quo præcursor fuit Christus Ioannis, atq; omnium. Sed hic de aduentu Iesu ad prædicandum, atq; ad baptizandum, vtq; simul ipse baptizaretur à Ioanne, loquitur. Dicitur autem venire, quãdo cœpit apparere: nam alioqui iam vir, ac triginta annos completos habebat, & ad nos venerat, etsi ignotus esset. Qui ergo post me venturus est, vt Messias post Heliam, vel vt Sol post aurorã, vel vt vita post præparationes ad vitam, vel vt veritas & lux post figuras, & vmbras: post me venit ἐρχόμενος, de præsenti, & ponitur pro futuro: vnde aliqui in Luca codices habent, Veniet, & Matthæus apertè, Vẽturus est, id est qui hominum opinione tanquam inferior me esse videbitur, & viliori mortis genere interibit, qui reuera tamẽ fortior est. Fortior me est. Siquidem Christus non solùm homo, sed Deus est, & signis potentiã suam edet, atq; declarabit, cui data est omnis potestas in cælo, & in terra: qui habet potestatem dimittẽdi peccata: cui omne genu curuandum, cœlestiũ, terrestriũ, & infernorũ: ipsi datum est omne iudicium. Fortior etiã erat virtute animi (etsi non tam austeram, ac rigidam profiteretur vitã) ad debellandum dæmones, vincendumq; mundum, & omnia. Estq; figura liptotes (qua verborũ vis rei magnitudini nõ respondet) vt ostendunt quæ sequuntur. Fortior, inquam, qui figuratus erat in fortissimis viris, vt in Da-

In quibus Ioānes Christum præcurrerit.

Quomodo Christus post Ioannem vẽturus dicit. *Luc.3.*

Christus Ioãne cur fortior.

Matt.vlt. Sup. 9. & ali. Philip.2.

Ioan.1. Christus fortis in quibus

fuerit fortibus adumbratus.

1.Reg.16. Iudic.15. Supra 6. Gen.32.

Christi fortitudinis insignia.

Matth.26. Luc.15.

Esa.53. Ibid.

Cur Ioannes Christũ non se meliorem, verùm dixerit fortiorem esse.

Ioan.3.

Quàm humilis, simplex, & fortis Ioānes extiterit.

Luc.3.

Matt.14.

Vnde cõstet Christũ calceos minime gestasse.

Matth.10.

Act.1. Luc.7.

Quo sensu Ioannes dixerit non se dignũ Christi calceamẽta portare.

Euangelistæ circa illud: Non sum dignus Christi calceamenta uide, qui fortis robore dicebatur, in Samsone, qui morte sua mortẽ intulit suis inimicis, in Gedeone viro fortissimo, vt eum appellauit Angelus; in Iacob, qui luctans cum Deo, ipsum Deum vicit, licèt emarcido femore: hic enim Christus est, qui Deũ in hominum salutem vicit, licèt in ea victoria mortuus fuerit Christus. Fortior, qui calicem amaritudinis pro nobis ebibit, tormentum mortis sustinuit. qui tot errantes oues imposuit in humeros suos gaudẽs. Fortior, qui totius mundi scelera atque flagitia portauit: *Verè* enim *languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit*. Dominus enim posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Atque ob id Ioannes Christum dixit non meliorem, aut sanctiorem se, sed fortiorem: quia reuera nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cælo Filius hominis qui est in cœlo. Nos igitur illuc ascẽdere nequimus, nisi illi innitamur, ab eoque portemur. Et quoniam dixerat, *Fortior me est*, ne quis putaret collationem esse inter ipsum & Messiam, tanquam inter fortem, & fortiorem, declarat excessum immensum, dicendo: *Cuius non sum dignus calceamenta portare*. Perspice, quæso, humilitatem Ioannis inanitatem baptismi sui apertè fatentis: vide & simplicitatem: nam dum fortiorem venturum prædicit, se ipsum fortem insinuat. Et reuera fortis erat, de quo dicitur: *Confortabatur spiritu*: & in propriam carnem, quam sic macerabat, & in mundum, quem tempestiuè deseruit, & in dæmonem, quem quidem non est dubium pluries ab eo fuisse deiectum atq; superatum. Erat etiam spiritu fortitudinis refertus in prædicando: nam seuerè obiurgabat peccata, Pharisæisque, & Herodi, atq; vniuersis terrori erat.

Debile porrò argumentum hinc sumitur à quibusdam ad probandum, Christũ vsum calceamentis fuisse: quod nequaquã probabile videtur, cùm Christus suis Apostolis vsum calceorum interdixerit, quem tamen constat primùm cœpisse facere, deinde docere. Idem etiam probat, quòd ipso in mensa Pharisæi cuiusdam recumbente, accessit mulier, & lauit lacrymis pedes eius, & capillis terfit. Et qui omnem humilitatem assumpsit, vtique sine calceis ambulauit. Est enim potiùs modus loquendi, vt si dicas: Non sum dignus illi portare librum, aut matulam, tametsi ille nec libro vtatur, nec matula; quo præstantia & dignitas illius hominis insinuetur.

Dignius autem illud est inquisitione, cur videlicet Lucas dixerit: *Cuius* (videlicet Christi) *non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius*: & Marcus addit ad Lucã, *procumbens*; Ioannes verò cur in singulari dixerit, *Calceamenti*; Matthæus autem ait: *Cuius non sum dignus calceamenta portare?* Verùm istæ minutulæ differentiæ substantiã rei non variant: nam consuetum est in Scripturis singulare pro plurali poni. Neque verò obstat quod Actor. 7. de Mose, dicitur: *Solue calceamentum pedum tuorum*, nulla facta de corrigia mentione: quoniam soluendo corrigiam, calceamenta quoq; soluuntur. Porrò quòd Matthæus dicat, portare, & soluere Lucas, maius dubium existit. Sed vno verbo facilè expeditur, aiendo, probabilius videri vtrumq; Ioannem, vel eodem, vel diuerso tempore expressisse, quia tam portare, quàm soluere calceamenta, actus est serui, abiectique ministerij. Quoniam verò minus id aptè & commodè fit, nisi seruus procumbat; ob id rectè addit Marcus illud verbum, *procumbens*. Sic ipse, qui Dominus erat, procumbere dignatus est tanquam minister aliquis ad abluẽdos pedes discipulorum suorum.

portare, quo modo conueniant. *Luc.3. Mar.1.*

Scripturæ mos. *Act.7. Exod.3.*

Portare, an soluere Christi calceamẽta indignum se dixerit Ioannes.

Ioan.13.

Centuriatores hæc verba sic interpretantur, vt inde probent in Ioanne peccatũ, & nescio quam imperfectionem hærere. Sed certè ex illis verbis non magis Ioannis sanctitas extenuatur, quam Deiparæ Virginis ex illis: *Ecce ancilla Domini*, vel Apostoli ex illis: *Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus*. Cyrillus in Ioannem, hæc à Ioanne asseri tradit, vt exemplo sui Pharisæos corrigat, & ab arrogantia ad humilitatem traducat. Origenes & Chrysostomus sic exponunt, vt Ioannes nec inter vltimos ministrorum Christi annumerari, nec infimum quoddã ministerium se Christo exhibere dignum profiteatur: reuerebatur diuinæ in Christo naturæ sublimitatem. Hilarius verò & Ambrosius hoc loco Ioannem in hoc sermone intelligunt ad Apostolos respexisse, vt se illis, & non tantùm Christo fecerit inferiorem. Hinc Rupertus, qui illos sequitur, ait: *Ita ipse iudicando, & non quæ sua sunt, considerando, & superiores sibi futuros Apostolos arbitrando, regulam custodiebat sanctæ, & veræ humilitatis, semetipsum deprimens, tanquam minor esset omnibus illis. Sed nunquid ita iudicabat Dominus iudicij? Nequaquam, sed, Amen dico vobis, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioãne Baptista.* Augu. verò in Ioan. exponit sic: *Nec tamen errasset Ioannes, si rem minus extenuasset, seq; dignorem fecisset, sermonem hoc modo temperans. Ille venit post me, qui ante me factus est, cuius corrigiam calceamenti tantummodò dignus sum soluere. Quando*

Hæc verba Ioannis, humilitatem, non vllum eius peccatũ arguere, contra Centuriatores. *Luc.1. Cyrill.lib.1.in Ioan.c.20.to.1.initio. Orig.tom.8. in Ioan.part.2. Chrysost.homil.18. item in Ioan.tom.3*

Hilar. can.2. in Matth. Ambros.li.2. in Lucam, to.5. Ruper. Tuitien. Philip.2. Ioānes quod præceptum humiliratis custodierit. *Matt.11.*

Augu. tract. 4 in Ioan. to.9.

Ioannes se humilians quid à Christo promeruerit, teste Augustino. *Ioan.3.*

autem nec ad hoc dignum se dicit, vere (ille) plenus Spiritu sancto erat, qui sic seruus dominum agnouit, & ex seruo amicus fieri meruit: & alio loco: *Nihil humilius ipso præcone, nullum tantũ meritum Ioannes habuit, quàm de ista ipsa humilitate, præsertim cum posset fallere homines, & putari Christus, et haberi pro Christo.* Sic magnus ille Pater.

Portare calceamenta, quid mysticè

Psal 107. Quid illud Prophetæ: In Idumęam extendam calceamentum meum. *Luc.1. Malach. vlt.*

Vtrumque autem, & portare, & soluere calceamenta, suum mysterium habet. Est etenim calceamentum Domini Ecclesia, quæ fide recipiens eius humanitatem in pedibus significatam, quasi calceat illã, & tanquam calceamentum honestat, atque defendit, non secus atque calceus pedem: quæ de caussa dictum est à Propheta: *In Idumæã extendam calceamentum meũ:* id est, ad Gentiles etiam amplectendos extendam Ecclesiam meam. Ex quo de Ioanne prænuntiauit Angelus, quòd foret præparator viarum Domini, quodque præcedere haberet illum in spiritu & virtute Heliæ ad conuertendum corda patrum in filios, cum sequentibus: quæ res erat nihil aliud, quàm portare Domino calceamenta. Nunc meritò profitetur se tanti ministerij, quod exercebat, indignum, qui mysterium Incarnationis Sacrosanctum Iudæorum populo prædicaret, atque explicaret: vnio cuius, siue corrigia colligat vniuersa, videlicet Deũ homini, & Christum Ecclesiæ. Quòd si Ioannes sese Sponsum diceret, & Messiam; ex se quidem solueret malè: at verò illud Christo tribuendo, soluebat benè, id est, declarabat, pedem, esse Diuinitatem; calceum verò, humanitatem. Vel soluit corrigiam calceamenti, dum prædicans, atque annuntians nouam gratiam, incepit soluere legem. Nam lex, & Prophetæ, vsque ad Ioannem. Lex autem, quasi corrigia quædam erat, qua ipsa Synagoga Christi pedibus alligata erat. Ipse tamen nouam Sponsam adamabat: cuius etiam officij præstandi prædicat indignitatem suam Ioannes. Duo igitur erant officia Ioannis. Primum, soluere corrigiam calceamenti, quod est exordiri legem nouæ gratiæ: quam rem adtres spectabat Euangelistas commemorare, qui ad Gentes scripsêre, quę acceperunt locum Synagogæ, magna cum veneratione Christi Humanitatem, quam Synagoga illusit, recipientes. Porrò portare calceamenta, id est, conuertere multitudinem filiorum Israël, ad Matthæum attinebat, qui ad Hebræos scripsit. Quod verò B. Gregorius refert homil. 7. in Euangelia: *Vt si quis eam,* inquiens, *qua sibi competeret, accipere vxorem nollet, ille & calceamentum solueret, qui ad hanc Sponsus iure propinquitatis veniret:* cautè legendum est, quia nulla lex hoc præscribit, sed tantummodò vt mulier quæ recusabat, tolleret recusantis calceamenta, & in faciem eius expueret. Lege Deuteronomij cap. 25. Ex lib. Ruth verò hoc tantùm accipitur, quòd propinquior, cui competebat sponsa, si alteri minus propinquo cederet, extrahebat sibi ipsi suum calceamentum, dabatque propinquo, qui sponsam accipiebat. Atque ita nullus horum locorum suffragatur dicto B. Gregorij. At verò quia nomine fratrum nó tantùm veniunt germani fratres, sed etiam consanguinei & propinqui, vt etiam docet Augustinus lib. 5. quæst. super Deuteron. cap. 46. facilè posset sustineri sententia Gregorij: nec multũ distare videtur, an mulier solueret calceamentum leuiris, id est, fratris germani sui viri, an ipse cedens hæreditati, solueret sibi calciamenta, & sic nihil esset à Gregorio peccatum. Quòd si vrgeas, cur non dixerit: Non sum dignus eum adorare, quem adorabunt omnes Reges terræ: vel, Non sum dignus seruire, cui omnes gentes seruient: aut, Non sum dignus terram, quam ille pedibus calcauerit, deosculari, cùm de eo scriptum sit: *Et inimici eius terram lingent,* & iterum: *Adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.* Respondendum est, hoc magna ratione factum fuisse; nimirum vt locũ præberet mysterijs prædictis. Præterquam quòd ad literam satis se depressit, atque deiecit Ioannes, vel ad minimum Christo ministerium exhibendum se indignissimum agnoscens, & profitens.

A vito repudiata mulier quo modo lege præcipitur repudiantis tollere calceamenta. *Deut.25. Ruth 4.* Gregorij dictum, quod mulier repudiantis calceamentum soluere debebat, in quo verum sit. *B. Aug. tom. 4.*

Subdit: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* Ipse, qui Deus est, & homo, vos totos, id est, animam & corpus, non in aqua solùm, vt ego, sed & in Spiritu sancto baptizabit: *non vnget:* inquit, *at baptizabit,* scilicet copioso munere Spiritus Sancti. Vt si miraris, quòd Christus Petro pedes lauerit, multò ampliùs admireris, quòd omnium hominum carnem lauat in baptismo, imò peccatum: & quo fœdiores sunt animæ, quàm corporis sordes, eo maius opus quo lauantur animæ, quàm corpora. Et quod dicitur: *Baptizat in Spiritu Sancto,* intellige, ex se confert Spiritum sanctum non ponentibus obicem: nam fictè, vel cũ animo peccandi accedens ad baptismum, non accipit Spiritum sanctum, nisi recedente fictione; potest tamen quis in baptismo susceptum Spiritum sanctum amittere: Quoniam Spiritus sanctus disciplinæ autore sapiente, effugiet fictum. Ipse ergo vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni, Erasmus admonuit, in exemplaribus Græcorum non haberi verbum, *igni.* Sed quia

Psal.71.

Ibid.

Ibid. Psal.131. Ioãnes quare non dixerit: Non sum dignus Christũ adorare, ac huius generis alia.

Christus vt nos baptizet in Spiritu sancto, & igni.

Ioan.13.

Quos baptizet in Spiritu sancto Christus tantummodo.

Sap.1. Illud in igni, scilicet baptizabit, an sit de textu, nec ne.

multa

Hilar can. 2. in Matth. Hieronym. ibidem. Chrysost. homil. 18. Ioannis tom. 3. Cyrill. Alex. tom. 2. Dictæ particulæ, igni, omittendę ratio quæ fuerint.

Baptismus ignis quis ille sit.

Luc.12. Cœlestem diuini amoris ignem quæ nutriant, ac foueant. *Act.2. Luc.12.*

Mar.10. Supra 9. & Leuit.2.

In eos, qui ignis baptismum ad literam accipiendum esse voluerunt.

Philaster. lib. de Hæresib. Aug. de hæresib. c.59. tomo 6. Ioan 3.

II. ratio.

Vera Scripturarum intelligẽtia vnde sumenda sit.

Matt.11.

multa habere inueniuntur, & veteres Patres, vt ex Latinis Hilarius, & Hieronymus, & ex Græcis Chrysostom. & Cyril. lib. 2. De recta fide ad Reginas, & lib. 10. & vlt. contra Iulianum; idem lib. De recta fide ad Theodosium atque Syrum Euangelium hanc lectionem nostram agnouerũt, non est omittendum: & fortè in quibusdam codicibus omissum fuit illud verbũ, *Igni,* quia non satis intelligebatur quid esset immergi igni. Videlicet quanto spiritus purior est corpore, & ignis aqua efficacior, atque præstantior; tanto eius baptismus meo est efficacior, & nobilior. Ipse vos spiritu transformabit, & igni rapiet ad cœlestia. Spiritus ergo sanctus peccata delet, & vt ignis animas purificat, ac perficit. Est autem ille ignis charitatis, quo hominum corda incenduntur, quem Christus venit mittere in terram. Accenditur porrò his tribulationibus, & ærumnis, quasi fomentis quibusdam: nam & Spiritus sanctus in specie ignis descendit. Per tribulationes autem baptizatur homo ad perfectionem: quo de baptismi genere dixit Dominus: *Baptismo habeo baptizari:* rursus; *Potestis baptismo quo ego baptizor, baptizari?* Item apud Marcum: *Omnis enim igne salietur:* Et, *Omnis victima sale salietur.* Ignis enim consummãs, & perficiens, non inchoans est. Est ergo baptismus ignis, baptismus Spiritus sancti, per gratiæ, & charitatis infusionem. Est & baptismus ignis per absolutam purgationem, velut per fornacem tentationum; quibus fides nostra redditur auro rutilantior ipso. Nec defuere, qui igni voluerunt baptizari, signaculo Crucis per ignitum ferrum fronti impresso: ad literam nimis, sed falsò Christi verba intelligentes, ex hoc loco materiam Sacramenti ignem esse, nõ aquam, dogmatizantes. Tales fuere Seleucus & Hermias Galatæ secundum Philastrum, Augustinumque, de hæresibus. Hoc tamen falsum reuincitur: siquidem Christus aqua in Iordane est baptizatus, ac præcepit inquiens: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto,* & sequentia. Apostoli quoque sæpè leguntur baptizasse in aqua, Actor. 2. 10. 19. & 8. vbi dicitur: *Dum irent per viam, peruenerunt ad quandam aquam. Et ait Eunuchus, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?* &cæt. Præterea isti manifestè hallucinantur: quia in Sacramentis, & cultu Dei vera intelligentia Scripturarum petenda est ab Ecclesiæ ritu, & consuetudine: in Ecclesia autem vsus ignis in baptismo nullus. Ideò perperam faciebant, iugumque Christi suaue, durius reddebant lege veteri. Etenim incisio minus quã cauterium lædit. Hac eadem ratione B. Augustinus impugnauit Cypriani hæresim de rebaptizandis ab hæreticis baptizatis, pro qua producebat plurimos Scripturæ locos; atque illam sententiam tribus Concilijs confirmatam Carthaginensibus, Stephanus Papa reprobauit, sola consuetudine Ecclesiæ Romanæ tanquam fortissimo, atque insolubili argumento nixus. Quamobrem quantopere insaniant nostra tempestate Anabaptistæ, facilè iudicare potes. Si enim consuetudo vix trecentorum annorum valuit obtinere contra tot Conciliorum sententias, & autoritates, quas ex Scripturis producebant; quanto magis Ecclesiæ vniuersæ supra millequingentos, & eo plures annos, apud eos, qui fide, & prudentia valent, has nugas atque deliramenta debet reuincere consuetudo? Ergo quod dicitur: *In Spiritu sancto, & igni:* intellige, vel in Spiritu sancto in forma ignis conspecto; quare Actor. 1. dixit Dominus: *Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.* Itaque hoc loco vel de vno tantùm baptismo Christi est sermo, qui in Spiritu sancto sit, delente peccata, igneméque charitatis infundente, vel de duobus baptismis, altero diuinitus collato in Sacramento aquæ, atque Spiritus sancti, altero verò in Sacramento ignis, siue Confirmationis. Vel sanè ignis, est tribulatio ipsa, quam minimè valet inferre, nisi qui vires conferre potest ad vincendum. Cyrillus sanè libro De recta fide sic interpretatur Domini verba: *Quapropter locum illum admittentes, vt citatur, dicimus Christum baptizaturum in Spiritu sancto, & igni: Vel quia Spiritus sanctus ignis est: vel quia hic baptizamur in Spiritu & aqua, in futuro autem baptizamur igni, iuxta illud Apostoli: Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.* Sic ille; dupliciter locum exponens, quemadmodum facit Hieronymus, & Christianus Druthmarus. Et explicatio illa de baptismo ignis pro tempore futuro, germana videtur, & literalis, quia sequitur in textu: *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, paleas autem comburet igni inextinguibili.*

Sunt qui verba hæc: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni,* ad illa Esaiæ referant: *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris,* id est, in Spiritu sancto, qui per flatum à Domino datus est Apostolis Ioan. 20. & in specie ignis Actor. 2. Sed non videtur verum. In primis namque in horum nullo baptismo remissa sunt peccata, verùm in flatu data

est pote-

Idem lib. contra Donatistas, & alijs in locis plerisque tom. 7.

Impij eius quinam dogmatis assertores existãt.

Quomodo accipiendũ: Baptizauit vos in Spiritu sancto, & igni. *Act.1.* Duplex baptismus.

Alter sensus eius dicti.

Cyril. superio. lib. De recta fide.

1. Cor 3.

Hieronym. in Matth. to. 9. Christianus Druthmarus

Prædictum locum: Ipse vos baptizabit, &c. de Spiritu sancto in flatu, & in linguis Apostolis dato, incõgrue accipi. *Esa.4. Ioan.20. Act 2.* 1. argum.

est potestas Apostolis remittendi peccata, quæ cum peccato potest consistere; in igne verò datum est augmentum gratiæ. Deinde illa non fuerunt communia omnibus, sed quibusdam peculiaria tantùm. Ad hæc, Euangelista inquit, quòd postquam veniet, id est, apparebit, incipiendo se ostendere verbis, & factis Filium Dei, tunc baptizabit, hoc est, facile lauabit. Sed hæc quę dicta sunt, post resurrectionem Christi gesta sunt: ergo de Sacramento Baptismatis illud est intelligendum, quod Spiritum sanctum confert: qui, vt aqua, priùs lauat externas immunditias, hoc est, peccata manifesta; deinde, vt ignis, internas eximit maculas; quatenus perturbationes animi ad malum solicitantes vel restinguit, ac mitigat, vel spiritui subijcit, puluerem verò peccatorum leuium tollit vt aqua, & paleas vanitatis, vt ignis comburit, hominemque firmat, ac roborat. Qua ratione ignis quod accipit, non relinquit, nisi purum: ideò metalla eum sustinent, maximè aurum, cuius pondus igne non minuitur: in quo aptè Spiritus Sancti proprietates repræsentantur, atque delineantur.

II. argum.

III. argum.

Spiritus sanctus quid efficiat in Baptismo.

Ignis proprietates quid denotent.

Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam. Ostendit prætereà Ioannes quanto Christus interuallo sibi præstet; siquidem ipse nullam habet infideles & improbos puniendi potestatem, sed Pater omne iudicium dedit Filio, vt non solùm afficiat præmio bonos, verum etiam pœna afficiat malos: atque hic est, qui securim potest admouere ad radicem arboris. Docet insuper, ad salutem non sufficere, vt putant multi, Sacramentorum Ecclesiæ susceptionem. Nec enim magnum est aqua ablui, vel remissionem peccatorum accipere, si in pristinum relabaris cœnum peccati. Nec enim tibi remissa sunt ideò peccata, nouis te vti dedas peccatis, & flagitijs, sed vt posthac innocenter viuas, voluptates seculi huius asperneris, tentamenta Satanæ cum prouentu sustineas, atque te ipsum illi dedas nunquam. Audis illic ventilabrum esse in manu Christi, scilicet iudicij discussionem, qua veluti vētilabro quodam discernentur ac seperabuntur mali à bonis, vt ab ouibus hœdi, à frumento zizania, à tritico palea? Habet enim potestatem tum causas harum rerum cognoscendi, tùm etiam super causis cognitis ferēdi sententiam, & quidem irreuocabilem: quæ cùm suapte natura ad Deum spectet, ex commissione tamen competit Christo homini.

Christus, & non Ioānes, quā habeat potestatem in malos. *Ioan. 1.*

Quid prætet Sacramentorum susceptionem ad salutem requiratur.

Ventilabrū in manu Christi, mysticè quid. *Matt. 25. Supra 13.*

Iudiciaria potestas aliter Deo, aliter Christo conuenit.

Simul aduerte, Ecclesiam comparari areæ, in qua vtrumque est simul, granum, & palea, quæ inter se ita admixta videntur, vt Ecclesia ex bonis, ac malis constet vsque ad diem iudicij, in quo, accepto ventilabro, ab se inuicem discernentur, si loquamur in vniuersum, licèt interdun varijs vexationibus; oppugnationibusque Iudæorum, Gentilium, Hæreticorum, cacodæmonum, atque carnalium hominum, qui spiritales persequuntur, nonnulli modò fiat discretio: adeò vt qui in agro vno granum videbatur, in alio inueniatur palea; igni proinde, atque bestijs, id est, dæmonibus tradenda. In aream Ecclesiæ igitur ex agro mundi introducuntur homines, vt messis tritici (nam zizania, infideles scilicet, & hæretici, foris manent) & permundatio generalis in iudicio fiet, particularis autem in morte cuiusque: ita vt boni colligantur in cœleste horreum, mali verò detrudantur in ignem gehennæ. Paleæ quidem nonnihil prosunt tritico, eleuant enim à terra, seruant à formicisne edatur, maturare citiùs faciunt, verùn tandem pereunt: sic improbi probis Dei beneficio prosunt, vt ait Basilius, sed nullo improborum emolumento, nisi ipsi fiant boni. Ac pulchrè in paleis repræsentantur reprobi: nam vt paleæ debiles sunt, & leues, nimirum quæ quouis vel leuissimo vento agitantur, & pabulum sunt bestiarum, atque ad ignem vt comburantur, aptæ & accommodæ: eodem modo reprobi imbecilles sunt, cùm Spiritu sancto careant; ideoque ad cuiusuis vel minimæ tentationis incursum leuiter prosternuntur, cibusque sunt dæmonum, atque adeò ignis æterni fomentum. Pallidæ sunt etiam per inuidiam, aridæ per auaritiam, per iccidiam infructuosæ, viles per carnis lasciuiam. Electi verò è contrario aptè tritico comparantur: vnde & Christus caput electorum, se grano frumenti similem fecit. Habet enim pondus, vim, & firmitatem, qua resistat aduersis; habet & paruitatem: & vbique seminatum germinat in spicam: & ex eo denique panis conficitur in hominis alimentum. Difficile autem nonerit has proprietates iustis & bonis accommodare. Vt autem facilè tritura grana, si plena sunt, à paleis secernuntur: ita planè iusti leui negotio ab illecebris, & cupiditatbus carnis, atque à corpore mortis huius separantur: qui verò minore iustitia præditi sunt, cum labore, & difficultate à terrenis commodis, atque adeò à præsenti vita auelluntur.

Electorum cum reprobis in Ecclesia permistio

Christus iudex quando permundabit aream suam.

Basil. in reg. breuiorib. interrogat. 257. tom. 2. In paleis quā apte reprobi designentur.

Ioan. 12. Iusti & electi cur tritico comparētur.

Rom. 7.

Ignem porrò vocat inextinguibilem, non solùm quo errorem Origenis tollat, terminum pœnis inferni ponentis, sicut

Gehenna, Ignis cur dicatur inextinguibilis. *Orig. li. 1. Periarch. ca 6. tom. 1.*

aliàs dicitur: *Dabit ignem, & vermes in carnes eorū, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum.* Et rursus, *Vermis eorum*, inquit Dominus, *non moritur, & ignis non extinguitur*; item: *Et ibunt hi in supplicium æternum*, & reliqua. Sed ad differentiam etiam ignis purgantis, qui temporalis est, vt annotauit B. Remigius: semperque immortales paleæ ignem æternum fouebunt. Deus autem, atque Angeli omnes, & sancti beatitudine illa immensa quasi frumento electo pascuntur: imò boni viatores de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum, edunt; & vniuersi pascendi sumus ex vno grano Christo: qui cùm sine vlla palea esset, tamen in vita, & morte trituratus est, seminatusque in horto sepulturæ, vt nos nascamur non palea, sed granum.

Iudith 16. Mar. 9. & Esa. vlt. Matt. 25. B Remig. Pabulū Dei, & iustorum in cœlo quod *Matt 13.*

Ioan 12.

Vocat autem aream suam, Ecclesiam suo sanguine redemptam, & acquisitam: vt Actorum 20. docuit Paulus. Quòd si in area nos versamur, mirari nequaquam debemus si terimur, si Soli, & pluuiæ, ac vento, vt purgemur, exponimur. Porrò Deus olim in Lege citiùs puniebat peccantes necdum facta reconciliatione, quam modò, vt patet Deuteronom. 3. Exod. 20. *Visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem.* Atque in ipso legis initio Iudæos vt rudiores faciliùs castigabat, quàm in fine: at nunc rariùs: ac fortè nec sumeret pœnas de iniquis, nisi ab insipientibus negaretur eius prouidentia, qua sublata, homines in omne genus flagitij, ac turpitudinis prolaberentur. Ficui autem maledixit benignus Dominus, nolens lædere quæ sensu prædita sunt, aut ratione: alioqui in vindictam, non ad significationem facere putaretur. Necdum impletæ fuerant iniquitates Iudæorum vsque ad Christum passum, & prædicatum per Apostolos in vniuersō terrarum orbe Euangelium. Adde etiam, si ficus folia non haberet, non ita aptè significaretur Synagoga vmbras tantùm, ac cerēmonias seruans: quòd si fructum tulisset, nequaquam Christus caussam habuisset inferendi maledicti. Discemus ex hoc loco, dum inter homines sumus, necesse esse, vt vitam boni permisti malis simul peragant: vt egregiè Gregorius docet. Boni enim soli nusquam sunt nisi in cœlo: & mali nusquam sunt nisi in inferno. Si ergo boni estis, quamdiu in hac vita subsistitis, æquanimiter malos tolerare debetis: nam qui malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Sic in tritura areæ grana sub paleis premuntur; sic flores inter spinas oriuntur, & rosa quæ redolet, crescit cum spina, quæ pungit. Duos quippe filios habuit primus homo, totidem habuit Abraham, totidem Isaac: sed vnus illorum electus fuit, alter reprobus. Insania mera est autem nostri seculi hæreticorum, qui propter abusus, aut quorundam sacrorum ministrorum impuram vitam ab Ecclesia defecerunt, ad hæresim que declinarunt, & altare contra altare, vt dici solet, erexerunt. Equidem Noe propter improbitatem filiorum Cham non deseruit arcam: neque Petrus ob Iudæ inconstantiam atque peruersitatem, apostolatum abiecit: neque etiam Stephanus Diaconatus ministerium propter hæresim Nicolai Antiocheni est aspernatus. Non negamus multa esse peccata, & vitia in populo Dei, & in ministris & pastoribus, qui eius curam gerunt: neque tamen propterea erant condendæ hæreses, aut Ecclesia Christi abneganda, atque derelictui habenda. Si in cœtu Christiano, atque Dei Ecclesia crimina aut delicta nulla futura erant, quorsum Christus potestatem contulit remittendi peccata? Quid opus erat præcepto peccantem fratrem corripiendi, atque ad Ecclesiam obstinatum eum deferendi? Quorsum facultas excommunicādi collata; quæ plerunque vsi Apostoli sunt in contumaces, ac rebelles, etiamsi alias fidem integram profiterentur? Quòd si Ecclesia mēbris solis viuis, & charitate præditis constat; vbi gentium, quæso, inuenietur Ecclesia ista? Nos quidem ingenuè confitemur, Ecclesiam quæ in cœlo colligenda est, gloriosam futuram, & sine macula, atque ruga: interim tamen dum Christus ventilabrum in manu sua non accipit, mēbra viua cum aridis confusa sunt, & cum tritico paleæ. Neque tamen idcircò Ecclesia deseritur, in qua sola inuenitur salutaris pœnitentia, atque efficax ad crimina expianda. Extra Ecclesiam verò nonnisi impurissima flagitia, & scelera ferè conspicere licet, nullam doctrinam catholicam, aut Sacramenta sanctitatem efficientia, aut opera verè bona, martyrium verò multo minùs inuenies.

Ecclesiam Christi Ioannes cur vocet aream suam. *Act. 20.*

Deut. 13. Exod. 20. Iudæos legis initio Deus cur citius puniret, quàm post, ac serius in Euangelio Christianos.

Matth. 21.

Ficui cur maledixerit Dominus: ficus illa quid mystice. *Psal. 18. Rom. 10.*

Heb. 10.

Cur mali à bonis dum viuunt, necessariò toleranti sint. *Gregor. hom. 38. in Euang. tom. 2.*

Gen. 4.

Sequitur in textu: *Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.* Quæ Lucas hactenus descripsit, summa tantùm, & scopus Ioannis prædicationis erant: quæ in hoc duntaxat instituta sunt, quo populum vniuersum ad pœnitentiam, vitæque innouationem prouocaret. Ne quis autem existimare posset, Ioannem nihil prætercà, quàm quod supra auditum est, dixisse;

Infra 16. Infra 21. & Gal. 4. Gen. 21. Malach. 1. Rom. 9. Hæretici ob Ecclesiæ abusus, & malorum vitam ab Ecclesia deficientes, à quibus degenerauerint.

Gen. 9. Ioan. 6. Nisi in Ecclesia mali quoque futuri erant, quibus Christi præceptis, & Apostolorum opus minime fuerat. *Ioan. 20. Matth. 18. Ibid.*

Ecclesiā Dei constare bonis, & malis. *Ephes. 5.*

In Ecclesia est, quantum bonum sit, extra Ecclesiam verò, quantum malum.

Finis exhortationis Ioannis ad populum habitæ qualis fuerit.

subdit Euangelista, & alia multa in mediũ attulisse, dum exhortaretur populum ad pœnitentiam, & Christum euangelizaret. Origenes super Lucã in hæc verba sic scribit: *Monstrauit baptismum Spiritus sancti, prædicauit publicanis salutem, docuit milites disciplinam, aream purgari, succidi arbores, & cætera, quæ Euangelij narrat historia: exceptis ergò his quæ scripta sunt, etiam illa, quæ scripta non sunt, annuntiasse monstratur in eo quod dicitur: Multa quidem & alia exhortans annuntiabat populo. Et quomodò in Euangelio secundum Ioannem de Christo refertur, quia multa & alia locutus est, quæ non sunt scripta in libro isto, & cætera: sic & in præsenti loco intellige, quòd forsitan Lucas, quoniam maiora quædam à Ioanne annuntiabantur, quàm vt deberent litteris credi, noluerit ea nominatim dicere, sed tantùm significauerit quod dicta sint: & idcircò dixisse: Multa quidem & alia exhortans annuntiabat populo.* Hæc Origenes, ex quibus certè liquet, Ioannem plura etiam, vti diximus, quæ scripta non sunt, prædicasse populo. Idem mos postea seruatus in Ecclesia fuit: permulta enim, & obseruatione digna, & fecisse, & dixisse Apostolos credendum est, dum orbẽ terrarum vniuersum peragrarunt, vt homines ad Christi fidem traducerent, quæ tamen scriptis canonicis non sunt commendata, successione tamen quadam fidelium continuata, & quasi per manus tradita, ad nos vsque peruenére.

Origen. hom. 27. in Lucam initio tom. 2. ante med.

Quæ nam eius prædicationis summa & compendium.

Herodes autem Tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem. Lucas solus ante Christi baptisma susceptum à Ioanne, præmittit, Herodem à Ioanne reprehensum, reclusisse illum in carcerẽ: Matthæus verò & Marcus illud multo post referunt contigisse. Verùm id certum est à Luca commemoratum per anticipationem: quod ex eo vel maximè constat, quoniam Ioannes in carcerem necdum erat coniectus, priusquam Christum baptizaret: nec enim in carcere baptizabat. Sed hac ratione mentionem illius historiæ fecit Lucas, vt ostenderet, quàm seuerus extiterit concionator Ioannes, qui nec Pharisæis, neque Sadducæis pepercerit, item nec publicanis, nec militibus, nec etiam Regibus blanditus fuerit. Quia verò hæc historia Ioannis, atque eius obitus fusius suo loco atque diligentiùs pertractandus erit, non putaui operępretium, in præsenti multa verba profundere. Sensus itaque horum verborum, vt exponit Theophylactus, hic est: Turba quidem talia de Ioanne sentiebat, Herodes autem obseruabat eum, & audito eo multa faciebat: vt ait Marcus; cùm tamen ab eo reprehenderetur, ad cætera omnia facinora sua adiecit & hoc, quod inclusit illum in carcerem. Sed verbum Dei non erat alligatum: nam & in vinculis concionabatur, & discipulos ad Christum mittebat. Sed eò tandem progressa est Herodis insania, vt amputatum innocentissimi viri caput, obscœnæ saltationis præmium impudenti atque prostitutæ puellæ donaret: atque hęc est merces & corona, qua donantur veritatis præcones à perfido mundo & ingrato: & hic est genius impiorum Principum, vt adulatoribus patrocinio, viris autem integerrimis sint timori, ac terrori: piorum verò Christi concionatorum proprium est nõ timere Sardanapalos aut Nerones illos, sed libenter atque constanter pro nomine Domini Iesu durissima quæque subire ac perpeti: qualem animum vtinam concedat nobis Deus Opt. Maximus, propter Filium suum Iesum Christũ, cui cum Patre & Spiritu sancto est omnis honor & gloria in secula seculorũ, Amen.

Quorsum illud de Ioanne dictũ sit, Multa quidẽ & alia exhortans Euangelizabat populo, secundum Origenem.

Locus pro traditionib. Ecclesiæ.

Ioannis missio in carcerẽ ab Herode ante, ante, vt B. Lucas, an post Christi baptismum acciderit, vt reliqui narrant Euangelistæ.

Theophyl. in Lucam.

Ioannes Baptista quàm intrepidus verbi Dei ministet, & præco.

2. Tim. 2.

Matt. 11.

Mundi huius in Doctores & magistros veritatis perfidia, ingratusque animus.

TRACTATVS VII.

In illa verba Matth. cap. 3. *Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens; Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus dixit ei: Sine modò. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam, &c.*

ANtequam Dominus prædicandi negotium aggrediatur, quod erat intra breue tempus absoluturus, vt omnes numeros modestiæ, atque iustitiæ expleret, non est dedignatus cum cæteris ad baptismum venire, non iam mundari, verùm, vt Ambrosius ait, mundare volens aquas, vt nobis æternæ salutis lauacrum suo baptismate consecraret. Et quidem deiecit ipse sese, verùtamen Ioannis Baptistæ voce, ac Patris cœlestis testimonio clarissimè commendatus est palam omnibus, vt de facie quoque cognoscerent eum, de quo vaticinati fuerant Prophetæ, ac de quo testificatus fuerat Ioannes ipse Baptista. Iam singula expendamus. *Tunc*, inquit, nempè quando ex parte sua triginta erat annorum Iesus, ac tredecim dierum. Tunc etiam, cùm veniebat ad prædicandum: atque in tali ætate Ioseph cœpit gubernare Aegyptum, Dauid autem regnare, prophetare verò Ezechiel. Sed quoniam tempore mutantur, periodus-

Singulare Christi modestiæ documentum.

B. Ambros. li. 2. in Lucam, tom. 3.

Quotennis Christus à Ioanne fuerit baptizatus.

Luc. 3.

2. Reg. 3. Ezech. 1.

periodusque humanæ vitæ abbreuiata est atque diminuta, nunc ætas vigintiquinque annorum, in qua existẽtes admittuntur ad Sacerdotium, plus est, quàm tunc triginta. Et vt olim in Veteri Instrumento annorũ triginta necessaria Sacerdotibus erat ætas ad ministerium tabernaculi, ita & modò ad Episcopatum requiruntur anni triginta exacti atque completi, vt olim iam in Concilio Lateranensi fuit declaratum, quemadmodum in cap. cum in cunctis, extra. de electione habetur, atque hoc ad imitationem & exemplum Christi exprimitur factum: sicut habet Concilium Neocęsariense canone 11. & habetur cap. si quis. 18. distinctione. Ex parte Ioannis autem, quando iam diligenter prædicando, & poterat ei dare testimonium: nec expectauit Sol iustitiæ nostер occasum Luciferi, sed illum splendentem sua postea claritate offuscauit. Et quòd Christus esset annorum triginta, & paucorum dierum amplius, testatur Lucas, qui ait: *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta:* vt putabatur filius Ioseph: nam eodem die putatur visitatus à Magis, quo triginta post annos à Ioanne baptizatus est: nam vno eodemque die vtrumque festum celebrat Ecclesia. Et hoc quidem probari potest.

Sacerdotum veteris legis, & Episcoporum nouæ legis requisita ætas.

Concil. Neocæsar.

Tricenariũ Christum ad baptismum venisse ostenditur.

Matth. 2.

I ratio, à tempore ortus Christi.

Primum, quia Christus natus est quadragesimo secundo anno Augusti, vt omnes Chronographi vno consensu tradunt. Cępit autem Augustus continuare imperium à mense Martio, quando Iulius Cæsar defunctus est: at Christus natus est in fine Decembris, quare supererant adhuc tres menses de anno illo. Porrò imperauit Augustus quinquaginta & octo annos, vt scribit Cornelius Tacitus. Quò fit, vt in excessu Augusti Christus inueniretur ætatis circiter sexdecim annorum, quibus si accedant ferè quindecim imperij Tiberij Cæsaris, quo tempore factum est verbum Domini super Ioannem, cœpitque baptizare, & non post multos menses Christum baptizauit, planè perficitur ætas triginta annorum. Quòd si dicas, Tertullianũ scribere, Christum natum anno Augusti quadragesimo primo; adiuuaret profectò dictum nostrũ. Sed tunc non oporteret ponere, Augustum imperasse quinquaginta & octo annos, sed, vt aiunt Iosephus & Suetonius, quinquaginta septem. mẽses sex, duos dies. Quanquàm non concordent hi tres historici in tempore imperij Augusti: cuius rei caussa Cornelius incipit computare ab excessu Iulij Cæsaris; alij verò à primo, vel secundo consulatu, quando venit Romam.

Quandiu imperauerit Augustus.

Cornel. Tacitus.

Luc. 3.

Tertul. lib. aduersus Iudæos.

Quoto Augusti Imperatoris anno Christus natus sit iuxta Tertullianũ.

Ioseph. lib. 18. Antiq. c. 13.

Deinde idem probatur ex enumeratione Olympiadum, quæ quarto quoque innouabantur anno, sumebantque initium ab æquinoctio Autumnali: nam Dominus, vt solenni more canitur in Martyrologio ex Eusebio, natus est Olympiade centesima nonagesima quarta, anno tertio, mortuus autem Olympiade ducentesima secunda, anno quarto, vt Eusebius tradit in Chronico: quo etiam anno magnam & prodigiosam Eclipsin contigisse, autor est Phlegon Olympiadum calculator: quarũ Olympiadum anni si computentur, efficiunt triginta quatuor, non quidem integros, sed triginta tres plenos cum trib. mensibus annos, & baptismum in trigesimum annum incidisse vitæ eius.

II. ratio, ab Olympiadis.

Euseb. in Chronico, to. 2.

Christus quã do mortuus sit.

Idem. Phlegon.

Eandem sententiam insuper tradere videntur Doctores: quorum verba licèt protulerimus in libro 1. in 38. prolegomeno, hic tamen, quòd locus ipse id postulet, breuiter referemus. Nam Epiphanius in hæresin 51. Alogianorum scribit, Christum 10. mense trigesimi anni venisse ad Iordanem, vt baptizaretur à Ioanne: atque ita per duos menses aberat à complemento triginta annorum. Sed multa inuoluit Epiphanius in illo loco non satis certa, neque explorata. Irenæus lib. aduersus hæreses intellexit, à trigesimo anno non multum abfuisse: hæc sunt eius verba: *Ad baptismum venit nondum qui triginta annos supplesset, sed qui inciperet esse tanquam triginta annorum.* Hæc ille. Minus autem distat à trigesimo anno, qui dicit excessisse per tredecim dies, quàm qui asserit ex trigesimo anno non habere nisi tantum tredecim dies. Chrysostomus in Matthæum, sic habet: *Et cuius, mquies, rei gratia post triginta annos Iesus venit ad baptisma istud, cum legem erat veterem soluturus? Propterea vsque in hanc ætatem, quæ omnia potest capere peccata, in legis obseruatione permansit; ne quis diceret, ideò eum soluisse legẽ, quia eam non valuisset implere.* In opere verò imperfecto (si is est autor libri huius) ait, Christum tres annos, & sex menses docuisse. Hieronymus in sermone de Epiphania: *Græci Ἐπιφάνια vocant. Hoc autem ideò, quia Dominus noster hodie & Saluator apparuit in tenebris: licèt enim olim natus esset ex Maria, & triginta iam annorum explesset ætatem: tamen ignorabatur à mundo,* & quæ sequuntur. Augustinus lib. de Trinitate: *Absurdissimum autem est*, ait, *cùm iam triginta annorum esset, accepisse Spiritum sanctum.* Gregorius Nazianzenus, Origenes, Cyrillus asserunt illum in baptismo fuisse tricennalem: non est autem tricennalis (vt sic dicam) qui solis tredecim diebus ingressus est tri-

III. ratio, ab autoritate.

Epiphan.

Irenæ. lib. 2. c. 39. in fine.

Chrysost. homil. 10. in Matt. initio. tom. 2.

Cur tricenarius venerit Christus ad baptismum, teste Chrysostomo.

Idem hom. 49 Hieron. tom. 4. à medio.

August. li. 15. de Trinit. c. 26. tom. 3. Greg. Nazianz. in orat. de baptism. Orig. Cyril. Alexã. Euseb. tom. 2.

Beda lib. de temp. c. 43. to. 2. B. Thom. Alb. Magn.

est trigesimum annum. Eusebius in Chronico tricesimo primo anno Christi currente constituit Christi baptismum, quia trigesimum impleuerat, & tricesimum primum inchoauerat per tredecim dies: & apertissimè Beda libro De temporib. & B. Thomas super caput 2. Ioannis, ibidemque Albertus Magnus, ac super cap. Luc. 3. tenent expresse secundùm mentem Ecclesiæ Christum baptizatum reuolutis triginta annis ab ea die, qua à Magis est adoratus. Nec obstat dictum: *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta*: ex quo Lyranus, & Caietanus, atque alij existimant Christum tantùm per tredecim dies incho asse trigesimum annum. Namque in primis in pluribus Græcis codicibus deest particula ὡσεὶ, quæ significat *Quasi*, vt annotauit Erasmus; & esset sensus: & erat Iesus triginta annorum incipiens esse, vt significet Iesum accessisse ad completionem anni trigesimi. Lyranus quoque non meminit particulæ *Quasi*. Illud verò ἀρχόμενος ὢν pro ἀρχόμενος εἶναι, id est, incipiens esse, siue, vt notauit Euthymius quosdam codices habere, ἐρχόμενος ὤν, hoc est, incedens, vel ambulans, veniens sese demonstrando ad populum manifesta conuersatione, per signa videlicet, & doctrinam. Quia offensus est noua hac locutione, incipiens esse quasi triginta annorum, cùm alterum videatur superfluere, vel scilicet incipiens, vel quasi. Certè Euangelium Syriacum non habet verbum Incipiens: ita enim habet: *Et Iesus erat quasi filius annorum triginta*. Origenes verò homilia 28. in Lucam post verbum Incipiens, ponit punctum seu comma, & separatim legit, quasi annorum triginta, vt videri possit Lucas verbum, *Incipiens*, non retulisse ad annos, sed ad prædicationis, & ostensionis suæ exordium, vt hoc respondeat illis, quæ Actorum 1. & 10. dicuntur, Iesum cœpisse prædicandi munus suum à baptismo Ioannis, in quo tamen erat circiter triginta annorum. Quomodocunque legatur, sensus est, quòd non præcisè & absolutè haberet triginta, sed aliquid minus, vel amplius, hoc est, dies tredecim: & magis quadrat quòd excederet per tredecim, annum trigesimum, quàm quod ex trigesimo tantùm tredecim dies complesset. Cùm enim quis cœpit scribere, potest dicere: Ego sum quasi incipiens scribere, id est, incepi scribere paullò antè. Quod autem significatur per triginta annos, nempe perfectio fidei sanctæ Trinitatis, hoc idem per tredecim dies significatur, scilicet impletio legis Decalogi in fide sanctæ Trinitatis: quæ mysteria pereunt, si ponatur Christus fuisse in baptismo viginti nouem annorum, cùm viginti nouem anni cum tredecim diebus nequaquam debeant haberi pro triginta, præsertim in Christo, in quo omnia perfecta concurrere oportebat. Porrò hic numerus trigesimus mysterio non caret. Nã vt docet B. Gregorius, nullus debet esse prædicator, vel Episcopus minor triginta annis; nisi euidentissima sanctitas, aut prudentia superaret ætatem, sicut accidit in Ioanne Euangelista, in Tito, & Timotheo. Christus autem, atque Ioannes Baptista, qui triginta annis expletis accesserunt ad prædicationis officium, exemplum sunt præpositorum Ecclesiæ, atque prædicatorum: idque vt ostendatur perfectio nouæ legis, cùm olim infantes octo dierum circunciderentur, ad significandum, infantiæ mundi datam fuisse circumcisionem, vt eius maturitati, ac perfectioni baptismum. Quoniam tamen in hoc sæpe peccatur, & grauiter, & Episcopatus, gradusque Ecclesiastici pueris tribuuntur interdum, rectè Magnus Albertus hunc locum interpretans, hæc verba adijcit; *Paucissimis & non sine aperto indicio diuinæ reuelationis datum est, ante triginta annos prophetare, & prædicare, sicut Ieremiæ cap. 1. & Danieli cap. 13. ex quo rationem accipiunt dispensandi nostri Pontifices & Cardinales cum suis nepotibus pueris, quos in dignitatibus, & Prophetarum officijs constituunt. Sed ostendant quòd sint sanctificati in vtero, vt Ieremias: vel quòd eisdem contulerit honorem senectutis, vt Danieli: alioqui pro certo habituntur potestate*. Hæc ille. Stultum autem est, quòd quidam à dæmone delusi, Christum vt imitarentur, in trigesimum annum ætatis suæ baptismum distulerunt: nam manifesto periculo se exponunt salutis; neque Christus in huiusce modi, quæ parui sunt momenti, rebus imitari voluit: videnturque isti suo exemplo baptismum condemnare paruulorum. Sed de his hactenus.

Matt. 2. Luc. 3. Id, & ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.

Erasmus.

Lyran in Luc. c. 3.

Euthym. c. 6. in Lucam.

Orig. tom. 2.

Act. 1. Infra 10.

Tricenarius numerus quid denotet.

B. Greg. hom. 1. in Ezech. tom. 2.

Quid Ioannis præcursoris, ac Christi Domini, tricesimo duntaxat ætatis suæ anno prædicantium, exemplo doceamur. *Gen. 17. & Leuit. 12. & Luc. 1.*

Pueri iuniores ue, qui Pontificia dispensatione ad Ecclesiastica munera assumuntur, quales esse debeant illi. *B. Alb. Mag. in postilla in Lucam. Ierem. 1. Dan. 13.*

In eos, qui exẽplo Christi ad tricesimum vsque annum differunt baptizari.

Venit Iesus: Id est, apparuit ad manifestè operandum salutem. Et gaudere debemus equidem de indicio thesauri absconditi, qui per baptismum detectus est, & à Ioanne ostensus. *A Galilæa*: A qua summum bonum profectum est, contra mundi sapientiam, & vt cap. 1. explicat Marcus, *à Nazareth venit*, hoc est, à flore ad fructum: quæ enim hactenus puer Iesus egit, quendam quasi florem ostendebant; at fortiora, fructuosioraque hic incipiunt. *In Iordanem*, qui locus mirificè quadrat, tùm respectu Christi, tùm nostri: Christi quidem, nam vt Iosue in Iordane fuit, vt habetur Iosue

Matt. 13. Christum venisse à Nazareth in Iordanem, quid mysticè. *Ioan. 1.*

Cur Christus in Iordane voluerit baptizari. *Iosu. 4.*

4. & 5. & Sacerdotes, ita hic Iesus, & Ioannes: Ioannes quidem vetus, & vltimus Sacerdos: Christus primus, & nouus. In alueo Iordanis 12. lapides positi erant, & figurabant Prophetas omnes vsque ad Christum: rursus alij 12. vltra Iordanem, qui figurabant Apostolos post baptismum Christi in cruce, & apertionem cœli, ante hac clausi, qui quidem Prophetæ Christum venturum prænuntiarunt, Apostoli verò iam venisse prædicarunt. Deinde respectu etiam nostri, quia è baptismo terram promissam cum Iudæis ingredimur, & cum Helia paradisum, & cum eo Christus desertum, amore nostri factum sibi paradisum, introiuit. *Ad Ioannem*, qui venturum eum prænuntiarat: atque illud Ierem. 17. poterat dicere Ioannes: *Vbi est verbum Domini? Veniat. Et ego non sum turbatus.* Ideò tunc, quando prædixerat, venit. Et admiranda humilitas; Dominus venit ad seruum, Christusque venire dignatur ad pœnitentes, eosque, qui lugent, vt consoletur eos: nos autem docet de superbia transmigrare ad Iordanem, id est, humilitatem, si volumus gratiam suam, vel de inconstantia mutabilitateque significata in voce, Galilæa, ad humilitatem, vt simus cum Ioanne stabiles atque constantes.

Quid 12. lapides citra, ac totidem alij vltra Iordanem præfigurauerint.

Ad quos Christus venire dignetur. *Ierem. 1. Infra 17.*

Ad Iordanẽ exemplo Christi venitamus quãdo.

Vt baptizaretur ab eo. Multę rationes produci possunt, cur Christus baptismum susceperit. Prima est, quòd vt Aaron ante consecrationem lotus fuit, Exod. 29. & Leuit. 8. in eum modum Christus tunc baptizatus, quatenus ab eo tempore cœpit seipsum offerre Patri. Valdeque notandus est hic actus, à quo vsque ad baptismum crucis vocatus à Deo fuit tanquam Aaron, id est, quemadmodum per eum fuerat præfiguratum. Deinde, vt quasi facto suo cogeret vulneratos ad alligaturam baptismi; si ipse, qui sanus esset, eam non erubuit. Simile est de circumcisione iudicandum: quia tametsi non fuerit peccator, fuit tamen, teste Apostolo, in similitudinem carnis peccati. Ad hæc, vt sicut olim circumcisionis symbolum susciperentes, quasi tesseram populi Dei, ad quem promissiones Dei factæ spectabant; ita per nouum signum Baptismi ostenderet se ad populum Dei coniungi, ad quę noui fœderis promissiones pertinent. Hinc Ioseph. libr. 18. Antiquit. cap. 10. ait, Ioannem præcepisse populo, vt per baptisma in vnum coirent. Item, vt tantæ humilitatis actu, quo pro se minimè egebat, aquas sanctificaret, hoc est, promereretur, vt Deus assisteret sanctificandis omnibus aqua ablutis in nomine suo: quod minimè locum habet in ablutis alijs liquoribus: vt, vino, oleo, ac similibus. Idem quoque baptismo suo significauit Christus: nẽpe, quòd Deus sanctificaturus esset baptismate suo intinctos. Non est autem cogitandum, virtutem aliquam aut qualitatem veram ac solidam aquis fuisse datam per contactũ carnis Christi. Primùm, quoniam repugnat, accidens spiritale, vt notitiam, existere in re extensa, siue quanta, aliter deberet esse per modum subiecti: neque potest esse in toto, aut aliqua eius parte, nam diuisionis expers est, non tamen quasi aduersetur accidenti corporeo, siquidem accidens spirituale & corporeum haud distant inter se sub eodem genere. Deinde quia vis infinita, qualis est creandi, faciendi signa, & iustificandi, in creatura esse nequit; & si esset, tamen quia agens naturale omnes homines, ac quoties baptisma susciperẽt, sanctificaret sine vlla forma: quod superfluum videtur; & si posset fieri, ideò certè, quia Deus confert gratiam. Præterea quia eiusmodi vis per carnis Christi contactum nõ poterat dari: tùm quia caro Christi illam non habebat, tùm quia si haberet, non adhæreret cuti, quæ solùm tangit aquam, vt ita tactu transire posset, vel multiplicari: tũ quoniam hæc virtus duntaxat in Iordanis particulam immersam mari Rubro, transisset. Insuper baptizatus est Dominus, vt priùs doceret factis, quàm verbis: vt sui moris erat, & Ioannis baptisma comprobaret. Ampliùs, vt nos discereмus vel minimum eius ministrum non spernere, si ipse, qui Deus erat, à Ioanne est baptizatus. Christi etenim hæc summa deiectio, qua Ioanni in remissionem peccatorum se subdidit baptizandum ille, qui prorsus sine crimine erat, promeruit, Deum adstringi per ministros Noui Testamenti, tametsi mali ac reprobi fuerint, gratiam elargiri, si illa caruerint; vel eius augmentum, si eam habuerint.

Quare Christus baptizatus sit. *Exod. 29. Leuit. 8.*

Quemadmodum Christ⁹ à Deo Patre fuerit vocatus tanquam Aaron. *Heb. 5.*

II. ratio.

Gen. 17.

IV. ratio.

Christũ propriè aquas non sanctificasse, triplici ratione ostenditur.

Etsi autem baptismus Ioannis non remitteret peccata, aut Spiritum sanctum nó impertiret, nihil refert: nam Christus nulla egebat remissione peccati, quo caruit semper; nec egebat Spiritu sancto, eo quòd à suo cõceptu plenus illo in summo gradu fuit. Christus ergo suo exemplo approbauit baptismum Ioannis, docuit currere ad salutares baptismi aquas, quando Dominus ipse ad humile serui baptisma cucurrit, monuit facto suo, vt diximus, nullum ministrum despici: ac præter alias omnes causas venit ad baptismum; vt à Ioanne agnosceretur, per eumque manifestus & notus fieret cunctis: sicut Samuel dixit se venisse ad sacrificandum Domino eo consilio, vt te-

Rom. 8.

III. ratio.

V. ratio. & VI. *Luc. 10.*

Cum gratiã minime conferret, Christus tamen cur Ioannis baptisma susceperit.

VII. ratio.

1. Reg. 16.

VIII. ratio quorundam.

geret vnctionem Dauidis in Regem Israel. Addunt quidam, ingentem fuisse Christi humilitatis significationem, hanc baptismi susceptionem. Siquidē quatuor fuére Christi actiones, in quibus potissimùm summam modestiam, animiq; submissionem declarauit: nimirum circumcisio, baptismus, lotio pedum Apostolorum, & in cruce suffixio; tertiumque illud videtur cæteris præstare & excellere: tamen quanto maius est humilitatis argumentum mundari ab alijs, quàm mundare, tanto amplius fuit exemplum humilitatis lauari in baptismo, quàm lauare ipsum pedes discipulorū suorum: qui enim lauatur, immundum se ac sordidum profitetur; sicut, qui lauat, mundum, seu mundantem. Deinde quanto deterius est crimen personale originali, quod sola nimirum culpa parentum contrahimus, tanta est excelsior humilitatis demōstratio in baptismo, quàm in circumcisione. Verùm hæc ratio quibusdam non placet, quòd sui deprimendi gratia & humiliādi Dominus se illo facto voluerit ostendere peccatorem, qui venerat vt doceret se penitus innocentem, cùm vel ipse dixerit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Neque est humilitas illa, quæ simulat, & ostēdit quod falsum est. Imò baptizatus est, vt se solùm declaret sine peccato esse; & quòd solus possit mundare alios.

Luc. 2. Ioan. 13. Matth. 27. Christi actiones quatuor summā eius humilitatem indicantes.

Minimè Christum, quòd se peccatorem ostenderet, vt quidam opinantur, baptizatum fuisse.

Ioan. 8.

Baptizare, propriè quid sit.

Quæ vt magis explicentur, aduertendum est, quòd baptizare, ex se nil significat; sed est res facti, quæ in mersione sita est: ideò quæ mergūtur, baptizata dici queunt, quo pacto vasa, lecti, vrceiq; à Pharisæis baptizata dicuntur Mar. 7. Significatio autem, quę illi applicatur mersioni, nequaquam est ad placitum nostrum, verùm à Dei sapientia profecta, qui certis coli voluit modis, & rationibus. Vnde quod ab ipso non est, superstitio est. Significatio baptismi ergo sumitur à reipsa, id est, forma, vel ab eius materia, quæ est aqua: ab actu quidem ipso, qui est immersio. Aqua autem symbolum est plebis, iuxta illud; Aquæ multæ, populi multi, qui sunt velut aquæ frigidæ, lubricæ, languidæ ac fluxæ: talesque sunt peccatores destituti gratia Dei. Mergi verò sub aquis, significat tribulationes & insultus, quos à mundo patimur, & sustinemus, sub quibus quasi sub fluctibus mergimur, excitatis à ventis flantibus. Baptismus Christi igitur à Ioanne susceptus, portendit tribulationes atq; ærumnas crucis, quas ipse erat perlaturus à populis cunctis, instigante atque impellente dæmone, quasi vento flante, ad suam perniciem tamen. Totum corpus Christi, quod mergebatur, designat totum corpus peccati, ac omnes peccatores, quos posuit super se, id est, corpus suum. Hoc enim fuit Dei consilium, vt in Christi carne plecteretur peccatū, & peccatores omnes: quasi ipsum Christi corpus peccatum esset. Christus itaque accedens ad baptisma, professus est se reum siue debitorē pro vniuersis peccatoribus, susciens omne onus eorum ac debitum exoluendum in se. Descensus porro Christi in aquam, indicat, quòd humilitate sua cunctos populos agglutinauit sibi, vt ferat eorum onera: & in illo intelliguntur descendisse, modò illi velint, ratumq; habeant pro se id factum, atque id ipsum profiteantur. Quando in illis aquis immergitur, innuit, quòd ab ijs ipsis, pro quibus patiebatur, crucifigitur, moritur, atque sepelitur. Omnes enim eum crucifixerūt, & omnium in eo punitum est delictum. Quòd verò immersus ascēdit ex aquis, id est quòd & resurrexit in nouam vitam. Ergo quod in baptismi aquis significatum voluit, atq; figurauit, posteà expleuit in passione, & morte, sicut scriptum est: *Omnes fluctus tuos induxisti super me*: rursus; *Saluum me fac, Domine, quoniam intrauerunt aqua vsque ad animam meam: Infixus sum in limo profundi, & nō est substantia.* Quapropter, vt vno verbo dicam, suo baptismo significare Dominus voluit, quòd ex eo tempore candidatus fieret passioni, morti, & sepulturæ pro nobis. Et quoniam aqua symbolum est sapiētiæ, iuxta illud: *Aqua sapientiæ salutaris potauit illum*: denotat, hoc totum esse sapientiam nostram, videlicet Crucis Christi stultitiam. Sed quia non erat decens, vt hoc tantum beneficium illis prodesset; qui hoc profiteri non auderent, voluit vt quisque propria professione id gratum, ratumque habeat, vt à peccato liberetur. Itaque cùm baptizatur, significat, se eum, qui cruci est affixus, mortuus, atque sepultus, profiteri, seque illum ingredi, illum induere, ei incorporari, quare & se in illo vt peccatorem crucifixū, mortuum, sepultum coram Deo, vt non amplius respiciatur toruo iræ & indignationis diuinæ oculo. Dū verò ex aquis scandit, insinuat, iam factū esse liberum à peccato, & quod iam restituta prima gratia amissa per culpam, profitetur nouam vitam & incorruptam, vt deinceps non præuaricetur, sicut Christus semel mortuus est peccato. Hæc est doctrina B. Pauli ad Rom. 6. Ambrosijq; aientis in hæc verba; *Vnus* (scilicet Christus) *mersit, sed lauit omnes: vnus descendit, vt ascenderemus omnes: vna omnium peccata suscepit, vt in illo omnium peccata morerentur.* Et Gregor. Nazianzenus, *Baptizatus,*

Esa. 53. Corpus Christi totū aquis immersi Sacramentum.

Christi in aquam descensus mysterium.

Quid cruciū in aquis immersio, ascensusque ex aquis significauerit.

Rom 6. Psal. 87. Psal 67.

Rom. 6.

Eccl. 15.

1. Cor. 1.

Rom. 6. & seq. B. Ambros. lib. 2. in Lucam, tom. 3. serm. de Baptismo.

inquit,

Hom. 3 tom. 2. operum D. Chrys.

inquit, *est Christus, vt totum veteranum Adam immergat aquæ.* Et autor Operis imperfecti in Matthæum: *Naturam*, ait, *peccatricem suscepit, vt in se peccatum puniens expiaret.* Hæc ille in sensu.

Ioannis Baptistę modestia, & obedientia.

Ioannes autem prohibebat eum. Prohibebat quidem, non negans simpliciter, sed deprecans, ac dissuadens id rei. Quare certò non præsciuerat anteà se venisse ad baptizandum Christum, nec nunc quidem Christi deliberationem; sed vbi illam cognouit, acquieuit: prudentiùs quàm Petrus, qui obstinatè Christo eius pedes lauare volenti, resistebat. Nimirum serui, vt dominus, parati esse debent ad gloriam, & ad dedecus, ad infamiam, & bonam famam. Vbi modesta vrbanitas commendatur, reprehenditur obstinata importunitas. Ac expediebat sanè, Ioānem hanc præmittere prohibitionem. In primis, quoniam debebat Ioannes eam adhibere, quandiu non constitisset ipsi de Christi libera voluntate, ne immodestior, & inurbanior videretur. Deinde, vt perspiciatur humilitas Ioannis, sanctaque vrbanitas. Tum, vt Christus agnosceretur à populo, cui tantum honoris Ioannis deferebat. Ideò in forma variauit, atque in confessione, iniunctioneque pœnitentiæ, ne alius venturus putaretur, qui eo maior esset. Brentius in hæc verba scribens, ait: *Piè quidem, quòd agnoscat se Iesu minorem: sed imprudenter, & stultè agit, quòd detrectet Iesum baptizare, & malit carnali suæ prudentiæ, quàm spirituali mandato Christi postulantis obsequi.* Ita ille imprudentiùs quæ digna sunt laude, reprehendens. Admirabundus enim, & venerabundus dixit, quod mater eius priùs Matri Christi dixerat: *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Vbi non plus peccauit, quàm peccauerat Petrus, cùm dixit; *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.* Et Centurio: *Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Hinc Chrysostom. exponit: *Non erant*, inquit (supradicti videlicet) *pertinaciter contentiosi, sed dilectionem suam atque obedientiam ostendebant, per quæ omnia Domino meditabantur esse subiecti.* Similiter hæc verba cum laude Ioannis expendunt Cyprianus sermone de Baptismo Christi, & Chromatius in cap. 6. Matthæi: *Dicens, Ego à te debeo baptizari* (siue, vt Græci habent) *Mihi opus est abs te baptizari.*) En causam reddit prohibitionis. Neq; volebat, vt Episcopus Abulensis exponit, potere his verbis baptismum: nam illum postulasset Ioannes antè quàm ab eo postularet Christus. Non erat etiam tunc baptismus Christi institutus, nec lex Euangelij prædicata: quod si fuisset, etiam in vtero sanctificati, ad circuncisionem, vel baptismum arctarentur, tùm ob præceptum diuinum, tùm ob characterem, quem imprimit Sacramentum, tùm ob augmentum gratiæ. Hinc Petrus iussit baptizari eos, qui acceperant Spiritum sanctum. Abraham quoque postquam iustus effectus est, accepit circuncisionem signaculum iustitiæ fidei, in qua quod in spiritu iam factum erat, significabatur. Baptismus ergo non solùm denotat quod fit, sed etiam quod factum est, si gratia præueniat baptismum. Neque aliquis dignus est gratiam consequi in baptismo, vel si illam ante baptismum sit assecutus, in ea permaneret; nisi signo sensibili, externoque profiteatur illum, per quem gratiam est consecutus. Baptismus porrò, quo Christus intinctus est, figurabat quod euenturum erat illi in morte, sepultura, ac resurrectione, ac reliquis eius mysterijs. Nec est sensus, se præcepto aliquo adstrictum ad susciendum à Christo baptismum, quoniam Græca non habent: *Ego debeo*, sed χρείαν ἔχω, hoc est, indigeo, vel indigentiam habeo, & in nostro textu, debeo, vt congruat literæ Græcæ, non debet accipi vt significet debitum vllum præcepti, sed indigentiæ: indiget enim non tantùm peccator, sed etiam quisque iustus Christi gratia purgante. Cæterùm illa verba: *Ego à te debeo baptizari*: id est, indigeo ob reatum culpæ originalis, atque ob venialia delicta, vt exponit Caietanus, parū solidè, vel catholicè exponi videntur. Siquidem Spiritus sancti gratia, qua sanctificatus in vtero Ioannes fuit, originis culpam sustulit, ex quo & gloriæ æternæ sibi debitam sustulit priuationem. Aliæ autem pœnæ in baptizatis remanent; ideoque in originalis delicti non continentur reatu. Præterea baptismo nequaquam est ad venialia iusti delenda introductus: aliàs oporteret iustum quauis hora subinde baptizari.

Brentij de beato Domini præcursore Ioanne imprudens, ac stulta vox.

Luc. 1.

Infra 5.

Matth. 8. Chrysost. homil. 12. in Matth. initio fere, tom. 2.

Cyprian. Chromat. Quid illud: Ego à te debeo baptizari.

Abulen. Episcop. in Matt. c. 3. par. 2.

Neque verò ex his verbis colligitur efficaciter, Ioannem à Christo baptismi Sacramento initiatum fuisse: tùm quia (si Ioannes fuisset à Christo baptizatus) quomodò dixissent discipuli ipsius Ioannis ad magistrum, Ioan. 3. *Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum*: nec mirati fuissent quòd Iesus alios baptizaret. Tùm quia nec Ioannes hoc modo respondisset: *Non potest homo*, inquit, *accipere quicquam, nisi ei fuerit datum de cœlo*: & reliqua. quasi dicat; Cum baptizo, credo quòd accepi potestatem à Deo. Si tamen Ioannes fuisset immersus à Iesu, haud respondisset sic, verùm dixisset eos immeritò mirari, ac

Act. 10.

Rom. 4.

Vt quis gratiam baptismi consequatur, vel in ea permaneat, quid ei facto opus sit.

Ioannes vt se agnouerit debitorē Christi baptismatis suscipiendi.

Hunc locum ad originalis maculæ, peccatorumque venialium reatum inepte referti. *Caiet. Luc. 1.*

An Ioannes Baptista fuerit à Christo baptizatus, necne.

Ioan. 3.

Ioannes quomodo à Christo baptizatus.

zelare, cùm ipse fuisset à Christo baptismate intinctus. Ergo dicendum est, Ioannem in spiritu à Christo esse baptizatum. Et sine dubio ex reuelatione diuina, quòd Iesus esset sanctus aliquis tantùm, vt cæteri omnes, non prohibuisset, nec illi dixisset: *Ego à te debeo baptizari*: quoniam fuisset præiudicium facere officio suo, ac ministerio, deque Messia tantùm inquit: *Venit fortior post me. Et tu venis ad me?* Simile hoc est illi, quod ait Petrus: *Domine, tu mihi lauas pedes?* Est autem sensus: Tu, innocentissimus agnus ad me nocentem venis? Tu, qui tollis peccatum mundi, ad me, qui peccato mundi teneor? Tu, cui datum est baptizare in spiritu, venis ad me, qui solùm baptizo aqua? Tu Dominus, ego seruus, & quæ sunt similia his. Ac vide hic piam Christi, & Ioannis concertationem: ex humilitate Christus Dominus baptismum poscebat, ex eadem Ioannes caussa renuebat. Sed vicit Christus, vt cum Petro de lotione pedum decertans humilitate & submissione superauit tandem eum. Sed talis vtrinque concertatio laudabilis est, atque imitatione dignissima. Nos verò contendimus de vanitate, sæpè etiam (proh pudor) de lana caprina, quo meliores, doctiores alijs videamur, & superiores. At Paulus ad Philippen. docet nos: *Nihil*, inquiens, *per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes.* Solusque Matthæus meminit huius mutuæ humilitatis, & summissionis. *Sine modò*. Mansueta instructio, videlicet, Permitte nunc fieri, quę tibi præpostera videntur: & quæ modò ignorare videris, posteà intelliges, nimirum quàm iusta de caussa, & propter scelus mũdi expiandum, & propter misericordiam meam mundo declarandam, in te significatam, ad baptismum venerim. Ita dixit Petro renitenti: *Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem posteà.* Vel est sententia: Sine modò me baptizari aqua, quia deinde non baptizabor meo baptismo, vt reliqui à te baptizati baptizabuntur. Vel, Sine me baptizari, quia ego in cruce posteà baptizabor, quod baptismus hic aquæ repræsentat. Vel, posteà ego te sanguine meo, & spiritu baptizabo, vel Sacramento in nomine meo initiabo. Vel, *Sine modò*, id est, non est hic locus differendi de dignitate baptizãtium, baptizandorumq; puritate. Deus, qui omnia rectè, & sanctè instituit, baptizare te iussit, ideò baptiza, accede. Scribit autem Hieronymus in hæc verba: *Pulchrè dixit, Sine modò, vt ostenderet Christum in aqua; Ioannem à Christo in spiritu baptizandum. Siue aliter: Sine modò, vt qui serui formam assumpsi, expleam & humilitatem eius. Alioquin scito in die iudicij, meo te esse baptismate baptizandum, Sine modò, dicit Dominus Iesus, habeo & aliud baptisma, quo baptizandus sum. Tu me baptizas in aqua, vt ego te baptizem pro me in sanguine tuo.* Hæc ille; qui quidem ex eo quod dixit, Ioannem à Christo in spiritu baptizatum, haud videtur intellexisse de Sacramento baptismi Christi, in quo latet spiritus: nam de hoc, vt dixi, non constat ex vllo textu Euangelico, etsi constet, Ioannem his verbis: *Ego à te debeo baptizari*, indigentiam, necessitatemque recipiendi Christi baptismi proposuisse, atque professum fuisse. Sed per baptismum in spiritu intellexit Hieronymus baptismum illum, de quo dicitur Act. 1. *Vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies.*

Mar. 1. Ioan. 13. Supra 1. Explicatur magis, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me.

Quo sensu Hieronymus Ioannem asserat à Christo in spiritu baptizatum.

Act. 1. Vide probabile videatur quibusdam, Ioannẽ fuisse in aqua baptizatum à Domino.

Sunt tamen qui aliter sentiant, Ioannem reuera baptizatum fuisse in aqua à Christo; atque hoc docet Autor operis imperfecti in Matth. cap. 3. quamuis hoc in secretioribus, id est, apocryphis libris tradat esse scriptum: tùm quia dixit: *Ego à te debeo baptizari*: cur ergo non fieret? aut quis prohiberet aquam? tum quia Christus inquit: *Sic enim decet nos implere omnem iustitiam*: non enim ait: Decet me implere omnem iustitiam, sed, *Decet nos*, imò qui maiorem gratiam acceperant, maiori tenebantur baptismi lege, atque ea ratione humiliter debebant acceptæ gratiæ munus profiteri. Sic enim credibile est beatam Virginem à Christo baptizatã fuisse, quando illa verum Christi baptisma in cruce pertulit, cæteraque in baptismo significata. Item credendum est, Apostolos fuisse baptizatos à Christo: quanquàm non desint, qui existiment post Christi mortem, à Petro intinctos: Petrum verò à Christo: probabilius tamen alij putant, viuente Domino, omnes suscepisse baptismum, alioqui quomodò baptizassent alios ipsi necdum Christi baptismo baptizati? *Sic enim decet nos implere omnem iustitiam*. Quidam per omnem iustitiam intelligunt baptismum ipsum. Legem enim baptismi, quam ferebat, voluit ipse prior obseruare. Hinc Cyprianus sermone de Baptismo, *Sic decet nos*, inquit, *implere omnem iustitiam, per quam exemplum præcedit doctrinam: & qui maior est, fit sicut minor.* Alij verò exponunt, sanctificare aquas contactu suo, vt inde prodiret virtus sanctificandi baptizatos, esse omnem iustitiam. Sunt qui dicant, voluisse Dominum probare, Ioannis baptismum à Deo fuisse. Sed profectò hæc potiùs sunt effecta, quam caussæ: quemadmodum non vt honoraret

Act. 1. Vide probabile videatur quibusdam, Ioannẽ fuisse in aqua baptizatum à Domino.

Homil. 4. tom. 2. operum D. Chrysost.

Ioan. 19. An B. Virgo, & Apostoli fuerint baptizati. Supra 4.

Quid, Implere omnem iustitiam.

B. Cyprian.

Matt. 20.

Duo alij sensus, quorum posterior improbatur. Ioan. 3.

IV. & vltimꝰ cæteris præstantior.

Ioan. 12.

Eccles. 3.

Gal. vlt.

Rom. 15.

Perfecte iustus quando quispiam sit.

Luc. 2. Quomodo Christus impleuit omnẽ iustitiam. Ioan. 1.

Gen. 1.

Ephes. 4 Quid rursus: Sic decet nos implere omnem iustitiã.

Ioan. 14. Christus cur nullius propriè sit legis, aut obligationis capax.

norariet nuptias, eas sua præsentia probauit, sed ex eo potius quòd honestauit illas sua præsentia, sequitur quod probauit confirmauitque. Sensus ergo germanus est: *Sic nos decet implere omnem iustitiam*: id est, scio me nil tale debere: Non indigeo baptismo propter me, scio quod satis est mihi mea iustitia: sed non mihi tantùm natus sum, verùm vt pro alijs etiam iustus sim. *Nisi enim granum frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert*: Tempus serendi, & tempus metendi: nunc labor, & certamẽ: posteà exultatio, & triumphus. Sic ergo impletur omnis iustitia, quando quis non sibi tantùm est iustus, sed etiam quando pro alijs quam tradidit legem, Princeps ipse seruauit ac præstitit. *Alter alterius*, Apostolus inquit, *onera portate*: quę res maximè est perfectorum hominum. Sic igitur & nos, quicunque perfecti professione sumus, facere par est, vt quicquid iustitiæ speciem habet, non omittamus. Debemus autem nos, qui firmiores sumus, infirmitates aliorum sustinere. Hoc autem verbo Dominus Ioannẽm sibi adiunxit tanquã perfectum: quippè tunc perfectè iustus est quis, quãdo tam bonus est, vt de sua in alios iustitia deriuare possit: & quando agnoscit se esse membrũ corporis eius, quod pro cæteris membris solicitari debet. Quanto magis caput ipsum Christus: nam & in hoc, pro sua bonitate & modestia, caput se fecit, cum alias remoti ab eo essemus, atque alieni: vt in se ipso, per quem eramus conditi, restauraremur. Non itaque iustitiam solam, quæ viguit in lege naturę per oblationem sui in templo: illamque quæ in lege Moysis valebat per circumcisionem: verùm etiam quæ in lege gratiæ tunc inchoabatur, cùm etiam per Ioãnem inchoaretur, per ipsum perfecta est, qui est baptismus. Quare vbi primum Ioannis baptismus impletus est, sicut & lex Moysi, per Christum suaptè natura cessauit. Omnis namque iustificatio, à iustissimo est, & à capite Christo: impleuitque iustitiam pro Adam superbiente vsque ad cœlos, dum se dimisit ad inferiora terrę. Producitur & expositio alia: *Sic decet nos implere* (nimirum me, & te: in quo quidem magna ostenditur perfectio Ioannis) *omnẽ iustitiam*: vtrique à Deo mandatam. Tibi quidem, vt baptizes Messiam (etsi id Ioanni summa crux esset) mihi verò mandatum vt à te baptizer. Ac sicut alias dixit ipse: *Sicut mãdatum dedit mihi Pater, sic facio*. Notum est, in Scripturis iustitiam pro impletione legis, ac ceremoniarum diuinarum accipi. Porrò Christus propriè obligari lege vlla haud potest. Siquidem obligatio ad personam spectat, non ad rem, nisi fictione iuris, cùm res atque possessio nihil agere possint: nec ab ea ad personam accidens obligationis transeat, sed ius vtiliter, vt obligatio sit perpetua, fingit rem obligatam, & transire ad hominem absque noua obligatione: quemadmodum finguntur mortui viuentes, duo dies vnus, duo homines, vnus atque idem. Atque in hunc sensum dici consuetuit obligatio realis, quam vocãt Legisperiti. At verò Christi persona cùm nulla sit alia omninò, quam Deus Verbum, legis, ideoque obedientię haud potest esse capax: quoniam debet nihil. Humanitas autem, quia nihil debet; si esset persona, per se obligari quidem posset: sed quoniã compositi est pars, quæ per se non existit (alias quippe nullum integrum esse posset vnum suppositum, si partibus per se subsistere, præter esse totius, & suppositi, conueniret) haud propriè obligatur, verùm impropriè: Christusque ratione humanitatis intelligitur obedire, habetq; veram virtutem obediẽtiæ. Vocat ergo omnem iustitiam, omnem obedientiam, vel omne quod iustum est, & gratum Deo existit: vel omnem gradum humilitatis: cuius primus gradus est: Subijcere se maiori, neque præferre se æquali. Secundus est, Subdere se æquali, neque præferre se minori. Tertius, Subijcere se minori, nullique se præferre: & hæc est perfectissima, vel vniuersa iustitia. Atque in hunc modum expositus est à nobis hic locus superiùs. Siue igitur per omnem iustitiam intelligas humilitatem, siue obedientiam, siue charitatem, qua nostram iustitiam cum altero communicamus, rectè planè exposueris. Sic ergo pastores, & prædicatores, qui alijs in exemplum propositi sunt, decent omnem iustitiam implere: vt iustus sis, perficiendo omne bonum, vt iustitiam tuam in alios effundas: vt iustus sis, nec tamen arrogans fias, sed humilis maneas. Debent ergo implere omnem iustitiam, & non tantùm scire: *Quoniam scienti bonum & non facienti, peccatum est illi.*

Obligatio realis quæ nã legisperitis.

Qua ratione Christus legi fuerit subiectus.

Triplex gradus humilitatis.

Pastores, & Doctores vt impleant omnem iustitiam.

Solus hic superest scrupulus, non leuis ille quidem, dissoluendus atque euacuãdus: nempe quòd in his verbis, quæ Ioan. dixit Christo, palam ostendit, se illum Messiam agnouisse, etiam antequam ipsum baptizaret: cuius tamen rei oppositum significari videtur Ioan. cap. 1. dixerat enim Baptista: *Ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritũ descendentem, & manẽtem super eũ, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Spiritus verò nõnisi post baptismũ descẽdit super Christum:

Si Ioãnes nesciebat Christum, cur dicit: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?

stum: vt ex tribus constat Euãgelistis: qui ergo potuit antè baptismum illum agnoscere, cum prohiberet eum, dicens: *Ego à te debeo baptizari?* Hanc in speciem contradictionem, tametsi alij alijs mõdis dissoluant, vt August. & Theophy. in Ioan. illa tamen omnium verisimillima conciliatio est, quã Chrysost. producit; Ioãnem non agnouisse Christum, priusquam ad baptismum susciperendum veniret: vt quem prius de facie non viderat, cum primùm autem venit ad eum, ex afflatu Spiritus sancti, quo erat ab vtero plenus, illũ agnouit: sicut aliàs cum videret Ioannes Iesum venientem ad se, dixit: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi.* Neque impedit, signum datũ de Spiritu sancto in specie columbæ, quod tum necdum viderat: nam id signum ei datum fuit, non quasi eo primũ eum agnosceret, sed quo cõfirmaretur de eo antea ex diuina significatione cognito, atq; vt certiùs Christũ alijs indicare, ac demõstrare posset. Sic enim & Moysi legimus Dominum dixisse Exod. 3. cùm eum populo suo educendo præficeret: *Hoc habebis signum quòd miserim te: Quum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo super montem istum.* Porrò Moyses lõge antè quam hoc fieret, certus euaserat se diuinitus missum: ad fidei confirmationem tamen, non tam sibi, quàm toti populo, cui signum id sibi datum Moyses prædicabat, vtile fuit illud traditũ Mosi signum. Ita & Ioanni vtile fuit hoc de Christo signũ promitti, & postea reddi: vt nõ tam ipsi, quàm omnibus credentibus fides in Christũ per illud confirmaretur: qua de causa Ioannes signum illud populo prædicaret. Et de hoc hactenus: plura fortassis apud Ioannem.

Ioan. 1.

B. Aug. tract. 5. sub init. to. 9. in princ. Theophyl. Chrys. ho. 10. sub init. to. 3. in princ. Luc. 1. Ioan. 1.

Cur datum Ioanni diuinitus signum columbę manentis super Christum, si eum agnoscebat.

Exod. 3.

Signum missionis Moysi firmum & efficax.

Tunc dimisit eum. Intellige, agnita deliberatione Christi, & sitiũ iustitiæ, dimisit, & baptizauit; magis perspiciens, quid diuina deposceret autoritas, quã quo digna esset humilitas sua. Atque hinc discendũ est nobis, cùm quippiam à Domino facere iubemur, neque dubitamus de verbo eius, pro virili enitendũ esse, vt illi obtemperemus, etiamsi nobis inepti, atq; ad id indigni videamur. Sic Apostoli ignari, simplices, rudes ac idiotæ erant; qui tamen constituti à Deo sunt orbis totius doctores atque magistri. Ita cùm ad sacram Dominici corporis mẽsam accedendum est tibi, noli turbari, aut scrupulis angi propter tuam fortè indignitatẽ; imò illam agnosce, ac profitere, & accipe Sacramentum.

Ioãnes quando dimiserit Christum in baptismo.

Quid nos doceant hoc facto Ioannes.

Nota etiam, quòd humilitas tenet Dominũ Iesum ligatum: timebat enim nostrę gloriæ vanæ vera gloria Patris, ideò Ioannes siluit, & paruit. Pulchrè ait Bernardus: *Parum aliquid scio, vel magis scire mihi videor, & iam silere non possum, imprudẽter me, & imprudenter ingerens, & ostentans, promptulus ad loquendum, velox ad docendum, tardus ad audiendum.* Hæc ille.

B. Bern. ser. 1. in Epiphan. Dom. prope fi.

Iesum quomodo teneamus ligatũ.

Baptizatus autem Iesus. Præter vllam formam, vt diximus, & præter vllũ gratiæ augmentum. Ex quo sentẽtia Clementis Alexandr. in lib. 1. Pædagogi ruit, aientis, Christum in baptismo regeneratum: intelligere autem in specie, nõ verè; & si verè, per modum causæ, siue efficiẽtis, accipe: nam vim contulit aquis sanctificandi & regenerandi omnes ad eas in fide Christi accedẽtes. Nã alioqui si propriè accipias, obstabit tibi lex Synodalis, quam producit Grego. Nazian. in epist. 1. ad Clydonium: *Si quis Christum,* inquit, *ex operibus sanctificatum, aut post baptisma, aut post resurrectionem ex mortuis diuinæ filiationis dignum factum dicit: sicut ij, quos Græci adscriptitios vocant: anathema sit: quod enim est coërcibile, aut promouibile, aut sanctificabile, nequaquam Deus est.* Hæc ille. *& Confestim.* Ponderat hoc verbum Euthymius, ita annotans: *Dicunt aliqui: quòd vnumquemque baptizatorum, in aquã ad collum vsque immissum detinebat, quousque peccata sua confessus esset; & post confessionẽ ascendebat de aqua. Christus autem quum peccatum nõ haberet, non est detentus in aqua: & ob hanc causam aiunt Euangelistam dicere, quòd statim ascendit de aqua.* Hæc ille. Expleto autem ritu baptizãdi, Christus non aspersione iam, vel ablutione, sed immersione, in argumentum copiosæ, & abundantis gratiæ Dei in illum effusæ, baptizatus, confestim ascendit de aqua: id est, exiuit; ac fortasse ter fuit immersus in symbolum tridui sepulturę suæ. Diciturque ascendere, eo quòd alueus fluuij, in quem descendebant qui baptizandi erant, esset depressior quàm littus. Vel confestim ascendens, aperti sunt ei cœli, quod est probabilius: vnde Marcus habet: *Et confestim ascendens de aqua, vidit cœlos apertos.* Autor operis imperfecti, homilia 4. super Matthæum expendit verbum, *ascendit,* sed vt arbitror in mystico sensu. *Omnes,* inquit, *qui dignè secundum omnia membra iustitiæ formati, & consummati baptizãtur in Christo, confestim de aqua ascendunt; id est, proficiunt ad virtutes, & ad cœlestem dignitatem subleuantur. Qui enim ingressi fuerint in aquam carnales, & filij Adam peccatoris, confestim de aqua ascendunt spirituales, filij Dei facti.* Hæc ille. Ascendere significat depositio onere peccati in baptismo, quod plumbum dicitur, in vitæ nouitate incedere, ac ad maiora progredi, nunquam sistere gradum, nec reuerti ad pristina vitia. *Qui enim mittit manum*

B. Bern. ser. 1. in Epiphan. Dom. prope fi.

Quale Christi baptisma Ioannis tantum acceperit.

Clem. Alex. l. 6. init. to. 2. in princ.

Greg. Nazian.

Christus baptizatus cur confestim de aqua dicitur ascendisse.

Euthym. c. 3. super Matt.

Christi ille ascensus de aqua per immersionẽ scilicet, non ablutionem, cuius rei signũ fuerit.

Digne baptizati in Christo, quomodo ascendãt de aqua.

Tom. 2. operũ D. Chrysost.

Rom. 6. Luc. 9.

num suam ad aratrum, & respicit retro, non est aptus regno Dei. Dicat ergo baptizatus: *En expoliaui me tunica mea; quomodo induar illa?* item: *Si mortui sumus peccato; quomodo adhuc viuemus in illo?*

Cant. 5.

Rom. 6.

Et ecce. Res noua designatur, insolita, magna, ac repentina, quare & digna obseruatione: atque vt dicitur Lucæ 3. *Christo baptizato, & orante.* Id quod proprium est Pontificis, quem Lucas describit: hoc autem Ioannes Euangelista tacet, quia Deum describebat, cui precationes fiunt atque offeruntur, quique semper in cœlis fuit, possidens cœlos, illosque pandens alijs. Orauit porrò Iesus Patrem, tum oculis, tum manibus in cœlum sublatis: vt hoc negotium seruandi generis humani, cuius tunc exordia præmittebat, felix faustumque esset: & post ascensum de aqua oranti Domino cœli aperti sunt; vt moneat, cœlestes atque immortales diuitias nonnisi sitientibus, easque ex intimis sensibus atque ex charitate desiderantibus, impertiri atque donari. Dicuntur itaque festinare viri pij, qui Sacramentis vtuntur in hac vita mortali, vt ascendant, vel vt exeant de carcere mortis huius, cupientes dissolui, & esse cum Christo. Et omninò qui è baptismo festinus discedit ex hominũ vita, confestim videt cœlos apertos. Docet præterea, vt accepto baptismo precemur Deum, vt sua in nobis dona conseruet, & augeat: dicamusque cum Propheta: *Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis:* item docet, vti in susceptione Sacramentorum, quo illa citra peccatum fiat, atque salutaris nobis existat, preces ad Deum fundere.

De Christo baptizato, & orante, cur Lucas meminerit, non Ioannes.

Luc. 3.

Christus iam baptizatus quare Deum orauerit.

Eidem baptizato cur aperti sint cœli.

Et ecce aperti sunt ei cœli, Lucas in singulari protulit: *Apertum est cœlum,* verùm in idem redit. Ambigitur autem quomodo sint cœli aperti: quomodoque filio Dei, (cui nihil est clausum, qui vbique est in cœlo & in terra) potuerint cœli aperiri? Dicendum est; reuera cœlos fuisse apertos, cùm hoc ipsum tres Euangeliorum scriptores vno ore confiteantur: minime verò sunt re ipsa aperti, ita vt aliqua diuisio, ruptioue facta fuerit in ipsis, cum substantiæ sint cuiusdam, vt Philosophi tradunt, tam solidæ ac firmæ, vt nulla vis eam frangere atque labefactare queat: teste etiã Iob cap. 37. qui ait: *Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt.* Quanquã ratio hæc solùm probet ipsos naturaliter rumpi non posse: Deus tamen, qui illos cõdidit, diffindere ac scindere, sicut & in nihilum (quod maius est) redigere potest. Neque tamen opus fuit vlla vera apertione

Quàm solidi sint cœli. *Iob 37.*

Eadem quare nos corrupti bibes.

Rom. 8. Phil. 1.

II. ratio.

Psal. 67.

Christo, qui cœlum, & tot tam implet, cœli quomodo sint aperti.

aut ruptione, velut nec in Christi ascensione fuit: nec in nostra futura est omninò: corporibus enim gloriosis per dotem subtilitatis fiet penetratio dimensionum. Nihilominus in baptismo, vbi tantũ spectandi gratia patuisse dicuntur, non erat quod diffinderentur: nam cùm sint diaphani, ac peruij, haud impediunt rem videri, modò sit magna: quemadmodũ est conspicuum in Sole & astris, ad quorum aspectum pertingere potest visus noster, nil orbibus impedientibus. Nec fuit apertio hæc etiam imaginaria, vt Hieron. super Marcum, & Autor operis imperfecti in Matth. tradũt: quoniam id genus visionis obscurum est & imperfectum: Christusque clarè omnia videt. Nec item iuxta intellectum contigit hæc visio apertionis cœlorum: siquidem hæc visa fiebant Prophetis, quatenus per illa ostenderet eis aliquid, quod aliter cognoscere non potuissent. Christus tamen non solùm vt Deus, sed etiã vt homo erat, cognoscebat omnia ista perfectissimè: eademque ratione sciebat ipse fore per baptismum aperiendum regnũ cœlorum baptizandis: quare imaginaria hæc, seu mentis visio superflua esset, q̃ ad Christũ attinet. Adde, si imaginaria visio fuisset in Christo necesse esset aliam ponere in Ioanne, qui & ipse vidit cœlos apertos. Ergo aiendum est, in aere ipso conspectum fuisse hiatum magnum, atque splendorem quasi cœlorum apertorũ. Cuius aperturæ caussa non est obscura. Primùm, vt de cœlo vox, & columba veniens monstraretur astantibus simplicibus viris, si viderunt, quod verosimile videtur (non secus ac in viso imaginario Stephani, Actor. 7. & Petri in cœnaculo, Acto. 10.) tales nequeunt enim mente concipere videri quicquam in cœlo, vel audiri, aut inde aliquid descendere. Deinde, vt significaretur Christus cœlestis, cui post baptismum passionis aperiendi erant cœli in ascensione.

Cœlorum in baptismo Christi, cur minimè aperti one opus fuerit.

Christi nec intellectualẽ, nec imaginariã hanc cœlorum visionẽ fuisse. *Hieron. to. 9. homil. 4.*

II. ratio.

Qualis verè fuerit illa cœlorum apertio, & quæ caussæ.

Act. 7. Act. 10.

II. caussa.

III.

Gen. 3.

IV. *Philip. 2.*

Ezech. 7. Act. 7.

Præterea considera pulchrã antidotum, siquidem apertio hæc cælorũ facta, significat eos ob inobedientem vnũ hominẽ fuisse clausos. Quia enim Adam voluit fieri vnus ex dijs, cũ non esset Deus, clausum est illi cœlũ, & in illo omnib⁹ filijs eius, id est, hominũ generi vniuerso. Rursus quoniam vnus ex dijs verus Deus, factus est quasi vnus ex nobis, humiliatus, exinanitus in forma serui, quasiq; peccator vsq; ad mortem crucis, reclusum est illi cœlum, & in illo cunctis in eo inuentis per baptismum. Ezechiel, vt typus Christi, vidit cœlos apertos, & Stephan. Act. 7. quòd iam erãt à Christo patuli facti. Soli etenim Christo cœli pa-

tuêre:

V. & quid cœlestia quę videantur.

tuêre: quòd Matthæus scribit, quatenus Iesum ostẽdat, non Moysen aperuisse cœlos. Item, quia in baptismo vis ineſt cælestis, datur{q}; virtus ad videndum per fidei lumen sanctos Angelos, homines{q}; Deum{q}ue cœlos ipsos inhabitantem, atque ad introeundum in cœlestem gloriam. Inter cœlestia verò, quæ videntur, sunt ipsæ scripturæ canonicæ, & euangelicæ, de quibus Propheta: *Et testamentũ ipsius, vt manifestetur illis.* Dum autem baptizatis cœlum aperitur, Christo in eis existenti, & qui accipit dona in homi nibus, aperiri intelligendũ est. Non solùm autem Christus; vt hic dicitur, vel Ioannes, vt Marc. 1. & Ioan. 1. traditur, verumetiam omnes quoquot aderant Christi baptismo, eiusmodi hiatum in aëre quasi cœlum detectum viderunt; vt omnibus constaret, cœlestem domum pandi baptizatis; Christumque intelligerent à Patre missum, atque adeo Spiritum sanctum manentem super eum: hæc itaque orbium cœlorum{q}ue patefactio, visio est diuinæ maiestatis seipsam detegentis palam{q}ue exhibentis.

Psal. 24. Psal. 67. Ephes. 4.

Qui nam viderint cœlos apertos in Christi baptismate, & quare.

Obijcies; cur in Christi morte cœli non aperiantur, imò ferè obscurentur, claudantur{q}ue, in qua tamen reuera patefacti sunt cœli: quia tunc dixit: *Hodie mecum eris in paradiso,* imò ipse Christus cœlum aperuit latroni, & in baptismo dicuntur ei cœli aperti, scilicet à Patre, neque Ioãni Baptistæ cœlestis aditus patuit, nisi post Christi mortem, & passionem: cur igitur cœli in baptismo reserantur, cùm reuera non sint reserati: in passione verò, vbi verè cœli reserati sunt, non traduntur aperti? Dicendum est, cœlos Christũ pauisse dum baptizaretur, propter meritum humilitatis tantæ in eo declaratæ: sed quia placuit Christo (vt Pauli verbis vtar) impẽdere se & superimpendere, & implere omnem iustitiam non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus, vt per crucem viderent sua scelera expiata, atque ipsorum animas redemptas; ideò cœli in baptismo certè non sunt aperti, licèt propter ius & meritum patuli monstrati sint. In die verò crucis aperti non monstrantur, quia erat dies iræ, & vltionis, qua vindictam sumpsit de peccatis nostris in filio suo. Vnde Esa. 63. dies vltionis vocatur, annus redemptionis.

Cur cœli in baptismo potius, quàm in morte Christi fuerint aperti.

Matt. 27. Luc. 23.

2. Cor. 12.

Dies vltionis apud Esaiam quis ille.

Esa. 63.

Sequitur: *Et vidit Spiritũ Dei descendentem sicut columbam.* Nimirum vidit illum oculo corporeo, nam visio, quæ per imaginationem fit, vti diximus, inconueniens erat ac superflua, eo quia obscura; clariorque visio rei significatæ nonnisi intelligentiam arguisset, nec noua vlla per intellectũ facta, siquidem superuacanea fuisset atque otiosa: quod Matthæus dicit Spiritum Dei: alij duo Euangelistæ inquiunt *Spiritum sanctũ*: intellige autem vidisse non in substantia, quia nequit oculo corporeo cerni Spiritus sanctus, sed ad symbolum, siue columbam. Et Spiritus clarificat filium, sicut filius clarificat Patrem. Dicitur, *descendentem,* non secundum substantiam, nam Spiritus vbique est, & omnia implet, sed quantum ad columbam: descendere ergo Spiritum sanctum, est nihil aliud quã præsentiam suam externo aliquo signo declarare, & patefacere. Sic Genes. 11. Exodique 19. narratur Dominus descendisse, non scalis, aut volando, sed suam testatus præsentiã est confusione linguarum, aut fumo, & tonitruo. Quo quidem facto magna demissio conformatioque Spiritus sancti quodammodo nostram ad ruditatem, sicut & Patris in voce detegitur: desuperque est Dei Spiritus, qui ad nos descendit: contra, Spiritus humanus, vel terrenus ascẽdit. *Sicut columbam.* Marc. 1. dicitur. *Tanquam columbam,* Luc. 3. *Corporali specie sicut columbam,* Ioan. 1. *Quasi columbam:* ideò vt Episcopus tradit Abulen. de sententia quorundam, von videtur fuisse vera columba. Primùm, quoniam non dixisset, *Corporali specie,* verùm, si fas est ita dicere, corporaliter, hoc est, verè atque re ipsa, nam qui rudiores sunt, tantùm corpora esse existimant; nisi quis dicat, ob eam caussam sic locutum Euangelistam, quòd Spiritus sanctus nequaquam erat columba: sicut filius est homo. Deinde quia alibi aduerbium *Sicut,* diminuit: vt Numer. 9. *descendit Spiritus sanctus tanquam ignis.* ea enim est propria & germana vocis Græcæ ὡσεὶ, & Latinæ quasi, vel tanquam. Sed enim dici posset, non semper hoc locũ habere, inquit enim Ioannes: *Vidimus gloriam, gloriam quasi vnigeniti à Patre:* vbi, *quasi,* nihil diminuit nec tollit. Tum quia valebat tantùm ad significandũ ad horam, non ad patiendum, vt Christi humanitas, quam ideircò oportuit veram esse, non fictam: ergo veritas tunc superflueret, & impediret: nam poterat à quibusdam actibus non necessarijs ad significãdum abstinere, si vellet. Verùm hæc ratio, quemadmodũ & superiores, mea quidem sententia nihil euincunt. Constat siquidem, multos veros homines in Veteri Lege fuisse typum Christi, non in omnibus, sed in certis quibusdam actibus. Atque hæc quidem pro illa opinione adferuntur. Quam amplectuntur veterum Patrum nonnulli. Chrysostomus homil. 12. in Matthæum sic ait: *Audio dicentes aliquos, quantũ inter hominem, columbamq; discrimen est, tantam Christi, & sancti*

Ioan. 16. Infrà 17. & alibi passim.

An Ioan. viderit Spiritus sancti substãtiam.

Iere. 23. Gen. 11. Exod. 19.

An vera fuerit columba, in qua Spiritus sanctus apparuit, nec ne.

Alfũ. Tostat. q. 84. in cap. 3. Matt.

II. argumentum tamẽ firmum & efficax.

Num. 9.

Ioan. 1.

III. argum. quod etiam diluitur.

B. Christo. 2.

nostra vtiq; natura, hic verò in specie sit visus columbæ. Quid igitur ad talia responderi potest, nisi quòd filius quidẽ Dei, naturam hominũ profectò susceperit, Spiritus verò sanctus non assumpserit naturam columbæ? Idcircò Euangelista non in natura, sed in specie columbæ dixit, nec vnquam omninò postea, sed tũc certè solum in hac visus est figura. Et Ambros. libr. 1. de Sacramentis, cap. 5. ait. *Et ecce quasi columba Spiritus sanctus descendit. Non columba descendit, sed quasi columba. Memento quid dixerim. Christus carnem suscepit, non sicut carnem, sed carnis istius veritatem, verè carnem Christus suscepit. Spiritus enim sanctus in specie columbæ, non in veritate columbæ, sed in specie columbæ descendit de cœlo.* Hæc ille. Subscribunt istis Procopius Gazæus in Genesis, ca. 18. Lyranus, Caietanus, ac Ioannes Ferus, & Cornelius Iansenius, hoc loco. Contrariam tuentur sententiam multi veteres Patres: vt, Hieronymus, Augustinus, atq; B. Thomas: probantque his rationibus. Primò, quòd cùm Spiritus sanctus disciplinæ effugiat fictum: frustra per fictam columbã oblique sese manifestum fecisset, cùm posset rectè per veram: nam aliàs Spiritus sanctus decepisset. Sed sicut filius Dei homines fallere non debuit, ita nec Spiritus sanctus, cùm vocetur Spiritus veritatis. Secundò, quia oportuisset rursus illam fictam significare veram: non enim Spiritus sanctus assimilabatur fictæ columbæ, sed veræ. Tertiò, quia Spiritus sanctus voluit se significare à proprietatibus colũbæ, quæ in vera inueniuntur, non in ficta. Quartò, non erat difficultas maior diuino Spiritui in vera, quàm in fictitia declarandi sese. Quis autem qui veram habeat, quo per eam queat ostendere quod vult, illud potius indicet per rei figuram, & similitudinem? Enimuerò & his rationibus certè aliquid responderi posset. Nam ad verum signum nequaquã requiritur res vera; sed quæ inducat ad significatũ rei veræ: quemadmodum columna nubis erat ignis ad illuminandum, non ad calefaciendum. Comœdia vera censetur esse, quæ personam fictam inducit ad imitationem vitę, vel delectationem, quam eius autor propositam habet: ita hic columba significabat Spiritũ præsentem. Quòd autem quidam existimarint veram, per accidens est: vt accidit in reuelatione, quæ inquiete accipitur: etsi ille, qui accipit, putet se voces audire, & loqui, nihil veritati derogat. Postremò, æquè Deo facilè fuit facere columbam veram, ac similitudinem colũbæ: quanquam potuerit vti iam facta: atq; ea vtens in hoc mysterio veritatis plenissimo, potuit Deus veram columbam ad Christi caput deducere, vel imaginatione immissa, vel vento illam, vt olim coturnices, deferente, vel quod maiorem probabilitatem habet, ab Angelo directa: inde verò rursum euolauit, naturæ suæ dimissa: & lõgè ab eo loco: vt significaretur egressus Spiritus sancti. Vel si erat ficta ex aëre, cui commixta erat aqua, & terra, ob respirationes vaporesque ascendentes in eosdem resoluta fuit: coloresque effici potuerũt ex mixtione elementorum: vt in iride, & nube, nulla etiam arte requisita: quanto ergo magis cum arte Angeli applicantis agentia patiẽtibus, qui eam mouebat, vt olim columnam nubis, ne ab aëre dissiparetur. Etsi ergo vtrumque videatur simile vero; præstat tamen asserere cum sanctis Patribus, illam veram fuisse columbam. Vnde Augustin. lib. de Agone Christiano, cap. 22. ait: *Nec hoc ita dicimus, vt Dominum Iesum Christum solum dicamus, verum corpus habuisse, Spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominũ: sed ambo illa corpora vera esse credimus. Sicut enim non oportebat, vt homines falleret filius Dei, sic non decebat, vt homines falleret Spiritus sanctus. Sed omnipotenti Deo, qui vniuersam creaturam de nihilo fabricauit, non erat difficile verum corpus columbæ sine aliarum columbarum ministerio figurare: sicut ei non fuit difficile verum corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare, cui natura corporea, & in visceribus fœminæ ad formandum hominem; & in ipso mundo ad formandam columbam, imperio Domini volũtati{q}; seruiret.* Hæc ille, tradens, viuam & veram fuisse columbam, sed denuo à Deo creatã. Columba autem minimè de cœlo descendit: cum ibi non agãt; nec sit materia vnde formetur; nec penetratio danda sit, ne multiplicentur miracula. Non videtur etiam quomodo columba potuerit per regionem ignis sine corruptione transire: nam & hoc quoque excusari potest: sed ex parte aeris superiore in illo hiatu, vnde cõspici posset quò descenderet. Post descensum verò in caput Christi non propriè euolauit, sed subitò diuina virtute, nemine vidente, inde rapta est: nam si maneret propè, vel aduolaret, vt cæteræ columbæ faciunt; iudicassent aspectantes homines, illam columbam naturalem fuisse, & veram, casuique vel ingenio, artique hominum adscriptum fuisset, quòd descendisset super Christum: quemadmodum de Mahometo referũt quidam, columbam quandam ad aures ipsius aduolare consueuisse: quòd alias ex eius aure grana frumenti comedere solita esset: vt ita ostenderet vafer ille & impurus homo, Spiritũ S. familiariter sibi colloqui, atque ex eius afflatu quam

Procop. Gaz. Lyran. Caietan. Corn. Iansen. Ioan. Ferus. Hieronym. hoc loco.

B. Ambr. to. 5.

Si ficta, ex qua materia cõstabat, eademq; quomodo resoluta.

Vera probabilior opinio

B. Augu. to. 9.

Augu. paulò inferius citandus.

D. Thom. hoc loco.

Altera opinio, verã scilicet fuisse columbam.

Sap. 1. Ioan. 16.

II. ratio.

III. & IV.

Gen. 1.

Dei virtus absoluta.

Eiusmodi rationes minimè concludere.

Exod. 13.

Vnde illa columba descẽdit.

Quò eadem aduolauit.

In qua Spiritus sanctus descendit, si vera fuit illa columba, vnde fuerit.

Exod. 16.

Mahometi nequissimi hominũ impostura per columbam.

tradebat

tradebat legem, haurire atque depromere. Vel certè non repugnat, illam columbam euolasse cælum versus ad aliquam regionis aereæ partem, vbi iam cerni nõ posset: quatenus per hoc significaretur, sanctum Spiritum esse qui descenderet, & rediret in cœlũ. Spiritus itaq; sanctus descendere dicitur in ipsa se significãte, sed ab Angelo mota; qua ratione & vox ab eodem Angelo formata fuit in Dei nomine. Quia enim in Deo nulla est successio, nec potentia patiens, ideò motus & passiones minimè sustentabantur in diuina hypostasi verbi, verùm in humanitate, perinde ac si ei vnita non fuisset, erat tamen persona quæ comedebat, loquebatur, patiebatur, sed in natura humana: vt docet sacra Theologorum schola. Angelus ergo, quatenus vel Deum, vel Angelum superiorem, vel se ipsum repræsentare vult, mutuari solet corpus.

Altera solutio.

Spiritus quo modo sanct⁹ descenderit.

Angeli quatenus corporei.

Subdit, *Venientem super ipsum.* Græcè aliquot codices habent, ἐφ' ἑαυτὸν, id est, super se: quæ lectio purior videtur: non quòd Spiritu sancto Christus ante baptismũ caruerit, quo ab initio conceptionis plenus erat. Nõ est ergo notus Spiritus sancti aduẽtus, sed est reuelatio Spiritus antea habiti: verùm is ante baptismum eius non erat exteriori signo declaratus. Ipse ergo Iesus vidit super se venientem Spiritum sanctum: nec enim alibi quàm super hũc florem inuenit requiem hæc columba, ramũ oliuæ, hoc est, pacis deferens: & columba venit ad agnum: id est, mansuetus ad mansuetum. Deinde ad significandam plenitudiné gratiæ Spiritus sancti in Christo. Nam qui maximè diuino spiritu afflantur, velut columbæ fiunt, candidi, simplices, & innocentes, pauidi, gemebũdi, amantes. Ideò in integro animali datur, nobis verò per partes. Vnde in lingua, & flatu Apostolis datus est: quia nobis Spiritus datur ad mẽsuram, in Christo verò datus est sine mensura: vt de plenitudine eius nos omnes acciperemus. Itẽ, vt missio Christi ad prædicãdum insinuetur: de qua scriptum est: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me: euangelizare pauperibus misit me.*

Quare Spiritus sanctus venerit super Christum. I. ratio.

Gen. 8.

II. ratio.

Quos super aduenit Spiritus sanctus, quales illi fiant.

Christi prærogatiua. *Supra 1.*

III. ratio. *Esa. 61. Luc. 4.*

Nõ in specie ignis vel linguarum, vt olim sed colũbę, quare Spiritus sanctus in Christum descendit. *Act. 2. Exod. 20.*

In specie humana Dominus cut Iesus apparuit. *Gen. 8.*

Non descendit aũt Spiritus sanctus super Christum in forma ignis, vel linguarum, vt in die Pentecostes super Apostolos: nec enim Deus egebat forma ignis, vt homo frigidus; nec linguis, vt homo ignorans; sed columbæ, nempe mansuetudinis, & simplicitatis dissimulãtis peccata hominum propter pœnitentiam. Quia verò Iudæi nolebant audire Deum terribilẽ in igne; venit mansuetus & amabilis in specie humana, & Spiritus in forma columbæ: vt olim allato ramo viridis oliuæ, nuntiauit ipsi Noe pacem humano generi redditam. Ita hoc baptismo, & aduentu Spiritus inaugurabatur Christus, vt gratiam Patris orbi annuntiarent: prædicauit enim Christus pacem his qui longè, & pacem his qui propè. Dominus ergo Iesus instar columbæ habet pẽnas scripturarum, rostrum separans pretiosum à vili, vngues lædere nescios, stomachum plenum salutis nostræ cibo, simplices oculos, erectum caput per excellentem spem, caputq; in omnes partes deflectens per prouidentiam. Hinc Spiritu sancto plenus regressus est à Iordane, quoniam de plenitudine sua cœpit effundere. Per donum sapientiæ cum delectatione videbat aquas deitatis, fugiebat accipitrem dæmonem: vt in deserto fecit; vt contra, Adam ad illũ confugit. Dono intellectus, sine felle amaritudinis cognouit quibus ministeria tribuẽda essent: cõtra Adam, indignè tulit præceptũ Dei, amarus animo, nec discreuit comminationes Dei à promissione fallaci dæmonis. Spiritu consilij abscõdebat superbis & sapientibus in oculis suis Iudæis mysteria sua, & reuelabat ea Samaritanis, vt filijs lucis: cùm contra Adam cum dæmone communicauerit. Spiritu fortitudinis in petris pœnarum nidificauit, pulloſque defendit. *Nemo*, inquit, *rapiet oues de manu mea*: cùm contra Adam, gula victus succubuerit, seque suosque perdiderit. Spiritu scientiæ scripturas, vt grana purissima allegabat. Spiritu pietatis nihil viuum edebat. Non enim venit Filius hominis perdere, sed saluum facere, quod perierat. *Ego*, inquit, *veni vt vitam habeant, & abundantius habeãt.* Spiritu timoris: videns enim ciuitatem, fleuit super illam: & ingemiscens Patri dicebat: *Non mea voluntas, sed tua fiat.*

Ephes. 2. Colũba qualis Christus; quæque sit eius pennæ.

Luc. 4.

Ioan. 1.

Gen. 3. Colũbę proprietates. *Esa. 61.*

Ioan. 10. Gen. 3.

Luc. 19.

Ioan 10. Luc. 19.

Infra 22. Columba, in qua Spiritus sanct⁹ descendit, cur fuerit ab omnibus visa.

II. ratio.

Porrò hæc colũba visa est à Christo primùm, vt hic dicitur, deinde à Ioanne, vt Marc. 1. & Ioan. 1. postea verò ab astantibus, vt allicerentur rudes, atque incredduli de mysterio Trinitatis diuersis imaginibus erudirentur aliquo modo: quanquàm eæ imagines à tribus æquè personis formarentur, ac penderent.

Ad hæc, sacrum Trinitatis arcanum creditu difficile profitetur baptizatus: atque in expressione personarũ forma baptismi consistit. Ideò in exemplũ rudibus Trinitas demonstrata est. Tum vt Christus insigne principiũ faceret: quod in ascensione consummatum est. Ob absentes autem testimonium Ioannis opus fuit, quo approbaretur eum esse filium Dei, & Ioanne maiorem & fortiorem, atq; adeo illum baptizare in Spiritu sancto, cuius vnicum verum

III. ratio. Ad quid op⁹ fuerit testimonium Ioannis in baptismo Christi.

signum

signum est, charitas: quod in gregali colũba congruè est repræsentatum: quippe ob Christum solum signo opus non erat, sed propter nos. Apparuit autem in columba, quatenus per eam denotaretur puritas, innocentia, simplicitasque baptizatorum, in quos septem dona Spiritus sancti infundũtur. Sapientiam quidem, quia residere facit iuxta fluenta scripturarum: intellectũ, quia veritatem docet non lacerare: scientiam, quatenus præstat vt eligat grana vtilia scientiarum: consilium, quòd nutrire interne suadet in bono malos, vt alienos pullos: pietatem, quæ fel ab eis tollit iracundiæ: fortitudinem, quoniam in petrarum cauernis habitat: denique tribuit timorem, quo excitat ad gemitum inenarrabilem. Significatur præterea in colũba, quæ societatem colit, remissio, quia pacis vnitas in Ecclesia eorum qui baptizati sunt, cõseruatur. Præsentatur fœcunditas quoque bonę actionis (est enim columba fœcundissima, non sibi sed domino) ita Spiritus sanctus in nobis fœcundus est in nostram, non in suam vtilitatem. Item gemitus precationis, delineatur simplicitas, tum cautela baptizati. Spiritus sanctus non generat coruos, vel aquilas, & id genus animantium, quæ ex raptu, & cæde aliorum viuunt, sed columbas: ideò qui baptizatur, simplicitatem columbinam induit, id est, Christum: *Quicunque enim in Christo baptizatus est, Christum induit:* vt ait Apostolus Galat. 3. *Iam qui Christum induit, filius Dei est, & spiritu Dei donatur, & agitur.* Insuper sacro capitis Domini vertici insedit, quo agnosceretur à Ioanne Baptista, quòd ipse baptizaret in Spiritu sancto. Viderunt etiam alij columbam insidẽtem capiti, & ceu digito Iesum demonstrantem: ne putarent vocem venire ad Ioannem. Nisi dicas, illos vocem non audisse, auditamve non intellexisse: vt existimant quidam. Postremò in columbæ specie visus est Spiritus sanctus, ideò, vt designaretur vita, conuersatioque Christi perfecta: nam sanctitate sua volauit bene, sed prope terram fuit, & fœcundus Rex, mitis, & benignus, absque armis, & felle peccati; toti denique mundo vtilis atque salutaris.

Spiritus sanctus quater⁹ in columba visus fit. *Esa. 61.*

Rom. 8. Alij significatus colũbæ.

Baptizati quid innuat.

Gal. 3.

Quãobrem Christi capiti insedit columba.

Postrema significatio columbæ.

Et ecce vox de cœlis dicẽs: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Vox hæc Patris erat, tamen per ministrum Angelum eum repræsentantem formata: velut domus Salomonis dicitur, tametsi per fabros esset constructa: ac proinde Dominus ait, Ioan. 5. *Neque vocem eius audistis* (scilicet in sua substantia) *neque speciem eius vidistis.* Et quoniam veritas est ad mentem loquentis accipienda, & de Christo in tertia persona ad alios loquebatur, ideò propositio nõ erat falsa: sicut cum Angelus aiebat: *Ego sum Dominus Deꝰ tuus*; verè hoc dicebat, quia non se, sed Deum solum, cui hoc competebat, repræsentabat: ita Angelus in persona Dei Patris dixit: *Hic est Filius meus dilectus.* Atque hoc dicimus ad exponẽdam sententiam B. Augustini, vel potius Fulgentij in libr. de Fide ad Petrum: *Firmissime tene, & nullatenus dubites, Patris, & Filij, & Spiritus sancti vnam quidem esse naturam, tres verò esse personas: Patremq; solum esse qui dicit: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & Filium solum esse, super quem vox illa solius Patris sonuit, &c. atq; Spiritum sanctum, Patris, & Filij solum esse, qui in specie columbæ super Christum baptizatum, & ascendentem ab aqua descendit.* Hęc ille: cùm constet tamen opera Trinitatis externa indiuisa esse. Verùm quemadmodum columba licet à Trinitate creata, solius sancti Spiritus signum erat, ita & vox solam personam Patris designabat; cui soli conuenit dicere: *Tu es Filius meus dilectus.* Porrò eiusmodi vox etiamsi dicatur de cœlis venisse, in cœlis tamẽ propriè non est formata, sed in aere propinquo circa Christum. Vox etenim de cœlo venire nõ poterat: nisi multa miracula ponantur ex necessitate, quæ (si fieri potest) ad rectam rationem Scripturas interpretandi, euitanda sunt. Vox siquidem de aere formatur: intra cœlum verò non est aer. Ac licèt ibi fuisset efficta, nempe vt veniret in terram, & audiretur super Christum: erat necesse nihilominus esse vehementẽ & terribilem, quam vix edere posset Angelus. Regio etiam media ignis non est sonans, quare non videtur quomodo per eam aptè & conuenienter posset vox multiplicari. Deinde tardiùs perueniret ad terram, ac fortassis attenta tanta distantia, quãta intercedit inter cœlum, & terrã, vix ea die, qua formaretur, posset peruenire. Ergo asserendum quòd in aere propinquo supra terram, ficta est & formata è nube aliqua vicina, tegente instrumentum, quo formabatur: nam Angelus cùm sit purus spiritus, sine instrumẽto idoneo formare vocem non potest. Ac dicitur venire de cœlo, quatenus de aere superiori, qui cœli nomine venit: hinc vocamus volucres cœli, & aues cœli: vel quia de alto veniens, nesciebaturque locus formationis eius, putabatur à Deo, qui in cœlis est, formata. Quod confirmatur: nam, vt scribitur, 2. Petr. 1. Petrus & alij duo qui cum eo erant, audierũt vocem de cœlo allatam, cùm essent cum eo in monte sancto: constat autem, quòd illa vox transfigurationis non venit de cœlo, sed de nube facta

Cuius vox illa; Hic est Filius meus dilectus, & à quo formata *3. Reg. 7. & Ioan. 5.*

Exod. 20. & alibi passim.

D. Aug. ca 9. to. 3. circa fin.

Mysteriũ sanctæ Trinitatis nõ obscure in baptismo Christi insinuatum.

Vbi illa vox fuerit effecta.

In cælo factã minimè fuisse, multis ostenditur.

Quatenus ea vox de cœlo dicitur venisse.

2. Pet. 1. Matt. 17. Hæc vocem, scilicet, Hic est filius meus dilectus, &c. auditam ab omnibus fuisse.

est: vt

est: vt expresè asserunt tres Euangelistæ. Neque dubium est, hanc vocem ab omnibus, qui starent circum, exauditam fuisse: namq; ad astantes directus fuit sermo: *Hic est Filius meus dilectus, &c.* Neque vllum esset testimonium probans ipsum esse filium Dei, nisi auditum fuisset illud à circunstantibus. Superfluum quoque fuisset formare eiusmodi vocem, si solus Christus eam audisset, cùm ipse se nosset filium Dei. Eò accedit, quod cùm ista vox in id maximè sit edita, quo significet, per baptismum hominem fieri filium Dei, adoptiuum scilicet; decebat eam audiri à multis, quemadmodum & vox in transfiguratione non solùm à Christo, sed etiam à tribus discipulis audita est: voces etiam, quæ cœlitus ad se fiebant, non propter se tantùm, sed & propter adstantes factas declarat, Ioannis 12. Christus. *Non propter me*, inquit, *facta est hæc vox, sed propter vos.* Hinc Hieronymus super Matthæum ait: *Columbam super caput Iesu insedisse, ne quis putaret vocem Patris ad Ioannem fuisse factam, & nō potius ad Dominum. Si tamen astantes non audissent hanc vocem, non putarent factā nec ad Ioannem, nec ad Dominū.* Augustinus lib. 2. de concord. Euangelist. scribit: *Non enim Christo indicabatur quod sciebat; sed audiebant qui aderant, propter quos etiam ipsa vox facta est.* Hæc ille. Huius vocis confusæ sensum, etsi præsentes audierint, haud tamen intellexerunt, vt quidam sentiunt, præter Ioannem, aut alium aliquem, si quis fuit dignus nosse mysterium, sicut contigit Ioan. 12. de voce illa: *Et clarificaui, & iterum clarificabo*: quæ etsi propter eos, qui astarent, sit edita, quidam tamen putauerunt esse tonitruum factum: alij verò Angelum locutum: similiter ac contigit in ea etiam voce, quæ Paulum conuertit. Nam qui cum Paulo erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierūt eius, qui loquebatur, Act. 9. & 22. Columbam autem omnes viderunt, at quòd signaret Spiritum sanctum, intellexerunt pauci.

II. ratio.

III. & IV.

Matt. 17. 2. Pet. 1.

Ioan 12.

Hieron. to. 9. Cur sedent columba super caput Iesu, teste Hieronymo.

B. Aug. c. 14. tom. 4. Eius vocis mysterium à quibus præceptum tantummodo.

Ioan. 12.

Act. 9.

Infra 22.

Negantes columbam ab omnibus visam, vocemque auditam fuisse, quibus illi rationib. adducantur.

Ioan. 1. 2. Pet. 1.

Quidam verò cōtendunt, minimè vidisse hæc, vel vocem audisse omnes, qui astabant: tum quòd ab Euāgelista non fit mentio præterquam de solo Christo, & Ioanne; nihil verò de populo traditur: verùm, quòd Christo orante, dum populus baptizaretur, hæc audiuerint: tum quia Ioannes Baptista nō meminit istius vocis apud Ioann. 1. quomodo B. Petrus commemorat eam vocem, quæ in transfiguratione est audita, 2. Petr. 1. tum quod non sit additum hic, *Ipsum audite*, vt alibi: ideò hæc non visa, vel audita à circumstantibus: tum quia multa enarrantur ab alijs non visa: vt, pernoctatio Christi in oratione, trinaque illa instante morte Christi in horto precatio cum sudore sanguineo coniuncta: tum quoniam magna mysteria, maximè in initio, vt, transfiguratio, & resurrectio paucis fuerunt explorata. Adde etiam, quòd non opus fuisset testimonio Baptistæ post desertum, nec eius demonstratione. Ioannes etiā allegasset suos discipulos in testes: quemadmodum fecit Ioanni s 3. *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim, Non sum ego Christus.* Turba quoque, viuente Ioanne, sequuta fuisset Christum secedentem in desertum: postea etiam non admirarentur de Christi sapientia & signis: dicebant enim: *Vnde huic sapientia hæc & virtutes? Nónne hic est fabri filius?* si namque nouissent filium Dei, cessaret admiratio. Præterea non fuisset primum signum illud, quod edidit in Cana Galilææ ad nuptias: neque dixisset Dominus Ioan. 1. *Videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis.* Tum denique, quòd Andreas & alius discipulus haud solo Ioannis testimonio in Christum credidissent. Neque obstat, vocē non Christi, sed circunstantium gratia factam fuisse: quòd Ioannes testaretur vocem hanc factam, sicut testatur Euangelium, vt in transfiguratione, & ita miraculis confirmaretur: & Ioannes explicare poterat quòd nō de se, sed de Christo vox illa testata est. Initium enim actuum Christi humile esse debuit, paulatimque progredi: ac licet illa sensibilia essent, tamen non viderunt rudes, ac minimè capaces. Hæc idcircò proferre volui, vt cogitet prudēs Lector, num rationi, & scripturis ipsis conueniant ista, cùm pluribus argumentis, atque ijs quidem non infirmis nitantur, etsi arbitrer facilè solui posse, & priorem sententiā retineri.

Luc. 6.

Matt. 26. Luc. 22.

Ioan. 5. Sap. 1.

Matt. 3.

Ioan. 2. Supra 1.

Ibidem.

Hæc ratio d[e] initio. Vo[x] illa propter astantes, no[n] propter Chri[sti] facta fuit.

Qualia esse debuerint actionū Christi initia.

Pulchrè autem Pater per vocem, *Filium*, indicat, cuius proprium est dicere, ac dicendo filium gignere. Ter autē venit vox de cœlo super Christum. Primùm hic, vt attestetur eius innocentiæ, quodque per ipsum renasci debemus, & fieri filij adoptionis. Deinde in monte eadem audita vox est, sed additum: *Ipsum audite*: vt intelligamus perfectioris vitę gradum ascendentes, & qui seorsum ab alijs secernuntur, habere magistrum, & institutorem quem imitentur. Postremò prope passionem audita est vox: *Et clarificaui, & iterum clarificabo*: quod doceat, eos simili gloria afficiēdos cum Christo, qui potuerunt agonem sustinere cum illo. Conueniens fuit porrò in baptismo audiri vocē Patris super eum, quatenus Iesum ostenderet esse filium Dei.

Quare ter super Christū vox cœlitus fuerit audita.

Matt. 17.

Ioan. 12.

Deus cur Pater de Christo testari debuerit in baptismo.

Ioan. 1.

Infra 8. Certissima & indubitata de Christo filio Dei, atq; Messia testimonia.

Luc. 2.
Ibidem.
Matt. 2.
Ibidem.
Luc. 2.
Ibidem.

II. ratio.

B. Chrys. ho. 12. to. 2. init.

III. ratio.

Ioan. 1.

Hila. Can. 4. in fine.

Cœlum cur apertum in Christi baptismo.

Theophyl. in Matt.

Si Iesus Spiritu non egebat, cur in eum descendit, & quare in specie columbæ, teste Theophyl.

Rom. 8. Gen. 8.

Gal. 4.

Sed hoc conuenientiùs potuit ostēdi, cùm primùm ipsi populo demonstratus est. Etenim Christus ante baptismum generaliter Iudæis non fuit ostensus: quoniam tūc primum proditurus erat ad prædicandum, & ad miracula edenda, qui antea delituerat. Vnde Ioannes dixit: *Sed vt manifestetur in Israël, propterea veni in aqua baptizans.* Voluit ergo Deus fidem nostram solidari de Christo: nam si Iudæi post tot testimonia dixerunt: *Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum*: quid dicturi fuerant, si nihil vidissent? Nunc autem non est, cur ambigamus tot testimonijs roborati, Scripturæ scilicet, Angelorum, Pastorum, Stellæ, Magorum, Simeonis, Annæ, Ioannis Præcursoris, & ante, ac supra omnia, testimonio Patris æterni: Securi ergo sequimur Christum. Deinde factum est propter nos, qui illam vocem nō audiuimus, vt saltem per fidem eorum, qui audierunt nos firmiter credamus. Hinc Chrysostomus in Matthæum: *In principijs*, inquit, *spiritualium rerum semper sensibiles apparent visiones propter eos, qui nullam intelligentiam incorporalis naturæ suscipere possunt: vt si postea non fiant, ex ijs semel quæ facta sunt, recipiant fidem.* Hæc ille ferè. Præterea hoc factum est propter nostrum baptismum. Nam in illo Christi ostendi debuerunt ea, quæ in nostro sunt: in nostro autem homo efficitur filius Dei per fidem, & Sacramentum: iuxta illud: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Quod perspiciens Hilarius in Matthæum: *Vox*, inquit, *Patris audita est, vt ex eis, quæ consummabantur in Christo, cognosceremus post aquæ lauacrum, & de cœlestibus portis sanctum in nos Spiritum inuolare; & cœlestis nos gloriæ vnctione perfundi, & paternæ vocis adoptione Dei filios fieri: cùm ita dispositi in nos Sacramenti imaginem ipsis rerum effectibus veritas præfiguraret.* Pulchrè ait Theophylactus: *Aperitur* (in baptismo scilicet Christi) *cœlum, vt monstretur nobis, quòd baptisma aperiat omnibus cœlum, quod Adam clauserat. Descendit autem Spiritus in Iesum, vt ex hoc discamus, quòd & in nos cum baptizamur, descendat Spiritus: neque enim Spiritu Dominus opus habebat, sed omnia propter nos fecit: & primitiæ ipse sit omnium, quæ nos sumus sumpturi post hæc, vt fiat primogenitus in multis fratribus. In specie autem columbæ descendit, vt discamus quòd mansuetos nos esse oporteat, ac mundos. Et sicut tempore Noë columba significauit quieuisse iram Dei, sic & hoc loco Spiritus sanctus conciliauit nos Deo, facto peccati diluuio. Et filius audit à Patre vocem allatam, monstrans quòd & nobis, qui baptizamur, adoptionem filiorum Dei largitus sit.* Euthymius quoque hoc loco: *Simul etiam attende, quòd sicut in Paschate, siue cœna mystica, in vna mēsa Iudaicū Pascha adimpleuit ac finiuit & suo dedit initium: ita quoq; in baptismate, in eodem flumine fecit vtrunque.* Hæc ille. His tribus miraculis, nempe apertione cœlorum, & columba super eum descendente, atque voce cœlitus ad eum demissa, confirmauit hunc Iesum verum esse Messiam illum, de quo Esaias cap. 61. *Spiritus Domini super me, eo quòd vnxerit me*, & reliqua. Deinde declaratus est hisce spectaculis publicè inchoasse suæ doctrinæ ministerium, cuius gratia è cœlo venit, & homo factus est. Hactenus priuatam apud parentes vitam egerat, nunc his cœlestibus signis auocatur à priuata vita ad publicum Euangelij munus, & officium declaratus totius orbis doctor, & Saluator. Quod tempus expressit Petrus Actor. 1. *Oportet ergo*, inquit, *ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis.* Ad hæc, reuelantur tres personæ vnius essentiæ: Pater in voce, Filius in persona baptizata, Spiritus sanctus sub specie columbæ. Et baptismi autoritas & efficacia confirmatur, nam baptizatis adest sanctissima Trinitas, in gratiam suam recipit & amicitiam, atque cum ipsis sempiternum init fœdus pacis atque conciliat.

Euthym.

Cœlorum apertio, colūba, & vox Patris edita, quid primū doceant nos.

Esa. 61.

II. Documentum.

Act. 1.

III. Documentum.

Dubitatur verò, an vox ista in tertia persona edita sit, vt refert Matthæus: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*: an verò, vt Marcus & Lucas tradunt, in secunda: *Tu es Filius meus dilectus: in te mihi complacui.* Respondent quidam, & ad Filium in secunda persona fuisse directam, & ad circumstantes in tertia: quod fortasse à vero non abhorret, ac ideò vtrumq; expressum: verisimilius tamen putant alij, quòd vt ad ipsum missa est columba, & cœli apertio facta, ita in secunda persona fuisse vocem prolatam ad Filium. Sed quia non ob ipsum, at propter nos hoc factum est, ideò Matthæus exponens sensum, non autem recitans verba, iuxta materiam, & ad literam, tanquam in tertia persona dicta retulit. Quippe hæc erat mens Patris, nos vt doceret quis esset, cui salutem nostram ferre debeamus acceptam: namque ipse non solùm nō est peccator, vt erant reliqui omnes, qui ad baptismum Ioānis accedebant, verùm erat vnicè dilectus, & omnium hominum labes ac sordes (quod ad se attinet) mundare atque abluere venerat. Græcè autē profertur cum articulis ὁ υἱός, ὁ ἀγαπητός, nimirum ille filius, ille dilectus, hoc est,

In tertia, an in secunda persona dictum sit, nēpe: Tu es filius meus dilectus, &c.

Altera opinio probabilior.

Hęc sentētia Græcè quare cū articulis proferatur.

vnigenitus naturalis, & eiusdem substantiæ (nam ὁμοούσιος, vt eruditi notant apud Homerum, vnigenitum filium significat) atque proinde charissimus. Augustinus tamen libr. 2. de Consens. Euangelistarum, oppositum sentit, his verbis: *Vox enim cœlestis vnum horum dixit, sed Euangelista ostendere voluit id valere quod dictum est: Hic est filius meus, vt illis potius, qui audiebant, indicaretur quod ipse esset filius Dei: atque ita dictum referre voluit: Tu es Filius meus, ac si diceretur illis: Hic est Filius meus. Non enim Christo indicabatur quod sciebat, sed audiebant qui aderāt, propter quos etiam ipsa vox facta est.* Hæc ille. Omnes istæ sententiæ probabiles videtur, & suis nituntur rationibus, salua manet tamen rei substantia.

Ἀγαπητός, Homero quid. *B. Aug. ep. 14 tom. 4.*

Hic est igitur Filius meus: videlicet tam etsi humilis, abiectus, despicabilis, & infirmus, atq; vt reliqui omnes in speciem peccator & nocens, à sapientibus mundi damnetur, à mundoque sibi contradicatur: is tamen Filius meus est natura, non adoptione: ac proinde ostendit esse verum Deum: vt Paul. ait ad Heb. 1. *Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* & rursum: *Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium.* Hic est ergo filius meus dilectus: quasi dicat, Hactenꝰ misi seruos meos quos cōtumeliosè repulsos occidistis, propter quod poterā vos abijcere: sed ne quid omittatur quod mihi Deo salutem hominum curanti, possit competere, ecce mitto filium meum, vt vel vereamini eum vos, & ab æterno exitio seruemini. Idemq; dicendum de eo quod sequitur: *In quo mihi complacui*, vel, *In te mihi complacui*: nam iuxta priorem quæstionem sunt definienda. Videtur hac paterna voce allusum ad oraculum Esaiæ, qui ca. 42. ait: *Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus: complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum.* Complacuit autem sibi Pater in Christo, vt in singulari opere & summo, quod extra per artem condi potuit. In ipso enim, autore Apostolo, inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: sicut condito Adamo, in eo requieuit Deꝰ ab omni opere suo: ita modò in Christo, secundo Adam, plusquam in primo, in quo mihi omnia placēt, in quo nihil displicet, & propter quem solum nos Deo placemus, nostraque omnia: quia ei insiti vt membra capiti sumus, & qui adhæret Christo, vnus spiritus est cum eo. In eo igitur bene complacitum est Patri, quem quoties aspicit, toties velut dulcissimo amoris affectu tangitur, & in tantùm propitius ac placatus efficitur, vt omnis iræ & indignationis in peccata nostra cōceptæ obliuiscatur. Christus verò nōnisi post baptismum, dicitur placuisse Patri, vt videri possit Christus ante baptismū displicuisse. Sanè Christus semper Patri placuit: at Scriptura non asserit eum placuisse (vt nostri personam gerebat) à baptismo, in quo ex filijs iræ, efficimur filij Dei: & incipimus Deum placare, qui ante propter peccatū ei displicebamus. Vel vt exponit Augustinus. *In te mihi complacui*, Græcè εὐδόκησα, licet Atticè dixerit Lucas ἠυδόκησεν: id est, placitum meum in te cōstitui, siue per te decreui implere quod mihi placet. Non dicā amplius: *Pœnitet me feciſſe hominem.* Gen. 6. & bene ait, *Complacui*, iuxta Latinum interpretem: id est, cum Spiritu sancto placui, idcircò ei omnia ad redemptionem mūdi spectantia cōmisi. Et solus Pater Christum perfectè cognoscit: quia nemo nouit Patrem nisi Filius, ac per hoc diligit eum, etiam in quantum homo est, plusquam mundum totum. Hoc loco B. Lucas texit eius genealogiam, & quidem satis commodè: nam hæc generatio, qua nos nati sumus Christo, vel potius regenerati per Christum, in baptismo eius fuit. Explicationem verò quæstionū omnium, quæ ad Christi genealogiam spectant, habes apud Matthæum, prudens lector, eò te confer, si desiderio illas intelligendi teneris. Ac quemadmodū Christus baptizatus, statim in desertum abijt, & ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ita nobis vbi per baptismū & pœnitentiam consecuti sumus remissionem peccatorum, adhibendum est studium diligenter, vt peccandi occasiones vitemus. Frænāda ieiunijs lasciuia carnis: quod Paulus faciebat: qui etsi raptus quōdam fuisset in tertium cœlum, & in paradisum, cum timore tamē ac tremore salutem suam operabatur. *Ego*, inquit, *sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutē redigo: ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Quod si is, qui tantos in Christiana philosophia fecerat progressus, tantùm studium, & curam adhibebat, ne reprobus efficeretur: nos miseri, qui ab eo tanto distamus perfectionis interuallo, quantū distat ortus ab Occidente, quid non metuere debeamus, aut quid nō cauere? securi autem (prō pudor) in vtramq; aurem dormimus, perinde quasi exigua iactura sit, diuinum illud donum remissionis peccatorum amittere: quod si adsit, æternam vitam nobis parat, si desit, in gehennam relegat. Atque hoc est in causa, cur homines post exomologesin peccatorum mox ad eadem flagitia relabantur: nempe quia non cogitāt quantum

Christus qua lis filius Dei sit.

Heb. 1. 2. Reg. 7. & alibi. Matt. 21. Ibidem.

Esa. 42.

Matt. 12. In Filio suo quemadmodum sibi cōplacuit Deus Pater. *Coloss. 2. Gen. 2. 1. Cor. 15.*

Supra 12. Supra 6.

Quando primùm Patri Christus placuerit.

B. Aug. loco præscripto. Expenditur hæc lectio. In te mihi complacui. *Gen. 6.*

Quare non placui, Pater inquit, sed complacui. Qui diligat filium Christum Pater. *Matt. 11.*

Christi baptismi eius cur genealogiam mox nectat Lucas. *Luc. 3. & seq. Lib. 3. enarration Euangelicarum, ini init. Matt. 4.*

Christi à baptismo in desertum secessus, ieiuniūque quadragenarij quid nos doceat. *1. Cor. 9. 2. Cor. 12.*

Pauli exēplo quā viuo, efficaciq; ad pœnitentiam prouocemur

Quæ causa reciduorum peccatorum potissimum vna.

tum munus fuerit, per sanguinem Vnigeniti reconciliari ipsos Deo, atque cum tanta maiestate redijsse in gratiam, neque illa verba recordantur: *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Eniti ergo debemus, vt dignitatem filiorū Dei, baptismi atque pœnitentiæ Sacramentis paratam atque comparatam, in nobis conseruemus, & augeamus, præstante hoc nobis illo, qui eam donauit, Iesu Christo Domino nostro: cui cum Patre & Spiritu sancto detur omnis honor, gloria, & imperium, ac gratiarum actio ab omni creatura in secula seculorum, Amen.

Ioan. 5.

TRACTATVS VIII.

In illa verba Matth. 4. *Tunc Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo,*

Domin⁹ cur Iesus tentari voluerit. *Ioan. 1.*

SIngularis, ac summus humilitatis magister Christus Dominus mundo apparituras, gloriamq́ue quasi vnigeniti à Patre ostensurus ad salutem humani generis, vix modestiæ atque humilitati valedicere nouerat, aut poterat: ideò non contentus præsepi, aut circuncisione, etiam quasi vnus ex alijs peccatoribus, qui pœnitētiam profitebantur, à Ioanne baptizari voluit: neque verò id satis illi fuit, verùm se etiam tentandum exposuit, quatenus ad approbationem, confirmationemq́; diuinæ vocis, filium illum dilectum asserentis, sequeretur probatio spiritus maligni. Cumque hac tētatione velut aurum in igne ille probatus sit, dicere licet, in Christo baptismū ignis consecutum illum aquæ. Hæc autem historia à tribus prioribus Euangelistis enarrata est: solus Ioannes eius non meminit: quòd Deus, quem ille describit, is est, in quem tentatio non cadit. Ex quo Origenes homil. 35. in Matth. in hunc modum scribit: *Sicut secundùm tres Euangelistas tentatur à diabolo Iesus, secundùm Ioānem autem, qui spiritualis naturæ eius fecit sermonem, non tentatur (nec enim tentatur veritas, nec enim tentatur vita, & resurrectio, & lumen verum) sed tentabatur secundùm hominem, quem susceperat vnigenitus Deus: sic secundùm Ioannem quidem Saluator imponentibus eis, qui susceperunt eum, crucem suam portans egressus in Calvariæ locum, secundùm reliquos autem sibi eam non portat.* Hæc ille ferè. Marcus non scribit tentationes, & earum occasionem, id est, esuriem, neque quòd assumptus est à diabolo, vtpotè Leonem describens, & solū fortia notans: sed tantùm refert quod tentabatur à Satana, eratq́ue cum bestijs: & venit in Galilæam. Quippe tunc quilibet est aptus ministerio verbi, cum in tentationibus probatus, victor euaserit. Quo tempore autem sit Christus tentationibus expositus, explicat Matthæus dicens: *Tunc ductus est:* & Marcus cap. 1. *Et statim Spiritus expulit eum in desertum.* Tunc ergo, nempe post baptismum aquæ, & Ioannis laudes & præconia ductus est; docens nos suo exemplo, cùm laudamur, proximos esse tentationibus, vt Iob cùm primùm voce Domini commendatus fuit, quòd non esset similis super terram, in grauem & terribilem incidit diaboli tentationem. Cùm etiam laudamur, instruimur secedere, atq; ipsi Deo, bonorum omnium atq; virtutum nostrarum largitori, laudes adscribere. Secessit autem in desertum, vt rationi ac pietati est consonum cogitare, non sine consensu matris suæ sanctissimæ: quod suppressum est, ne nos in huiusmodi carnem & sanguinem consulamus. *Ductus est:* Græcum verbum est ἀνήχθη, à verbo ἀνάγειν, quod est, subuehere, siue sursum tollere: accipiturque ἄνα, pro, ἄνω, id est, sursum; ac rursus ἄνω, sumitur pro χωρὶς, hoc est, seorsum. Et ita sensus est, vt vim vocis interpretatur Budæus, subuectus est, vel in altos montes ductus: nam desertum, in quo per quadraginta dies egit, locus mōtosus est, horridus, incultus, & à bestijs tantùm habitatus, & respectu eius loci, vbi baptizatus est, editus atque eminens. Quadrat etiā loci eminentia obsecrationi, meditationiq; quam eo in loco instituebat: & in hodiernum vsque diem is locus dicitur mons Quarantenæ: quòd in eo quadraginta dies ieiunans Christus versatus sit, & de more ostendi solet fidelibus, qui ad Loca sancta Sepulchri, religionis gratia, peregrinantur.

Luc. 2. Ibidem.

Sap. 3. Christi tentationem cur solus ex Euāgelistis tacuerit Ioannes. *Origen. in illud, Pater, si possibile est, &c. & hom. 29 in Lu. 10. 2*

Deinde vox ἀνήχθη, exponi potest, subductus, vel abductus, siue seorsum ductus: quia enim instabat dispensationis susceptæ exordium, neque conueniebat, vt Christus ad ea, quę hactenus parētibus subditus exercuerat, rediret, statim ductu Spiritus sancti ad obeunda regni Dei negotia raptus est, à turbarumq́ue populis in solitudinem subductus. Dicitur porrò ductus à spiritu, & ne fortè dubitares à quo spiritu sit ductus, satis ostenditur in eo quod Græcè dicitur cum articulo ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ad indicandum Spiritum sanctum. & Codex Syriacus apertè dicit: Ductus est Iesus à Spiritu sancto, de quo Esaias Propheta, ca. 63. *Spiritus Domini ductor eius fuit.* Lucas quoq; exposuit, inquiens: *Iesus plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordane, & agebatur in Spiritu in desertum*: vt rectè ponderat Athanasius in

Ioan. 14.

Marcus cur tātum in genere Christi tentari meminerit.

quando fuerit Christus tentatus.

Matt. 3.

Iob 1.

Iesus quomodo ductus in desertum.

Buda. in comment. linguæ Græcæ.

In quod desertum ductus sit.

Alter sensus, quid scilicet sit, ductus est Iesus in desertum.

Quod à quo spiritu ductꝰ sit.

Esa. 63.

B. Athan. epi. 1. tom. 4.

epist. ad Serapionem Episcopum. Etenim quoniam præcesserat, visam fuisse columbam manentem super eum, rectè colligimus, spiritum, quo agebatur in desertum, fuisse Spiritum sanctũ. Ad hæc, cùm filiorum Dei sit, Spiritu Dei agi, vt dicitur ad Rom. 8. atque illo actus sit Helias: nam dicitur 3. Reg. 18. *Cùm recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro*: & Heliæus dixit ad Heliam: *Obsecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus.* Simeon etiam venit in Spiritu in templũ. Spiritus item agebat Apostolos, & per eos loquebatur, atque signa operabatur. Si ergo Apostolorũ atque Prophetarum proprium erat agi, vel duci à Spiritu, velut est filiorum omnium qui adoptantur, quanto magis hoc cõueniebat filio naturali, & vnigenito, magno Prophetæ, ac summo Dei Patris Apostolo? Præterea, Spiritus absolutè, tam in Veteri, quam in Nouo Instrumento, vbi sine additamẽto ponitur, & maximè cũ Græco articulo, vt hic ponitur in Matthæo ὑπὸ τοῦ πνεύματος, & in Luca, ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι, in bonam partem accipitur pro Spiritu sancto: vt adnotauit tum ex Græcis Athan. li. de Spiritu S. tum ex Latinis B. Hieron. in illa verba Michææ. c. 2. *Vtinam essem vir non habens spiritũ.* Idem etiã notauit Augu. li. 2. ad Simplicia. qu. 1. & confirmatur ex Paulo, apud quem dicitur: *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus*: *Si spiritu facta carnis mortificaueritis: Spiritus concupiscit aduersus carnem: Fructus autem spiritus sunt, &c.* Quando verò Spiritus pro cacodæmone accipitur, appellatur spiritus immundus, vel spiritus nequam, vel spiritus malus, & similia. Etsi Christus fuisset ductus spiritu maligno in desertum, quomodo verùm esset, quòd post quadraginta dies illum tentauerit? verùm in ipsa ductione tentasset, neq; diceret: *Vt tentaretur à diabolo*, quasi esset diabolus distinctus ac diuersus ab spiritu: sed, vt tentaretur ab eo, vel, vt tentaret eum. Matthæus ait: *Ductus est à spiritu.* Marcus: *Expulit illum spiritus.* Lucas verò: *Agebatur à spiritu in desertum.* Neque hæc varietas absque doctrina existit. Christus enim etsi omnium sit ememplum, nor maque bene sancteq; viuendi, non tamen ad vnum modum & eundem quosdã vult placidiori via incedere, quosdã austeriori. Illi primi ducuntur ab spiritu, secundi verò à maiori spiritu quasi expelluntur, non resistentes, sed magis volentes.

Athanas. Hiero. tom. 6. Augu. tom. 4.

Gal 5. Rom. 8. Gal. 5. Ibidem.

Scripturæ ea codæmonem quando spiritus voce designent.

Christum ne quaquam à malo spiritu ductũ in desertũ, vt quidam opinantur.

Ac congruè quidem Matthæus, qui hominem nobis describit ipsum Christum, quæ humaniora sunt & placidiora de illo indicat, ideò & placidiori verbo vtitur, nempe ductus: at Marcus, qui Leonẽ Christum depingit, vt spiritus vim atque abundantiam ad fortiora propellentem indicaret, acriori expellendi vsus est verbo: Lucas de vtroque participans, inquit, *agebatur à spiritu.*

Quare Matthæus ductũ Iesum, Marcus verò expulsum, Lucas actum di

Magnis autem rationibus effectum est, vt ab Spiritu sancto duceretur in desertũ. Iesus enim ductus ab spiritu in vniuersis suis actionibus, quasi ouis à pastore, & subditus à suo præposito & duce, idque in omni vita sua constanter vsque ad mortem. Vnde scriptum est: *Sicut ouis ad occisionem ducetur*, nimirum vt ipse tanquam pastor omnes aliquando duceret: in quem sensum dixit Propheta: *Exte exiet mihi dux, qui regat populum meum Israël.* Vt enim Moyses, dux fuit populi egredientis de Aegypto: ita Christus, quod in se est, omnes ducit egredientes à peccato, ac dæmonis tyrannide: sic enim ipse dixit: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Docet ergo Christus ductus primum, deinde ducẽs, seu primò subiectus ipse, deinde præfectus, eos esse aptos, idoneosque ad gubernandũ, qui priùs nouerint ipsi subesse atque obedire. Rursus cum Euangelista potuerit dicere: *Perrexit Iesus in desertum*; abstinuit ab eo verbo, & consultò dixit: *Ductus est in desertum à spiritu*, siue, vt Marcus, *Expulit eum spiritus in desertum*: non quidem quod fuerit coactus, aut vlla vi impulsus, sed spõte atque lubenter spiritu ductore illuc profectus est. Tunc enim Deo placent opera nostra, si è spiritu proficiscantur, si diuinis præceptis, atque adeò Scripturæ sacræ sint consona: nec enim bonum est, quicquid nobis bonum videtur: vt docet exemplum Saul, qui quidem ex præda Amalech, malo suo, reseruarat boues & oues ad sacrificium Domini: cui dictum est: *Nunquid Dominus vult holocausta, & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini?* Pulchra est decantata illa sententia Bernardi: *Ingratum est Spiritui sancto quicquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris.* Multi siquidem inueniuntur Sauli persimiles, quibus meliora videntur ea ieiunia, vel opera, quę ipsi sponte eligunt, quã quæ Dei, vel Ecclesiæ suæ sanctæ verbo sunt præcepta, quæ violare nõ dubitant. Ad hæc, rectè hęc ductio spiritus prę mittitur, ne quisquam quadraginta dierum ieiunium, & noctium sine ratione, aut discretione factum interpretetur, aut professionem, vel deserti habitationem cum bestijs, vbi se aduersario tentandum obiecit: vel ne imperfecti solitudinem arrogare sibi audeant, quæ periculosa est ijs, qui Spiritu sancto duce eam non capessunt, quæ suaptè natura tristitiã inducit: & Væ soli,

cant à spiritu in desertum. *Ezech. 1. Apoc. 4.*

Cur Iesus à Spiritu sancto in desertum ductus sit.

Esa. 53.

Mich. 5.

Exod. 3. & 14.

Ioan. 8.

Qui sint aptorum ad regimen apti.

Ductus potius, quã pertexisse in desertũ cur dicitur Iesus.

Deo quando placeãt opera nostra.

1. Reg. 15.

Ibidem.

Ingratæ quæ oblationes Sancto Spiritui, teste Bernardo.

Ante ductũ in desertum quã ieiunasse Iesus scribitur.

Eccl. 4.

In desertum quod ductus Dominus Iesus.

Luc. 10.

Mar. 1.

Luc. 2.

Matt. 11.

Quibus de causis receperit se in desertũ Iesus.

Ioan. 10. Luc. 15. 3. Reg. 19. Heb. 11.

Vbi orandũ sit.

Matth. 6.

Quod certamen solitudinem requirat.

ait Salomon, quia cùm ceciderit, nó habet subleuantẽ se. ¶ *In desertum.* Locus est montuosus, Ierusalem inter & Iericho, non longè à Galgala, in quo homo ille, qui descendebat ab Ierusalem in Iericho, incidit in latrones: nullis consitus est arboribus, & ferarum habitationi accommodatus: situsque est prope Iordanem, ita vt Iesu Christo ex Iordane regresso ad illum locum non longum iter esset emetiendum: in eo etiam Baptista Ioannes antè fuerat versatus, Christumque eremi cultorem præcurrerat. Meminit huius deserti Dominus. *Quid existis*, inquiẽs, *in desertum videre?* Exijt autem Christus ad tempus in desertum, tũ vt pastorem se verè bonum declararet, qui venerat ad ouem, in paradisi quidem terrestris delicijs perditam, sed in mundi deserto requirendam. Tùm vt vitam indueret pœnitentium: nam agere volentes pœnitẽtiam, secedebant in solitudinem, quemadmodum fecerunt Helias, Ioannes Baptista atque B. Hieronymus: tùm ob exemplum mundum contemnentium: nam eiusmodi homines, qui despicatui mundum habent, in deserta loca se recipiebant, vt de Sanctis quibusdam Apostolus testatur ad Heb. 11. Aegypti etiam à multis sanctis Patribus eẽ ob causam solitudines cultæ fuerunt & inhabitatæ. Voluit simul prædicaturus Dei verbum ex loco illo, fidem sibi & autoritatem conciliare apud homines illos ad ipsorum salutem, vt veluti à Deo missus crederetur, exemplo Heliæ, & Ioannis Baptistæ. Comprobauit etiam hoc facto, anachoritarum, & eorum, qui se ab hominum turbis secernentes, diuinis cõtemplationibus, & meditationibus tradunt, statum. Voluit insuper absque aliorum importuna inuitatione, vel molestia, quadraginta dierum & noctium ieiunium, quod sola præstare poterat solitudo, perficere; nam si in aliorum præsentia ieiunasset; vel eorum importunis precibus cedendo, à ieiunio abstinuisset; vel negando, illis fuisset mœrori. Congruebat quoq; ille locus obsecrationi eius, qui aliorum in orando informator, & dux atque præceptor futurus erat, atque dicturus: *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito*, &c. Præterea congrua erat solitudo: siquidem in certamine spirituali præstat amare solitudinem, corque ab omni affectu creaturæ spoliatum, desertumque gestare, vt vincamus; in alijs autem bellis conficiendis non est bonum hominem esse solum; sed quo maiori est numero militum quis stipatus ac munitus, eo spem maiorem concipit victoriæ. Postremò Christus desertum ingressus est eo consilio, vt hostem humani generis ad certamen prouocaret, & in proprio loco vinceret. Ambulat autem Dæmon per loca arida & inaquosa, & Asmodeus per Angelum relegatus est in desertum superioris Aegypti: vt legimus apud Tobiam cap. 8. Hæc enim Ambrosij verba sunt super Lucam: *(Plenus igitur Iesus Spiritu sancto agitur in desertum) cõsilio, vt diabolum prouocaret: nam nisi ille certasset, non mihi iste vicisset mysterio, vt illum Adam de exilio liberaret, qui de paradiso in desertum eiectus est: exemplo, vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.* Hæc ille. Hieronymus etiam in hunc locum: *Christus ducitur in desertum non captus (id est, captiuus) sed voluntate pugnandi.* Item Autor Operis imperf. in Matthæum: *Ad homines quidem Diabolus vadit vt tentet eos, non homines ad Diabolum, vt tententur ab eo. Quoniam autem aduersus Christum Diabolus ire non poterat: ideò contra Diabolum Christus processit.* Hæc ille. Intellige autem prouocationem, non verbo, vt olim Goliath prouocabat phalanges Israel, verùm opere ipso incitans ad certamen: vt docet B. Basilius. Neque verò factum hoc prouocandi hostem, imprudentiæ damnari aut potest, aut debet. Tũ quia consilio & ductu sancti Spiritus hæc prouocatio facta est; tùm quòd expediebat nobis, vt Christus tentaretur propter multas & magnas, quas ex victoria illius consecuti sumus, vtilitates & emolumenta, de quibus infra fusius dicemus: tùm vt magnitudinem suam, atque in prouocando Diabolo ac debellando virtutem nobis, ostenderet & declararet. Tum denique, quoniam etsi tentationem exoptare, vel quærere in eo, qui potest succumbere, nó sit laudabile; in eo tamen, qui fortitudine præualet, & succumbere nequit, tametsi illam quærat, haud indiscretè, ac temere agit, cùm nulli se periculo exponat. Christus autem tentari quidem poterat, non tamen succumbere.

Vbi pugnandum cum Dæmone. *Matt. 12.*

Tob. 8. B. Ambros. li. 2. tom. 5.

Genes. 3.

Hieron. tom. 9. initio. Hom. 5. initio tom. 2. operũ D. Chrysost.

Iesus Diabolum ad pugnam quomodò vocauit. *1. Reg. 17.*

B. Basil hom. 1. de ieiunio, tom. 1. remeratiam huiusmodi prouocationem minimè fuisse.

Cui optabilis tentatio, & pugna cũ hoste.

Vnde Diabolus ansam arripuerit tentandi Iesum.

Iob. 1. Luc. 22.

Quos maximè conetur Dæmon tentare, atque subuertere.

Vt tentaretur à Diabolo. Tentatio Diaboli ideò erat, quòd ipse Diabolus expetiuerat vt tentaret Iesum, audiens illum à Deo laudatum; idcirco petijt vt tentaret, sicut ipsum Iob laudatum Iob. 1. & sicut Luc. 22. expetiuit Apostolos vt cribraret eos. Solitarios in primis Dæmõ insidijs solet appetere, propterea quòd hos ita mundum subegisse videat, vt nihil supersit his pijs & solitarijs hominibus, quàm vt contra illũ prælientur. Agendum primùm in genere de tentatione Christi à Diabolo, deinde de tẽtatione humana, qua homines à Satana infestantur. Ad primum, aperiendũ quid sit

De tentatione Domini quæ tractanda.

tentatio, & cur in desertum vt tentaretur venerit, cùm alibi posset tentari. Quorsum Christus tentari voluerit; & quare tantùm à Cacodæmone: An appetenda, & eligenda sit tentatio propter fructus, quos eius victoria parit. Ad secundum verò, illud tractandum, an Dæmones homines tentent, eorumque hoc sit peculiare officium: An omnia, quæ sunt, studio ac suasu Dæmonis peccata committantur: An tentatio Dæmonis sit peccatum: An præter dæmonem tentet hominem Deus, Caro, & Mundus, & an tentatio Mundi, & Carnis peccatum sit. Denique quæ sit omnium grauissima tentatio, & quot sint species tentationum.

Tentare igitur, sicut & Græcè πειράζειν, propriè nihil aliud est, quàm experiri, siue periculum facere, seu experimentum sumere de aliquo, quemadmodum homo tentat equum. v.g. quo periculum faciat de ingressu, eiusq; celeritate, vel tarditate: quomodo etiam magister discipulum tentat, vti experimentum sumat eius disciplinę ac artis, quam profitetur: & apud Aristotelem syllogismus tentatiuus est ille, quo aliquis explorat scientiam alterius, aut secretum, quod ignorabat. Itaq; ad perfectam tentationis rationem spectat, vt per illam accipiatur alicuius dubij cognitio, & vt hoc sit ei, qui tentat, propositum: atque ita tentare, commune est, tùm Deo, tùm homini, tùm etiam Dæmoni; imò & carni atque mundo (nam omnia ista tentare dicuntur) atque in omnibus horum tentationibus aliquid percipitur, quod anteà ignorabatur, aliàs experimentum non sumeretur. Finibus tamen horum tentationes differunt. Nam homini, vt homo est, proprium est, vt ipse tentando scientiam acquirat. Vnde Matth. 16. *Pharisæi & Sadducæi accesserunt ad Iesum tentantes, & signum de cœlo petentes*: licèt quandoque nihil vetet, scientem hominem discipulum tentare, vt alij sciant, in quem modum præceptores cum discipulis sibi notis facere consueuerunt. Tentant enim eos, vt qui adsunt, intelligant quantos progressus in illa facultate, qua de examinantur, fecerint. Nihil etiam prohibet quo minus homo hominem tentare possit, vt ad culpam inducat: sed tunc eiusmodi tentatio ad illam Dæmonis, cuius est minister, ac veluti quidam Dæmon incarnatus, reducenda est. Facit enim tunc homo, quod Dæmon facere consueuit. Deus autem dũ nos tentat, eò spectat; vt vel nos ipsos agnoscamus, vel vt alijs noti ac manifesti efficiamur: habitus enim excellentes virtutum per actus dignoscuntur. Sic dicitur tentasse Deus Abraham Genes. 22. & filios Israel Deuter. 13. vbi sic habetur: *Tentat vos Dominus Deus vester, vt palam faciat, vtrùm diligatis eum, an non*: id est, vt ab alijs sciri faciat an diligatis eum: nam ipsi hoc notum atque compertum erat: & Christus tentasse Philippum Ioan. 6. scribitur, licèt ipse sciret, quid esset facturus. Dæmon verò nõ tantùm tentat vt sciat, sed vt in peccatum impellat: ex quo & Tentator per excellentiam dicitur. Habet ergo eius duplicem tentatio finem. Alterum, vt per eam virtus vel infirmitas eius qui tentatur, ipsi vel alijs sit nota, quamuis qui tentat, nequaquã illud intendat: alius verò est præcipuus finis, nempe vt seducat hominem, & solicitet ad scelus. Porrò autem Mundus & Caro tentare dicuntur, quatenus per illa cognoscitur manifesta virtus, vel debilitas tentati: quemadmodum in bello boni militis fortitudo agnoscitur, etsi hostes non ea ratione impugnent eum, quo cognoscant eius virtutem, sed vt ipsum vincant atque prosternant. Vnde ipsa impugnatio, virtutis tẽtatio dicitur: quæ si à principio intrinseco sit, Carnis tentatio nominatur: si ab extrinseco, Mundi tentatio. Hinc Iob. 7. dicitur: *Militia est vita hominum super terram*: siue, vt Septuaginta habent, *Tentatio, est vita hominis super terram*: & significantiùs Græcè profertur πειρατήριον, hoc est, exploratorium, seu tentatorium, si sic loqui licet. Significatq; locum aptum ad tentationem omnem, & receptaculum eorum quæ tentant.

Cur verò in desertum secesserit, vt tentaretur, cùm alibi tentari posset; dicendum est, id factum esse, vt maiorem Diabolus haberet opportunitatem ad tentandum eum: quia libenter ille solitarios aggreditur. Vnde & mulierem primam à viro separatam inuasit, euicitque. Deinde, vt prædicatoribus exemplum præberet. nam nimia familiaritas parit cõtemptum; vt prouerbium habet, maximè apud indoctos & rudes homines; & ne per conuersationem mores populi corruptos contrahant. Est autem natura comparatum, vt quis eorum mores imbibat, quibus cum iocundè assidueque conuersatur. Præterea, vt cum maiori commoditate obsecrationi atque ieiunio vacaret: sicut supra dictum est.

Voluit autem Dominus Iesus tentari multas ob causas. Atque illa in primis occurrit. Oportet nos attendere ad crimen illud antiquum, ad quod expiandum Christus venit: nam per illud captiui omnes facti sunt, seruiq́ue Diaboli atque peccati redditi. Est autem naturale, eodem vinculo dissolui quodlibet, quo est colligatum, per

Tentare, propriè quid sit.

Philosoph. Syllogismus tentatiuus quis ille.

Dei, hominis, ac Dæmonis tentationes vnde à se inuicem distinguãtur *Matth. 16.*

Humana quæ tentatio fiat diabolica.

Deus cur nos tentet.

Gen. 22. Deut. 13.

Ioan. 6.

Dæmon cur tentet.

Mundi, & Carnis tentationum finis.

Quæ Mundi quæ verò Carnis sit tentatio. *Iob. 7.*

Cur potius in deserto, quam alibi tentari voluit Christus *Gen. 1.*

II. ratio.

III. Ratio, cur Christus fuerit tentatus.

Gen. 3.

contrarium tamen. Nam quoniam in Adã existentes in illo duello exitiali succubuimus, & armis Diaboli, quæ sunt mera aduersus Deum mendacia, cessimus: ideo æquum erat & conueniens, vt alio duello ipse Diabolus à secundo Adam, id est, Christo, expugnaretur; in quo secundo Adam similiter inueniremur omnes: ipse siquidem cõmunem causam totius generis nostri aduersus eum suscepit. Nec enim dignũ erat, nos de manu Diaboli eripi, quos iam victos possidebat, suoque iure custodiebat, nisi ab aliquo pro nobis pugnante vinceretur. Electus est Christus Dei Filius, nõ Angelus, qui iam pugnauerat, & vicerat, eratque beatus, & ad nos minimè spectabat, sed Christus, quia filius hominis, & frater noster, vt congruè homo pro hominibus pugnaret; tùm quia inter homines præter hũc nullus erat liber, sed omnes sub manu eius, & potestate. Deinde, vt doceret baptizatos aqua, atque regeneratos, iterum igni tentationum baptizandos, opus etiam esse nobis bellare cum Dæmone; si ipse qui Deus erat, finitis viribus humanis assumptis, bellare ad nostrum exemplũ non recusauit. Quòd si magna opus sit vigilãtia, ne prolabamur in peccatum: facilius tamen est vel decem peccatis resistere, quàm ab vno semel quod incurrimus crimine resurgere. Præstare autem Diabolo assensum, est, sponsam Christi assentiri adultero: ideò caue ne talem iniuriam Christo inferas. Dedit ergo nobis Christus generales modos, & regulas certandi, & eos, quibus per se ipse non egebat, vt solùm exempli gratia dati esse videantur: sicut saltationis præfectus siue doctor, cum saltat apud discipulos, ea ratione duntaxat mouetur, quatenus illos instruat, & ad saltandum reddat exercitatos, ac paratos: ita Dominus, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, non tam propter se, qui non egebat, quam propter nos instruendos, atq; in palæstra tentationum aduersus Diabolũ muniendos tentatus est. Christus enim directè non poterat à Carne tentari, nec à Mundo moueri, nisi ad bonum, nec arguto sophismate Satanæ vllo modo seduci ac decipi: non indigebat loco remoto ad orandum, nec peculiari, præscriptaq́ue orandi formula, non ieiunio, non ciborum delectu, non armis Scripturæ, denique nec tangi à Dæmone poterat, ne dum portari: omnia autem hæc ad nostram salutem promouendam sustinere voluit. Ferendæ sunt igitur nobis fortiter tentationes, quæ pro nostro bono, & vtilitate fiunt, vt experiamur nos habere inimicum, qui velut Pharao persequitur nos de Aegypto fugientes: gaudeamusq́ue, si nostræ inuideat felicitati. Vnde Hilarius rectè in Matthæum dixit: *In sanctificatis maximè Diaboli tentamẽta grassantur, quia victoria ei est magis exoptata de Sanctis.* Hæc ille. Item, quia nõ satis est nosse quòd nobis bellandum sit, & quomodò, si vires desint ad congressum necessariæ. Tribuit namque nobis Dei Filius, & arma quibus certemus, & exempla certandi, & vires, quibus vincamus, dum suis, quibus propter se ipsum non egebat, vsus est. Ideò Apostolus ad Heb. 4. ait: *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato.* Et rursus: *In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & ijs qui tentantur, auxiliari.* Et ipse vicinus morti confirmabat discipulos suos, dicens, *Confidite, ego vici mundum*: id est, Nolite animo deijci: mea vestra est, victoria. Atq; hoc quidem cum æquitate factum esse videtur, quemadmodum enim Diabolus mortem innocentis per suos molitus, à morte etiam nocentium hominum meruit arceri: sic tentans talem, & de talibus, & ad talem finem debuit à nobis alioqui expugnandis expugnari: quoniam minor est inter Dæmonem, & nos, quàm inter Christum, & Dæmoné proportio & similitudo. Potuit quidem Dominus Dæmonis vires omnino perfringere, & debilitare, vt nunquam amplius sua membra tentare valerent: sed id neq; nobis, neq; diuinæ sapientiæ conuenichat. Nobis quidem, quia frustra datæ viderentur virtutes Fidei, Spei, Charitatis, Obedientiæ, & Patientiæ, nisi per tentationes earum eluceret exercitium. Et vt ensis, & arma quæ non exercentur, æruginem contrahunt; ita arma spiritualia, quæ Apostolus ad Ephes. 6. singulis tribuit Christianis, desuetudine pugnandi absumerentur in nobis. Deesset etiam frequens orationis studiũ, & imploratio Diuini auxilij, si nulla esset pugna, & anceps certamen, quo ad Deum inuocandũ cogimur, & ad dicendum cum Propheta: *Deus in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina.* Diuinæ verò sapientiæ fuit non coronare aliquem nisi legitimè certantem. Et vt inter Iudæos reliquit Iebusæum, & Chananæum, vt doceret eos arte præliandi, vt dicitur Iudic. 3. Et Scipio Nasica, Rom. iuuentuti consulens, ne videlicèt otio marcesceret, consilium dedit Senatui, ne Carthaginem euerteret: ita nobis Dæmones tentatores reliquit, vt in eis vincendis se proderet hominis meritum, & zelus gloriæ Dei asserendæ splẽdesceret. Est autẽ Deo summè honorificum & glorio-

1. Cor. 15.

II ratio.

Quid Diabolo tentanti consentire.

Christus pro nobis tentatus cui similis.

Quibus modis Christus tentari minimè poterat, ac debebat.

Diabol⁹ nos persequens, qualis.

Exod. 14. & seq. Hilar. Can 3. in Matt. prope init.

III. Ratio, cur Christus fuerit tentatus.

Quibus contra Diabolũ nos Christus armis munierit. *Hebr. 4. Supra 2.*

Quid est illud, Confidite, ego vici mundum. *Ioan. 16.*

Nostra de Diabolo quã iusta victoria, & triumphus.

Expediens nobis minimè fuisse, omni prorsus Diaboli tentatione carere.

Arma spiritalia quomodo obtũdantur, & æruginentur. *Ephes. vlt.* II. ratio.

Psal. 69.

III. ratio à Diuina sapiẽtia desumpta. *2 Tim. 2. Iosu. 15. & Iudic. 1. Infra 3.* Scipionis Nasicæ consiliũ de non euertenda Carthagine.

Quàgloriosa nobis de Diabolo hoste nostro victoria. *1.Reg.17. 1.Pet.1.*

sum, Dæmoni verò iniuriosum, ignominiæque atque dedecoris plenum, nobis verò cum primis vtile ac necessarium, vt vilissimus vermis humi repens vincat superbum Goliath, & Leonem illum rugientē: quem vt facilius vincamus, debemus coram Deo nos vt vilissimos vermes prosternere, illi soli confidentes, nobis diffidentes. Nam hæc est prima tentatio, qua nos esse aliquid existimamus. Debemus etiam & auxilium eius efflagitare, coram Dæmone verò habere animum confidentem, excelsum, superbum, & omnium Satanicarū virium, atque artium contemptorem; neq; diffidendum de Diuina bonitate, etsi ad abominanda, & turpissima flagitia ille nos incitet, ac solicitet, nam sanctitas non consistit nisi in parte ratione prædita, satis est si mentis scintilla repugnet, & contradicat.

Rationes cur superandi certissimæ.

Sanctitas in qua parte hominis sita sit.

Quòd si dicas, Honoratus videtur Diabolus in hoc, quòd cum Domino congressus sit, & vt ille dixit:

Ouid.li.13. Metamor.

Ille tulit pretium iam nunc certaminis huius,
Qui si victus erit, mecum certasse feretur.

In id: Quod dedecus Diaboli est à nobis vinci, & superari.

Sed hoc dolet infelix, quòd homo sic honoratus est, vt pro ipso, inquam, homine, & in ipso homine esse voluerit Deus defensor ac propugnator, quatenus sciat se frustrari semper votis suis, suosque conatus perfringi, & labefactari. Prætereà tentari Dominus voluit, vt omnes Diaboli tentatione euictos, nempe Adam cum tota sua posteritate, liberaret. Superato enim Dæmone, vniuersa eius arma abstulit, in quib. cōfidebat, & spolia eius distribuit. Et quoniam Diabolus olim in cœlo superatus à Verbo adhuc rebellauit; ideò meritò factum est, vt eius subditi illi rebellent. Ad hęc, Christus à Satana infestatus consolatur omnes qui tentationibus vexātur, ne quouis modo animum deponant, aut desperent: possent etenim tentati cogitare se à Deo derelictos, & odio habitos; cùm tamē eos, quos maximè diligit, tētationibus examinandos, & probandos exponat, & tanquam aurum in fornace probet illos vsque ad vnigenitum Filium. *Non enim*, ait Paulus, *coronabitur, nisi (quis) legitime certauerit.* Tentatio autem genus quoddam certaminis est. Porrò vt tentatio ex parte Christi humilitas fuit summa, ita ex parte Dæmonis ingens fuit facinus. Est enim malum culpæ illo pœnæ eo grauius, quo illud Deū ipsum petit: hoc verò nonnisi creaturam. Magnum fuit (fateor) Deum conspui, flagellis, & alapis cædi, ac crucifigi: verùm hæc omnia ad malum pœnæ spectant. Tentari verò, & solicitari ad malum, & ad scelus, ob exemplum nostrum multo fuit maius.

Luc.11. Esai.14. & Apoc.12.

V. ratio. Quos maximè Deus tentari permittat.

Sap.7.

2.Tim.2.

Malum culpæ malo pœnæ quantò grauius sit. *Matt.26. Infra 27.*

Satanæ Christi tentatoris

Sicut pudicissima & honestissima aliqua fœmina, Deique ancilla feruentissima, minùs grauatè ferret publicè alapis, vel fustibus cædi, quàm si impudicis verbis inuitaretur ad adulterium. Hinc B. Ignatius epistol. ad Philippen. ait: *Si ergo conculcatio est pedum Domini, quomodò tentas intentabilem?* Et infrà: *Quomodò non timuisti talem vocem contra Dominum emittere. tu qui omnium malignorum spirituum malignissimus es? Et pro malitia ventre & pectore super terram repere iussus es: et per inanem gloriam inhonoratus es: qui per auaritiam, & arrogantiam ad impietatem deductus es? Tu incensor, draco, apostata, serpens perplexus à Deo discedens, à Christo separatus, à Spiritu sancto alienus, & à choro Angelorū exulans? Iniuriator Legis Dei, et legitimorum inimicus, qui super protoplastos insurrexisti, & à mandato Dei auerti isti eos, qui nihil te leserunt, qui aduersus Abel Cain parricidam excitasti, qui in Iob mala exercuisti?* Hæc ille.

infinitum facinus, & Christi modestia, & patientia.

B. Ignatius epist. 8 paulò à med. Ignatij Martyris in Luciferum grauis inuectiua. *Gen.3.*

Quòd verò tantū à Diabolo, non à Carne, vel Mundo tentatus sit, equidem non frustra factum est. Nam vt Paulus scribit ad Heb. 4. *Christus tentatus est per omnia pro similitudine absque peccato.* Tentatio autem, quæ fit à Dæmone, vel ab aliquo aduersario externo, sine peccato est: quia cùm tota illa exteriùs per solam suggestionem fiat, potest manere cor tranquillum & illæsum, nihil obstante suggestione aduersarij. At quæ fit tentatio per quoddam desiderium, siue delectationem intrinsecus surgentem in nobis, & intra nos, sensumque titillantem, nequaquam sine peccato est secundū aliquos. Non est autem tale peccatum consummatum, per quod constituamur rei, atque inimici coram Deo: quod in nobis situm non sit nunquam tentari: sed dicitur peccatum, id est, defectus quidam & rebellio virium inferiorum contra rationem; nam Caro concupiscit aduersus spiritum; spiritus autem aduersus Carnem: quæ quidem rebellio in Christo non fuit prorsus. Nam etsi hæc Carnis repugnantia contra iustitiam gratiæ & virtutum non militet: militat tamen aduersus iustitiam originalem, per quam vires omnes inferiores superioribus subdebantur. Cùm verò à Christo is defectus abfuerit, neutiquam potuit à Carne tentari. Vnde Cyprianus serm. de ieiunio, & tentationibus, *Honestius*, inquit, *cum Spiritu, quàm cum Carne luctamur: quia Carnis complexus fœdus exhalans nebulas, eum, qui sibi adhæserit, aliqua ex parte contaminat; nec libidinum morsus quisquam euasit illæsus. Flatus ille pestilens etiam longe positos inficit: & hoc certaminis genus fugam potius, quàm assultum requirit.* Hæc ille. Idē sentiendum de Mun-

Infra 4.

Cur tantùm à Diabolo, non à Carne Dominus tentari voluerit. *Heb. 4.*

Carnis tentatio quale peccatū sit.

Gal.5.

Fomes cui tantum repugnet iustitiæ, & cui ipsi Christo.

B. Cyprian. sub initium sermonis. Honestius quare cum Spiritu, quā cum Carne luctemur, teste Cypriano

di ten-

di tentatione, quæ omnino culpa non vacat: nam etsi Mundo non insit, quòd agendi vim in tentando habeat, dicitur tamen homo ab eo tentari, cùm in homine cupiditas excitatur alicuius rei earum, quæ sunt in hoc Mundo; videlicet bonorum fortunæ, qualia sunt, honores, magistratus, diuitiæ, & similia, quæ propriè in Mundo esse, vel Mundus ipse dicuntur. Cum ergo in nobis insurgit concupiscentia rerum harum, verè à mundo tentamur: de qua quidē tentatione frater Domini sic locutus est, *Nemo*, inquiens, *cùm tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorū est: ipse autem neminem tentat. Vnusquisq; verò tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus.* Hæc autem tentatio cum virium inferiorum rebellionem includat, peccatū quoddam est atque defectus, leuis tamen, ac per hoc in Christo minimè fuit, & à mundo tentari haud potuit, sed ad Deum semper laudandum cognita rerum illarum vtilitate, & abusuum nostrorum (qui propter ignorantiam ab eius pulchritudine & amœnitate, per illicitas appetitiones mouemur) prouida in bonum conuersione alliciebatur. Mundus enim nonnisi insipientes decipit, teste Salomone Sap. 14. *Quoniam creaturæ*, inquit, *Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animis hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.* Christus autem sapientissimus, imò ipsa sapientia, nequaquam à Mundo, vel à rebus quæ in eo sunt, potuit decipi. Ad hæc, cùm in Christo Domino passiones seu perturbationes vllæ non extiterint, vel rationem præcurrētes, vel eius vsum impedientes; sed tantùm, vt Theologi loquūtur, propassiones, quæ rationis in eo sequebantur imperium, earum vsus & actio, siue principium, & finem, siue intentionem, ac remissionem earūdem spectes, omnino ab eius voluntate arbitrioq; pendebat. Cùm itaq; tentatio Carnis, aut Mundi, non fiat nisi per passiones, quę nobis vel inuitis insurgunt, non autem per propassiones, quæ ratione volente excitantur; sequitur, Christum, qui eiusmodi non habebat, à Mundo & Carne non potuisse tentari. At verò tentatio Diaboli nullam dicit virium inferiorum ad rationem rebellionem, neq; per aliquam passionem dictam efficitur, cùm solùm fiat exteriùs per suggestionem; neque vllum est peccatum, aut contra charitatem, vel ordinem naturalis iustitiæ: hinc est, vt à solo Diabolo tentari potuerit Christus: quem vincens Dominus in gulæ, inanisque gloriæ, atq; auaritiæ vitijs, dedit modum, quo Mundum & Carnē nos expugnare possimus.

A Mundo etiam cur Christus tentari voluerit.

Iacob.1.

Hæc tētatio quàm grauis

Sap.14.

1.Cor.1.

II. ratio, & quales fuerint passiones in Christo secundū Theologos.

Diaboli tentatio cur vilis longe facto esse possit.

Quòd si obijcias: Ergo Christus non fuit tentatus per omnia, vt Apostolus docet; & à Carne ac Mundo non tentatus, nequaquā potuit dare exemplum sufficiens de tentatione toleranda superandaque. Dicendum est; Christum idoneè nos suo exemplo instruxisse, quia etsi à Carne, Mundoq; tentatus non sit, vt nos, intrinsecus; ad ea tamen, quæ Carnis, & Mundi sunt, per Diabolum solicitatus est: quod ex eo constare potest, quoniam in priori tentatione ad ea, quæ Caro suggerit, id est, ad gulæ vitium, fuit prouocatus, rogatusq; vt de lapidibus panes efficeret. In tertia verò tentatione à Dęmone ostendente illi omnia regna Mūdi, & omnem gloriam eorum, ad Mundi cupiditates fuit instimulatus, non tamen à Carne & Mundo, id est, intrinseca concupiscentia, ceu in nobis contingit, fuit impugnatus, sed Diabolus tantùm suggerebat exteriùs, ac proinde satis idoneum nobis documentum & exemplum præbuit, quo Carnis, & Mundi tentationibus resisteremus. Simili propemodū ratione Christus non est tentatus de venereis, quia hæc vilis est, & infima tentatio, nec conueniens viris perfectis qui agūt in deserto, orant, ac meditantur; quia verò gulæ tētatio illam præcedit, & Dominus illam euicit, minimè decuit obscœnam illum admittere tentationem; maximè cùm hæc vix sine peccato contingat: Christus autem dicitur à Paulo tentatus per omnia pro similitudine absq; peccato.

Si christus fuit per omnia tentatus, mundi tentationem quare non sustinuit. *Heb.4.*

Matt.4.

Qua ratione videri Christus possit à Carne, Mundoque tentatus.

Christus venereas cur tentationes minimè sit passus.

Superest iam illud excutere, optandane potius, an verò fugienda tentatio? Siquidē Christus videtur in desertum ingressus vt tentaretur à Diabolo: & frater Domini ait: *Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Dicendum est, tentationem etsi possit esse vtilis, periculosam tamen existere: quippe quæ secundùm se nihil boni importat, sed solùm ex adiuncto bono victoriæ, quatenus Deus vult facere nobis cum tentatione prouentum: vt Apostolus inquit. Non videtur etiam optandum, quod in precatione Dominica, autore Domino, deprecamur, oramus enim, *Et ne nos inducas in tentationem.* Prætereà Apostoli fugiendas esse tentationes docent, locum non esse dandum Diabolo: ait enim Paulus 1. Corinth. 7. *Iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram*: si autem bona esset tentatio, haud hortaretur vti eam caueremus. Ad hæc, voluntas Diaboli à nobis fugienda est, at ille maximè desiderat nos tentare, dixit enim Petro Christus: *Ecce Satanas expetiuit vt cribraret vos sicut triticum:* ergo non

Expediatne optare magis tentationem, an fugere. *Iacob.1.*

Prima ratio quare fugiēda sit, à Scripturis.

1.Cor.10. II. ratio.

Matt.6. III. ratio. *Ephes.4. 1.Cor.7.*

IV. ratio.

Luc.22.

debemus

debemus appetere tentationē. Ratio quoque id persuadet. Est enim bonum, obiectum voluntatis, & desiderij: & in quantum bonum, eatenus est appetendum. Duplex est autem bonum: aliud quidem simpliciter & per se bonum; vt sunt honesta omnia, & virtutes, quæ tanquam fines appetuntur propter se ipsas; quæ etsi in aliud nos ducant, tamen illa vtilitas non est extra genus honesti, sed incidit cum honestate, neque venit censenda in genere bonorum vtilium, aliud autem est, quod in se bonitatem non habet: atque hoc ex ordine ad finem bonitatem sortitur quandam, quæ bonitas, vtilitas nominatur: atque hæc bona sunt propter aliud appetenda: vt sectio mēbri, vel phlebotomia, quæ quidē sanitatis fiunt vel consequendæ gratia, vel conseruandæ. Ad finem autem assequendum aliquid tendit dupliciter: nempe vel per se, vel per accidens: per se illud in finem tendit, quod, quantum in se est, ad finem debitum ducit: per accidens autem, quod etsi quantum est in se, in aliud deduceret, iuuat tamen, & ad finem ducit. Cùm ergo causa contingens non habeat ad effectum proportionem nisi sub certis conditionibus; non dicetur aliquid simpliciter bonum vel appetendum, nisi illis concurrentibus, quæ ad illum effectum perducunt. Quia igitur tentatio Dæmonis per se, id est, in quantum sit à tentatore, ad hominis perniciem tendit, ad salutem autem non facit nisi per accidens, nempe quatenus tentator auxilio Diuinæ gratiæ vincitur: propterea tentari simpliciter non est appetendum, sed tentari & vincere simul sumptum appeti potest, iuxta illud: *Proba me, Domine, & tenta me: Vre renes meos, & cor meum: & vide si via iniquitatis in me est.* Quia tamen per nostram fragilitatem, per quam superari timemus, victoria nimis dubia est & anceps, cùm Diuina gratia extrinsecus adueniat; ob id tentatio tutiùs & securiùs fugitur, quàm appetatur. Quandoque tamen bonum est tentari hominem, tametsi homo finem ignoret tētationis: ac proinde Deus permittit Diabolum bonos sæpe tentare. Sic enim ait Chrysostomus super Matthæum: *Quisquis ergo post baptismū maiores sustines tentationes, non turberis: etenim propter hoc accepisti arma, nō vt vaces, sed vt pugnes. Ideò aūt tentationem à te non prohibet Deus. Primo quidem, vt discas quoniam multo factus es fortior. Deinde, vt magnitudine donorum non extollaris. Tertiò, quo Diabolus experientia cognoscat perfectè quòd ab eo abscessisti. Quartò, vt per hoc fortior reddaris. Quintò, vt crediti tibi thesauri signum accipias: nec enim tibi Diabolus ad tentandum superueniret, misit te maiori honore affectum videret.* Hæc ille ferè. Quod ergo dicitur de Christo, fuisse ingressum in desertum, vt tentaretur à Diabolo: particula *Vt*, non tam causam, seu finem significat, quàm consecutionem, vel euentum. Vel sanè hic potuit esse finis Spiritus sancti expellentis Christum in desertum: propterea non se exposuit periculo Christus, quia constabat illi de victoria, quam certò videbat non solùm in se ipso, prout eius oculus pertingebat ad tempus quo ille vicit, sed etiam in causa, videlicet in copiosa gratia, quam habebat: secus est de alijs omnibus. Idcircò Pater Christum ante duellum approbauit, cùm dixit: *Hic est Filius meus dilectus*: quemadmodum ante quàm morti traderetur, data est ei palma in Dominica Oliuæ, ob spem certam victoriæ, quæ ab illo stare debebat. Christus igitur ire in desertum dicitur vt tentetur, quòd in sua, non in Dæmonis potestate tentari situm esset, sicut in eius arbitrio positum erat mori, & occidi se sinere, iuxta illud: *Potestatem habeo ponendi animam meam.*

Quòd verò obijciebatur ex Iacobo Domini fratre: *Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias inciderit is*: respondemus, ibi sermonem esse de tentatione, quam tribulationes efficiunt & pariunt, quam vincere nisi per patiētiam nequaquam possumus: vnde ipsum gaudium quædam victoria est: & sic in tentationibus gaudere, non est illas appetere, verum illis reluctari: & Iacobus non hortatur ad optandas tentationes, sed ad sustinēdum eas; quod necessarium est vbi euenerint. Aliter est de tentationibus propriè dictis, scilicet Carnis, Mundi, & Diaboli, quæ per suggestionem fiunt, & periculosæ sunt magis, quàm tribulationes & aduersitates, ærumnæque, quas sustinere, non est gaudere, sed magis solicitum esse & vigilantem, fortiterque illis repugnare; & istas necesse est etiam ferre cùm venerint: non tamen sunt appetendæ, sicut nec tribulationes: qua ratione Apostoli tentationes minimè appetentes, nec se in illas sponte ingerentes, tamen si quando occurrebāt, patienter illas perferebant, & ibant gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati: cui detur omnis honor, gloria, & imperium,
in secula seculorum,
Amen.

V. ratio, à re ipsa, & æquitate.

Bonum duplex, absolutum, & relatiuum.

Duplex quoque eius assequendi via, intrinseca, & extrinseca.

Quatenus bonum tentari.

Psal. 25.

Cur nos Deus tentari permittat.

Chrysost. ho. 13. in Matth. init. tom. 2.

VI. ratio B. Chrysost.

Si periculosa est tentatio, cur eā Christus non fugit.

Altera solutio.

Christi priuilegia.

Ioan. 10.

Qui verum illud: Omne gaudium existimate, fratres, cùm in tentationes varias inciderit is, &c. *Ioan. 1.*

De quibus tribulationibus minimè gaudendum

Act. 5.

TRACTATVS IX.

De tentationibus, quibus homines à Satana infestantur.

Quòd homines à Diabolo tententur, vnde manifestum fiat. *Gen. 3. Iob. 1. & 2. & seq.*

Act. 5.

2. Cor. 12. Ephes. vlt.

Quibus de causis Dæmones homines tentare soleant.

Sap. 2.

Radix superbiæ Diaboli quænam sit.

Dæmon cur princeps mūdi huius à Christo nominetur.

Ioan. 12. infra 14.

Dæmones in nutu Dei homines tentare.

SVperiori tractatu in genere de Christi tentationibus diximus: sequitur nunc vt de tentationibus quoque, quibus homines à Satana infestantur, disseramus. Tentātur homines à malignis spiritibus ac Dæmonibus, vt constat de primis parentibus, de quibus victoriam obtinuēre, humano generi funestam & pernicioſam: constat enim ex historia sanctissimi viri Iob, à quo quidem Dæmon superatus est: atque adeò ex hac Christi tentatione: nam qui capiti non pepercit, nec mēbris parcet. Hinc Petrus dixit ad Ananiam: *Cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto?* Et Paulus sensit stimulum carnis, Angelum Satanę se colaphizantem: & ad Ephes. 6. *Non est vobis*, inquit, *colluctatio* (id est, pugna seu tentatio) *aduersus Carnem & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus.* Tentant autem homines, tum ex inuidia, quam ad hominem ipsum gerunt, quem vident sibi quodammodò subrogatum ad possidendam æternam felicitatem, quam ipsi sua culpa amiserunt, ideò nocere homini quomodocunque & quantumcunque possunt, semper conantur, vel in corpore, vel in anima; atque hoc ex fonte inuidiæ Diaboli mors introiuit in orbē terrarum: vt est in libro Sapiētiæ. Tentant etiam ex superbia, quæ illis quodammodò est ingenita & naturalis. Sita est autem superbia in excellentiæ, ac dominij appetitu: nam qui superbi existunt, volunt præesse ijs, quibus iure non præficiuntur. Dæmon itaque ex superbia dominari vult; & cum iure nequeat, contendit sibi vsurpare dominium in homines per vim, nocendo eis, & ad mala culpæ perducendo: in quo quidem similitudinem Diuinæ potestatis contendit accipere. Etenim vt Deus vniuersæ creaturæ dominus est; & omnia per Angelos, vt ministros suos, disponit ad hominum custodiam & salutē, ita Satanas dominium vendicat sibi, & per spiritus malos, tanquàm administros suos, & inferiores, omnia ad perniciem hominis & interitum parat ac disponit: atque ita Ioan. 12. & 14. dicitur princeps huius mundi, & ad Ephes. 6. principes & rectores mundi. Quod verò Cacodæmones instituerit Deus, ac præceperit vt homines tentēt, sicut è diuerso bonos Angelos ad custodiam eorum præfecerit, id minimè verū est: nam à Deo Opt. Maxim. tantum cuncta nostra bona emanant, ac per hoc custodia Angelica: malum verò pœnæ, quod Dæmones irrogant, ab ipsis primaria intentione, non à Deo nisi secundaria proficiscitur; cùm tamen malū culpæ, in quod impellunt, quo nos à Deo separent, omnino ab ipsis profectum sit, quanquàm interdum Deo disponente bonum sequatur. Sed hoc per accidens est, contraque eorum mentem. Odium etiam & inuidia, atque superbia, quibus ad tentandum excitantur, ex Deo nequaquàm descēdunt. Quia ergo tentatio, propriè est solicitatio ad peccatum, quod est malum culpæ, & non est propriè ad pœnam (nam cū Dæmones nos puniunt, non dicuntur nos tentare, sed torquere) ideò simpliciter asserendum, tentationem Dæmonum hostilem nequaquam esse à Deo institutam, verùm ab eo tantùm permissam. Est autem tentare, officium Dæmonis; non tanquam sibi ab aliquo impositum, sed quòd ab eo sit voluntariè susceptum, atq; vsurpatum, vt est summè inuidus, & superbus: & ita dicitur eius officium; non quòd Dæmones nihil aliud agant, nam & pœnas æternas sustinent, perpetuoque igne torquentur & cruciantur: vnde vnus eorum dixit: *Quid venisti huc ante tempus torquere nos?* Sed quia hoc est, quod potissimum agunt, & maiori cum auiditate, ac solicitudine exercent: ideò hic Tentator appellatur, quæ vox nō est nomen actus, sed habitus, vel officij, artisve. Vnde & 1. ad Thess. 3. dicitur: *Ne forte tentet vos is, qui tentat*, hoc est, Diabolus, cuius officium est, tentare: vt explicat Glossa. Ac sicut Diaboli est proprium tentare, ita etiam accusare fratres, vt traditur Apocal. 12. Et si ergo Deus hominem tentet; id est, vt virtus obedientiæ, vel fidei detegatur: ad malum autem Deus nunquam tētat, quare, vt Iacobi verbis vtar, Deus intentator malorum est. Et tentatio ad bonum, non solet communiter vocari tentatio. Quia verò tentationis vocabulum ex communi vsu loquendi in malam partem accipitur, hoc modo propriū Diabolo est tentare, quatenus ipse solus ex inuidia sua malum homini ac perniciem machinatur. Quòd si homo aliquis alium tentet ad malum, tentatio illa ad Dæmonem reducitur: homo etenim malum alteri homini non machinaretur, nisi ipse prius à Diabolo ad id efficiendum inductus fuisset. Homo igitur tētare potest, & ad bonum, & ad malū, & quando ad rem malam tentat, à Dæmone persuasus hoc facit. Diabolus autē semper ad scelus solicitat, & à se ipso habet, vt malum intendat, nec in aliud superius principium

Dæmō quatenus nobis vtilis.

Diaboli tentatio cur à Deo minime proueniat.

Diaboli quale officium tentandi, vndeque Tentator appelletur: *Matth. 8.*

1. Thess. 3.

Diaboli alterum officiū.

Apoc. 12.

Iacob. 1.

Deus cur neminem tentare dicitur, nisi tantum Dæmon.

Vnde homines tentent ad malum.

cipium causamq; reducitur eius tentatio, sicut illa hominis. Hinc peccatores filij diaboli vocantur, iuxta illud: *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Etsi autem Caro & Mundus hominē tentent; malum tamen nullum intendunt, neque etiam bonum, vt sub cognitionem cadit, siquidem Caro & Mundus nihil intelligunt: Diabolus autem solum malum intendit; & ideò ad ipsum pertinet tentatio propriè. At quoniam Deus hominem cùm tentat, non inducit eum ad malum, sed hoc efficit, vt bonum eius ostendatur, ob id si contingat hominem per tentationē & pœnas effici malum atque improbum, sicque appareat eius infirmitas, vel iniquitas, falsò dicetur tunc Deus illum tentasse: nec enim erat mens eius, vt iste deterior fieret, sed vt pro meritis suis puniretur, quod iustum erat. Si autem pœnas inferat, vel causas cadendi offerat; & per hæc homo melior efficiatur; tunc meritò diceretur, Deū illum tentasse. Etsi verò ad omne opus bonum perficiendum Diuino auxilio opus sit; ac proinde Angeli ad vniuersa bona nostra sua ope afflatuque concurrant; cū Domini vox sit: *Sine me nihil potestis facere:* non tamen necessarium est, omnes nostras actiones & singulas è suggestione Dæmonū prodire; cum ad peccandum exteriori auxilio minimè opus habeamus, & sufficientes idoneique simus ad hoc ex nobis, cùm peccatum ex defectu sit. Etsi ergo ad plurima peccata dæmones homines incitent tāquam proxima causa, haud tamen omnia flagitia Diabolo instigante fiunt, sed quædam ex libertate arbitrij nostri deficientis, siue ex corruptione Carnis proueniunt, tametsi Dæmones nulli existerēt, vel etiamsi nos nunquàm tentarent. Vnde Origenes ait: *Si Dæmones nō essent, homines haberent appetitum cibi & Veneris, in cuius vsu, & prosecutione multa peccata admittuntur.* Hæc ille in sensu. Quamobrem in lib. de ecclesiasticis dogmatibus traditur, non omnes cogitationes malas excitari à Diabolo, sed interdū ex nostri arbitrij motu emergere. Quia verò nos nunquam peccaremus, nisi primus homo Diabolo impellente deliquisset: idcircò Dæmon obliquè causa est peccatorum omnium. Quare Dionysius li. de Diui. nom. c. 4. asserit, multitudinem Dæmonum causam esse omnium malorum, & sibi, & alijs. Sed intellige causam occasionalem, quam vocant, siue non directā, quatenus per eos procuratū est peccatum primi parentis, ex quo venerunt in nos mala omnia: nempe corruptio naturæ, & fomes, & incitabulum vitiorum omnium.

Ioan. 8.

Carnis, & Mundi tentatio ab illa Dæmonis quid differt.

Deus hominem quando non tentare, aut tentare meritò censeatur.

Omnes bonas cogitationes esse à Deo, malas non omnes esse à Diabolo, sed etiam à nobis interdum. *Ioan. 15.*

Quorum ipsi nos peccatorum simus autores, non Dæmones. *Orig. li. 3. Periarchon, c. 2. non procul à prine. tom. 1. Ca. 81. & 82. tom. 3. operū D. Augustini*

Quo sensu Dionysius multitudinē Dæmonum causam esse omnium malorum, & sibi, & alijs affirmauerit. *Gen. 3.*

Quod verò Dominus dixit: *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria eius vultis facere:* vbi innuitur, desiderium faciendi malum, à Diabolo esse, sic intelligēdum est, Dæmonem dici patrem omnium peccatorum, nō tantùm instigatione, verùm etiam imitatione. Vt enim nos dicimur filij Abrahæ, quia fidem eius imitamur, ita cùm peccamus nostra sponte, Dæmone nos minimè incitante, dicimur tamen eius filij, quia eū imitamur in peccato, qui totus peccator est, & omne malum fieri cupit ex sua iniquitate atque inuidentia. Vnde Sap. 2. dicitur: *Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum:* imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. Pater etiam, nomen est principij, vnde res incepit. Et sicut ille dicitur pater alicuius scientiæ, vel artis, qui primus illam adinuenit, quemadmodum Genes. 4. Thubal dicitur pater canentium in cithara & organo: ita qui primum peccatum fecit, is pater peccatorum meritò dici potest: ante Dæmonem autem nemo peccauit, ideò ipse omnium pater est peccatorum. Etsi autem Carnis, & Mundi tentatio, peccatum dicatur, vt supra declaratum est: Diaboli tamen tentatio nullum est peccatum, etenim Christus tentatus à Dæmone est in multis, & tamen Petrus inquit, *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius;* & ipse Dominus: *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam*, id est, nullum peccatum. Apostolus quoque ad Hebræos quarto, Pontificem nostrum ait tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Ad hæc, peccatum in actu proprio cuiuslibet consistit: actus autem vnius, non potest esse peccatum alterius, iuxta illud: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur*; &, *Pater non portabit iniquitatem filij: neque filius iniquitatem patris*: tentatio autem, quæ à Dæmone fit; actus est Dæmonis ipsius, nempe suggestio, quam facit ille, & circa quam nos nihil agimus, nisi tantùm quòd patimur illam. In tali ergo tentatione peccatum esse nequit, nisi delectemur in illa, vel consentiamus: delectatio autem ac consensus, actus nostri sunt; sicut Dæmonis actus est suggestio. Præterea nemo peccat per id, quod vitari non potest: sed in potestate hominis situm non est, vt à Dæmone non tentetur, siquidem ille, permittente Deo, quoties, & quando vult, tentat. Etsi autem Dæmon maiorem potestatem habeat, maioresque vires ad aliquid intelligendum, vel operandum; non est tamen homine maior quantum ad actus liberi arbitrij, in quo cogi non potest, cùm suarum actionum homo dominus sit, peccatum autem non nisi

Id: Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere quomodo sit verum. *Ioan. 8. Ibid. Rom. 4. Infra 9.*

Sap. 2.

II. ratio, cur Dæmon caput, & fons dicitur omnium malorum, à voce patris. *Gen. 4.*

Quòd Diaboli tentatio minimè cum peccato sit coniuncta.

1. Pet. 2.

Heb. 4.

II. argum.

Ezech. 18.

III. argum.

Cùm superioris naturę homine sit Dæmon; ceu eum vel iouatum non cogit ad peccādum.

liberæ voluntatis in actibus consistit: ideò Dæmon, licèt potentior sit, haud tamen potest hominem ad peccandum compellere. Præter Dæmonem autem constat plerunque homines à Deo tentari.

Asserunt etiam Doctores, tentationes effici non tantùm à Diabolo, sed à Carne etiam & à Mundo: quæ aliquo modo nobis explicandæ sunt. Ac Deus quidem ob id tentat, vt tentati hominis virtus, vel imbecillitas sibi ipsi, vel alijs patefiat: quantitas siquidē, vel perfectio habitus, nō nisi per actum ostenditur. Quia ergo maiori fide & fortitudine plerique præditos se esse existimant, quàm sint; vtile est illis atque expediens tentari sic, vt se ipsos agnoscant, & ne se ipsos, maiora de se existimando, seducant. Vnde tentatio hæc proficit ad hominis instructionem, & documentum. Hinc Deuteron. 8. *Deduxit te*, Moses inquit, *Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertū, vt affligeret te ac tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo versabantur, vtrum custodires mādata illius, an non*; ac rursus: *Sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus eruditut te*, &c. Et vt homo tentatur, vt agnoscat firmitatem, vel infirmitatem suam in actu virtutis, ita interdum tentatur, quo agnoscat defectus intellectus; ac consilij sui: sicut Ioan. 6. Christus dixit ad Philippum: *Vnde ememus panes vt manducent hi? hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.* Cùm autem Philippus respondit, *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt*, &c. prodidit defectum consilij sui, & fidei paruitatem. Et quanquàm de eisdem rebus Deus interdum, atque Diabolus, tentet; alio tamen ac diuerso animo Dæmon tentat, nempe vt in peccatum deducat, Deus verò vt virtutes hominis notas ac perspicuas faciat, vel vt ipsum cautiorem reddat. Vnde Deuter. 13. dicitur: *Si surrexerit in medio tui prophetes*, &c. *tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrùm diligatis eum, an non.* Simili tentandi modo Diabolus est vsus, cùm venit ad Prophetas Regis Achab, & reuelauit eis falsum, dicens quòd Achab prævaleret in bello contra Syros: & tamen in eo bello mortuus est Achab.

Tentationes igitur Dei & Diaboli conuenire possunt in materia, differunt tamen in duobus. Primò quidē in tentantis fine, siue intentione: nam Deus semper tentat ad bonum, nempe vt eius qui tentatur, virtus innotescat, vel vt ipse tentatus eruditur, magis se ipsum agnoscendo: Dæmonis verò mala mens est, & malus animus: semper enim ad peccatum solicitat. Deinde differunt in euentu: namque ex Dei tentatione semper sequitur bonus euentus, & tentatus nunquam succumbit: vt patet in Abraham. Quòd si quis adeò infirmus sit, vt tentatione prouocatus in vitium labatur; Deus tamen nunquam illum tentasse dicetur, sed erit à Dæmone, vel Carne, aut à Mundo eiusmodi tentatio: dicitur enim Iacobi primo: *Deus intentator malorum est*: hoc est, non ideò tentat, vt mala fiant, vel peccata, de quibus ibi sermo, quia sequitur: *Concupiscentia parit peccatum*. In tentatione autem quæ à Diabolo fit, secus se habet: ille siquidem ex sua malitia ad facinus impellit: vinceretque semper, nisi Deus nos sua gratia adiuuaret: ait namque Apostolus: *Non patietur vos tentari supra id, quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere*: quo in loco sermo est de tentatione Diaboli, aut Carnis, vel Mundi, quam nobis Deus prouenire permittit; non autem de tentatione, quam ipse infert: quia non fit ex permissione, verùm ex propria voluntate, quando ipse efficit per aliquem ex bonis spiritibus, id est, Angelis, qui sunt ministri eius.

Modus autem, quem dæmones in tentando tenent, non est, cogere voluntatem, in quam, quia non est affixa organo, nec obiectum eius ab eo pendet, sed à ratione, non potest dæmon agere, imò nec Angelus, sed solus Deus. Potest tamen spiritus malus agere in facultates organo coniunctas directè applicando actiua passiuis, atque ita vim habet mouendi sanguinem circa cor, & incendendi ad iram, seu excitandi ad libidinem. Potest etiam vt remota causa agere in intellectum, quia quantum ad obiectum, quod quidem est phantasma intelligibile, ab organo pendet, quanquàm quantum ad actum minimè pendeat. Inest etiam in dæmone potestas illustrandi phantasmata, ex quibus formantur species intellectui deseruiētes, vt ex varia illarum compositione variæ rationes prius non repræsentatæ, obijciantur: ad cognitionem etenim vltra obiectum & facultatem intelligendi requiritur intentio: liberum est homini tamen non solum non assentiri, sed ne mente quidem aduertere ad illas intentiones: quemadmodum in nostra situm est potestate loquentem non audire, si volumus. Etsi ergo dæmones queant illustrare phantasmata, Angelus tamen præter id adhuc potest directè imprimere in intellectu nostro notionem aliquam confirmando lumen intellectus agentis; quod dæmon efficere non valet: tùm quia gratia Dei caret; tùm quoniam contra se ageret; hac enim ratione melius quis esset qui tentat, agno-

Deus cur nos tentet.

Deut. 8. Quomodo Deus eruditat nos.

Ibid.

Qua ratione etiam tentet hominem Deus, & quare. *Ioan. 6.*

Aliter Deus, aliter Dæmō de eadem etiam re quandoque nos tentant.

Deut. 13.

3. Reg. 22.

In quo conueniant, & in quibus differant Dei ac Dæmonis tentationes.

Gen. 22.

Deus quorū intentator malorum sit.

Ioan. 1.

1. Cor. 10. Cum qua, vt Apostol⁹ ait, faciat etiam Deus tentationē prouētum, vt possimus sustinere.

Heb. 1.

Dæmones quo modo nos tentent.

Eorū in intellectum & phantasmata vis & potestas.

Angelus, & non Dæmō, intellectui nostro quid conferre valeat, quid Deus.

tat, agnoſceretur. Deus autem ſolus poteſt imprimere voluntati noſtræ ac intelligentiæ quicquid voluerit, ob omnipotentem virtutem ſuam; at Diabolus non aliter quã per modum ſuadentis ac ratiocinantis tentat, etiam in quauis materia, Carnis, vel Mundi, & vltra hoc etiam in alijs: vt, hæreſi, idolorum cultura, ſuperſtitione, ac ſimilibus, verùm in ordine ad illa. Hinc Chriſto dixit: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me:* nam aliàs Dæmon hominis adorationem non appeteret: & quia actus conſilij eſt ſuadentis, non eius cui ſuadetur, & actus vnius, non eſt peccatum alterius: ideò tentatio Dæmonis à peccato abſtrahit, maximè ſi in aſſumpto corpore loquatur, nihil intus efficiens.

Matth. 4.

Dæmonis tentatio cur extra peccatum ſit.

Tertiò, tentat Caro, de qua B. Iacobus, *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus*, quam Apoſtolus Paulus vocat legem membrorum, & ſtimulum Carnis colaphizantem, ac rurſus, *Caro*, inquit, *concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus Carnem*. Nec eius nomine intelligimus ſubſtantiam corpoream, quæ eſt pars ſpeciei humanæ: ſic enim non poteſt Caro tentare, quia non competit ei aliqua actio, cùm ſolùm ſit materia, maximè quia tentatio Carnis, concupiſcentia eſt, Iacobo teſte: & Paulus ait, Carnem concupiſcere aduerſus ſpiritum: verùm Carnis nomine intelligenda eſt anima, vt habet facultates organo ſenſus affixas, videlicèt operantes certa ex parte corporis: vt, videntes per oculos, audientes per aures, olfacientes per nares, &cæt. Animæ autem actiones eiuſmodi corporis leges ac conditiones ſequuntur: & in his cogi homo poteſt atque impediri; ſicut verbi gratia videre, quando non videt: & contra, non videre, cùm videt: enimuerò anima ſecundùm ſe conſiderata, nequit appetere niſi corpori conuenientia, nec poteſt contraria non fugere: aduerſatur autem ſibi anima, quatenus partes rationis compotes habet per organa nõ operantes: nec quod attinet ad ſuas actiones, quæ non ſequuntur naturam corporis, vlla vi cogi, atque extorqueri queunt. Porrò ratio, vt ab organo ſenſuque corporis abſoluta eſt & libera, ita bonum ſimpliciter & abſolutè, & non vt corpori conuenit, conſiderat: quò fit, vt caro concupiſcat aduerſus Spiritum: hoc eſt, vt rectè exponit B. Thomas, anima ceu corporis virtutibus affixa alligataque concupiſcit contra ſe ipſam, vt non eſt illis affixa, ſed vt ſoluta omnino atque libera, nimioque affectu anima ducitur ad corpus, vt viator ad hoſpitam.

Quod Caro etiam nos tentet. *Iacob. 1. Rom. 7. 2. Cor. 12. Gal. 5.*

Quæ Caro ſit tentatrix. *Iacob. 1.*

Quatenus tentet, aduerſusque ſpiritum illa concupiſcat.

B. Tho lect. 4. in cap 5. ad Gal. tom. 16. Quid illud Apoſtoli: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.

Tentatio igitur carnis, id eſt, animæ corporeis facultatibus alligatæ, nihil eſt aliud, quàm vis quædam iraſcendi, concupiſcendive inordinata, contra, aut præter imperium rationis, ferturque in ea omnia adipiſcenda, quæ naturaliter concupiſcimus ex parte inferiori, intraque nos ſunt, cuiuſmodi ſunt quæcunque guſtui atque tactui deſeruiunt. Fertur etiam quandoque ad horum contraria repellenda atque propulſanda. Quandoque autem caro in ſacris literis pro omni re appetente cõtra rationem, accipitur: vnde Paulus ad Galat. 5. inter opera carnis numerat idolorum ſeruitutem, ſectas, inuidias, veneficia. Adde etiam, quòd peccatum omne vocatur fructus Carnis. Demùm nomine Carnis breuiter totus homo vetus venit intelligendus. Ac Carnis quidem tentatio & motus, vel prouenit ex organi qualitate, vt ex inflammatione cordis, ira, ex calefactione autem mẽbrorum libido: verùm ſi vltra non pergat, peccatum non eſt. Illam etiam qualitatem efficere poteſt Dæmon, applicando agentia cum his quæ patiuntur, vt Medici faciunt. Deinde motus Carnis ex apprehenſione delectabilium poteſt oriri: & ſic peccatum poteſt eſſe, quatenus illa pars obedire poteſt rationi, nec obedit: in prima tamen apprehenſione nullum eſt peccatum. Quin etiam dæmõ poteſt res venereas quæ delectant, repræſentare: at poſſumus efficere, vti nos per intellectum ad illas animum non aduertamus, ſi volumus. Cum verò Dæmon tentat per modum titillationis, & illecebræ, ad tentamentum Carnis reducitur, ſicut cùm tentat per modum tantùm mundani obiecti, ad illam Mundi ea tentatio referenda eſt. Vt ergo Diabolus ſuggerit in mortem ſuadẽtis ac ratiocinantis: non ſecus ac ſi quis exiſtenti in ponte, ei ſuaderet, vt ſe in flumen præcipitem daret, ac diceret, Mitte te deorſum; in eundem modum Caro tentat per rationem efficientis & impellentis in fluuium: Mundus autem tantummodo per modum obiecti in anima repræſentati, velut vmbra carnis in aqua apparentis fecit carnem veram Aeſopi cani amittere.

Carnis tentatio quid ſit, & quàm latè pateat.

Gal. 5.

Vnde proueniat illa, & quando ſit peccatum, quando non.

Quartò, pauca addenda ſunt de Mundi tentatione. Mundus ergo & pro vniuerſitate rerum accipitur, vt cùm dicitur: *Mundus per ipſum factus eſt.* & pro ſtatu præſentis vitæ: quomodo Chriſtus dixit: *Non rogo vt tollas eos de Mundo*, id eſt, de vita præſenti, & alibi: *Venit hora eius vt tranſeat ex hoc Mundo ad Patrem*; vel pro hominibus Mundi amatoribus, in quem ſenſum idem Chriſtus inquit, *Non pro Mũdo rogo, & Mundus eos odio habuit*

Dæmonis tentatio cũ illa Carnis & Mundi quomodò conueniat.

Qualis Carnis, & quali ſit Mundi tentatio.

Mundus triplariam ſumitur more Scripturæ. *Ioan. 1. Infra 17. Supra 13. Infra 17. Ibidem.*

habuit (Apoſtolos ſcilicet) *quia non ſunt de Mundo, ſicut & ego non ſum de Mundo*: vel pro rebus, quæ in Mundo ſunt, & in eo ſolum habentur, & concupiſcuntur ab hominibus mundanis, vt ſunt diuitiæ, honores, magiſtratus, & ſimilia. Accipiendo itaq; Mundum primo modo, cùm omnia, quæ in eo ſunt, ſint valde bona; Mundus tentare non poteſt: quemadmodum nec ſecundo modo Mundus non tentat, licèt in Mundo tẽtemur, iuxta illud: *In mundo preſſuram habebitis*, nimirũ in ſtatu præſentis vitæ tentabimini: in tertio autem, Mundus accipitur pro malis hominibus, qui bonos perſequũtur, ſecundùm illud: *Si Mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit*: & rurſus: *Si de Mundo fuiſſetis; Mundus quod ſuum erat diligeret*: Id eſt, Si Mundi eſſetis dilectores, alij Mundi amici vos diligerent. Verùm hoc genus tentationis improborum hominum probos perſequentium, nihil differt à tentatione Diaboli, ſed eandem ſpectat: nam illi Diabolo id faciunt inſtigante; & interitum, ſicut & ille, intendunt: eadem enim eſt actio principalis agentis, atque inſtrumenti, vel miniſtri. Quod verò ait Apoſtolus, *Tentatio non vos apprehendat, niſi humana:* illam intelligit tentationẽ, cui ob fidelem Deum non conſentimus: ait enim idem Apoſtolus ſtatim poſt illud: *Tentatio vos non apprehendat niſi humana*; nẽpe, *fidelis autem Deus eſt qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis*, &c. Eſtque ſenſus; Si aliqua tentatio apprehenderit vos; illa non ſit niſi humana, non autem diabolica, quæ tunc eſt, cum prodit in actum: ſed ſuſtinete viriliter. Quòd ſi quis dicat; quomodò hoc præſtabimus, præſertim ſi tentatio fortior ſit; ſubiũgit, fidelem eſſe Deũ, qui non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus. Atque hunc ſenſum ſequitur Gregorius. 1. pàrte Paſtoralis, cap. vltimo prope finem, cùm ait: *Tentatio non vos apprehendat, niſi humana. Ac ſi apertè diceret: Humanum quidem eſt in corde tentationem perpeti, dæmoniacum verò eſt tentationis certamine in operatione ſuperari.* Hæc ille. Vel humanam paruam Paulus vocat ſecundùm Theodoritum, quemadmodum alio loco inquit: *Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ*: id eſt, modicum vel paruum exigo: vel tentatio humana eſt, ſe ipſum, vel alium hominem explorare, vt ſe, vel alios agnoſcat: quod vtile eſt. Deus autem, qui æternus eſt, nequaquam eſt vt nouus amicus tentandus atque explorandus. Non ergo accipitur ſic Mundus, prout diſtinctæ ſunt tentationes Dæmonis, Carnis, & Mũdi; ſed propriè ſumitur pro rebus fortunæ, ſiue pro honoribus, quæ res in hoc mundo in pretio habentur, deſideranturque. Hinc Ioannes ait: *Omne quod eſt in Mundo* (id eſt, quod mundani appetunt) *concupiſcentia carnis eſt* (ſcilicet obiectum carnis) *& concupiſcentia oculorum* (videlicet fortunæ bona, quæ ſub aſpectum cadunt) *& ſuperbia vitæ* (nimirum bona, quæ ſi non oculis, ratione tamen iudicantur; quæ ſunt, honor, fama, potentia, fauor, & ſimilia.) Mundus ergo ſolum tentat per modum obiecti; ſiue modo intentionis, non rei agit: & tantùm ratione mouet, quia de rebus eſt non neceſſarijs; neque naturalibus, ſed de vanis potius, & in hominum opinione poſitis: eſtque extrinſeca, quemadmodum & Satanæ tentatio. Secus eſt de Carne, quæ intrinſeca eſt: ideò Mundi ſuggeſtio & Carnis in eadem materia non conueniunt: Dæmon autem vtriq; coniungitur. Et quando Diabolus, ac Mundus tentant, cùm ſint externæ eiuſmodi tẽtationes, tantummodò illis aſſentiendo peccamus, aut delectationem ex ijs, quæ proponuntur, captando: cùm verò Carne tentamur, etiam non reſiſtendo quoad poſſumus, vel conſenſum præſtando, delinquimus: aliàs enim peccatum non eſt; etſi deflexio quædam ab ordine ſit, vt in Paulo apparet ſtimulo carnis colaphizato. Si verò hæ tentationes inter ſe conferantur; illa quidem Carnis ſecundùm ſpeciem ſuam ad plura obiecta ſe extendit, quàm aliæ ſimul; quanquàm opus habeat aliarum colore ea tegere; magisque mouet atque afficit quàm Mundi tentatio: hęc enim ſolùm res, vt ſunt, ante oculos ponit; enimuerò Dæmon vltra pergit ſuadendo, & mendacijs decipiendo. Illecebra verò carnis maior eſt quàm illa Mundi, quia intrinſeca eſt, deque neceſſarijs ad vitam humanam, ac proinde diuturnior atq; moroſior: nam tunc Mundi nos aggreditur tentatio, cùm ratio, ac liberi arbitrij vſus excitatur: ætasque illa venit cum diſcretione, quę cernit alios magni fieri propter Mundi bona, illaque conſectari atque amplecti. Ideò magni refert bona educatio. Carnis præterea lenociniũ & illecebra fortior eſt illa Cacodæmonis. Siquidem ab intrinſeco eſt, & per modum inclinationis naturalis, non autẽ eius propenſionis, quæ efficitur perſuaſione: & præterquam quòd obiecta non tantũ bona, & ſenſui commoda re ipſa oſtendit, affligit non acceptantes (quod nequaquam de Mundi, Dæmoniſq; tentamento eſt aſſerendum) non modo in imaginatione, ſed etiam in corpore, atq; ita quodam modo vim cogendi habet ac puniendi non ſibi conſentientem ac reluctantem.

Mundus quo tantum modo tentet. *Gen. 1.*

Ioan. 16.

Supra 15.

Ibid.

Quæ tentatio non debeat nos apprehendere, niſi humana ſecundum Apoſtolum. *1. Cor. 10.*

Explicatur magis hæc ſententia: Tentatio vos non apprehendat, niſi humana.

B. Greg. to. 2. in prine.

Humana quod tentatio ſecundũ aliquos. *B. Theodori. in eum locum tom. 2.*

Rom. 6. Rurſus humana quæ tentatio.

Mundi tentatio quæ propriè. *1. Ioan. 2.*

Quomodò tentet nos Mundus, & de quibus.

Mundi, & Dæmonis tẽtatio quatenus mala, & peccatum ſit.

2. Cor. 12.

Carnis tentatio cur maior illa Mundi, & Dæmonis.

II. ratio.

III. ratio.

IV. ratio.

Redditur & ex alio capite fortior ac vehementior Carnis oppugnatio, quòd in ea non totus homo contra tentationem pugnat, sed vna tantùm eius pars: vnde Paulus ad Roman. 7. *Video*, inquit, *aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis*, & ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus Spiritum, Spiritus autem aduersus Carnem*: rursus idem Paulus: *Datus est mihi stimulus Carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me.* Verùm ex Dei prouidentia fieri potest, vt Mundi, vel Diaboli incitamenta plus vexent, quàm illud Carnis: & plus hunc, quàm illum, & grauiùs nunc, quàm alio tempore: ac simpliciter fortiùs & grauius tentet Caro, quàm Diabolus, & Mundus: propterea quod maior existit prohibitio luxuriæ, & iræ, quàm cibi, idcircò in illis granior, acriorq; est tentatio, quàm in cibo: illaque lasciuiæ maior est, quia à pueritia incipit, quanquàm illa iræ sit acutior. Caro tamen tentans, sua duntaxat cõmoda & voluptates, non autem peccatum intendit, vt Dæmon: qui quidem perfectè vincitur in aliquo vitio, quando habitu virtutis comparato perturbationes ad illud inclinantes tolluntur, atque radicitus euelluntur.

Ex his igitur, quæ latè disseruimus, habemus quid sit tẽtatio, & quotuplex. Namque si ex parte Tentatoris sumatur distinctio, triplex oritur tentatio, nempè à Mundo, à Carne, atque à Diabolo: si verò ex parte obiecti sumatur, de quo homo tentatur, triplex similiter tẽtatio existit. Quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: at verò si ex modo ipsius tentationis discrimen accipiatur, tres quoque existunt tentationes: videlicet à suggestione, delectatione ac consensu, vt ait B. Gregorius in quadam homilia, dicens: *Sciendum nobis est, quia tribus modis tentatio agitur, suggestione, delectatione, consensu. Et nos cum tentamur, plerunque in delectationem, aut etiam in consensum labimur, quia de Carnis peccato propagati, in nobis ipsis etiam gerimus, vnde certamina toleramus. Deus verò, qui in vtero Virginis Incarnatus, in mundum sine peccato venerat, nihil contradictionis in semetipso tolerabat. Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit. Atque ideò omnis diabolica illa tentatio foris, non intus fuit.* Hæc ille. Isti tamen modi sic possunt distingui: vt suggestio tribuatur Diabolo, delectatio Carni, quia per modum titillationis & delectationis tentat, cõsensus verò ipsi Mundo, quia per modum repræsentantis obiectum tentat. Melius tamen assignantur tanquam gradus tentationis: vt primò Dæmon suggerat, dein homo delectetur, postmodum per consensum consummetur peccatum. Reuera enim cõsensus non est modus aliquis tentandi, aut suggerendi, cum potiùs actus sit liber ipsius tentati ad acceptandum peccatum. His itaque bene, perfecteq; comprehensis, studeamus, vt quantum in nobis est, tentationes ac suggestiones omnes declinemus, & vincamus: quod fides, & animus prouidus præstat. Quòd si contingat nos in tentationes incidere, quibus Christus expugnauit Dæmonem armis, ieiunio nempe, supplicatione, solitudine, lectione Scripturarum vtamur: neq; dubium est, si ita gesserimus, quin victoria à nobis stet: præstante hoc nobis expugnatore, ac victore Satanę Christo Iesu Domino nostro, qui cum Patre & Spiritu Sancto viuit, & regnat per infinita secula seculorum, Amen.

Rom. 7.

Gal. 5.

2. Cor. 12.

Qua ratione Mundus, aut Dæmon nos grauius, ac vehemẽtius tentet, quàm Caro.

Aliud Caro, aliud dæmõ in tentando quærunt, & expetunt.

Tentationes ratio distinguendi triplex.

1. Ioan. 2.

B. Gregor. homil. 16. in princ. tom. 2. Cur nos cũ tentamur, plerunque in delectatione & consensu labimur. Quare Christus tẽtari sola suggestione potuit, teste Gregor. Suggestio, Delectatio, Consensus, sint ne modi, an potius tentationis gradus.

Quid consensus ad peccatum sit.

Si quando in tentationem incidimus, nobis quid tunc facto opus sit.

TRACTATVS X.

In illa verba: *Et cùm ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.*

QVemadmodum qui ad singulare certamen in arenam descendunt, nonnisi omni genere armorum, & peritia certandi instructi prodire solent: ita sanè Spiritus Sanctus, qui Christum expulit in desertum, atque tentandum diabolo exposuit, militem suum benè armatum atque munitum protulit, vt sine magna difficultate victoriam comparare posset. Arma autem quæ Christus induit, sunt, secessus in solitudinem, & assidua deprecatio, ne otiosus esset, atque ieiunium siue abstinentia, ac quæ ieiunium consequitur vigilantia: qui enim sobrij sunt, minus somno vacare solent. Hinc Apostolorum Princeps Petrus alludens, vt existimo, ad hanc sobrietatem Christi & vigilantiam, quibus triumphum de diabolo reportauit, omnes fideles ad sobrietatem adhortatur: *Sobrij*, inquit, *estote, & vigilate: quia aduersarius vester, &c.* Et cum prius omnes hortatus esset ad sobrietatem & vigilantiam Petrus, de Satana in singulari ait, quod circuit, quærens quem deuoret: quia vnitos & charitate coniunctos nõ aggreditur, sed singulares, & solitarios inuadit. Hinc Heuam solitariam ad defectionem solicitauit, & Iudam solum de gremio Apostolorum exeuntẽ tentauit, & ingressus est in cor eius. Et Thomam tardum, &

Quibus ad vincendum Dæmonem armis Christus fuerit vsus.

1. Pet. 5.

Quos ferè Dæmon inuadat.

Gen. 3.

Ioan. 13.

Infr. 20. & 28.

Tractationis huius ordo, & partes.

stupidum à præstanda fide Apostolis retardauit. In primis igitur differendum est, cur Dominus ieiuniũ assumpserit, dein cur ieiuniũ quadragenarium. Tertiò quorsum faciat Euangelista mentionem dierum, ac noctium, satis enim videri poterat, si dixisset, quadraginta diebus. Quartò, quamobrem elapsis illis diebus esurierit. Quintò, cùm illũ dierum numerũ suo exemplo sacrarit, atq; ad ieiunium dedicarit, explicandum est quid sit ieiunium in genere, & quotuplex, & quo iure ad illud teneamur. Deinde de quadragenario differẽdum ieiunio erit, quo iure sit introductum, & an præcepto eius adstringamur: num etiam abstinẽtiam à carnibus includat, necne: postremò de eius antiquitate, laudibus, atque fructibus nonnihil adijciemus.

Quare Christus ieiunauit.

Primũ igitur Christus Dominus ieiuniũ assumpsit, quo facto suo testaretur diuinũ & orthodoxum Euangelium ab abstinẽtia & ieiunio initiũ sumere. Euangelium verò nouellum ab hæreticis Germaniæ excogitatum atq; confictum, ab ingluuie & ebrietate, dæmone esum vetitorũ suadente, omnino exordiũ capit. Nam vt olim primos parẽtes ad gustatum vetiti fructus suis suasionibus & fraudibus pellexit, atq; ad violandum diuinum præceptum impulit atq; pertraxit: haud dissimili ratione equidem hos miseros, & carni deditos hæreticos seduxit atque decepit, ad Ecclesiæque salutares leges contemnendas solicitauit. Verùm hoc primis illis parentibus infeliciores existũt, quòd illorum oculi peccato admisso aperti sunt, & cognouerunt se esse nudos, istorũ oculi verò crapula, gulaq; clausi sunt vt peccatum quo se atque alios miserè perdunt, non solùm non agnoscant, sed etiam impudentissimè, atque obstinatissimè defendant. Nos igitur Ecclesiam Catholicam cũ in Quadragesima, tum in alijs anni temporibus ieiunia salubria nobis indicentem, tanquam matrem pientissimam amplectamur, Christumque suo exemplo ieiunium nobis suadentem, libenter consectemur atque imitemur.

Pseudoeuangeliũ Lutheranorũ vnde sumat exordium.

Gen. 3.

Ibidem.

Nostri seculi hæretici primis parentibus quanto sint infeliciores.

II. ratio ieiunij Christi.

Deinde Christus carnem ieiunio macerans, sacrificiũ Deo acceptissimum obtulit. Vt enim Spiritum suũ per iugem deprecationem Deo Patri offerebat, ita & corpus per ieiunium sanctificans, holocaustũ in odorem suauitatis offerebat, vt hac salutari antidoto, quod Adam per gulæ vitiũ amisit, Christus suo nobis ieiunio restitueret atque compensaret. Adhæc, congressurus cum Dæmone, qui infirmus est & inualidus, nisi carnem nostram pro se habeat, Christus illã affligendo, ipsum Dæmonem armis suis spoliauit, atque adeò impotentem reddit. Etsi autem caro Christi sanctissima obedientem se præstaret Spiritui, & nihil vnquam contra rationem recalcitraret: tamen quia congressum cum Satana, & ieiunium nonnisi nostra caussa suscepit, cum caro nostra perpetuò rebellet, atque Spiritui perpetuũ bellum indicat, quid nobis facto opus sit, suo exemplo monstrauit: nam qui putat se victoriam de hoste maligno consecuturum, Carne nondum expugnata atque domita, is se ipsum, meo quidem, & omnium iudicio, vehemẽter seducit: qui autem carnem (quæ receptaculum atque asylum Diaboli est) reprimit, flagellatque, is verè intelligat se simul Satanam reprimere atq; flagellare. Docet etiã, post baptismum non esse otiãdum, verùm toto pectore incumbendum in eam curam, vt corpus rationi subdamus, eiusque motus & cupiditates, quæ ad malum tendunt, quoad eius fieri possit, reprimamus. Etsi enim per baptismum ab omni sorde peccati mũdati simus, remanet tamen in illo concupiscentia, seu fomes, tanquam Iebusęus quidam internus, semper ad malum solicitans. Quare qui renati sunt, ignorare non debẽt, nihil esse ad dignitatem filiorum Dei in baptismo partam conseruandam præstantius, quam vitam totam in ieiunio, & sobrietate traducere. Vnde Leo Papa serm. 7. de ieiunio 10. mensis doctè atque elegan-

Satanam reprimat atque flagellet quis IV. ratio Christi ieiunij.

Iosue 15.

Caro etiã baptizati qualis.

ter: *Præsidia*, inquit, *militiæ Christianæ, dilectissimi, sanctificandis mẽtibus nostris, atque corporibus diuinitus instituta sunt. Ideò enim dierum temporumq; curriculis sine cessatione temperantur, vt infirmitatum nostrarum ipsa nos medicina commoneat. Natura quippe mutabilis, & de peccati labe mortalis, licèt etiam iam redempta, & sacro baptismate sit renata, in quãtum est passibilis, in tantum est ad deteriora declinis. Corrumperetur q; naturali desiderio, nisi spirituali muniretur auxilio.* Sic ille. Ex quo habes ieiunij necessitatem, & effectũ proximum, qui quidem est carnis prohibere contumaciam.

Leo Papa.

V. ratio.

Postremò, Christus ieiunium amplexus est, vt cum post illud esuriret, occasionem Diabolo præberet tentandi, qui quandiu non esurierit, ad eum accedere non est ausus. Tamen ante istud ieiunium sæpe Christus ieiunauerat. Iudæi etenim quolibet anno in die Propitiationis ieiuniũ obseruabant: Leu. enim 16. & 23. præcipitur: *Affligetis animas vestras. Omnis anima quæ in hac die afflicta nõ fuerit, peribit de populis suis.* Erãt & alia certis præstituta mensib⁹ ieiunia, de quibus Zach. c. 8. *Hæc dicit Dominus exercituum, ieiunium quarti, & ieiuniũ quinti,*

Christum sæpius ieiunasse. Leuit. 16. Infra 23.

Zach. 8.

& ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam, & in solennitates præclaras: quæ quidem religiosissimè Christũ obseruasse, dubitare nefas est. Non enim venerat soluere legẽ, sed adimplere. De his tamen ieiunijs à Domino Iesu obseruatis non meminerunt Euangelistæ, quia solum purè personalia, hoc est, ad personã suam (in quantum factus est sub lege) pertinentia, & tempore quo lex durabat: neq; pertinebant ad legem nouam, neque nobis tradenda erant ad imitãdum, ob id meritò suppressa sunt. Ieiuniũ verò hoc quadraginta dierum personale haud fuit, nec ad Legem Moysi, vel eius consuetudinem spectabat, sed potius ad nouam, quam tanquam legislator traditurus ipse, ieiunium suo exemplo nobis commendauit atque stabiliuit. Atque hæc de primo dubio.

Matt.4.

Ieiunij solius quadragenarij christi cur meminerint Euangelistæ.

Gal.4.

Deinde acceptauit ieiunium in numero 40. dierum, non vltra progrediendo, neque infra sistendo. In primis vt proderet potestatem suam, quæ plus, quam humana erat, id est, diuina. Homo siquidem naturaliter vltra septem dies famem sustinere non valet: imò Christus de turbis, quæ illum per triduum ieiunando sustinuerant, *Miserior*, inquit, *super turbam, quia triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via*: quemadmodum in ieiunio Moysis, & Heliæ ostensa diuina virtus. Adhæc, neque pluribus, neque paucioribus diebus ieiunare voluit: non quidem pluribus, vt verus homo ipse agnosceretur: & vt certum ac definitum numerum dierum ieiunandi nobis præscriberet, nõ paucioribus, ne minor seruis, Mose & Helia videretur, atque adeò Christus legi consonus atque Prophetis proderetur. Etsi autem Moses bis 40. diebus ieiunauerit, antequam acciperet tabulas Legis, vt habes Deuter. 9. Christus tamen nõ nisi semel hoc quadragenarium ieiunium absoluit: nam finito hoc ieiunio, Christus prædicationi verbi Dei, atque edendis miraculis operam dedit, conuersaturque cum discipulis & turbis, ita vt ieiunio isti 40. dierum simili, locus esse non posset. Nam si ieiunasset, Euangelistæ vtique nobis tradidissent: & signa, quæ ad exerendam vim atque potentiam suam edebat, vel pauca sufficerent, satisque esse videtur, si in genere scribantur. Perinde enim est fidei nostræ confirmandæ, scribere tres mortuos fuisse suscitatos, ac mille. Signa verò, quæ declarandæ suæ bonitatis, ac munificentiæ gratia operabatur, multa esse oportuit: cuiusmodi sunt sanitates, dæmonum expulsiones, ac similia, quo significaret, se potiùs charitatem suam, quàm potentiam patefacere voluisse. Quæ verò ad mores nostros informandos ædificandosque operatus est Dominus, nisi scripto nobis essent tradita, frustra à Christo facta fuissent. Quod ergo dicitur à Ioanne: *Multa quidem & alia fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc, &c.* de miraculis, non de operibus, quæ ad mores spectant, ibi est sermo quibus fides confirmatur. Ex quo ibidem subdit Ioannes: *Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Filius Dei.*

Ieiuniũ cur quadragenarium Dominus assumpsit.

Ioan.6.

Exod.24. & 34.

3.Reg.19. cur nec pluribus, nec paucioribus diebus Domin⁹ ieiunauit.

Deut.9.

Matt.4.
Luc.4.
Ioan.11.
Quib. signis. & prodigijs bonitatem suam potiùs quã potentiã Christus declarauit.

Quæ signa Iesu facta Ioannes testetur esse in Euangelio suo nõ scripta. *Ioan.vlt.*

Etsi autem Moysis & Heliæ, ac Christi ieiunium in dierum numero conueniant, & in hoc quòd virtute supra naturæ vires posita tamdiu à cibo abstinerent: est tamen discriminis nonnihil. Etenim Moyses diuina virtute, atque familiari colloquio cum Deo sustentatus est, Helias autem virtute partim naturali, partim cœlesti ieiunium tulit. Cùm enim Angelus panem, & aquam illi attulisset, dixissetque: *Comede & bibe: grandis enim tibi restat via.* subditur: *Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb:* vbi innuitur quodam modo, naturaliter sustentatum tot diebus per virtutem inditam illi cibo. Ista tamen fortitudo cibo supra naturam collata est: quoniam nullum alimentum semel sumptum in tam parua quantitate, tanto tempore ex viribus naturæ posset corpus robustũ & sanum vegetare: at Moyses bis quadraginta diebus ieiunium sustinuit nullo omninò cibo assumpto, sed tantùm diuino colloquio est confirmatus: Christus autem mansit prorsus absque vllo cibo, potuque diebus quadraginta, non ex vi ac subsidio cibi alicuius præsumpti, vt Helias, sed ex virtute Dei, quam Moses munere diuino habuit, Christus autem à seipso, quandoquidem Deus est.

Moysi & Heliæ, ac Christi ieiunium, in quo cõueniat, ac discrepat.

3.Reg.19.

Vnde Helias vnde Moses tot ieiunium dierum fecte potuerint. *Exod.24. Infra 34. Deut.9.*

Quod autem aliqui tradunt, Moysen, & Heliam per illos quadraginta dies ieiunantes, esuriem sustinuisse, quia homines erãt, Christum verò, qui Deus erat, minimè esurijsse nisi exactis illis diebus, haud verisimile videtur. Nam si Patres illi illo tempore esuriebant, à prima die, qua ieiunium inchoarunt, naturaliter secuta fuisset fames: quæ cùm sit grauissima pœna, illam quadraginta diebus tolerare, morte temporali esset deterius: nec esset illa pœna absimilis pœnis inferni, in quibus homines licèt sufficientem cruciatũ ad mortem habeant, moriuntur tamen nunquam: hanc verò pœnam tam grauẽ vlli Deus viuenti leuiter inflixisset. Quòd si Deus Heliam famis tempore supra naturam pascebat, mittens

Mosen & Heliam (vt nec Christũ) cũ esurie minimè ieiunasse vt quidam tradunt. *Autor operis imperfect. in Matt. hom.1. to.2. oper. D. Chrysost.*

3.Reg.17.

tens quotidie per coruum bis panem & carnes, ne affligeretur: probabile nõ erat eum fame cruciare voluisse per 40. dies, quãdo præcepit ei ambulare. Cùm etiam textus dicat, quòd ambulauit in fortitudine cibi illius per 40. dies vsque ad montem Dei Horeb, non videtur quomodo esurierit: namque si fame langueret, conficiendo itineri minimè par fuisset.

Quibus Christus in suis actionibus quadragenarium numerum obseruauit.

Præterea hic numerus quadragenarius in multis actionibus à Christo obseruatus fuit. In primis enim ipse natus est ferè post quadraginta ætates vel secula, quæ quidem quater mille annos conficiunt. Deinde quadraginta dierum hebdomadibus plenis atque integris mansit in vtero Virginis: ad hæc quadraginta diebus moratus in Bethleem est, antequam præsentaretur in templo. Quadraginta etiam mensibus prædicauit, vt cõmunis est omnium conceptus, nempe tribus annis cum dimidio: nam totidem prædicaturus Antichristus existimatur. Quadraginta horis præterea iacuit in sepulchro, vt docet B. Augustinus, rationem ducendo ab hora nona, quando emisit Spiritum, vsque ad auroram Dominicę diei. Item quadraginta diebus à resurrectiõe, versatus est cum discipulis suis, antequam in cœlum conscenderet: ita etiam nunc quadragenarium ieiunium voluit sustinere. Vt enim Moses, vt legem ferret, tanto tempore ieiunauit; ita Christus legẽ nouam laturus, à cibo abstinuit, quemadmodum Helias pugnaturus cum Achab ac Iezabele, per quadraginta dies nihil omninò gustauit, ita Christus bellum indicturus dæmoni atque impiæ Synagogæ, simili ieiunio armatus progressus est. Quadraginta annis peregrinati sunt filij Israel, antequam intrarent in terram promissam: & Christus totidem diebus ieiunio afflixit animam suam, vt nos in terram viuentium introduceret. Lege cautum erat, ne magistratus iustè aliquem ad virgas flagellaque condemnans, vltra quadraginta excederet ictus: ita Christus pro nobis quadraginta ieiunij pertulit ictus. Niniuitæ, ad prædicationẽ Ionæ per quadraginta dies pœnitentiam agentes, excidium ciuitatis intẽtatum declinare promeruerũt: sic etiam Christus iustam vindictam peccatorum nostrorum atque gehennæ supplicium per hanc suam afflictionem & pœnitentiam sustulit. Hic autem numerus, vt quidam ex Patribus docent, vitam Christianam aptè exprimit, quæ decem præceptis Decalogi impletis, per quatuor Euangelia à nobis trantigitur: vt intelligamus, nobis dum viuimus, ieiunio, atquæ pœnitentiæ esse vacandum. Ad hæc, cùm nos homines ex quatuor elementis conflati simus, atque per voluptates blandas corporis, quas captamus, decem præcepta Domini violemus, rectè quadragenarius, numerus est transgressionis. Cumque iuxta mensuram delicti sit futurus plagarum modus, dignum est, vt carnem nostram quater decem diebus affligamus. Præterea, numerus iste ad peccati remissionem pertinere videtur: partes enim eius, quæ aliquoties sumptæ ipsum totum reddunt, quinquaginta constituunt. Videlicet vnum, duo, quatuor, quinque, octo, decem, viginti: quinquagenarius autem numerus ad Iubileum, & remissionem peccati spectat: vnde & 50. Psalmus à Dauide ad impetrandam Dei misericordiam, ac culpæ remissionem editus est. Et in quinquagesimo die post Pascha celebratur dies Pentecostes, in qua datus est Spiritus sanctus. Quadraginta ergo nobis diebꝰ ieiunandum est, si gratiã veniæ delictorum obtinere, & Spiritum sanctũ volumus impetrare. Adde etiam, quòd hic numerus dierum, vt autor est B. Gregorius, ad decimæ totius anni solutionem facit. Namque ex lege primitias ac decimas Deo debemꝰ, neque rerum tantùm, sed etiam temporis. Quatuor autem anni temporibus meritò ieiunamus, in Vere, Aestate, Autumno, & Hyeme, quasi primitias noui tẽporis Deo offerentes. Porrò numerus quadragenarius decimam totius anni constituit. Constat enim annus 365. ferè diebus. 300. aũt & 60. decima sunt 36. Verùm quia sex dies supersunt, pro eorum decima ponitur vnus dies, & fiunt 37. quibus si addas tres dies primitijs quatuor temporum in Vere, efficitur integer numerus nostri ieiunij quadraginta dierum. Christus enim ita ieiunauit, vt nos instrueret, debitum hoc decimarum Deo nobis esse pendendum. Hæc de secundò.

III. ratio.

Act.2.

IV. ratio. *B. Gregor. ho. 16. in Euange. post med. tom. 2. & vlt. Leuit.27.* Decimas rerum, & dierũ Deo debemus, ait Gregorius.

Ad tertium, dicitur ieiunasse Dominus quadraginta diebus & quadraginta noctibꝰ quia hic dies artificiales contra noctes distinguuntur: Lucas quadraginta diebus tantùm dixit, scilicet naturalibus: & quia in eis nunquam comedit, vt expressis verbis docet idem Lucas: *Agebatur*, inquit, *in Spiritu in desertum diebus quadraginta, &c. & nihil mãducauit in diebus illis: & consummatis illis postea esuriit.* Moris siquidem Iudæorũ erat, per diem animam affligere, sub vesperam autem siue noctem cibũ sumere: quos hodie Mauri imitati, nonnisi de stellæ visæ licentia ieiunium soluunt: vt Tertull. est autor. Ad hæc, homo temperatus cibum ferè non sumit nisi vrgẽte fame, aut valetudinis

Quare Christus dicitur ieiunasse quadraginta diebus, & noctibus. *Luc.4.*

Esai.58.

Mauri quorum exẽplo, & quãdo ieiunij soluãt, teste Tertul. *Tertull.*

recupe-

Christum toto illo tempore quadranatio nil omninò gustasse.

recuperandæ causſa. Chriſtus ergo omnis temperantiæ exemplar, cùm tantùm poſt illos dies exactos eſurierit, proculdubiò cibo vllo ante illã eſuriem non eſt vſus. Nam ſi morem Iudæorum ſequutus ieiunantiũ, cœnam ſub noctem ſumpſiſſet, Moyſe atque Helia, qui per quadraginta dies nihil ne guſtarunt quidem, longè inferior fuiſſet inuentus. Neque vrget quod dicitur, Marc. 1. quòd Ieſus erat in deſerto quadraginta diebꝰ & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana: eratq; cum beſtijs, & Angeli miniſtrabant illi. Si ergo in cibo, & potu miniſtrabant, videtur illis diebus cibo vſus fuiſſe: reſpondemus enim, Angelos nequaquã miniſtraſſe Chriſto niſi poſt quadraginta dies peractos, conſummataq; omni tentatione: nam cùm diabolus à Chriſto receſſit, Angeli acceſſerunt, & miniſtrabãt ei, vt refert Matthæus. Quod ergo ait, *Et miniſtrabant ei*, perinde eſt ac ſi dixiſſet, miniſtrauerunt, præteritum imperfectum vſurpando pro perfecto. Nam ſimili ratione interpretãdum eſt illud quoque: *Et erat in deſerto: & tentabatur à Satana:* quæ ſub eorum verborum tenore & conſequentia continentur: interpretandũ eſt ſiquidem, Fuit in deſerto: & tẽtatus eſt à Satana, Græcè enim habetur πειραζομενος id eſt, tentatus, vel tentationem patiens, apertè enim Matthæus & Lucas teſtantur cõpletis quadraginta diebus Chriſtum eſurijſſe; & tunc primùm dæmonem ad tentandum acceſſiſſe. Quare mihi veriſimile nequaquam redditur quod Euthymius & Caietanus, ac alij recentiores permulti adnotarunt, Chriſtũ per illos totos quadraginta dies fuiſſe tentatum atque vexatum à diabolo: videlicet per ignauiã, ſomnolentiam, triſtitiam, atq; alia generis eiuſdem, de quibus vt plurimũ ſpiritales viri tentari atque infeſtari ſolent: quod ex Origene videntur hi omnes accepiſſe: ait enim homil. 29. in Lucam initio: *Quadraginta diebus tentatur Ieſus; & quæ fuerint tentamẽta, neſcimus. Quæ ideò forſitan prætermiſſa ſunt, quia maiora erant, quàm vt literis crederentur. Etſi ſic oportet dicere, ſicut mundus capere non poterat omnes libros, ſi ſcripta fuiſſent, quæ fecit & docuit Ieſus; ſic quadraginta dierum tentationes, quibus tentatus eſt Dominus à diabolo, mundus ferre non poterat, ſi Scriptura docuiſſet.* Hæc ille. Sed profectò neque veriſimile videtur ob id ſuppreſſas fuiſſe ſilẽtio tentationes quadraginta dierum; & alienum à textu Euangelico eſſe videtur, qui refert tentationes Chriſti ab eſurie orſum accepiſſe: quare aſſerendum eſt, per id quadraginta dierum ſpatium quietum atque tranquillum ſacrificio corporis atque animi ſui Deo Patri offerendo incubuiſſe.

Si nil omninò guſtauit, cur ei ſecundum Matthæũ, Angeli miniſtrabant.

Hebraiſmus.

Chriſtum nõ niſi poſt ieiunium à diabolo tentatũ fuiſſe *Euthym. Caietan.*

Origen. to. 2.

Ioan. vlt.

II. ratio.

At enim quærunt nonnulli; Quid ergo illis quadraginta diebus in deſerto Dominus egit? Videlicet ne ageret nihil, & in otio maneret, fingimus eum ſuggeſtionibus ac telis Satanę reſtitiſſe. Reſpondemus, per id tempus miniſterio verbi Dei, atque docendis quæ ad eum veniebant turbis, minimè vacaſſe, vt quidam opinati ſunt, nam de hoc nihil refert Scriptura. Deinde ſolitudinem atque ieiunium, quibus ſe affligere volebat, impediuiſſet. Quare ſtatuendum eſt, illum ſolitarium obſecrationibus, ieiunijs, diuinis laudibus, atq; gratiarum actionibus, acriter incubuiſſe: nam precatio comes ieiunij indiuidua eſſe debet: vt quod corpori per abſtinentiam ſubtrahitur, Deo per preces offeratur.

Quid egerit in deſerto Chriſtus illis quadraginta diebus & noctibus ieiunans.

Quòd ſi obijcias; Chriſtum ergo vitam auſteram, ſicut Ioannem Baptiſtam, profiteri non decuit: præſertim cùm Matt. c. 11. Dominus dicat: *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans ac bibens: & dicunt, Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorũ & peccatorum amicus.* Si ergo Chriſtus nihil per illos dies comedit, in immenſum auſterior eſſet Ioãne. Reſpondemus, Chriſtum mediocrem tantùm vitam fuiſſe profeſſum: & ieiunium quadragenariũ nequaquam eſt ad auſteritatem referendum, quæ afflictionem carnis ſignificat, ex immoderata, vel excellenti abſtinentia. Chriſtus autem illo tempore nequaquam afflictus fuit neque eſuriuit, cum fuerit diuinitus ſuſtentatus, & antea cibis communibus veſceretur: ideò nihil auſteritatis fuit in tali ieiunio; & Ioan. ſemper auſterius vitæ genus vſurpauit, & coluit. Nam alias diceremus, Moyſen & Heliam Ioãne auſteriores fuiſſe, cùm quadraginta numero dierum cibi omnis experteſ perſeuerauerint. Propterea etiam minimè eſt Chriſtus increpandus, quòd poſt ieiuniũ ad cõmunem vitam deſcenderit, & communibus ac conſuetis fuerit vſus cibis, adeò vt voracem & potatorem Hebræi illum appellauerint, & diſcipulos eius coarguerint, quòd non ieiunarent, ſicut illi Ioannis: vt exiſtimari potuerit Chriſtus ſimilis homini illi, qui turrim cœpit ædificare, & non potuit conſũmare, illique cohærere quam protulit ipſe ſententiam: *Nemo mittens manũ ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Cenſemus enim neutiquam Chriſto, vti diximus idcircò dandum eſſe vitio, quoniam eius vita ſingularis perſonæ non erat, nec ad vnum vitæ genus inſtituendum venerat: ſed Chriſti vita, eius nimirum, qui caput &

Si vitã Chriſtus auſterioꝛem, Ioannis inſtar Bapt. non debuit profiteri, cur tamdiu ieiunauit. *Matt. 11.*

Exod. 24. & infra 34. 3. Reg. 19.

Quare Chriſtus poſt ieiuniũ ad priorem vitam redijt. *Matt. 11. Supra. 9.*

Luc. 14.

Supra 9.

III. ratio.

Doctor mũdi vniuerſi à Patre erat deſtinatus, omnium vtilitati atq; exemplo proponenda erat: quare opus fuit, vt in eo auſterioris vitæ ac perfectioris; ac rurſus etiam vitæ minus perfectæ atque communis præluceret exemplar. Demùm ſuo ieiunio nobis Dominus ieiunandi formam videtur tradidiſſe: atqui nos ieiunij per quadraginta dies in deſerto permanendo, capaces minimè ſumus: debebat ergo Chriſtus quotidie aliquid ſumere in alimentum, vt nos rectiùs inſtrueret, ne aliquis noſtrum, tale, hoc eſt, ſine vllo cibo ieiunium attentaret, atque ſeductus, mortis ſe periculo exponeret. Dicimus, ieiunium Chriſti partim ad exemplum noſtrum, partim verò ad ſuam vim, poteſtatemq; declarandam aſſumptũ fuiſſe: & exinde quod virtutẽ Dei indicat, nobis ad imitandum non eſt propoſitum, nempe vt quadraginta diebus continuis à cibo prorſus abſtineamus: quod in Chriſto admirandum eſt, ac venerandum: quatenus verò ad documentum noſtrum ſuſceptum eſt, debemus ieiunare, eumque pro modulo ac virili noſtra, ſicut & in reliquis eius virtutibus, imitari. Quemadmodùm enim ad crucem ferẽdam ſuo nos facto & exemplo Chriſtus inuitat, neq; tamen nos parem cum illo geſtamus, nempe crucem tam aſperam & ignominioſam, verùm debiliorem, atque viribus noſtris imbecillioribus magis accómodam portamus, atq; in eo Chriſti inuitationi voluntatiq; obſequimur: ita ſimiliter de ieiunio ſentiendũ eſt. Decet namq; talia eſſe Chriſti capitis noſtri ac mediatoris, tam perfecta, & omnibus abſoluta numeris exẽpla, quę etſi nos ex parte imitatione conſequi, non tamen omninò aſſequi poſſimus.

Ieiuniũ Chriſti quadrageſimarium quatenus nobis imitandum non eſt; quatenus verò ſit.

Matt. 16. Qualẽ Chriſtus, qualem verò nos crucẽ geſtemus.

II. ratio, cur Chriſtus ieiunauit quadraginta diebus & noctibus.

Deinde ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibꝰ, vt innueret, fore permultos, qui meritum ieiunio diei partum, noctu obſcuris & tenebroſis operibus perderent: tales namq; interdiu ieiunant tantùm, non noctu: & ſimul cum ieiunio corporis à cibo, ieiunabat Dominꝰ abſtinebatque ab omnibus aliorũ ſenſuum cómoditatibus, quibus humana infirmitas fouetur, & conſeruatur. Erat quippe Chriſtus in deſerto, non ſolũ ſine cibo & potu, verùm etiam ſine tecto, ſine lecto, ſine ſocietate, & colloquio. Docemur inſuper iuxta tropologiã, nocte, & die, in proſperis & aduerſis, vt & à peccatis ſpiritalibus, quæ occulta vt nox ſunt, & à carnalibus, quæ manifeſta vt dies, diligenter caueamus, ieiunemuſq;.

III. ratio, niſi rũ tropologica.

Quid quod quadraginta dies, nocteſq; in Accuſandi caſu, Dominũ ieiunaſſe, dixit Euangeliſta.

Exod. 24. & 34. 3. Reg. 19.

B. Chryſ. to. 1. in princ. Chryſoſtomi de vijs publicis, & ieiunij tempore pulchertima ſimilitudo.

Duos dies Quadrageſimæ in hebdomada, Græci de more quos minimè ieiunarẽt

In eos, qui quadripartitè, non continuate Quadrageſimam ieiunant.

I. ratio contra hũc abuſum.

II. ac III.

Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 10.

IV. ratio.

Ad hæc & illud pondera, prudẽs lector, dixiſſe Euangeliſtam (vt Græcè legitur) in caſu accuſandi, quadraginta dies, & quadraginta noctes, non aũt in auferendi, diebꝰ & noctibus: quartus enim caſus ſeruit continuationi temporum: ne fortè intelligas illum ieiunaſſe quadraginta diebus diſtũctis & minimè continuis: quod nequaquã magnum deberet videri, nec miraculum fuiſſet; vinceretur q; Chriſtus à Moſe & Helia, qui dies quadraginta continuos abſque vllo cibo ieiunarunt: tum vt intelligamus, nobis totidem dies ſine interruptione eſſe ieiunio impendendos: quanquam, vt docet Chryſoſt. homil. in Geneſ. 11. ob infirmitatem noſtram nõ deſint ſolatia, & dies feriati: ait etiam magnus ille Pater: *Quemadmodum in vijs publicis ſunt ſtationes & diuerticula, in quibus feſſi viatores & reſpirant, & quieſcunt, vt alacrius poſtea iter ſuum conficiãt. Et ſicut in mari littora ſunt, & portus, vt in eos ſe recipiant nauigantes, & expectent donec ventorum impetus conquieſcant, & ſic iterũ nauigare incipiant: ita & nunc his, qui in hac quadrageſima ieiunij curſum ſuſcepere, quaſi ſtationes & diuerticula, & littora, & portus, per duos hebdomodæ dies Dominus largitus eſt, vt & corpori aliquantulũ ieiunij labores remittantur, & animam refocillent ieiunãtes: & exactis duobus illis diebus, in pulchre cæpto itinere alacriter pergãt.* Hæc ille eleganter. Dies verò illi duo erãt Sabbati & Dominicæ, qui de more Eccleſiæ Græcanicæ non ieiunabantur: at Latina Eccleſia ieiunio Quadrageſimæ nõ ſubtrahit niſi dies Dominicos. Atque hæc mihi dicta ſint cõtra illos, qui tentant in quatuor partes diuidere ieiunium Quadrageſimæ, ne continuatum tantopere moleſtũ reddatur ac graue; vel hominum arbitrio relinqui, vt ieiunent pro volũtate ſua quadraginta dies, cùm commodum eſt illis, & vires ſibi adeſſe ſentiunt. Sed certè magna Dei Eccleſiam regentis ſapientia effectum eſt, vt nec in quatuor partes diuidatur ieiunium Quadrageſimæ, nec hominum arbitrio permittatur, ſed tempus & dies præſcribantur. Eſſet enim illuſio diuini præcepti; & nunquam ieiunaretur, & vt milites ad diſcretionem (vt dici aſſolet) viuentes, indiſcretiſſimè viuunt, ita ad diſcretionem ieiunantes, indiſcretè agerent. Neque eſt ęgrotãtis ipſius, ſed medici, dietam, & ciborum delectum præſcribere infirmo. Conſtituerẽtur etiã in anno quatuor carnis priuia, vt vocant, aut Bacchanalia, & quater in ſanirent homines, cùm nunc tantùm ſemel inſaniant. Diuiſi præterea ieiuniorum dies non vſque adeò affligerent & macerarent carnem, quemadmodum ſi ſine interruptione ieiunentur. Nam *Gutta cauat Lapidem* (vt eſt in Prouerbio) *non vi, ſed ſæpè cadendo.* Simul etiam omnes ieiunantes magis

placamus iram Dei, quemadmodum simul orãtes: & quòd fortassè vnus per se, ac precibus à Deo non impetraret, per obsecrationem communem, & ieiunium in communi factum obtinetur: vt constat de Niniuitis: vt nauis quæ ab vno solo trahi nequit, à pluribus trahentibus edito celeumatis symbolo, quo volumus, ducitur. Adde quòd vnus exemplo alterius magis ad ieiunium incitatur, animaturque: id quod in ieiunio priuato locum non haberet. Ac postremò cùm simul ieiunamus, maiori facilitate habetur copia ciborum Quadragesimalium, & magis imitamur Christum, Apostolicamq; siue primitiuam Ecclesiã, sic ieiunantes. Hæc de tertio.

Ion.3. Plurium preces cõiunctæ quales videri possint. V. ratio.

VI. & postrema.

Ad quartum autem, dicitur in textu: *Postea esurijt.* Quatuor modis fieri potest, vt quis lõgo tempore ieiunus maneat. Primò quidem, ex debilitate caloris stomachi, sicut constat de Glire, qui toto hyberno tempore nihil edit, de quo Martialis ait:

Tota mihi dormitur hyems: & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Duo ex quatuor modi assignãtur, quibus Christus tot dierũ ieiunium minimè sustinuit. *Martia. li.13. de Glire.*

Quare cibus præsumptus toto illo tempore vitã illius sustinere potest. Similia propè feruntur de vrso. Verùm Christus optimi, robustique temperamenti erat; ac proinde cùm innato calore præstaret, talia de illo nefas est cogitare. Deinde potest esse tanta alimenti virtus, quę vitam ad multos dies producat; quemadmodum de ligno vitæ testatur sacra Genesis, quod quidem degustatum vitam in æternum proferebat: & de cibo illo, in cuius fortitudine ambulauit Helias. Verùm profectò Christum cibum aliquem magnæ virtutis sumpsisse, neque legitur, neque constat. Ad hæc solet interdum animus contemplationi, & cibo superno tantoperè intendere, vt vires inferiores vegetationis, & nutritionis, & motus suspendantur: velut cùm quis vehemẽti atq; acri cogitatione apprehendit aliquid oculis apertis, vt etiam ante se transeuntes non cernat, aut non discernat: atque ita ex redundantia cibi spiritualis, quo animus ipse pascitur, corpus quoque eorum sustinetur. Et hac ratione Moyses duplex ieiunium quadragenarium sustinuit, & Daniel trium hebdomadarũ spatio planè ieiunus permansit. Adde etiam, quod huic maxime præstari potuit virtute diuinitatis humidum vitale conseruantis, impedientisve famem (omnis siquidem creatura in potentia obedientiali, vt Theologi loquuntur, ad Deum est) vel suspendentis actionem naturalem in cibo, vt tot diebus permaneret illæsus; vel denique vim aliquam occultam cibo quem manducauerat, communicãtis: nam omnibus his modis miraculum ab illa immensa, infinitaque Dei virtute edi potuit. Atque ita fames quæ consecuta est dierum quadraginta ieiunium, mortifera non fuit, sed consequens initium ieiunij à Christo facti. Quemadmodum si ignis lignum comburat intra horam, & suspendatur eius actio per quadraginta dies, ac rursus sinatur agere, profectò non erit cõbustum post illos dies, nisi quod horæ illius tantulo spatio consumi potuit. Et ita planè de Christi esurie est sentiendum & opinandum. Nec enim illum magis afflixit, quàm antequam ieiunare inciperet, affligebat; postea tamen vsque ad finem tentationum afflixit: antea tamen per illos quadraginta dies afflictabatur ex solitudine, aëris intemperie, loci incommoditate, & bestiarum commercio. Quamobrem neutiquam probabile esse existimo quod quidam tradunt, Moysen, & Heliam totis quadraginta diebus esurijsse: nam fuisset ingens, & intolerabilis cruciatus, semperq; opus esset nouo signo, ne eam sentirẽt. Afflictio etiam in Christo haud fuit tam moderata ac mitigata, vt posset per quadraginta dies aliquantulum affligi per inediam. Nam apertè Matthæus, Lucasque asserunt nonnisi post quadraginta dies esurijsse: ablata autem esurie, aufertur proculdubiò & cruciatus.

Christi esuries tam diuturna vlla ĩ molestia, qualis.

I. ratio, cur Christus, ut ses, & Helias nullam ieiunantes esuri sustinuerint.

Autor operis imperfect. in Matt. hom. 2. operi B. Chrysost. Altera.

Luc.4.

Voluit autem Dominus post ieiunium esuriem pati, quo nos instrueret, nobis ita esse ieiunandum, vt afflictio nonnulla consequatur abstinentiam: nec enim ita expleri cibo debemus, nullum vt dolorem, cruciatumve sentiamus. Plerique etenim ob ciborum multitudinem quibus se ingurgitant, etsi non à ieiunio, certè à merito ieiunij cadũt. Nos tamen in principio Quadragesimæ ob deprauatos habitus nostros ante ieiunium esurimus: propterea tot excogitauimus esuriei futuræ antidota, diebus aliquot ante ieiunium, quasi genialibus atque Bacchanalibus vacando. Quare audiendi minimè sunt qui dicunt; Non possum esurire; quia vt esurias, institutum est ieiunium, & vt per illam scilicet esuriem detur locus cibo spirituali appetendo. Non secus ac prudens venator accipitres esurire sinit, fameque exercet & fatigat, quo faciliùs deinde aucupentur. Voluit etiam per id spatium quadraginta dierum minimè esurire; ne quidam putent se idcircò non mereri apud Deum, quòd ieiunantes non premantur fame: satis est enim ab ea voluptate abstinere propter Deũ, & imbecillum ac macilentum reddi corpus. Debet præterea nostris ieiunijs esuries diuinorum adesse, vt

Quare Christus post quadragesimale ieiunium esurierit. I. ratio.

Hæc Christi post ieiunii esuries, quorum damus ieiunantium ingluuiem.

Ieiunium ad quid institutum.

Simile.

II. ratio.

Ieiunia nostra duo habere debent

quantum corpus inedia attenuatur, atque conficitur, tantùm spiritus diuino verbo saginetur. Disce etiam, dęmónem maximè eos aggredi qui esuriunt, & in egestate viuunt, vt vix vitam sustinere, vel filias maritis locare valeant. Inde enim impellitur homo ad omne vitiorum genus consectandum, & vt Sapiens ait: *Furatur quis, vt esurientem impleat animam.* & Poëta:

Esurientes, egestateque laborantes maxime eut dæmon aggreditur, ac tentat.

Prou.6. *Virgil. libr.6. Aenei. & med.*

Et Metus, & malesuada fames, & turpis egestas.

Ex hac vitæ humanæ penuria quidam furantur, alij etiam in vijs publicis latrocinãtur, alij fœnerantur, alij simoniacam prauitatem amplectuntur, alij etiam corpus suum aliorum libidini exponunt, quo famem à se expellant, & egestati non subijciantur. Atque hactenus de quarto.

Ieiuniũ quid sit, & vnde dicatur.

Ad quintum; Ieiunium in cibi, potusque parsimonia cõsistit. Sumpta est autem hæc vox ab intestino quodam, quod in homine semper est vacuum: atque ita per metaphoram illa victus ratio, quæ hominis corpus extenuat, & vacuum atque inane seruat, ieiunium dicitur. Est autem multiplex ieiunium. Et aliud quidem naturale, aliud ciuile, morale verò aliud, siue philosophicũ, aliud Euangelicum, aliud rursus Ecclesiasticum. Rursum horum quædam sunt spõtanea ieiunia, & voluntaria, alia verò præcepta, seu necessaria. Denique alia inchoata siue imperfecta, alia verò perfecta. Operæ prętium autem esse existimo ista fusiùs explicare. Ieiunium naturæ illud vocatur, quando omni prorsus cibo, potuique parcimus: atque hoc exigitur non solùm in sacrificium faciente, sed in omnibus, qui ad altare sanctum accedunt, vt participes fiant Eucharistiæ. Ita enim salubriter institutũ est & decretum, vt omnes qui corpore valent, ante hunc diuinũ, & salutarem cibum nullum alium percipiant. Ieiunium verò morale est, parcè, & sobriè comedere, ac bibere, quantum temperantiæ leges præscripserint ad bonarum actionum, & officiorum rationem conseruandam. Cuius quidem ieiunij species existunt duæ; altera est ieiunij ciuilis, siue philosophici: atque hoc quidem ieiunij genus parcitatem, ac moderationem in alimento percipiendo præscribit, quæ saluti corporis ad morales & ciuiles actiones expediens est, atque necessaria. Quia verò homo ratione præditus siue politicus, atq; philosophus secundùm se corruptionem naturæ ab originali peccato profectam ignorat, corpus non secus quàm si valeret, omnisq; infirmitatis esset expers, gubernat, atque moderatur; ex eo fit vt eam victus rationem assumat, quæ medium virtutis temperãtiæ per excessum

Quotuplex ieiunium sit.

Ieiunium naturæ, quodnam illud; à quibus exigitur.

Ieiuniũ morale, ciuile, & philosophicum.

vincat: quemadmodum si quis victus regimen sano tantùm conueniens ægroto præberet, haud dubiè illi nõnihil adferret damni. De hac autem ieiunandi formula in Scripturis mentio fit nulla, eo quòd nullã actionem nostrã velit esse purè moralem, ac philosophicam Deus, verùm diuinam, diuinæque gloriæ factam intuitu. Vnde Paulus hortatur nos, vt gladium portanti, tanquam Deo pareamus propter conscientiam, nullaque ratione illi resistamus: *Qui enim resistunt*, inquit, *ipsi sibi damnationem acquirunt.* Seruos etiam Apostolorum Princeps Petrus monet ac instruit, vt dominis suis, non tantùm bonis, & modestis, sed etiam dyscolis cum omni timore obediãt. Et in alio loco: *Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

Huius ieiunij cur nusquã Scripturæ meminerint.

Rom.13.

Ibidem.

1.Pet.2.

1.Cor.10.

Altera species ieiunij moralis, est ieiunium Christianum, siue Euãgelicum, quo fideles carnem, vt infirmam cognitam, castigant magis, arctiorique victus ratione vtuntur, quàm vel temperantia, vel robusta corporis valetudo cõcedat, citra tamen vitæ, vel rei ad salutem necessariæ, vel melioris operis dispendium; atque eo quidem fine, ne gratiæ diuinæ consecutionem impediat caro, vel eius vsum & exercitium, denique ne æternam gloriam propter carnis cõmoda amittat. Hoc autem ieiunium antiquissimum est, quemadmodum constat ex lib. Numer. c.30. vbi commemorantur ij, qui vouebant sese per ieiunium afflicturos. Idem etiam planum fit ex Niniuitis qui etsi post legem extiterint, legem tamẽ non audierunt, sed solo rationis ductu, & lumine ad ieiunium tãquam ad sacram anchoram confugerunt. Ex causis item antiquum, ac peruetustum esse deprehenditur. Etenim caro semper ab Adam infirma cognita est fidelibus, Deique seruis, atque spiritui rebellis, pœnitentia pariter & deprecatio: ad quæ duo, natura duce, pro placanda diuina ira salutariter accurritur. Non fuisset autem ieiuniũ in paradiso terrestri, nisi Adam peccasset: alioqui peccatũ fuisset, innocentem carnem, & immerentem propter peccata, vel propter pronitatem ad malum, quæ nulla inerant, punire. Neq; tamẽ repugnat in paradiso fuisse ieiunium, vel potius ciborum delectum, nõ quidem ad flagellandum carnem, verùm ad probationem: sicut reuera interdictus fuit certi ligni scientiæ boni & mali esus ad Adæ obedientiam explorandam. Verùm hoc ieiunium Euangelicum hodie obseruari potest nullo ciborum delectu, neque præfixa temporis vlla mensura, quatenus quisque

Ieiuniũ Christianum, siue Euangelicũ, quod sit.

Ieiunij huius Euangelici vetustas vade comprobetur.

Num.30.

Ion.3.

Eiusdẽ institutẽdi causę.

Nisi Adã peccasset, ieiunium in terrestri paradiso cur nullũ fuisset.

Gen.2. Quale ieiunium fuerit in Paradiso, & quare præceptum à Domino.

bono Spiritu ductus, vel carnem suam macerare vult, vel Deo propter offensas satisfacere, vel Christum imitari crucifixú, vel dona à Deo impetrare. Estq; hoc ieiunium Euangelicú, quasi genus ad Ecclesiasticum ieiunium, hoc est, certis ceremonijs in qualitate ciborum, & temporis mensura præscriptú: nam eiusmodi ieiunio Ecclesiastico definitio, & fructus Euangelici ieiunij conueniunt, haud secus quã homini definitio, & laudes animalis. Et hactenus quidem de ieiunijs communibus, quæ sub Ecclesiæ præceptum cadunt, diximus.

Ieiunio Euãgelico quid sit cum Ecclesiastico commune.

Alia verò sunt ieiunia voluntaria, quæ quisque pro arbitrio suo, & voluntate, qua se spõte ad illa adstrinxit, obseruare debet. Et in his illud est aduertendũ, non esse tanti faciẽda, vt ob id quod illis incumbamus, ieiunia præcepta negligamus. Nam à nonnullis, qui parum vim præceptorum Ecclesiasticorum cõsiderant, grauiter peccatur, dum propriam animi propensionem diuinæ per Ecclesiam declaratæ præferunt voluntati. Et sanè ingratum est Spiritui sancto quicquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. Demum quædam sunt ieiunia perfecta, siue illa præcepto adacti, siue sponte nostra obseruemus, in quibus rigor Ecclesiasticæ disciplinæ in ieiunio præscribi solitæ tenetur: videlicet cum semel editur in die, & hora præscripta soluitur ieiunium, & ratio abstinentiæ à carnibus, & alijs prohibitis retinetur. Quædã verò sunt imperfecta, siue inchoata, in quibus scilicet tantùm seruatur abstinentia à carnibus, etiamsi cætera absint: de quo loquitur Damascenus in libello quodam de ieiunijs ad cometam, dicens abstinentiam à carnium esu, esse quoddam ieiunium. Et Tertul. lib. de ieiunio in Psychicos vocat ieiuniũ portionale, sic scribens: *Principalis hæc species (scilicet ieiunij) in castigatione victus potest iam de inferioribus abstinentiæ operationibus præiudicare, & ipsis pro modo vtilibus, & necessarijs. Nã exceptio eduliorum quorundam portionale ieiunium est.* Sic ille. Et in Ecclesia Occidentali exemplũ huius ieiunij est, quòd omni sexta feria, & Sabbato ab esu carniũ abstinemus vbique per totum annum, nisi vbi Natalis dies Domini in feriam sextã vel Sabbatum inciderit, in quo ieiuniũ solui tradit Ecclesiæ praxis: & Epiphan. in compend. doctr. Ecclesiæ. Tale etiam est ieiunium quartæ feriæ in quibusdam prouincijs: nam Apostolicum præceptũ de quarta feria, & pro Sabbato ieiunandis, non aliter accepit Ecclesia Latina, etsi videatur feriam quartam mutasse in Sabbatũ, quo die Christus post Crucẽ iacuit in sepulchro: & idcircò seruat ieiunium, id est, abstinentiam à carnibus. Habet tamen Ecclesia Græca adhuc illa ieiunia, & distinctum modum ieiunandi illis diebus à reliquis Quadragesimæ diebus, in quibus ieiunatio præscribitur, seruat. Namque vt Euseb. Alexandr. (cuius in epistola sua decretali mẽtionem facit Pontifex Roman. Antherus) in quadã homil. de ieiunio ex 16. quæ extant Græcè scriptæ, docet, nõ licere ieiunium Quadragesimę solui ad aduentú amici; licere tamen in ieiunio quartæ & sextæ feriæ. Quod non aliũde oritur, nisi quòd, vt in Ecclesia Occidentali ieiunium sextæ feriæ, & Sabbati, quod attinet ad abstinentiam à carnibus, sub præcepto est, in reliquis voluntarium; ita in Orientali ieiunium quantum ad abstinentiam à carnibus in quarta, & pro Sabbato mandatum est, in reliquis verò quæ circumstant, spõtaneum. Et ita soluitur non quod præceptum est, sed quod spontaneum. Certè Clemens libr. 5. cap. 16. de ieiunio sex dierum ante Pascha loquens, ita habet: *Præcepit igitur nobis vt ieiunaremus his sex diebus propter Iudæorum impietatem, atque iniquitatem; admonens nos vt eos ob interitum lugeamus, atque deploremus. Etenim ille quoque illacrymatus est ignorantibus tempus visitationis suæ. In quarta feria & sexta nobis ieiunium indixit: in illa ob proditionem, in hac ob passionem. Desinere autem ieiunium in septima die in galli cantu: iussit in Sabbato ieiunare, non quòd oporteat in Sabbato ieiunium seruare, cùm in eo cessatio conditi operis sit; sed quòd in illo tantùm ieiunare oportet, in quo opifex ipse subtus terram manſit.* Hactenus ille, vt perspicias diuersas rationes ieiunandi in quarta & sexta ferijs, & in Sabbato.

Ieiunia volũtaria quænã illa, & quatenus à nobis sint obseruãda.

Quæ sint perfecta ieiunia; quæ imperfecta.

Ioan. Damasc.

Tertull. pa. 1.

Portionale ieiuniũ quod vocet Tertu.

Epiphan. in fi. operũ suorũ.

Matt. vlt. Quæ præterea ieiunia præter illud Quadragesimale,

Sequitur vt differamus, quo iure ad ieiunandum adstringamur. Et quidem si sit sermo de illo ieiunio Euangelico, quod seclusis circunstantijs qualitatis ciborũ, temporis atque modi constat, iure Naturæ, ac per consequens diuino ad ieiunium cogimur. Ius quippe naturæ cupiditatibus carnis non esse seruiendum, sed repugnãdum docet, vtendumque opportunis esse remedijs: inter quæ extrinsecum vnum est ieiunium, quemadmodum precatio, & Sacramenta, ne dominentur in nobis prauæ appetitiones: maxime verò cum necessitas vrget, hoc remedio tam efficaci vtendum est. Hinc B. Augustinus ad Casulanum scitè, & eleganter: *Ego*, inquit, *in Euangelicis & Apostolicis literis, totoq; instrumento, quod nouum Testamentum appellatur, animo id reuoluens, video præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto Domini, vel Apostolorũ non inuenio definitum.*

& distinctum ieiunandi modum ieiunãt Ecclesia Græca.

Euseb. Alexa. Antẽ. Papa.

In vtraq; Ecclesia Græca & Latina quæ ieiunia quantum, quãtum minime.

Clem. Rom. Cur sex dierum, vt B. Petrus ingenio Dominus apostolis præceperit ieiunandum. Luc. 19.

Idem ijdem & 6. ferijs Sabbato ieiunandum indixerit. Gen. 2. Exod. 20.

Quo iure ad ieiunandum adstringamur.

Aug. epist. 86. tom. 2. Augustini aurea planè sententia.

Naturæ lege modum ieiunandi, aut Scripturis minimè contineri.

Melichonis solam Iudæis ieiunium decimi mensis præscriptum asserentis, cõfutatur opin. Epiphan.

Petr. Galat. Qua ratione Iudæi debebant affligere animas suas. Leuit. 16. Isa. 23. & alibi. Quotquot ieiunarent. Num. 30. Iudic. 20. 2. Reg. 1. Esa. 58.

Dan. 10.

Quo ciborũ delectu Iudæi ieiunantes solerent affligi. Matt. 9. Dan. 10.

Cyril. Hieros. Duplicitet circa cibos, ille inquit, quorundam anima polluatur.

definitum. Hæc ille. In iniuriam autem Ecclesiæ vergeret, imò Spiritus sancti regẽtis Ecclesiam, si illa tempora ieiunij non declarasset, maximè in illo feruore, quando tantus erat spiritus. Porrò modus ieiunandi non est à naturæ vlla lege præscriptus siue determinatus: Iudæi enim alio modo, Saraceni alio, & Christiani item alio, ac longe diuerso vtuntur. Nec etiam à scripturis est definitus, nisi olim Iudæis, quia paruuli erant, ac minutè docendi de omnibus. Edocebantur autem de diebus ieiuniorum, vt de die Propotiationis, Leuit. 16. & de alijs Zachar. 7. & 8. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Israel. Ex cuius verbis elicitur, falsò Philippum in cap. 6. Matthæi scripsisse, populũ Iudæorum nullos certos dies ieiunijs perscriptos præter vnum decimi mensis, qui dicebatur expiationis, habuisse. Et Epiphanius in Ebionitas, Hæresi 30. distinguit inter paruum & magnum Iudæorum ieiunium, quod Rabbini veteres quadruplex esse tradunt: de quo Petrus Galatinus libr. 1. de Arcanis, cap. 5. Item erudiebantur de modo: nam iubebantur affligere animas suas illis diebus. Qualis autem deberet esse afflictio, ex textu Scripturæ non constat: tametsi ex traditione & consuetudine ieiunarent vsq; ad vesperã, vt dicitur Iudic. 20. & 2. Reg. 1. Afflictionemque illam esse ieiunium, explicat cap. 30. Numer. *Si vouerit, & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium, vel cæterarum rerum abstinentiam affligat animam suam; in arbitrio viri erit, siue faciat, siue non faciat.* Et Esa. 58. *Nũquid tale est ieiunium quod elegi per diem affligere hominem animam suam?* Angelus etiam Daniel. 10. dixit. *Ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui*, scilicet per ieiunium, de quo paullò ante. Nescitur tamen quali ciborũ genere, vel potionum delectu affligerentur ieiunantes: ac vt in veteri Testamento dicitur afflictio, ita in nouo dicitur Luctus, vt patet Matt. 9. Daniel quoq; ab ea loquendi ratione non abhorret: ait enim cap. 10. *In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus* (declaransq; quomodo lugeret, subdit) *Panem desiderabilem non comedi, & caro & vinũ non introierunt in os meum.* abstinebãt ergo à carne, & vino. Hinc Cyrill. Hierosolym. cateches. 14. de cibis loquens: *Duplici modo*, inquit, *circa cibos quorundam anima polluitur, qui ignorãt debitas manducandi causas. Ieiunamus enim, à vino, & à carnibus abstinentes: non quòd hæc tanquam abominationes oderimus; sed quòd præmiũ expectamus; vt sensibilia despicientes, spirituali deinceps, & intellectuali mensa fruamur; & nũc semimantes in lacrymis, in futuro seculo in exultatione metamus.* Hactenus ille.

Psal. 125.

Nihil etiã de modo ieiunãdi Christum præscripsisse.

Matt. 9. Quid illud significet: Cũ auferetur ab eis Sponsus, tunc ieiunabunt.

Cur minimè expediẽs, aut conueniens fuerit, Christum per se ipsum quicquam de modo ieiunandi præscribere.

II. ratio.

Christi autem præceptũ expressum nullum extat, vt quidam autumãt: nam exemplum Christi per dies quadraginta ieiunantis, minimè habet vim legis diuinæ, quæ modum in ieiunio præscribat: cogeremur enim ad abstinẽtiam quadraginta dierum, nullo cibo ante finẽ sumpto. Illud autem: *Cum auferetur ab eis Sponsus, tunc ieiunabunt*: vel propheticus sermo est, quod futurum erat, præsignificans, vel si præcepti vim obtinent verba eiusmodi, ad ieiunij substantiam in genere spectant, non autem ad explicandam rationem, modumve ieiunãdi. Vt sit sensus: Ablato sponso, ieiunij lege tenebuntur, nullo tamẽ temporis, aut modi præscripto. Sed neq; decebat Christum præceptum de modo ieiunandi tradere, & eius qui Deus, & homo est, tantũ erat, quæ per se sunt bona, & solidiora, in quæ dispensatio humana non cadat, per se ipsum præcipere: reliqua verò, quæ variationem, & concessionem recipiũt, per alios ministros suos fidelibus cõmendare, atque cõmittere, quibus integrũ esset, cùm ratio, aut necessitas postularet, vel legeslatas circa ieiunia abrogare; vel in eis cum quibusdã peculiariter dispensare, vel illas in alias commodiores pro tempore & loco cõmutare. Ex parte etiã status idem ostenditur. Nam sicut quondam Iudæis tanquã pueris forma ieiunandi præscribenda erat; ita fidelibus in Christo, cùm quibus tanquam cum adultis ac maturis viris ipse Dominus egit, nihil præscripsit: tantũ enim insinuauit esse ieiunãdum, modum, & formam in eorum libertate statuens. Quia enim gratia Dei in nouo Testamento maior est, atque excellentior, arcere ab erroribus poterit; atque, vt fideles Deo in homine præcipienti pareant, efficiet: non enim, vt illi, increduli esse debebant. Ceremoniæ præterea fidem ponunt: ideò in sacris literis, quæ per orbẽ vniuersum circũferendę erant, scribi haud debuerunt, ne irrisioni Gentilibus essent, & infidelibus. Quare eiusmodi ritus, seu ceremoniæ, traditione, ex qua sacræ Scripturæ fidem habemus, accipiendæ erant: quemadmodũ omnia, quæ ad sacrificium, reliquaq; Sacramenta spectant, cum cæteris ad Ecclesiasticam hierarchiam pertinentibus, siquidem hæc ab Apostolis tradita, & ex ore in os vsque ad nos transfusa: atq; ita maiestas scripturæ seruaretur, dum ad minima quęq; & priuata non descendit. Nam si hæc in sacris literis præstituenda forent, multis verbis ob varietatem actionum humanarum

III. ratio.

Si Ecclesiæ omnes ritus & ceremoniq; scripturis tra

dixe fuissent, quid inde.

manarum vtendum fuisset, corpusque sacræ Scripturæ prope in immensum excreuisset, minuscq; gratam, imò odiosam eius lectionem reddidisset. Ita nec decreta vniuersa Pontificum, aut Conciliorum, quæ circa hunc articulum emanarũt hactenus, haud satis omnia in singulari determinant, sed Doctoribus, atq; vsui Ecclesię pleraque definienda relinquunt: quippe non idem omnibus, nec omni tempore cõuenire potest. Adhęc, si quantum ad modũ, & ea quę circumstant, iure diuino prescriptum ieiunium esset, haud posset ab Ecclesia legibus solui, aut cum aliquo dispensari, cùm inferior potestas in præceptũ superioris nihil possit. Cùm aũt iustas ob causas plerunq; conueniat dispensari, non debuit ipse, verùm pastores Ecclesiæ, eius vicarij, illud indicere, vt, cùm opus esset, ipsi leges suas relaxarent, ac remitterent. Etsi verò in Scripturis modus præceptus non sit; arctamur tamen ad Ecclesiasticũ ieiunium, cuius modum ac formam in quantitate ciborũ, mensuraq; temporis, Ecclesia præscripsit, videlicet tempore Quadragesimæ, quatuor anni Temporibus, Virginis, Apostolorumq; ac quorundam aliorum excellentium Sanctorum vigilijs: atq; in eis ab esu carnium, ab ouis, atque lacticinijs abstinere, semel in die edendo: hæc enim sunt, quæ circunstãt ieiunium, & quæ ad eius formam, modumve referuntur, quæq; ab Ecclesia determinata, & fidelibus cõmendata sunt in ieiunio obseruanda. Debemus autem Ecclesiã audire in primis, quia Christus illi dedit potestatem hæc & similia statuendi, quæ ad faciliorem diuinorũ præceptorum obseruationem faciunt, quæq; ad Ecclesiæ disciplinam, atque ordinem spectant. Quemadmodum enim Christi præcepto Sacerdotibus facto de sacrificando: *Hoc*, inquit, *facite in meam cõmemorationem*, Ecclesia permulta instituit ad ornatum huiusce sacrificij peragendi, quæ populos tanto de mysterio edocerent, eosq; ad Dei cultum, & pietatem excitarent: quemadmodum etiam legem eisdem Sacerdotibus traditam de orando pro populo sibi cõmisso, declarauit atque explicauit Ecclesia, illos ad horas Canonicas recitandas arctando atq; compellendo: similiter in edicto, criminũ per exomologesin exponendorũ, statuit quoties, & quo tempore, cuiq; Sacerdoti sit ineunda confessio: simili ratione de ieiunio, quod in vetere, atque nouo Instrumento præceptũ vidit Augustinus, Ecclesia circa modum & formam præscribendam solicita fuit. Qui verò Ecclesiam non audit, peior est Ethnico, & Publicano, & Christum non audit:

IV. ratio.

Ieiunia ab Ecclesia præscripta quænam illa.

Quare seruanda.

Matt.16.
Infra 12.

Ritus & ceremoniæ ad Eucharistiæ cultum pertinẽtes, quæ fuerint institutæ.
Luc.22.
1.Cor.11.

Aug. loco præscripto ad Ianuarium.

dixit enim: *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit*: & rursus: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Adhæc, quemadmodum Principes laici ea, quæ vtilia Reipubl. esse vident, peculiaribꝰ siue ciuilibus legibus, ex iure naturæ, atque diuinæ Scripturæ deductis atque derivatis, sanciunt atq; præcipiunt, eadem propemodum ratione Ecclesiæ pastores, qui in Synodo generali coacti, siue Pontifices Rom. atque vniuersalis Ecclesiæ Episcopi ius & autoritatem habent ex eisdem naturæ & Scripturæ fontibus leges cõdendi ac statuendi de ijs rebus, quę ad pietatem & cultum diuinum faciũt, siue de his, quæ ad spiritum nostrum à carnis iugo liberandum, atque libertate fruendum Euangelica spectant. Hinc enim nata sunt illa præcepta & canones Apostolorũ de non edendo sanguine, & suffocato, aut idolis immolato; hinc mulieribus datæ de orando in Ecclesia velato capite leges: hinc ratio atq; necessitas prophetandi, deque ordine in Dominca cœna obseruando, atq; similibus multis, sine quibus Ecclesia in magna confusione ac perturbatione versaretur. Item, si Ecclesia facultatem eiusmodi legum ad fidelis populi bonũ condendarũ non haberet, peius vtiq; à Domino Ecclesiæ suæ, quàm olim Synagogæ prospectum atq; consultũ fuisset. Siquidem illa etiam in his, quæ extrà scripturam erant, leges ieiunij indicebat, quemadmodum ieiuniũ quarti, & quinti, item septimi ac decimi, de quibus cap. 8. Zacharias loquitur, itemq; ieiuninm sortium institutum ab Esther. Imò regno cuilibet & familiæ melius esset prouisum, quàm Ecclesiæ Dei. Nam & Reges populis sibi cõmissis, & patres familiàs domesticis suis, ac domini seruis leges necessarias præscribunt: vnde scriptũ est: *Per me Reges regnant, & legũ conditores iusta decernunt*; & Paulus ad Colos. 3. *Filij, obedite*, inquit, *parentibus per omnia*: & ad Ephes. 6. *Serui, obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes; sed vt serui Christi facientes voluntatem Dei ex animo, &c.* Ad eũ prorsus modum Apostolus iubet. *Obedite*, inquit, *præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Quòd si hac potestate non fungeretur, semper necesse esset disputare & respondere, adeò vt nunquã fideles præstarẽt se obediẽtes. Quòd si medicis ieiunium vel dietam præscribẽtibus pro corporis salute, iure ab ægrotis parendum est: quid ni ergo pastoribus ad animi salutem præcipientibus auscultemus? Vt enim bonum spiritus

Matt.18.
Luc.10.

II. ratio, ieiunij Ecclesiastici seruandi ab autoritate Ecclesiæ esse eadem.

Zach.8.

Esther 9.

Prou.8.

Coloss.3.
Ephes.6.

Act.15.

2.Cor.11.

Ibid. & 5.

III. ratio.

Heb.13.

illi cor-

Rom.14.
1.Cor.8.

illi corporis præstat, ita maius malum libidinis ad interitum spiritus tendẽtis, minori malo famis, quę corpus cruciat ad tẽpus, est vitandum ac fugiendum. Quòd si ob vitandum scandalum fratris; non sunt, vel edendæ carnes, vel vinũ potandum, vt tradit doctrina Apostolica: quomodo charitas erit in illo, qui Ecclesiam scindit, & potestati à Deo constitutæ resistit, & consuetudini tam antiquæ aduersatur, atq; Ecclesiæ præcepta nihili pendit? Possunt ergo pastores præcepta condere; idq; cum scripturis, & ratione coniunctum est.

Ecclesiæ leges de ieiunijs, non esse traditiones humanas, tti plici nomine
Matt.15.

Et si obijcias, ceremonias libertatem Christianam obruere, atque huiusmodi hominum traditionibus præcepta diuina violari, quemadmodũ Christus Iudæis obiecit Matt. 15. Respõdemus primùm, mandata Ecclesiæ nequaquam posse, neque debere ad traditiones humanas referri; siue eos, qui tales cõdunt leges, spectes: nam illi non tam homines, quã vicarij Christi sunt; *Ego*, inquit, *dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes*; neque homines puri sunt, qui Spiritũ sanctum habent, atq; in legibus ferendis Christum sibi assistentem, iuxta illud: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi*: atque hos homines Deus audiri à nobis præcipit: siue finem conside res: siquidem Ecclesiæ statuta, canonesque ad diuinas leges faciliùs commodiusq; seruandas viam muniũt; & ad corpus spiritui subiugandum, Ecclesiasticam disciplinam & ordinem retinendum, vitamq; æternam comparandam mirificè conducunt. Si verò substantiam ipsius præcepti Ecclesiastici speculeris; deprehendes nihil aliud esse leges Ecclesiasticas, quàm determinationes quasdam ac peculiares definitiones, præscriptionesve eorum, quæ in genere diuina tradunt oracula. Cùm itaq; diuino præcepto ad ieiunandum, sicut & ad orandum teneamur; quemadmodũ ignoraremus modum orandi, nisi Ecclesia illum definiret, ita nesciremus modũ ieiunandi, nisi illum nobis apertè suis legibus Ecclesia tradidisset. Omne enim præceptum iuris naturæ, aut Euangelicũ, nonnisi per se bonum amplectendum respicit, exceptis paucis, quæ ad Sacramẽta spectant, quæ media & indifferentia sunt: nec nisi per se malum & fugiendũ docet. Ecclesiæ verò præcepta positiua occasionem faciendi per se bonum exhibent, ac etiam vitandi per se malum. Et quoniam leges de talibus tempore possunt fieri inutiles, vel iniustæ, vel etiam aliquãdo incõmodæ: ideò cùm in vniuersum est inutilis, abroganda est: cum verò etiam alicui redditur incommoda, immutanda, vel relaxanda. Cùm enim finis præcepti sit charitas, vt docet Apostolus; eatenus eiusmodi leges vim habere censendę sunt, quatenus charitati seruiunt, vel pro ea militãt: quatenus verò vel in vniuersum, vel in particulari contra charitatem pugnant, eatenus abolendæ, aut relaxandæ, aut certè in bonum sensum sunt interpretandæ, legislatoribus, quorum interest, cùm opus est, consultis. Vt si vndique, siue initium, siue medium, siue finem attẽdas, perspicies longissimo interuallo leges Ecclesiasticas à traditionibus hominum, quas Christus reprehendit, distare, ac differre.

Matt.15.

Deinde falsum est, huiusce modi ritibus Christianam libertatem obrui. Nam per illos peccati occasiones vitamus, materiam amplam exercendæ gratiæ consequimur. Non tamen cõuenit, tam magnum esse numerum ceremoniarum, vt per illas à charitatis operibus reuocemur, vt olim Iudæi. Numerus autem earum, & qualitas ab Ecclesia assignanda est in populo Christiano, quemadmodum in religionibus peculiaribus ab earum institutoribus, seu conuentibus generalibus sunt assignatæ. Nec debent induci eiusmodi obseruantiæ, vt docet B. August. ad inquisitiones Ianuarij epist. 118. quæ vel sacris literis, vel Episcoporũ concilijs, vel vniuersæ Ecclesiæ consuetudini non innitantur. Non ergo adimitur libertas eiusmodi ritibus, verùm confirmatur magis ac magis, atque perficitur. Et sub lege ij tantùm esse dicuntur secundũ Bernardum, qui ita conqueruntur de lege, vt de maioribus, qui leges tulerunt, obloquãtur, ac murmurent.

Ecclesiasticos ieiunij ritus & ceremonias, minime vt Lutherani mentiuntur, Christianam libertatẽ obruere aut sopire.

Ne verò hic tractatus modum alias seruatũ excedat, reliquis in sequentem tractationem seruatis, hoc loco præsenti disputationi finem imponemus: admonentes omnes, vt oculos mentis aperiant, & Deum in sanctis Patribus, atque Pastoribus loquentem agnoscant, dictoq; illorum auscultent. Nihil enim magis in hæresim, vel schisma homines inducit, atque præcipitat, quàm hæc non diligenter considerare. Hinc B. Ignatius epistol. ad Magnesianos sapienter admonuit: *Dignum est*, inquit, *& vos obedire Episcopo vestro, & in nullo ei contradicere. Terribile est enim tali contradicere: non enim visibilem istum quis spernit, sed illum inuisibilem in eo contemnit, qui non potest à quoquam contemni: hic enim non ab homine, sed à Deo habet promotionem.* Et B. Clemens epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini in fine ait: *Hæc itaque, frater charissime Iacobe, ab ore sancti Petri iubentis accepi, tibique, vt optabas, insinuare studui, vt seruare omnia immaculata præcipias,*

Quid leges sint Ecclesiasticæ, atque præcepta.

Naturæ, & Euangelij leges quid respiciãt, quid verò Ecclesiasticæ.

Ecclesiæ leges quatenus variari, relaxariue queãt.
1.Tim.1.

D. Igna. epist. 6. ante med.
Quo loco haberi episcop. debet.
Luc.10.

D. Aug. to.2.

Qui sub lege esse tantummodo cẽseantur, teste Bernardo.
B. Bernard.

Vtilis ad Ecclesiæ mãdatorum obseruantiam exhortatio.

ecclesiastica, vt magꝰ ait Clem quomodo oporteat expleri mandata.

quia Ecclesiastico nō oportet negligenter, sed diligenter explerimandata. Hæc ergo præcepta nemo credat absque suopericulo negligere, vel dissimulare, quia iudicio Dei ignis æterni tormenta possidebit, qui Ecclesiastica neglexerit. Qui ergo te non audierit, imò loquentem Dominum per te, ipse tibi damnationem accipiet. Hactenus ille. Postquam igitur Dominus ipse spernitur in contemptu præceptorum Ecclesiasticorum, & æterni ignis torméta sustinebit eorum transgressor, diligenter omnia quæ præcepta sunt nobis, audiamus, impleamus perficiamusque, ad æternam gloriam comparandam, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto tribuatur omnis gloria, honor, laus, & imperium in secula seculorum, Amen.

Ibidem.

Transgressorum pœna atque supplicium.

TRACTATVS XI.

In quo peculiariter de Ieiunio sanctæ Quadragesimæ disseritur.

SEquitur disputatio de Quadragesimæ ieiunio, quæ quidem eo pertinet, vt intelligamus qua ratione sit nobis indictum, quo iure ad illud astringamur, & quo tempore cœperit: nam in his omnibus molestiores nobis fuerunt nostræ tempestatis hæretici. Sunt igitur nonnulli ex Patribus qui ex diuino præcepto, siue traditione illud obseruandum docent. Nam B. Ambrosius sermon. 36. initio in hunc modum scribit: *Probauimus, hunc quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione inuentum, sed cœlesti maiestate præceptum.* Idem serm. 25. de Quadragesima, diuinam vocat institutionem, his verbis: *Non enim, fratres, pœna peccatum est, fidelibus indictam Quadragesimam à Domino violare, & ieunia consecrata, ventris voracitate dissoluere.* Augustinus in psalmū CX. & in epist. CXIX. ad Inquisitiones Ianuarij caput 15. refert, Moysen, Heliam, & Christum quadraginta diebus ieiunasse: *Quadragesima sanè, inquit, ieiuniorum habet autoritatem, & in veteribus libris ex ieiunio Moysi, & Heliæ, & in Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit, demonstrans Euangelium non dissentire à Lege, & Prophetis.* Theophilus Alexandrinus epistol. 1. Paschali in fine, ipsam Quadragesimam, traditionem Euangelicam, siue Dominicam apertè nominat. Cyprianus serm. de ieiunio & tentationibus Christi, ait: *Forma ieiuniorum proposita, fixoq; exemplo, postquam quadraginta dierum abstinentiam Dominus consummauit, Satan cum esurientem videret, accessit.* Autor operis imperfecti in Matthæum: *Ieiunauit quadraginta diebus propter duas causſas. Primùm, vt nobis aduersus tentationes ieiunādi daret exemplum. Deinde, vt quadragesimi ieiunij nostri poneret mensuram.* Petrus Rauennas, qui & Chrysologus homil. 11. de ieiunio, & tentationibus Christi, in illa verba: *Cùm ieiunasset quadraginta diebus*, ait: *Videtis, fratres, quia quòd Quadragesimam ieiunamus, non est humana inuentio, autoritas est diuina, & est mysticum, non præsumptum, nec est de terreno vsu, sed de cœlestibus est secretis.* Theophilus Alexandrinus libr. 1. Paschali in fine sic ait: *Curemus diuersa vitiorum vulnera, & rapinas diuitum, quibus vel maximè hoc hominum capit urgenu, crebris commonitionibus reprimamus. Et sic poterimus imminentium ieiuniorum iter carpere. Incipientes Quadragesimam à tricesima die mensis Mechir, & hebdomadam salutaris Paschæ quinta die Mensis Pharmuti. Fimentesque ieunia secundùm Euangelicas traditiones vespere Sabbati, decima die Pharmuthi.* Hæc ille, insinuans, ieiunium tot dierum esse secundùm Euangelicas traditiones. Maximus Episcopus serm. de ieiunio Quadragesimæ eadem verba vsurpat, quæ primo loco ex Ambrosio attulimus, ait enim: *Sacrarum literarum exempla protulimus, quibus probauimus hunc quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione initiatum, sed cœlesti maiestate præceptum. Hæc autem non tam Sacerdotum præcepta sunt, quàm Dei: atque ideò qui ea spernit, non eos spernit, sed Christum, qui in suo loquitur Sacerdote.* Beda in homilia Dominicæ post Ascensionem: *Vtramque sanè hanc*, inquit, *solennitatem, scilicet & Quadragesimæ, & Quinquagesimæ, non quorumlibet hominum, sed ipsius Domini, ac Saluatoris nostri patriam nobis sanxit autoritas, Quadragesimam videlicet in eo, quòd quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit in deserto: victaque Tentatoris versutia, ministeriis fruebatur Angelicis. Vbi suo nos informauit exemplo, quia per macerationem carnis, aduersarij spiritualis machinas euitare, & ad Angelorum debeamus peruenire consortium.* Hieronymus in illud Esaiæ 58. *Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem: Ipse Dominus*, inquit, *totidem diebus (nempe per quadraginta, de quibus prius loquebatur) in solitudine ieiunauit, vt nobis solennes ieiuniorum dies relinqueret.* Hactenus isti Patres ieiunium autoritate diuina institutum: atque nobis traditum, & præceptum esse testantur.

Contra verò multi Patres contendunt, Ecclesiæ esse præceptum, siue traditionem Apostolicam. Nam in primis Clemens Petri discipulus libr. 5. Apostolic. Constitut. cap. 13. legem seruandi ieiunij Quadragesimæ his verbis tradit: *Seruandum est à vobis ieiunium Quadragesimæ, continens memoriam conuersationis, & legislationis Domini. Celebretur hoc ieiunium ante ieiunium Paschæ, quod incipiens à secunda Sabbati, desinat in Parasceuen. Post quos dies soluto ieiunio, aggredimini sanctam Paschæ hebdomadam, ieiunantes in ea omnes cum timore, & tremore, orantes per eos dies pro ijs, qui pereunt.* Rursus B. Hieronymus in epistola ad Marcellam, contra Mōtanum Hæreticum edisserens, ait: *Nos vnam Quadragesimam secundùm traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus. Illi tres in anno faciunt Quadragesimas, quasi tres pasci sint Saluatores. Non quo & totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat, sed quòd aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.* B. Ignatius, & Ioannis Apostoli Discipulus, epistol. 8. ad Philippenses prope finem: *Dies*, inquit, *festos nolite inhonorare, Quadragesimam nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet Dei conuersationis: Hebdomadam etiam passionis nolite despicere. Quartam verò, & sextam feriam ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes.* Hæc ille, tacite insinuās Quadragesimæ præceptum: quod ex eo constat, quia cum alijs præceptis Ecclesiasticis connectit. Leo Papa sermon. 6. de quadragesima: *Quod ergo, dilectissimi, in omni tempore vnumquemque conuenit facere Christianum, id nunc solicitius est, & deuotius exequendum, vt Apostolica institutio quadraginta dierum ieiunijs impleatur.* Idem sermon. 9. de quadragesima: *In omnibus, dilectissimi, solennitatibus Christianis non ignoramus Paschale Sacramentum esse præcipuum, cui condignè, & congruè suscipiendo, totius quidem nos temporis instituta reformant, sed deuotionem nostram præsentes vel maximè dies exigunt, quos illi sublimissimo Diuinæ misericordiæ Sacramento scimus esse contiguos. In quibus meritò à sanctis Apostolis per doctrinam Spiritus Sancti maiora sunt ordinata ieiunia, vt per commune consortium Crucis Christi, etiā nos aliquid in eo, quod propter nos gessit, ageremus.* Idem prorsus tradit serm. 2. de ieiunio Pentecostes in principio. Origenes verò homil. 10. super Leuiticum, siue, vt alij probabilius tradunt, Cyrillus, cùm laudasset ieiunium à peccatis, & vitijs, nequisquam persuaderet sibi, hoc in contemptum ieiunij à cibis dictum, in fine subiungit. *Nec hoc tamen ideò dicimus, vt abstinentiæ Christianæ frena laxemus. Habemus enim Quadragesimæ dies ieiunijs consecratos. Habemus quartam & sextam septimana dies, quibus solenniter ieiunamus. Est certè Christiano libertas per omne tempus ieiunandi, non obseruantiæ superstitione, sed virtute continentiæ. Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi arctioribus continentiæ fulta subsidijs? Quomodò Scripturis operam dabunt? Nonne per continentiam ventris & gutturis? Quomodò quis se ipsum castret propter regnum cœlorum, nisi ciborum affluentiam resecet, nisi affluentia vt ater ministra?* Hæc ille, eleganter docens causſas ieiunij indicti, & consecrati. Epiphanius in compendiaria doctrina de fide Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ: *Quarta, & pro Sabbato ieiunium statutum est vsque ad horam nonam. Nam illucente quarta, assumptus est Dominus, & pro Sabbato Crucifixus est. Et tradiderunt Apostoli, vt in his diebus ieiunia fierent. Ita vt impleatur dictum hoc: Cū ablatus fuerit ab ipsis Sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus, & non vt gratiam aut beneficium exhibeamus ei, qui pro nobis passus est, ieiunium nobis constitutum est, sed vt confiteamur ad nostram salutem Domini passionem, quam pro nobis ipse suscepit, & vt pro peccatis nostris ieiunia nobis apud Deum supputentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc seruatur in eadem sancta Catholica Ecclesia, quarta inquam, & pro Sabbato, vsque ad horam nonam, excepta sola Pentecoste, per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque ieiunium imperatum est.* Paullò pòst docet, in die Natiuitatis Domini secundùm carnem, etiam si contingat in quarta ac pro Sabbato, non esse ieiunandum: & inconsentaneum esse, in Dominica die ieiunare: & subiungit: *Porrò quadragesimam ante septem dies sancti Paschatis, similiter seruare solet eadem Ecclesia, in ieiunijs perseuerans, Dominicis verò omnino nō, neque in ipsa Quadragesima. Cæterum per sex dies ipsius Paschatis omnes populi in siccorum esu perseuerant, pane inquam, & sale & aqua tunc vtentes ad vesperam.* Est præterea canon Apost. 68. qui sic habet: *Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut cantor, sacram Quadragesimam Paschæ, aut quartam feriam, aut Parasceuen non ieiunauerit, deponitor, præterquam si imbellicitate impeditur corporis. Sin lacus est, Communione priuator.* Vides igitur, præceptum quadragesimæ antiquissimum esse, & pœnis condignis plecti in ea non ieiunantes? Hæc autem Patrum decreta & statuta etsi sibi in speciem aduersari videantur, dum alij tradunt à Domino esse institutam & præceptam Quadragesimam, alij verò ab Apostolica traditione profectam: reuera tamen inter se non pugnant nec dissentiunt. Est enim ieiuniū Quadragesimæ, institutio, siue præceptum Apostolorum, ac proinde lege Ecclesiastica sancitum: vt posteriores producti Patres apertè tradunt: rationesq; quas paullò antè

Matt. tom. 2 oper. D. Chry. Duplex ratio huius autem quadragenarij Christi ieiunij.

Petrus Chrysol. 9.

Theophil. Ad sanctum iter ieiunij Quadragesimæ optima ſeratio comparandi. Initium, & finis Quadragesimæ.

Maximus Episcopus.

Quomodo aduersarij spiritualis machinas euitare, & ad Angelorum debeamus peruenire consortium.

Hieron. to. 5.

Eorum, qui ab Eccleſia iure ſcilicet humano aſſerunt inſtitutum eſſe ieiunium Quadragesimæ, ſententiæ proferuntur.

Clem. Rom.

Quadragesimæ tempore quibus ſtudijs vacandū

D. Hierony. epiſt. 54. to. 2.

Montaniſtæ tres in anno cur faciant Quadrageſimas, teſte Hieronymo.

D. Ignat.

Quid contineat Quadragesima, ideo magnificienda.

Leo 1.

Idem.

Paſchale Sacramentum quā celebre.

Idem.

Orig. tom. 1.

Chriſtū qui ſpernat.

Luc. 10.

Beda tom. 1. in prac.

Quomodo caſtitas incorrupte ſeruanda ſit, & Scripturis vacandum, teſte Cyrillo.

Matt. 19. B. Epiphan.

Matt. 9.

Quamobrē, vt docet Epiphanius, Quadragesimæ ieiunij obſeruemus

De ieiunio Quadragesimæ Apoſtolica conſtitutio.

Sanctorum, dum alij Diuino, alij Eccleſiaſtico Quadrageſimæ tradunt præceptum eſſe ieiunij, ſententias minimè repugnare.

Iure Diuino Quadragesima cur dicitur instituta.

retulimus, non debuisse Christum Dominum præcepto vllo Euangelico modum ac formam ieiunij Ecclesiastici præfinire, efficaciter idem confirmant. Quare quod Patres primo loco producti asserunt, quadragesimam autoritate diuina introductã, & cœlesti maiestate imperatam, ad bonum sensum exponendi sunt. Nam solent præcepta Ecclesiastica Patres diuina vocare, quatenus à ciuilibus legibus distinguuntur: nam per Spiritum Sanctum ab Apostolis, Ecclesiæque pastoribus sunt sancita, ita vt dicere possint: *Visum est Spiritui Sancto & nobis.* Respiciunt etiam ad salutem animarum, & gloriam Dei illustrandam: atque ideò rectè diuina dicuntur. Ipsa insuper substantia præcepti Ecclesiastici nihil est aliud, quàm determinatio præscriptioque iuris diuini in genere ieiunium præcipientis atque commendantis. Quemadmodum ergo solutio decimarum, iuris Diuini esse dicitur ab Innocentio III. cùm tamen propriè ius diuinum non sit, tantùm enim ait Christus: *Dignus est operarius mercede sua,* & Paulus ex lege Moysi: *Non alligabis os boui trituranti:* & in alio loco: *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur:* ita nec in specie descendit ius diuinum ad taxandum quota pars fructuum sit verbi, & Sacramenti ministro assignanda. Verùm hoc relictum est Ecclesiæ iudicio, quæ præscripsit decimam pendendam, quæ tamen ab Innocentio Tertio, vt dixi, solutio decimæ dicitur iuris diuini: quòd olim in Lege illa pars penderetur sacerdotibus, vel Leuitis à populo. Quanquàm autem illa lex, cùm de numero iudiciorum esset, nobis mortua sit, nullamq; vim ligandi Christianos habeat, sicut nec ceremoniæ: tamen quia illam Ecclesia præscripsit nobis, & ad similitudinem illius decimam pendere iubet, propterea quod illa iuris esset diuini, ista quoque Ecclesiastica sanctio eiusdem iuris esse censetur. Eadem ratione, quoniam nostrum ieiunium 40. diebus continetur, quos Christus suo ieiunio consecrauit, ideò Diuina autoritate niti dicitur, quod ad eius exemplum & similitudinem fiat, non autem ob vllum eius mandatum, aut præceptum.

Act. 15. II. ratio.

III. ratio ab definitione legis Ecclesiast. cæ.

Innoc. III. in c. tua nobis. de decimis. Luc. 10. Matth. 10. 1. Cor. 9. Deut. 15. 1. Tim. 5. Leuit. 27. & alibi passim.

Cum iudicia & cæremoniæ legis Moysi nobis perierint, cur tamen adhuc sacerdotibus decimę persoluũtur.

Quod ergo docuit Platina, Thelesphorum, à B. Petro VIII. Pontificem, quadragesimæ ieiunium instituisse: sine autoritate & ratione assertum est: tùm quia tot Patres ieiunij quadragesimę ante Thelesphorum institutæ atque in Ecclesia custoditæ meminerunt, quemadmodum Canon Apostolorum citatus, & B. Ignatius atq; Clemens. Adde etiam his confessionem fidei Ecclesiæ Aethiopiæ, cuius hæc sunt verba: *Quadraginta diebus quadragesimalibus pane & aqua ieiunandum indixerunt Apostoli.* Deinde, quia Thelesphori constitutio, generalis non est ad omnes fideles, sed cum clericis & sacerdotibus loquitur, neque, vt ipse præscripsit, obseruatum fuit aliquando ab vniuersali Ecclesia: nunquam enim septem hebdomadas plenas ante diem Resurrectionis ieiunauit populus Christianus in Occidentali Ecclesia, quanquàm hic mos in quibusdam Religiosorum cœnobijs retentus sit. Deus itaque Optim. Maxim. per Apostolos ieiunium hoc nobis instituit atque commendauit. Ad eos siquidem & ad Ecclesiæ præsides spectabat, tempore ieiuniorum, ciborum qualitates atque delectum præscribere. Ad hæc, vt ita de nostra miseria atque peccatorum ægritudine edocti, ad medicinam pœnitentiæ confugeremus, placantes iram Dei, illique corpora nostra per ieiunium offerentes. Item, vt omnes simul atque eodem tempore ieiunantes & orantes, acceptiora nostra ieiunia illi reddamus, precesque nostras. *Vbi enim fuerint duo, vel tres, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum:* vt Dominus inquit.

Falsum esse, Quadragesimam, vt Platina putauit, à Thelesphoro primùm Pontifice institutam fuisse.

II argum.

Quibus de caussis Quadragesima à Christo per Apostolos fuerit instituta.

Matth. 18.

Elegerunt autem Apostoli tempus Vernum ad ieiunium, non solùm vt Christum eo tempore ieiunantem imitemur, & ad rite celebrãda mortis ac resurrectionis Iesu Christi Domini nostri mysteria magis accingamur, atq; vt memores essemus, peccatum nostrum, quod ex Adam per gulam illo tempore cadente contraximus, dignũ esse, quòd per ieiunia, vigilias atque labores expurgetur, atq; ita veterem hominem exuamus; verùm etiam qui id temporis, quod principium est anni, humores renouantur, & abundat atque efferuescit sanguis, prauæque carnis appetitiones in rationem insurgunt. Libido etenim ex calido & humido existit: quæ in Vere abundant.

Cur eam Vernotempore voluerint ab seruari.

Quòd verò eiusmodi ieiuniũ sub mortifero delicto indictum sit atq; præceptum vniuersis, qui integris viribus constant, ex Patribus & Synodis facilè liquet. Nam Augustſerm. 1. feriæ. 4. (vel potius Ambros. ser. 37.) post Dominicam secundam quadragesimæ: *Sanctam,* inquit, *Quadragesimam abstinendo ipse Dominus consecrauit, & tot dierum & noctium curriculo cibum omnino non capiens, vnum, ac solidum ieiunij tempus effecit. Quod in totum non obseruare, sacrilegium est: ex parte autem violare, peccatum est.* Idem docet Augustſer. 62. de tempore, initio: *Iniſto legitimo ac sacratissimo tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prãdere præsumat, nisi forte ille, quem ieiunare infirmitas non permittit quia alijs diebus ieiunare, aut remedium est, aut præmium: in Quadragesima non ieiunare peccatum est. Alio tempore qui ieiunat, accipiet indulgentiam: in Quadragesima qui non ieiunat, sentiet pœnam.* B. Ambr. ser. 34. in prin. *Quisquis,* ait, *Christianus consecratam ieiunando non impleuerit Quadragesimam prauaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quod legem diuinitus pro salute sua datã prandendo ipse rescindit. Rescindis enim legem, qui exemplum Dominici ieiunij non custodis.* Et infra: *Sicut reliquo anno ieiunare, præmium est, ita in Quadragesima non ieiunare, peccatum est. Illa enim voluntaria sunt ieiunia, ista necessaria: illa de arbitrio veniunt, ista de lege: ad illa inuitamur, ad ista cõpellimur.* Et serm. 36. *Qui constitutum numerum vna die manducando præterit, non vt vnius diei violator accusatur, sed vt totius Quadragesimæ trãsgressor arguitur.* Tertul. lib. in Psychicos agit in eos, qui damnabant præscriptionem ieiuniorum, dicentes suo arbitrio relinquendos homines in ieiunio: *Ecce,* inquit, *conuenio vos, & præter Paschæ ieiunantes citra illos dies, quibus ablatus est Sponsus, & stationum semi ieiunia interponentes, & vos interdũ pane & aqua victitãtes, vt cuiq; visum est. Demiq; respondetis, hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio. Motus igitur gradum, excedendo traditionem, cũ qua non sint constituta obitis. Quale est autem, vt tuo arbitrio permittas, quod imperio Dei nõ das? Plus humanæ licebit voluntati, quam Diuinæ potestati? Ego me seculo, non Deo liberum mauult: sic meum est vltro officiũ facere Domino, sic illius inducere est: non tantum obsequi et debeo, sed & adulari: illud enim imperio eius, hoc arbitrio meo præsto. Bene autem quòd & Episcopi vniuersa plebi mandare ieiunia assolent, nõ dico de industria stipium conferendarum, vt vestra captura est, sed interdũ & ex aliqua solicitudine Ecclesiæ caussa.* Hæc ille. Vides igitur Episcopos habere facultatem spiritualem ieiuniorũ tempora præscribendi. Epiphan. etiam hæres. 75. in Aerianos introducit Aerium dicẽtem: *Sed neque ieiunium, inquit, erit ordinatum. Hæc enim Iudaica sunt, & subiugo seruitutis. Iusto enim lex non est posita, sed patricidis ac matricidis, et reliquis. Si verò omnino volo ieiunare, qualemcumq; eligam die à me ipso, & ieiunabo propter libertatẽ.* Hæc ille, qui ieiunabat in Dominica die, & quarta, & pro Sabbato, & in Quadragesima, vt subdit, nequaquam ieiunabat, sed carnium esu, viniq; potu explebatur: quæ omnia nostri seculi hæretici & fecerunt, & dixerunt. B. Hieronym. in prędicta epistola ad Marcellam: *Nos vnam sanctam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus. Non quo & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat: sed quòd aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.* Animaduertis, Hieronymum necessariũ Quadragesimæ ieiunium esse prescribere? Ambrosius serm. 25. in Quadragesima: *Non enim, fratres,* inquit, *leue peccatum est, fidelibus inductam Quadragesimam à Domino, non ieiunare, & ieiunia consecrata ventris voracitate dissoluere. Scriptum est: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si ergo vis Christianus esse, debes quod Christus facere. Ille qui peccatum non habebat, Quadragesimam ieiunauit, tu non vis Quadragesimam ieiunare, qui pecces? Ille, inquam, peccatum non habebat, sed & pro nostris peccatis ieiunauit: qualis ergo apud conscientiam tuam Christianus es, cùm, Christo pro te exsurgente, tu prandes? cùm Saluatore pro te ieiunante, tu resicis?* Ad hæc Beatus Gregorius in homilia: *Quadragesima,* inquit, *summa obseruatione est obseruanda, quomodo autem summa esset, si non ad mortiferum delictum adstringeret: alioquin quæ alia existeret, magis esset summa) vt ieiunium in ea (præter dies Dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt) nisi quem infirmitas impedierit, nullatenus soluatur, quia ipsi dies, decima sunt anni.* Hæc Gregorius. Vides igitur, quàm apertè & constanter, tam Patres veteres, quàm Pontifices Romani, ad ieiunium Quadragesimæ asserant, vniuersos fideles sub peccato integrè custodiendum atque obseruandum arctari.

Necessario obseruandã esse, & à quibus.

B. Aug. ser. de tempore 19. 2. Ambros. tom. 3.

Idem ser. 2. in Sabbato post Dominicam in Quinquagesima.

B. Ambros. tom. 3. sub fin.

Idem.

Tertull. to. 2.

Matt. 9.

Aduersus Montanistas qui voluntarias duntaxat non præcepta ieiunia obseruabant

B. Epiphan.

1. Tim. 1.

Aerius Hæreticus quibus præter Quadragesimam, diebus ieiunauerit infelix.

Hieron. epist. 54. tom. 3.

Quòd si ieiunium necessarium est, vt hæretici fatentur, tunc vel omni tempore erit ieiunandum, aut aliquo. Si admittant, omni tempore ieiunandum: ergo etiam tempore ab Ecclesia præscripto. Si aliquo, cùm non sit maior ratio de vno, quàm de altero, illo tempore fieri debet, quo est ab Ecclesia præceptum, cùm æqualis æquali nemo præscribere queat. Si dicas, Ego mihi volo tempus præscribere, ego liber in Christo factus sum. At hoc est summæ impudentiæ, velle sibi tribuere quod Ecclesiæ, & Christi vicem gerentibus, Concilijsque denegant, quasi Christianus habeat libertates, qui totus in Cruce, & sui abnegatione, atque obedientia positus sit. Nec obstat, Christum ieiunasse, & satisfeciſſe pro omnibus: nã hac ratione nec obediendum, nec orandum, nec portanda crux esset à nobis, quandoquidem hoc Christus fecit. Neque aduertunt quod dixit Christi Dilectus discipulus: *Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare:* & Christus ipse magister: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Sed & idem quoque docent

B. Ambros. tom. 3.

1. Ioan. 2.

Esa. 53. 1. Pet. 2.

Greg. hom. 11. in Euangelia, vt habetur de consec. dist. 5. cap. Quadragesima

Quadragesima quanta est religione obseruanda: in eaque quibus esti dieb. non ieiunandum.

Hæreticorũ contra obligationem ieiunij Quadragesimalis quædam obiectiunculæ diluuntur.

Gal. 5. & alibi passim.

Christianus in quo totus positus sit. Christus quatenus pro omnibus ieiunauerit, satisfecerit q;.

1. Ioan. 2.

Ioan. 13.

Apostoli

Qua pœna transgressores Quadragesimę Apostoli mulctauerint.

Apostoli apud Clementem, qui quidem Canone supra citato, nempe 68. transgressorem Quadragesimæ, aut depositione officij, aut Communionis priuatione plecti mandant. Tam graui autem pœna nó mulctarent certè, si nullum, vel leue Quadragesimæ violatio, esset peccatum. Præterea de singulis, atque vniuersis Ecclesiæ ieiunijs sic statuit Concilium Gangrense Can. 19. *Si qua eorum*, inquit, *qui contumacia student, absque necessitate corporea, tradita in communi ieunia, & ab Ecclesia custodita, superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.* Hunc autem Canonem Concilium Moguntinum ca. 35. expressis verbis citat, & confirmat. Anathematis autem sententia nullus plectitur, nisi pro graui delicto, & flagitio. Concilium Agathense cap. 12. Ieiunij præceptum cunctis Ecclesijs per quadragesimam indici mandat. Idem etiam docet Concilium Bracarense II. Cano. 9. Volunt enim hæc Concilia, vt Sacerdotes admoneant populum, instare præceptum ieiunandi per Sanctos dies quadragesimæ. Hinc Chrysostomus homil. 1. in Genesim, initio, hoc ministerio defungés, ait: *Volo aduentus sanctæ Quadragesimæ, remedij, inquam, animarum nostrarum, vobis annuntiator esse. Communis enim nostri omnium Domini, velut pater filios indulgenter amans, cupiens ea, quæ vnquam peccauimus, nobis abluere, hanc, quæ per ieiunium fit, curationem adinuenit. Nullus igitur sit mœstus, nullus etiam tristis appareat, sed omnes exultent, & gaudeant, ac glorificent animarum nostrarum curatorem, qui hanc optimam nobis aperuit viam, accipiant que multa cum iocunditate illius aduentum.* Hæc ille. Supra etiam citatus est Theophilus Alexandrinus libr. 1. Paschali, annuntians instare quadragesimam. Præter hæc, Concilium Laodicenum feria. 5. Hebdomadæ sanctæ, cuius videbat à quibusdam Hæreticis dissolui ieiunium, canon. 50. sic statuit: *Non oportet in Quadragesima quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam Quadragesimam inhonorari, sed per totos hos dies ieiunare, & esca abstinentiæ conuenientibus, id est, aridioribus vti.* Hunc Canonem Synodus Græca cap. 50. amplectitur, renouatque illum Bracarense Concilium I. cap. 16. dicens: *Si quis feria Paschali, quæ vocatur Cœna Domini, hora legitima post nonam, ieiunus in Ecclesijs Missas non tenet, sed secundum sectam Prisciliani festinat em ipsius ab hora tertia per Missas defunctorum solito ieiunio tollit, anathema sit.* Postremò Guido lib. de Hæresib. inter errores Vvaldensium vicesimo secundo loco enumerat istum, quòd illi asserrent præceptum quadragesimæ minimè obligare. Inter errores quoq; Ioannis Hus recitatur iste: *Non tenemur*, ille aiebat, *ieiunare, sed ieiunium, & præcepta Ecclesiæ sunt nihili faciendæ.* Quæ omnia eo consilio fusius à me producta sunt, vt intelligat prudens Lector, illos hallucinatos fuisse, qui ieiunio quadragesimæ vim cogendi ad sui obseruationem nullam tribuunt, nisi ratione duntaxat, atq; efficacia consuetudinis Ecclesiæ vniuersalis. Videntur enim ij parum fuisse versati in veterum Patrum, & antiquorum Conciliorum lectione, vbi Apostolorum præcepto, vel Apostolica autoritate, & traditione, vel Conciliorum decretis strictè ad obseruantiam cogentibus, apertè mandatur, atque statuitur.

Caetani de obligatione ieiunij Quadragesimalis error.

Hæretici aliæ quæq; ieiunia reiicientes tanquam inuentiones.

Friuolum est autem, quod quidam argumentantur: Christus ieiunauit ad antiquum peccatum delendum, quod in nobis per baptismum est extinctum: ergo nobis non est ieiunandum. Deinde Christus ante tricesimum annum non legitur ieiunasse, ergo nec nos ieiunare conuenit. Ad hæc Christus tantùm quadraginta dies ieiunauit, ergo satis est nobis totidem ieiunare. Præterea, ieiunauit nihil edens, & bibens: igitur nil edere, vel bibere deberemus.

Iunius.

Sed respondendum est ad hæc omnia. Etsi enim in primis peccatum Adæ sit extinctum atque sublatum, non tamen eius reliquiæ & effectus omnes. Deinde falsum est, Christum non ieiunasse vsque ad tricesimum annum: nam factus sub Lege, ieiunia à Lege præscripta Leuitici. 16. itemque ieiunia indicta Zachar. 8. quarti, & quinti, & septimi, & decimi mensis religiosè (vt par est credere) integreque seruauit: & ideò falsò asseritur, illũ quadraginta solos dies ieiunio impendisse. Imò illo quadraginta dierum spatio post baptismum, docuit nos per totam vitam ieiunare: vt quod ex litera capere non valebamus, ex spirituali ac mystico sensu acciperemus: & Apostoli, non ipse IESVS, reprehenduntur quòd non ieiunarent. Christus etiam ieiunia supererogationis, ac perfectionis, non necessitatis, differt, donec discipuli firmiores, magisque capaces efficiantur. Per se etenim, cæteris paribus, infirmi graui farcina ieiuniorum non sunt onerandi, præterquam cùm proni sunt, & procliues ad vitia.

Christum ipsius ac pectories quam quadraginta dies ieiunasse.

Gal. 1. Leuit. 16. Zach. 8.

Matth. 9.

Quòd verò Christus sine vllo cibo tot diebus permanserit, ad ostentionem suæ potentiæ fecit, non ad imitationem. Debemus tamen imitari vt possumus, totidem diebus ieiunando, sumendoque cibum, qui carnem maceret. quòd si qui sint, qui

Christus cum totis quadraginta diebus ac noctibus nihil omnino gustauerit, illegioque quatenus sit à nobis imitandus.

propter

Ei, qui ieiunare non valet, quid agẽdum iuxta Augustini regulam.

Aug. serm. 62 de Tempore, tom. 10.

propter imbecillitatem, vel morbum, aut aliam legitimam, & iustam causam lege ieiunij non adstringantur, seruent illi regulam à B. Augustino sermone de Quinquagesima in principio traditam: *Qui ieiunare non præualet: secretius sibi soli, aut si est alius infirmus cum ipso, in domo sua præparet quod accipiat, & illos, qui ieiunare præualent, ad prandiũ non inuitet. Quia si hæc fecerit, non solùm Deus, sed etiam homines possunt intelligere, illum non pro infirmitate non posse, sed pro gula ieiunare nõ velle. Sufficiat illi, quòd ipse ieiunare non præualet, & magis cum gemitu, & suspirio, & animi dolore manducet, pro eo quòd alijs ieiunantibus, ipse sustinere non potest.*

In Quadragesima esse à carnibus abstinendum.

B. Irenæus ca. 1. circ. med. D. Augst. num. 32. to. 6. in prine.

Superest vt de indicta à carnibus abstinẽtia aliquid disseramus. Et quidem in primis Irenæus lib. 1. errorem Valentinianorum fuisse testatur, quòd omni tempore carnibus vesci liceret: quod ipsum etiam asseruit Iouinianus, vt scribit Augustinus lib. de Hæresib. ad Quoduultdeum: idem quoque Vvaldenses hæretici, & Ioannes Hus superiùs dictus: qui non solùm licitũ esse esum carnium in Quadragesima putabant, sed ne prohiberi quidem per Ecclesiam posse. A principio tamen ieiunium cũ abstinentia à carnibus celebratum est. Vnde Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum (vt citatur à Gratiano Dist. 4. c. Denique) *Par autem est*, inquit, *vt nos, qui his diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam trahunt originem carnis, ieiunemus, à lacte videlicet, & caseo, & ouis. Cæterùm piscium esus ita à Christiano relinquitur, vt hoc ei infirmitati solatium, non luxuriæ pariat incendium.* Item Theophilus Alexandrin. lib. seu epist. 3. Paschali: *Nequaquam diebus Quadragesimæ, sicut luxuriosi diuites solent vini poculum suspiremus, neque in procinctu, & prælio, vbi labor, & sudor est necessarius, carnium edulio delectemur.* Et infrà: *Qui autem legum præcepta custodiunt, ignorant vinum in ieiunijs, carnium esum repudiant, & insatiabilem auaritiam Dei timore compescunt.*

Vvaldensiũ ac Ioannis Hus minus pium de carnium esu cõmentum.

B. Greg.

Quæ sementinã, vt Gregorius inquit, trahant originẽ carnis, à quibus etiam abstinendum.

Theoph. Alex. ante med.

Præter hoc historia Tripart. li. 1. cap. 10. in fine refert, Spyridionem virum sanctissimum in Quadragesima carnes porcinas edisse, & peregrinũ, qui ad eum diuerterat; vt simul comederet, suasisse. Quia enim oportet Episcopum hospitalem esse nec habebat aliud, quod hospiti famelico ad se venienti apponeret, ex charitate, quæ finis & plenitudo legis est, ad carnium esum inuitus accessit. Verùm antequàm accederet, orauit, veniamque facti à Deo deprecatus est. Non ob aliud certè, nisi quòd sciebat contra ecclesiasticam disciplinam, & morem esse. Et historia Tripartita non asserit

Qui legum præcepta custodiant.

Hist. Trip. Spyridion vir sanctissimus; qua libertate porcinas carnes comederit in Quadragesima.

1. Tim. 1. & Tit. 1. 1. Tim. 1. Rom. 13.

gutiusve

In eo cur minimè peccauerit.

Innocentij III. de pœna tempore famis carnes comedentiũ in Quadragesima, quæsiti, graue, sapiensque responsum.

Bonarum mentium ingenium.

Idem.

1. Tim. 4.

Fideles ieiunantes, quare carnibus abstineant.

Manichæorum superstitiosæ & impiæ à carnibus abstinentiæ subtilis Augustini confutatio.

In Quadragesima, sed instante, vel imminente, siue appropinquãte Quadragesima: quia tunc aliqui, præsertim Clerici, abstinebant à carnibus ex deuotione particulari, ac voluntaria, non lege, vel necessitate.

Innocentius III. ab Archiepiscopo Bracarensi interrogatus, qua pœna essent plectendi, qui tempore famis propter caritatem annonæ carnes comederant in Quadragesima, ita respondit (vt habetur Extra. de obseruat. ieiuniorum, cap. Consilium nostrum) *Cùm autem quæsieris, quæsit illis pœnitentia iniungenda, qui diebus Quadragesimalibus tempore quo tanta fames inedia ingruebat, quòd magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere sunt coacti. Respondemus, quòd in tali articulo illos non credimus puniendos. Preces tamen pro illis, & cum illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputetur. Quia bonarum mentium est ibi culpam timere, vbi culpa minimè reperitur.* Dignum profectò tanto Pontifice responsum, & quod in simili causa obseruari potest. B. Augustinus libr. 30. con. Faustum Manichæum: *Ieiunium Quadragesimæ per totum terrarum orbem quot annis toto studio celebratur in Conuentu Catholico. Hanc quisquis obseruant, necesse est abstinere à carnibus.* Pondera, prudens lector, verbum, *necesse est*: nam legem cogentem ad inediam carnium complectitur. Deinde respondens ad obiectionem Fausti Manichæi, ex priore epistola ad Timoth. cap. 4. de quibusdam qui erant discessuri à fide, qui debebant attendere spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum prohibentium abstinentiam ciborum, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, subdit: *Audi quòd confiteris te non videre qua mente aut consilio hoc aduersus vos capitulum proferamus (nempe 1. ad Tim. 4.) non quòd à carnibus abstineatis, nam hoc à quibusdã & primi patres nostri fecerunt, sicut commemoratis, non tamen ea damnandi, sed significandi gratia, quod non intelligitis: & vnde iam quantum sufficere videbatur in superioribus partibus operis huius locutus sum: & Christiani, non Hæretici, sed Catholici, edomandi corporis causa, propter animum in orationibus amplius humiliandũ; non quòd illa esse immunda credant, non solum à carnibus, verum à quibusdam etiam terræ fructibus abstinent: vel semper, sicut pauci; vel certis diebus atque temporibus, sicut per Quadragesimam ferè omnes, quanto magis quisq;, vel minus seu voluerit, seu potuerit. Vos autem ipsam creaturam negatis, bonam, & immundam dicitis, quòd carnes Diabolus operetur faculentiore materia malitiæ: ac per hoc eas, tanquam immundiora & truculentiora Dei vestri vincula, exhorrentes abijcitis.* Hæc ille: quibus certè nihil elegantius, ar-

Idem Aug. ser.10.

gutiusve in Hæreticos dici poterat. Idem Augustinus sermone 1. in Quadragesima, siue 64. de Tempore: *Sed & illa est in Quadragesimæ diebus grandis vtilitas: quòd dum etiam à licitis abstinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abstinemus nos à carnibus, quibus aliis diebus vti licet: qui nos abstinemus à vino quo moderatè vti licet: qui ergo ista vitamus, quæ aliquando licent, in primis peccata fugiamus, quæ omnino nunquam licent. Ita qui volumus ieunare à cibis, ante omnia ieunemus & à vitijs.* Thelesphorus quoque Pontifex in illo suo decreto, quod habetur Distinct. 4. cap. Statuimus, sic ait: *Statuimus, vt septem heddomadas plenas ante sanctum Pascha omnes Clerici in sortem Domini vocati, à carne ieiunent.* Vbi vides nihil aliud esse ieiuniũ, quàm à carnibus abstinere. Concilium præterea Toletanum VIII. Canon. 9. aduersus transgressores abstinentiæ à carnibus, in hunc qui sequitur modum statuit: *Quicunq; Quadragesimæ dies, quæ anni totius decimæ deputantur, quæ & in oblatione ieiunij Domino consecrantur, quibus etiam saluberrimè conditio humani generis expiatur, dum à quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem creditur us adducitur, & ex quatuor elementis formatus, & propter transgressionem Decalogi quater decies conuenienter afflig itur: illis qui ausu temerario hæc omnia contemnunt, nec voracitatis ingluuiem frænant, & (quod peius est) Paschalia festa illicitorum esuum perceptione profanant: ex hoc adeò acerrimè interdicitur, vt quisquis sine inenitabili necessitate, atque fragilitate, & euidenti languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus Quadragesimæ esum carnium præsumpserit attentare, non solùm reus erit resurrectionis Dominicæ, verùm etiam alienus ab eiusdem diei sancta Communione: & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipsius anni tempore ab omni esu carnium abstineatur, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Illi verò quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arcuat, aut lex prohibita violare præsumant, quã à Sacerdote permissum percipiant.* Hæc ibi. Vbi tantùm Sacerdotibus conceditur, vt possint infirmis edendi carnes facere potestatem. Nec non sexta Synodus Can. 56. reprehendit morem Armenorum, & aliorũ locorum, in quibus quidam in Sabbatis & Dominicis sanctæ Quadragesimæ, cibis & caseo vescebantur: & indicit abstinentiam sicut ab omni mactabili, sic & ab ouis, atq; caseo, quæ quidem sunt fœtus & fructus eorum. Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 4. *Ieiunamus enim, à vino & à carnibus abstinentes, non quòd hæc tanquàm abominationes oderimus, sed quòd præmium expectamus, vt sensibilia despicientes, spirituali deinceps & intellectuali mensa fruamur: & nunc seminantes in lacrymis, in futuro seculo in exultatione metamus.* Hæc ille.

Theleſph. Papa.

Conc. Toler. VIII.

Vl. Syno.

Cyril. Iero. ca. de Cibis.

Psal. 125.

Hæc pauca testimonia ex lectione veterum Patrum depromere hoc loco in tuam vtilitatem, prudens lector, voluimus, quo fidem tuam in propugnando ciborum delectu, atque tuenda à carnibus abstinentia in ieiuniorum diebus, cõfirmatiorem rederemus. Neque id ratione caret. Nam si Dominum nos imitãdi studio ieiunamus, ille autem nihil manducauit, neque bibit per illos quadraginta dies: certè quò minus comedimus, aut debiliores, vilioresque vsurpamus cibos, eo magis accedimus ad exemplum Christi. Ad hæc, cùm ieiunium ad debilitandam carnem, atque eius motus reprimendos sit institutum; tanto gloriosius atque commodiùs id assequemur, si ab ijs cibis, qui melioris ac maioris sunt nutrimenti, quiq; maiorem corpori vtilitatem adferunt & delectationem, cuiusmodi sunt carnes, abstinuerimus. Lacticinia etiam & oua multum spiritus, & sanguinis gignunt, si Medicis, suaque in arte expertis fides habenda est, vt certè est. Ex quo Epiphanius, & Tertullianus Christianos olim in hebdomada sancta xerophagijs, id est, aridioribus cibis vsos, & siccioribus confitentur. Pythagorici quoq; Philosophi à certis quibusdam cibis abstinebãt, quo commodiùs sobrietas Philosophica seruaretur: ideò à carnibus, ac fabis, quæ corpus inflant, abstinebant. Non ergo potest esse Iudaicum, aut superstitiosum, quod cum recta ratione fit. Vnde est, vt omni tempore aliquis extiterit à Deo præscriptus, atque à fidelibus obseruatus ciborum modus, vel sponte ab ipsis susceptus: quemadmodum olim Nazareni à vino, & ab omni quod inebriare poterat, abstinebant; imò ab vuis recentibus, siccisque, vsque ad azymum, vt habes Numer. 6. Tales fuere Samson in Veteri, & Ioannes Baptista in Nouo Testamento: talis & Iacobus Ierosolymitanus, quem Egesippus testatur, vinum & siceram non bibisse, carnem nullam comedisse, nunquam attonsum, vel vnguento delibutum, nec balneis vsum fuisse. B. Basilius Monachis Orientalibus (secundùm aliquos) carnium esum prohibuit, licèt in Regulis moralibus scriptum inueniam, concessisse illis omnibus, vt vescerentur quæ illis apponerentur: sic & sanctus Benedictus suis Monachis Occidentalibus carnibus vesci prohibuit, quos imitati sunt Carthusiani, ac pleræque aliæ Religiones. B. verò Martinus, vt refert Seuerus Sulpitius, vini vsu sui ordinis homines interdixit. Admonet hæc

Cur conueniens & æquum sit abstinere carnib. in Quadragesima.

II ratio.

B. Epiph. in compendiaria doctrina de fide Catholica. Tertull. lib. aduersus Psychicos, pari.

Pythagorici qualem ciborum delectum obiectuarent.

Nazaræorũ abstinentia in Veteri, & aliorũ quorundam sanctorum in Nouo Testamento.

Num. 6. Iudic. 13. Luc. 1. Egesippus.

B Basilius Interrogat. 18. in reg. Moral. tom. 2.

Luc. 10.

Seue. Sulp. in vita D. Martini.

III. ratio est carnũ prohibiti ab Ecclesia.

Idem Augustinus ser. 10. de Quadragesima fine causa legitima, cui pœnæ sint obnoxij.

Carnibus vescentes in Quadragesima fine causa legitima, cui pœnæ sint obnoxij.

Hanc qui poterant facultatem concedere, & quibus tantum modo.

propte-

propterea ciborum mutatio, morum mutationis, quæ ieiunio impetrari iuxta mentem Ecclesiæ debet. Vna enim mensa, & non duplex, hominem reddit cautum, vt non nisi honesta, licitaque obiecta sensibus suis subministret, illicita vel turpia fugiendo, atque declinando.

Ieiunium Quadragesimæ quando cœperit.

2. Cor. 11.

Luc. 2.

Clemens Ro. sub initium.

Quanta Petri patrimonia.

Idem epist. 1.

De antiquitate ieiunij pauca addẽda sunt. Illud enim in primis ab exemplo Christi cõmendatur, atque item Apostolorum. Paulus etenim in ieiunijs multis gloriatur, & quotquot ab eo baptizabantur, per triduum ieiunabant. Anna prophetissa commendatur, quòd ieiunijs, & obsecrationibus esset intenta. Clemens lib. 7. Recognitionum refert; Petrum frequenter ieiunasse, cuius cibus erat panis, & oleæ, siue, vt alij scribunt ex Græca litera, lupini, & rarò etiam cum oleribus. Idem quoque Clemens epist. ad Iacobum inter cætera Petri mandata, hoc narrat, nempe: *Ieiunium, & vigilias sanctas amate.* Et denique in toto Veteri Instrumento, cùm donum aliquod à Deo foret impetrandum, ieiunia præmittebant, non solùm Prophetæ, & Principes, sed etiã totus populus: hæc enim ieiunia primitiua Ecclesia maximè amplexa est. Quocirca Tertullianus, antiquissimus autor, in Apologetico cap. 40. in hunc modum scribit: *Nos ieiunijs aridi, & omni continentia expressi, ab omni vitæ fruge dilati, in sacco, & cinere volutantes, inuidia cœlum tundimus, Deum tangimus: & cùm misericordiam extorserimus, lupiter honoratur.* Et lib. contra Psychicos in fine: *Nos certi sumus eos, qui in carne sunt, Deo placere non posse, non vtique substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sed in voluptate. Macies non displicet nobis, neque enim ad pondus Deus carnem tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram, facilius si fortè per angustam salutis tenuam introibit caro exilior, citius resuscitabitur caro leuior, diutior in sepultura durabit caro aridior. Sagimentur pugiles, & picta Olympici: illis ambitio corporis competit, quibus & vires necessariæ: & tamen illi quoque xerophagijs inualescunt: sed nostra alia robora, aliaq; vires, sicut & alia certamina, quibus non est luctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Mundi potestates, aduersus spiritalia malitiæ, aduersus hæc non carne, & sanguine, sed fide, & spiritu robusto oportet adsistere.* Cyprianus sermo. de ieiunio, atque Magnus Athanasius libr. de ieiunio, atque Virginitate, magnifica quædam, ac præclara de virtute ieiunij encomia proferunt. B. Basilius inter cæteras prima concione de laude ieiunij pulcherrimè philosophatur. Interpretans enim illud: *Vnge caput tuum,* initio sic habet: *Nemo deiectæ mentis coronatur, nemo mœrens trophæum statuit. Noli tristis esse, dum curaris. Absurdum fuerit, si ob cibos subtractos contristemur, ac non potius super animæ sanitate lætemur, sicq; videamur plus tribuere voluptati ventris, quàm curæ mentis. Satietas enim in ventrem affert delectationem, sed ieiunium in animam subuehit lucrum. Sis hilari animo, quod tibi à Medico datum est pharmacum efficax abolendo peccato. Quemadmodum enim vermes, qui in puerorum intestinis germinant, pharmacis quibusdam vehementer acribus, & amaris excutiuntur: ita peccatum in intimis secessibus habitans, extinguit, enecatq; simulatq; in animam superuenerit ieiunium, ob hoc ipsum suo dignum nomine, quòd media purget animæ viscera.* Et infrà: *Etiam ipsa lege antiquius est ieiuniũ, &c. Neque enim recens inuentum est, sed pretiosus thesaurus à maiorib. repositus, ac traditus. Quicquid vetustate præcellit, idem venerabile est. Reuerere igitur ieiunij canitiem. Tam vetus est, vt simul cum homine condito cœperit. In paradiso præscriptum est. Primum illud præceptum accepit Adam, ne de ligno scientiæ boni, ac mali ederet. Hoc autem verbum, Non edetis, ieiunij, & abstinentiæ lex est. Si à ligno ieiunasset Heua, nequaquàm hoc nunc ieiunio opus haberemus. Neque enim qui valent, egent Medico, sed qui malè habent. In morbum incidimus per peccatum, sanemur per pœnitentiam. Sed pœnitentia sine ieiunio otiosa, & infrugifera est. Maledicta terra spinas, & tribulos progignit tibi. In tristitia viuere iussus es, non indulgere deliciis. Per ieiunium satisfacito Deo. Quin & ipsa in Paradiso vitæ ieiunij simulacrum est, non ob id modò, quòd homo Angelorum ritu viuens, dum paucissimis contentus est, similitudinem cum illis assequitur, verùm etiam quòd quæcunque pòst hominum cogitatio commenta est, ea nondum erant excogitata in Paradiso degentibus, nondum vini potatio, nondum pecudum mactatio, non alia quæcumque perturbant mentem humanam.* Paullò pòst subiungit ijsdem penè verbis: *Non erat in Paradiso vinum, non erat pecudum mactatio, non carnium esus. Post diluuium cœpit vinum, post diluuium cœptum est vesci quibuslibet, æquè atque antè, terræ frugibus. Posteaquam desperata est perfectio, tum denique concessa est fruitio. Extra est ebrietas Noë, qui ignorans vini vsum, inebriatus est. Itaque antiquius est ieiuniũ & abstinentia, quàm vini vsus. Per ieiunium accepit Moyses mandatum digito Dei in lamina inscriptum. Et supernè quidem ieiunium legislationis causa erat, infernè verò gulositas ad Idolorum cultum insaniebat.* Hactenus ille sanctissimus atque sapientissimus Pater. Vnde habes ieiunij antiquitatem, eosque maximè hallucinari, qui vocant illud rem Iudaicam: cùm ante legem extiterit, & etiam in Moyse ipso antequàm legem acciperet: bis siquidẽ ieiunauit per quadraginta dies

Ieiunium fidelium efficacia apud Deũ

Tertul. p. 2.

Idem tom. 1.

Rom. 8. Deo qui in carne sunt, quatenus placere non possint.

Ioan. 3. Matth. 7. Ieiunij commoditates ex Tertulliano.

Ephes. vlt.

B. Cypr. Athana. to. 1.

D. Basil to. 1.

Matt. 6.

Hilare, & iocundum, teste Basilio, norum cur debet esse ieiunium.

Ieiunium, animæ medicamentum efficax.

Basilij elegans simile de ieiunio, & pharmaco vermium peremptore.

Ieiunium nõ esse recẽs inuentum, idẽ ostendit.

Gen. 2.

Matt. 9. Pœnitentiæ comes est individua ieiunium.

Gen. 3.

Vita cœlestis, quæ in Paradiso degitur, ieiunij simulacrum est dupliciter

Gen. 9. Exod. 22.

Exod. 24. Infra 34.

B. Chryſ. tom. 1. in principio.

à Deo Legis tabulas accepturus: vt dictum eſt. Chryſoſtomus homilia octaua in Geneſim. *Abſtinentia à cibis propter hoc recepta eſt, vt rigorem carnis refrænet, & equum moderanti facilè parere faciat.* Et homilia vigeſima ſecunda in eundem librum, ediſſerens verba Apoſtoli: *Caſtigo corpus meum*, &c. in fine ſubdit: *Si igitur ille, cui tanta contigit gratia, poſt tanta & talia opera, opus habebat, vt caſtigaret, & in ſeruitutem redigeret, & ſubjiceret poteſtati & dominio animæ corporis laſciuias: caſtigat enim quis quod inſurgit, & in ſeruitutem redigit, quod frænare reijcit: quid dicemus nos, qui omnibus virtutibus deſtituti, omnibus peccatis onerati ſumus, & præterea magnam ignauiam præ nobis ferimus? Num inducias habet hoc bellum? Num tempus aggrediendi dilatum? Omnes vos vigilare, & ſobrios eſſe oportet, & nunquam in ſecuritate eſſe: quia non eſt præfinitum tempus, quando nos aggreſſurus eſt hoſtis.* Hæc ille. Atque his paucis de antiquitate ieiunij ac vetuſtate contenti ſimus.

1. Cor. 9.

Quàm neceſſaria ſit nobis, corporis noſtri maceratio, oſtenditur in Paulo.

Iam de fructibus, ſiue de vtilitatibus, quibus laudes eius & præconia conſtant, agendum eſt: quas ſi quis accuratiùs expendat, facilè per illas compenſatam eſſe duritiem & aſperitatem ieiunij intelliget. Primùm igitur natura ſua ieiunium carnem vincit, illamque domat atque ſpiritui ſubijcit. Benè quidem, ſi lumine Diuinæ gratiæ vel præuenientis, vel operantis, ſeu ſubſequentis vnctum, ſiue coniunctum ſit ieiunium: alioqui ſi vnctione Diuinæ gratiæ ſit deſtitutum, quemadmodum in his, qui ex deſperatione, animique mœrore, vel ex auaritia, vt crumenæ parcant; vel ex iracundia & indignatione; ſiue ex hypocriſi ſimulationeque, vt oculos hominum fallant; vel ex infirmitate & languore ieiunant, domant quidem carnem, verùm ſine fructu ac merito apud Deum. Eſt autem caro, multorum peccatorum cauſa & ſeminarium: neque ſolo imperio ſpiritus paret, niſi in Hæreticis ac nouellis ſpiritalibus iſtis & ſanctulis. Recalcitrat enim & bellum gerit contra ſpiritum, ideò ieiunij fræno coërcenda eſt. Etenim vt Agar Saræ ſerua vt pareret dominæ ſuæ, erat affligenda, adeò vt Dominus dixerit Saræ, & nobis omnibus in illa: *Ecce*, ait, *ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet*, Geneſ. 16. eadem ratione caro noſtra à nobis tractanda atque affligenda eſt, quo fructum bonum ferat; alioquin tanquàm terra infructuoſa ac otioſa producit ſpinas & tribulos. Nam cùm in ea delitescat fomes, ſtimulus carnis ad omne malum, neque ille vnquam in totum extinguatur, neque extingui expediat, vt habeamus vnde humilie-

Primus fructus.

Qui fruſtra, & inutiliter ieiunent.

Caro curnoſtra per ieiunium affligẽda ſit ac maceranda.

Gal. 5.

Gen. 16. Carnis elegans typus Agar.

Gen. 3. Fomes cur nobis poſt Baptiſmum relictus.

mur, atque cum eo conflictantes, ad meritum æternæ vitæ proficiamus: curandum eſt vt frequenter debilitetur magis ac magis, atque elangueſcat, & tandem ieiunio redigatur in ſeruitutem. Non eſt caſtrum adeò forte & munitum, quin expugnari queat, ſi commeatibus vndique intercludatur ac ſpolietur; nec pugil adeò ſtrenuus ac viribus valens, qui à debiliori ſuperari nõ valeat, ſi illi dietam præſcribat, cibumque ſubducat: neque ignis tam magnus ac potens, quin ſubtractis lignis minuatur & extinguatur: idcircò imputanda eſt nobis ſuperbia & contumacia carnis, ſi propter illam plerunque ſuccumbimus: nam *Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſteà ſentiet eum contumacem.* Quamobrem alio in loco prudenter admonemur vt carnem affligamus, cùm dicitur: *Cibaria, & virga, & onus aſino: panis & diſciplina, & opus ſeruo.* Quo fit, vt nonnulli ex ſacris interpretibus illud genus Dæmoniorum, quod non eijcitur niſi per orationem & ieiunium, vt eſt in Euangelio, ad carnem exiſtiment myſticè referendum eſſe, cuius à tam vili, tam turpi, atque indecora ſeruitute, ieiunij beneficio liberamur. Erat nimirum ſpumãs puer ille & lunaticus, qui à Dæmone opprimebatur, lunaticus verò ille eſt, qui ab ijs, quæ ſub Luna ſunt, pendet; cuius caro inconſtans eſt, atque Proteo mutabilior; & modò cadit in ignem iræ & ambitionis alta petentis, modò in aquas voluptatum, quæ ad ima deſcendunt. Ac dicitur ab infantia ſua puer oppreſſus: videlicet ob malum rebellionis ac fomitis, quem quidem vſque ab ortu ipſo cõtraximus. Per dictam autem carnem intellige, vitia, quæ illam conſequuntur, ſimul cum illa eſſe expugnanda: cuiuſmodi ſunt, gula, ebrietas, luxuria, profuſio ac prodigentia, riſus immodicus, & peccata linguæ, quæ ſaturitatem conſequi ſolent: ita vt carne per ieiunium victa, anima efficiatur Regina atque ſponſa Chriſti: ſimiliter atque Eſther, quæ ieiunio conſequuta eſt, vt efficeretur ſponſa Aſſueri magni illius & potentiſſimi Principis, in quo Chriſtus pulcherrimè eſt adumbratus.

1. Cor. 9.

Hinc poſſe nobis ſemper magis ac magis vinci ac debilitari.

Prou. 29.

Eccleſ. 33.

Carnis quæ vitia proſternenda.

Eſther 4.

Deinde, per ieiunium vincitur Mundus, nempe oculorum concupiſcentia, cum diuitijs pariter & honoribus. Etenim temperantiæ, & ieiunio ſeruiens, ſanus eſt, egetq; paucis; habet præterea vnde elargiri eleemoſynas poſſit, ſi velit. Qui verò carni ſeruit inſatiabili, multa contra legem Dei, multa contra proximum peccata admittit, vt habeat vnde illi ſatisfaciat; ſi tamen tali ſanguiſugæ vnquàm ſatisfieri queat, quæ ſemper dicit, Affer, Affer; & Dauid:

Secundus ieiunij fructus

Matt. 17. Fomes accidupiſcentiæ quam apertè puero lunatico, ſecundũ aliquos, cuius Dæmonium expulit Chriſtus repræſentatur.

Carni ſeruiens quàm peccatis obnoxius.

Diuites

Prou. 30. Pſal. 33. Dan. 1.

Diuites egerunt, & eſurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Tales erãt illi tres pueri ſodales Danielis: nam cùm Dominum inquirerent, & nollent edere de menſa Regis Nabuchodonoſor, ne contaminarentur, pulchriores tamen cæteris pueris viſi ſunt atque robuſtiores. Proiecti deinde in fornacem ignis ardentis, à Deo protecti ſunt: vnde & incolumes euaſêre.

Ieiuni quib. ſimiles reddantur.

Tertius fructus ieiunij.

Prætereà ieiunium præſtat vt Dæmones vincamus, quo pacto Chriſtus de Satana triumphauit, nobisq; ieiunij armis de hoſte triumphandi, exemplum præbuit. Vt enim fames lupum de ſylua extrudit, ita eſuries à nobis expellit Diabolum, qui ambulans per loca arida & inaquoſa, requiem inuenire non poteſt. Hinc certum genus Dæmoniorum non expellitur niſi oratione & ieiunio, vt dictum eſt ſuprà. Ac quem admodum Iudith (vt probabile eſt) ieiunio armata caput Holophernis amputauit, & Eſther eodem telo peruicit atque expugnauit Amã Iudæorum capitalem hoſtem, ſimiliter Dæmon guloſos Adam iuxta atq; Heuam expugnauit. Et, vt teſtatur Ambroſius, ſputum ieiuni hominis, venenum eſt ſerpentis: non ſecus ac ſputum ſerpentis, eſt venenũ hominis. Et nos ſi ieiuni ac ſobrij ſumus, in ſemine Chriſti connumeramur, de quo prædictum eſt quòd conterere habeat caput ſerpentis. Nemo ergo miretur, ſi carne debilitata, vires maligni ſpiritus in nobis frangantur. Nam vt luſtro deſtructo, fera quæ in eo deliteſcebat, facilè capitur, ita carne flagellata, Satanas flagellatur iuxta id dictum Apoſtoli: *Ego ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum, et in ſeruitutem redigo.* Vnde pulchrã hanc doctrinã hauſit Auguſtinus: *Ictus carnis, & vibices, ictus eſſe & vibices Satanæ.* Atque hoc eſt quod in alio loco Apoſtolus dixit: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Principes & poteſtates*, &c. Hoc eſt, Non eſt nobis colluctatio in carnem & ſanguinem, ita vt in ea (ſcilicet carne) terminetur lucta, verùm in illis vltra progreditur in Dæmones in carne & ſanguine ſedem figentes atque habitantes.

Matt. 12.

Iudith. 9. Eſther 4. Gen. 3.

B. Ambroſ. lib. 6. Hexame. c. 4. in fine, tomo 4. Ieiunium hominis, vel ſerpentis ſputũ quam vim habeat. *Gen. 3.* Luſtrum Satanæ quod.

1. Cor. 9.

Auguſt.

Epheſ. vlt.

Quomodo non ſit nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem: vt ait Apoſtol⁹. Quartus fructus ieiunij.

Item ieiunium victoriam parit Angelorum, quibus nimirum eſt cognatum ipſum ieiunium & abſtinentia, quemadmodũ & quæ illis comparatur virginitas. Quamobrem ieiunio completo veniunt Angeli, & miniſtrant Chriſto. Poſt ieiunium trium hebdomadarũ venit Angelus Michaël ad Danielem. Poſt Saræ ieiunium ad eam venit Raphaël Angelus: ad Heliã famelicum ac ſitibundũ venit Angelus cum pane ſubcineritio, & vaſe aquæ: ad Cornelium Centurionem orantem & ieiunantem Angelus venit edocturus eum de neceſſarijs ad ſalutem, Act. 10. & vt Ioannes Baptiſta neque comedens neque bibens dicitur Angelus: ita qui ieiunat in Quadrageſima, aut Angelus eſt, aut Angelus fit.

Matt. 4. Dan. 9. Tob. 7. 3. Reg. 19.

Act. 10.

Matt. 11.

Ibid.

Ad hæc, ieiunio ſanitas, bonaq; valetudo comparatur, & parta ſeruatur, atque adeò omne morborum genus, quod corpus infeſtat, propulſatur. Propter crapulã enim multi obierũt: & plures occidit gula, quam gladius: vt Scriptura teſtatur. Vnde Chryſoſtomus in Ioannem hom. 27. in fine, *Vilis*, inquit, *& tenuis & ſimplex menſa, bonæ valetudinis, mater eſt: ita eam Medici appellarunt: & non ad ſatietatem crapulari, ſanitatem, & ſanitatis parentem: contra ſatietatem morborum ipſa medica arte incurabilium dixerunt: quod perſpicuum eſt: Siquidem pedum, capitis, oculorum, manuum ægritudines, paralyſis, hydropiſis, icteros, febres longæ & acutæ, & plures id genus morbi, nimia crapula contrahuntur: neque enim vacat in præſentia omnes enumerare, qui non ex modico & temperato victu, ſed voracitate & crapula ingenerantur. Quòd ſi vis animi quoq; morbos hinc prouenientes intelligere, auaritia, iactantia, bilis, luxuria, deſidia, omnis denique incontinentia hinc ducit originem, nec ſecus ac aſini animæ immodicis menſis, & tot belluis diſtractæ luxuriant.* Hæc ille, & verè, & eleganter. Facit etiam ieiunium vitam ipſam iocundiorem quodammodò: nam perpetua abſtinentia cruciat, perpetuus eſus eorundem ciborum tædium parit: at nunc ieiunare, nunc verò edere; & modò quidem his carnibus vti, modò verò piſcibus, profectò hæc variatio ac viciſſitudo naturam mirificè delectat. Quod his verbis lib. de Helia, & ieiunio ca. 9. pulcherrimè docet B. Ambroſius: *Ipſis etiam ieiunium conuiuijs dat gratiam; Dulciores poſt famem epulæ fiunt, quæ aſſiduitate faſtidio ſunt, & diurna continuatione vileſcunt. Condimentum cibi ieiunium eſt. Quanto auidior ſitis & appetentia, tanto poculum gratius, eſca iocundior:* & infra: *Vſu etiam pretioſa degenerant, quorum autem difficilis poſſeſſio, eorum grata perfunctio. Ipſe Sol poſt noctem gratior: ipſa lux poſt tenebras ſplendidior: & poſt vigilias ſopor dulcior: ipſa ſalus poſt ægritudinis tentamenta iocundior.* Hæc ille.

Act. 10.

Matt. 11.

Ibid.

Quintus fructus. *Eccle. 37. B. Chryſoſt. tom. 3. in principio.* Qualis menſa Chryſoſtomo, bonæ valetudinis mater ſit.

Crapula quorum ſit morborum, & ægritudinum mater, eodẽ autore.

Ieiunium vitam nobis iocundiorem efficere.

B. Ambroſ. tom. 4.

Poſtremò, per ieiunium Deum ipſum pluribus modis expugnamus. Primùm quidem eius indignationem in peccata noſtra conceptam placando, atque illam mitigando, remiſſionemque culpæ obtinendo, ſicut Niniuitæ fecerunt ad prædicationem Ionæ, de quibus dicitur: *Et vidit Deus opera*

VI. fructus.

Ionæ 3. Matt. 12.

eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit; & de Achab ieiunante, & carnem cilicio macerante Dominus dixit ad Heliam: *Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius.* 3.Reg.21. Per Ioëlem quoque idem Dominus ait: *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus*, & reliqua. Ioel.2. Placatur ergo cœlestis ille Pater in afflictione filij visa: *Quia si nos iudicaremus*, vt Paulus ait, *non vtique iudicaremur*. 1.Cor.11. Deinde Deum expugnat impetrando ab eo virtutes, quibus rectè vita nostra instituitur atque exornatur. Siquidem ieiunio acquiritur temperantia, quam in diuinis sequitur fortitudo atque prudentia, cæterarumque virtutum chorus & comitatus. Vnde Anna mater Samuelis post ieiunium peperit filium suũ: nimirum per ieiuniũ vim accipimus edendi opera bona. Verbum etiam Domini est: *Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.* Matt.7. Petimus, orando: quærimus, eleemosynas in pauperes erogando: pulsamus ad ostium Diuinæ misericordiæ, corpus nostrum ieiunijs affligendo atque percutiendo. Prætereà, à Deo extorquet donum intelligentiæ, & mentis eleuationem: vt docet exemplum Moysis: nam vt ille post ieiunium quadraginta dierum, recepit bis tabulas legis, ita in corde nostro per ieiunij quadragesimalis obseruantiam scribitur lex amoris, siue charitatis. Exod.31. infra 34. Daniel postquam tres ieiunauit hebdomadas, promeruit tempus Christi aduentus cognoscere: & Paulus post ieiuniũ illuminatus est, & vt creditur, ad tertium vsque cœlum raptus. Dan.9. & infra 10. Act.9. 2.Cor.12. Patres antiqui, & Doctores Ecclesiæ veram Scripturæ intelligentiam multis ieiunijs, & precibus consecuti sunt; ipsique laborauerunt, vt nos in labores eorũ introiremus. Ad hęc, impetrat spiritus affectus ve nostri inflammationem, & ardorem ad diuina: quia enim ignis cupiditatis per ieiunium extinguitur; accenditur charitas tanquam lignum combustioni proximum. Hinc Helias post ieiunium rapitur in curru igneo: & Spiritus sanctus in forma ignis in ieiunos Apostolos ac cæteros qui aderant, hora diei tertia descendit: vt Lucas in Actis testatur: atque ita inflammatus & accensus spiritus disponitur ad rectè orandum: nam vt cithara vacua bonum reddit sonum, ita orans ieiuno corpore, gratas apud Deum effundit preces. Amplius, consolationem promeretur diuinam: qui enim propter Deum delectationes spernit corporis, dignus est, cuius spiritus cœlesti solatio impleatur, iuxta illud: *Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur*: atque vt contemnentibus ollas carnium, & pisces Aegypti, datum est cœlitus manna, sic respuentibus huius vitæ solatia spirituales deliciæ communicantur. Ad extremum, ieiunio in Dei gratia facto, debetur æternæ vitæ præmium: ac meritò esurienti donatur saturitas gloriæ: de qua Dominus: *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur*; & in alio loco: *Vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo.* Et sane Christus immensitatem præmij cœlestis significare volens, dixit: *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui est in abscondo: & Pater tuus qui videt in abscondo, reddet tibi*: non explicat quid redditurus sit: quia *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit Deus diligentibus se.* Quamobrem rectè Ambrosius lib. de Helia & ieiunio cap.2. *Meritò*, inquit, *illum* (scilicet Heliam) *dignum cœlo diuina iudicauit sententia, vt cum ipso raperetur corpore, quoniam cœlestem vitam viuebat in corpore, ac supernæ vsum conuersationis exhibebat in terris.* & statim infra capite 3. *Quid est enim ieiunium nisi substantia & imago cœlestis? Ieiunium refectio animæ, cibus mentis est. Ieiunium vita est Angelorum, ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum est castitatis: Hoc ad Deum gradu citiùs peruenitur: hoc gradu Helias ascendit, antequam curru hanc hæreditatem sobrietatis & abstinentiæ ad cœlum abiens discipulo dereliquit, &c.* Per totum librum similia multa ieiunij præconia decantat. Vbi sunt ergo noui isti magistri, qui ieiunium rem Iudaicam, ac nullius vtilitatis, imò exercitationem corporalem ad modicum vtilem calumniari non formidant: cùm alia sint præconia, quibus in Sacris literis decoratur, & à sanctis Patribus exornatur, amplissima. Ecclesia verò, vt impudentium hæreticorum ora obturaret, dæmonumque tentationibus obueniret, & filios consolaretur atq; confirmaret suos, cani per totam Quadragesimam voluit in tremendo altaris sacrificio: *Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia, per Christum Dominum nostrum.* Igitur per omnia vim præceptorum Ecclesiæ intelligamus, atque illis per omnia obtemperemus, non secus atque præceptis Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Matt.5. Exod.16. Ieiunij merces, ac præmium. Matt.5. Luc.22. Matt.6. Quo verbo eius præmij magnitudinem Dominus declarauerit. 1.Cor.2. Esa.64. Ambr.tom.4 Ieiunij Ambrosianæ laudes, & encomia. 4.Reg.2. Quibus Epicurei nostri Lutherani ieiunium tralis dehonestent, ac dedecorent. 1.Tim.4.

RELIQVA verò quæ ad tractationem perfe-

perfectam ieiunij spectant, nempe, quale esse debeat, & quibus circumstantijs ornari: quod consilium Dei, hoc ieiunio affligi nos præcipientis: quales excusationes adferant, tùm hæretici, tum Catholici ad fallendum ieiunij præceptum: & quatenus in illud dispensatio humana cadere possit, commodiùs in sequentem librum discutienda seruamus. Interim hæc pauca hoc loco sufficiant.

TRACTATVS XII.

In illa verba: *Et accedens Tentator, dixit ei, Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit, Scriptum est, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.*

Cur homines spectaculis intersint, & quib. adesse non liceat.

COnsueuêre homines magno ardore & frequentia ad publica spectacula ac currere; maximè verò si ineũdum sit duellum ac singulare certamen aliquod certa die indictum; siue hoc faciant partis alicuius fouendæ gratia, siue studio curiositatis inducti ad pascendos oculos, siue alia de causa quacunque humana eò conueniant; cæterùm citra peccatum eiusmodi spectaculis adesse non licet, cùm ex aliorum casu, aut morte, quod per se est illicitum ac turpe, captare voluptatem contendant. En Euangelium, optime lector, singulare certamen Christum inter & Satanam nobis intuendum proponit: quod cùm nos maximè tangat, ac maximè referat scire, opus est nobis non tam oculos corporis, quàm spiritus intentos, ac perspicaces habere: quæ res non solum citra offensam vllam Dei fiet, verum etiam maximo cũ nostro merito, atq; fructu. Nam Christi certantis victoria nostra est, ad meritum, & coronam: Christi lucta, atque pugna nobis in exemplum proposita est, vt dicamus congrediẽdum nobis esse cum diabolo, & quibus armis aut artibus illũ expugnare debeamus. Cùm ergo de armis, quibus Christus dæmonem vicit, dictũ sit; supereſt de primo ipso congressu tractare. Accessit ergo Tentator. Dicitur autem Tentator: quoniam vt diximus, ex habitu artem, atq; officium tentandi ipse sibi vsurpauit & assumpsit. Munus eius est tentare, id est, ad malum inducere ac impellere: quemadmodum cantor, mercator, & sartor non is dicitur, qui casu vestem suam laceram reficit, vel qui necessaria ad vitam emit, vel qui interdum sola voluptate canit: verùm cantor est, qui publicè munus cantãdi profitetur, mercator verò, qui ideò emit, vt vendat, & mercaturam exerceat, sartor verò, qui hanc artem profitetur victus caussa: ita Tentator is dicitur, qui non semel, aut bis, aut ex euẽtu homines tentat, verùm qui ex habitu & cõsuetudine artificium hoc pelliciendi homines ad malum, & in peccatum agendi, ac proinde in perpetuam gehẽnam detrudendi deturbandique exercet. Eadem ratione Paulus simili voce atque Euangelista Matthæus dæmonem (*nempe Tentatorem*) vocauit; ait namque in priori ad Thessal. cap. 3. *Ne fortè tentet vos is qui tentat*: quod idem est ac si dixisset: Ne fortè tentet vos Tentator, in quo sensu dicitur à Iacobo: *Deus intentator malorum est*. Iacob.1. Quia verò, vt testantur Origenes in Lucam, & Hilarius in Matth. hic dæmon Lucifer fuit, siue supremus ille inter spiritus malignos archidiabolus; de quo Dominus: *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam*: neque decebat alium cum Christo congredi, quam summum; qui & cũ primo parente nostro congressus est, rectè dicitur in hoc Euangelio & Satanas, & diabolus, & tentator per Antonomasiam. Satanas quidem, quia eius est aduersari diuinis operibus, nostræq; adeò saluti propter illum. Diabolus, id est, delator, criminator, calumniator, & accusator fratrum nostrorum, quòd nimirum officium illius sit, Deum apud homines, homines apud Deum calumniari, non secus ac ille, qui seminaret inter virum & vxorem discordias: apud virum quidem de vxoris fide ac pudicitia obloquẽdo: apud vxorem autem de viri ardenti in alienas vxores amore, ab suarum in illas diuitiarum profusione obmurmurando: verùm vtrumq; & falso, & calumniose. Talem profectò se gerit diabolus inter fideles & Deum: & vbi in Hebræo habetur Satan, ferè semper Septuaginta interpretantur Græcè διάβολον, vt Psal. 108. Diabolus stet à dextris eius: & B. Petrus vim & significationem Hebrææ vocis explicans dixit, Aduersarius vester diabolus circuit. Tentator porrò dicitur, tùm ob dictas caussas, tùm quod primus extiterit qui in cœlo Angelos tentauit, atque eos tẽtatione perdidit; & qui princeps ipse nostros primos parentes tentando aggressus est, quos etiam de terrestri paradiso eiecit atque deturbauit. Est etiam is, qui tãquam princeps huius mundi per alios malignos spiritus quasi per suos satellites ac ministros, homines, qui in mundo hoc versantur, tentare vexareque non desinit.

1.Thess.3. Iacob.1. B.Ignatius epist. 8. ad Philipp. & Orig.hom.31. tom.2. Hilar.can.4. Ioan.12. Beelzebub iste, qui & Lucifer princeps dæmoniorum dicitur, cur Satan, & diabolus, & tentator Matthęo nominetur. Apoc.12. Psal.108. 1.Pet.5. Apoc.12. Gen.3. Ioan.12. infra 14.

Christi cum Satana tentatore certamen cur nostro maxime sit dignum aspectu.

Quare Tentator, Satan appelletur.

Ac dicitur accessisse, siue appropinquasse, corpore humano assumpto, quòd eius ingenium est, vt tanquam leo rugiens obambulet,

Quid quod Tentator ad Christum dicitur accessisse.

1. Pet. 5. 2. Cor. 11. Gen. 3. Idem in forma serpentis cur Adam, Heuamque tentauerit. Eidem vndeius, causæq; tentandi.

ambulet, quærens quem deuoret, captans occasiones tentandi maiores semper, decipulasq; tendendi. Mira siquidem calliditate se cum nostris cogitationibus atque affectibus coniungit, & transfiguratur in Angelum lucis; adeò vt vix discerni queat, nisi Dominus beneficio singulari nobis aperiat oculos. Ex quo factum est, vt olim formâ serpentis induëret, quo facilius primos parentes seduceret. Verùm hoc facultatis atque potestatis accepit ex peccato antiquo, quo occultiùs posset tentationis retia tendere, ac per hoc esset illum vincentis gloriosior victoria, vt est difficilius in facie amici hostem agnoscere, quam in forma hostili. Ita igitur hic in specie sancti alicuius viri atq; religiosi illius temporis eremicultoris apparuisse (quandoquidem de pijs loquitur in prima tentatione) creditur, in secũda verò, vti infrà dicemus, in forma Angeli, in tertia autem, cùm promisit illi omnia regna mundi, figuram, atque habitum Principis, magnique Regis assumpsit. Sed frustra, vt ait Sapiens, iacitur rete ante oculos pennatorum. Etsi enim astutissimus sit dæmon, & in tentandi arte perquam exercitatissimus; erat tamen sibi res cum sapientissimo, cuiusque sapientia vincit omnem malitiam, non secus atq; Sol ardens dissoluit omnem nebulam. Vniuersæ igitur hæ tentationes foris factę sunt, non intus: sicut & illa tentatio, qua primos nostros parentes ad peccatum solicitauit in statu innocẽtiæ nonnisi externa fuit. Christi quoq; perfectionem valde dedeccbat per interiores cogitationes phantasiæ contra spiritũ tentari, non autem exterius illas audire, & vincere. Accessit autem, stipatus fortè multitudine dæmonum, quibus cum quomodò sibi esset congrediendum, consultauerat.

Quo habitu figuraque in trina tentatione Dominum sit aggressus vetcrator ille.

Dixit ei, Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Ad harum tentationum pleniorem intelligentiam, præmittere oportet in primis, verosimile esse, multa alia inter Christum & dæmonem vltro citroq; fuisse dicta, sed Euangelistas tantùm rei summam breuibus comprehensam nobis tradidisse, quia videlicet Spiritus sanctus, qui eos in scribendo dirigebat, hoc satis esse ad doctrinam, & exemplũ arbitratus est. Quod ideò animaduerterim; ne quisquam ex Paganis, vel ex Iudæis, tam concisam in re maxima describenda orationem calumnietur.

Prou. 1. Christi sapientia, Diabolique stultitia.

Sap. 7. Christum cur nisi extrinsece dæmon tentauerit. *Gen. 3.*

Hæc tantum modo Christi, & dæmonis tẽtatotis dicta atque responsa Euangelistæ quare retulerint.

Deinde præmittimus, hos Satanæ cum Christo congressus, cùm inter astutissimũ, vaferrimumq; omnes inter malignos spiritus, & sanctissimum, sapientissimumque Messiam habiti sint, ita esse à nobis intelligendos, atque explicandos, vt, quod ad diabolum attinet, grauissimam malitiam, atq; insignem calliditatem contineant; quod verò ad Dominum spectat, summam sapientiam simul cum sanctitate coniunctã ad meritum, exemplumque nostrum complectantur.

Christi cum Satana congressus, in vtroque quid arguunt.

Præmittendum præterea, luctam hanc ab Spiritu sancto procuratã fuisse, qui quidem propterea Christum emisit in desertum ad pugnandum; quatenus in hac pugna secundus Adã Christus repararet, quod in primo duello Adæ cum serpente nos amisimus. In hoc enim apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli, & vt Ioannes dixit: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Quoniam verò naturale est, vnumquodq; illo dissolui vinculo, quo colligatum est, per cõtrarium tamen: ideò quemadmodũ in Adam existentes, in illo cum Satana congressu succubuimus omnes, ita in secundo Adã Christo similiter omnes inuenimur. Nam ille communem nostram agebat causam, atq; in eo vincente vicimus: hinc meritò factum est, vt omne suum ius, quod in nos habebat per peccatum, amilerit. Superauit dæmon primum hominem tribus apertis mendacijs. Primùm, cùm dixit: *Cur præcepit vobis Deus ne comederetis de omni ligno paradisi?* Deinde cùm ait: *Nequaquam moriemini.* Postremò, *Aperientur oculi vestri; & eritis sicut dij scientes bonum & malum.* Qui dæmon & ipse superatus à Christo est veritatibus tribus, seu sententijs ex Scriptura depromptis, quas in Tentatorem Christus produxit. Sic enim Irenæus lib. 5. aduersus Valentinianos antidotum in his tribus cõgressibus colligit. Peccarũt primi parentes triplici illa concupiscentia, oculorum, carnis, & superbiæ vitæ. Nam quantum ad cõcupiscentiam oculorum, erat in amœnissima paradiso omnium arborum delicatarum genere consita: in illaque deambulans vidit lignum vetitum, cœpitque contemplari prohibita quæ non debuit, ne eorum pulchritudine alliceretur, ac irritaretur caro. Inde enim locus occulta quadam superbia præuenta patefactus est dæmoni, vt adoriretur, ac persuaderet esum pomi: *In quacunque*, inquit, *die comederitis ex hoc pomo, aperientur oculi vestri.* Irritata verò carne, dæmon pertraxit ad apertam superbiã vitæ, cùm dixit: *Et eritis sicut dij scientes bonum & malum, si comederitis.* Contra verò Christus amœnitatem deliciosissimæ paradisi austeritate, & sterilitate deserti compensauit, vbi nulla mentis per oculos distractio, nihil gustui delectabile, nihil aspectui pulchrum, omnia syluestra, omnia

Christus eductus in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo? *Gen. 3.*

1. Ioan. 4.

Ioan. 1.

In Adam victi fumus à dæmone: victores sumus in Christo. *1. Cor. 15.*

Quo triplici mendacio primos parẽtes vicerit dæmon. *Gen. 3.*

Idem à Christo victus triplici ventate. *B. Irenæ.*

Oculorum concupiscentiam Adæ & Euæ, quo Christus antidoto sanauerit. *1. Ioan. 2.*

Gen. 2.

Infra 3.

Eorũdem erga se inuicẽ immodici amoris antidotum à Christo factum. *Gen. 3.*

infructifera, atque horrida. Erant in paradiso vir & mulier summè se amantes; vt ille mutuus amor viri casum operatus sit. Hic etiam debebat vterque sexus in campum prodire, vt verba Scripturæ porrigere videbantur: *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: & ipsum conteret caput tuum.* Sed huic rei occurrit Dominus eligens in deserto solitudinem, nolensque cuiusquam societatem: nam & B. Virginem matrem à se tunc segregauit, non sine carnis vtriusque dolore, vt illud seruaret in se ipso, quod postea verbo nos docuit: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.* Non quo per Virginem vllum posset ei oriri scandalum, nam nec dedisset sanctissima Mater; nec si dedisset, ille qui ab ab omni peccato alienus erat, accepisset; sed athleta noster pugnaturus, sic medicari voluit plagam inflictam per nimium amorem viri ad vxorem. Nam sic ille excusauit peccatum; *Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi.* Christus ergo sapienter se abstraxit à societate, vt indicaret tutiorem pugnandi modum ad victoriam. Neque propterea putandum est, Virginem segregatam tentatam à diabolo nó fuisse, & ab ea caput serpentis non fuisse contritum, vt prædictum erat. Et licet hoc non exprimatur; satis tamen fuit, in Scripturis de Christo apertè hoc tradi, à quo principaliter pendebat nostra salus: & hoc de matre relinqui priuatorum, & sanctorum Doctorum meditationibus. Non tamẽ defuit locus, vbi simul ambo pugnarunt, & vicerunt: nam cùm ille penderet in Cruce, & hæc staret iuxta Crucem sustinens gladium doloris, egregium de hoste triumphum reportauit. Illi in paradiso habebant omnia animalia blandiẽtia, eorumque nutibus obedientia; Christus in deserto omni humano aspectu cognatorum, matrisque destitutus, cum bestijs erat, vt ait Marcus: nam homo per peccatum comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Simili ratione Nabuchodonosor, qui se supra hominem extulerat, infra hominem deiectus est, atque adeò humiliatus, vt fœnum sicut bos comederit, & cum feris habuerit habitationem suam. Contra concupiscentiam carnis ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Ille tentatus de cibo vetito, neque necessario, victus est: Christus solicitatus ad edendum non vetitum, sed tamen necessarium, victor euasit. Victus est Adam, ne suas delicias contristaret, id est, Heuam, de qua dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea:* vicit Christus diabolum, contristãdo suas delicias, hoc est, carnem suam innocentem, atque à se dilectam affligendo. ¶ Contra superbiam vitæ Christus se humiliauit, diuinitatemque suam irritatus non prodidit; nec ostentauit, sed abscõdit, texitque. Atque hæc quidem si diligenter expendantur, multum conferunt ad conflictum Christi cum Satana intelligendum & ad luce quadam Spiritus sancti, responsa Christi in tentatorem persundenda atque illustranda. Est enim hæc pugna antidotus quædam expressa, atque præsentanea prioris & antiquæ illius primi hominis cũ serpente luctæ. Ait itaq; in primo congressu: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Miretur quispiam, quoniam Lucas in singulari numero dixit: *Dic vt lapis iste panis fiat.* Sed difficile non est hæc ad cõcordiam redigere: nam fieri potest, vt ostenderit aceruum lapidum, qui tum lapis singulari numero, tum lapides in plurali dici potest: vel fortè etiam vtrumq; dixit: nempe, Dic vt lapides isti panes fiant; vel saltem dic vt lapis iste panis fiat: proinde solida non est Theophylacti ponderatio, qui vult dæmonem solicitasse Christum ad superfluã: cùm enim panis vnus sufficeret, postulabat lapides in panes conuerti. Extant aũt in præsentem vsq; diem saxa magna, atque nigra in monte illo, quem vocant Quarentenæ, quæ fidelibus eo loci peregrinantibus in huiusce rei fidem & memoriã ostendũtur. Verba hæc videntur prima facie simplicia, & nihil doli ac fallaciæ continere: quid enim mali erat ostendere se filium Dei, qui ideò venerat in mundum, vt testimonium perhiberet veritati? Quid tandẽ mali esurientem inuitare anachoretã ad comedendum, præsertim duntaxat panem post tam longam inediã, cùm id sit primo homini oblatũ: *Ex omni ligno Paradisi comede?* Quòd si dicas, fuisse speciem quandã cogitandi de crastino: in promptu habebit responsionẽ: cũ enim vrgeret fames, cogitatio de præsenti erat, non de crastino. Rursus, si dicas importunũ fuisse, sibi vt aliquo signo de pane prospiceret: profectò id nó videtur rationem peccati habere: nam necessitate quadã cõpellebatur in deserto Domin. cùm nihil ibi esset præsto ad comedendũ: eratq; procul ab oppidis, vnde panis copia suppeditari posset; atq; illa si progressa fuisset esuries, illum ad interitum deduxisset. Accedit, si pro alijs, nempe turbis, & quidẽ bis, panes ac pisces, necessitate cogente, multiplicauit in deserto non solũ sine peccato, sed cũ merito: cur non idem pro se ipso potuisset efficere? Difficile igitur est astum venari diaboli, cum versipellis sit, & complicatissi-

Eiusdem antidotum contra eorundẽ superbiam vitæ.

Diabolus dixerit ne Christo, Dic vt lapides isti panes fiant, an verò, Vt lapis iste panis fiat quomodo Lucas. *Luc. 4.*

Theophylacti inepta solutio rejicit.

Prima dæmonis tẽtatio in specie quàm vtilis & honesta videbatur. *Ioan. 18.*

Gen. 3. Matt. 6.

Matt. 14. Infra 15.

Ioan. 19. Caput illa serpentis iuxta Dei vaticinium, quãdo contriuerit.

Mar. 1. Psal. 48. Dan. 4.

Carnis concupiscẽtiam proprijs stomachorum Christi quomodo sanauerit.

Gen. 2. Ibidem.

mus. Nō videtur autem directè ac propriè voluisse inducere ad gulam: alioqui nullū esset peccatum gulæ post esuriem tantam vti pane tam necessario: ob id non dixit: Dic vt lapides isti phasiani fiant, aut capones. Deinde tradunt multi Patres, ignorasse dæmonem qualis esset Christus, homo ne, aliquis sanctus, siue Propheta, an verò Messias: rursus an purus homo, an verò etiam filius Dei esset, vt vox de cœlo delapsa in baptismo testata fuerat: atq; ita diabolum in magnas coniectum fuisse angustias, propter eiusmodi hæsitationem; ideoque ad tentandum accessisse, quo exploraret rei veritatem, esset ne filius Dei, an non: nam si filium Dei cognouisset; proposuerat sibi ab illo cauere, vtpotè ab eo, qui se esset fortior, à quoque vinci poterat potiùs, quàm eum vincere. Sin verò secus esset, sperabat se facilè posse victoriam de illo obtinere, & in peccatum impellere. Atque huius sententiæ videtur esse Ignatius epist. 8. ad Philippenses, agens enim in dæmonem, sic loquitur: *Iterum ne vidisti hominem quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ingustato cibo humano, & Angelos ei ministrantes, quos & tu timebas? videns primò quasi communem hominem baptizatum, & causſam ignorās; post ieiunium verò esurienti insidiabaris, & tentabas quasi communem hominem, ignorans quis esset. Dicebas enim: Si filius Dei es, ignorantia id est: nam si verè cognosceres, scires sine dubio, quia quæ impossibilia videntur ad faciendum, & difficilia ad conuertendum, factori omnia possibilia sunt.* Hæc ille. In eandem sententiam descendit Cyprianus sermon. de ieiunio & tentat. ait enim: *Hæc naturarum* (scilicet diuinæ cum humana) *coniunctio diabolum excæcabat: quia impossibile ei videbatur, vel quòd esurire posset diuinitas, vel quòd tantæ tolerantiæ posset esse, tantæq; potestatis corporalis humilitas. Duplicem itaque inquisitionem sinuosa calliditate orditur, vt de Christo vtrum naturalis filius Dei sit, ipso respondente certitudinē habeat: vt cum Deum confessus se fuerit, absurdū videatur quòd Deus esuriat, & in quamcuuq; partem se responsio verterit, necessitas conclusionis occurrat: Si filius Dei es, tibi non competit esurire. Quòd si esuris; manifestum est filium Dei non esse; quem violentia necessitatis communibus indigentijs intercludit. Succurre, inquit, necessitati, si potes: alioqui deficies: & præsentes lapides in panis muta substantiam; sic enim fiet vt euadas periculum; & si hoc potueris, probes te Deum. Non erat digna responsione quæstio malignantis: neque enim technas diaboli Dominus ignorabat, sed diuino cauillatori satisfecit eloquio, subtilissimo dogmate edocens, corporis, & animæ vitæ proprijs alimonijs deberi subsidia, & cibum animæ, id est, verbum Dei, edulijs corporalibus præponendum, & citiùs attentiusq; menti prouidendum, quàm ventri. Nec opus erat vt hoc facto insidiatori innotesceret: quia nullo signo eius poterat inuidia commutari, cuius incorrigibilem iniquitatem desperatio sugillauit. Superfluum igitur erat, ad suggestionem eius ibi nulla profutura miracula operari, cum satis esset diligenter considerāti, quod esurientem cibi non superabat appetitus; & desiderij motus defectio non esset, sed virtus.* Hæc ille. B. Hieron. in hunc locum sic habet: *Esurieti congruè dicitur, Dic vt lapides isti panes fiant: sed duobus contrarijs teneris, diabole. Si ad imperiū eius possunt lapides panes fieri, frustra tentas eum, qui tantæ potentiæ est. Sin autem nō potest facere, frustra filium Dei suspicaris. Si filius Dei es, &c.* B. Chrysost. super Matth. homil. 13. *Cùm enim audisset venientem de cœlo vocem, atque dicentem: Hic est filius meus dilectus: audisset etiam Ioannem testimonium illi tam insigne perhibentem, ac hominem deinde ipsum esurientem videret, magno teneri cœpit ambiguo. Nam neque hominem illum esse nudum credere poterat, propter ea quæ diuina vox de eo protulerat: nec rursus istud recipere, quòd filius Dei esset, quem esurientem videbat. Itaque maxima rerum cōclusus angustia, voces emittit ancipites. Et sicut in paradiso accedens ad hominem, finxit illa quæ non erant, vt quæ erant, disceret: ita hic quoque nesciens manifestè susceptī hominis ineffabile Sacramētum, & quisnam esset hic præsens, alia retia iacere molitur, per quæ se absconditū istud atque secretum opinatur addiscere.* Idem docet hom. 5. operis imperf. si tamen eius existat: ait enim; *Sicut semper diabolus omnes homines excæcabat vt non intelligerent quod est bonum: sic modo inuisibiliter ipse à Christo est obcæcatus, vt non cognosceret verum. Cogitauit enim apud se: Si poterit de lapidibus facere panes, verè filius Dei est: si autem non poterit, homo est. Sed quæ fuit cogitatio ista? Per hoc enim nunquam poterat cognoscere, si filius Dei erat; an non. Primùm, si filius Dei erat, nec esuriebat. Quomodo enim non vincat necessitatem naturæ carnalis, qui ipsam necessitatem in natura creauit? Et vt quid faceret de lapidibus panes, qui panem cum omnibus alijs ex nihilo, cùm voluit fecit. Deinde etsi esuriebat propter corpus, & volebat facere, faciebat quādo ipse volebat, non quando diabolus prouocabat.* Hæc Chrysostomus. B. quoque Ambros. in Lucam: *Quid sibi vult talis sermonis exordius: Si filius Dei es? nisi quia (diabolus) cognouerat Dei filium esse venturum: sed venisse per hanc infirmitatem (scilicet corporis) nō putabat? Aliud explorantis, aliud tentantis est: & ideò se profitetur credere, & homini conatur illudere.* Denique B. Hilarius in hęc verba sic ait: *Fallax diabolus, & ad traducendum artifex callidissimus,*

An diabolus Christū tentauerit, vt sciret si filius Dei esset. I. opinio Patrum, qui sequuntur.

B. Ignat.

Matt. 19.

B. Cyprian.

B. Hieron. tom. 9. in princ.

B. Chrysost. tom. 2. Matt. 3.

Autor operis imperfect. in Matt. tom. 2. oper. Chrys.

Ambros. lib. 4. in Luc. loquū de prima tentatione, to. 3.

Hilar. can. 3 in Matt.

mus, posse omnia Christū sciebat, & esuritionem in homine ex ipso ieiunij tempore sentiebat, ignarus quidnam esuriret ur. Eam ergo in tentando cōditionem operis proposuit, per quam & in Deo ex demutatione lapidum in panes virtutem potestatis agnosceret: & in homine oblectamento cibi patientiam esurientis illuderet. Sed Dominus non panem potius, quàm salutem hominum esuriens, ait: Non in solo pane viuit homo. Quia ipse non solùm homo, sed & Deus, licet vsque in tentationis diem cibo hominis abstineret, Dei tamen spiritu alebatur: ostendens non in pane hoc solitario, sed in verbo Dei alimoniam æternitatis esse sperandam. Hæc ille. Hos paucos ex veteribus Patribus producere volui, qui vno sensu videntur docere, dæmonis in tentando finem fuisse, certò cognoscere, an Christus filius Dei esset, necne. Ex eo etiam videtur hic sensus confirmari: quia dixit: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* quærebat etenim de filio Dei naturali: nam quòd esset filius adoptiuus, dæmon nequaquam dubitabat: quod quidem indicat illud: *Dic verbo*: Id est, iussu, & imperio tuo manda: Sic enim Centurio agnoscens Christi diuinitatem, inquit: *Non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus.* Eodem modo dicitur à Propheta: *Verbo Domini cœli firmati sunt*: Et, *Ipse dixit, & facta sunt?* quas sententias qui illas in tentatione allegare poterat dæmon, non ignorabat. Adoptiuus etiam nescit se filium esse Dei vt plurimum, tametsi illud ex signis cōiectare valeat. Adhęc, filius qui adoptatur, nequaquam pro voto suo & arbitratu facit miracula, verum pro impulsu Dei ac volūtate. Etenim, vt rectè sanctus Doctor tradit, virtus miraculorum non est habitus permanens, sed actus rantùm, qui pro nutu Dei adest, vel abest. Quā quam autē hæc probabilia sint, & Patrum sententijs confirmentur: sunt tamen nonnulla, quæ dęmonem non ea mente ad tentandum Dominum accessisse, vehementer probant, ac persuadent. Atque in primis illud ad rem maximè facit, quòd tentatio dęmonis minimè est, vt illa hominis ad sciendum, nec vt illa Dei ad profectum fidei, vel progressum virtutis præstandum, verùm propriè est ac tendit ad subuertēdum hominem, illumque fallendum, atque ad vitium pertrahendum: quod ex ipsis Scripturis exploratum redditur, atq; compertum. Dicitur enim simpliciter dæmon, Tentator; Deus autem malorum intentator: quod nō possumus aliter componere, quàm asserendo dæmonem tentatorem ad malum: *Fur enim*, vt Saluator ait, *non venit nisi vt furetur: & mactet, & perdat*: Deum verò, tentatorem ad bonum, & probationem nostram. Idem etiam tradunt Patres, inter quos B. Ambros. lib. de Abraham Patriarcha: *Aliter*, inquit, *tentat Deus, aliter diabolus. Diabolus tentat vt subruat; Deus tentat vt coronet. Denique probatos sibi tentat. Vnde & Dauid dicit: Proba me Deus, & tenta me. Et sanctum Abraham probauit antè, & sic tentauit; ne si ante tentaret, quàm probasset, grauaret.* Et iterum idem in illa verba Apostoli, secundo Corinth. vltimo: *Vos ipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos probate: Tentationem hanc probationem voluit intelligi, quia omnis probatio tentatio est, non tamen omnis tentatio probatio. Si enim Deus tentare dicitur, probatio est: si autem diabolus tentare dicatur, tentatio est, quia euertere nititur, & homo aliquando tentat vt probet, aliquando vt capiat.* Hæc ille. Vbi, quod ait: *Omnis probatio tentatio est*, verbo Prophetæ confirmatur, qui ait: *Proba me Domine, & tenta me.* Et ante eum Tertull. lib. de oratione, qui exponens illud: *Ne nos inducas in tentationem*: ait: *Id est, ne nos patiaris induci, ab eo vtique qui tentat. Cæterùm absit vt Dominus tentare videatur, quasi aut ignoret fidem cuiusq; aut deijcere sit consentiens. Diaboli est & infirmitas, & malitia.* Sic ille. Sicut ergo homo non tentat nisi vt sciat, & exploret quæ ignorat: vnde & syllogismus tentatiuus, vt supra diximus, homini adhibetur ad explorandam rei incertæ notitiam: quòd si homo, vt perdat, tentat aliquē, diaboli organum, atq; minister est; ita dæmonis astutissimi, ac veteratoris proprium est tentare ad ruinam. Nam quid velit tentare ad explorandum ille, qui omniū rerum naturas, atq; omnium hominū mores, & ingenia cognita habet, atq; comprehēsa? Et qui ab ipsa scientia, intelligendiq; celeritate, & & acumine nomen nactus est? Dæmon etenim, quasi Δαήμων, id est, sciens, interpretatur. Quod si explorandi, ac sciendi causſa tentaret, hominis esset organū, cui est proprium ob illum finem tentare.

Ad hæc Christus apertè se filium Dei, & verbis, & factis cóprobabat: hoc enim perspicuè, & clarè tum pastoribus per Angelos, tum Magis per stellam, tum Iudæis in templo existentibus per Simeonem, & Annam, tum demum reliquis per Ioannis testimonium cognitum fuit: hoc ipsum vox de cœlo veniens, & columba capiti eius insidens protestata est: hoc idem sanctissima eius vita, ac qualē in nullo vnquam viderat mortaliū dæmon, non obscurè prædicabat oculos ad videndum habentibus: denique id ipsum quadraginta dierum & noctium non alicuius iam cibi præsumpti virtute, vt Helias fecit, neque colloquio Dei, consortioque

Illa opinio vnde videat confirmari posse.

Matt. 2.

Psal. 32.

Psal. 148.

Filij Dei naturalis, & adoptiui discrimina.

Altera opin. eorū scilicet, qui diabolū negant ideò tentasse, vt exploraret diuinitatem Christi.

I. argum. Dei inter hominis & dęmonis tentationem cōtinēs discrimen.

Iacob. 1.

Ioan. 10.

B. Ambr. lib. 1. de Abrahā patriarch. ca. 8. init tom. 4. sub init.

Psal. 25.

Idem Ambr. tom. 3.

2. Cor. 13.

Tertul. to. 2.

Dæmon vnde dictus.

II. argum. à Christi vita, signis, atque Miraculis.

Luc. 2.

Matt. 2.

Luc. 2.

Marc. 3. & 5.

Ibidem.

Ioan. 1.

3. Reg. 19.

tioque sustentatus, vt Moyses, sed propria virtute factum apertissimè ieiunium indicabat. Dicere autem, dæmonem, alioqui sapientissimum, adhæc omnia oculos clausos habuisse, cùm sciret instare tẽpus Messiæ ex sacris voluminibus, quæ etiam illum Deum verum, atque hominem futurum clarè testabantur, vel asserere Deum impediuisse, ejusque non illustrasse mentem, & intelligentiam, quominus ista hæc dæmon perciperet, quæ tantopere illum intererat scire, quemadmodum nonnulli dicunt: durum videtur atque violentum, nulliscque Scripturarum testimonijs nixum, atque firmatum: cùm Christum cognitum à dæmonibus, Euangelia ipsa testentur: & ad victoriam Christi, quam de dæmone reportauit, illustrandam maximè pertineat, vt hostis diabolus cum Christo à se noto congressus fuerit.

Exod. 24. & 34.

Quod dæmõ nouerit verè Christũ Dei filium, atque Messiam, ostenditur.

III. argum.

Ampliùs quæro, num dæmon Christum an potius dęmonem vicerit Christus? Certè dici nequit Christum victum à dæmone. Si autem eo tendebant tentationes eius vt exploraret an esset filius Dei, neque obtinuit; quomodo ergo paullò post exibant dæmonia à corporibus clamantia, & dicentia: *Scimus quia tu es filius, vel sanctus Dei?* Quomodo Lucæ 4. dicitur de Domino, quòd non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christũ? nam causam assignat Euangelista prohibitionis fuisse scientiam dæmonum: Quòd scirent, inquit, Iesum esse filium Dei: quod dicitur non ex persona dæmonis patris mendacij, sicut cùm diceret; Scio quòd sis Christus, vel sanctus Dei; sed in persona Euangelistæ. Si igitur hoc extorquere voluisset dæmõ, profectò obtinuisset: quod tamẽ non est dicendum. Igitur alio in tentatione sua respiciebat dæmon, quàm vt hoc sciret.

Matt. 8.

Luc. 4.

Ioan. 8.

Principes huius seculi, Christũ Dei sapientiã, & Dominũ gloriæ, vt ait Paulus, qui non agnouerint. *1. Cor. 2. Chrysost. ho. 7. tom. 4. Theophyl.*

IV. argum.

Quòd si obijcias Paulum 1. Corin. 2. de Christo, qui sapientia est, dicentem: *Quam prædestinauit Deus in gloriam nostram: quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Respondemus, Chrysostomum, atque Theophylactum rectè hoc exponere de Herode, Pilato, Pontificibus, & Iudæis: hi enim propriè Christum crucifixerunt, quibus Petrus Actor. 3. dixit: *Et nunc, fratres, scio quia per ignorãtiam feciſtis, ſicut & Principes vestri.* Præterea, si huius rei notitiam exprimere se posse putabat, persuadẽdo, vt ex lapidibus panes efficeret, quomodo simile vero id esse potest, & probabile? nam si panes ea via effecisset, iudicasset potiùs dæmon hominem esse famis impatientem, atque esurie superatum, quàm Dei filium. Adde etiam his, non fuisse eius animum, vt filium Dei naturalem cognosceret, quatenus ita passionem eius, ac mortem, qua mundus erat redimendus, atque ipse principatu spoliandus, impediret, vt quidam opinantur: namq; eo posito, quòd agnouerit illum Dei filium, intelligere poterat, neque passionem, neque aliud opus eius ad salutem mundi ab æterno destinatum diabolum impedire potuisse, frustraque illum contrastimulum calcitrare. Qui enim omnipotenti filio Dei posset resistere, qui de se ait per Prophetam: *Omne consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet?* Principem etiam huius mundi, atque alios eius satellites, malignosq; spiritus congressos fuisse cum Christo in passione, excitasseque Iudæos ad inferendas manus filio Dei, atque ad tam audax atque nefarium facinus perpetrandũ, quod natura ipsa tot argumentis fletus, atque tristitiæ est testificata, perspicuum est: nam Ioan. 13. dicitur de Iuda, quòd diabolus misit in cor eius vt traderet Iesum: & ad eos, qui venerant, vt eum comprehenderent; *Ecce*, inquit, *hora vestra, & potestas tenebrarum*; videtur enim quod ignorans Christi passionem, & odio eiusdem Christi cæcatus, mortem eius machinatus fuerit: & tamen illi ipsi dæmones eum filium Dei, & sanctum Dei exeuntes de corporibus proclamarũt. Nec sequitur, dæmonem agnito Iesu filio Dei, debuisse timere pœnas propter audaciam, sceluſque tentandi: sed infelix ille & desperatus pœnam acerbiorem atque grauiorem non timet, qui extra viam est; ideò nihil veretur in filium Dei cognitum insurgere, sicut in passione veritus non est.

V. argum.

Ioan. 2.

Act. 9.

Esa. 46.

Vnde cõtra Satanã cum alijs spiritib. malignis in Christũ tempore passionis conspirasse. *Matt. 27.*

Ioan. 13.

Luc. 22.

Item, non videtur quòd fames dissuaserit dæmoni vt dubitaret, an Christus esset filius Dei, iuxta multorũ sententiam: nam sciebat Messiam futurum verum Deum, & verum hominem: & qui potest maius, proculdubio & id quod minus est. Qui ergo tanto tempore vacuo ventre permanserat, valebat famem ad tempus amplius comprimere (quod erat minus.) Quin etiam hæc ratio tentandi causa explorandi etsi locum habere posset in prima, & secunda tentatione, in tertia tamen non haberet locum: eo quòd ibi nõ dicitur: *Si filius Dei es*: sed simpliciter ad horrendum idololatriæ facinus Christum sub promissione regnorum mundi solicitauit. Quemadmodum ergo in tertia tentatione nihil ostendit se velle explorare in Christo, sed solùm crimen læsę maiestatis diuinæ, perquam horrendum suadere; ita etiam in priore ac posteriore tentatione ad scelus impellere voluisse,

Maligni spiritus maiorem pœnæ formidine, à tentando cur mitigandi desistant.

VI. argum.

Quod Satanas Christũ tentans, nihil nisi ab eo peccatũ extorquere voluerit.

luisse, rationi est maximè consentaneum. Est enim eius proprium opus elicere peccatum: siquidem mala eius mens, & malus animus nulla in re quiescit, nisi in flagitio atque peccato; hic est enim eius cibus: de quo dictum est: *Terram comedes cũctis diebus vitæ tuæ.* Spectabat & ad maiorem Christi de hoste triumphum, vt nõnisi notus Christus Satanæ, & Satanas Christo, inter se certarẽt, vt in hac parte pares & æquales essent vtriusque partes: semperque Satanas conqueri iure potuisset, quòd ignorãs Christi virtutem, non admouerit omnes virium suarum machinas, neque callidioribus vsus fuerit stratagematis. Constat autem Christum non solum vt Deus, sed etiam quatenus homo erat, diabolum agnouisse, atque eius consilia quò tenderent, cognita penitus habuisse, & explorata. Demus igitur diabolo, vt cum cognito filio Dei sit congressus, vt à scopo suo cadẽs, gloriosiorem de illo Christus referret triumphũ. Quòd si dicas; verba hæc: *Si filius Dei es, &c.* explorationem quandam in se continere, an ipse filius Dei esset, non est autem exploratio eius rei, quæ certò scitur: respondetur nonnisi infirmum, debileque argumentum ex verbis mendacis pro veritate statuenda stabiliendaque accipi posse. Si enim hæc verba à patre mendacij prolata intellexerimus, nihil profectò ex illis concluderetur quod dubitarit, vel non dubitauerit. Simulator est enim atque dissimulator diabolus: & cum aliquid extorquere conatur, fingit se longiùs ire; rem mendacijs inuoluit. Alioqui & illa verba quæ dixit ad Heuam: *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno Paradisi*: vel, vt Hebræa veritas habet: *Nunquid præcepit vobis Deus, &c.* arguerent ignorantiã præcepti, cùm tamen essent verba mouentis ad excandescentiam ac propter libertatem prȩcepto adstrictam & contractam, ad defectionem à Deo irritantis. Atque huic sententię subscribit Rupertus Tuitiensis libr. 12. de victoria verbi Dei, cap. 4. *Sed dicit aliquis*; inquit; *Si illum sciebat diabolus, ad quid instabat, experimentum quærens; & dicens: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant? Quemcunque res ista mouet, scire debet, quia fecit vt tentator, vel vt corruptor. Nam ille est, qui semper hac intentione tentat, vt corrumpat; planè non quærebat, vt ne tentat, vt cognosceret quasi incognitum, sed vt corrumperet cognitum. Quid autem est corrumpere, nisi similem, vel conformem facere?* Autor libr. quæstionum Noui & Veteris Testamenti inuẽtus in Bibliotheca sancti Victoris, sub nomine Augustini, parte 2. quæstione 7. *Sic natus Saluator ex Virgine est, vt & Christus esset, & filius Dei, non factura, sed ortu. Adhuc autem in minori ætate potentiam suam euacuãs, hoc est, à potestate sua dissimulans, impudẽtiam diaboli non prouocauit. Baptizatus autem, descendente in se Spiritu sancto, cum apparuisset hominibus testimonio Dei Patris, æmulatione zeli ductus est inimicus ad iniuriam: videns hoc factum sibi obesse, intellexit enim ordinationem baptismatis ad salutem hominum procuratam. Ideoq; accedit ad Saluatorem huius rei Principem, non vt approbet, sed vt locum inueniat euertendi. Tentatio enim aliquando ad probationem fit, aliquando sub dolo ad subuersionem. Arbitratus est enim quasi Saluatori elicuisset secundùm dolum voluntatis suæ responsum, vt regnum suum totum haberet securus, quòd duce Saluatoris doctrinæ subiecto, nemo mortem eius euaderet.* Hæc ille, qui expresse ait, Tentatorem non ad probationem, sed ad subuersionem Dominum tentasse. Et ante hos Tertullianus libr. 5. aduersus Marcionem, tractans illud verbum Apostolicum: *Loquimur Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula; quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominũ gloriæ crucifixissent*: damnans sententiam Marcionis, qui per Principes huius seculi intelligebat spiritus malignos, ait: *Sed iam nec mihi competit Principes huius æui virtutes & potestates interpretari creatoris, quia ignorantiam illis adscribit Apostolus; Iesum autem & secundùm nostrum Euãgelium diabolus quoque in tentatione cognouit, & secundùm cõmune instrumentum, spiritus nequam sciebat eum sanctum Dei esse, & Iesum vocari, & in perditionem eorum venisse. Etiam parabola fortis illius armati, quem alius validior oppressit, & vasa eius occupauit, si in creatoris accipitur* (scilicet interpretationẽ) *apud Marcionem, iam nec ignorasse vltra potuit creator Deum gloriæ, dum ab eo opprimitur: nec in crucem eum figere, aduersus quem valere non potuit: & superest vt secundùm me quidem credibile sit scientes virtutes, & potestates creatoris Deum gloriæ Christum suum crucifixisse, qua desperatione, & malitiæ redundantia serui quoque sceleſtissimi dominos suos interficere non dubitant. Scriptum est enim apud me, Satanam in Iudam introisse.* Et infra colligit, quòd intelligi debet de populo principali, de Rege Herode, atque Pilato. Adde B. Thomam, qui asserit dæmones cognouisse Christum esse Messiam in lege promissum, nõ autem diuinitatem, nisi ex cõiecturis tot operum & signorum, & tantæ sanctitatis, vt habetur prima part. qu. 64. 1. ad quartum, & in 3. part. qu. 41. 1. ad primum, & lectione 2. in cap. 2. Cor. 12.

Gen. 3.

II. ratio.

Hæc obiectio diluitur: Si Christum esse Dei filium, dæmon minime dubitabat, cur scire volebat?

Ioan 8.

Gen 3.

Paterl. Tuit.

Corrũpere, quid sit.

B. Aug. to. 4.

Matt. 3.

Tentatio fit dupliciter.

Tertu. tom. 2. 1. Cor. 2.

Principes huius seculi, iuxta Apostolũ quos Matthæo dixerit Christũ minime cognouisse. *Luc. 4.*

Infra 11.

Ioan. 13.

B. Thom. to. 10. 12. & 16.

His igitur positis, probabiliter asseri-

mus,

mus, dæmonem præcipuè Christũ ad peccatum inducere voluisse. Dices; Ecquodnam scelus putabat ab ipso se posse exculpere? Respõdeo, quòd directè ad superbiam incitabat, & obliquè ad gulam in hac prima tentatione. Etenim quoniam Satan antequam caderet de sublimitate illa cœlesti quam obtinebat, venturum Messiam Deo reuelante prænouerat, atque eius dignitati liuore perfusus inuiderat, quemadmodum Patres nonnulli graues affirmant, ex præscripto tempore, atque Prophetarum oraculis, & his quæ circa Iesum in infantia contigerunt, & in baptismo, quasi certò apprehendebat eum esse Messiam, vt sæpè etiam dæmonia de corporibus exeuntia testabantur, ac tunc ex ieiunio quadraginta dierum duntaxat probabiliter coniectabat. Namque purus homo, vt quiuis beatus, imò etiã viator posset diuina ope, atque gratia adiutus supra quadraginta dies ieiunus permanere, ad perdurare. Verùm si amplius ieiunasset, multo eius redderetur opinio confirmatior: sic enim videri posset Moyse, & Helia maior. Id ergo Satanas credens, sibique firmiter persuadens, malitia tamen & inuidia excæcatus, id quod homini verbo Dei vnito, tantaq; Dei gratia ornato atque locupletato prorsus erat impossibile, nempè vt peccaret, persuadere conatus est, eo animo, & consilio, vt si delinqueret, Deus à se eum disiungeret, atque diuelleret, dissolueretque vnionem illam sanctam hypostaticam. Nec enim putabat decens esse, vt immensa Dei sanctitas naturæ peccatrici iungeretur. Hoc autẽ Satanas si obtinuisset, & summum Dei opus destruxisset, & summum homini Christo malũ intulisset, illum diuinitate verbi priuando atque spoliando. Summum etiam malum nostrum fuisset: ablato etenim mediatore, ac Saluatore Christo, spes nulla salutis homini fuisset reliqua. Istæ sunt cogitationes illæ, profunditates, cõsilia discursusve Satanæ, quos Ioannes se profitetur minimè ignorare, Apocal.2. & Apostolus 2.Cor.2. *Non enim ignoramus*, inquit, *cogitationes Satanæ.* Nam vt olim Satanas in cœlo cum Michaele & Angelis eius cõserens manus, suo vitio tertiam partem stellarum ad se traxit, atque rempublicam illã cœlestem pace sua (quod ad se attinet) spoliauit. Quemadmodum etiam cum primo parente Adam congressus, vno conflictu illum, ac nos omnes in eo comprehensos, non solùm secundũ naturam, verùm etiam secundùm Dei pactũ seduxit, atque perdidit, peccatoque obnoxios, atque Deo inimicos effecit: ita prorsus veterator ille, vnico ictu, tum Christi, tum vniuersi generis humani interitum atque perniciem est meditatus.

In quod peccatum diabolus Christum tentãs, inducere conabatur. *Esa.14.*

Exod.24.& 34. 3.Reg.19.

Si quo modo (quod tamẽ nunquã fiet) à verbo Christi humanitas disiungeretur, quid inde.

Apoc.2. 2.Cor.2. Apoc.12. Satan cœlestem pacem quando perturbauit in felix. *Gen.3.*

An idcirco quia diabolus Christum tẽtauit vt perderet, colligi potest Christũ peccabilem extitisse.

Quòd si obijcias; si hæc fuit mens, & hic scopus Satanæ in tentãdo propositus; Christus ergo peccabilis erat. Respondeo, id nequaquam consequi, nisi hoc tantùm, existimasse diabolum, Christum peccabilem esse, & necesse erat omninò talẽ existimari ab eo; alioqui non fuisset ausus pugnare cum illo. Nec necessariò sequitur, quòd diabolus hoc quasi certum existimauerit, Iesum etiam filium Dei existentem cadere posse: sed hoc tantùm sequitur, quòd non fuerit sibi satis compertũ cadere eum posse; deque ea re nonnihil dubitasse, vt spes aliqua posset esse casus.

Quid est dicere, *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* *Ioan.1. Matt.3. Luc.3.*

Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Quasi dicat; Audiui nescio quid rumoris de te, tum ex Ioannis testimonio, tum ex voce de cœlo delapsa vocãte te filium Dei; tum ex colũba quæ insedit capiti tuo: tum ex his, quæ in natiuitate tua acciderunt. non valeo mihi persuadere, aut credere te esse filium Dei: nam si esses, proculdubio prospiceres tibi esurienti: quod cùm non facias, falsum est esse te Dei filium illum dilectum. Quòd si tu filius Dei es, vt profiteris, tibique persuades; habes ergo virtutem tanto filio Dei conuenientem, & potes imperio tuo efficere, vt hi lapides in panes conuertantur. Quod si tu præstare non vales; in magno errore versaris, existimãs te filium Dei esse: falsus & Ioannes, falsa item illa vox Patris, quæ de cœlo delapsa testificata est de te. Magnum profectò & graue tentationis genus est, cùm opponitur nobis non esse quod sumus: aut nõ posse, quæ possumus: aut nescire, quod scimus: & dato quòd simus nobiles, potentes, atque docti, fitque periculum de nobis, vt ostentemus nos, an tales simus. Omnes enim natura sumus procliues ad ostentationem, maximè cum prouocamur, irritamurque. Nam quod modestiæ causa multi ex se ipsis & sponte non facerent, tamen vbi prouocantur vt se ostentent, paucissimi sunt, vel inter perfectissimos, qui motus animi sui reprimant atque moderẽtur. Porrò vsum hac irritandi ratione dæmonem fuisse, testatur altera quam malignus per sua organa fecit, & quam mitissimo Christus animo pertulit, tentatio. Dicebat etenim dæmon per Iudæos: *Si filius Dei es, descende de Cruce. Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere. Sperauit in Domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum.* Et in libro Sapientiæ cap.2. in persona Iudæorum Christum crucifigentium dicitur: *Videamus ergo si sermones illius veri sint,*

Quã grauis ista fuerit tentatio.

Mortui animi qui vix etiã perfectissimis reprimitur.

Matt.27.

Sap.2.

& tentemus quæ vẽtura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Cernis ne igitur tentationes ad excandescentiam ostentationemque prouocantes? Simili irritandi specie adortus est serpens idem dæmon primos nostros parentes, cum dixit: *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno Paradisi?* Id est, Cur iniecit manibus vestris vincula, & priuauit vos libertate edendi tam pulchrũ, & suauem fructum? Sed vt illos irritando seduxit, & vicit, ita Christum dum voluit irritare, victus est ipse: nam continuit se ne irritaretur. Ait enim Paulus: *Charitas non irritatur.* Neque ambitiosè verbo vel facto ostentare se voluit, nec operari miraculum sine spe promouendæ, vel gloriæ Dei, vel fidei, cuius dæmon capax non erat: nam & ob eandem causam coram Herode harum rerum cupido Iesus nullum non modo signum edidit ad eius oculos pascendos (non enim signum cupiebat videre vt crederet) verum etiam ne vno quidem verbo illum dignatus est. Magorum etenim & præstigiatorum munus est, ad inanem sui ipsorum ostentationẽ, vel ad curiosam spectantium voluptatem, vel edere, vel fingere signa atque prodigia, quib⁹ nec illustratur Dei gloria, nec vlla ad proximũ redit vtilitas. Nec enim diabolus Christum adoraturus erat, tametsi filiũ Dei se comprobasset. Verùm mira est eius impudentia & audacia: qui enim olim dixit: *Ero similis altissimo*: nunc eo non cõtentus, sibi similem facere conatur altissimum. Fuisset autẽ proculdubiò peccatum, si Christus, qui cum mandato venerat edendi signa pro tempore, & loco, quo illustranda erat Dei gloria, atque fides propaganda, coram inemendabili diabolo signum aliquod efficeret, vt B. Cyprian. superiùs citatus doctè, & apertè tradidit. Peccaret insuper, si irritatus & ad iram prouocatus, inanis gloriæ causa signum ederet. Propterea culpa non careret occasione famis obedire aliqua in re diabolo tentanti.

Charitatis proprium. *1.Cor.13.*

Quare Christus nullũ ante Herodem signum facere voluerit. *Luc.23.*

Magorum ingenium.

Mira Satanæ audacia, & impudentia. *Esa.14.*

D. Cypria. in serm. de tesan. & tent. Christi.

Ad hæc, qui vitam solitariam sub peculiari Dei prouidentia profitebatur, de cibo corporis minimè debebat esse solicitus; sed ad cibum spiritualem animæ attendere; atq; alium cibum corporeum debebat expectare tanquã additamẽtum à Deo, qui illum in desertum impulerat, hoc est, Spiritu sancto, quemadmodum Heliæ Prophetæ per coruum panes, & carnes quotidie subministrabat, & Danieli in carcere existenti per Habacuc de cibo non sine miraculo prospexit, & S. Paulo primo eremi cultori, dimidiatum panem quotidie, integrum verò cum ad eũ venit B. Antonius per eundem coruũ suppeditauit. B. quoque Benedictus in eremo agens, nihil sibi parabat: verùm quod parabatur, capiebat modicum. Non ergo poterat anxius reddi, neque debebat de corporis alimonia laborare: & species diffidentiæ fuisset, casusque à fide & fiducia in diuina prouidentia collocanda, talis anxietas: cùm expertus fuisset diuinæ protectionẽ bonitatis per quadraginta dies, ac sciret sibi esse alijs hanc regulã tradendam: *Primùm quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Hinc Christo, completa omni tentatione, Deo de cibo per Angelos prospexit. Igitur ad hæc omnia peccata extẽdebat se ista prima tentatio: quam quidẽ Christus nequaquam irritatus, nec excandescens, nec ostentare se volens, neque de corporis cura solicitus, verùm molli responso atq; sententia de medijs Scripturis deprompta prudentissimè repulit, atque extinxit, dicendo: *Scriptum est.* Etsi enim autor sit sacræ Scripturę, & dominus etiã Sabbati: vt tamen se ostenderet præceptis & monitis sacrarum literarum, quatenus homo erat subesse: atque vt Scripturæ autoritatem comprobatam redderet; modumque pugnandi aduersus tentatiões Satanæ indicaret, Scripturæ clypeo se defẽdit: & interim multos, qui se Scripturis superiores faciunt, earumque alioqui grauissimam autoritatem & pondus negligunt atque contemnunt, confunderet. Ait itaque Christus: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Atque hic inprimis illud notãdum, Christum Scripturæ testimonium vsurpasse, quæ irrefragabilis est autoritatis, tum ne potestate vincere videretur: tum ne diuinitatẽ ostentaret, sed potiùs illam occultaret. Dæmon etiam magis confunderetur: tum vt homo ampliùs honoraretur, exemplumque caperet patientiæ in tentatione triplicis concupiscẽtiæ, & illam superaret: vt, Idololatrię, abusu potestatis, sapientiæ & bonitatis; in tentatione carnis & gulæ: atque in mundi tentatione in eo quòd obtulit omnia regna mundi; ac demum in tentatione Dæmonis exhortantis, *Mitte te deorsum.* Sapienter autem Dominus nec negauit se esse Deũ, quia fuisset mendacium; nec se esse affirmauit, ne videretur se ostentare, nec inductus est ad elationem & gulam: idcirco Dæmõ non habens quid responderet, trãsiuit ad aliam tentationem. ¶ *Scriptum est*, inquit, scilicet in Deuter. siue in secunda Lege iterũ Israeli data, in qua plura moralia præcepta, paucæ verò ceremoniæ traduntur. *Non in solo pane viuit homo.* Sapientia autem hic vicit

Matt.6.

2.Reg.17. Dan.vlt.

Diuina in seruos suos prouidentia.

Matt.6. Cur se Christus aduersus Diaboli tentationes, autoritate Scripturæ defenderit. *Marc.2.*

Aliæ ratiões.

Vbi scriptũ sit: Nõ in solo pane viuit homo, & quę sequuntur. *Deut.8. Sap.7.*

Hæc Chriſti fuerit quàm apta reſponſio. *Gen. 3.*

malitiam: agnoſcens etenim Satanæ conſilia, & nactus pulchrã opportunitatem purgãdi antiquum noſtrum delictũ in primis parentibus diuinam affectantibus æqualitatem contractum, aptiſſimo vſus eſt medicamento. Diuinitatem enim ſuam texit diſſimulauitq; prudentiſſimè, itaq; ſe geſſit, ac ſi eam non haberet: impleuitque verbum Prophetæ dicentis: *Quæ non rapui, tunc exoluebam:* rapuerant ſiquidẽ primi parentes, vt diximus, deitatem, conſilio Dæmonis: Chriſtus autem non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: ſed tamen exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens: nimirum geſſit ſe, ac ſi ſeruus eſſet, ac ſi tantùm homo eſſet, & non Deus; in ſerui officio ſeſe continens. Non ergo rapinam arbitratus eſt, id eſt, nõ ſuo arbitratu vẽdicauit ſibi, aut arrogauit gloriam diuinitatis, ſed expectauit tempus decretum à Patre, qui poſt mortem crucis exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomẽ, declarauitque illum filium ſuum naturalem. Chriſtus ergo non ſe venditans, vti ſibi perſuadebat Dæmon, magnum nobis, tum meritum, tum exemplum humilitatis comparauit. Beatus autem Adam, & nos in illo, ſi ſerpenti ſuadenti eſum ligni vetiti, reſpondiſſet: Non in ſolo ligni eſu viuit homo: ſed os, quod aperire debuerat ad reſpondendum, aperuit ad morſum pomi.

Pſal. 68. Chriſtus quę non rapuit, quomodo exoluerit. *Philip. 2.*

Idem quare rapinam non ſit arbitratus eſſe ſe æqualem Deo. *Ibidem.* *Heb. 1.* Chriſti ſapiẽtia: Adę ſtultitia.

Huius dicti: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, &c. duplex intelligẽtia. *Deut. 8.* *Exod. 16.*

Hæc autem verba: *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo,* duplicem ſenſum habere poſſunt. Quidam enim contendunt ſignificare: Non in ſolo pane cõmuni viuit homo, ſed in quacunq; alia re, quam Deus voluerit eſſe cibum. Nam hæc verba ad literam dicuntur de manna Deuter. 8. Cùm enim Deus filios Iſraël quadraginta annis in deſerto manna pauerit; ſatis indicauit Iudæis, quòd vita hominis non tam pane vſitato conſiſtat, quàm in quacunque re, quàm ille voluerit noſtrũ eſſe alimentum, nam verbũ more Hebræo accipi ſolet pro re: nam nec panis communis nos paſceret, niſi Deus hanc illi paſcendi nos virtutem tribuiſſet. Atque ita interpretantur Epiſcopus Abulenſis, & Caietanus: fuiſſe videlicet mentem Satanæ tentare Dominum ad efficiendum miraculo panem conſuetum, ne fame periret: Chriſtum verò reſpõdiſſe, nequaquam eſſe reſtringendã diuinam potentiam ad alendum nos pane conſueto, cùm facile Deo ſit alijs extraordinarijs cibis alere: quemadmodum ſi cui ignaro artis natandi præciperetur tranſire fluuium, nec haberet ille cymbam, vel pontem, diceretur q; illi, Fac tibi pontem, vel cymbã, alioqui non tranſibis: poſſet hoc dicenti reſpõderi, Non ſola cymba, aut ponte poteſt tranſuadari hic fluuius, ſed multis alijs, qui ſummæ Dei ſubſunt, potentiæ modis. Videlicet poteſt ſiccare fluuium ad præbẽdum tranſitum mihi, quemadmodum fecit in Iordane, & in mari Rubro cum filijs Iſrael, & cum Heliſæo pallio Heliæ Iordanem ipſum traijciente. Poteſt & mihi dare virtutem ambulandi ſuper aquas, ſicut & dedit B. Petro. Pari modo Dæmoni petenti vt ſigno edito de pane eſurienti ſibi proſpiceret, ne ſui ipſius eſſet homicida, apertè reſpondit, non eſſe panem ſolum hominis ad vitam ſuſtentandam alimẽtum, verùm alia multa, quæ Deus inſtituit, vt ſint in cibum, paſtumque hominis: nimirũ herbas, fructus, carnes, ac piſces, atque alia quamplurima in vſum hominis ad vitam tuendam contulit.

Abul. Epiſco. in c. 4. Matt. qu. 1. *Caietan.*

Prior ſenſus productus illuſtratur exemplo.

Ioſu. 3. *Exod. 14.* *4. Reg. 2.* *Matt. 14.*

Multa in eũ ſenſum obijciuntur.

Sed certè hic ſenſus non admodum illuſtris atque præclarus exiſtit, nec ita quadrat verbis iſtis. Nam in primis intellectus ille verborum Domini eſſet phyſicus, an videlicet ſolus panis ſatis vitæ ſit hominis, vel an aliquid aliud citra panem ſuſtinere poſſit vitam humanam; quis enim id negare queat, præſertim ad aliquot dies, certis maximè temporibus, quibus laboramus in opia frumenti? Ad hæc, panis appellatione omne genus cibi venit in Scripturis, Geneſis enim 3. ait Dominus: *In ſudore vultus tui veſcẽris pane tuo*: id eſt, cibo quocunque, experientia teſte. Ac rectè nomen panis ἀπὸ τοῦ παντὸς dicitur: non ſolùm quòd omnes pane veſcamur, ſed quòd nomine panis omnis cibus quo veſcimur, veniat. Et Geneſis 28. Iacob inquit: *Si dederit mihi Dominus panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum*: vbi per panem, cuncta, quæ ad vitam hamanam ſunt neceſſaria, intelligit. Hinc & manna panis dicitur: *Panem de cælo præſtitiſtis eis*; nos quoque cùm oramus, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, omnino quæcunque ad victum neceſſariò requiruntur, intelligere cõſueuimus. Saul pariter prohibuit comedi panem ſub anathemate, cùm perſequeretur hoſtes: & Ionathas filius eius virga guſtans fauum mellis, dicitur tranſgreſſus præceptum eius. Ad hæc, latrunculis Syriæ, quos adduxit Heliſæus in Samariam, eiuſdem Prophetæ hortatu iuſſit rex Iſrael apponi panem: ſubditque textus: *Appoſitaq; eſt eis ciborum magna præparatio, &c.* 4. Reg. 6. Ampliùs, non occluſiſſet Dominus os Satanæ, ſi intellexiſſet non ſat eſſe panem hunc ad vitam hominis, data enim fuiſſet occaſio replicandi, ac potuiſſet dicere: Si non potes facere panẽ, fac manna, vel coturnices, aut aliquid aliud

II. ratio. *Gen. 3.* Panis etymologia. *Infra 28.* *Sap. 16.* *Matt. 6.* *1. Reg. 14.* *Ibidem.* *4. Reg. 6.* III. ratio.

IV. ratio. *Ioan. 4.* *Gen. 2.* *Eccleſ. 24.* *Ioan. 20.*

quod edi poſſit, ne fame pereas. Quare nec ipſi Dæmoni placet hic ſenſus, per quem adeò ſtolidus efficitur, vt putaret ſolum hunc panem, & non alios cibos ſufficere ad hominem alendum ac ſuſtentandum. Accedit, quòd de nulla re corporea in Scripturis legimus, quòd ꝓcedat ex ore Dei. Deus enim ſpiritus eſt: & quod ex eo procedit, ſpiritale ſit oportet. Ideò quando inſpirauit in faciem hominis, ſpiritum ſpirauit: & Sapientia æterna in Eccleſ. ait: *Ego ex ore altiſſimi prodiui.* Chriſtus etiam quando poſt reſurrectionem inſufflauit in Apoſtolos, nonniſi Spiritum ſanctũ dedit. Quod ergo dicitur de manna Deuter. 8. quod procedit ex ore Dei; et ſi aliquo modo & imperfectò hoc mannę conueniat, quoniam miraculo & ſupra naturã generabatur in aërea regione, pręcipuè tamen hoc illi conuenit ob typum & figuram veri noſtri manna: vt declarat Dominus Ioan. 6. cum ait, quòd mãna non dabat vitam, quandoquidẽ illo veſcẽtes patres mortui ſunt. Quinetiã aliter interpretantur veteres Patres atque orthodoxi: nam ex ſuperiùs allatis ſententijs Cypriani & Hilarij id conſtare poteſt; & Hieronym. *Non in ſolo*, inquit, *pane viuit homo, ſed in omni verbo quod ꝓcedit de ore Dei. Si quis ergo nõ veſcitur verbo Dei, iſte non viuit.* B. item Ambroſ. lib. 4. in Lucam in hæc verba ait: *Nõ enim quaſi Deus vtitur poteſtate (quid enim mihi proderat?) ſed quaſi homo commune ſibi arceſſit auxilium, vt diuinæ pabulo lectionis intẽtus famem corporis negligat, alimentum verbi cæleſtis acquirat. Huic intentus Moyſes, panem non deſiderauit. Huic intentus Helias, famem prolixioris non ſenſit ieiunij. Non enim poteſt qui verbum ſequitur, panem deſiderare terrenum, cùm panis ſubſtantiã cœleſtis accipiat. Humanis enim diuina præſtare non dubium eſt, & corporalibus ſpiritalia. Et ideò qui vitam veram deſiderat, illum panem expetat, qui per inſenſibilem ſubſtantiam humana corda confirmat.* Hæc ille. Chryſoſtom. quoque hom. 13. hunc locum interpretans, ita inquit: *Quod verò dicit, hoc eſt, poteſt eſurientem Deus etiam ſermone paſcere.*

Soluitur illud in contrarium: de mãna, quod Moſes de ore Dei procedere teſtatur. *Exod. 16.* *Ioan. 6.*

Cyprian. ſer. de ieiun. & tent. Chriſti. *Hilar. can. 3. in Matt.* *Hieron. to. 9. in princ.* *Ambroſ. to. 3.* Quo pane Moſes & Helias quadraginta diebus, & noctib⁹ ieiunantes, fuerint ſuſtẽtati ſecundùm Ambroſ. *Exod. 24.* *3. Reg. 19.* *B. Chryſo. to. 2. init.*

Alter ſenſus huius ſententiæ: Non in ſolo pane viuit homo, &c. verbis Chriſti congruentior.

His paucis Patribus citatis cõtentus, ſenſus eſt: *Non de ſolo pane viuit homo,* id eſt, non de corporali quouis alio cibo, qui vocabulo panis continetur, ali poteſt homo: quandoquidem homo non tantùm corpore, ſed etiam animo cõſtat: quare ſi ſuo cibo corpus viuit, non propterea viuit & anima, & ſic non totus homo, imò nec potior pars hominis viuit; nam ſi anima quæ præcipua hominis pars eſt, non viuit; homo non ſolum verè nõ viuit, ſed etiam verè mortuus eſt dicendus: vita enim corporis, mors potius eſt dicenda, quàm vita. Anima ergo viuente, homo viuere dicitur: anima ſiquidem cum in ſeipſa, vel à ſe ipſa vitam non habeat, ipſa cibo ſuo indiget vt viuat: atque hoc eſt verbum Dei, quod vocat omne, id eſt perfectum, tangens videlicet animam, illamque ſaginans, & redundans in corpus, quemadmodũ Moyſi, & Danieli, atq; alijs multis ieiunantibus accidit. Cùm autẽ plura ſint Dei verba, quibus homo viuit: ſed illud primũ inter omnia, quod eſt intimũ & ſummum, in quo ſunt omnia alia verba, quodque omne verbum propterea meritò dici poteſt, quòd erat in principio apud Deum, & quod dignatione ſua factum eſt caro: quòd maximè homini vnitũ per incarnationem vita eſt hominis cuiuſque, ita vt dixerit ipſe Chriſtus: *Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum;* & iterum: *Qui credit in me, non morietur in æternum*; ac rurſus: *Si quis ſermonem meum ſeruabit, mortem non guſtabit in æternum.* Potiſſimum verò verbum illud Chriſti humanitati in hypoſtaſi coniunctũ efficiebat vt Chriſtus homo illo paſceretur & viueret. Illo etiam verbo viuunt Angeli, & beatæ illæ intelligentiæ, atque illo pane Dæmon vti nolens, infeliciſſimus perijt: ideò hoc reſpõſo mirificè verberatur. Non ergo Dominus inquit: Ego ſum talis, qui poſſim hoc facere, ſi velim: nec ſe oſtẽtauit, vt Dæmon volebat: neque tamen negauit ſe filium Dei, ne ſimilis ei mendax redderetur: ſed ſimpliciter dicit non eſſe rectum neque neceſſarium ſibi proſpicere de communi pane, in quo ſolo non eſt vita: ſed ad illum ſpiritalem attendere, qui præſtat vitam veram, ad quem alter corporalis adijcitur: ſicut expleta vniuerſa tentatione Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei. Adiuuat ſimul hunc verum & elegantem ſenſum conſuetudo Eccleſiæ, quæ in diebus Quadrageſimæ, quod corpore per ieiuniũ ſubtrahitur, per cibum ſpiritalẽ verbi Dei quotidie euangelizati ſupplet ac compẽſat: docetq; non in ſolo pane, ſiue cibo, qui corpus alit, hominem viuere, ſed & in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Hac autem ſententia Chriſtus ſuo exemplo docet nos, ne à quoquam tentati, laceſſitiq; excitemur ad vindictam, verùm potiùs ad doctrinam: nam *Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem.* Docemur deinde, ne Chriſto ſalutem animarum noſtrarum eſurienti, cum dæmone, offeramus nigros, & duros lapides, corda ſcilicet dura, & peccatis denigrata. Et cum Chriſtus ait: Fili, præbe mihi cor tuum: noli illud obdurare, iuxta id: *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra;* & aliud: *Tu autẽ ſecun-*

Verbum Dei illud cur dicitur omne, vnde etiam homo viuit. *Dan. 1.*

Chriſtus quale verbũ Dei ſit. *Ioan. 1.*

Infra 6. *Infra 11.* *Supra 8.* Vnde viuant Angeli.

Matt. 6. *Supra 4.* Hunc poſteriorem ſenſũ quid confirmet. Ijs verbis Chriſtus, Nõ in ſolo pane viuit homo, &c. quæ nobis documẽta ſuppeditet

Prou. 15. II. Documentum.

Pſal. 94. *Rom. 2.*

Eccles.3. III. Docum.

dum duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ. Cor enim durum habebit malè in nouissimo, teste Sapiente. Christo insuper in pauperibus occurrentibus fame laboranti, panemq; mendicanti, noli ostendere lapides duros, acerbæ & amarulentæ videlicet responsionis: vt plerique faciunt, qui quodammodo Christum tentare velle videntur, non secus atq; Satanas fecit. Declarat item Dominus, qualis sit Satanæ assultus in Dei filios. Ait siquidē, *Si filius Dei es*: si prædestinatus ad vitam; si vocatus ad libertatem spiritus; si spiritu duceris; non es amplius sub lege; dic vt lapides isti duri ieiuniorū; confessionis auricularis atq; obedientiæ præceptis Ecclesiæ exhibendæ, fiāt libertatis carnis panes. Adhæc, si filius Dei pro te ieiunauit, satisfecit pro te, pro te crucem sustinuit: quid frustra cruciaris, aut ieiunando, aut agendo pœnitentiā, aut vitam ærumnosam laboribusq; plenam in hac, vel illa religione sustinendo? Tentat prælatum, & ait: Si pastor es, si Episcopus, dic vt lapides isti assiduæ residentiæ, curæ pastoralis, prædicationis, sanctæ perfectæque vitæ, contemplationis, precationisque, panis fiat consolationis: vt cōstituto vicario, qui labores tuos, qui onus sustineat; vel dato alteri titulo Episcopatus cum particula fructuū, tu interim possis liberè otiari, venari, ludere, conuiuari, atq; pro libito tuo, aut in Curia regia, aut Romana, aut vbicunque voles securus viuere. Tentat Religiosum, ac dicit: Quid hic te cœlibatu maceras? cur hoc carcere inclusum te sine fructu affligis? Cur te insipiēti & stulto prælato subdis? Dic vt lapides isti silentij, claustri, solitudinis, rigidæq; obseruantiæ religiosæ, panes fiāt libertatis, & fructuosæ prædicationis atq; conuersationis ad proximū, atque adeò sancti coniungij, honorabilis connubij, & immaculati tori, vt saluus fias per filiorum procreationem. Sed iam ad vniuersas huiusce modi tentationes fortiter & liberè respondendū est, atq; Scripturis sacris os eius impudens obturandum. Dic ergo: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*: hoc est, in omni præcepto, quod per se Deus tradidit in Scripturis sanctis: vel Apostolica traditione nos docuit, per quam accepimus mandatū ieiunandi Quadragesimam, abstinendiq; à carnibus, ac similia multa: vel per Ecclesiam, quæ diuersa & salutaria decreta nobis indixit: quæ quidem Ecclesia os Dei est, dixit enim: *Qui vos audit, me audit*; nimirum per vos, tanquam per os meum ego loquor. Et causa huius tentationis est; quoniam non seruantur Christi, & sponsæ eius præcepta:

Gal.5. Satan Dei filios quomodo tentet.

IV. Docum.

Vt tentet Prælatos.

Tentationes Religiosorū.

Heb.13. 1.Tim.2.

Tentatori Satanæ fideles quid respondere debeāt.

Ecclesiæ autoritas.

Luc.10.

tum quia non separatur pretiosum à vili, iuxta illud ad Ierem. dictum: *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Id est; Si discernas præcepta mea, siue per me, siue per Ecclesiā edita, ab ipsis abusibus & corruptelis, quæ ex nobis, & vitio nostro prodeunt, eris sapiens sicut & os meū: neque doli aut technæ Dæmonis in te quicquam poterunt. Dicendum est Dæmoni: *Si filius Dei sum, oportet me ambulare sicut Christus ambulauit.* Si prædestinatus sum, opera prædestinati præstare debeo: nec enim qui tales sunt, electi scilicet, Deum offendendo, seipsos q; peccatis atq; flagitijs contaminando, cœlestem gloriam ingrediuntur. Hinc Petrus: *Satagite*, inquit, *vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Atque etiam agnosco me quidem & fateor, in libertatem vocatum: ita tamen, ne libertatem meā vertam in occasionem carnis: vt ait Apostolus: *Si spiritu ducor, non sum quidem sub lege Moysi, sum tamen in lege Christi*: quam qui non auscultat, profectò non spiritu Dei ducitur, sed spiritu maligno. Vt autem Paulus admonet: *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis: Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Porrò illud libenter admitto, Christū pro me ieiunasse, ac pro me satisfeciisse, quemadmodū pro me orauit, & pro me etiam baptizatus est: verūtamen non ad meritū remissionis peccatorum tantùm, & vitæ æternæ nobis comparandum, sed etiam ad exemplum: volēs vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus. Vt ergo voluit nos baptizari, & orare ad eius exemplum imitationemq; ita & ieiunare, & satisfacere, & crucem denique ferre nostram. Prælatus intrepidè respondeat, boni pastoris esse animam suam ponere pro ouibus suis; oues pascere; pro illis tuendis contra lupos gregi insidiantes se opponere; noctes integras insomnes traducere: iocundissimamq; vitam esse eius, qui sponsus est, cum sponsa sua manere, præsentiamq; suam illi exhibere ad spiritualium filiorū procreationē. Dicat Religiosus: Scriptum est: *Si quid vouisti: Deo, ne moreris reddere: displicet enim Deo infidelis & stulta promissio*: illoq; habere damnationē, qui primam fidem irritam fecerunt: Christum facto suo cœlibatū consecrasse, atque eunuchos, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum, beatos prædicasse: pauperatem Euangelicam ab Apostolis initium sumpsisse: Monachatum seu Religionem congruum & commodum esse locum ac opportunum ad vniuersa pericula animarum, occasionesq; peccandi vitandas, de-

Ioan.3. Ephes.5. Ierem.15. Quid illud Domini apud Iere. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. *1.Ioan.2.*

2.Pet.2.

Gal.5. In quā libertatem Christiani vocati sint testatur Apostolo. *Ibidem.* *Ibidem.*

Matt.3. Christus tenuis ouit, ieiunauit, & satisfecit pro nobis.

Ioan 13.

Pastores animarum qui Diabolo tentanti respondeant. *Supra 10.*

Religiosi vero eiusdem obstructi *Eccles.5. Psal.75. 1.Tim.5. Matt.19. Ibidem.*

Monachatus bona.

nique

nique officinam esse omnis vel etiā heroicæ virtutis comparandæ: quæ verò dura & aspera sint in eo vitę genere, haud esse condigna, vel ad culpę præteritæ veniam & remissionem impetrandā: vel ad præsentem consolationem, quæ cœlitùs infunditur, consequendā: vel ad æternæ vitę coronam quæ promittitur, comparandā: quanquam Deus Opt. Max. illa omnia pro sua incomparabili bonitate dignatur acceptare propter pretiosa merita filij sui Domini nostri Iesu Christi: cui cum Patre, & Spiritu sancto tribuatur omnis honor, gloria, & imperiū in secula seculorum, Amen.

Rom.8.

TRACTATVS XIII.

In illa verba: *Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctā ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi. Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus, Rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.*

Cur secundò Diabolus Christū tentauerit.

TOrtuosus serpens, vbi à sinistris tela iaciēdo, nihil effecit; rursus à dextris iacula vibrare contendit. Tentauit superiore conflictu Dominum de diffidentia diuinæ curæ ac prouidentiæ, & vt miraculo sibi de pane prospiceret, ne deficeret; q̄ est à recto declinare, & certare à sinistris: nunc rursus à dextris pugnans & dimicans, in abundantiorem æquo confidentiam eum nititur impellere. Mutat locum stadij, vt ea ratione Christus mutaretur. Sed,

Horat. lib.1. epist.11. in fin. Ista ne sit ordine secunda an vero tertia tentatio secū dum Luc. *Luc.4.*

Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt:

vt Lyricus dixit. Verùm ante omnia illud hoc loco excutiendum, an ista sit secunda ordine tentatio, vt Matthæus ait, an verò tertia, vt Lucas significat, qui eam tertio loco collocat. Sed certè rectus ordo harum trium tentationū ille est, quem Matthæus tenet: tum quia apertè textus ait de secunda tentatione: *Tunc assumpsit eum diabolus*, & in tertia: *Iterum assumpsit eum diabolus*, insinuans eum tum secundò assumpsisse Christum. Rursum ex eo quod cùm in tertio Christum. Rursum ex eo quod cùm in tertio cōgressu à Christo dictum fuisset diabolo: *Vade post me Satana*, subiecit: *Tunc reliquit eum diabolus*: at Lucas, qui ordinem nō seruauit, huiusmodi dictionibus ordinem significantibus non est vsus. Testatur etiam

Pro priori sēsu rationes probabiles.

Iacob. Faber Stapulens. Faber, antiquos quosdam codices habere in Luca eam tentationum seriem quam habet Matthæus: vt ordinis quæ nunc est in Luca mutatio, videri possit, vt ille existimat, scriptorum quorundam vitio accidisse, maximè cùm in ea tētatione, quæ secundo loco ponitur apud Lucam, Græci plerique codices etiam habeant: *Vade post me Satana.* B. quoque Ambrosius in cōmentarijs super Lucam, eo ordine tentationes legit atque interpretatur, quo sunt apud Matthæum. Est autem hic verus ordo tētationum, etsi glossa asserat, Lucam seruasse ordinem, & August. in lib.2. de Consensu Euangel. sub dubio relinquat. Atque hæc de ordine dicta sint.

Ambros. li.4. tom.5.

Glossa. ordin. Aug.cap.16. tom.4.

Illud diligenter animaduertendum, posteriorem tentationem proximè consecutam fuisse priorem: nam dicit: *Tunc*, id est, statim, siue confestim, quare & eodem die. Non sine caussa autem hic præposuit tentationem inanis gloriæ, & alius tentationem auaritiæ: tum quia hęc est maior apud hūc, illa apud alium hominem: tum quia, vt testis est B. Maximus in serm. huius Euāgelij: *Ob hoc* (inquit) *hic Euangelista hanc, illam verò ille præmittit: quia inanis gloria & auaritia ad inuicem se gignunt.* Hæc ille. In verbo autem illo, *Assumpsit*, graue oritur dubium, an videlicet ipse per se Christus ducente Dæmone iuerit, an verò diabolus eum aliquo modo portauerit. Quòd enim suis per se ipse pedibus iuerit, videtur innuere Lucas, qui ait: *Et duxit illum in Ierusalem.* Videtur id etiam Origenes hoc loco explicare; ait enim: *Sequebatur planè quasi athleta ad tentationem sponte proficiscens, & quodāmodo loquebatur: Duc quo vis, inuenies me in omnibus fortiorem.* Nisi dicamus: *Sequebatur*, id est, sinebat se ab eo portari. Videtur ex alio etiam capite impium & absurdū, quod diabolus ausus fuerit Christum in aliquem locū portare: nimis enim manifestè se diabolo prodidisset. Sed quid ille non audeat audacissimus, qui frontem perfricuit? quid non impellat ad casum, qui in suo casu iam desperatus est? Vrgetur inuidia, furit odio, rabie agitur, sitit sanguinem, cùm ab initio esse cœperit homicida. Adhęc absurdum videtur, quòd ipse Christus fortissimus ab eo se portari permiserit. Sed hoc mirum fuisset Domino nolente & repugnante; non aūt si ipse acquiescat, permittatque propter nos. Hinc Cyprianus serm. de ieiunio, & tentationibus Christi, vel quisquis eius sermonis fuit autor: *A multis* (inquit) *ambigitur, vtrum fuerit hæc hic translatio corporalis, & sic de loco ad locum se Christus transferri permiserit, eo modo quo Habacuc de Iudæa in Chaldæam*

Cur Matth. secūdo loco tentationem inanis gloriæ Lucas verò tentationem auaritiæ posuerit.

B. Maximus Episcop.

Diabolus assumpserit ne & portauerit an verò duxerit Christum in Ierusalem.

Orig. hom.31. in Luc. initio tom.2.

Altera opin.

Ioan.8.

B.Cyprian.

Dan.14. Act.8. delatus est, & Philippus de Azoto in occursum Eunuchi: sed quòd corporaliter eum diabolus tulerit, videtur inconueniens, quòd humeris eius Saluator insederit, & pro vehiculo vsus sit, quem præcipitatorem sciebat, vel ei ferendum se commiserit, cuius insidias agnoscebat. Suo itaque spiritu eum credendum est ductum, & in deserto, & super templum, vt vtrobique eum diabolus assumeret ad tentandum. Et localiter quidem in deserto prima fuit tentatio, sed cæteras eo modo circumduxit tentatoris astutia, vel circumduci passa est patientia Saluatoris: quomodo *Ezech.43.* Ezech. cùm super fluuium Chobar sederet, Ierosolymam raptus in spiritu, ciuitatem ædificat, & metitur, & muros, & templum instaurat. Hæc ille: quod tamen dictum pugnare videtur cum Euangelistis, qui aiunt diabolum assumpsisse Christum.

Probatur, diabolũ Christum portasse in Ierusalem. Dicendum ergo est, quòd verè Satanas Christum portauerit: tum quia dicitur: *Assumpsit eum*, item, *Statuit eum super pinnaculum templi.* Si autẽ Christus per gradus ascẽdisset in pinnaculũ, nequaquam diceretur hic à dæmone illo loco constitutus: tũ quia si per se Christus in pinnaculũ cõscendisset, haud habuisset diabolus causſam dicendi ei: *Mitte te deorsum*, quin potius vellet per eosdem gradus, per quos ascendit, descendere. Quia tamen diabolus per aërem Christum detulerat, & super pinnaculum constitutus fuerat, verisimile videri poterat illum posse de pinnaculo per aëra sine gradibus descendere. Tum denique, quoniam si pedes ascẽdisset, necesse erat ineundo & redeundo aliquot dies transigi, sicut etiam in tertia tentatione, quando in montem assumptus est: quo tempore Christus maneret sine cibo, & sic non tantũ ieiunasset quadraginta diebus, sed plusculis alijs tribus, aut quatuor: quod tamen verũ non est. Vnde Gregorius in homilia huius Euangelij ait: *Greg. hom 16 in Euangel. tom.10.2.* *Ecce cùm dicitur Deus homo, vel in excelsum montem, vel in sanctam ciuitatem à diabolo assumptus, mens refugit credere, humanã hoc audire aures expauescunt.* Et paulò infrà: *Certè iniquorum omniũ diabolus caput est; & huius capitis membra sunt omnes iniqui. Quid ergo mirum, si se permisit ab illo in montem duci, qui se pertulit etiam à membris illius crucifigi?* Hæc ille.

Quare Christus portari se à dæmone passus sit. Hoc autem Dominus magna sua sapientia fieri permisit: tum ad consolationem corũ, qui à dæmone patiuntur in corpore, & anima. Voluit enim ipse in corpore pati, quemadmodũ pœnas corporis assumpsit, attamen animam sapientem: tum vt ostenderetur Christi admiranda humilitas, manſuetudo, constantia, confidentia, atque securitas, qui se à diabolo pollutissimo impollutissimus ipse tãgi permisit. Qui enim docturus erat: *Quicunque angariauerit te mille passus, vade cum illo & alia duo,* ipse primus voluit hoc facto suo seruare, ne videretur esse ex ijs, qui dicunt, & non faciunt. Tum vt magis confunderetur dæmon, ciusq; temeritas appareret, quicquid permittitur, audens. Ex permissione etenim, non ex Dei institutione tentat: neque à tentando vnquam cessat, nisi coercitus à Deo, vel ab ab Angelis bonis. Eo ergo posito, quòd Christus non venerit per se ipsum more humano, & naturali, nempe pedibus ingrediendo: neq; etiam diuina virtute, qua se ad quæcunque loca vellet sine medio transferret, sed à diabolo portatus sit in pinnaculum, superest modum deportationis inquirere. Qui duplex esse potest: alter quidem, vt diabolus, qui est substantia incorporea, modo inuisibili, per solius virtutis applicationem ad corpus Christi, portaret eum, & sic interdum fieri solet per artes maleficas: nam qui vno in loco erat, videt se subitò apud alium locũ longè distantem, inscius quis ipsum portauerit, & interdum sentit se moueri, & portantem non videt: imò nonnunquam nec se moueri sentit: qua ratione Angeli applicantes vim suam, mouent cœlos. Atque ita Christus portari potuit à Satana, eo, qui portabat, inuiso. Alter modus est, vt dæmon in corpore assumpto Christum manibus apprehenderit, vel alio quocunque modo sibi adaptarit ad portandum: nec enim opus erat, vt eum humeris imponeret, quo gestare posset, quia etsi nõ videretur nisi digito tantùm eum tangere, conuenienter tamen eum ferret. Aliter enim est sentiendum de viribus dæmonum in corporibus assumptis, aliter de viribus hominum in corporibus suis. Corpora siquidem humana naturalia sunt, & partes speciei humanæ, vires autem animæ per ipsum corpus diffundun tur, & commensuratæ sunt corpori, ita vt extra corpus suũ anima nullas vires habeat. Homo siquidem nihil efficere potest in his, quæ non tangit immediatè, vel cum medio, sed necessum est, vt applicet partes corporis illi rei, quam mouere intendit: nam anima tota intra corpus est, tam secundùm essentiam, quam secũdùm virtutem; corpori namque vnitur vt forma. Angelus autem, aut dæmon, potest vim suam totam assumpto corpori applicare, medioque illo mouere quod velit corpus. Adhęc potest partem suæ virtutis admouere ad corpus aliquod, mediam verò partem circa alia, atque illa mouere, tametsi corpore assumpto ea non attingat, vel leuiter tãgat,

Matt.4.

Infra 23. III. ratio.

I. Modus, quo diabolus Christum portasse potest intelligi.

Angeli vt moueant cœlos

Alter modus.

Angelorum aut dæmonum potestas in corporibus assumptis dupliciter ab humana differt.

Discrimẽ alterum.

Dan.14. sicut Habacuc capillo capitis ductus est ab Angelo à Iudæa in Chaldæam, cuius tamẽ corpori non visus vim applicabat suam: aliàs corpus tanti põderis cadens læsum fuisset, & mortem incurrisset. Portare ergo potest sic, vt qui portatur, non sentiat se portari, vel inuitus etiam ob peccata, vel ob aliam Dei dispositionem: sicut volebat portare B. Iustinam ad Cyprianum Magũ, dum nondum Christum induisset. Sagæ verò, siue Lamiæ, voluntariè sinunt se deferri à cacodæmonibus, quorum potestati se penitus tradiderunt.

Lamiæ quomodo portẽtur à dæmonibus.

Dæmon igitur, qui in corpore accepto cum Domino loquebatur, Christum portare potuit, vel non tangendo, vel leuiter vno digito attingendo. Probabilius est tamen, quòd manibus proprijs portauerit, quemadmodum posteà suadebat, dicens: *Psal.90.* *In manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Credendum est tamen, quod etsi verè portatus fuerit super totam vrbem instar auis volantis, à nemine idcirco illum visum fuisse, ne Iudæi scandalizarentur, putantes eum maleficum, & præstigiatorem: nam similia per artes magicas fiunt. Facile autem erat Christo se inuisibilem reddere, sicut fecit apud Nazarenos, volentes eum præcipitare de monte: *Luc.4. Ioan.8.* *At ipse transiens per medium illorum ibat*, Luc. 4. & sicut fecit Ioan. 8. quando se abscondit, & exiuit de templo, atque iterum ob similes causſas, cùm vellent eum Iudæi lapidare Ioan. 10. ipse exiuit de manibus eorum, scilicet inuisus: ita hoc loco factum putat Autor operis imperf. in Matthæum, qui ait: *Infra 10.* *Forsit an diabolus quantum ad se sic eum assumebat, vt ab omnibus videretur: ipse autem nesciente diabolo inuisibiliter sic agebat, vt à nemine videretur.* Hæc ille. *Hom.1.tom. 2.operum D. Chrysost.*

An Christus à Dæmone assumptus in aëre visus fuerit.

Stolidene egerit Diabolus Christum assumens, à quo nimirũ sic poterat agnosci.

Quòd si obijcias; diabolum debuisse cauere à Christo per aërem illum portando, & in pinnaculo constituendo ne se ipsum proderet inimicum, & ne Christus videret istud dæmonis esse opus, vel suspicaretur, & ita suis monitis ac persuasionibus nollet acquiescere. Verùm ad hoc dici potest, diabolum voluisse Christo persuadere se Angelum esse, & portare ipsum tanquam Filium Dei, vt hac ratione efferretur ad inanem gloriam: & cuperet à multis videri: ac proinde illi dixit, ne timeret se proijcere de pinnaculo, eo quòd Angeli tenerent eũ, itaque attulit Scripturæ locum: *Psal.90.* *Angelis suis Deus mandauit de te, & in manibus tollent te:* & quæ sequuntur, vt putaret Christus se ab Angelo bono portatum: atque ideò hæc per aërem gestatio Christi necessaria erat ad tentationem sequentem persuadendã: vt videlicet sicut fuerat per aërem gestatus sine causſa, ita se proijceret de pinnaculo, quia neque caderet, neque læderetur. Quamobrem, meo quidem iudicio, non malè ratiocinantur, qui diabolum in specie Angeli in secunda tentatione apparuisse sentiunt: nam se Angelum fuisse in portando Christo in pinnaculum Templi, ex Scripturis tacitè persuadere, & insinuare tentabat.

Idem Diabolus, qua forma Dominũ tentauerit, vt mitteret se deorsum.

Deinde & illud quoque statuendum est, non fuisse hanc Christi assumptionẽ phantasticam, siue imaginariam, ita vt putaret gestari se, cùm reuera non gestaretur. Atque hoc in primis probatur, quia nihil debemus asserere imaginatione, apprehensioneve tantùm factum, nisi ad id cogamur aliquo euidenti argumento: aliàs periret fides totius Scripturæ. Deinde, talis imaginatio minimè esset tentatio, sed illusio, quã Christus, sicut nec ignorantiã, siue imperitiam, nec corporis incinerationem quam vocant, honestatis gratia non assumpsit. In Prophetis autem voluit esse aliquas imaginarias visiones, quæ significationis alicuius gratia fiebant semper. Verùm imperfecta erat omnis eius modi visio: quæ in Christo nequaquam fuit: & in patria euacuabitur. Essetque illusio, si videretur Christo aliquo modo se adduci in pinnaculum Templi, cum nõ adduceretur: quemadmodum accidit in somnis, quo tempore dum putamus illuc duci, quo reuera non ducimur, profectò illudimur. Ad hæc, si vera tentatio non esset, quæ non valeret extorquere, vel meritum, vel demeritum, quemadmodum nec à dormiente, planè nec vera Christi fuisset de hoste victoria. Prætereà, dæmon in Christi capite phantasiave operatus fuisset: quod absurdum videtur. Item, si fuit visio imaginaria, non vera, falso dicitur assumpsisse, statuisseq; supra pinnam Templi: facile esset quoque vincere similes fatuitates ac vanitates: nec esset apposita atque efficax antidotus ad victoriam serpentis de Adam, quæ quidem vera fuit & externa, non ficta neque imaginaria. Hæc autem eo consilio volui refellere, quòd legerim apud nonnullos, B. Hieronymum sensisse, tentationes has per visionem contigisse: non quòd illuderentur sensus eius per Satanam, vt scripsit Bucerus turpiter ipse illusus à dæmone, vt modò in Templi pinna, modò in monte sibi esse videretur collocatus, qui enim poterat tam perfecta anima eludi? Sed Satan exterius earum rerum species atque simulacra ob oculos ponebat, putabatque humano more delusum atque deceptum.

I. argum.

II. argum.

III. argum.

IV. argum.

V. & vltimũ.

Gen.3.

Buceri de modo tentationum Domini, vanissimum commentum.

Ierusalem ciuitas cur dicitur sancta. *Luc.4. Dan.9.*

His positis, iam ad literam explicandam accedamus: *In ciuitatem sanctam*, scilicet Ierosolymam, vt Lucas explicuit: nam & hoc nomine vocat illam Daniel. cap. 9. Sancta porrò dicebatur propter templum in hoc, & non in alio loco Domino consecratum, & nomen Dei in illo cultum: tum ob promissiones, & res sanctas in ipsa vrbe Ierosolyma factas, atque homines sanctos, qui in ea habitarunt, versatiq; sunt: hæc eadem aliàs & propter corruptos hominũ mores ab eisdem Prophetis meretrix dicitur, ciuitas sanguinis, plenaque latronibus & sicarijs atque homicidis: semper tamen sancta appellatur, ob priores causas. Pari enim ratione dicuntur hodie multi, reuerendissimi, illustrissimi, sanctissimi, ac serenissimi, non quòd tales meritò vita existant, sed propter ipsa sancta scilicet illustria, excelsaque officia, quæ repræsentant. Dicitur & alia quoque ratione sancta, propter Christi in ea peracta mysteria: inde etenim maximè sanctificata est & illustrata Ierosolyma. Nam quando Matthæus scribebat, nõ dum erat vel reprobata à Deo, vel destructa, nam ante Apostolorum recessum è Iudæa iam scripserat Euangelium Matthæus. Considera etiam, prudens lector, audaciã & impudentiam dæmonis in locis sanctis, & Deo dicatis ad peccata homines solicitantis: quod faciat ille, tùm vt magis Deo sit iniurius, tùm vt grauiùs proximum lædat. Siquidem flagitia in loco sancto admissa, vel sacrilegia fiunt, vel ratione loci ac mali exempli, grauiora. Tentationes autem etsi cœptæ sint in deserto, non tamen ibi completæ. ¶ *Et statuit eum super pinnaculum Templi.* Quo ex verbo colligimus, Christum gestatum à dæmone fuisse, vt diximus, non in rupem aliquam deserti (quod facilè potuisset) verùm in ciuitatem populi frequentia, locique religione celeberrimam, vnde amplam ac copiosam inaniter gloriandi haberet occasionem. Pinnaculum autem Græcè dicitur πτερύγιον, & diminitiuum est alarum, quòd nimirum in similitudinem alarum formetur fastigium & summitas ædificij in acumen tendentis, & quod in morem alarum motetur, siue quòd Veteres pinnam, acutũ dicebant, siue quòd pinnaculis addi pinna consueuit, quę facili motu, ventorum indicet flatum. Nos hodie laminas, siue vexilla infigimus. Neq; verisimile est, illum locum non habuisse aliquod tectum planum, ex quo facilè omnes cernere, & cerni ipse ab omnibus posset. Et Hieronym. libr. de scriptoribus Ecclesiasticis refert Iacobum præcipitatum de pinnaculo Templi. Ita enim in Iudea tecta superiora cum planitie aliqua ædificari debebant, vt præcipitur Deuter. 22. *Cum ædificaueris*, Moses inquit, *domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente.* Iosephus lib. 6. de bel. Iudai. cap. 6. de modo componendi pinnaculum super Templum sic ait: *In summo aureis verubus horrebat acutissimis, ne ab insidentibus auibus pollueretur.* Hæc ille. Et tamen dæmon insigni peccato ostentationis à Christo pol lui existimauit posse. Neque verò hic, nec per viam visus est ipse Christus, sed se fecit inuisibilem, ne magus ac maleficus putaretur: & ne ab eo rogaret quisquam quomodò illuc ascendisset. Nam si respondere, vel mendacio rem tegi oporteret, vel si verum exprimeret, seque assereret à dæmone portatum, offensionem caperent Iudæorum animi. Quòd si se tueretur exemplo Habacuc ab Angelo portati, nihil efficeret, cùm Iudæi historiam illam minimè recipiant.

Et ait illi, Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Nimirum, suspicio sanctitatem tuam, probo confidentiam tuam ac spem in Deo, qui seruare te potest ab omni malo famis, & ab interitu, cùm sis eius filius dilectus, quem ille singulariter protegit ac tuetur: agnosco quàm securus, quamque sine metu siueris te portari per aerem tanquam sis Filius Dei, ab Angelo. Sed ego id minimè credo, nec in animum meum inducere possum te illius filium esse: nam alioqui non esurires, nec te esurientem deserere videretur Deus. Quòd si me vis tanta de veritate nihil ambigere; mihique tale quid esse persuasum penitus atque exploratũ, ede continuò aliquod signum tanto Filij Dei elogio respondens. Si noluisti ex lapidibus panes efficere, mitte saltem te de hoc pinnaculo deorsum, vt & ipse credam, & tantus populus, qui astat, spectet sanctitatem tuam. Producis in Scripturis esse scriptum: *Non in solo pane viuit homo*, quod verum est, interim tamen esuris: ede igitur aliquod, vt dixi, potestatis specimen tuæ coram tanta hominum multitudine, mittendo te deorsum. Nam similiter est scriptum: *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* Quando ergo ita scriptum intelligis, vt velis Deum expectare, qui te pascat, mitte te deorsum, & hoc scriptum est, vt iterum dicant: *Angelis suis Deus mandauit de te.* Nec erit hoc, tentare Deum, qui enim potest panes efficere, si expectare Deum vult, ipsum tentat, nam Deus potest illi respondere: Vtere tua potestate, quid expectas à me, quod per te ipsum præstare vales? Non

Deut.22.

Ioseph. histor.

Christus per viam, ac ipsa pinnas Templi contristatus, ob se fecerit tumultum.

Dan.vlt.

Quid significet, Si Filius Dei es, mitte te deorsum.

Deut.8.

Psal.90.

Quibus rationibus dæmon illudat.

Psal.130.

Quorundã illusiones mortiferæ. *Cassia. Collat. 2. Abbatis Moysi cap. 5.*

Quando primum diabolus Dei Filiũ dejicere tentauerit. *Esa.14. Matth.27.*

Diabolus, post gulam mox de inani gloria cur Dominum tentauerit. *Eccl.27.*

Prouerb.28.

Philip.2.

Psal.90.

Esa.14. Altera opinio probabilior.

Matt.2.

Luc.22. Matth.26.

Qua ratione Christus ministerio eguerit Angelorum.

les? Non est tam leuis, aut tam crassa ducenda hæc de ambitione, siue inani gloria tentatio. Homo etenim, qui perfectionis opera aggreditur, & iam sibi sanctus & amicus Dei videtur, miras dæmonis illusiones patitur, & ambulat in magnis, & in mirabilibus super se, ac nihil non facit inanis gloriæ caussa: vt plures hæc ambitio sanctitatis ad insaniam vsque perduxerit. Hinc enim quidam suasu dæmonis se in puteos, ac præcipitia demiserunt: vt constat in historia Heronis, & de Simone Mago, qui Romæ volare tentans, ad preces Apostolorum Petri & Pauli deiectus est, & infelix paullò pòst mortuus. Sed quid non ausit audacissimus ille, & perditissimus dæmon? ac quemadmodum modò Christum demittere de pinnaculo moliebatur, ita olim in cœlo de pinnaculo diuinitatis: & tempore mortis de pinnaculo crucis, cum per suos dicebat: *Si Filius Dei es, descende de Cruce*, deturbare conatus est. Ac vide, quàm aptè, post quam tentationem carnis, siue gulæ superauit, tentatur de inani gloria Christus. Nam quem diabolus tentatione non superat, de victoria tẽtationis eiusdem per vanam gloriam tentat. Vnde habes, quàm sit nobis timendum, & in procinctu standum, quãdo nec ipsa victoria satis tuta est: quare rectè monet Spiritus Sanctus: *Nisi in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua:* & alio loco: *Beatus homo qui semper est pauidus*, & Apostolus Philippenses cohortatur, vt cum timore & tremore salutem suam operentur. Ac ne videretur fraudulenta ac improba tentatio diaboli, etiam Scripturis eam fulcire, atque colorare voluit, dicendo: *Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, &c.* Sunt qui putent hunc Psalmum nequaquam intelligi de Christo, eo quòd indignum censent, Christum Angelorum protectioni subdi, quasi infirmum ac debilem: imò Angeli est, offendere ad lapidem pedem, nisi Christus eum teneret, ac protegeret, & ideò Lucifer ceciderat, quia noluit Christo subiacere. At certè, si verum amamus, absurdum non est, Christũ, qui humiliora propter nos suscepit, quamquàm custodem Angelum deputatum eius custodiæ, vt cæteris hominibus concedimus, non asseramus, Angelorum ministerio, & custodiæ suaptè sponte subiectum fuisse. Nam & in infantia ab Angelis custoditus, & imminẽte morte etiam ab Angelo est confirmatus: & tanquam infirmus Apostolis ipse dixit: *An non possum rogare Patrem meum, & ipse exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum?* Ad hæc ergo omnia se adegit, vt congruè repararet nostræ superbiæ lapsum per humilitatem suam. Quanquam Christus ea ratione qua Deus est, omnia portet verbo virtutis suæ, omnesque Angelos ipse custodiat.

Citat igitur verba Psalmi, qui de Christo est, teste Caietano. Nec B. Ignatius negat intelligi de Christo, & Ecclesia in die qua legit hoc Euangelium in Missa, huius Psalmi verba vsurpat, ostendens à vero nõ abhorrere quod de Christo intelligatur, qui in periculis, quibus non se exposuit, clamat ad Dominum, postulando auxilium Dei: qui quidem iustus, si expediat, ab Angelis liberabitur, vt tres pueri olim de fornace Babylonica, & Petrus de carcere: Tamen non excluderet Christum, qui omniũ iustorum caput est, & qui iustus simpliciter in Scripturis nominatur, sed deprauatè nequam ille, & minus ad rem allegauit hęc verba. Quæ etsi ad literam de Christo accipiantur, non debemus tamen propterea nos præcipites dare, aut de eminenti loco dejicere, eo quòd Angelos habeamus custodes: quod certè aliud non esset nisi Deũ velle tentare.

Suppressit autem in hoc Psalmi testimonio quæ contra ipsum erant. Vnde Bernardus serm. 14 in Psalmum 90. *Angelis*, inquit, *suis Deus mandauit de te. Quid mandauit? Animaduertite, & videte, quoniam subrepsit malignus, & fraudulentus, quod malignatus sua commenta dissolueret. Quid enim mandauit? nempè quod in Psalmo sequitur: Vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Nunquid in præcipitijs? Qualis via hæc de pinnaculo Templi mittere se deorsum: Non est via hæc, sed ruina. Etsi via tua est, non illius. Frustra intentationem capitis intorsisti, quod scriptum est ad corporis consolationem*, & reliqua. Prætereà B. Ignatius epist. 8. ad Philippen. annotauit, dæmonem finxisse se ignorare verba quæ sequebantur: *Super aspidem, & basiliscũ ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem*: quòd eiusmodi verbis, tùm ipse, tùm ministri eius ferirentur. Origenes item in hæc verba: *Vide*, inquit, *quomodò & in istis testimonijs versipellis est. Vult enim imminuere gloriam Saluatoris, quasi Angelorum indigeat auxilio: offensurus pedem, nisi eorum manibus subleuetur. Assumit testimonium, & interpretatur illud de Christo, quod non de Christo, sed de sanctis generaliter scriptum est. Neque enim indiget Angelorum auxilio, qui maior est Angelis, &c.* Quin potius disce, diabole, quod nisi Iesus adiuuerit Angelos, offendent pedem suum. Quoniam enim in propria virtute confidens, non inuocas præsidium Iesu, offendis, & credere in Iesum Christum Filium Dei noluisti. Quare siles (scilicet quod sequitur) super

Heb.1. Caietan. in Matth. B. Ignat. epist. 8. ad Philippen.

Psalmus 90. quomodo ad iustos pertineat.

Dan.13. Act.12. Esa.53. Act.7. & alibi.

Diabolus hunc Psalmi locum: Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te, & eliqua, vt deterreret infelix, & malignus. *B. Bernard.*

Astus veteratoris dæmonis.

D. Ignat.

Orig. hom.3. in Lucam, to. 1.

Cacodæmõ quàm versipellis, teste Origene.

Heb.1.

Iesus quàm minimè egeat Angelorum auxilio.

aspidem,

Vnde infelix ceciderit, & offenderit ad lapidem pedem suum dæmon. *Apoc.12. 1.Pet.5. B. Hieronym. tom.8.*

aspidem, & basiliscum ambulabis, &c. nisi quòd tu es basiliscus, tu es omnium serpētium regulus, nocentiora habens venena, quàm cæteri? Tu es draco, tu es leo, & quæ sequuntur. Quapropter Hieronym. in hunc Psalmum scribens, sic loquitur: *Hoc non dixit: Vt custodiant te: sciebat enim contra se esse. Poterat enim Dominus ei respondere: Si custodit me Dominus in omnibus vijs, ergo & à te custodior. Tacuit ergo, quod sciebat contra se esse, & posuit quod pro se erat. Verè diabolus quasi diabolus interpretatur de Saluatore, quod non est de Saluatore. Si enim de Saluatore est totus Psalmus, sicut interpretaris, ô diabole, & de ipso est quod dicitur: Protegam eum, quoniam, &c. hoc est: ego Pater protegam Filium meum.* Et infra: *Dixisti, quoniam Angelis suis mandauit de te, vt in manibus portent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Dic quod sequitur. Quid taces? super aspidem, & basiliscum ambulabis, &c.* Hæc ille. Et præceptor eius Gregorius Nazianzen. oratione in sanctum lauacrum, loquēs de diabolo, ait: *Atque etiam Scripturarum peritus est hic latro. Hinc illud scriptum est de pane. Hinc illud, Angelis suis mandauit de te, &, In manibus portabunt te. O sceleris doctor, & architecte: quomodo id quod sequitur, suppressisti (hoc enim probè intelligo, etiam si ipse reticueris) nimirum quòd super aspidem, & basiliscum ascendam, & conculcabo serpentes, & scorpiones, Trinitate videlicet septus, & communitus.* Hæc Nazian. Vides ergo ingenium diaboli, & idcircò hæreticorum filiorum eius esse, non integras, sed mancas & truncatas citare Scripturas, quo imponant hominibus ad victoriam, aut fiquidē aliquando integras citant, non nisi ad prauos, & corruptos sensus detorquent. Ideò non satis est Scriptura, sed ādhuc opus est intelligentia, atq; illa quidem ex communi Ecclesiæ sensu, & fideliū praxi desumpta.

B. Greg. Nazian. orat. 40. tom. 2.

Qua virtute Christus (ait Nazianzen.) conculcaret serpentes, & scorpiones.

Hæretici docti à diabolo sacras falsare, truncare, ac detorquere Scripturas

Ait itaque: *Quoniam Angelis suis Deus mandauit de te.* Non vni, vt custodi, sed multis, ceu ministris: *De te* inquam, dilecto Filio suo. Et suppressit mendax, verbum subsequens: *Vt custodiant te.* Subditque: *In manibus tollent te.* Per manum, vis operandi Angelorum, siue exequendi significatur. Manus etiam vt plurimum haud portādis hominibus occupantur, verùm humeri propriè: ideò nobilior portatio in manib. denotatur. *Ne fortè,* inquit, *offendas ad lapidem pedem tuum,* id est, nō solùm ne lædaris, vel aliqua parte frangaris. Ne offendas, inquit, pedem, nedum caput. Dicitur porrò diabolus, aspis metaphoricè, per lentam tentationem, basiliscus, per improuisam, & repentinam: leo, per apertam truculentiam, & tyrannidem: draco verò, per occultam, atq; inuisibilem tentationem: quæ omnia Christus conculcauit: ac suos Spiritu Sancto munitos ita conculcare facit. vt faciant etiam cum tentatione prouentum.

Angeli vt Christum custodire debebant. *Matth.3. Infra 17.*

Ait illi Iesus, Rursum scriptum est: non tentabis Dominum Deum tuū. Vox *Rursum,* quæ Græcè dicitur πάλιν, significat iterationem, vel potiùs hoc loco contrarietatem. Quasi dicat, Tu inquis, scriptum est: *Angelis mandauit de te,* & ego dico, Rursum, per contrariū est scriptum, Non tentabis. Nimirum tu dicis Deum dixisse: *Angelis suis mandauit de te:* Ego produco eundem Deum docentem, *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Scripturæ inter se contrariæ esse non possunt. Scriptura cum Scriptura conferenda est, ne pernicioſe erremus, & quoniam ab eodem autore profectæ sunt: ex quo vnus eius locus alterum explicare debet: videlicet tunc esse in protectione Angelica confidendum, quando nos ex nobis ipsis non id agimus, vt quæramus pericula, illisque sponte exponamur: quandoquidē se exponere periculis, tentare Deum est. Et, *Qui amat periculum peribit in illo.* Quare vna & eadem opera Scriptura se explicat, eademq; illaqueat aduersarium. Docens simul nos vt colloquium cum dæmone statim rescindamus, ne illi vllo sermone aditū demus: non enim docere, sed vincere, ac ligare illum debemus. Neque enim inquit Christus veteratori; Malè intelligis Scripturas: atq; illę de me non intelliguntur: ne se detegeret Messiam: sed statim eo dato, non sequitur persuasionem tuam esse veram, cùm illi contradicat alia Scriptura. Vides igitur, quàm minimè sint audiendi hæretici, qui ad pauca respicientes facile enuntiant? Aspicis quàm verum sit dictum illud Iurisconsulti: Inciuile esse, non perspecta tota lege, sed aliqua eius parte, pronuntiare sententiam? Multa etenim nostræ tempestatis hæretici ex Scripturis producunt, quæ in speciem verba Spiritus Sancti esse videntur, tamen qui ad eum sensum confirmandum, qui hæreticus est, & multis sacrarum literarum testimonijs damnatus, depromunt, idcircò nequaquam audiendi sunt. Hinc B. Augustinus lib. 2. de gratia in Cœlestium, cap. 4. *Post hæc,* ait, *quæ veraciter, & catholicè gesta sunt, imò in diuinis libris veraciter scripta, non autem ab isto catholicè dicta sunt, quia non intentione Catholici pectoris dicta sunt.* Hæc ille, catholicè, & eleganter.

1. Cor.10.

Quid sit Rursum scriptū est, Non tentabis Dominum Deum. &c. *Deut.6.*

Sanctarum consonantia scripturarū.

Angelis suis quādo Deus mandauerit, vt custodiāt nos in omnibus vijs nostris. *Eccles.3.*

B. Aug. to.7.

Annotauit autem hoc loco Origenes, quòd diabolus quomodo per occasionem temporum de Scripturis loquitur, sic è contrario Paulus pro vtilitate eorum, qui audiunt, non solùm de Scripturis, sed & de

Quid trina dæmonis per Scripturas conflictatio Christus nos docet.

Hæreticis etiam Scripturas citantibus minimè credendum.

Alio fine Paulus testimonia Poetarū citat, quā diabolus testimonia Scripturarum.

Orig hom.31. tom.5. Tit.1. Christus cur in secunda persona Tentatori dixerit, Non tentabis Dominum Deum tuum.

B. Hilar. Can.3. in Matt. Diabolus in secunda tentatione quid de Christo sensisse videatur, aut simulet.

secularibus literis assumit testimonium, vt illud: *Cretenses semper mendaces:* & reliqua. Non ergo tentabis Dominum Deum tuū, vt olim tu tentasti, mittens te deorsum: imò vt nunc actu tentas, ideò in secunda persona ait, Non tentabis tu dæmon, & se in tertia, Dominum Deum; occultè siquidem, contraque eius animum confitetur quæ volebat, & quæ simulabat. Si ergo non me credis Deum, sed hominem, homo Deum nequaquam debet tentare. Atque ita non vi aut potestate, at prouidentia vincit tentationem, & abusum sapientia. Quamobrem Hilarius inquit: *Diaboli conatus & tentamenta contundens, & Deum sepro testatur, & dominum.*

Hic etiam aduerte, dæmonem minus quid se sentire de Christo ostendisse, vel simulasse, maius enim erat dicere lapidi vt panis fieret, quàm mittere se deorsum, securus non de se, verùm de subsidio Angeli, quoniam etiam minus, facilius est factu, voluit eum tentare ratione obiecti, quod magis mouet spiritales viros, allicitque, quàm gula: nempe ob vanam gloriam. Maiorq; est irritatio ad minus prouocare. Noluit ergo Christus vanam gloriam ab spectantibus penes Templum & ciuitatē sanctam: nec etiam fugere ignominiam mortis ad vocem illam: *Si Filius Dei es, descende de Cruce.* Est autem tentare, re aliqua solū ad experiendum vti: vt diximus sæpe: nam ita homo equo & amico vtitur, Deus quandoque homine: dæmon verò, & interdum homo, Deo ipso. Tentare igitur Deum, nihil est aliud, quàm sine necessitate hominem exponere se periculo, à quo sola Dei potentia potest liberari. Qui ergo optat absque necessitate videre signa, Deum tentat, & grauissime peccat: eo quòd non credit, sed negat Diuinam potentiam, aut sapientiam, vel bonitatem eius, de qua vult facere periculum. Estque irreuerentia maxima, nulla vrgenti caussa velle tentare, id est, Deo vti quasi circulatore, vel prestigiatore: vt Herodes, qui optabat signum aliquod à Iesu fieri videre. Qui verò constitutus in aliquo discrimine, à quo per solum Deum liberari valet, minimè peccat tentando si confidat in Deo, petens ab eo liberationem, iuxta illud quod dixit Iosaphat: *Cùm ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.* Tentant ergo Deum quicunq; quod solum est naturæ, volunt per artem efficere, vt volare sine alis, quemadmodum fecit Simon Magus: vel quicunque quod solum est artis, fieri per naturam contendunt: vel rursus, qui quod naturæ, vel artis est opus,

Matt.27. Sap.2. Tentare, quid sit.

Tentare Dominū, quid.

Quale peccatum hoc sit. *Luc.23.*

Deum tentans, qui minimè tamen peccet.

Dominum Deum malè qui tentent.

per miraculum. Tentamus enim omittentes agere quod in nobis est: vel contendentes agere quod non possumus: aut respuentes nostrum, vel aliorum infirmum auxilium & illud Dei, Angelorumve quærentes. Estque magnum peccatum, velle per noua opera notissimam, exploratissimamque diuinam potentiam, vel sapientiam experiri. Iam verò ex hoc secundo conflictu discamus, vna aliqua tentatione deuicta, timendum esse nobis ac maximè cauendum, neque dæmonem continuò cedere, verùm alias atq; alias subinde moliri insidias. Deinde ex Christo disce, nihil haberé virium dæmonem ad nocendum nobis in anima, etiamsi corpus tangat, aut affligat ac vexet, modò illius tentamentis atque fallacijs ostium occludamus consensus. Nam sanctos multos varijs modis Deo permittēte afflixit, ad ipsorum tamen meritum & coronā. Illud tantum modo cauendum atq; prouidendum vt diximus, ne vllo modo intret in cor nostrum, sicut ille intrauit in cor Iudæ vt traderet Iesum: tunc enim succumbimus, atque eius miseram seruitutem subimus. Disce rursus, dęmonem ad peccatum nequaquam nos posse compellere, atque vnico libero arbitrio nos illo esse superiores, persuadere quidem, at cogere non potest: allicere ad præcipitium, sed præcipitare minimè. Ne calius peccatorem præcipitat, quam ipse se ipsum. Vnde cum dæmoni conquerenti quòd omnes illi maledicerent, occurrisset B. Antonius atque dixisset, iustè quidē id fieri, propterea quod omnes suis insidijs atque molestijs vexentur, tunc ille aptè: *Ego quidem,* inquit, *nihil efficio, qui in nolentem nihil possum: sed ipsi se ipsos ad inuicem perturbant.* Quare egregiè Hieron. *Satis,* inquit, *est debilis, qui nulli nocere potest, nisi se deorsum posuerit.* Hæc ille in sensu. Sanum est consilium Salomonis dicentis: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne demiseris.* Locum verò dimittimus, vel cùm in altiora efferimur per elationem: vel cum in ima descendimus per desperationem. Ad hæc docemur, dæmonem suggerere, vt corpore descendendo, spiritu superbiamus: vt simul sit ascensus vanus, & descensus verus: semper enim est coniuncta humiliatio exaltationi, iuxta illud: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur,* ac rursus: *Deiecisti eos dum alleuarentur.* Ita enim Simon Magus dum sine alis à natura negatis volare tentauit, precibus Apostolorum principis à Deo est deiectus. Aduerte insuper, multos, qui non intrant per ostium literarum, sanctæque vitæ, quæ geminæ sunt alæ ad ascendendum super pinnaculum

Ex eo quod Christus secundo tentari voluit, quid primū addiscamus.

II. documen.

Ioan.23.

III. docum.

Dæmon ne peccatorem, an peccator ipsemet se ipsum præcipitet.

B. Hieron. hoc loco, tom. 9 in princ. Eccles.10. Quid illud: Si spiritus potestatem habentis ascendet super te, locum tuum ne dimiseris

IV. docum. *Luc.14. Infra 18. Psal.72.*

Simonis Magis præcipitium vnde.

V. Docum. *Ioan.10.*

Templi, per dæmonem atque ſpiritus nequam in illud deportari, dum ad dignitates Eccleſiaſticas malis artibus, aut Simonia, aut hæreditario ſanguinis iure aſcendunt: atq; de vna inferiori ad aliam ſuperiorem, donec deueniatur ad primam & ſummam. Quanquam ſunt quidam, qui tanquam clerici per ſaltum promoti, non per gradus ſuos, vt par eſt, verùm à dæmone exaltati à laicorum ſtatu primarias dignioresq; Eccleſiæ ſedes occupandas conſcendere non formidant, neque verentur in altum tolli, vt lapſu grauiore ruant. Namque vbi conſtituit eos in pinnaculo Templi, tunc ſuggerit eis: *Mitte te deorſum*: id eſt, in hac dignitate quære commoda tua, opes & diuitias congrega, gloriæ tuæ amplificandæ ſtude: induere purpura, & byſſo, epulare quotidie ſplendidè, noli ſurſum aſpicere, ſed deorſum: bonisque Eccleſiarum dita conſanguineos tuos, pinguia ſacerdotia atque canonicatus non alijs, quam ſeruis tuis, & nepotibus diſtribue. Simili ratione verbum Dei prædicantibus, qui in loco ſedent eminēti, quid dicit niſi, *Mitte te deorſum?* id eſt, pro emolumento & fructu laborum tuorum in prædicando, quære gloriam, honorem, & bonam famam, intende in mercedē bonorum temporalium, de animarum ſalute curaque non ſis ſolicitus, de ſeuerè ob iurgandis, increpandisque vitijs atque peccatis ne ſis anxius, ne populi fauorem & applauſum amittas. *Obſequium enim amicos, veritas odium parit*. Quare ſcitè dictum eſt à B. Bernardo ſerm. 13. in Pſal. 90. *Omnis qui de virtutum eminentia ad inanis gloriæ ſe ſe dimittit & deijcit appetitum, haud dubium quin Domino virtutum, qui tanta inter nos tolerauit, vt nobis formam huius imprimeret ſanctitatis, pro gratia contumeliam reddit*. Sacerdotibus verò & Eccleſiarum canonicis ſuadet, vt non niſi pro lucro temporario Miſſas legant, defunctis ſepeliendis incumbant, proque diſtributionibus quotidianis potiſſimum in chorum ad horas Diuinas perſoluendas conueniant. Verùm ad omnia hæc vno verbo eſt reſpondendum: Non tentabis Dominum Deum tuum. Sed & agnoſce dialecticen, vel potius ſophiſticen dæmonis, ait enim: *Si Filius Dei es, mitte te deorſum*, nam hæc conſecutio bona non eſt, & manifeſtè peccat, non aliter ac ſi quis diceret luci, Tenebris me inuolue, aut igni: Deſcēde, frigore afflige me: nō eſt enim filiorum Dei deſcendere deorſum, vel præcipitare ſe ipſos, ſed potiùs aſcendere in cœlum, vbi, iuxta Pauli doctrinam, habent conuerſationem ſuam: *Aſcenſiones*, inquit Dauid, *in corde ſuo diſpoſuit, &c. Ibūt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion*. Qua ratione tentandi etiam hodie vtitur vafer cū vnoquoque: *Si filius*, inquit, *Dei es*, ſi prædeſtinatus es, deſcende ad hoc peccatum, ſcriptum eſt enim: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, nimirum etiam ipſa peccata & flagitia, nam & Publicani & peccatores erant appropinquantes ad Ieſum: vt teſtatur Euangelium. Allegat etiam, *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te*: id eſt, Angelis cura eſt de electis ne pereant, & ne offendant ad lapidem pedem ſuum: quaſi dicat, nequaquā remanebit in te peccatum propoſiti obſtinati, poteris ex lupo fieri agnus, ex vaſe iræ, vas miſericordiæ. Vox Dei eſt: *In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor*, & quæ ſequuntur. Sed his omnibus eodem modo reſpondēdum eſt: *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Grauiter tentat Deum, qui ſub ſpe diuinæ miſericordiæ vel indulgentiæ conſequendæ in peccata prolabitur, quo periculum faciat de diuina bonitate atq; clementia. Reſponde Satanæ, Si prædeſtinatus ſum, debeo opera electorum præſtare: de quibus Apoſtolus ait: *Induite vos ergo ſicut electi Dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam: ſupportantes inuicem, & donantes vobismetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam: Sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos*. Sic ille. Hæc ſunt opera electorum Dei. Si Filius etiam Dei ſum, & æterna hæreditas ad me ſpectat, debeo officia filiorum Dei præſtare, quemadmodum Chriſtus dixit Iudæis: *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite*: atque vt alio in loco Apoſtolus ait: *ipſius enim factura ſumus, creati in Chriſto Ieſu, in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus*. Quia enim pleriq; tantæ dignitati filiorum Dei per vitam & bonos mores nō reſpondent: hinc eſt, vt filij regni eijciantur in tenebras exteriores. Ideò danda nobis eſt opera, ne ab hæreditate cœleſti abdicemur, atque extorres efficiamur. Ita ergo fiet, vt ſi in animo noſtro fixum hoc diuinum præceptum inſideat: Non tentabis Dominum Deum tuū, vt inquam, omnes doli, technæ atque inſidiæ veteratoris ita nobis detegantur, vt de illis glorioſum triumphum reportare valeamus, quemadmodum & Chriſtus caput noſtrum retulit: cui cum Patre, & Spiritu ſancto deferatur omnis honor, gloria, & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Quos dæmō hodie ſuper Templi pinnaculum deportet, vt eos inde præcipitet.

Luc. 16.

Alterum genus hominū.

Terent. in And. Act. 1. ſce. 1.

Bern. circa dimidium ſermonis.

Domino virtutū pro gratia quis contumeliā reddat, teſte Bernardo.

Quid Satanę illis reſpondendum.

Qualis iſta ratiocinatio dæmonis: Si Filius Dei es, mitte te deorſum.

Philip. 3.

Pſal. 83.

Tentator idem vt fidelib. obijciat.

Rom. 8.

Luc. 15.

Quò tendat his verbis ille nequam. Angelis ſuis Deus mandauit de te.

Rom. 9.

Ezech. 18.

Deum grauiter qui tentat.

Coloſſ. 3.

Opera filiorum Dei.

Ioan. 8.

Epheſ. 2.

Matth. 8.

Glorioſum quomodo nos de hoſte Satana triumphum reportabimus.

TRACTATVS XIV.

In illa verba: *Iterum aſſumpſit eum diabolus in montem excelſum valde: & oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Ieſus, Vade Satana: ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei.*

Series contextus.

POſtquam Satanas Chriſtum tentauit de eo, quod omnes, etiam quantumcūque ſpiritales viri, id eſt, corporeo cibo, ad refectionem naturę appetunt: de eo etiam, in quo ſpiritales item viri quandoque deficiunt, nempe vt aliqua ad oſtentationem, inanemque gloriam operentur: nunc poſtremò ad id, quod non eſt virorum ſpiritui, verùm carni, & ſanguini vacantium, ſe conuertit. Proponit enim diuitias, & mundi gloriam: putabat ſiquidem hoc ariete poſſe Chriſtum expugnari, nimirum, quòd in cæteris hominibus expertus eſſet, nihil tam ſceleratum eſſe, nihil tam à pietate alienum, quod illi dominandi, regnandique gratia non eſſent auſi. Hinc Princeps Romanorum Imperator ſolitus erat dicere: *Si violandum eſt ius, imperij gratia violandum eſt*: Et Latinus Poëta:

Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Cur diabolus Chriſtum de ambitione, & auaritia tentauerit.

Sutton. in vita Cæſaris. Vox Iulij Cæſaris ambitione plena.

Virg. 3. Æneid. ſub init.

Tertiò cur Chriſtus tentatus.

Quia verò dicitur: *Iterum aſſumpſit*, & in fine: *Tunc reliquit eum diabolus*: conſtat, tertiam iſtam in ordine fuiſſe tentationē, qua ſe Chriſtus tentari permiſit. Tùm vt intelligamus, & patienter feramus, ſi opera dæmonis in varias tentationes, & tribulationes inciderimus: tum vt illuſtris appareat pertinacia, atque ſuperbia diaboli, qui ſemel atque iterum victus nunquam quieſcit, ſed ad nouos ſemper ſe præparat conflictus: tum deniq; vt mundi, & auaritiæ tentatio merito Chriſti, & exemplo à nobis vincatur & ſuperetur.

Quomodo diabolus in montem Chriſtum aſſumpſerit.

Subdit: *Aſſumpſit*, eadem ratione, qua & in pinnaculum fuit vectus, nempè delatione, ſiue geſtatione: nam ſi diutius protracta fuiſſet hæc tentatio, vel pedibus in mōtem veniſſet ſuis, diu eſurijſſet, & in deſcenſu graduum oportuiſſet ſe inuiſibilem ſigno facere. Neque inconueniens eſt aſſerere, in aëre factum eſſe inuiſum, ne magus videretur: ſicut ſi pedibus deſcendiſſet, vt non videri poſſet, efficere debebat. Hic autem mons excelſus, vocatur Mons Tentationis: & diſtat à deſerto, vbi ieiunauit quadraginta diebus atque noctibus, per duo milliaria, totidemque diſtat à Iericho, vt tradunt qui deſcribunt Terram Sanctam. Putabat dæmon affectum eius, nempè Chriſti, permutandum loci mutatione. Et montem excelſum valde elegit hoſtis, vt inde tanquam è ſublimi ſpecula multa videri poſſent: & quidem aptus erat locus ad oſtendendum Chriſto quæ volebat. ¶ *Et oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum*, id eſt, quæ conſequitur eos qui regnant: quippe hæc gloria, humana, & mundana eſt. Pondera, obſecro, bone lector, technam & aſtū veteratoris: oſtendit ei regna mundi, & omnem gloriam eorum, celauit verò onera, moleſtias, & labores, quos tanquam penſionem quandam Reges præſtare cogētur. Ita enim ille ſolet in offerendo Principatu, aut Ducatu, aut Epiſcopatu, aut Canonicatu ea omnia tegere, quæ moleſtiam, & faſtidium adferunt; detegit verò gloriam, ſplendorem, diuitias, potentiam, & ea omnia quæ ſenſum, vel allicere, vel delectare poſſunt. Cōtrà Dominus, illis, quos ad ſua munera, & dignitates obeundas vocat, labores, moleſtias, & cruces perferendas apertè proponit: *Qui vult*, inquit, *poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Et, *Niſi quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet; non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Rurſus filijs Zebedæi primas ſedes in regno ſuo affectantibus: *Poteſtis*, inquit, *bibere Calicem quem ego bibiturus ſum? aut baptiſmo quo ego baptizor, baptizari?* Et Apoſtolus: *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c.* Detegit ergo bonus ſpiritus labores, & cruces, quæ in Corona Regia, aut magiſtratu Eccleſiaſtico deliteſcunt, ne quis ſe ab eo deceptum iure conqueri valeat: cùm malignus ſpiritus nonniſi glorioſa, & ſenſum oblectantia proponat, occultet verò omnia laborioſa, & moleſta.

Cur aſſumpſerit Chriſtum diabolus in montem excelsū valde.

Proprium dæmonis quid ſit.

Quid verò proprium Chriſti.

Matth. 10.

Luc. 14.

Matth. 20.

1. Tim. 3.

Bonus ſpiritus laborioſa ſuis, & moleſta cur tantū oſtendat.

Addit B. Lucas: *In momento*. Id eſt, ſubitò, vel breuiſſimo tempore. Grauis autem oritur inter Doctores difficultas, qua ratione potuerit in momento hæc oſtenſio fieri. Nullus ſiquidem mons, quantumcunque editus, vel excelſus, eſt in toto orbe, ex quo omnis terra habitabilis cerni poſſit, cùm multæ ſint aliorum montium, quibus valles occultantur, interpoſitiones. Et licèt non eſſet niſi vnus tantùm mons, & reliqua terra eſſet plana, cùm ſphærica eſſet, vt eſt, proprium haberet tumorem, qui

Luc. 3.

Quonā modo diabolus Chriſto oſtēderit omnia regna orbis terræ in momento temporis, vt ait Lucas.

impediret cuncta regna videri. Imò tametsi plana esset, difficilè omnia mundi regna à remotissimis locis spectari possent ob paruitatem anguli rei, quæ sub aspectum caderet. In primis igitur exponit Origenes, quem sequitur Rabanus, non esse arbitrandum quòd regna mundi ei ostenderit, vt Persarum, Græcorum, &c. sed regnum filium, quo ipse in alijs regnat per fornicationem, in alijs per auaritiam, in alijs per superbiam. Verùm hic sensus ad mores potiùs, quàm ad literam facit: neque de illo Christus intellexit, aliàs non esset locus tentationi, cùm diabolus apertè ostenderet tot vitia, in quibus ipse regnabat. Nec ipse promitteret Christo se daturum omnia regna: quia esset polliceri alicui vniuersa peccata; cùm tamẽ quilibet per se ipsum peccare posset. Dixit etiam: *Hæc omnia tibi dabo, si cadẽs adoraueris me*: ergo aliquid magnum pollicebatur, quo alliceret ad illam adorationem. Tamen dare peccata nil erat, cùm nihil sit facilius quàm peccare: nihil difficilius quã abstinere à peccato. Maximè cùm dixerit: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum, vt refert Lucas. Ergo necessariò intelligendum est de regnis terræ, quæ potestatem, & gloriam habent, & non de peccatis.

Deinde ostensio hæc non est facta in mente: ita vt in eius intellectu cognitionẽ produxerit de cunctis regnis terræ, & ipsorum gloria. Hanc sententiam refert Theophylactus, sed illi non subscribit: ait enim: *Quidam dicunt, quòd in mente ostendit: ego autem dico quòd sensibiliter & in phantasia apparere fecit.* Hæc ille in sensu. Deinde ad talem ostensionem monte minimè opus fuisset, cùm ad huiusmodi cognitionem montis locus nihil conferat. Ad hæc diabolus non potest producere aliquam nouam in intellectu cognitionem, quæ non dependeat à phantasmate: ad solum enim Deum hoc pertinet, qui potest sine medio agere in intellectum, eo quòd solus ipse valeat animæ hominis illabi & influere. Christus etiam cognitionem hanc habebat in mente sua, nouerat enim omnia præterita, præsentia, & futura: non possunt autem multiplicari numero accidentia, vel habitus eiusdem speciei in eodem subiecto.

Nec tertiò fuit ostensio in phantasia, vt Episcopus probat Abulensis, tùm quia absurdum videtur, vt diabolus intra corpus Christi sanctissimum, & caput eius venerandũ aliquid moliretur immutando phãtasmata, ac turbando, ita vt posset talis visio imaginaria fieri. Quare Gregorius in homilia huius Euangelij ait: *Tentari ergo per suggestionem potuit, sed eius mentem peccati delectatio non momordit: atque ideò omnis diabolica illa tentatio foris, non intus fuit.* Hæc ille. Si autem in phantasia operatus est dæmon, magna pars tentationis fuisset intra ipsum. Ad hæc, superfluum erat, Christum duci in montem excelsum valde, ad cernenda omnia regna terræ, cùm exteriùs nihil videret, sed totum esset in phantasia sua, atque ita in omni poterat loco fieri ista visio. Quòd si obijcias, oportuisse Christum in mõtem duci ideò, vt putaret se videre omnia regna Mundi, licèt reuera nihil videret. In promptu est responsio: nam si illa visio tam efficax esse potuit, vt per eã crederet: se Christus videre omnia regna terræ, cùm nihil videret, posset etiam secundùm eandem visionem ostendi, quòd esset in loco terræ altissimo, imò apud orbem Lunæ, & quod inde cernere se existimaret totã terram. Amplius, quando huiusmodi visiones imaginariæ naturaliter accidunt, vocantur somnia: cùm supra naturam, seu diuinitus, dicuntur Prophetiæ, vt patet Num. 12. vbi dicitur: *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somniũ loquar ad illum*: cùm autem à dæmone fiunt, vocantur illusiones, quia sunt ad fallendum hominem, cùm homo ibi fallatur, putans aliquid esse, quod non est: indignũ est autem asserere, Christum à diabolo fuisse illusum.

Quartò, minimè etiam facta est hæc ostensio verbo tenus, & per sermonem, referendo de omnibus ac de singulis Mundi regnis, vt Leontius atque alij quidam sentiunt: quòniam nec facta fuisset in momento: nec opus fuisset monte excelso, vnde illa spectaret.

Nec similiter quintò facta est in genere ad oculum, vt docet Autor Operis imperfecti in Matthæum, verbo declarans regna, & eorum gloriam, atque digito ostendens videlicet regnũ Persarum esse ad hanc partem, regnum Græcorum ad illam, rursus regnum Romanorum ad aliam, & sic de cæteris: nam si sic res haberet, difficile esset intelligere, quomodò hæc ostendi potuerint in momento, & in deserto, siue in pinnaculo, vel quolibet alio in loco idem potuisset ostendi: quare superfluum fuisset illum in montem editum & excelsum ducere.

Rursus sextò dici nequit, dæmonem fecisse, vt omnium regnorum ac vrbium species venirent ad oculos ipsius Christi: quã sententiam sequitur Cornelius Iansenius: nam non poterat hoc præstari, nisi adhibendo tabulam quandam aut speculũ, vel

corpus

I. Modus, magis tamen potius, quàm historicus.

Orig. hom 20. in Luc. to. 2. Rabanus.

Multis rationibus refellitur.

Peccandi facilitas quanta.

Luc. 3.

II. modus, inceptus & ille impliciter.

Theophyl. in Matth. atque Lucam.

Aliter Angelus, seu dæmon, aliter Deus agit in hominis intellectum.

III. ostensionis modus, idem incongruus ob multa.

Alfon. Tostatus q. 49. in c. 4. Matth. B. Greg. hom. 16. super Euang. tom. 2.

Soluitur hoc. Deberet Christus duci in mõtem ibi vt putaret se videre regna Mundi, quæ non videbat.

Somnia, Prophetiæ, & illusiones differunt.

Num. 12.

IV. modus item improbabilis.

Leont. Episcopus.

V. modus etiam cum cæteris omnibus quibus quuntur, excluditur.

Autor Operis in Matth. homil. 5. to. 2. oper. D. Chrysost.

VI. modus.

Corn. Iansen.

corpus aliquod mundum ac tersum, quod oculo repræsentaret omnia regna mundi: nimirum si res sic haberet, haud esset regna videre, sed ea, quæ repræsentant regna: nec magnum quid videretur fecisse in puncto temporis ostendẽdo: nec ad hoc opus fuisset monte magis, quàm alio loco.

VII. modus. Neque item septimò dæmon ostendit ad oculum, & in specie regna in se ipsis: verùm deducendo illum veluti volãtem per omnia regna, vt illa commodè intueri posset. Atqui iam non monte opus Christus habuisset, si volandum erat: neque tot in instanti regna monstrarentur: cogereturq; Dominus diu esurire, & inediam pati.

VIII. modus Rursum octauò hæc visio, Christo in eodem monte constituto, fieri potuit nequaquam, diabolo deferente species regionum singularum & ciuitatum: quæ quoniã directè venire ad oculos Christi non poterant, propter tumorem terræ & montes interiectos, tulisset tamen fractas aut obliquas: tùm quia dæmon vim non habet faciendi, vt res, quæ videtur per lineam circumflexam, immutet oculum: id enim contra naturam est. Deinde debiles essent species, nec valerent oculum immutare, cùm eminus, atque à remotis locis proficiscantur: nec nisi à corpore vehementer lucido, quale est illud cœleste, efficerentur.

IX. modus. Nonò, absurdum est asserere, Satanam formasse species exteriùs à rebus ipsis obiectis non erutas: tùm quòd dæmon id non potest, cùm agens naturale ac finitum sit, tùm etiam quia non potest aliquid nouum efficere, quod non fuerit in se, nec in materia sua: quisquis enim hoc crederet, infidelis esset, vt definitum est in quodam Concilio, & habetur 26. quæst. 5. cap. Episcopi, vbi dicitur: *De Domino scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt. Quisquis ergo credat posse fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel aliam similitudinẽ, nisi ab ipso Creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt: procul dubiò infidelis est, et pagano deterior.* Hæc ibi. Prætereà etsi demus, dæmonem ex aere formare aliqua phantasmata per similitudines cuiuscunque rei veræ, atque illas obijcere Christi oculis; non propterea diceretur verè ostendisse Christo omnia regna terræ, quia Christus verè nullum regnum videret, sed corpora à diabolo fabricata, cùm eiusmodi species minimè essent productæ à rebus ipsis, & illę nonnisi à corporibus multiplicentur. Quid quòd superfluum fuisset ad huiusmodi ostensionem assumere illum in montem excelsum?

Quid proprium solius creatoris, non Angeli, vel dæmonis *Ioan. 1.*

Psal. 134. & alibi passim.

Decimò, non videtur eiusmodi visio, ac

X. modus etiam impossibilis.

repræsentatio communis fuisse per viam rectam, qua soliti sumus omnia videre, sicut à principio diximus: quia res ob maximam distantiam debiles, aut certè nullas emittunt species. Deinde, quia tumor terræ, vel montium impediret, quo minus ad Christi oculos peruenirent: contra quę obstacula dæmon nihil posset. Enimuerò Deus omnipotens potest efficere, vt per curuam lineam emissæ species immutent oculum; quòd penetrent per opaca loca, ac per illa multiplicentur: quodque etiam à se ipso productæ species non se ipsas, sed obiectum, quemadmodum & notitia, repræsentent, distantiamq; suppleant, multiplicando, & confirmando species: vt cùm Dominus (verbi gratia) Moysi ostendit Terram promissionis de monte Abarin (qui alio modo dicitur Nebo) vt habetur Deut. 34. ac quemadmodum B. Benedicto ostensus est totus mundus à Deo, vt Gregorius testis est in libro Dialogorum.

Vndecimò prætereà hæc ostensio haud fuit per lineam reflexam specierum veniẽtium facta, nempe vtendo speculis quibusdam artificiosè compositis, ita vt species è corporibus ipsis emissæ in speculo aliquo resplenderent, & ex illo in aliud, & rursus ex alio in aliud, donec venirẽt ad oculum. Hac enim ratione Socrates dicitur draconem vidisse in monte longè positum, qui homines deuorabat, quem tamen videre poterat nemo alius. Hæc visio tamen proposito nostro haud congruit: nam etsi per talia specula res eminus, vel occulta videri posset, non tamen regna omnia: tùm quia quædam specula impedirent aliorum specula, cùm enim ipsæ venirent ex omni parte, tamen latera, posteriora ve aliorum speculorum impedirent imagines ex illis partibus venientes. Deinde ob tumorem terræ, atque montes eiusmodi specula sita esse deberent in altissimo loco: & tunc ob nubes, vel corpora crassa, species vel non reflecterentur, vel sub angulo acutissimo, debilissimoque ob distantiam, & reflexionem apparerent: quoniam recta linea confert ad vim immutandi. Ideò vmbra radij reflexi minùs fusca est, quàm radij directi, sicut lux minus clara. Ad hæc dæmon, vel non potuisset, vel noluisset tot specula in momento efficere. Neq; potest fingi, eiusmodi specula ante tentationes effecta fuisse: quia ad hanc tertiam tentationem non deuenisset, nisi quòd duabus eum superioribus vincere, ac superare non valuit.

Cùm igitur tot modos produxerimus, & singuli proprias patiantur difficultates,

atque

Quæ sola visio oculoũ fieri possit non nisi virtute diuina.

Deut. vlt.

B Greg. lib. 1. Dial. c. 35. to. 2.

XI. modus, adhuc incongruus, propter duo.

Socrates ille in monte quodam distantissimo hominiuorũ draconem vt viderit ipse solus.

XII. ac postremus proposito congruentissimus.

atque veritas Euangelica, quæ ostendisse ait omnia regna illi in momento, constare debeat: nihil probabilius videtur, quam quòd ostensio omnium mundi regnorum facta sit in breuissimo temporis spatio, vt Caietanus exponit. Græcè enim legimus, ἐν στιγμῇ τοῦ χρόνου. in puncto temporis, non, in instanti, quod facit difficultatem. Vnde & momentum à mouendo dicitur; motus autem non fit in instanti, sed in tempore. Beda in lib. de diui sionibus temporum, ex Isidoro ita definit: *Momentum est minutum atque angustissimum tempus à motu syderum dictum.* Tùm quia ita accipi consueuit in Scriptura, sicut. 1. Cor. 15. *Omnes quidem resurgemus; sed non omnes immutabimur.* In momento, ἐν ἀτόμῳ, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, &cæt. Etsi enim resurrectio per omnipotentiam Dei sit futura in instanti, tamen congregatio cinerum per Angelos, cantus tubæ, non poterit fieri nisi in tempore. Ita etiam Dan. vlt. in fine habetur: *Extraxit Danielem de lacu leonum.* Porrò illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacũ, & deuorati sunt in momento coram eo, vel, vt Græca habent, κατακρῆμνος, id est, statim. Hieronymus super Esai. 26. in illa verba: *Abscondere modicum ad momentum*, ait: *Breue enim tempus est, donec Dei pertranseat indignatio.* Et Ambrosius in verba Euangelica: *In momento temporis*, scribit: *Benè in momento temporis secularia, & terrena demonstrantur. Non enim tam conspectus celeritas indicatur, quàm caducæ fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt, & sæpe honor seculi abijt antequàm venerit.* Tùm quia caduca, & momentanea vocantur ab Apostolo, quæ tempori subijciuntur, & breuiter durant. 2. Cor. 4. in fine. tum quia profani autores ita Latinè vsurpant hanc vocem, vt Horatius:

Quid enim? concurritur: horæ
Momento cita mors venit, aut victoria læta.

Liuius ab vrbe condita: *Momento*, inquit, *horæ arsura omnia.* Tum denique, quia hac plana, & aperta acceptione huius vocis cadunt tot sublimes quæstiones de puncto, aut instanti temporis, quomodò facta sit illa regnorum ostensio.

Fuit autem maximè ad Satanæ volentis illudere, mentem, montem super editum conscendere: sic enim imaginatio, vt sperabat ille, verisimilius poterat illudi, cùm ex loco nos qui in lecto iacemus, sæpè admoneamur somnij. Faciebat etiam hæc deportatio in montem ad immutationẽ affectus, vt alibi diximus.

Ob hanc autem insignem humilitatem suam Christus Iesus regnorumq; contemptum, promeruit regnum super omnia regna terræ: pro contemptu autem in monte gloriæ mundanæ, promeruit in alio monte, nempe Thabor, gloriam transfigurationis. Atque hic secundus Israël peruicit tentationem vituli, qua olim primus Israel à Satana deceptus vitulum aureum adorauit: quemadmodum in prima tentatione famem tolerans, peccatum gulæ in appetentia carnium, atq; murmuratione ob aquæ penuriam, quam passi fuerant filij Israel, compensauit. In regnis igitur est auaritia propter bona temporalia: est & gloria, quæ etsi non possit oculo corporeo ostendi, ratione tamen apprehenditur, ac videtur.

Hæc autem gloria consistit in satellitũ, ac seruorum multitudine, & equorum, in voluptatibus, ædificijs magnificis, vasis pretiosis, atque affabrè factis, elaboratisque, sed præsertim in adorationibus, quæ stultis etiam, & impijs, fragilibusque hominibus tribuuntur: tales enim ferè pro dijs colit ac suspicit mundus, atque illi tot & tãtis blanditijs assentationibusque dementati aliquid se existimant: vt falsè Satyricus dixerit:

Nihil est quod credere de se
Non possit, cùm laudatur Dijs æqua potestas.

& Alexander ille Magnus filium Iouis se appellari voluit: neque contentus honorari more Macedonum, adhuc ambitiosum atque superbum Persarum Regum honorem, prostratis scilicet in terram corporibus, illis Regibus impendi solitum, non sine suorum oblocutione amplexus est.

Porrò quòd in momento eiusmodi regna sint ostensa, indicatur, bona huius mũdi, atque adeò ipsa regna fortissima, fragilia esse, fluxa, & momentanea, & ad breue temporis spatium consistẽtia. *Et ait illi, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Nota, non enim dixit, Si cadens adoraueris Deũ, sed me inquit, quod horrendum erat flagitium. Lucas latiùs hoc scribit, dicens: *Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Tu ergo procidens si adoraueris coram me, erunt tua omnia.* Vbi in primis aduerte, quòd more hypocritæ, magnificat quæ parua sunt: & quæ reuera sunt magna, paruifacit. Dein mendacio vt olim Heuam, aggreditur: ait enim sibi tradita esse vniuersa. Et quo magis coloraret rem, non ait: Hæc omnia ego creaui. Et siue hoc, siue illud dixisset, proculdubiò apertè mendax fuisset. Domini est enim terra & plenitudo eius, non cacodæmonis. Regna etiam Dei sunt, atque eius est, illa distribuere. *Non est enim potestas nisi à Deo*; & in alio loco: *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* Per me Principes imperant; apud Danielẽ quoque cap. 2. dicitur: *Et ipse mutat tempora & ætates: transfert regna, atque constituit.* Neque tantum ab ipso sunt Reges boni, verùm etiam impij & iniqui. Vnde ait Iob: *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi:* quemadmodum regnare fecit Nabuchodonosor, Dan. 4. Esai. 5. & Sennacheribum Esai. 10. qui tamen impij Reges fuerunt: nam aliàs Dei prouidentia ad multa, atque illa quidem præcipua non se extenderet.

Quod ergo dicitur per Oseam: *Ipsi regnauerunt, & non ex me*: de potestate ipsa nequaquam intelligendum est, sed de ratione & via, qua ad regnandum peruenerunt, nẽpe per peccatum, vel tyrannidis, vel homicidij. Quemadmodum enim filius ex adulterio genitus, siue Sacerdos per Simoniam promotus, dici potest non esse ex Deo, quia adulterium, & Simonia non sunt ex Deo, sed ex diabolo; bene autem anima infusa in infantem; & potestas Sacerdotalis homini attributa: ita potestas regia ex Deo est: quod autem ad illam per ostium non sit ingressus, sed aliunde; hominis vitio est adscribendum. Illud quoq; diligenter aduerte, dæmonem, vt alliciat ad peccatũ, quod ex se, vel ex natura sua optabile non sit, vt, ad hæresim, vel Idolorum culturam, suis temporalia polliceri. Et quidem, Deo permittente, ille quandoque fidem suam liberat. Hoc verò potissimum cum viris pijs, iustitiæq; cultoribus, qui sine salario ei vt sui minimè seruirent, obseruat. Sed interdũ qua ratione promissis suis stet perfidus ille atq; fallax, satis indicat prodigus ille iunior filius Euangelicus: qui cum esuriret, & cuperet saturari de siliquis porcorũ, nemo illi dabat.

Docet etiã hac tentatione dæmon, quanti ipse faceret Christum Dominum, & quãti ipsum illum in officio, quamque in virtute stabilem atque constantem animaduerteret: postquam omnia regna Mundi ei pollicitus est, si ipsum adoraret. Videbat enim, eum tantæ esse perfectionis, vt minori eum præmio ad peccandum posse inuitari non existimarit. Nec enim si dæmon peccatũ abs te aliquod extorquere valeat Simoniæ in tenui aliquo, & parui momenti beneficio, te excitabit ad Simoniam magni alicuius & pinguis episcopatus, quo minori incitamento grauius reddatur peccatum tuum. Si etiam possit extorquere concubitum cum deformi fœdaq; muliere, nõ solicitat ad cõgressum cum puella venusta & decora: si rursus potest extorquere pecuniæ, quæ postquàm non fierent, diceret

Caietan. in Lucam.

confirmatur ille multiplici ratione. Bedæ momentũ quid sit.

1. Cor. 15.

1. Thess 4.

D Hieron. to. 3.

B. Ambros. c. 4. libri quarti in Lucam, initio. tom. 5. à medio.

Quid quod in momento temporis omnia regna Mundi Christo dæmon ostendit, secundum Ambrosium.

Horat. 1. Serm. Sat. in princ. Liuius.

Cur in monte potius quam alibi fuerit facta hæc ostensio

Tertiæ huius tentationis Christi victoria, atq; etiã

primæ, quæ ti meritis sit apud Deũ. *Exod. 32.*

Supra 11.

Supra 11.

In regno duo, Auaritia, atq; Gloria: hæc pendeant.

Iuuen. Satyr. 4.

Alexãdri Macedonis ambitio, & superbia.

In eo quod Diabolus regna Mundi dat Christo in momento, quid significetur.

Diaboli superbia intolerabilis.

Eiusdem hypocrisis, & mendacium. *Gen. 3. 1. Tim 2.*

Regna Mundi Dei tam esse, non dæmonis. *Psal 23. Rom. 13. Prou. 8.*

Dan. 2.

Iob. 34.

Dan. 4. Esai. 5. Infra 10.

Illud Domini per Oseã: Ipsi regnauerunt, & non ex me: quomodo verũ sit. *Ose 8.*

Ioan. 10.

Dæmon suis cultoribus tẽporaria cum bona promittat.

Luc. 15.

Alterum documentũ ex eadem tentatione proposita.

Diaboli malignitas, & inuidia.

iurium pro denario, haud multũ laborat, vt pro magna aliqua auri argentiq; quantitate peieres. Cum ergo nouisset perfectionem & integritatem Christi singularem, vt eum ad peccandum alliceret, magnam escã illi proposuit, nempè omnia regna Mundi: neq; enim aliter putabat se illum posse subuertere. Erat autem hæc eius mala mens, & malus animus, non tam impetrare adorationem à Christo, quã quòd ipse Christus indignatus atque irritatus, se Deum, & adorandum importunè ostentaret, atque ita ostentatione, & indignatione peccaret. Agebat ergo in modum desperati, sed virus tamen vt scorpio in cauda gerebat. Enimuerò Christus magna animi lenitate semper & mititate respondit; atque ita fregit omnes eius conatus nefarios, machinasque dissoluit: nobisque suo exemplo frangendas esse atque dissoluendas docuit.

Si cadens, inquit, *adoraueris me.* Verè casus est, inclinari tali ac tantæ bestiæ. Hinc Hieronymus: *Adoratio*, inquit, *cum casu, dicitur semper de Idololatris in Sacris literis: & ad casum, vel ad præcipitium semper hortatur dæmon.* Hæc ille in sensu. Quanquàm hæc regula Hieronymi non semper locum habeat. Nã legimus in priori ad Corinth. Apostolum dicentem: *Et ita cadens* (scilicet infidelis intrans in conuentum fidelium) *in faciem, adorabit Deum, pronuntians quòd verè Deus in vobis sit.* Et in Apocalypsi dicitur: *Et cecederũt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum,* &c. Infrà: *& cecidi* (de se Ioannes ipse loquitur) *ante pedes eius* (scilicet Angeli eum alloquentis) *vt adorem eum.* Vt omittam alios locos, qui produci possent ex S. literis.

Iactanter priùs ostendit omnia regna Mundi, fallaciter promisit: nunc superbia ascendente adorari quærit. Et quia rem absurdissimam atque indignissimam postulabat, & à nullo spiritali viro exigendam: ideò non dixit: *Si Filius Dei es.* Ait ergo: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me*: ac si diceret; Noluisti panes in deserto facere, quia ibi testes tuæ potestatis non habebas: neque ex pinnaculo templi te præcipitare, vbi habebas: postquam ergo non potuisti ea, quæ dixi, facere; fac hic quod facere potes, adora me, & dabo tibi omnia. Detexi te non esse Filium Dei, qui neque feceris quæ dixi; nec impediueris me, quo minùs quocunq; voluerim, te duxerim. Cum ergo talis sis, per me potes effici magnus; adora me. Apertè itaq; in forma Regis ac Principis huius Mundi apparuisse videtur, velut minister futurus Filij Dei: ac proinde signa petijsse: quæ postquàm non fierent, diceret tunc

Idem ille veterator quid sceleris à christo extorquere volebat.

cũ casu qui adorẽt, teste Hieron. & vbi Scripturarum hoc minimè verum sit. *Hieron. in ca. 3. Dan. sub initium tom. 5. 1. Cor. 14.*

Apoc. 19.

Ibidem.

Quo habitu ac forma Diabolus christo ostenderit omnia regna Mundi.

tunc, Tu me adora: quoniam tu talis nó es, cui ego seruire debeam: & erit merces non exigua operi tuo. Atque hæc cæteris subtilior, & fortior videtur tentatio. Primò enim prouocauit, occasionem casus ab esurie sumens, deinde ab opinione sanctitatis & gloriæ, tum à zelo Dei, quo prouocatus se se Deum ostentaret, ad iracundiamque commoueretur, ac diceret se esse illum, cui debet omne genu flecti, cœlestium, terrestriú, & infernorum, & de quo dictum à Prophe ta: *Adorate eum omnes Angeli Dei*: quod verũ erat, & quod merebatur diaboli procacitas. Verùm tempus nó erat nisi mansuetudinis, & quærendi gloriam Patris, ab eoque suam gloriam expectandi, vt ita quæ nó rapuit, exsolueret. Satis ergo fuit tueri Dei Patris gloriam. Sunt quidam spirituales viri, qui admiscent gloriã propriam glorię Dei: verùm in hoc minùs spiritales sunt. Neque etiam semper est obijciendum alteri quod meretur audire, sed relinquendum Diuinę iustitiæ, & interim quod est humilitatis sectandum, & cum Christo complectendũ.

Qualis fuerit ista vltima tentatio, quã periculosa.

Philip. 2.

Psal. 96.

Psal 68. Spirituales viri cùm tales esse desinant.

Diaboli superbia, eiusdem cæcitas atque insipientia.

Ac vide superbiam antiquam, sed extortam, ac emendicatam à misero. Nam vt olim extorsit ab hominibus cæcis sui cultũ, & adorationem, ita putabat cæcus se posse à Christo extorquere, præsertim tanto præmio proposito redemptam. Et sicut in priori tentatione incitauit ad exultationẽ per signa: ita nũc ad vilissima compellebat exigendo adorationem. Verùm vt priori conflictu se modestum præbuit, ita in posteriori constantem. Sunt enim quidam, qui exaltari se non patiuntur, atque sine vllo peccato resistunt: pauciſſimi sunt tamen, qui citra culpam sinant se deprimi.

Christi modestia, & constantia inuicta.

Tunc dixit: Percusso Dei honore scilicet, quem zelabat: & audiens peccatum quod horrebat, prorupit in hæc verba: *Vade retrò, Satana.* Ita habent veteres codices Latini, nimirum & te prodidisti iam, atq; istis tuis magnificis promissis, atque fallacibus detexisti: petendoque à me adorationem, Satanam, id est, aduersarium veritatis ac bonitatis, te esse comprobasti. Vade ergo retrouersum, o Satana. Per situm talem, vt auersus iret, & non aduersus, innuit præceptũ, neque sibi amplius resistendi, neq; aduersandi. Et alludit ad vocabulum Satanæ, id est, aduersantis, & obsistentis coram, & ante faciem: & ideò iubetur secedere post tergum, in quo aduersari non possit ampliùs. Annotauit Hieron. post Origenem, non dixisse Dominum, Vade retrò me, vt dixit B. Petro Matt. 16. quod est dicere, Noli me præcurrere, sed sequere sententiam meam, acquiescẽdo dicto meo: sed simpliciter dicẽtum est, *Vade*, scilicet in profundum inferni, vel in ignem æternum, qui paratus est tibi, & Angelis tuis. Quamuis in Græcis codicibus apud Lucam, cap. 4. mendosè legitur: *Vade post me, vel retro me.* Nã quod quidam interpretantur: *retro me*, id est, non vt discipulus spontè, sed vt seruus, & vinctus: verum non est, quia se ipsum Christus declarasset, vt volebat dæmon: & quia sequitur: *Tunc reliquit eum diabolus*, quo verbo ostenditur & non fuerit secutus, vel ad sequelam inductus, verùm ejectꝰ, & expulsus à se.

Christi verba.

Hieronym. in Matth. to. 9. Orig. tract. 1. in Matt. circa fin. to. 1. Matth. 4. Luc. 4.

Quid est: Vade retrò Satana.

Nomen dæmonis respectu Christi, Satan est, quia semper ei aduersatur: sed amara, iustissima tamen est sententia, quòd semper retro non Christum solum, sed omnes quicunq; Christi spiritum habent, cogitur ire. Ac proinde cogita quàm sit fugienda, quamq; detestanda societas excommunicati huius, atque anathemate percussi diaboli. Iustinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem scribit, nomen Satanæ rebus ipsis quas agit, congruere: *Nam Sata*, inquit, *Iudæorum, & Syrorum voce, apostata, & desertor est: nomen autem Nas: vnde interpretatione etiam serpens vocatur, idem est quod Satan Hebræorum expositum sermone: ex quibus vtrisque vnum compositum sit nomen, Satanas.* Sic ille; cùm tamen Satan Hebręis contrarium, vel aduersarium significet.

Horum verborum, de retrò Satana, ratio quorundam ponderata reijcitur.

Satan Hebræis & quid, teste Iustino.

Satan, aduersarium sonat

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Rursus ad Scripturas Dominus refugit, atq; ipsis illis fugandos, vincẽdosq; dæmones, exemplo suo nos docet. Producit autem primum præceptum Diuinæ legis, quod summa est à nobis obseruatione, atq; veneratione custodiendum: nempe vt discamus nemini cultum latriæ impendere, præterquam vni soli Deo. Vnde tres pueri in fornacem ignis coniecti sunt, propterea quòd statuam Nabuchodonosor adorare recusauerint: Mardochæus recusauit adorare Aman: Petrus vetat se illo modo adorari à Centurione, & Angelus à Ioanne in Apocalypsi, vt quidam volunt. Etenim ille solus Deus est Opt. Max. qui cuncta sua prouidentia gubernat, & qui creaturam ratione præditam ad finem supernum dirigit, ac perducit. Dominus est, qui vniuersa, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, suo verbo creauit, & posiidet: atque ad eum pertinet cultoribus suis hæreditatem regni cœlestis polliceri, ac præstare: regna verò temporalia, & bona huius Mundi, quibus vult, & quandiu vult, atque vbi vult, distribuere. Huius Regis voci magis est obtemperandum quàm tuæ, qui honorem soli Deo debitum tibi impendi impudentissimè postulas. Enimuerò ille solus, ac verus inquã

Lattiæ cultus Deo conuenit si ille tum modo non alteri.

Dan. 3. Esther 3. Act. 10.

Apoc. 19. Deus Opt. Max. quam dignus sit omni adoratione. *Psal. 134. Gen. 1. &c.*

Solus cur Deus adorãdus, ac seruitute colendus sit.

Deus, est adorandus, & seruitute colendus. Adorandus quidem, summas perfectiones & dignitates, quales sunt, infinita potentia, æternitas, immensitas, & maiestas, & gloria, ac similes, illi tribuendo, atque in eo solo venerando, & illum in eis: seruiendumque illi est summa honorificentia, atque externo cultu, & reuerentia: id enim significat vocabulum latriæ, quo vsus est, dicens: *Illi soli seruies.* Græcè enim dicitur λατρεύσεις. Nam etsi verbũ λατρεύειν, teste Suida, idem sit quod δουλεύειν, & seruire pro mercede: vnde Leuitic. 23. *Omne opus seruile* (Græcè λατρευτὸν) non facietis in eo: tamẽ quia Septuaginta interpretes, & Paulus serè semper in epistolis hoc verbum posuerunt pro diuino cultu, hinc factum est, vt à sanctis Patribus pro ea singulariter virtute, qua colitur Deus, accipiatur latria: vt annotauit Augustinus lib. 10. de ciuit. Dei, ca. 1. Etsi ea virtus Græcis magis propriè dicatur θεοσέβεια, vel εὐσέβεια, vel θρησκεία. Hic autem summus cultus externus latriæ consistit in sacrificio, altari, templo, & sacerdotio: quæ per se vni vero Deo, vel vt tali habito debẽtur. Quanquam nõ repugnet, vel templa, vel altaria nominibus Sanctorum insigniri: non quo Ecclesia quicquã illis horum tribuat, quæ soli Deo esse debita agnoscit; sed quòd dui in illis templis, vel aris vt patroni tutelares colantur, & inuocentur. Aduerte autem, longè distinctum esse honorem, qui Duliæ dicitur, ab illo latriæ: nam ille siue interiori, siue exteriori cultu fiat, vni soli Deo cõpetit: hic vero honor est, qui creaturis propter Deum impenditur, nec tantùm Angelis, aut Sanctis, ac Martyribus, qui sanguinem pro Christo fuderunt, in quibus magna & excellẽtia Dei dona, propter quæ & in vita, & post mortẽ in honore sunt habiti, fuere; sed etiam omni homini agenti bene: vt Apostolus ait: *Gloria & honor omni operanti bonum*; & iterum: *Honore inuicem præuenientes*; Petrus quoque, omni honorificentia Reges prosequi mandat. Atque hic cultus magis impenditur Deo in illis habitanti, quàm hominibus ipsis. Vt ergo seruis dominis suis est seruiendum: & omnibus etiã liberis præcipit Apostolus, inquiens: *Per charitatem spiritus seruite inuicem*: ex quo idem dicebat: *Cùm liber essem ex omnibus omnium seruum me feci*: neque tamen hæc seruitus quicquam derogat seruituti latrię Deo debitæ: ita honor duliæ, quo vel Angelos, vel Sanctos, vel Reges, & Episcopos, vel generaliter omnes prosequimur propter Deum, nihil honorificentiæ Deo ipsi debitæ, detrahit omninò, imò illam potiùs auget. Honorem verò, qui summo & æterno numini, maiestatique omni iure debetur, vlli creaturæ tribuere & maximæ damnatæ, æternoq; igni adiudicatæ, qualis est ipse Satanas, supremũ est impietatis scelus: nam vt in præcepto diligendi, iuuandique proximum, directè proximus læditur, obliquè autem lex Dei contemnitur: ita in idololatria vtrunq; directo contra Deum est: atque ad hoc immane flagitiũ nequam ille Christum inuitauit. Cùm autem sæpe contingat, vt vnus & idem honor, vel genuflexionis, vel detectionis atque apertionis capitis, perinde Regibus & Episcopis, ac diuis iam vita perfunctis, atq; Deo Opt. Max. deferatur: non propterea censendum est, illos hoc præceptũ violasse: nam cultus latriæ ac duliæ nequaquam signis externis, verùm mente atq; animo colẽtium distinguitur: dulia siquidem creaturis propter Deum exhibetur, latria verò creatori, propter seipsum impenditur.

Latria quid significet. *Suidas.*

Leuit. 23.

Vnde factum sit, Dei seruitutem vt Sancti latriæ nomine intellexerint. *August. to. 5.*

Lattię cultus externus, in quibus consistat. Atque cur sanctis erigãtur, si Deo soli debetur latria.

Latria, & dulia quid inter se differant.

Quibus præterea quàm Angelis, & sanctis honor debeat, & quatenus.

Rom. 2. infra 12. 1. Pet. 2.

Gal. 5. 1 Cor. 9.

Creaturam aliquam latriæ honore colere, quantum scelus.

Hic autem cõsidera, hactenus Christum cognitionem Satanæ dissimulasse: modò se nosse ostendit; vt doceat quatenus mali à nobis ferendi sunt, nempe tandiu, quandiu non apertè militant contra Deum, & in blasphemias diuinitatis nõ prorumpũt. Adhæc, docuit nos Christus iniurias proprias æquo animo tolerare, at Dei iniurias & contemptum ne vsque ad auditum quidem sustinere. Ideò moris erat apud Iudæos, vt audita blasphemia, scinderent vestimenta sua. Moyses quidem in ferendis proprijs iniurijs, etiam lapidationis, patientissimus ac mitissimus fuit; iniuriam tamen Dei in vitulo adorato, egregiè vindicauit. Ita Paulus, qui proprijs in iniurijs gloriatur, non secus quàm si trophęa produceret glorioſa; ad iniurias tamen Dei contra Elymam magum nequaquam siluit, sed dixit: *O fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas?* Item, documentum suis Christus dedit, vt nullis Satanæ promissionibus, quæ plerumq; fallaces existunt; etsi non fallaces, saltem vanæ ac momentaneæ, pertrahi se sinant ad peccatum. Qui enim omnibus mundi huius regnis inuitatus peccato non cessit, satis indicauit quid Martyres, quos tyranni, vt plurimum pollicitationibus ac blanditijs à Christo auocare atque abducere conabantur, efficere deberẽt, quid item nos, cùm temporarijs allicimur ac solicitamur præmijs atq; lucris, facere debeamus. Sunt enim (proh dolor) qui pro vno aut altero beneficio Ecclesiastico, vel minimo, aut Episcopatu obtinendo, non dico semel, sed pluries dæmonem adorarent, qui verò ambitiosus est, summæ dignitatis, vt

Matt. 22.

In eo quod in tertia Christus tentatione Satanam nominauit, quæ nobis documenta tradiderit. II. docum.

Num. 12. Exod 17. Infra 31.

Rom. 5. & ali.

Act. 13. III. docum.

Contra ambitiosos.

suffragiũ extorqueat, quid putas dicturum illum nisi quod Satanas Christo: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me?* Contribuam talem ac talem abbatiam tui cõtemplatione in quos velis: promouebo tot ad has, vel illas dignitates: præstabo chirographũ tot millium aureorum tibi secretissimè enumerandorum. Verùm constanter resistendum. *Dominum Deum tuum adorabis,* & illum, quem ipse loco sui legitimè atque canonicè vocauerit, propter Deum venerabere.

In auaros, ac luxuriosos. *1. Cor. 3.*

Sed vt hæc maiora missa faciamus; quàm vili mercede meretrix prostituit corpus suum, hoc est, templum Dei? Quàm facilè mercator ad vsuris proximo nocendũ esca parui lucri trahitur? Quas fraudes, & mendacia atque periuria committunt artifices, quo operas suas cariùs vendant? Sed omnes illi intelligant se in terrã cadere, & dæmonem adorare: tãta est sitis & ardor pecunię.

IV. docum.

Rursus etiam pro zelo honoris Dei nequaquam esse peccandum, docuit idem Christus: nullum enim verbum excandescentiæ, iracũdiæúe protulit, cùm tam horrendum facinus illi proponeret: neque se elato ostẽtauit animo, vt volebat dæmon: quãquam iram sanctam ex studio honoris Dei, non autem propriæ abiectionis caussa ostenderit. Nos verò si quando pro Deo zelamus, zelus noster plen⁹ est amore proprio, & interdũ in iniurias prorumpimus, destitutiq́ue charitate ad proximum, multa verba profundimus, quibus & proximum ipsum, & numen diuinum offendimus.

Quando relinquerit Christum diabolus, & quid inde detur intelligi.

Tunc reliquit eum diabolus. Ex quo verbo primò elicitur, toto tempore intermedio dæmonem mansisse cum Christo: quod quidem tempus modicũ fuisse videtur: nec ad vnam diem integram peruenit: quod ex eo liquidũ esse potest, quia tentationes istæ continuæ fuerunt, & minimè interruptæ: nam nolentem lapides in panem conuertere, statim assumpsit, ac cõstituit super pinnaculum templi: deinde nolentem se præcipitare, continuò rapuit in montem excelsum: vbi renuens eum adorare, mox repulsus est, completaq́ue omnis tentatio, quæ paucis horis durare potuit. Adhæc, toto illo tempore tentationis Christus fame laborabat; nec nisi consummata vniuersa tentatione quicquam gustauit; nam tunc Angeli accesserunt ministrantes ei, scilicet cibum & potum: si autem per plures dies prorogatæ fuissent tentationes istæ, esurie magna Christus afflictatus fuisset: neque verum esset, Christum quadraginta diebus solum ieiunasse, sed etiam per plures dies, quibus fuisset tentatus: quod vẽrisimile non est, vt dictum est superiùs. Reliquit autem illum in monte illo excelso, à quo pedibus recessit in Galilæam, vt dicitur, Luc. 4. Non est autẽ probabile, diabolum reduxisse Christum in Galilæam, vnde venerat, antequam tentare inciperet: etenim manifestè dicitur, quòd reliquit eum diabolus, itaque nihil amplius circa Christum egit. Neq; verò ab hoste suo capitalissimo Christus admisisset vllum deportationis ministerium, cùm haberet ministrãtes Angelos. Post ministerium aũt Angẽlorum scribit Luc. cap. 4. *Regressus est,* inquit, *Iesus in virtute Spiritus sancti in Galilæam:* vt intelligas, Christum sicut ab Spiritu sancto pugnaturus cum dæmone, ductus est in desertum, ità victorem in virtute eiusdem Spiritus sancti reuersum fuisse in Galilæam: non quidem immediatè, nam prius venit ad Ioannem Baptistam, à quo ostensus est: cœpitq́ue colligere discipulos, ac deinde venit in Galilęam, vbi primũ fecit miraculum in nuptijs aquæ in vinũ conuersionis: inde descendit Capharnaum, ac rursus instãte Paschate venit Ierosolymam in templum, vnde eiecit ementes & vendentes: tũc accidit disputatio Nicodemi cum Christo de renascentia, atque quæstio discipulorum Ioannis cum Iudæis, pro eo quòd Christus plures baptizaret quàm Ioannes: tunc autem Dominus, ne daret locum inuidiæ, recessit à Iudæa in Galilæam; quo tempore oportuit illum transire per mediam Samariam, vbi conuertit complures ad sui cognitionem & fidem. Et hic est Christi aduentus iam pleni fama & autoritate propter signa edita in Ierusalem: & tunc venit Nazareth, & Capharnaum, quo de secundo Christi in Galilæam descensu loquitur Lucas, quando post tentationem completam refert Christum reuersum in Galilæam.

Vbi reliquerit Christum diabolus.

Luc. 4.

Minime diabolum reduxisse Christum in Galilęam

Ibidem.

Quãdo Christus in virtute Spiritus sancti vt ait Euãgelista, regressus sit in Galilæam.

Ioan. 1. & seq.

Ibidem.

Infra 2. Ioan. 2.

Infr. 3. & seq.

Infra 4.

Luc. 4.

Receſſit autem dæmon tanto imperio obediens, quanquã inuitus, quatenus Christus imperabat, & diuina quadam vi, quæ in præcepto delitescebat, à se illum expellebat ac fugabat. Recedebat etiam sponte, quatenus confusus atq; delusus erat. Item recessit, Deo sic disponente, ob nostram doctrinam & spem, vt scilicet si quando tentamur, non deficiamus animis, putantes nos relictos potestati dæmonis, sed resistamus illi, vt fugiat à nobis, quandoquidem non potest amplius nos tentare quàm Deus permittat: *Fidelis est enim Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod possumus:* vt ait Apostolus. Adhæc, abijt ad confusionem, & ignominiam. Etsi enim sit in-

Quibus de caussis relinquent Christum diabolus.

Iaco. 4.

1. Cor. 10.

Victores Satanæ ab eo curtamẽ sæ

pè, ac sæpius impetantur.

uidus, & semper nocere desideret, & quo quis est sanctior, eo ãcriùs atq; vehemẽtiùs in eum deeertet: tamen quia superbus est, & superari erubescit eum, à quo sæpius est victus, amplius veretur tentare. Hinc B. Ambrosius in Lucam ait: *Vides ergo ipsum diabolum non esse in studio pertinacem, cedere verò solere virtuti? Etsi inuidere non desinat, tamen instare formidat, quia frequentiùs refugit triumphari.* Hæc ille. Præterea meritò dæmon recesit, quòd non haberet alia tela, quibus eum peteret: namq; in hisce tribus tentationibus vniuersæ radices tentandi includũtur: & qui in istis non superatur, nihil est de quo tentari amplius possit: vnde Lucas cap. 4. dixit: *Et consummata omni tentatione, recessit ab eo diabolus* quasi dicat; ideò recessit, quia omnis consummata erat tentatio. Et tametsi Christus ipsum non iussisset recedere, ipse ex se recessisset tamẽ. Ex quo Ambrosius in Lucam ponderans præfatum verbum, sic inquit: *Propè omniũ criminum fontes hæc tria genera demonstrantur esse vitiorum. Neque enim consummatam omnem tentationem Scriptura dixisset, nisi in his tribus esset omnium materia delictorum: quorum semina in ipsa origine sunt cauenda. Finis ergo tentationum, finis est cupiditatum: quia caussæ tentationum, caussæ cupiditatum sunt. Caussæ autem cupiditatum sunt, carnis oblectatio, species gloriæ, auiditas potentiæ.* Sic ille. Atque hæc quidem mirificè consonare videntur cùm testimonio Pauli, quod habet, Christũ tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Est enim hic materia omnis tentationis, id est, carnis in prima; mundi, in secũda & tertia, diaboli in tribus, quia in omnib⁹ est discursus & argutia. Est rursus triplex cõcupiscentia, carnis, oculorum, & superbiæ vitæ. Adhæc, prima tentatio contra Dei potentiam est: secunda in eius sapientiam: tertia in bonitatem. Præter hoc, inuenitur tẽtatio ex penuria ac diffidentia, vt in priori: rursus ex magna confidentia, vt in posteriori: postremò ex abiecti animi metu, vti in tertia. Videas præterea hic tentationẽ ex ratione, ac præter eam profectam, sub Angelo lucis, atque sub specie propria Satanæ. In prima quidem tentatione in specie sancti hominis: in secunda, in forma Angeli: in tertia verò in habitu Regis, vel Principis apparuit: idemq; ratione quoque & autoritate Scripturæ, dictis & factis, tum internè, tum externè, omni denique quo potuit tentamenti genere Christum aggressus est: vt hinc meritò Christus ac verè dici possit tẽtatus per omnia pro similitudine absque peccato. Tentatus ergo per omnia idoneus repertus est, qui alios doceat: qui enim cùm ob famem vita periclitaretur, noluit auxilium petere non demonstratum à Deo: cùm gloria offerretur, non accepit, quòd eam maiestati diuinæ deberi putauerit: cùm potestatem illi proponeret, eam respuit, quòd ablatum seruum suũ Deo nolebat, cunctis tentationibus maior est, & aptus magister ad docẽdum. Adhæc, tẽtationem carnis armis spiritus, id est, fiducia in Dei bonitate & promissis docuit superandam: mundi verò ad superbiam incitãtis, Dei timore reprimendam ostendit, Non tentabis, inquit, dominum Deum tuum: mundi rursus ad auaritiam vrgentis, magnanimitate, & temporalium cõtemptu retundenda? Tentationem item meridianam, id est primam, cautela: apertam verò, id est, secundam, & tertiam promptè comprimendam. Adhæc, tentationem in Dei potentiam, sapiẽtiam & bonitatem, fide in illa Dei attributa, deuincendam: passionem verò siue tactũ corporis, modo anima sit illæsa, securitate atque confidentia contemnendum monstrauit. Docet præterea vanam diffidentiam diuinæ potentiæ & bonitatis fide; inanẽ confidentiam timore sancto, vana promissa contemptu omnium prę Deo summè honorando, iugulare. In prima tentatione docet patientiam, cautelam, humilitatem, collationem Scripturarum, sed præcipuè fidem, & spem & charitatem Dei magis quàm propriæ animæ. In secunda prudentiam, timorem, humilitatem. In tertia zelum, prouidentiam, magnanimitatem & liberalitatem in mundi bonis despiciendis & vilipendendis. Et in qualibet tẽtatione dæmon mirificè percussus est. Primùm, quia ipse noluit viuere de verbo Dei: nam si id fecisset, mansisset vtiq́ue in sua dignitate, sed inde excidit sua superbia, mortuusq́ue est, atque spoliatus omnibus donis, & gratia, qua viuebat. Deinde, idem tentauit Deum, quęrens illum non sua via, cùm ab eo inuito vellet diuinitatem extorquere, iuxta illud Sap. 1. *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illũ: quoniam inuenitur ab his, qui non tentãt illũ.* Tertiò, in eo maximè percussus est, q̃ Christus dixit: Dominũ Deũ tuũ adorabis: quoniã hoc eius peccatũ fuit, quia voluit adorari, & adorare illũ detrectauit cum alijs, de quo præceperat Domin. *Adorate eũ,* inquit, *omnes Angeli Dei.* Singula ergo Christi respõsa vidẽtur tam sapienter adhibita, vt nec se negaret quod erat: nec se ostentaret, vt Satanas volebat; imò cùm in eis dęmonẽ confundat, se volenti cognoscere non obscurè insinuare dignatus est.

Quomodo Christus, iuxta Apostolũ, per omnia tẽtatus sit. *1. Ioan. 2.*

Hebr. 2.

Omnem tentationẽ sub his tribus, quas dixim⁹, contineri.

Luc. 4.

Idem.

Finis tentationum, teste Ambrosio, quis.

2. Cor. 11.

Qualem nobis modum vincendi omnes tentationes suo Christus exemplo tradiderit.

Psal 90. Tentatio meridiana quæ.

Dæmon cur cecidерit infelix.

Esa 14.

Sap. 1.

Psal 96. Hebr. 1.

Dicitur aũt dæmon consummata omni

Dæmon à Christo cur dicitur recessisse vsque ad tempus, secũdum Luc.

tentatione, non simpliciter recessisse ab illo, sed Lucas addit, vsque ad tempus, insinuans illum postea redijsse ad tentandum. Et quia non legitur quando redierit; nec tentabatur nisi ad exemplum nostrum: videtur quòd in seipso non sit tentatus, sed in membris suis, in quibus tentatur, vt cum Paulo dixit: *Saule, Saule, quid me persequeris?* & in quibus vincit, quia vt Apostolus ait: *Christus triumphat nos* (seu triumphare facit) *in omni loco.* Attamen probabilius videtur, tametsi hoc non scribatur, quòd instante morte redierit ad eum: nam hic textus apertè ait, recessisse ab illo ad tẽpus; & Paulus inquit tentatum fuisse per omnia absq; peccato; & instante morte ipse Dominus dixit: *Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam*; verbum autem, *Venit*, de præsenti est in Græco fonte ἔρχεται, & significat Principem mũdi sua tela & retia parare, insidiasq; inferendę mortis iamiam apud Iudæos moliri: nisi velis prẹsens pro futuro more Hebræorum accipere: atque ita futuras tentationes Satanæ contra se, siue iam instantes vaticinatur. Exemplũ etiam nostrũ est Christus in eo quòd multa occulta tentationum genera perpessus est, præter ea, quæ in hoc Euangelio describuntur.

Act. 9.

2. Cor. 2. Idẽ ad Christum denuo tentandum, quando postea redierit. *Heb. 2.* *Ioan. 14.*

An verò dæmones semel à nobis superati, à tentando amplius repellantur, dubium est. Origenes enim sentit, illos, qui semel sunt superati ab homine, vltra non esse illis fas talem hominem, vel aliũ impugnare de illo vel alio peccato. Alij verò restringunt hoc dictum ad illud tantùm vitium, in quo dæmon victus est: nam in reliquis, vel ipsum, vel alios quoscunque tentare sinitur, quia hic dicitur, quòd recessit ab illo ad tempus. Sed & hoc rursus alij restringunt magis: nempe si semel diabolum perfectè de vno vitio tentantem quis superauerit, is non potest de eodem amplius vitio à dęmone illo tentari ac impugnari: potest tamen de quolibet alio victorem, alios verò tam de isto, quàm de reliquis tentare. Quæ sanè sententia ratione nõ caret: namque is dicitur perfectam de aliquo vitio reportare victoriam, in quo superantur motus & habitus ad vitium illud inclinantes, & contrarij ingenerantur habitus: non audet autem tales aggredi dæmon; ideò mira quies post victoriã sui consequi solet. Probabilius tamen est, illos dæmones recedere ad tempus, & ad tẽpus regredi. Hinc Luc. 11. quidam ex illis ait: Reuertar in domum meam, vnde exiui.

An cacodæmones semel à nobis superati, iterum nos tentent, variæ sententiæ. *Orig. hom. 31. in Luc. Episco. Abul in c. 4. Matt. qu. 69.*

Luc. 11. *Matt. 12.*

Et ecce Angeli. Quoniam spectatores nostrarum tentationũ existunt, parati sunt ad opem ferendã, vt quidam dixit: *Plures sunt nobiscum, quàm cum illis*, & ad victores consolandos, *Accesserunt*, confusionem & rubor em dæmoni inferentes. Non descenderũt autem, quia prompti erant & parati ad ministeriũ Christo exhibendũ; sed fortè recesserant ex præcepto ipsiusmet Christi, ne videlicet dæmõ eos spectans, præ metu, vel rubore à tentando quiesceret; vel nę adiutus per Angelos vincere videretur: vel ne etiã nos partim dimissi ab Angelis, merito & culpa nostra deficiamus: non enim vnquam relinquunt omninò ac deserũt, quia sic vinceremur semper: vel si Angeli pugnę spectatores fuerunt, dicũtur ad ministrandum accessisse Domino. Porrò dæmones eò impudentiæ atq; audaciæ progrediuntur, vt nisi Angeli impediant, minimè vereantur coram illis homines tentare. Caussa autem illorũ accessus fuit, nimirũ ad honorem Christi victoris; & ad deitatem eius demonstrandam, tum deniq; ad congratulandum Christo de victoria in Satanam illorum hostẽ propter nos, vt nobiscũ etiam vincentibus facere solent. ¶ *Et ministrabãt ei.* Hoc omissum est à Luca: & ministerium fuit in cibo, & potu, quia erat in deserto. Et ostẽditur diuina prouidentia, quæ laborãtibus ac quærentibus regnũ Dei, panem, & necessaria adijcit, etiã miraculo, cùm opus est. Qui ergo expellit à se tentatorem Satanam, allicit ad se Angelos: vincensq́ue, Angelorum meretur consortium, qui in cœlo Satanam à se victum repulerunt: estque victor Satanæ alter Angelus. Quòd si nos Spiritu Dei muniti, in sancto Quadragesimæ tempore gulam ieiunio; auaritiam eleemosyna; & superbiam humilitate iugulauerimus, atque in illis Satanam expugnauerimus; fiet, vt & in Paschate Sacerdotes, qui Angeli Domini exercituũ sunt, ministrent nobis panem vitæ, & post huius vitæ curriculum non iam Angelus, at Christus ipse Angelorũ Dominus, præcinget se, & transiens ministrabit nobis, vt edamus & bibamus in mensa sua: dixit enim: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod victi à diabolo in paradiso perdidimus, sed victoria reparamus.

4. Reg. 6. Cur Angeli accesserint, & ministrauerint Christo.

Angeli quare accessisse dicantur, minimè descendisse.

Cur Angeli accesserint ad Christum.

Ioan. 6.

Luc. 22. *Infra 22.* *Apoc. 2.* *Gen. 3.*

Poterat autem hoc loco imponi manus extrema tractatui huic, nisi pauca quædam ad mores nostros exponere, operę pretium esse iudicarem. Nam hactenus quidem fructum tentationis huius vidimus, id est, meritum & operationem salutis nostræ: nunc oportet ostendere Christũ vt typum & exemplar, ad quod formandi atq; effingendi simus. Etsi enim hęc ipsi⁹ gloriosa victoria à diaboli nos eripuerit manibus, & per ingressum

Christus se nos exemplo quatenus & ceat vincere & triũphare de mundo.

Ioan. 15.

Infra 16. Idem qua ratione nobis carnem subiugauerit. *Rom. 6.*

Christus itẽ quales fecerat nos Satanæ victores triumphatoresque.

Quid Christi à Baptismo in desertum ingressus doceat nos. *Matt. 3.*

Christi in desertum post baptismũ ducti ab Spiritu sancto mysterium.

gressum in desertũ à dominatu mundi: non tamen nobis satis est, nec omninò restituit nos in pristinum statũ, in quo in Adã ante peccatum eramus: sed ita nos è mundo liberauit, vt ab eo nisi velimus, cogi nõ possimus, ideò dixit: *Ego elegi vos de mũdo.* Omnes siquidem qui de mũdo erepti sunt, hostem habent mundũ, quem priùs habebant dominũ atque tyrannum; idcircò multis modis restat pugnare cũ illo, qui quidem cùm blãditijs, tum terrore in nos insurgit. Verũ Christus in mundo nos confirmauit, cùm dixit: *In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.* Eadem ratione à carne eripuit, id est, ab eius dominio & potestate, iuxta illud Apostoli: *Peccatum vobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia:* Ecce ergo carnem, siue carnis somitem nomine peccati designatũ, non dominari. Neque tamen ab eius illecebris atque fallacijs erepti sumus, nisi diligenter caueri mus eam tenere crucifixam in Christo, illo iuuante, perfectoque atque incomparabili exemplo mõstrante. Ad hunc modũ eruit nos, qui in Christo sumus de manu diaboli: sic tamen vt certare pro Christo contrà Satanam debeamus, nõ vt dominũ, quo cum non est contẽtio, sed vt cum hoste: nec quasi ex æquo pugnantes, tanquam sit incerta victoria & dubius belli euẽtus, sed certa vt stet pro nobis victoria, nisi segnes & socordes cesserimus hosti, ac manus illi sponte dederimus. Quare cum adhuc nobis prælium supersit cum mundo, carne, superbia, & diabolo, qui per hæc vrget nos ad malũ; opus fuit speculum & exemplũ habere, in quod assiduè intuentes ducem nostrũ imitaremur: quod in Euangelio nobis adũbratum est. Vt enim Christus post baptismum desertum ingreditur, ita nos docemur post baptismũ opportunum esse ingressum in solitudinem, vt intelligas neminẽ posse militare, ac legitimè in terrã promissionis contendere, nisi prius Christũ per baptismum induerit: quippe in hoc spes nostra sita est, vt superemus hostes nostros. Nunc quotusquisq; est qui Baptismi sui recordetur, vt sciat quid in eo promiserit; & qua ratione cacodęmoni, & mũdo renũtiauerit, ac proinde bellum ad vincendũ illos indixerit?

Pulchrè autem dicitur ductus à Spiritu: quoniam Spiritũ sanctum filij Dei baptismo recipiunt, & nisi ab illo ducantur, illoque muniantur atq; armentur, ad congressum cum dæmone idonei nequaquã sunt: quare opera danda est, ne quisquam illi resistendo aut repugnando spiritũ extinguat, aut contristet: quod nobis contingit, cùm volumus eius duces esse: eumq; prẹire non subsequi, sed nostræ seruire voluntati.

At dices; Nunquid & nos ingredi in desertum debemus? Maximè verò: ita enim filij Israel, postquam in mari Rubro baptizati sunt, protinus desertũ sunt ingressi, ipso Deo, & Angelo eius, Christo videlicet præeunte, viamq́ue monstrante, in columna nubis per diem, & ignis per noctem: in qua aptè Spiritus sanctus, qui virtus est atque firmamentum ad refrigerandum nos in prosperis, & ad illuminandum in aduersis, adumbratur.

Fideles quare desertum ingredi debeant. *Exod. 14.* *1. Cor. 10.* *Exod. 13.* Columna nubis & ignis quid mysticè.

Rursus dices; Si ergo oportet omnes intrare desertum, iam mundus totus desertum fiet, & desinet esse desertum? Respondeo: Omnis mundi locus desertum fit homini, qui Spiritu Dei agitur: & vt filius Dei videt patriam cœlestem, ad quam suspirat. Etsi enim corpore teneatur in hoc mũdo, animo & cogitatione tamen iam dudum exijt: iuxta illud Apostoli, 1. Cor. 5. *Alioquin debueratis de hoc mundo exisse.* Exit autem homo ex hoc mundo, & in deserto est, quando, quod Apostolus monet, obseruat, qui ait: *Reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint. Et qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.* Hæc ille. Qui ergo sic sunt in hoc mundo, vt in eo nõ figant spem rerum suarum, sed velut viatores anhelantes ad patriam, quæcunque sunt mundi huius, velut infrugifera & syluestria æstimant, absque dubio desertũ ingressi sunt, quia mundus desertum factus est eis; cuius fructus contemnunt.

Quale desertum debeant ingredi. *1. Cor. 5.* *Infra 7.*

Non est autem tantùm vna species deserti, sed plures, iuxta variam hominũ dispositionem. Est enim desertum perfectorum, qui Christũ proximè imitantur: vt Helias, Ioannes Baptista, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, Hieronymus atque Benedictus: qui quidem omnes agebant in montibus, & speluncis, & cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus: atque hos Pater clemẽtior spiritu suo ad tam altum statum euexit. Est enim hoc eminentissimum vitæ genus, ac penè angelicum, quo scilicet penitus mundus contemnitur. Sed quia non omnes tanto spiritu ducũtur; & magis animo ad hoc suspirant, quàm in promptu habeãt vt faciant: sequitur aliud mitius desertum proficientium, id est, cõuentus monachorum in vita cœnobitica, in quo fit renuntiatio seculi per vota solennia quæ emittunt, & per alias Religionis obseruantias: atque hæc mundi renuntiatio aliquanto minor est, quàm in statu anachoritico;

Quotuplex sit desertum. *Luc. 1.* Desertũ perfectorum hominum. *Heb. 11.*

Desertũ Religiosorum, Monachorumque.

maior tamen multo quàm in ſtatu ſeculari. Sed quoniam adhuc non eſt omnium hoc genus adire deſerti, oportet enim in hoc à ſpiritu agi, & non temere aggredi, ne poſt appoſitam manum aratro, reſpiciant retro, vt plerique fecerunt: ſupereſt vltimum deſerti genus, quod pertinet ad incipientes & infirmos qui manent in ſeculo, qui quod non poſſunt omninò effectu tollere, affectu tamen relinquunt, iuxta illud: *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere:* & Dominus: *Qui non renũtiauerit* (ſcilicet affectu) *omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus?* Et de hoc deſerto intelliguntur verba Apoſtoli paullò ante citata: vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint (quando nil faciunt contra Deum in gratiam vxorum, ac ſi illas non haberent) & qui flent (id eſt, pauperem vitam agunt, neq; tamen ad peccatum propter paupertatem declinant) ſunt tanquam non flentes: & qui gaudent (hoc eſt, abundant temporalibus, & propter vitam opulentam Deũ non offendunt) tanquam non gaudentes. Verùm in deſerto iſto nemo eſt adeo tutus, vt in duobus prioribus; quemadmodũ nec in ſecundo, ſicut in primo. Oportet enim eos, qui vxores habent, curis diſtrahi vxoris, filiorum & familiæ, ob id Dominus dixit: *Martha, Martha* (curarum geminationẽ exprimens) *ſolicita es*: & Apoſtolus: *Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt.*

Manſit aũt Chriſtus quadraginta diebus in deſerto, vt oſtendat toto vitæ tempore in eo manendũ, quæ quatuor ætates habet, pueritiam, adoleſcentiam, virilem ætatem ac perfectam, ſenectutem: aut etiam, quia quatuor Euangeliorum doctrina ducenda eſt in obſeruatiõe decalogi. Receſſit porrò in deſertũ Dominus ibi perpetuò mãſurus, ſi id melius foret: quia aũt venerat vt legislator, & doctor, oportuit vt inde deſcenderet ad hominum cõſuetudinem, vitamq; cõmunem doctrinę gratia: quia non ſolùm exemplo, ſed verbo debuit prodeſſe: in quo dedit exemplum multis viris, qui fuêre in deſerto multis temporibus: quoniam verò perfecti erant, eodẽ ſpiritu reuocati ſunt ad aliorum diſciplinã & vtilitatem: quemadmodum legitur de B. Antonio, Benedicto, atque alijs. Dominus aũt voluit ibi eſſe tot dies ratione myſterij; vt quod ſecundũ literam non poterat colligi, quia nõ erat bonum ibi perpetuò Dominũ manere, colligeretur ab ſpiritu in numero quadragenario: nam ab hoc deſerto ad cõuerſationem reuocatus, verum tamẽ deſertũ nunquam mente reliquit. Erat autem Chriſtus in deſerto cum beſtijs: vt Marcus ait. Vnde elicitur grandis doctrina, quælibet enim eremus ſuas beſtias habet. Etenim deſertum Domini veras feras habuit, vt delicias paradiſi compẽſaret, vbi Adam dominatus eſt, & nomina illis impoſuit. Eremus etiam, quam Antonius, & Paulus incoluerũt, leones habebat: Hieronymus quoq; ſcorpionum tãtùm, & ferarũ ſocium ſe vocat, cùm in deſerto eſſet. Monaſterium ſuas beſtias bipedes habet, quas oportet virtute calcare & manſuefacere per bonũ exemplum. Vita verò ſeculariũ habet ſuos leones, vrſos, tigres, porcos, canes. Non deſunt tamen in ſingulis eremis Angeli qui miniſtrent: nec in monaſterio caſti viri vt Angeli: nec in ſeculo deſunt religioſe viuentes, & operibus pietatis vacantes. In deſerto poſitus Chriſtus ieiunauit, & orauit: atque hoc ſuo luctu nos mortuos ſuſcitauit, & ſponſam ſuam ad vitam reuocauit: vt diſcamus toto tempore vitæ noſtræ quærere illum, vt ſimili ratione orandi, ieiunandi, atq; lugendi eum quodammodo ſuſcitemus in nobis, qui ſibipſi ſuſcitatus eſt. Poſtremò oportet paratos nos eſſe & inſtructos aduerſus diabolum, ictus eius clypeo ſcripturarum elidentes.

Tria autem ſunt præcepta, contra quæ filij Iſrael tentati in deſerto peccarunt, quibus nos quoque repugnare contingit: nam prima, & aſſidua tentatio eſt circa vitæ neceſſaria, propter quæ auertimur ab obſequio Dei, quia Deus afflixit nos hac penuria, damnauitq; hac maledictione, vt in ſudore vultus noſtri veſcamur pane noſtro at qui in Chriſto inſtaurantur, præceptum habent, ne de cibo anxiè ſoliciti ſint, ſed primùm quærant regnum Dei, & iuſtitiam eius, nam alter panis adijcitur. Quanquàm qui non vult operari, manducare non debeat: ſãtis tamen laborat qui Deo ſeruit. Ita tentatus in deſerto Iſrael fuit, quando dixit: *Vtinam mortui eſſemus per manũ Domini in terrâ Aegypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate.* Nulla eſt certè tentatio, per quam Satanas plures in barathrum præcipitet ac demergat, quàm neceſſitas atq; penuria temporalis; ad quam reſarciendam propemodum infinita flagitia admittuntur; & admiſſa defenduntur: ita vt Dauid exclamauerit: *De neceſſitatibus meis libera me, Domine*: & Salomon: *Mendicitatem*, inquit, *& diuitias ne dederis mihi: tribue tantũ victui meo neceſſaria: ne fortè ſatiatus, illiciar ad negandum, & dicam, Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei.* Quia enim habes amplam familiam ſuſtinendam, filios educandos, collocandas filias, non magni pendas ſub ſpe lucri mutuare, cariùs, ob alteri' indigentiam vendere, vel corpus vxoris proſtituere; vel ſecretò, & latenter furari, vel deniq; publicè graſſari, & in vitam aliorum, bonaq; inuolare. Nemo verò dicat, Neceſſitas non habet legem: nam nullam ob neceſſitatem, vel etiam vrgentiſſimam, Deum debes offendere: quam etiam tu vocas neceſſitatem, circuncide illam, nec erit tam grandis, quàm tu illam facis. Si non potes veſci perdicibus, aut gallinis, vitulinas, aut arietinas ede carnes: quę ſi negẽtur, bouinis aut ſuillis eſto contentus: quòd ſi nec his dabitur frui, confuge ad cœpe, olera, & alias herbas; atque ab his ad nudum panẽ; à pane verò, vbi defuerit ille, ad Deũ eſt appellandum: nam poſſunt quidem ſine pane, non autem ſine Deo ſuſtineri; & magis neceſſarius eſt Deus, quàm panis. Si ergo ille deficiat, debes in Deo conſidere, qui te ſine pane poteſt paſcere; memor huius verbi: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Secunda tentatio eſt de gloria: quæ ex amicitia Dei cum homine oritur; quæ res facit hominem plus ſibi tribuere, & prouocare Deum: quomodo tentantur qui ſingulares gratias à Deo recipiunt, nec ſe tamen ei ſubijciunt, vt ille vult, nec grati exiſtunt, ſed incedunt vt ipſi volunt: & hoc eſt quodãmodo æmulari Dominum. Verùm vt hoc ſine periculo faceremus, oporteret nos Deo eſſe fortiores, vt Apoſtolus inquit: *An æmulamur Dominum? numquid fortiores illo ſumus?* Ita tentatus ille populus, Dominum tentauit dicens: *Eſt ne Dominus in nobis, an non?* Et vt Paulus ait: *Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt.* Quoties enim gloriam quæ ſoli Deo debetur, nobis vſurpamus, Deũ tentamus. Tertia, & omnium maxima eſt tentatio, cùm in idolorum cultum prolabimur, & diabolo ſacrificamus, volentes regnare per illum. Ita tentati ſunt Principes illi, qui contra Moyſen murmurantes deſperarũt de promiſſionibus eius: & Deos ſibi fecerunt ex donis ſuis. Simili ratione peccãt, qui ex cupiditate ſibi Deos fabricant aureos, vel argenteos. Idololatria eſt etenim auaritia, & inobedientia, de qua Samuel dixit: *Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & ſicut ſcelus idololatria, nolle acquieſcere.* Hæc autem omnia ſcripta ſunt ad doctrinam noſtram. Igitur diligenter operam nauemus, vt illorum exemplo atque periculo edocti, Satanæ victores efficiamur, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, cui cum Patre, & Spiritu ſancto omnis honor, gloria, laus, & imperium atque gratiarum actio ab vniuerſa creatura reddatur in ſecula ſeculorum, Amen.

Deſertũ hominum ſecularium. *Luc. 9.*

Pſal. 61. *Luc. 14.* Is Pauli locꝰ explicatur: Reliquũ eſt, vt & qui habent vxores, tanquam nõ habẽtes ſint, & reliqua.

Hæ inter ſe ſolitudines deſertæ cõparantur. *Luc 10.* *1. Cor. 7.*

Cur chriſtus quadraginta diebus & noctibus in deſerto permanſerit.

Idem cur exire tandem è deſerto debuerit.

Quale myſterium nos doceat ieiunij Chriſti quadragenarij.

Marc. 1. Quid quod Chriſtus in eremo dicitur fuiſſe cum beſtijs. *Gen. 2.*

Hieron. epiſt. 22. ad Euſtoch. de cuſtod. virgin. ſub init. to. 1. in prin.

Quid nobis ieiunij Chriſti Quadragenarium in deſerto contulerit.

Triplex tentatio cum Deum, Iſraelitis primùm tum omnibus Chriſtianis communis.

Gen. 3.

Matt. 6.

2. Theſſ. 3.

Exod. 16.

Num. 21.

Illud Prouerbiale, Neceſſitas non habet legem: vbi locum nõ habeat.

Quo ſine viuere omnino non poſſim⁹.

Secunda tentatio.

1. Cor. 10. *Exod. 17.*

1. Cor. 10. *Num. 21.*

Tertia tentatio.

1. Reg. 14.

Tentatio penuriæ, & geſtate, [illegible] grauis, & periculoſa.

Pſal. 24. *Prou. 30.*

TRACTATVS XV.

In illa Ioannis verba: *Et hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerũt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit: & confeſſus eſt, Quia non ſum ego Chriſtus, &c.*

ANtequam ad horum verborum expoſitionem accedamus, præmittendum eſt, teſtimonia Ioannis Baptiſtę Chriſtum digito demonſtrantis, quæ habentur capite primo Ioannis, hoc loco eſſe ſubijcienda atque interpretanda: nec enim illa poſſunt vel ante præcedentia, vel poſt alia ab alijs Euangeliſtis deſcripta collocari. Non quidem priùs, nam hæc perhibita teſtimonia conſtat fuiſſe poſt baptiſmum Chriſto impenſum, poſt quem ſtatim quadragenarium eiuſdem conſecutum eſt ieiunium. Dicit autem Ioannes inter alia: *Vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum:* quod quidem in ipſo accidit baptiſmo: nec verò poſt alia, quæ à tribus narrantur Euangeliorum ſcriptoribus, hæc poterant ſubijci: quia poſt ieiunium, & tentationes conſummatas tres priores Euãgeliſtę enarrare incipiunt, quę, tradito in carcerem Ioanne, Chriſtus facere, & docere cœpit in Galilæa: cùm Euangeliſta Ioannes vſque ad finem capitis quarti, quæ in Galilæa, & maximè in Iudæa Chriſtus fecit, priuſquam Ioannes in carcerem mitteretur, perſequatur. Geſta etenim primi anni prędicationis Chriſti ab alijs tribus prætermiſſa Euangelij autoribus, ſolus deſcribit Ioannes, vt ex Euſebio Cæſarienſi atque Hieronymo primo libro luculenter eſt à nobis demonſtratum. Eſſent ergo hoc loco quæ ſuperſunt ex primo capite vſque ad calcem quarti explicanda: ſed quoniam quæ ſecundo capite habentur, ad librum de Miraculis; quæ verò tertio capite ad librũ Diſputationum ſpectant: propterea ſatis erit hic ordinem hiſtoriæ attigiſſe, atque rationem reddidiſſe, cur ex ijs omnibus tantùm teſtimonia Ioannis Baptiſtæ de Chriſto perhibita, & mulieris Samaritanæ quarto capite cõtentam hiſtoriam exponamus: qua quidem hiſtoria Samaritanæ completa, Euangeliſta Ioannes apertè loquitur de receſſu Chriſti ip

Narrationis ordo.

Ioan. 1.

Matt. 3.

Infra 11.

Lib. 1. Prolog. Euſe. li 3. hiſt. eccl. c. 23. to. 1. Hieron. in lib. de ſcript. Eccl. in vita Ioan. tom. 1. *Lib. 6.* *Lib. 8.*

Galilæam, & in ciuitatẽ Nazareth patriam suam, cuius tres alij Euangelistæ post enarratum quadragenarium ieiunium & tentationes mentionem faciunt. Nunc quod instat, explicemus.

Bis testimoniũ de Christo cur perhibuerit Ioannes Baptista.

Et hoc est, inquit, *testimonium Ioannis, quando miserunt.* Ioannes superiùs enarrauerat testimonium, quod Baptista de Christo reddiderat, cùm ait: *Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est, &c.* Vbi Ioannes de Christo præsenti testari videtur, *Hic erat*: & dicendo, *quem dixi*, insinuat se aliud testimonium antea reddidisse: ne enim Baptista in gratiam Christi præsentis, & non ob veritatem ipsam locutus esse, vt adulator, videri posset, aliud prius testimonium citauit velut publicum, & iam receptum, omnicq; carẽs suspicione: ideò Euangelista illud hoc loco adiungit, dicens: *Et hoc est testimonium Ioannis, &c.* nempè hoc quod sequitur, non præteritũ, & paullò ante narratum, quod fuit de Christo præsenti: verùm de Christo nondum viso nec cognito, quod fuit notabile & maturum: quod illa vox indicat, *Hoc*, quod nimirum ipse Baptista, vt à se olim dictum attulit. Et ita fortassis verba illa, quæ habentur ibi vsque ad: *Vnigenitus filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit*, sunt verba Baptistę in secundo testimonio demõstrantis quem absentem laudauerat. Quoniam verò hoc Ioannis testimonium de Christo maximè fuit necessariũ; ideò altiùs est à nobis contemplandum.

Explicatur illud: Et hoc est testimonium Ioannis, &c.

Ioan.1.

De Christo, seu Messia primùm quare testati sint Prophetæ. *Infra 14.*

Quia ergo Christus Iesus videntibus in patria vita est; credentibus autem in hoc mundo via est ad vitam, quatenus nos qui post ipsum iam in cœlos assumptum, sumus in illũ citra peculiarem cuique factam reuelationem tutò ac firmiter crederemus opus fuit fidelium testium traditione, id est, primitiuorum: qui ne à pseudoprophetis deciperentur, neque deciperent ipsi, eguerunt in primis Prophetis de eo vaticinantibus, vt fide apprehenderetur, atque adhortantibus ad legis obseruantiam, per quam & peccatum agnoscerent; & Christi iustitiam in signo acciperent. Illa etenim carnis & sanguinis animalium expiatio seu munditia ab iniustitia legali, veram iustitiam, animamque ab omni labe criminis mundandam longè ante signabat. Sed quoniam antequam veniret, per naturam imaginationis nostræ debilis agnosci non poterat, atque eo veniente multò minùs ob falsam, prauamque picturam eius, quam pseudoprophetæ illi tribuebant; necessarium fuit, vt aliquis maiori vitæ sanctitate, autoritateque præditus, quàm fuissent omnes præcedentes, veniret, qui Messiam proximè iam venturum prædiceret; & postea prædictum ipsum monstraret populo: nec solùm vt lex ad peccati cognitionem induceret, verùm etiam ad pœnitentiam, & dolorem de peccatis; Sacramentaque Baptismi, ac pœnitentiæ, quæ homines iustos coram Deo efficiũt, per alias similes ceremonias, quæ Deo minimè reconciliabant homines, neque iustificabant, præcurreret: hic autem fuit Ioannes Baptista: qui vt vitę sanctitate, ita & prędictione propiori Christi, prædictique demonstratione, ac præcursione priores omnes Prophetas, excelluit: vt meritò pluſquã Propheta sit dictus.

Sacrificiorũ antiquç legis typus.

Ioannis Baptistæ in primis testimoniũ de Christo cur fuerit necessarium.

Rom.3.

Eius excellentia. *Matt.11.*

Idem cur cùm vitæ, Scripturæ testimoniũ habuerit, nõ item à signis. *Ibidem. Ioan.10.*

Ioannis testimonio Christus quare egerit. *Infra 5.*

Debuit autem tantùm vitæ, & Scripturę habere testimonium, vt ei ab omnibus crederetur. Signa verò habere non debuit, ne nimis difficilè ab eo quasi capite auellerentur; à quo discipuli eius vix sunt auulsi, ipsorum magistro eos à se expellente, atque ad Christum mittente. Signa etiam priora Messiæ soli seruabantur: & posteriora, quę per Apostolos, eius nomine edita sunt, illi tribuuntur. Debuit autem hoc lucerna Ioannis testimonium valere & vigere, donec sol iustitiæ Christus, amore nostro ad tempus obscuratus fuit: verũ illo sese exerente, & paullatim radios suæ diuinitatis in Spiritu sancto ostẽdente, non eguit amplius Ioannis testimonio & indicio.

Qui nam Iudæi miserint ab Ierosolymis nuncios ad Ioannem vt sciret quis esset.

Ait ergo: *Quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis.* Tempus, & locum describit Euangelista, more boni historici, ad rei maiorem fidem, & euidentiam. Hæc autem legatio tam honorifica continet primo mittentes Iudæos: nec quoslibet, sed ab Ierosolymis, ciuitate Regia, atque Sacerdotali: vbi quia sapientiores, nobiliores, politiores, religiosioresque erant professione Galilæis, difficiliùs humiliantur atque curantur, maturiùs agunt, nec parua curant. Tribus autem Iuda prima erat in bello & in acie; atque ex ea sceptrum non erat auferendum, donec Messias veniret. Non videtur autem hæc missio facta nomine Herodis Regis, vel Pilati Romanorum præsidis, sed Senatus, qui dicitur Sanedrin, seu domus cõsilij curantis quæ religionis sunt. Reges autem aut Principes vel Præfecti de anachoritis, vel de eremitis, & hominibus id genus minimè sunt soliciti: nec in hoc illi quicquam propterea à suo officio alienum faciunt. Docentur autem Pontifices & Episcopi, quibus religionis cura, atque custodia demandata est, vti ad nouos prædicatores qui exurgunt, diligenter inspiciant, attendantque ne ipsorum incuria & negligentia doctrina pestifera in Christi fi-

Gen.49.

Sanedrin Iudæis quid.

Pontifices Episcopi Iudæorũ exemplo, quid curare debeãt.

deles, vel spargatur, vel amplius serpat.

Quamobrẽ miserint ad Iudæi Sacerdotes & Leuitas.

Secundo loco hæc legatio continet missos, Sacerdotes nempe, & Leuitas, qui quidem & ipsi religiosi erant (nam Pharisæi sapientiæ vacabant) diuersorumque ordinum: quæ res facit ad Ecclesiæ maiestatem iuxta, ac pulchritudinem. Si autem Iudæi nullam fidem præstarent Ioanni, legationem tam amplam nequaquam mitterent. Aliquid etiam erat, vt Sacerdotes Sacerdoti humiliarentur, cùm inter pares semper contentio soleat esse & æmulatio. Leuitæ porrò comitabantur Sacerdotes; erantque tunc gradus ordinum distincti in figuram ordinum, graduumque diuersorum, qui erant futuri in Ecclesia Christi. Tertiò continet eum, ad quẽ est destinata legatio, cùm dicitur, *ad eum*, nempè Ioannem, ad quem exibat non Ierosolyma solùm, sed omnis etiã Iudæa, & omnis regio circa Iordanem. Mittentes autem ita à Deo erant dispositi, vt tantam rem de se asserenti Ioanni crediturі essent. Fuitque insignis cæcitas Iudæorum ei non credentiũ de alio. Missi autem, vtpotè Pharisęi atque legisperiti, nec Christo, nec Ioanni crediderunt, sed spreuerũt consilium Dei, in semetipsos exultantes ad horam in luce eius.

Eos cur miserint ad Ioannem. *Matt.3.*

Iudæorũ cæcitas quanta. *Luc.7. Ioan.5.*

Hæc interrogatio Ioãnis: Tu quis es? quid significet.

Vt interrogarent eum, Tu quis es? Quarto loco ponitur summa legationis: quæ quidem in hac interrogatione consistit: Tu qui tantus es in vita, & doctrina, in nouis ceremonijs baptismi, & confessionis, in discipulis, atque populorum ad te confluentium frequentia, atq; adeò in tempore aduentui Messię propinquissimo, vt Scripturæ, & inspiratio diuina suggerunt, imò cacodæmones indicant suscitantes pseudochristos, vt Theudam, Iudamq; Galilęum: Tu, inquam, talis, ac tantus, *Quis es?* Interrogationemque conceptam in natiuitate, *Quis putas puer iste erit*: nunc pariunt atque depromunt: verùm ne temerarij viderentur, non asserunt eum Christum; nec apertè hoc interrogant, licet id cum formidine suspicarentur: dicitur enim Luc.3. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus, &c. at Christo non tantùm tribuebãt, cui nimirum dicebant: *Tu de te ipso testimoniũ perhibes, testimonium tuũ non est verum*: cùm tamen Ioanni hoc sibi tribuenti, credere parati essent: nec legationem vllam ad Christũ miserunt, quam tamen Ioannes ipse etiam in carcere positus, ad Christum misit, hac verborum forma: *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?*

Act.5.

Luc.1.

Infra 3.

Ioan.8.

Iudæi quantum Ioanni tribuerent.

Matt.11.

Iudæos Ioan

Etsi autem, vt quidam opinantur, sci-

nem vnde esset, eiusque genus ignorauisse.

II. argum. *Matt.3.*

III. argum.

4.Reg.2.

Simile.

Hãc legationem ad Ioannem, bono tantũ animo institutam fuisse.

Vbi fuerit interrogatus Ioannes: Tu quis es? Quorundam hæc opinio refellitur: Iudęi Ioannem in odium & inuidiam Iesu prouocare decreuerant. *Luc.1. Matt.13.*

dum etiam propter Iesum erãt in periculo fortunarum, & nominis faciẽdi iacturam; quin potiùs propter Ioãnem. Hunc etiam (vti diximus), ac probauimus paullò antè) non agnoscebant. Et qui tanta verborum acrimonia (adeò vt vocaret genimina viperarum) insectabatur illos, haud probabile est eum supra Iesum, ac supra se erigere voluisse. Quare quod hæretici hoc referũt ad odium Ioannis, & inuidiam, vt disputẽt, ac calumnientur, & vt possint Ioãnem hominẽ seditiosum vocare, Reipublicæ perturbatorem, pestilentem, hæreticum, qui templum destrueret, & nouã ceremoniam extra verbũ Dei traderet, & nouũ doctrinæ genus spargeret, reciperet gentes, sacrificia negligeret Moysi, & schisma nutriret, legatos item velut hæreticæ prauitatis inquisitores missos, qui hominem de fide, & doctrina suspectum examinent, explorẽtque tanquã ordinariæ potestatis contemptorem, qui & seniores eius temporis excõmunicarit, & peccata illorũ ligauerit, nec illa ex parte curauerit (sic enim docet Philippus Melanchton in Ioannem, & Centuriatores) certè nulla probabilitate nititur. Sed longè probabilior est sententia Chrysostomi, quòd vellent honorem Messiæ illi deferre, quem tanta sanctitate præditum nouerant. Ait enim in Ioannem: *Tantæ auctoritatis Ioãnem, & tãti verum arbitrabantur, vt non solùm de alijs testimonium, verùm ipsi de se ipso omnia crederent. Neque enim nisi ea sententia ipsum interrogatum misissent quid de se diceret. Nostis enim quòd de se dicentibus, his duntaxat maximè fidem adhibemus, quos verissimos arbitramur.* Et probat hoc Chrysost. ex eo quod Dominus dixit: *Ille erat lucerna ardens, & lucens: vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius*: nempe quando legatos ad eum miserunt, qui præclarè de illo sentiebant, & obtemperare illi erant parati, & in luce eius gaudere, vt eius opera nouum sibi, suisque decorem, & splendorem compararent. Et Cyrillus in Ioannem libro secundo Thesaur. capite quarto, tomo secundo asserit, idcirco ab illis interrogatum quòd maximam de se, suaque vitæ sanctitate admirationem hominibus concitasset, vt ipse Christus putaretur. Idem Beda in Ioannem, & alij docent. Nec est verisimile, Iudæorum magistratus de innocentissimo, & probatissimo viro tam improba & scelerata vel sensisse. Quòd si in aliquo peccasset aut de illis suspectus fuisset, nequaquã Sacerdotes & Pharisæi dissimulassent: nunquamque cum illo expostulauit aliquis quòd quicquã egerit, vel docuerit in templi ceremonias, vel in Ecclesiastici magistratus honorem, vel in Ecclesiæ tranquillitatem. Neque verum est, quòd ille Gentes receperit vnquam, quia nullibi legitur. Et proprium erat hoc Christi, vt Prophetæ prædixerant: imò Dominus dixit se non missum nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, & præcepit discipulis, ne diuerterent ad vicinas gentes. Vt nonnisi temerè Ioanni id tribuatur, quod Christus non per seipsum, sed per Apostolos perficiendum mandauit. *Euntes*, inquit, *docete omnes Gentes.*

Quòd verò acerbis verbis inuectus sit in peccatores, dicens: *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* non propterea infertur, Ioãnem magistratibus Ecclesiasticis palam repugnasse, aut eorum autoritati, vel potestati detraxisse: nec enim docebat Ioannes illos potestate carere, aut propter improbam vitam obedientiam illis negandam. Et licet obiurgaret Herodem propter Herodiadem; non propterea eum regno spoliabat, nec hodie concionatores liberiùs, & acriori oratione vitia Regum perstringentes, idcirco eos regnis suis spoliatos declarãt. Quòd autem Ioannem haberent pro hæretico, vel damnato homine, longè est à veritate: quia habebatur sanctissimus, & plusquam Propheta, vt etiam Iosephus testatur, qui in Antiquitatum libris celebrat Ioannem, quòd summum iustitiæ, & probitatis inter suos gradum habuerit. Affingunt etiam Ioanni, quòd peccata Sacerdotum ligauerit, id est, eos excommunicauerit; cùm tamen excommunicandi potestas solùm à Christo sit Apostolis tributa, & nulla tamen olim fuerit in lege, vel in Prophetis.

Sequitur: *Et confessus est.* Spreta tanta felicitate, honoreque sibi delato Messiæ, coramque tot testibus, & quo renuntiaretur tantis, ac talibus mittentibus, & per eos vniuerso mundo confessus est veritatem de se, quam nunquam postea negauit. Et hoc est quod ait: *Et confessus est, & non negauit.* Sed perstitit in ea ad mortem vsque, quippe qui non erat vti arundo vento agitata, nec mollibus vestitus verbis, vt Iesu adularetur. Et in hac confessione Martyres est imitatus, imò etiam Christum Iesum, qui coram Pontio Pilato bonam confessionem est confessus, vt Apostolus tradit. Et hoc testimonium coram iudicibus redditum maius habuit pondus, & autoritatem. Vel confessus est, scilicet veritatem de Iesu, & de se non negauit.

Et confessus est. Ingeminat Euangelista, vt fortitudo, & humilitas Ioannis magis perspi-

Luc.3. Centur.1.li.2. fo.255. & 361 Contra centuriatores, eam legationem ad odiũ Ioãnis, & inuidiam detorquentes.
Ioan.2.

Philip. Melanchton. Chrysostomi probabilior opinio.
Chrys. hom.15. in Ioan.to.3.

Ioan.5.

Supr.1. Iudæi (vt Dominus dixit) quando voluerint exultare ad horã in Luce Ioannis.
Cyrillus.

Beda tom.5. Ioannis integritas & innocentia singularis.

Christi & [illegible] priumq[uam] quid.
Esa.65. Ieremi.1. Ose.2. Matt.15. Supr.10.

Infra 18.

Supr.3. Centuriarum obiectio diluitur: [illegible] dæos [illegible] niem vi[illegible] rum Ioã[illegible] appellat[illegible]

Infra 14.

Iudæos [illegible] nem pu[illegible] retico, [illegible] nato alq[illegible] minimè [illegible] buisse.
Sap.12. Iosephus li.18. antiquit.c.[illegible]

Excommu[illegible] cãdi pote[illegible] à Domi[illegible] quibus[illegible] cantùm [illegible] lata.

Ioãnes qu[illegible] cõfessus [illegible] & non n[illegible] uit.

Matt.21.

Quos ei [illegible] confessi[illegible] fuerit im[illegible] tus Ioan[illegible]
1.Tim.6. Ioan.18.

Quid sit [illegible] annes sit [illegible] fessus.

perspicua reddatur. Deinde ex eo quòd Ioannes dicebat se non esse Christum, ex quo salus mundi pendebat: *Quia non sum ego Christus.* Solus nimirum Christus verè est, ac deitate singulariter vnctus, quod ambiuerat Satanas, Adam affectãrat, atque pseudoprophetæ. Pharisæi verò Ioanni, vt sibi, qui aliud affirmauerat, contradiceret: populus autem bona fide hunc honorem tribuebat, non tamen in odium Christi, vtpotè qui nondum erat odiosus, neque inuisus. Respondit itaque Ioannes liberè, atque constanter, *Quia non sum ego Christus*, quoniam quæstio, *Quis es*, ad illum propriè spectabat: nam de alijs manifestum est quòd essent ministri. Ait enim Apostolus: *Quid est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis.* Videns autem animum, quo se interrogabant, tanquam qui horreret vanum, & inane nomen Messiæ, quo rem ipsam, id est, Christum posset, anticipat negationem, velut nolens remittere iniuriam: intuensque eos, qui rogandæ veniæ causa ad se accedunt, antequam mentem suam detegant; reijcit illos cum horrore & indignatione cõtenta voce dicens; Nequaquã faciam. Non ergo in causa dissimulanda est veritas: nec sufficit contrarium non asserere, aut oscitanter, ac segniter illã conasserere, aut oscitanter, ac segniter, non solùm fiteri, sed apertè, & constanter, non solùm coram amicis, & propinquis, sed etiam coram omnibus, & quod maius est, palam Sacerdotibus est confitenda.

Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Helias es tu? Quia omnium consensu proximus erat Christus, & Ioannes magnus, inferũt, eum Heliam esse in persona: non enim discernebant duplicem Christi aduentum, ac proinde nec duos præcursores. Notum erat Iudæis, Heliam esse in Paradiso, siue, vt Scriptura loquitur, raptũ in cœlum: quare dici nequit, Iudæos cognouisse Ioannem filium esse Zachariæ, & illum esse Heliam, qui tunc apparuit. Nam si illum cognoscerent filiũ Zachariæ, haud posset ab illis credi animam Heliæ in duobus simul esse corporibus, maximè à talibus, ac tantis legis doctoribus. Nec est simile, quod Matt.16. alij Iesum existimarent Ioannem esse, alij vero Heliam. Qui sentiebant Christum aliquem Prophetam esse ex mortuis, putabant animas transire de corpore in corpus; qui verò dicebant esse Heliam, nesciebant eius natiuitatem: vnde in eorum persona dicitur; *Hunc autem nescimus vnde sit.* Quod verò Matth.14. Herodes putauerit, Christum Ioannem esse, quem ipse decollauerat: ad idem dogma de transitu animarum referendum est. Non etiam interrogabant de Helia, id est, de illi simili futuro in præcursione, & austeritate victus & vestitus, & mansione in deserto, deque regis Herodis, & Christi, quasi Heliæ cuiusdam, dimissione, atque fluminis Iordanis diuisione, & duplicis spiritus, nempè sanctitatis vitæ, & miraculorum collatione: quia si in hoc sensu interrogassent Iudæi, Ioannes nonnisi falsò respondisset, *Non sum.* Cùm ergo dixerunt, *Helias es tu?* de vero Helia quæsierunt. Nec est probabile, tales Doctores animarum trãsmigrationem in corpora tenuisse. Cùm enim animus rationalis forma sit corporis (alioquin homo non esset ratione præditus) tale esse nonnisi à forma datur: nec etiam esset homo vnum ens per se, sed anima vnum, & aliud corpus constitueret. Si ergo animus hominis forma est, corpus quod humanum non sit, informare non potest, quia in alio nequaquã est conueniens dispositio ad animum: nec aliud à suo corpore, quia ab eius vnica, vt sic dicam, aptitudine, & propensione habet quòd sit singularis & hic animus: quemadmodum vnica albedo in diuersis subiectis nequit inesse. Quòd autem priùs requiratur dispositio, ex eo liquidum sit: quoniam animus in corpore diuersis vtitur organis ad diuersas functiones: & frustra laboraret natura in digerẽdis ac formandis corporis membris: haberet etiam scientiam, quemadmodum ille, cuius animum habet vsus rationis impedimento sublato: atque hoc etiam ignotis vocibus, & quouis ordine res proponeretur, sicut in ebrio contingit ablato obstaculo. Ioannes insuper, qui tam multa sciebat, an animus suus esset Heliæ comprehenderet: bruta quoq; animantia essent ratione prædita, si in ea animi hominum transirent. Adhæc, Ioannes maximè esset Helias, tametsi animum Heliæ haberet, quia Helias ex animo & corpore constat, non ex animo tantùm. Quare meritò improbatus ille animorum est transitus. Rectè ergo respondit, *Non sum*, scilicet Helias in persona; benè autem erat Helias in spiritu, & virtute, vt Angelus declarauit Lucæ 1. & Dominus confirmauit Matthæi decimoseptimo.

Propheta es tu? Et respondit, Non. Quoniam Propheta cum articulo Græcè habetur, vt adnotauit Cyrillus, summum Prophetã à Domino Deut. 18. promissum intelligit. Nec est probabile, Prophetã illum Deuteron. inquam 18. prædictum, distinctum à Messia fuisse habitum: nam Ionathan in interpretatione Chaldæa, atque alij antiqui Rabbini de Messia exponũt. Ergo & tunc cùm nondum peruersi essent, intel-

Propriũ Christi soli' quinam sit
Esa.14. Gen.3. Matt.24.

Cur Ioannes Iudæis confessus est: quia nõ sum ego christus.
1.Cor.3.

Veritatẽ quãdo & quomodo fateri debeamus exẽplo Ioannis.

Iudæi cur Ioannem interrogauerint an esset Helias.
4.Reg.2.

Verũ Heliã Iudæos Ioannem intellexisse, nõ aliũ.
Luc.1. Matt.16.

Duplex contra hoc obiectio aduersariorum diluitur.
Ioan.9. Matt.14.

De Helia etiam simili primo illi Iudæos minimè interrogasse.

I. Argum.

Iudæos animarum trãsmigrationẽ in corpora minimè tenuisse.

Anim' rationalis vnde in diuiduus sit, atque singularis.

Idem quando infunditẽ corpori.

II. argum.

III. argum.

Luc.1. Matt.17. Ioannes qualem se neget esse Prophetam.
B.Cyril. li.2. in Ioan. c.24. tom.1. Deut.18.

ligebatur de eo. Deinde quia ille licet daretur distinctus esse sicut Moyses, sed non præponeretur ei Helias: de aliquo ergo Propheta ante præcursorem venturo intelligunt. Siquidem à captiuitate Babylonica ad id vsque tempus fuerant sine Prophetis, & sine alijs modis consulendi Dominum, scilicet per Ephod, & rationale, & arcam, per somnia, atque sortes. Ideò reposuerũt lapides in monte domus, in loco apto, quo adusque veniret Propheta, & responderet de eis, vt habetur in libro Machab. in quorum persona ait Dauid: *Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta: & nos non cognoscet amplius.*

Quibus modis Dominũ consulerent Iudæi.

1. Mach. 4. Psal. 73.

Ij postea cur Iudæis defuerint.

Cessarunt autem prædicta omnia, tum ob peccata, tum vt Christum Messiam præceptorem desiderarent ipsi Iudæi, tum denique vt pararentur ad Euangelij statum, in quo quia nõ debet esse incredulitas, nec ruditas, nec amor temporalium, minimè opus fuit tam multis rationibus consulendi Deũ, maximè circa bona fortunæ. Deus enim olim de minimis etiam sæpè respondebat, vt de perditis alinis Cis patris Saul, ne ad Idola consulenda confugerent. Quia ergo desiderabant Prophetas, ac indies expectabant, rectè quærunt, an esset Propheta aliquis, qui longè ante futurũ Messiam præcurreret; vel Propheta aliquis ex antiquis, ob transitum animarum. Recteque de tali inquit, *Non sum*: sed plusquam Propheta: quemadmodum Diaconus non est potissimum Subdiaconus, sed plusquã Subdiaconus. Si autem per Prophetam intelligunt Christum, vt inuoluant Ioannem; ita interrogant, vt sibijpsi contradicat & repugnet.

1. Reg 9.

Ioannes qualis esset Propheta.

Matt. 11.

Dixerunt ergo ei, Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? Id est, Cuius autoritatis es? nos enim nescimus, nec possumus diuinare. Pessimum porrò animum ostendunt in eo, quòd optare se innuunt, vt det responsum, & non vt adiuuentur ipsi veritate comperta; quasi ad ipsos hoc scire referret nihil. Tantumq; indicant animum suum conuersum ad forum exterius.

Quid significent hæc verba Iudæi: Quis es, vt responsum demus, &c.

Vrgent itaque: Qui toties hactenus negando respondisti quid non esses, quid affirmas de te? Atque vltimus & coactus sermo debet esse de seipso, & propter Deum tantùm. Est autem congruus modus, vt post destructos errores mentem obscurantes, veritatem aperiamus deregamusque.

Sermo de seipso qualis esse debeat.

Ait: Ego vox clamantis in deserto. Ego, inquit, mihi notus, quia mihi propinquissimus, atque à me ipso naturali dilectione amatus: ideò non falsò de me loquar, vel me imminuam. Ego, inquit, sum vox, non ait, filius Zachariæ (ille etenim in viuis non agebat) nec se, nec Christum secundùm carnem cognoscebat: & quia illi non hoc quærebant, ideò ait Ioannes: *Ego vox*. Quia verò Christus sciebat, sponsam Synagogam adulteram esse, nec eam, vt merebatur, occidere volebat; quemadmodum mulieri in adulterio deprehensæ dixit: *Nemo te condemnauit? nec ego te condemnabo*: quod in mysterio Synagogam, ac quemlibet peccatorem significat: non debuit tacitus venire, sed præcedente voce quemlibet sui erroris admonente, vt saltem exteriorem actum adulterij caueret. Iam enim securis ad radicem arboris posita erat, vt Ioan. ipse idem denuntiabat.

Luc. 1. Ioan. 1.

Matt. 12. Infra 16. Ioan. 8. Mulier adultera quid significet. Matt. 3.

Ioannes quare dicat se vocem appellauerit.

Vox. Declarandum prius quid sit vox, & quam rationem habeat ad verbum: deinde quomodo sanctissima Christi humanitas vox sit: postremum qua ratione Ioanni Baptistæ quadret symbolum vocis, cùm se vocem responderit esse. Primùm igitur vox respectum habet ad verbum mentis quod exprimit, eiq; significatione similis existit, licèt non æqualis, eiusque ex aere & silentio ad verbum vocato, creatura: & successionem habet. Habetque verbum vt formam instar ideæ, siue exemplaris; & vt efficiens, nam ab eo producitur: ac denicq; vt finem, quoniam ad exprimendum illud assumitur: & respectu illius minuitur, & est imperfecta, ac verbi quasi cuiusdam medullæ cortex & vehiculum; mediaque inter illud & scripturam. Hactenus ergo delineauimus naturam vocis. Omnis autem creatura vox quædam est Dei Patris, quia verbum eius, id est, filium per intellectum procedentem, intimum, Patremque declarantem, initiumque amoris explicat: dum quæuis creatura potentia (vt aiunt) infinita existit, etsi non actu, cùm quælibet res creata se in infinitum possit communicare. Infinitam etiam potentiam, sapientiam atq; bonitatem exigit ad sui creationem. Et quoniam verbum infinitum est, plures creaturæ, vt possunt, id exprimunt: cumque in paruis etiam rebus & minimis appareat immensitas Dei; magis in stuporem nos adducit, maiusque amoris incrementum per gradus ascendendo producit. Nec tantùm creaturæ docẽt nos, adeò vt Spiritus sanctus ad eas nos disciplinæ gratia mittat, cùm ait per os Sapientis iuxta Septuaginta Interpretes: *Vade ad formicam, ô piger: & apis efficere discipulus*; & rursus: *Interroga iumenta, & docebũt te: volatilia cœli, & indicabũt tibi*: verùm etiã mouẽt atque excitant omnes bonos affectus, amo-

Vocis natura, & significatum.

Creatura omnis vox Patris, quatenus sit.

Prou. 6.

Creaturæ Dei nobis quo prædi- Iob 12.

rem

rem scilicet tanti domini ac Dei, beneficijs nos expugnantis, timorem potestatis tantæ, & iustitiæ vindicantis peccata: humilitatem, cùm quælibet in suo ordine consistat, nec fortiora se aggrediatur: dolorem tanta de nostra in obediendo negligentia, cùm yniuersæ se illi creaturæ semper obedientissimas præstent.

II. ratio, cur omnis creatura sit vox Dei.

Secundo loco, omnis creatura similis est Deo, sed non æqualis: quippe non est capax ipsum nihil infinitatis: quemadmodum silentium ad verbum ascendere non valet; ideò in voce sistit. Similitudo autem creaturæ ad Deum resplendet in vestigio & imagine Trinitatis. Habet enim res quælibet creata potentiam, actum, & nexum, siue essentium, virtutem, & operationem: habet vnitatem, æqualitatem, & vinculum. Sed maxime in homine elucet hæc similitudo, in quo licèt triplex virtute, actu tamen simplex est anima: nempe vegetans, sentiens, & intelligens: Intellectus, Memoria, & Voluntas: amans, amabilis, amor. Denique quælibet similitudinem Dei gerit, quatenus rerum similitudines ac species creat, veluti Deus ipsas res.

III. ratio.

Tertiò, creatura verbum Dei habet vt formam, siue ideam & exemplar, efficientemque causam, tanquàm vox, quæ ex nihilo quasi è silentio; & materia quasi ex aere producitur: denique illud respicit vt finem; ideò in verbo solo quies est, & non in creatura.

IV. ratio. Verbi Dei proprium. Apoc. 14. Ejus. 22.

Quartò, creatura vt vox, exterior est respectu verbi, quasi extremitas respectu centri. Fluxa etiã est creatura, vt respicit Verbum immutabile; parumque durans, & per quam Deus ad præsentes sibi creaturas ratione præditas, alloquitur, modò illæ audire vellent. Vox ergo Dei per omnes res creatas loquẽtis, Verbum suum, quasi vox est aquarũ multarum, quam Deus maiestatis intonuit: atque in ipsa voce Verbum vehitur: quia omnibus mobilibus mobilior est sapientia, vt ait Salomon. Sic autem vehitur, vt cum voce verbum non commisceatur aut confundatur. Inter voces autem vnica fuit atque coniunctissima ipsi Verbo, nempe Christi Humanitas; cuius aliæ velut Echo dici possunt, ac post illam inter homines ipse Ioannes Baptista. Christi ergo humanitas, Verbi est vox ex silentio, id est, ex nihilo, quantum ad animam, & ex aere, id est, Mariæ purissimis sanguinibus (vt sic loquar) quantum ad corpus producta; Verbum pro vita, & idea, atque efficiente singulariter habens, & Verbum ad homines ducens. *Pater manifestaui*, inquit, *nomen tuum hominibus.* Verboque ipso exterior est & successiua, quatenus mutationi fuit obnoxia, atque adeò Verbi sapiẽtiam, bonitatem & virtutem plusquàm mundus totus expressit: hominesque rùm verbo, tùm facto excellenter docuit, mirificeque commouit. Ideò sermo, quòd nimirum per Incarnationem in terram humanæ naturæ seminatus sit, dicitur: *Sermo*, inquit, *quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die*: id est, Filius hominis, cui data est iudicium faciendi potestas. Tunc enim in iudicio audietur à toto mundo: quemadmodum & in morte eius audita est non solùm ab hominibus, verùm etiam ab elementis, cœlis ipsis & inferis, indiesque auditur in rebus arduis, & difficillimis, vt in eo verbo: *Abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*, ac similibus: quandoquidem vnicè coniuncta est infinitæ Dei virtuti; adeò vt non ens audiat vocem Christi. Vocat enim ea quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt. Malum autem ens, id est, homo peccator, illi restitit ac contradicit.

Humanitas Christi qualis vox Dei sit.

Ioan. 17.

Humanitas Christi cur sermo appelletur. Supra 12. Supra 5.

Matt. 27.

Supra 16.

Rom. 4.

Quod verò ait Esaias: *Non audiet aliquis in plateis vocem eius*; illud significat, vocem Dei inspirantis ab hominibus ad vanas distractis cogitationes, atque ad externa conuersis nequaquàm fore percipiendam: Ioannes autem Baptista velut Echo proximè ferè dictam vocem reddens, eique persimilis. Quare ad illam Humanitatem sanctissimam per Verbum, cui intrinsecè vnita est & coniuncta, vt vox se habuit, propiùs, perfectiusque illud exprimens. Prophetæ etenim vt Scripturę de futuro atque absente, & minùs perfectè expresserunt: ideò hic plusquàm Propheta dicitur; quemadmodum vox media est inter Scripturam & verbum: vt diximus paullò antè. Est enim Præcursor proximus illi, & quasi illi coniunctus. Estque Ioannes creatura respectu Verbi, Christi similitudo, expressio, & morio: mouit siquidem totam Iudæam, & omnem hominum statum ac conditionem: & propter insignem vitæ sanctimoniam viua erat vox. Fuit autem formata eiusmodi vox in vtero à Christo, vt creante & sanctificante, Christum euulgandum pro fine habens: sed *Vt manifestetur*, inquit, *in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans*. Eratque Ioannes Christo similis in Sacerdotio, puritate, matris sterilitate, præcursione, tempore, in omnibus sequela, doctrina, discipulis, denique in excellentia, parum quidem omnino præ Christo durans atque exterior illo, quem pro forma habuit & exemplari: quia ante se tactus est in

Esai. 42. Matth. 12. Quid sibi vult Esaiæ de Christo: Nõ audiet aliquis in plateis vocem eius.

Ioannes cur vox Christi nominetur. Matt. 11.

A quo, & vbi formata fuerit hæc vox. Ioan. 1.

Ibidem.

prædestinatione Dei, licet tempore post se venerit: Christo præsente locuta est hæc vox, ideò successionem habuit, paullatimque processit. Fuit autem hæc vox grauis superbis: *Genimina*, inquit, *viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* Acuta contemplantibus, vt cùm dicebat: *Vnigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit*: Dulcis interemis: *Qui habet*, inquit, *sponsam, Sponsus est: amicus autem Sponsi qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem Sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est*: rursus dicebat: *Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.* Fuit & vox fortis atque libera, aiebat enim Herodi: *Non licet tibi habere* (Herodiadem) *vxorem fratris tui*. Erat item clara, vt à publicanis & militibus ad se venientibus exaudiretur. Erat insuper mediocris ac temperata communi populo: humilis verò in oratione, & cum Christo: *Ego*, inquit, *à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* & alio loco: *Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius.* Verax, quia confessus est, & non negauit: nam *venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.* Verbo, & opere significantissima; tempore breuis quidé, at virtute longa: propinquiùs Christi Sacramenta, qualia sunt Baptismus & Confessio, potissimùm repræsentans. Firma habens latera ob plenitudinem Spiritus sancti, atque ob insignes eius virtutes. Sonora ob ieiunium, vt lyra quæ caua est. Denique vox vtriusque Instrumenti summa, quia horizon est Ioannes Veteris, ac Noui Testamenti. Cernis quàm aptè, quâ venustè vocis metaphora repræsentetur officium Ioannis? Nos ergo, si sapimus, audiamus hanc vocem, ne surdiores Iudæis reddamur, ac deteriores: Sed in primis desinamus esse mala vox, ex aere vanitatis & silentio laudis Dei composita: habens successionem instabilitatis & inconstantiæ: obscura per hypocrisin & fictionem: per iram rauca, per dicacitatem acuta; infima susurratione & detractione proximi, & cũ verecundia Christum coram hominibus confitendi. Cùm enim violenti cœlum rapere debeamus, facientes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, volumus tamen esse fures occulti. Rursus vox alta, per iactantiam, malè quæ Dei sunt, docens; & ad mala nostro exemplo commouens ac pelliciens, mortua, quia sine verbo Christo agimus. Ergo agnoscamus nos esse voces, id est, obstrictos ad Christum verbo & facto magnificandum, illumque alijs ostendendum; nos verò imminuendos ac perdẽdos pro-

Vocis Ioannis proprietates. *Luc.3.*

Ioan.1.

Infra 3. Luc 3.

Mar.6.

Luc.3. Matth.3. Luc.3.

Ioan.1.

Horizon est Veteris, & Noui Testamenti Ioannes.

Vocis nostræ qualitates malæ, atque degeneres.

Luc.9. Matth.11. Rom.12.

Quo modo erimus vox Christi.

pter verbum ipsum à nobis necessariò exprimendum, pronuntiandumque.

Sequitur: *Clamantis in deserto*. Ioannes vox erat Christi, siue Verbi, quod per Ioannem in deserto Iudææ prædicabat, sicut per Paulum loquebatur: *An experimentum, inquit ille, quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Negat ergo se esse verbum, profiteturq; se esse vocem Verbi per se clamantis. Et acceptans famam & opinionem supra merita sua, profectò nihil accipit: qui verò accusat se ipsum, extenuatque coram Deo, is Christum recipit, Christique membrum efficitur. Hinc Ioannes negans se esse Christum, meruit fieri membrum Christi per se clamantis, & docentis. Humilis autem negans magna dona, quæ habet, vel minora dicens, haud mentitur, quoniam existimat ita esse, quia ad defectus proprios solet magis, quàm ad singulares, quas tenet, animi dotes respicere: atque ideò maior fit ob sui demissionem, quàm per ipsa dona fuisset. Si verò de aliquo quem quis gessit, actu heroico requisitus id negaret, hoc sine peccato non faceret, nam esset Dei negare beneficia, & sponte velle ignorare; quod est vitiosum ac dignum vituperatione. Christus igitur erat clamans in deserto tunc; qui ob arbores densiores, & quia è longinquo clamat, ipse quidem non videtur, sed tantùm sentitur vox eius. Ad hunc modum Christus à principio cùm esset incognitus atque obscurus, in nulla erat hominum existimatione; eo tamen propiùs accedente, ac se detegente, postea cognitus est & factus clarus; ac de voce ipsa, hoc est, Ioanne, nulla ratio est habita deinceps, sicut ipse dixit: *Illum oportet crescere, me autem minui*. Christus prætereà quatenus Filius Dei est, infinito clamore loquitur, in deserto illo vastissimo Deitatis, in quo omnes beatorum mentes, vt oues, feliciter errant; & ob vastitatem, immensitatem ve eius vix agnoscitur à nobis, vel desideratur. Hic autem clamor à solis diuinis personis comprehenditur. Beati verò eius clamoris doctrina, delectatione atque melodia implentur. Tam fortis autem est iste clamor, ac vehemens, vt mortui animo, siue corpore, vti adolescens viduæ filius atque Lazarus quatriduanus, illum audiant, illicq; obediant, *Veniet*, inquit, *hora, quando omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei*, id est, Christi humanitatem, in qua iudicabit, quia Filius hominis est. Clamat deinde Christus, vt homo est, nullo vocis obstaculo præpeditus, quod solum peccatum præstat, quo tamen caruit ipse Christus. Vnde peccatori dixit

Deus:

Ioannes ob ius clamo in deserto vox erat.

2. Cor. vlt.

Nos, Ioannes stat, qui modo clamemus membra nec lucti.

Humilis ob veras, & cl mendax.

Prima ratio cur Christus dicitur clamare.

Ioan. 3. Ibi. traho, à propriet bus clamor

Ioan. 3.

Ibid.

Psal. 49.

Deus: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* & quę sequuntur. Habet insuper latera firma Deitatis diffundentis gratiam in labijs suis, nec tamen auditur, ac si in deserto quodam sensili quis clamaret. Adde, quòd mundus, vt aspis surda, cauda sensus, & terra creaturarum obturat aures intellectus, ne Christũ ad salutem audiat suam; cùm tamen esse deberet secus. Et nos tanquam aspides surdæ terra propriæ vilitatis, ac cauda considerationis finis nostri debeamus mundo, & dæmoni, vocibusque Syrenarum, id est, meretricum, siue voluptatum aures occludere, vt serpentis Christi in Cruce exaltati efficiamur membra. Est etiam mundus surdus per obstinationem, quatenus in peccato occaluit: & per auersionem à contemplatione diuinorum, & spiritualium à Deo semotus, atque per conuersionem ad creaturas, quibus fruendis vacat, somnolentus redditur: ita vt Christi vox rauci è loco alto crucis tota die clamantis, nostro vitio non audiatur, nec doceat, nec moueat nos, cùm tamen non propter se, sed propter nos suauissimo atque intento clãmore per se, & per omnia ad nos loquatur, ne viam deserti errantes, in foueas peccatorũ præcipitemur: vnde & à bestijs dæmonum deuoremur: vtque deducamur ad patriam, atque interim pascamur, atque recreemur, cùm tamen ad vocem Satanæ cõtrariam intenti simus, quam statim sequimur, quia non sumus oues Christi, quem vt alienum fugimus. Quemadmodùm Adam dixit: *Vocem tuam, Domine, audiui in Paradiso, & timui, eo quòd nudus essem, & abscondi me*: & populus Israëlis: *Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur*. Et ad pseudoprophetas Israëlitæ illi dicebât: *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores*. Remedium itaq; foret, vt in aurem fidei impetremus, qua vitia aurium nostrarum curentur, & verbum Dei cum gustu, fructuque audiamus, ne Christus audire se tandem ab inuitis faciat, cùm dicit: *Ite maledicti in ignem æternum*, &c. Qui autem aures suas accommodare verbo Dei consueuit, impetrabit & ipse vti Deus aures suas ad deprecationem suam inclinet, illamque exaudiat. Vnde Propheta dixit: *Audi, Domine, vocem Iudæ*, id est, confitentis partim suam infirmitatem, & peccata, partim verò Dei excellentiam, eiusque beneficentiam. Vocem autem non obedientis minimè audire dignatur, quasi longè esset, vel surdis auribus laboraret, vel dormiret, vel surdis auribus laboraret, vel caneret Canticum Agni, vtpote alijs rebus intentus, iuxta illud: *Tunc inuocabũt me, & ego non exaudiam: mane consurgent, & non inuenient me.*

Psal. 44.

Mũdus qualis aspis.

Psal 57. Aspides qui mysticè.

Ioan. 3. Num. 21. Mundus vnde surdus ad vocem, & clamorem Domini. *Psal. 68.*

Esai. 65. Rom. 10.

Cur vocem potius Satanæ, qua Christi audiamus sequamurq;. *Ioan. 10.*

Gen. 3.

Exod. 20.

Esa 30. Aures quomodo nostras, & auditum purgabimus, Christi vocem & clamorem vt audire valeamus. *Matth. 25.*

Cuius vocẽ Iudæ Domin' exaudiat. *Deut. 31.* Quos minimè Deus exaudire dignetur. *Apoc. 14.*

Dirigite viam Domini. Ecce quid illa vox clamaret, vel qualis vox esset Ioannis. Moses ergo, atque Prophetæ, docebant viam legis, sed longam, ac sinuosam, nihilque ad perfectum adducentem: & per eam non intrabat Christus ad animas hominum sanctificandas: ideò opus erat alia via: atque hæc, quod ad interna attinet, pœnitentia est, quæ fidem includit: quantum ad externa verò, Sacramentum est Baptismi, quo Christus primò ingrediatur ad nos: sicut Confessionis Sacramentum, vt per illud, si expulsus fuerat, redire ad nos valeat. *Dirigite ergo*, inquit, *viam Domini*, id est, rectam facite, vt à vobis fieri potest, ratione Deo adiuta dirigendo voluntatem ad credendum, & amore prosequẽdum Christum, eumque vt Messiam acceptandum. Dirigite ergo viam, quia via distorta est ad errores, & concupiscentias, externaque similia: nam Christus quia sua est via, non deerit, quam primum sua instituens Sacramenta salutaria. *Viam*, inquit, *Domini:* quia Dominus est in via, & viator. *Sicut dixit Esaias Propheta*, id est, sicut de me scripsit. Quòd si quis obijceret Ioanni, minimè de se locum illum Esaiæ intelligendum: respondemus, illos debuisse credere Ioanni, eo quòd parati erant credere, imò tribuere illi multo maiora, cùm Messiam eum esse existimarent. Vita quippe singularis, & quam omnes admirabantur, & suspiciebant, & diuina inspiratio omnium Iudæorum mentes afflauerat, illum esse magnum aliquem, & insignem Prophetam Dei: debebant ergo ei fidem habere, cùm ipse longè minora de se sentiret, quam illi putabant. Quòd si quidam illorum non crediderunt, ex malitia propria id processit, quæ ob id non promeruit minorem probationem.

Aduertendum est autem, hæreticos nostri seculi maximè peccare: nam dum à nobis vrgentur, vt declarent signa suæ legitimæ vocationis, & missionis ad docendum, statim se Ioannis exemplo, qui discessit à Templo, & Sacerdotum obedientia, & legis ceremonijs, tuentur, & se à Deo extraordinaria potestate missos ad docendum, vt possint dicere: *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*. Sed profectò & sibi ipsis, & alijs imponunt Hæretici: nam falsum est, vel Ioannem non habuisse certissima suæ missionis testimonia, vel ipsos à Deo quoquomodo missos. Primum de Ioanne ex eo ostendo, quia ille verè missus à Deo dicitur, & factum verbum Do-

mini su-

Prou 1.

Aliter Moses atq; Prophetæ, aliter Præcursor Ioannes direxit viam Domini. *Heb. 7.*

Vti nos viam Domini dirigamus.

Ioan. 14.

Iudæi ne Ioanni credere debuerint. Esaiæ de se testimonium proferenti. *Esai. 40.*

Iudęi cur incredduli.

Act. 5.

Quam falsa, & ridicula hęretici proferãt signa suæ ad docendũ missionis. *Ioan. 1.*

Luc.3. Ioannes Baptista à quo fuerit missus

mini super eum esse: debebat ergo baptizare, & prædicare neglecta etiam principum Synagogæ autoritate: quam Deus tot dotibus illustrauit, vt omnium admirationem, & gratiam erga se concitauerit. Nec verum est, Ioannem neglexisse in docendo eorum qui præerant Synagogæ, autoritatem: sed bona illorum pace, in suo ministerio versatus est, & testimonio Esaiæ cõfirmauit suam à Deo missionem, & Malachiæ; & huc referenda miracula conceptionis, natiuitatis, & vitæ in eremo cum tanta sanctitate exactæ, si tamen contigit, vt illi quoquomodo nouerint ipsum fuisse filiũ Zachariæ, vt quidam opinantur, profectò ex hæreditaria possessione, vt pote sacerdotis filio, ius illi docendi competebat, & verbum Dei disseminandi: & præterea ab omnibus bonis eum audientibus, & non oppugnantibus tacitè confirmata est eius autoritas, & ministerium. Vnde interrogatus quis esset, cùm se Esaiæ testimonio defendisset, omnes acquieuerunt, & ita ostendit vocationem suam immediatè à Deo profectam fuisse. Quod etiam re ipsa monstrauit: quia Ioanni Christum prædicanti, & mirabiliter commendanti, & dicenti: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* pepercerũt, nec vllo modo eius verbis offensi sunt, aut baptismo scandalizati, quòd Iudæi in vsu multa haberent baptismata, & legissent Prophetas de aqua mũda prophetantes: *Effundam*, inquit Ezechiel, *super vos aquam mundam; & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris:* & Zacharias: *In die illa erit Fons patens domui Dauid, & omnibus habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ.* Habuit ergo Ioannes inuicta & idonea suæ legationis argumenta. At contrà nouelli magistri immediata Dei vocatione carent, cùm nullum eius rei illustre signum possint adferre, cùm tamen noua, & contraria his, quæ tota Ecclesia ad credendum tradiderit, doceant, nec vllã Scripturam ex veterum Patrum doctrina intellectam, quæ ad nos hactenus peruenerit, producant, cùm ipsi quasi de suis inuentis glorientur: nec vitam sanctam, aut probatos mores adferant, quia summè distant ab illis Heliæ, & Ioannis, & Apostolorum. Imò plures extiterunt Hæretici, qui plausibiliores Scripturæ locos pro sua tuenda sententia attulerint, & alij vitam habuerint minus infamiæ expositam, vt Cathari, Euchitæ, Apostolici, quià vitæ puritate, & orationis frequentia, & Apostolorum imitatione ita nominati sunt. Et tamen Beza libro Gallico de defensione disciplinæ Ecclesiasticæ producit pro idoneo vocatio-

Esa.40. Malach.3. Matth.3.

Luc.1.

Eius autoritas vnde penderet.

Ioan.1.

Mar.7.

Ezech.36.

Zach.13.

Hæreticos immediatã Dei vocationem non habere.

Cathari, Euchitæ, & Apostolici vnde dicti. Beza impurissimus, ac seditiosus nostri seculi scriptor.

nis suæ extraordinariæ miraculo & testimonio habendam esse puritatem vitæ, & innocentiam: qui tamẽ impurissimè vixit, & turbulentissima dissidia, & sanguinaria in Gallia excitauit.

Hæreticis missionem quoq; med[ia]tam dest[ruit]

Missione quoque mediata destituuntur, ne se per ostium ingressos valeant ostendere, cùm sint ab Ecclesia eiusce rei gratia excommunicati, & eorum congregationes anathematis mucrone percussæ; eorũ libri, vt impij, prohibiti, atque ad ignem damnati. Cumque B. Hieronymus, & Augustinus varia Apostolorum genera recenseant, nempe quosdam, qui nec ab hominibus, neque per homines, vt constat de Prophetis, & Apostolis, & præcipuè de Paulo, alios à Deo quidem, sed per homines, vt Iosue filius Naue per Moysen à Deo est vocatus ad populi principatum; Alios verò ab homine quidem, sed non à Deo, vt qui hominum fauore, & studio fiunt: Denique alios nec à Deo, nec per homines, sed per semetipsos fuisse missos, vt pseudoprophetas, & pseudoapostolos: nouatores tantùm ad hunc vltimum gradum pertinere inueniuntur, qui nec missi, nec ordinati se ipsos obtrudunt pastores, & ministros, qui Ecclesiam, & eius ritus, & præcepta conculcant: & tamen, vel Luthero teste, Deus non fortunat labores eorum, qui non sunt vocati. Et quanquàm quædam salutaria adferant, nihil tamen ædificant. Imitemur ergo Ioannem, atque eius exemplo humiliemur coram Domino, voces nos Verbi agnoscentes, & Christum tanquam Echo resonantes, ac in solitudine vitæ, modoque illum reddentes, vt ita nos Pater cœlestis agnoscat tanquam fratres, & membra vnigeniti Filij sui Iesu Christi Domini nostri, qui cum eodẽ Patre & Spiritu Sancto semper viuit & regnat, in secula seculorum, Amen.

Ioan.10. Hieron. in c. 1. epist. ad Gal. tom. 9. Aug. in dialogo ad Orosium, qu. 11. tom. 1. Luc. 6. Gal. 1.

Gradus Apostolorum [du]plex secundùm Hieronymum & Augustinum. *Deut. vlt.* Hæreticorum labores ca[rent] Deus non fortunat, [te]ste Luthero. *Luther. in ca. 1. epist. ad Ga.*

TRACTATVS XVI.

In illa verba: *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis, & interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua; medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est, &cæt.*

HActenus Ioannes interrogatus, cuius esset autoritatis, quove munere fungeretur,

Pharisæi secundo curio[sè] interrogauerint, Ioannẽ: Quid ergo baptizas, &c

geretur, respõdit, tùm quid non esset, tùm quid esset. Sed hoc responso, qui missi erant legati, haud contenti, eum amplius vrgent, vt responsionem planiorem ac manifestiorem eliciant: vnde factum est, vt apertius de Christo perhibuerit testimonium Ioannes: nam hactenus tectè, & subobscurè de Christo fuerat locutus. Verùm Euangelista in primis declarat qui essent legati illi; & subdit: *Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.* Nam Sacerdotes & Leuitæ poterant simul esse religione, sectave Pharisæi, quemadmodum modò apud nos multi religiosi sunt sacerdotes. Innuit autem, illos superbos esse & inuidos Ioanni; quem tantus populus, Pharisæis relictis, & acri oratione ab eo obiurgatis, sequebatur: ideò illi minimè in Ioannem credebant, & animo calumniandi venerant, tametsi à Iudæis missi essent, non autem animo disseminandi contentionem & discordiam inter eum, & Iesum: vt existimant quidam: quoniam tunc Iesus ignotus erat: nec voluntate accesserunt obedientiam præstandi Ioanni potiùs, quàm Iesu, ob eandem rationem: tùm quia inter pares semper sunt iurgia. Quia ergo tales erant, qui missi fuerant, ad infringendam eorum astutiam, tantùm ad interrogata eis fuit respondendum, mysteriaque cætera occultanda. Quare vltimum verbum illi non intellexerunt, in quo fita erat responsio: ob id dixerunt. *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus?* Et quidem sine commissione hæc de suo videntur dixisse. Nam missi tantùm erant, vt interrogarent: *Tu quis es?* non quo quærerent: Cur baptizas? Estque sensus: Nullus qui istis viris sanctis atq; Prophetis minor sit, baptizare debet, quia non habet potestatem à Deo. Sed non intelligebant cæci, quòd Ioannes erat missus vt vox.

Pharisæi quales, & quo animo Ioannem interrogauerint. *Luc.7.*

Quos inter sint iurgia.

Pharisæorum arrogantia.

Propheta quippe remotus, & longè vaticinans, non debebat, nec poterat baptizare, cùm nondum esset Christus in via. Helias etiam nequaquam baptizauit, alioqui præcurreret iudicem, non redemptorem. Christus non debebat baptizare in aqua tantùm, vt explicat Ioannes: ergo id erat vocis, non Christi Verbi, vel Heliæ, vel Prophetæ. Subolfeciſſe autem videntur Iudæi, quòd Christus debebat baptizare, iuxta illud Ezechielis: *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris:* & illud aliud Zachariæ: *Erit*, inquit, *Fons patens domui Dauid, & inhabitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ.* Tunc enim non erant tam deprauati, vt hæc non intelligerent: imò par erat, vt conditiones venturi Messiæ notas compertasque haberent, quo eum meritò reciperent.

Eorundem cæcitas, & insc[i]tia.

Vnde illi baptismũ Christi cognouerint.

Ezech.36.

Zach.13.

Respondit eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua, id est, Meus baptismus ad lauandum corpus tantùm se extendit, quia ego purus homo sum: vt homo agnoscens se puluerem, agat pœnitentiam de peccato suo, disponaturque ad Dei, hominisque baptismum, qui lauabit spiritu suo spiritum humanum, & aqua corpus: qui quidem baptismus, quod attinet ad sexum, tempus, & gentem, generalior erit & facilior quàm circunciſio. Ego etiam solus: non enim alius baptizabat præter Ioannem: ideò mirabantur discipuli Ioannis de Christi baptismate, quod per discipulos suos exercebat. Neque habuit potestatem committendi alijs, vt baptizarent: nec quenquam obligabat quia nulla lex lata de illo extat: & solùm Iudæis, quibus prædicabat, baptismi remedium adhibebat. Gentes enim nihil de Messia audierant. Nec baptizabat paruulos Ioannes, sed exeuntes in desertum tantum, valentesque pœnitere & confiteri peccata, atque assuefieri per hunc baptismum ad illum Christi, ac intelligere illud esse alterius symbolum. Et rectè ait de præsenti, *Baptizo:* nam paruo tempore durauit, & ad summum vsque ad id temporis, quo Ioannes in carcerem coniectus est; atque in baptismo peculiariter populum de Christo docebat, ad quem ob rei nouitatem plures concurrebant, quàm si solùm prædicasset: maximè quia Ioannes non discurrebat, vt posset frequentiori hominum coronæ Christum ostendere: *In aqua*, ait, solum, vt faciam candidatos ad baptismum Christi in spiritu: *Hic est*, inquit, *qui baptizat in Spiritu sancto*, Et, *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* Ioannes autem non conferebat Spiritum, aliàs superflueret Christi baptismus: baptizatique à Ioanne, haud deberent rebaptizari: quemadmodum est factum Actuum decimo nono. Finis enim, & viæ ad illum, nequaquàm simul incidunt.

Quid significet Ioannes dicens, Ego baptizo vos in aqua, &c. *Gen.3.*

Ioan 4. Ioannis potestas quam restricta: eiusdem imposterum baptismi.

Matt.3.

Cur dicat de præsenti, Ego baptizo.

Quare in aqua Ioannes baptizaret. *Matth.3.*

Act.19.

Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. In primis quod ad rationem Grammaticæ attinet, verbum *Stetit*, pro præsenti accipitur, id est, *Stat*: & ita legit Cypr. contra Iudæos: & Ambr. *Medius vestrum stat.* Ea enim est natura illius temporis, quod Græcè dicitur ἀόριστος, & ita interdum vsurpatur. Videturq; Ioãnes alludere ad verba Moysi, quibus Messias promittitur, cùm ait: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui.* Dicitur autem medius

Quid sit, medius autem vestrum stetit, &c.

B. Cyprian. li. 1. c. 12. Ambr. li. 1. de Cain & Abel. c. 8. in fin. to. 4. Deut. 18.

inter

Medius cur stare dicitur Iesus.

inter Iudæos, quòd communem vitam ageret Deus & homo, Dei, & hominum mediator, ad reconciliandum homines inuicem cum Deo, & cum Angelis, in medio Ecclesiæ existens, mediũ cordis, mediumque virtutum amatis: qui secundùm Deitatem in medio est diuinarum Personarum, in medio item omnium rerum, atque adeò in mediis Scripturis ipsis. ¶ Medius etiam, quia sæpe veniebat ad audiendum Ioannẽ inter alios, ad quem rursus vt baptismum susciperet, venit. Et sic hoc testimonium accidit ante Christi prædicationem: ideò dixit; Qui post me venturus est. Fuit tamen post Christi baptismum, quia iam Ioannes nouerat ipsum: aliàs nó diceret: Quem vos nescitis, distinguendo se ab eis, qui illum ignorabant: & quia statim à baptismo Christus in desertum secessit. Restat igitur, vt post reditum à deserto hoc tulerit testimonium Baptista. Vnde paullò pòst dicitur: *Altera die* (siue, postera die) *eum vidit, et monstrauit*, aitque se vidisse columbam.

Matth.3.

Quando testimonium hoc de Christo tulerit Ioannes.

Ioan.1.

Stare cur Christus dicatur.

Dicitur autem Christus stare, eo quòd nunquàm ceciderit, cùm reliqui omnes ex se ipsis iaceant, nec nisi erecti ab eo, & suscitati stare possint. *Quem vos nescitis.* Illum enim totum Deum, & hominem vos, qui carnales estis, & nil nisi mundana videtis, & sapitis, peccatis vestris ineptiores vos quotidie ad eius cognitionem redditis: aliàs enim exultaretis præ lætitia.

Quare Iudæi, vt inquit Ioãnes, Christum nesciebant.

Quid item illud: Ante me factus est.

Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est. Id est, vt exposuimus alio tractatu, prælatus est mihi in prædestinatione Dei, etiam vt homo est: quemadmodum Adam in paradiso præfectus est bestijs vniuersis. Ac dicitur venturus post se, qui iam venerat, quia post vincula Ioannis publicè prædicare cœpit, & mundi doctor apparere. Etsi possit dici venturus, quòd in die Palmarum vt Rex ingressus sit in Ierusalem. *Cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti.* Nimirum quia ille Deus est, & quatenus homo, caput est, non vt membrum minus toto corpore, sicut Deus nó est vniuersi pars. Ideò reuera quiuis hominum ex se, vel ad minimum obsequium ei præstandum indignus est. Et modus est loquendi: nec enim Christus, qui vsum calceamentorum Apostolis interdixit, & cuius pedes à peccatrice primùm, deinde à sancta iam fœmina, Maria sorore Marthæ vncti sunt vnguento, & qui omnẽ humilitatem pro nobis assumpsit, calceos portauit. Non videtur etiam quòd Christus euãgelizaturus calceos reliquerit: quia videretur inconstantia, & simulatio, & illorum est tantùm, qui de integro vident aliquem nouum viuendi modum sibi conuenire. Matthæus autem respiciens potiùs ad sensum, quàm ad verba, dixit: *Non sum dignus calceamenta portare.* Videbat etiã spiritu prædicationem Euangelicam per Apostolos in totum orbem diffundendam, & mortem suam non diu proferendam: ideirco se indignum putabat, qui denuntiaret orbi toti mysterium vnionis hypostaticæ. Illa etenim tanquam corrigia ligat omnia: soluitur autem fide hic, posteà vero visione beata. Non erat quoque dignus, vt acciperet sponsam eius Ecclesiam, tanquã susciturus semen de illa Christo fratri mortuo: Christus enim non moritur.

Si calceis minimè Christus vsebatur, quotsit hæc de calceamenti inducta translatio. *Matth.1.*

Quid corrigia calceamenti Christi significet. *1.Cor.13. Ioan.3. Deut.25. Matth.22. Rom.6. Cyril.lib.2. Ioan.c.26. 1.initio.*

Hæc in Bethania facta sunt, vbi erat Ioannes baptizans. Ita habent Latini codices, & Cyrillus Græcus autor ita legit, & Syriacum Euangelium apertè nostram probat lectionem. Distinctaque est ista Bethania ab altera, quæ erat sita in Monte Oliueti, in qua à Martha, & Maria hospitio recipiebatur Christus. Quo pacto duplex est Bethleem, duplex quoque Salem, teste Hieronymo: duplex item Cana (eodem teste) altera in Tribu Ephraim, altera in Tribu Aser. Vel dicendum est, illum locum binomium fuisse, & dictum Bethaniam, atque Bethaboram. Interpretatur autem Bethania, Domus obedientiæ, quæ per fidem Deo non exhibetur, nisi in Ecclesia Dei, in qua Christus fide susciputur per Sacramenta, & obedientia, quatenus eius mandata, atque constitutiones Ecclesia amplectitur, Sacramẽta eius salubriter etiam recipit.

Duplex Bethania. *Luc.10.*

Hieron.lib. de locis Hebraic. tom.3. Idem, ibid.

Bethania quid sonet. Bethaniq; mysticè.

B. tamen Chrysostomus super Ioannẽ sic habet: *Hæc in Bethania facta sunt. Quædam autem exemplaria veriora videntur, in quibus Bethabora scriptum est. Bethania enim nõ trans Iordanem, neque in deserto erat, sed non longè ab Ierosolymis. Locorum autem alia etiam ratione meminit. Nam cum non antiqua, sed quæ paullò antè contigerunt, esset narraturus, qui aderant, & viderant, eos testes producit, ex quibus rem certam innuit.* Hæc ille. Idem etiam annotat Theophylactus, atq; Euthymius, & ante hos omnes Origenes tomo 8. in Ioannem. Interpretatur autem Bethabora, Domus præparationis: quod mirificè congruit officio Ioannis. Ille etenim suo baptismo præparabat ad Christi baptismum, quippe qui missus fuerat, vt pararet Domino plebem perfectam. Aliter verò interpretatur Domus transitus, quòd in eo esset traiectus Iordanis, & Bethania Hebraicè ita scripta בית אברה id est, domus nauis, quòd ibi nauicula traijceretur Iordanis, idem prorsus esset cum domo trãsitus. Idcircò ibi ob loci frequentiam cœpit baptizare,

Chryso.hu. in Ioan. init. tom.3. initio.

Bethabora quàm Bethaniam legi chrysostomus cur malit.

Theophyl. Euthym. Orig. tom.8.

Bethabora quid.

Luc.1.

Priscum eius etymon.

Ioannes cur in Bethania baptizaret. *Ioan.11. Iosu.18.*

ptizare, quia ibi multa erat hominum multitudo, & ad eam ciuitatem confugit Dominus, declinans Iudæorum furorem, vt dicitur Ioan.11. Et Iosu.18. ponitur Bethabora inter ciuitates Tribus Ben-iamin. Erat etiam Ioannes medius inter legem significatam in deserto, & gratiam, seu legem Euangelicam, signatam in terra citra Iordanem, cui legi Euangelicæ similis erat, atque ad illam disponebat. Quidam non ineptè existimant, Bethaboram esse eundem locum, qui Bethabera dicitur Iudic. 7. nomen ciuitatis à Gedeone expugnatæ, quæ illic ponitur simul cum Iordane, vt hic B. Hieronymus libro de locis Hebraicis non Bethaniam, sed Bethaibam appellat hunc locum, his verbis: *Bethaiba trans Iordanem, vbi Ioannes in pœnitentiam baptizabat: vnde & vsque hodie plurimi de fratribus, hoc est, de numero credentium, ibi renasci cupientes, vitali gurgite baptizantur.* Hæc ille. Ex quo apparet, variè legi olim solitam hanc dictionem.

Quid desertum, quid vetro terra citra Iordanem significet. *Iudic.7.*

B. Hieron. to. 3.

Matth.3.

Sequitur in textu: *Altera die* (seu, vt Græca litera habet, *Postera die*) scilicet quæ consecuta est præcedentem, in qua tantum testimonium de Christo Iudæorum legatis perhibuit. Et per singulos dies benedixit Ioannes Deo, ac profecit, quia nunc propiùs Christum demonstrauit: atq; ita non transiuit illi dies sine linea. *Vidit Ioannes Iesum.* Non oculis externis modò, sed maximè internis vidit, quia testimonium præcedenti die exhibitum, accidit penè in vltimo die, quo dominus fuit in deserto: hoc autem, quod nunc perhibet in vltimo, ne scilicet alium reciperent Messiam pro eo, quem heri laudauerat, illum ostendit. Verùm quia die superiori dicta acceptiora, erant de Messia in genere, cuius laudes & præconia grata Iudæis erant, difficile tamẽ erat illa Iesu applicare, ideò hæc robustius confirmat. Vidit autem Iesum venientem, non quidem, vt ab eo baptizaretur, cùm iam esset baptizatus, vt ipse declarat, sed è deserto cõpleto iciunio, victo, triumphatoque dæmone. *Ad se*, vt apud eum manens commode posset ostendi sponsæ suæ. Vnde discipuli Ioannis dixerunt: *Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem.* Ex quo colligitur, Christum apud eum diuersatum fuisse: vnde hic bis subditur demonstratus. Tacetur autem Christi baptismus, quem nimirum ab alijs Euangelistis enarratum Ioannes viderat. Hoc enim est perpetuò ferè in hoc Euangelista obseruandum, libenter eum silentio premere, quæ apud alios intellexerat esse enarrata de Christo, nisi cùm fortè aliquid esset addendum. *Et ait,* subiuncta scilicet verba, quę satis indicant, quàm multa videret in Iesu omni intellectu atque lingua superiora. Venit verò ad Ioannem, qui non discurrebat, ne eum sequi cogeretur Christus: quod fuisset indecens. Venit ergo primùm, vt vera comprobarentur eius dicta, nempe, ipse est, qui post me venturus est. Deinde ne sponsa erraret, falsum Messiam suscipiendo pro vero. Item ad docendam humilitatem atque studium audiendi verbum Dei, & charitatem erga sponsam suam. Atque vt ostendat, minimè esse vitiosum, propter Deum, quantumuis magnum suscipere honorem, ac decus.

Altera die Ioannes qua dixerit de Iesu, Ecce Agnus Dei.

Idem quibus maximè oculis Iesum viderit.

Id testimonium de Iesu cur tulerit Ioannes.

Vnde veniret Iesus ad Ioannem.

Matth.3. Infra 4.

Ioan.3.

De Christi baptismo cur nullam fecerit mentionem Euãgelista.

Ecce. Nullum vnquam aduerbium rem tantam, tam vtilem, tam nouam tamque plenam virtute, sapientia, & bonitate Dei, atque ita opportunè post externum testimonium, demõstrauit, vt hoc: & ita loquitur præ exultatione cordis, vt olim in ventre matris gaudium mentis saltu indicauit: *Agnus Dei*, id est Christus, quatenus homo est, Deo vnitus, deitatemq;, vt matrem per aduersa, & prospera sequens, & ab ea lac dulcissimum visionis ac fruitionis Dei pro se, & pro omnibus membris sugens. Est autem ἁγνὸς Græcè idẽ quod purus, simplex, innocens, candidus, nec enim venit ad baptismum vt ab eo sanctificaretur, sed potius vt sanctificaret ipsum. Deinde ob ingnem mansuetudinem, & animi lenitatem erga Patrem, & erga omnia in se concitata, Agnus dicitur. Tertiò, hic agnus cibat totam Ecclesiam triumphantem: *Ecce*, inquit idem Euangelista, *super montem Sion Agnum stantem, & cum eo, &c.* Pascit etiam militantem tùm in Cruce, tum maximè in Eucharistia, & Scripturis: damnatisque omnibus hic mansuetus agnus terrori erit atque formidini: dicent enim: *Montes, & colles cadite super nos à facie iræ Agni.* Nam qui in primo aduentu agnus fuit mansuetissimus, in secundo efficietur aries cornibus iustitiæ, ac fortitudinis impios omnes ventilans, atq; dispergens. Quartò hic agnus vestit nos tunicis pelliceis pœnitentiæ, vt olim Adam, & Heuam: præstatq; nobis lanam dilectionis suæ, ex qua contexamus nobis vestem nuptialem charitatis. Quintò, pascitur hic agnus lacte dulci fidei nostræ, tenuique cibo operum nostrorum: ac in se collatas cẽset eleemosynas, quas in pauperes eius causa erogamus, ita vt dicat: *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Sextò, Iudæi olim putabant Deum placari posse sacrificijs agnorum, quasi hedera vini symbolum, & non potius vinum ipsum sedaret sitim.

Iesus quare venerit ad Ioannem.

Luc.1. Christus cur agnus nominetur.

II. ratio.

III. ratio.

Apoc.14.

Apoc.6. & alibi. Hierem.11.

IV. ratio. Christus cur sit agnus Dei

V. ratio.

Matth.25.

VI. ratio.

Ad quid Iudæis sacrificia fuerunt instituta.

Ostendit ergo, quòd alia omnia sacrificia ex se inutilia erant, & tantùm vt symbola ad significandum, atque ad vitandam idolorum culturam esse præcepta, cùm alioqui immunda essent propter nidorem, fumum, atque sanguinem. Iudæorum ergo, atque Gentilium sacrificia per se Deo accepta non erant, sed hic agnus mundissimus, qui solus eripere potest à Pharaone, &

Exod.12.

ab Angelo percutiente, modò fide sanguinis eius signemur. Hic est etiam iuge illud

Num. 28.

sacrificium, quod quotidie bis immolari præcipitur: quoniam & in Cruce, & in Eucharistia immolatus, cunctis fidelibus edēdus proponitur.

VII. ratio.

Septimò, solus Christus ex se agnus est, hoc est, innocens, ac mundus: cæteri verò omnes, etiam ipse Ioannes Baptista, hœdi sunt, hoc est, peccatores, Adæ filij, ac propensi ex se ad peccandū: atque ob hanc causam non dixit: Ecce Messias, ecce filius Dei, vel Rex Israel. Octauò, Agnus animal gregale est, nec aspera & prærupta quærens loca, quemadmodum Ioannes, qui austerioris vitæ genus sectatus est, quasi Dei hœdus, sicut hic Dei agnus: cuius tamen hœdi caro maiori pretio est habita à Iudæis, quā agni. Nam non intelligentes mysterium

VIII. ratio.

Dei, murmurantes dicebant: *Quomodò hic*

Ioan.6.

potest nobis carnem suam dare ad manducandum? vnde & multi eorum retrocesserunt. Nonò, veniebat tunc vt agnus inter lupos ad

IX. ratio.

sermonem Ioannis: qui quidem Ioannes quasi subsellium verbi Dei est in curru Euangeliorum positum. Hoc autem: *Ecce Agnus Dei*, velut gemma quædam, qua Ecclesia, vt eius sponsa, tanquam monili quodam, ac torque ornatur, ac decoratur. Decimò, tenerrimus est agnus ad patiendum,

Decima.

tenerumque ac delicatum corporis Christi temperamentum rectè adumbrat, ad perfectius sacrificium offerendum, quasi diceret Ioannes: Hic est, quem agnus ille

Exod.12. Esa.56.

Mosaicus adumbrabat. Hic est, quem iuxta vaticinium Esaiæ gratissimam sibi victimam destinauit Dominus ad expianda totius mundi crimina. Hic est adeò charus

Christus, agnus dicitur cur Dei.

Deo, ac dilectus, solus vt iram conuertere possit in misericordiam, atque adeò amans salutis humanæ, vt paratus sit pro peccatis, omnium pœnas rependere, ac in se recipere mala nostra, vt nobis conferat dona suā.

Christi agni in nos beneficia, & virtutes.

Dicitur porrò Dei agnus, videlicet Deo vnitus, à Deo nobis donatus, & factus, à Deitate sugens omnium cumulum donorum, non pro se ipso tantùm, sed etiam pro omnibus, & singulis eius membris, Deum pastorem in omnibus sequens, ab eo omnino possessus, ostensus à Deo ad sacrificandum, solus Deum placans, & satians, vt gustato hoc cibo benedicat nobis, quemadmodum Isaac filio suo Iacob fecit. A Deo etiam, id est à se ipso oblatus, nec alteri, quàm Deo Patri, nec nisi per Spiritum sanctum, vt Apostolus ait. Omnesque, qui eius oblatione seruantur, agni propter eius spiritum efficiuntur, nimirum innocentes, mansueti, per orationē balantes, Christi pastoris vocem agnoscentes, illam audientes, sequentesque, ac se ipsos quotidie in sacrificium Deo mactantes, adeò, vt Apostolis ipse dixerit: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.* Ac vt datur hœdis, id est, reprobis maledictio, ita ouibus, atque agnis, id est, electis benedictio. Atque his omnibus de causis meritò Dei agnus vocatur Christus Dominus noster.

Prou.8. Gen.22.

Infra 17.& seq. Heb.9.

Agni quales per Christi efficimur.

Ioan.10. Matth.10. Infra 25.

Sequitur: *Ecce qui tollit peccata mundi.* Apertiùs atque clariùs describitur qualis esset agnus, quantæque virtutis, vt pote qui solus existens sine peccato, posset id, quod omnia Veteris Testamenti sacrificia præstare non potuerunt: *Impossibile enim est*, vt ait Apostolus, *sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* Hoc Sedulius pulchro expressit carmine, dicens:

Agnus Dei Christus scilicet, quare sit virtutis & potestatis.

Heb.10.

Mox prædicat, Agnus
Ecce Dei veniens peccatum tollere mundi.
Tollere cum dicit, quod non habet, hoc mihi tollit.

Sedul.

Atque hoc loco prima est expressa prædicatio remissionis peccatorum exponiturq; quale sit futurum regnum Christi, qualisq; eius victoria, ac libertas, nempe spiritualis. Scripturæ autem satis indicant, ad Messiam spectare donum remissionis peccatorum. Sic enim de illo ait Propheta: *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum*, & alibi, *& ipse redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eius.* Esaias quoque, *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum:* & paullò pòst, *Si posuerit*, inquit, *pro peccato animam suam, videbit semen longæuum*, &c. Et ipse peccata multorū tulit, & pro transgressoribus rogauit.

Ad solū Messiam attinebat peccata remittere.

Psal.31. Psal.129.

Esai.53. Ibid.

Tulit autem non aliquod certum genus peccatorum, nec vnius hominis, aut gentis, verum totius mundi peccata. Vnde in Apocalypsi dicitur Agnus occisus ab origine mundi, eo quòd omnia mundi peccata, atque omnium ætatum, sanguine, & virtute huius agni retrotracta sint expiata, ac remissa. Et vt Græcè significantius dicitur, vt etiam Theophylactus, & Cyprian. lib. de duplici martyrio, & Beda annotarunt, in singulari profertur, peccatum mundi, quam lectionem Syrum sequitur Euangelium, & Ambros. in Psalmum. 118. & ser. 12.

Quæ tollere Christus ratione peccata.

Apoc.13. Idem Agnus dicitur occisus ab origine mundi.

Theophyl. Euthym. Cyprian. Beda apud Thomam in catena B. Thom. to. 1.

Amb. tom. 4. Idem to. 3. Iren. Hieron. to 5. Orig. tom 2. Gen. 3. Rom. 5. Ibid.

Peccatum originale & personale differunt.

& lib. 1. epist. 11. ad Simplicianum, & lib. 9. epist. 73. ad Clementianum, & iterum epistol. 79. ad Irenæum. Iren. etiam lib. 3. c. 11. & Hieronym. in c. 65. Ezechiel. ac demùm Orig. in Ioannem tom. 5. & 9. nimirū peccatum illud antiquum, quod ex æquo intrauit in totum mundum; neque plus in hunc, quàm in illum: quo de Apostolus: *Per vnum hominem*, inquit, *peccatum intrauit in mundum.* Illud enim peccatum ab omnibus in Adam perpetratum, omnium est delictū propter originem naturæ ex Adam: cætera verò delicta omnia, quæ personalia vocantur, peculiaria sunt, & illis tantùm propria, qui illa admittunt, nec in alios deriuantur, nisi per consensum, aut imitationem, iuxta illud: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatē filij.* Illud porrò Adæ peccatum neque consensum includit, nec imitationem, vt nostrum sit, nobisque imputetur: sed tanquam radix infecta germinat omnia peccata personalia. Vnde Dauid: *Ecce enim*, inquit, *in iniquitatib. conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea:* numero multitudinis describens illud delictum, quòd omnium sit fons, & causa personalium, nisi Dei gratia deleatur.

Ezech.18.

Originalis peccati virtus.

Psal.50.

Tollit autem peccata mundi, suo illa in corpore ponens, atque pro eis satisfaciens. Et tollit efficienter, quatenus Deus est, via autem meriti, satisfactionisque, vt homo est: & per modum sacrificij, quemadmodū se ipsum obtulit Patri pro nobis. Minimè autem tollit peccatum, quemadmodum carnales existimant, quasi amplius nullum sit futurum peccatum, vel quasi liceat vnicuique pro sua libidine viuere: sed ita tollit, vt deinceps Deo & iustitiæ viuamus. Et sicut præbuimus membra nostra arma iniquitatis, sic nunc exhibeamus membra nostra arma iustitiæ. Tollit verò cum summa sapientia, quæ in primis præparationem exigit nostram, qua sine peccata decenter, ac congruè non condonarentur. Deinde verò vario, ac diuerso modo per varia Sacramenta hanc remissionem donat: & nunc quidem ad originalis, nunc verò ad actualium (vt vocant) criminum, & grauium, nunc autem ad leuium, & venialium delectionem largitur. Quod quia hæretici sponte ignorare voluerunt, idcircò in tenebras errorum densissimas incurrerunt. Vt enim vnus, idemque animus in diuersis organis varios vitæ effectus exercet: ita Deus per diuersa Sacramenta ad diuersos fructus meritorum Christi gratiam elargitur. Tollit ergo assiduè peccata, exequendo remissionem, tametsi semel in Cruce illam promeruerit: ideò verbo præsentis temporis perpetuus actus designatur. Quoniam verò Ioanni sermo erat cum Iudæis, qui sacrificijs assueti, aliter quàm sacrificio in medium posito peccata expiari non putabant, idcircò agni meminit tollentis peccata.

Agnus Dei Christus vt tollat peccata mundi.

Inepta quorundam intelligentia *Heb.5. & 9. ac sæpe alias.*

Rom.6.

Quomodo tollat nostra Christus peccata.

Mirificè porrò Hæretici in hoc Euangelico verbo offenduntur. Lutherus quidem in Postilla Dominicæ quartę Aduentus: *Agnosce*, inquit, *hunc agnum, cui peccata tua imposita sunt, vt saluus sis: & salutem certò consecutus es, si poteris credere hanc vocem Ioannis veram, & oculis cordis digitum eius sequi, atque Agnum Dei tua peccata tollentem agnoscere. Plane viceris, salutem nactus, verus es Christianus, dominus peccati, mortis, inferni, & omnium.* Sed Lutherus fucum facit in fidei nomine, vt vanam confirmet fiduciam: quia sectarij omnes veritatis expertes, & à fide, & obedientia alieni, sibi certò persuadent (id est, falsissime putant) se iustos, & sanctos per imputatam iustitiam esse apud Deum, modò Christum fide apprehendant. Et Brentius in Ioannem scribit, hanc vocem esse Euangelij totius epitomen, quia proponitur in illa Christus agnus fide amplectendus. Sed non considerarunt isti, quod Ioannes Baptista non tantùm fidē in Christum, sed etiam pœnitentiam, & fructus pœnitentiæ dignos, ab auditoribus, quibus Iesum ostendebat, & verbo, & exemplo suo grauissimo exigebat. Et si veritatem diligimus, Ioannes magis sua prædicatione vrgebat pœnitentię fructus, & bona opera, quàm fidem, vt ostenderet fidem iustificantem in adultis minimè sine signis pœnitentiæ, & iustitiæ fructibus prodesse. Tollet enim agnus iste peccata pœnitentiam agentium, & pro peccato satisfacere Deo adnitentium, & legem Dei præstare contendentium. Non ergo Christi meritis, aut sanguini agni quicquam derogant nostræ satisfactiones, aut bonorum operum merita, cùm tota vis promerendi, atque satisfaciendi dignitas non proficiscatur ex nobis quasi ex nobis, sed à virtute Agni, & ab Spiritu sancto in nobis, & per nos operante.

Eius dicti: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit, &c. Eluse & incongruæ Hæreticorum interpretationes confutantur. I. Senius, Lutheri.

Fides hæreticorum inanis, & falsa.

Alter sensus Brentij.

Luc.3. Præcipuus Ioannis prædicationis labor, ac studium.

Quorū tollat Christus peccata tantummodo.

Vanum quoque Philippi in Ioan. cap. 1. commentum est, vbi Doctores obiurgat nostros, quòd agni appellatione metaphoram innocentiæ, & patientiæ significari dixerint, & non illam, quòd similis agno, vt victima sit in Cruce oblatus. Sed primò falsum est, nostros non intellexisse metaphoram sacrificij, cùm etiam agnum illum agnouerint, in cuius sanguine rinctis datur egredi de mystica peccati AEgypto, &

Tertius Philippi Melanchthonis.

Sanctos Christum Agnū Dei agnouisse sub ratione sacrificij. *Exod.12.*

Simile.

in eo agnoscât etiamnum iuge sacrificium impseri, in eo inquam, oblato in Eucharistia. Deinde rectè applicatur innocentiæ, vel mansuetudini: quia Ioannes voluit Iesum ab alijs distinguere, qui referti peccatis ad suum baptisma, vt permundarentur, accedebant: at Christus vt innocens, purus, & nulla indigens ablutione: vt propterea Petrus cum vocauerit agnum immaculatum. Est etiam mansuetus & patiens, quia quasi agnus coram tondente se obmutuit. Demùm Zuinglius asserit in Ioannem cap. 1. hoc verbo, Ecce Agnus Dei, reijci Missam, & omne genus sacrificiorum. Et Caluinus in Antidoto Concilij Tridentini, euerti ait omnes humanas satisfactiones, redemptiones, & piacula. Vides ex quanta luce tenebras, quibus obscurentur, hauriant miseri. Christus ipse vt olim non sustulit sacrificium agni paschalis, vel alias hostias, quæ huius typum, & imaginem gerebant quasi prognosticas, ita nec tollit nostram commemorationem victimam: imò potius ponit, quia ille in Cruce oblatus agnus idem est omnino, atque ille, qui in mysterio quotidie in Ecclesia immolatur, ac Deo offertur. Non tollit etiam alia nostra sacrificia spiritualia: & ab huius agni sanguine proficiscitur, quicquid in nobis est virtutis ad satisfaciendum coram Deo, aut ad expianda peccata: quia factus est omnibus obtemperantibus sibi, caussa salutis æternæ.

1. Pet. 1. *Esa. 53.*

Quartus sensus Caluini.

Heb. 5.

Hic est, de quo dixi. Quia verum, consonantiam habet. Ac rectè ait, & non, alius: *Post me venit vir.* Christus à conceptione vir erat, quemadmodum dixit Ieremias: *Fœmina circumdabit virū*, propter sensum perfectum, & virtutem: tempore tamen Ioannis iam ætate vir erat, sensu, atque virtutibus consummatus, & Sponsus masculus, ad quem spectabat desponsare sibi Ecclesiam, illamque nobilitare, atque ditare, filiosque cœlestis regni hæredes ex ea suscipere. *Qui ante me factus est.* Vbique Ioannes vtramq; in Christo confitetur naturam: cùm enim virum nominat, manifestè illum hominem profitetur. Erat quippe Christus non simpliciter homo, sed vir, nulla mollitie resolutus, sed omni virtute constans, solidus, & perfectus: virens non tantùm natura, sed & gratia, sapientia, & magnificis factis. Quia verò subdit: *Ante me factus est:* quia prior me erat: diuinam exprimit in eo naturam. Est namq; Christus in Dei prædestinatione omnibus creaturis præpositus per hoc quod diuinæ naturæ erat coniunctus: *Et ego nesciebam eum.* Hoc addidit Ioannes, ne quis suspicaretur ipsum ex fauore, aut propter consanguinitatem tam præclarè, atq; magnifice de Christo locutum. Manserat videlicet in deserto per tot annos, quo liber & alienus ab omni affectu carnis videretur, ac proinde maioris esset ponderis testimonium eius. Quod verò ait: *Ego nesciebam eum*: intellige, in persona: nunquam enim eum viderat, nunquam cum eo sermonem contulerat, cùm à pueritia in deserto fuisset, procul ab omnibus etiam cognatis.

Ioan. 3. *Apoc. 12.*

Qualis vir fuerit Christus.

Quòd verò, adhuc in vtero matris positus, Christum agnouerit præsentem, ad cognitionem in spiritu per reuelationē spectat, quam his verbis negare non voluit. Sicut enim Samuel missus vngere Regem ex filijs Isai. sciebat quidem vnum ex ipsis filijs à Deo electum in Regem, nesciebat tamen quis nam, donec à Domino certior redderetur: ad eandem rationem Ioannes sciebat quidem adesse Christum, verùm eius non cognoscebat personam. Quare Brentius scribens in Ioannem, contumeliosè agit in Ioannem Baptistam: accusat enim illum, quòd vera Dei cognitione destitutus dixerit: Ego nesciebam, scilicet Iesum esse Messiam, ob personæ abiectionē, & humilitatem, vel quòd non cognouerit, vt publicus testis. Sed Brentius fortasse cogitauit, Ioannem de Iesu quod esset Messias, non nisi leuem aliquam, & coniecturalem cognitionem ex priuata parentum indicatione habuisse, certam autem, & exploratam illi primum accessisse, cū in Christi baptismo ex voce superna didicit Iesum verè esse Messiam, ac Dei Filium, antea verò per triginta annos coniecturalem scientiam. Quod verum esse non potest: quia sic fluctuasset tot annis fides Ioannis, & Simeone esset infelicior, qui expectabat salutare Dei: nec offensus est in Iesu paupere, & abiecto. Ad hæc Ioannes nequaquam in ædibus paternis vixit, vt posset erudiri à parentibus, sed in eremo, vbi ab Spiritu sancto instructus, fide sublimiori Iesum agnouit verum mundi Seruatorem, ac Dei Filium, etiā ab vtero matris. Ad hæc quomodò hæc possunt congruere illi, qui plusquam Propheta erat, qui non coniecturis, sed certo & indubitato Diuinæ sapientiæ lumine niti solet. Vnde Hilarius rectè dixit: *Ioannes ab vtero Prophetans non eguit hac voce: Hunc audite.* Et paullò ante: *Hoc Ioannes, licèt non ignarus, audiuit, tamen ad doctrinam nostram paternæ vocis testimonium mittitur: nec hoc sufficit.* Euthymius in Ioannem, triplicem tradit Ioanni cognitionem infuisse de Christo. Primam, de visu, quia vidit super eum Spiritum sanctum in specie columbæ, secundam ex auditu vocis paternæ de cœlo missæ, tertiam propheticam, qua prius intus nouerat in Spiritu. Ergo, quod dicitur: Ego nesciebam eum, intellige de facie, quia conuersatus semper Iesus in Galilæa, sicut Ioannes in deserto Iudeæ: vt rectè exponunt Patres, Chrysostomus in Matthæum, Cyrillus, & Theophylactus in cap. Ioannis. 1. & Rupertus Tuitien. Ego nesciebam eum, cuius figuræ videlicet, vel habitus esset, vbi, vel quibuscum hominibus habitaret. Verba Ruperti hæc sunt: *Et vt purum esse ostendat testimonium ab omni humano fauore, vel gratia, Et ego, inquit, nesciebam eum. Ac si apertè dicat, Cur me æstimas gratia, vel humano fauore conductum, hoc illi perhibere testimonium? Ego nesciebam illum, quippe qui cùm in deserto anachoreta essem, nullam antehac habueram cum illo conuersationem, nullumque colloquium.* Theophylactus verò etiam ex his verbis dicit, quòd miracula pueritiæ Christi conficta sint, & mendacia cōposita ab his, qui deridere voluerunt mysterium. Nam si fuissent vera, quomodò ignotus fuisset Dominus, qui hæc faciebat? Neutiquam enim verisimile fuerit non fuisse celebrem eum, qui talia faciebat miracula.

Luc. 1. Si Ioan. Iesum … spectat, qu… us ad ec… spectum … vtero re… exultau… *1. Reg. 16.*

Brentius … in Ioan.

Chrys. hom. 20. in Matth. tom. 2. *Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 3. to. 2.* *Theoph. ibid.* *Rupert. Tuitien. ib. d.* Ioannis de Christo testimonium quam purū fuerit ac syncerum.

Theophyl. Quid de miraculis pueritiæ Christi sentiendum sit, teste Theophylacto.

Sed vt manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans. Ob rem enim nouā, quam vtilem putabant, plures concurrebant ad baptismum, quam ad prædicationem. Ioannes autem peculiari sermone instruebat eos, & forma ipsa baptismi, quæ in eum, qui venturus esset post ipsum, credendum admonebat. Denique ad se baptizandum admonebat. Denique ad se baptizantem, cùm accessisset Iesus, toti populo plurimis est ostensus. Et primò quidem in Israël, quia Ioannes Gentibus non prædicabat: posteà autem in toto mundo, quia curbat: posteà autem in toto mundo, quia currus Euangelicæ doctrinæ per totum orbem circumlatus, pro fede habet Ioannis verba, vt vere de illo sit dictum: *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.* Propterea, inquit, ego veni solus vsq; ad carcerem baptizans in aqua sola, vt ego in baptismo eum agnoscerem, atque illum cognitum aliis manifestum redderem. Vt ita Christus Dominus testimonium acciperet, infernè quidem à Ioanne, superne verò à Patre, ac Spiritu Sancto, qui in specie columbæ man sit super eum. Assuefaciebat etiam, & præparabat per Sacramenta sua, quæ minimè iustificabant, ad Christum, & eius Sacramenta, quæ sanctificationem, atque reconciliationem cum Deo adferunt, adducebat.

Ioannes, vt Christum manifestaret in Israel, cur in aqua baptizaret. *Act. 19.* Quoties Christus fuerit ostensus.

Ioan. 1.

Matth. 3. *Ioan. 1.*

Ioannis Sacramenta quid præstarent tantùm

Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens. Cùm dicta in genere de Messiæ laudibus libenter amplecterentur Iudæi, non patiebantur tamen illa pauperi Iesu Christo, & humili applicari: quo factum est, vt robustius illa roboraret Ioannes. Ex duobus autem Christum cognouit: ex signo scilicet, & Verbo Dei. His enim symbolis & nos Christum agnoscimus: nemo etenim potest Christum agnoscere, nisi datum ei sit desuper. Et Ioannes quidem testis idoneus erat, & omnibus ornamentis præditus, vt testimonium eius fide apprehenderetur. Erat enim in primis ab Esaia, atque Malachia prænuntiatus, à Iudæis tanto in pretio habitus, vt existimaretur Messias; sanctissimam, austeramque vitam agens, testificans sine carnis affectu, quod Iesus probabat miraculis, & scripturis sanctis, cùm diceret: Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: & quod rursus Pater sua voce de cœlo testatus est. Vnde propter Ioannem duo ex discipulis eius Ioan. 1. & multi Ioan. 10. crediderunt in Iesum. Ad probandum autem in iure præstat haberi idoneum testem, licèt quis non sit, quàm esse, & non haberi: *Quia vidi Spiritum sanctum descendentem quasi columbā de cœlo.* In Christi baptismate, quod nostri exemplar, & forma est, conueniens fuit Spiritum sanctum in specie columbæ descendere. Primùm quidem, vt Christus cognosceretur à Ioanne in persona, & de facie cognitione sensibili, quem antea spiritali tantùm per fidem nouerat. Deinde, vt agnosceretur ab eo is, qui baptizat in Spiritu sancto, & igni. Tertiò, vt sanctissimus Christus Patrem, à quo procedit, clarificans, ab Spiritu sancto à se procedente clarificaretur: quemadmodum ipse dixit: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet: & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.*

Ex duobus Christus … notescit nobis, vt & Ioan… Ioannis testimonium cur fide dignissimum. *Esai. 40.* *Malach. 3.*

Ioan. 5.

Matth. 3. *Ioan. 1.* *Infra 10.* Quis testis in iure sit aptior ad probandum.

Cur conueniens fuerit Spiritum sanctum in specie columbæ descendere.

II. ratio. *Matth. 3.* III. ratio.

Ioan. 16.

Apparuit autem Spiritus sanctus in specie integri animalis: quia tota plenitudo donorum Sancti spiritus, quibus instar columbæ homo redditur candidus, scilicet, simplex, & fœcundus, in eo resedit, (vt ex capit. 11. Esaiæ constat) non autem in specie partium animantis, vt ignearum linguarum, quia Christus cùm baptizatus est, non egebat sapientia, nec feruore ad prædicandum, quemadmodum Apostoli, sed mansuetudine & animi lenitate vti debebat aduersus nos. Nec apparuit in flatu, vt cum Christus insufflauit in Apostolos: neque in loquela linguarum, vt ijs, qui erant ab Apostolis baptizati, de quibus Actor. 8. ac 19. quia vt Apostoli acceperunt expressius ac manifestius signum Spiritus in

Quare Spiritus sanctus in specie columbæ, integri scilicet animalis, apparuerit. *Esa. 11.*

II. ratio. *Act. 2.*

III. ratio. *Ioan. 20.*

linguis

linguis igneis, cùm columnæ essent Ecclesiæ, quos putabant musto ebrios: ita si Christus Spiritum sanctum accepisset eo modo quo cæteri, putarent fortasse vel didicisse ab alio, vel ebrium, aut arreptitium esse, quemadmodum Saul, qui prophetabat, vt dicitur. 1. Reg. 19. hoc est, dicebat & canebat quædam magna, quæ antea nesciebat, vt Prophetæ. Quartò, vt significaretur in nostro baptismo dari Spiritum sanctum, atque eius vniuersa dona: nempe sapientiam, qua resideamus iuxta fluenta sacræ Scripturæ: scientiam, bona, & optima grana ex disciplinis & scriptis Philosophorum seligentem: consilium, quo malos tanquã pullos corui dæmonis, nutriamus: intellectum, ad non lacerandam veritatem: pietatem, felle iracundiæ quæ ducit in præcipitium, carentem: fortitudinem ex nidificandi studio in foraminibus petræ, contra carnis imbecillitatem: timorem, gemebundos, atque ad cœlum semper suspirantes facientem. Quintò, remissio peccatorum, & vnitas cum Ecclesia, quam habemus per baptismum, aptè significatur in animante, quæ Noë viro iusto, post diluuiũ obtulit pacem, & socialis est, charitatem diligens. Est etiam fœcunditate prædita: & Spiritus sanctus in baptismo efficit simplices, Israelitas sine dolo, fœcundiores gratia sua, quàm Liam; gementes per orationem, & pœnitentiam, ac cautos prudentesque.

Saul quomodo prophetabat. *1. Reg. 19.*

IV. ratio, à proprietatibus colũbæ

V. ratio ab eisdem. *Gen. 8.*

Quid, Spiritum sanctũ de cœlo descendere super Christũ.

Quasi columbam. Quoniam multa de hac re apud Matthæum diximus, vera ne esset, ac viua columba; an fictitia & mortua, non est quòd iterum hic eadem de re fusiorem sermonem texamus: tantùm illud admonemus, Spiritum hoc loco descendisse, nihil esse aliud, quàm præsentem suam signo exteriori declarasse: quo modo descendisse fertur Dominus in subuersione Sodomorum, & in datione Legis. Dicitur etiam, *Quasi columbam*, ne quis suspicetur malum aliquem fuisse spiritum. Vt enim Noe binas aues longe inter se natura dissimiles ac penè contrarias atque inimicas ex arca emisit, coruum scilicet & columbam: ita in Ecclesia duo sunt genera spirituum, malorum scilicet, & bonorum. Qui ergo gloriatur de spiritu, illud in primis perspiciat, coruo ne, an columbæ similis existat. Si spiritus tuus ad immunditiam, rapacitatẽ, contentionem, te ducit trahitve, non es columba, sed coruus. Et vt in columba Ecclesia Sanctorum, ita in coruo malignantium Ecclesia repræsentatur. Vbi verò coruini mores sunt, ibi nihil minus quàm Ecclesia Christi est. Vbi sunt qui se ipsos segregant ab Christi Ecclesia: & ab istis alij rursus segregant se se: animales, spiritum non habentes: vt fecerunt Hæretici omni tempore, sed maximè nostro. Nam Lutherus primus se ab Ecclesia seiunxit: ab illoque rursus Anabaptistæ, & Sacramentarij, atque adeò fœdæ aliæ & ignobiles sectæ, minimè ad Ecclesiam Christi spectant, in Ecclesia malignantium sunt, veluti corui.

Gen. 19. Exod. 19. Spiritus sanctus quare quasi columba dicitur descendisse.

Gen. 8. Qui columbæ fiat, qui corui.

Psal 25.

Coruini heretici cuiusmodi mores.

Et mansit super eum. Accipiunt quidem & alij Spiritum sanctũ: verùm in ipso Christo semper mansit, & manet. Alij etenim aut extinguentes, aut contristantes Spiritum sanctum Dei, illũ à se expellunt: quanquam in Ecclesia Dei Catholica Spiritus sanctus nunquàm absit: adest enim siue per charitatem, quia semper sunt aliqua membra viua: siue per dogmatum fidei puritatem, atque legitimam Sacramentorum administrationem: siue per iugem assistentiam ad Ecclesiæ Prælatos, Pastoresve, iuxta verbum Domini dicentis. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, qui maneat vobiscum in æternum.*

Spiritus sanctus aliter per Christũ aliter super nos manet. *1. Thess. 4. Ephes. 4.* Idem virtute manet ecclesia in Ecclesia. *Ioan. 14.*

Et ego nesciebam eum. Repetit quod supra dixerat ad maiorem declarationẽ. Ex quo verbo, vti Theophylactus ex Chrysostomo producit, miracula, quæ in Christi infantia, siue pueritia feruntur, non sunt vera. Nam si à puero miracula edidisset, non eum Ioannes ignorasset vtique: nec indiguisset præcursore, qui illum alijs diuulgaret ac patefaceret.

Denuò dicit Ioannes: Et ego nesciebam eum. *Theophy.*

Porrò eorum verborum in primis non est sensus: Nesciebam eum habere talem potestatem instituendi Sacramenta, dandiq; illis efficaciam ex vi sanguinis & mortis ipsius; attingendi effectum Baptismi, dispensatorieque, vt ita dicam, faciendi quod initio primitiuæ Ecclesiæ faciebat; nempe vt Baptismus in nomine Iesu esset validus. Non est ergo sensus, quòd nesciret Ioannes, Iesum habere potestatem excellentiæ in Baptizando, id est, conferendi effectum Sacramenti sine Sacramento, etiamsi nosset eum Dominum esse, & Messiam: vt Augustinus exponit. Tùm quia si sciret, illum esse Messiam, subinde Deum atque hominem esse, & ex consequenti tali potestate præditum, nouisset. At primum minimè ignorabat, qui dicebat: *Post me venit vir, qui ante me factus est*; & rursus: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Ergo nec secundum ignorabat. Tum deinde, quia hoc nõ est nescire eum: tùm quòd dixit: *Sed vt manifestetur in Israël, propterea ego veni in aqua baptizans.* Quia ergo declaratio Iesu à Ioanne facta, fuit personalis, igitur & ignoratio.

Primus sensus conuerbonũ rejicitur.

B. Aug. s. in Ioan. cam. med. & in prima Ioan. c. Matth. 3.

Etenim

Etenim ante hoc declarata erat Christi potestas baptizandi in Spiritu sancto, & igni. & litera satis indicat, quòd sciebat Ioannes aliquem baptizare in Spiritu sancto. Ergo quòd ignorabat, tantùm spectabat ad personam. Sunt alij rursus, qui aiunt, non agnouisse Messiam, & quòd ex conuersatione & colloquio existimabat Iesum bonum esse: idcircò dixit: *Ego à te debeo baptizari.* Sed hoc sustineri nequit: quia hoc esset in præiudicium officij præcursoris: & ipse de Messia tantùm aiebat: *Venit fortior post me.* Et si nesciret Christum Messiam, ac baptizatorem in spiritu, nequaquam dixisset: *Ego à te debeo baptizari.* Præterea, non videtur rationi consonum, quòd habuerit reuelationem Dei ante Baptismum, quòd esset sanctus; ex colũba verò agnouisse eum Messias: quoniam ex illo poterat cognoscere eum Messiam: etsi sancti illũ tantùm cognosceres, non refutaret eum baptizare. Existimant Episcopus Abulensis & Caietanus, vt hanc controuersiam dissoluant, Ioannem bis vidisse columbam, nempe ante & post baptismum. Ait enim Abulensis non esse inconueniens, Deum duabus reuelationibus præstitisse, quod vna potuisset: sicut de curatione cæci nati, qui tum in linitione luti, tum lotione apud aquas Siloë curatus est. At hoc est diuinare: & sine necessitate non fieret bis idem signum.

II. sensus, & ipse minimè probabilis. *Matt. 3.*

III. sensus, incongruus & ille.

Alf. Tostat. Caietan.

Ioan. 3.

IV. & vltim. admodũ probabilis. *B. Chrysost.*

Probabilius ergo videtur, quod supra ex Chrysostomo attulimus, quòd quando demõstratus fuit illi à Deo is, super quem descẽsura erat columba, in sua effigie monstratus ei fuerit, vt ante columbam eum agnosceret: quòd verò nesciret eum, intelligitur de facie, & familiariter: postea verò columba descendente tum confirmatus est & ipse, & alij, quibus Christus propalandus erat.

Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Id est, Qui in baptismo suo Spiritum sanctum ad remissionem peccatorum ac regenerationem, diuersarum ornamenta gratiarum confert: vnde & baptismus lauacrum regenerationis ab Apostolo dicitur. Perspicis differẽtiam baptismi in aqua tantum; & baptismi in aqua scilicet & Spiritu sancto; & causam cur Christus baptizatos à Ioanne, rebaptizauerit. Nunc autem nemo rebaptizatur, etiamsi ab improbo ministro fuerit baptizatus. Sanctitas quippe baptismi, atque eius virtus haud pendet à ministro, sed ab eo, super quem descendit colũba. Nam si pro diuersitate meritorum sanctum esset baptisma, cùm diuersa sint merita, diuersa essent & baptismata. Et tamen non quiuis fidelis baptisma suscipere putaretur: sed vnus est tantùm qui baptizat; & qui sanctificat: vnus est fons, & vnus riuus baptismi salutaris per qualescunque canales influat. Vbicunque ergo audieris verbum hoc integrè prolatum: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:* hic est proculdubiò ille idem, qui baptizat in Spiritu sancto.

Baptizare in Spiritu sancto, quid.

Forma Baptismi.

Tit. 3.

Matt. 3. Cur non iteretur Baptisma.

Matt. vlt. Ioannis triplex de Christo testimonium totam eius naturã, & essentiam describens.

Et ego vidi: & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Tria hactenus de Christo protulit testimonia Ioannes. Primum, *Ecce agnus Dei:* secundum, *Hic est qui baptizat in Spiritu sancto:* nunc tertium subiungit, nempe, *Hic est filius Dei:* in quibus testimonijs totus descriptus est Christus. Quia ergo agnus est Deo oblatus, ideò peccata auferre potest. Quoniam verò ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto; idcirco & gratiã, & dona sua valet elargiri. Rursus, quoniam filius Dei est, potest adoptionem filiorum Dei, atque hæreditatem regni cœlorum nobis impertiri. Qui ergo remissionem delictorum, Dei gratiam, æternamq; desiderant beatitudinem atque gloriam, ad Iesum accedant, illi concorporemur atque ita participes diuinitatis eius efficiamur, eo ipso præstante, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Rom. 8. Gal 3.

TRACTATVS XVII.

In illa verba: *Altera die iterum stabat Ioãnes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem dicit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem. Et secuti sunt Iesum,* &c.

Testimonia quatuor Ioãnis de Christo perhibita quęnam illa.

QVatuor testimonia Ioannem Baptistam de Iesu perhibuisse testatur Ioannes Euãgelista. Primum ordine illud est, in quo legatis Iudæorũ ad se missis publicè respondit. Secundum id est, quod ante prædictum fuit, de quo ait: *Ioannes testimonium perhibet de se ipso, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est, &c.* In quo prioris testimonij coram legatis facti, facit mẽtionem. Tertium fuerat, quod paullò ante explicuimus, cum ostenso Christo, dixit: *Ecce agnus Dei.* Quartum ac postremũ est istud, quod iam explanandum suscipimus. Post testimonium ergo Ioannis de Iesu ad turbas exhibitum, ponitur testimonium eiusdem Ioãnis ad discipulos suos, vel potiùs vt pars fructus testimonij: de quo fructu habetur Ioann. 10. non enim tantùm isti duo, sed

Quarti testimonij fructus. *Ioan. 10.*

plures alij propter Ioannem in Iesum crediderunt: idque, vt ostendatur animus Ioannis, qui magis solet amicis aperiri, quàm turbis, cùm quibus interdũ dissimulamus. Dicebat enim Christus Apostolis: *Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, cæteris autem per parabolas*; & iterum: *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis*: & Ioannes ad suos dixerat discipulos: *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim: Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.* Ait ergo, *Altera die*, siue potiùs, *postera die*, vt Græcè dicitur. Sunt enim hæc per singulos dies reddita testimonia.

Animus amatis quibus in notescat magis.

Ioan.15.

Supra 3.

Iterum stabat Ioannes. Non desatigatur Dei seruus, & semper nouum sibi videtur Christũ alijs indicare; vt & qui nõ nouerant agnoscant: & qui nouerunt, agnoscant magis. Et quidem Dei gratia semper est parata nolenti repugnare. Stabat autem Ioannes corpore, & in eodẽ ferè loco, quo priùs quia tametsi interdum discurreret per ripam Iordanis; & quandoque sine discursu maneret in eodem loco, vt in Aenon iuxta Salim; tamen quia suum Baptisma non debebat omninò extingui, sed ad certa vsque loca, siue ad præscripta quædam tempora permanere, haud discurrebat, quemadmodum Christus, & Apostoli: tum ne etiam Christus demonstrandus eum sequi cogeretur: atque vt cum multis coram concurrentibus commodiùs demonstraret: quærentibusq; ipsum, & à se minimè quæsitis denuntiaret eum, ne causarentur importunitatem ac incommoditatem aliquam fortasis: quare aiebat Dominus: *Quid existis in desertum videre?* Et quia non vbique erant aquæ multæ ad baptizandum commoditatem præstantes. Dein illo verbo, *Stabat*, significatur, quòd non quiescebat Ioannes: id est, non erat ad multum tempus præcursio eius, sed breui tempore expedienda. Eo item verbo firmitas, & constantia mentis Ioannis exprimitur: siquidem non erat vt arundo vento agitata; deniq; eleuatio mentis Ioannis, atque speculatio aptè repræsentatur, qua Iesum videre posset, & ostẽdere. Nec enim à iacẽte, vel sedente videri potest Iesus, sed ab stante, ac super arborem Sycomorum cum Zachæo conscendente. Vnde Ioannes dixit: *Amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.*

Ioannes, indefessus Christi testis.

Matt.11.

Cur Ioannes statu describitur.

Luc.19.

Ioan.3.

Et ex discipulis eius duo. Rectè à Domino dictum est: *Arcta via est, quæ ducit ad vitam; & pauci sunt qui inueniunt eam.* Pauci etiam sunt, qui stãt, id est, firmi, ac in via Dei perseuerantes. Et duo erant, scilicet in mutuo amore charitatis: non erãt autem alij, nam discipuli Ioannis eum, dimissis omnibus, non sequebantur, vt Christum: sicut patet de Andrea Ioannis discipulo, qui post piscatur: nunc etiam id in scholis obseruatur, discipuli enim non sequuntur, omnibus dimissis magistros suos. Alij autem Ioannis discipuli inuidi erant, & liuore ducti ad Magistrum accesserunt, dicentes: *Rabbi, qui erat tecũ trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum*: & Matth. 9. *Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant?* & interrogantibus discipulis eius Christum: *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Beatus*, inquit, *qui non fuerit scandalizatus in me*: illos peculiariter pungens. *Et respiciens Iesum ambulãtem.* Oculis tum corporis, tum mentis Ioannis Iesus erat gratiosus, & amore aspicientes se vulnerabat. Nota etiam mysterium. Quid est enim ambulans Iesus, nisi mutabilitatis nostræ particeps factus filius Dei? Certè, nisi ille de cœlo in vterum virginis ambulasset, ac de vtero item virginis in præsepe; & de præsepi ad baptismum, Iesus nequaquam videri, nec cognosci, neque monstrari potuisset. Respectu etiam Iesu quiuis nostrum stat, ille autem currit. Apteque imperfectis, qui non valent diu figere oculos in contemplatione, cùm non habeant intus spirituales delicias, vt cùm illo conuersari possint, nequaquam ostenditur Iesus stans, sed ambulans circa littora.

Ioan.1.

Ioannis discipuli inuidi Christo in inuidia. Infra 3.

Matt.9.

Infra 11.

Ioãnis spectui quo se præbet Iesus.

Luc.1. Infra 2. Matt.3. Quibus stans, sibi bulans tur Iesus.

Dicit, Ecce agnus Dei. Ecce, admirantis est de agno, qui occisus, leonem, ac lupum infernalem interfecit. Est quoque lucernæ demõstrantis in hac nocte vnicum agnum inter tot hœdos, vel indicantis sub crystallo Humanitatis delitescentem Deitatem. Nam nos lucerna accensa sub vasis crystallinis reliquias Sanctorũ pretiosas latitantes ostendere cõsueuimus. Disce, boni Doctoris munus esse, non grauatim ea repetere, quæ nondum satis auditores intellexêre, iuxta illud Apostoli ad Philip. 3. *Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrũ, vobis autem necessariũ.* Porrò discipulis suis doctioribus minimè declarauit quare sit agnus; nã non addidit: *qui tollit peccata mundi*, vt superiùs dixerat. Nunquamq; debet esse fastidium expectandi Christum: nouaq; semper debet videri meditatio mysterij incarnatiõis. Iam etiã Christus à baptismo cœperat per ieiunium mactari. Vnde & congruè agnũ vocat. Satisq; erat famelicis Ioannis discipulis ostendere, vt ad eius esum accederẽt, atque eius gratia satiarentur. Et ne putent se idcircò Christo Iesu aliquid dare: imò nõ rogantur vt eant ad Iesum; sed satis rogat

Quid: agnus

Boni Do ris mu Ioann bitum

Philip.3

Ioannes denuò stum a Dei no uenit.

visio agni omnes, qui agnoscunt peccata, famem & frigus, in quibus versantur. Et agnum, non lupum, vel leonem oportebat ijs, qui hœdi sunt, ostendere. Hi enim potiùs affligũt agnum, quàm ab eo quicquam patiantur. Ecce ergo agnus Dei: quasi dicat; Quid est, quòd me tanquam veram lucem, verumque redemptorem suspiciatis? Ego enim vos saluos facere minimè possum. En agnus ille Dei, eum sequimini salutis autorem: huic enim soli suscipiendo vos mea doctrina, & baptismus præparauit ac disposuit meus.

Ioannis modestia, & in Christum reuerentia.

Et audierunt eum duo discipuli loquentem. Vides quàm ardua res sit Iesu credere? nam sæpius audierant eum de Iesu testificãtem: imò & ipsum Christum iam semel atq; iterum viderant, nec tamen se quisquam audebat Christo credere, propter eius humilitatem: donec Christus tertiò venit ad Ioannem; & tunc pauci, id est, duo duntaxat, ausi sunt credere. Et quia hæc vox, *Ecce agnus Dei*, tantùm exterior fuit; ideò hæc sequela haud fuit firma, quemadmodũ tunc, quando vocati sunt à Iesu interna, atq; externa voce Matth. 4. *Et secuti sunt Iesum.* Non solũ corpore, sed etiam studio atque amore sublimioris doctrinæ flagrãtes. Est aũt stupenda Dei charitas, quòd tãtus gigas ita modestè ambulet, vt possint eum homines, tanquam pulli gallinam, sequi, saltem à lõginquo, vt Petrus: de quo dicitur tamẽ: *In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.* Et qui olim in instanti ambulabat, & operabatur. Sequũtur autem isti duo discipuli, antequam præ reuerẽtia illum alloquantur: docentq; priùs factis, quàm verbis loqui; non vt ille qui dicebat: *Quod est mandatum magnum in lege?* Christus etiam hic tanquam Sponsus, & ob Ioannis laudes verecũdus non loquitur. Ambulabat etiam, quia in laudibus & præconijs, quæ illi Ioannes offerebat amplissima, non morabatur. Denique quoniã ab imperfecto ad perfectũ pergebat: quem admodum natura, & ars facere consueuerunt; aliàs non esset motus.

Quàm fides in Christum difficilis, & ardua.

Duo discipuli Ioãnis quã do perfectè adhæserint Christo. Matt.4.

Ij nunc cur secum fuerint Iesum.

Marc.14. Psal.76. Christi facilitas.

Eiusdem modestia. Matt.22.

Naturæ & artis, ingeniũ.

Conuersus quomodo Iesus ad discipulos se sequentes.

Exod.34.

Psal.33. Psal.32.

Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se. Rectè dicitur conuersus, flectendo ad eos vultum clementiæ suæ & misericordiæ, quo alliciat ad se, fiduciamq; largiatur idiotis & simplicibus, qui magna se reuerentia prosequebantur tantopere à Ioanne prædicatum atque demõstratum. Vultus Mosis, & descensus Dei ad populum terrebat filios Israel. Christi autem vultus, qui quidem gratiæ est & misericordiæ, recreat & consolatur. *Oculi enim Domini super iustos*, Dauid inquit; & rursus: *Oculi Domini super metuentes eum.* Et sequẽtibus se per gratiam præuiam, tametsi paruam, conuertitur per maiorem & ampliorem: sequentibus verò per gratiam, cõuertitur per gloriam. Scriptum est enim: *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Conuertitur aũt ad Andream, id est, virilem & fortẽ in aduersis; & ad innominatum discipulum, nempe humilẽ in prosperis: quo paullulum gratiæ vtriq; à Christo suscipiant. At sequentibus per tribulationes, clementer se & benignè ad eos conuertit, vel eruẽdo ab illis, vel fortitudinem sustinendi suppeditando: nec præ amore se potest continere à benefactis. *Et videns eos sequentes se.* Nempe oculo illo, vt dixi, misericordiæ: qui vel à se fugientes respicit, ita vt dicat: Conuertimini filij reuertẽtes: hoc est, qui eritis filij, & glorioſi, ſi reuertamini ad me vocantem; obstinatos enim tantùm dimittit Dominus. Hinc illud: *Dimisi eos ire secundùm desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.*

Ad quos conuertatur Iesus se sequentes.

Quid quod ad Andream & alium discipulũ conuersus est Iesus. Id: Conuertimini filij reuertentes, quid significet. *Ierem.3.*

Psal.8.

Dicit eis, Quid quæritis? Chrysost. hom. 17. in Ioan. hęc verba exponens ait: *Hinc admoneri possumus, Deum suis in nos beneficijs nostras non præuenire voluntates, sed à nobis incipiendũ esse: sed cum nos prompto paratoq; animo ad suscipiendam gratiã exhibemus, tunc multas nobis offert salutis occasiones.* Hæc ille, quæ Spiritũ Pelagiani dogmatis sapere vidẽtur. Similia ferè hom. 42. in Gen. scribere videtur. Ioannes verò Cassianus Chrysost. discipulus 13. collationum. ca. 11. de hoc dogmate disputãs ait: *Inter multos magna quæstione voluitur, id est, vtrum quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, miseriatur nostri Deus: an quia Deo miseretur, consequamur bonæ voluntatis initiũ? Multi enim singula hæc credẽtes, ac iusto amplius asserentes, varijs, sibiq; contrarijs sunt erroribus inuoluti. Si enim dixerimus nostrum esse bonæ voluntatis principium; quid fuit in persecutore Paulo, quid in publicano Matthæo; quorũ vnus cruori ac supplicijs innocẽtum, alius violentijs ac rapinis publicis incubans attrahitur ad salutem? Sin verò gratia Dei semper inspirari bonæ voluntatis principia dixerimus; quid de Zachæi fide, quid de illius in cruce latronis pietate dicemus, qui desiderio suo vim quandam regnũ cœlestibus inferentes, specialia vocationis monita præuenerunt.* Hæc ille. Contra quam sententiam disputauit Prosper Episc. Aquitaniæ, in libro de libero arbitrio: quanquam non defuerint, qui sententiã Cassiani tuerentur, & inter alios Gennadius queritur, opera Cassiani indignè à Prospero infamata esse.

Quãtum tribuere videatur naturæ nostræ in operãdo Chrysostom. *B.Chrys.to.3. Idem.tom.1. Ioan.Cassian.*

Bonã voluntatem nostrã an sequatur, an præcedat gratia Dei: ex Ioanne Cass.

Act.9. 1.Tim.1. Matt.12.

Ad Chrysostomum verò, quem pluries lacerat Oecolampadius, quòd violẽtus admodum sit in exigẽdis naturæ viribus, quæ nullæ sunt, dicendum est, nihil illum præ-

Luc.19. Infra 23.

Prosper. Aquitanus.

Quo sensu Chrysostom. quod gratiæ Dei præuenientis est, li-

bero adscribat arbitrio. *B. Chrysost. tom. 4.*

uenienti Dei gratiæ derogare, quam toties extollit, sed ignauiam suorum auditorum arguere, nostramque desidiam inexcusabilem reddere. Vnde homil. 12. in ca. 4. prioris ad Corint. ait: *Quod*, inquit, *accepisti, habes, neque hoc tantùm, & illud, sed quicquid habes. Non enim merita tua hæc sunt, sed Dei gratia. quamuis fidem adducas, à vocatione eam accepisti: quamuis peccatorum veniam adducas, quamuis gratias, quamuis virtutes, omnia inde tibi prouenerunt. Quid igitur habes, quæso, quod non acceptũ habeas? Num ipse per te rectè operatus es? Non sanè, sed accepisti. Et idcirco magni te facis. Propterea cohibearis oportet, non enim tuum id munus est, sed largientis. Nam si accepisti, ab illo accepisti: si ab illo, non tuum accepisti: si nõ tuum, quid insolescis, ac si tuũ habeas?* Hæc ille. Contra quæ nunquam Chrysost. scribit, sed tantùm oscitãtiam somnolentiamque nostram increpat, ne homines causentur Dei gratiam sibi non adesse.

Prima Iesu vox euangelizantis quænam. *Luc. 2.*

Redeamus ad verba Domini discipulis dicta. Ait igitur, *Quid quæritis?* Quãdo puer erat Iesus, describitur tacens; vbi verò se ostendit, audiebat tantùm, & interrogabat atque respondebat: cùm venit ad Baptismum, respondit Ioanni: *Sine modò: sic enim decet nos implere omnem iustitiam:* nunc verò incipiens palam fieri à Ioanne, non exorditur à magno illo boatu, vt ille qui olim cecinit:

Horat. in arte poetic. *Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum*;

verùm post verba tanti põderis tanto à teste prolata, nempe: *Hic erat quem dixi, Qui post me vẽturus est, qui ante me factus est*; & iterum: *Cuius ego non sum dignus vt soluã eius corrigiam calceamẽti:*: &, *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, &c. qui autem post me venturus est, &c. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni; Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:* & rursus: *Quia vidi Spiritũ descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum, &c. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei:* tandem prorupit in hãc vocem, quæ prima est Iesu in hoc Euangelio, *Quid quæritis?* Vbi primò meticulosis, atque his, qui desiderio salutis suæ tenẽtur, occasionem præbet aperiendi cor suũ, quo illi promereantur magis, atq; quiescãt monitis ac cõsilijs eius, nam Christus illud bene videbat. Deinde innuit, in sequela Christi esse respiciendum animum: an videlicet ob res temporales homines Christũ sequantur, vt ille, de quo ipse dixit: *Vulpes foueas habẽt, & volucres cœli nidos, &c.* An verò ob spiritualia, sed carnis affectu ducti, vt Iudas fur, & Simon Magus, ac hypocritæ faciũt, qui omnia opera sua spiritualia agunt, vt videantur ab hominibus; an verò ob spiri-

III. docum. *Prou. 12.*

IV. docet.

Ioan. 7. *Luc. 2.*

Christus à Magistro minetur.

Pſal. 118.

2. Pet. 1.

Hoc respõso Domini: Venite, & videte, qui noten tur.

Eccles. 5.

Luc. 9. Duo discipuli Ioãnis vbi apud Christũ mãserint die illo, vt ait Euangelista.

I. docuit tum ex ipsis verbis. *Luc. 5.* *Psal. 34.*

Ioan. 8. II. docuit.

Deut. 18.

Ioan. 4. III. docet.

Quomodo veniamus ad Christum, & illum videamus.

Psal. 45. Angusta quibus omnis creatura.

Discipuli illi cur manssse dicant apud Christũ die illo.

Matt. 4. Apud Christum qui manet vno die, qui pluribus semper qui mystice.

Boni Cultores quid sibi ponere lucrẽtur ante oculos.

Christi cõtas, & veritas.

tualium rerum amore spirituali modo, & propter Deum. Innuit insuper illis verbis omne, quod rectè quæri ac desiderari põt. Desiderium enim iustorũ omne bonũ est, vt ait Salomon. Adhæc, se posse, & velle dare, ac cõmunicare nobiscum modum inueniendi ipsum. Quid etiam, substantiam denotat, non accidentia. *Et quæretis*, de præsenti, instanter scilicet & perseueranter; non de præterito, *quærebatis*; vel de futuro, *quæretis*, secundum illud; *Quæretis me, & non inuenietis*; Et: *Quid est quod me quærebatis?* In hoc igitur verbo ostẽditur præcedẽs Christi silentium, quod ante hac coluerat.

Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum, Magister) vbi habitas? Christus magister fuit toti orbi instituendo præfectus, sed per se quidem Iudæis; per Apostolos verò, tãquam per interpretes, gentibus, & in via quidẽ verbo, & exemplo docuit, è cœlo verò, tantùm infundens Spiritum suum. In hoc igitur verbo primum innuitur obseruanda Iesu facies: qui etsi esset triginta annos natus, tamen quia humiliabat in ieiunio animam suam, atque extenuabat corpus, prouectioris ætatis esse existimabatur: adeò vt illi dixerint Iudæi: *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Deinde illo verbo indicatur, vel quòd incipiebat Iesus docere; vel quòd audierãt eum Messiam, ac consequẽter Doctorem: nam Moyses de eo prædixerat: *Ponam verba mea in ore ipsius: & quicunque eum non audierit, ego vltor existam*; & Samaritana, quæ non erat ex filiabus Israël, *Cùm venerit*, inquit, (scilicet Messias) *ille nobis annũtiabit omnia.* Tertiò, verè vocare eum poterant magistrum, quia eos per vocem Ioannem erudierat. Vox etenim Ioannis organum erat Christi ad eos loquentis, etiamsi eo tempore hoc ignorarent. *Vbi*, inquiunt, *habitas?* quasi dicant; Vellemus à te doceri, ac tui effici discipuli: sed hora tarda est; domicilium tuum, vbi moraris, percontamur: desiderio quippe tenemur tecũ perpetuò manendi. Hypocritæ autem & simulatores nõ ita auderent respondere. At bonus Christi cultor, siue discipulus debet sibi in scopum proponere solam Christi per gratiã in sua, & fratris conscientia mansionem, etiamsi non sequatur gustus sensibilis; & inuenire eum in omnibus creaturis, prout datur nobis in hac valle miseriæ: non autem quærere vbi habitet aurum, aut honor, aut carnis deliciæ, aut dæmon, cui cum cæteris iam olim renuntiauimus.

Dicit eis, Venite & videte. Non ait hic, aut illic habito, nec indicat signis domũ suam, si quando per opportunitatem se vellent

inuisere, nec excusans instantem noctem, iubet eos postridie redire, sed comiter ac blande inuitans eos ad domesticum colloquium, dixit: *Venite, & videte.* Nemo quippè Christum rectè cognoscere potest, nisi per fidei sensum eum experiatur; qui quidem fidei sensus sine verbi ministerio nequaquam fit. Est enim Dei verbum lucerna pedibus nostris, vt aiebat Dauid; & lucerna lucens in caliginoso loco, donec dies illucescat, vt inquit Petrus. Non timet autem Christus, ne quid mali videant domi suæ, vt concubinarij; vel in cella sua; vel ne quid superflui notent aut curiosi, vt tepidi religiosi, qui magnis renuntiantes, paruis inescati velut captiui detinentur. Nec rursus differt in aliud tempus, cum imperfectis qui refriguerunt, de quibus Salomon: *Non*, inquit, *tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem:* sed statim, etsi hora esset tarda, inquit, *Venite & videte.* Et quia Christus non habebat vbi caput suum reclinaret, vt de se ipso ipse testatus est: vel Dominũ in alieno domicilio hospitatum fuisse, vel aliquem ex dictis Ioannis intus excitatum fuisse, vt Christum propriam domum non habentem, domi suæ exciperet credendum est. Vnde rectè petierunt iuxta literam Græcam, παρ' μένεις, id est, vbi manes? & subdit infrà: *Et manserunt apud apud eum die illo*: quia etsi domũ propriam non haberet, in diuersorio, vel hospitio, manere ad tempus potuit. *Venite ergo*, per fidem, & bona opera; *& videte* gustu, & experientia: quia alias nescitur Christus, aut eius domus. Vellemus autẽ multi videre, sed non venire, per fructus scilicet bonorũ actuum, & orationem; cùm tamẽ scriptum sit: *Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus.* ¶ *Venerunt, & viderunt*, Vbi maneret. Felices quibus hæc contingunt. Videntibus siquidem creatoris habitationem, angusta redditur omnis creatura. ¶ *Et apud eũ manserunt die illo.* Rectè ait Euangelista, *die illo*: nõ enim relictis omnib⁹ secuti sunt Iesum, nec semper cum illo manserunt, sed tãtùm die illo: & ex colloquio illo agnouerũt Dominum Iesum esse Messiam, vt postea Andreas dixit Petro. Vnde posteaquã Ioannes traditus est in carcerẽ, perfectè vocati sunt à Christo. Et beatus dies, in quo nõ fit nox. Iuxta Spiritum autem, vno die apud Christum manent, qui post multa & grauia scelera, atque peccata, confitentur eodem die, & communicant, sed mox ab illo recedunt ad vomitum redeuntes: alij verò diutius, & per plusculos dies apud Christum commorantur, vt per tempus Quadragesimæ: pauciſſimi verò sunt qui semper cum eo permaneant. Sicut ipse admonens dixit: *Manete in me, & ego in vobis.* Et infrà: *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint; quodcunq; volueritis, petetis, & fiet vobis.* Quare vt hoc obtinere possimus, reliquis omnibus nuntium mittamus, atque soli Christo inhæreamus. ¶ *Hora autem erat quasi decima*: Nimirũ ab aurora, & appetente iam nocte. Meminit autem horæ vespertinæ; vt doceat, quãto animi ardore discipuli isti ad Christum aspirarẽt, quando nulla hora, ne nocte quidẽ prohibiti ipsum secuti sunt. Etsi ergo sero esset, non minus tamen propterea Christus docuit, ipsique audierunt, ac debuit felix illa hora notari, qua primus Christi discipulus Andreas ad Iesum conuersus est. Quanquam & illud sine violentia possit intelligi, horam decimam fuisse, cum recesserunt à Iesu, ad quem mane venerant. Deinde ad decimã horam eos vocatos ait, vt insinuet etiam Apostolos non propter aliquod meritum ipsorum, sed sola Dei misericordia vocatos: sicut illos, qui circa vndecimam horam in vineam venerant, qui integram, & æqualem cum cæteris mercedem ex liberalitate patrisfamilias acceperunt. Quamobrem nemo desperet, etiamsi circa horam decimam, hoc est, in senectute, vel in termino vitæ ad Deum cõuertatur: nulla hora nimis sera est, quandiu hic agimus. Hinc latro iamiam moriturus gratiam inuenit. Decima ergo hora vocati sunt Apostoli, id est, primitiua Ecclesia. Vtinam in decima hora Ecclesia reformata vocetur, quam post erit redditio mercedis: illo etiam numero lex mystice designatur: nam Lex & Decalogus mittit nos ad Christum, quæ, vt ait Paulus, velut pædagogus quidã erat ad Christum. Nam per legẽ homines se agnoscunt peccatores, & egere gratia Christi. Signatur insuper, tempus perfectæ impletionis legis nonnisi per Christum venisse, cuius spiritu lex impletur. Et qui vocatur ad cõsilia, debet præcepta, saltẽ imperfectè, obseruare, quatenus per consilia ad perfectam perueniat obseruantiam diuinæ legis: verusq; Israëlita, licèt imperfectus efficiatur: vt decima luna nõdum est plena. Decima ergo hora quasi luna Iudæi tulerunt agnum, vt occiderent Pharaonem (hoc est, dæmonem, & peccatum) qui decem plagis decalogi currentis sub Ioanne Baptista occidi non poterat. Quanquam autem Petrus hora quasi decima sit vocatus; non obfuit tamen illi Andreas, quominus esset primus.

Ioan. 15.

Duo illi discipuli quanto sequendi Dominum desiderio flagrarent.

Hora decima venerint ad Christũ, qui mysticè.

Quid quod illos Christus vocasse dicitur hora decima. *Matt. 20.*

Hora præterea decima qui vocentur à Domino. *Luc. 25.*

Per decimã horam quid mysticè.

Gal. 3. Lex Moysis quid conferat. *Rom. 3.*

Quid præterea per horã decimam designetur.

Erat autem Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum. Andreæ nomen ponitur quasi

Dæmon & peccatum in quo figurentur, & quomodo possit occidi. *Exod. 12. infr. 20. & fe. Matt. 10.*

Andreæ fratris Simonis Petri cur meminerit Euãgelista.

primi Christiani, & Christum alijs prædicantis, quique primum piscem, nempe Petrum, reti Euangelico ad Christum traxit. Erat autem frater Simonis nó tantùm carne, sed etiam spiritu. Obedientiaque in Simone signata, hominem forté & virilem reddit, ac denique fratrem Andreæ. ¶ Dicitur autem Andreas frater Simonis; quia Simon maior erat, licèt fide, & vocatione posterior. Dicitur verò vnus ex duobus: quoniam opinantur quidam, humilitatis gratia suum nomen suppressisse, quemadmodum sæpè nomen suum tacere solet. Et vt de Luca suspicantur nonnulli, quippè qui de duobus discipulis eũtibus in Emaus, alterum tantùm nominauerit. Cùm autem magna gloria sit sequi Dominum, vt dicitur Eccles. 23. profectò maxima laus Andreę est, quòd primus omnium se ausus fuerit credere Christo. Fortassis etiã non erat admodum insignis ille discipulus Ioannis Baptistæ, qui vna cum Andrea secutus est Christum: ideò eius magis distincta mentio non est facta: præsertim si verum est quod quidã opinantur, illum non permansisse in vocatione. Porrò Andreæ meminit, eo quòd ipse Petrum fratrem ad Christum adducere debebat, vt fecit. ¶ *Inuenit hic primum fratrem suum Simonem.* Intellige, non illa eadem die vocationis Andreæ, sed sequenti, de qua paullò pòst dicitur: *In crastinum autem.* Exprimiturque hic fidei, Euangelicæve doctrinæ ingeniũ, & vis: mox quippè gestit animus effundere in alios, q̃ à Domino accepit. Neq; enim fieri potest, vt otiosa sit fides, quæ Christũ vel ore confitetur, vel charitate in proximum se prodit: neque sinit hominem contentum esse suis bonis, si videat fratrem suum in malis esse: quare nihil non agit, vt & fratri laboranti succurratur. Signum etiam perfectæ ad Deum conuersionis est, velle sibi secundùm carnẽ coniunctiores inuitare ad Christum, & vocare, vt Petrus docet apud Clementem. Adhæc, detegitur hoc loco temporalium discrimen, & spiritualium: temporalia siquidem quo pluribus communicantur, eo minus talium ad vnumquemq; redit: at spiritualia quo pluribus communia sunt, eo omnibus sufficiunt & abundãt magis.

Et dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus. Vide huic quantum repente luminis sit infusum, vt Messiam agnouerit: & quàm prompti sint ad docendum, qui Christum agnoscũt; frigidi verò, qui non credunt: quàm item efficax vocatio, etiãsi per hominem externè fiat: quamque etiam felix inuentio thesauri tanti. Sed nos vt vocemus alios iubemur, venient autem cùm Deus dabit. ¶ *Et adduxit eum ad Iesum.* Felix Ecclesiæ nascentis auspicium, quæ constat fraterna charitate, mutuaque concordia. Hoc enim in Ecclesia fieri perpetuò debet, vt frater adducat fratrem. Omnibus etenim nobis verus Ioseph Christus dicit: *Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.* ¶ *Et adduxit,* inquit, *eum ad Iesum*: non ait, ad se, aut ad dæmonem, vel ad mundum: quia gustarat Christi vnctionẽ & spiritum rectoq; Petrus, qui Princeps est dignitate, primo in tempore occurrit discipulo. *Inuenimus,* ait, *Messiam, quod est interpretatum, Christus*: hoc est, vngens spiritu gratiæ suæ vniuersos, vel Iudæos, vel Gentiles. Vngebantur autem Rex, ac Sacerdos ac Prophetæ. Gloriatur ergo Andreas se inuenisse verum Regem, à peccato & morte atque diabolo liberantem: verumq; Sacerdotem Deo nos reconciliare valentem, precesque nostras à Deo acceptas atque efficaces reddentem: verũ deniq; Prophetam de cęlestibus & diuinis differentem atq; prædicantẽ. Inuenerũt porrò adhibita lucerna, hoc est, Ioãnis testimonio, nam alioqui inuenissent nunquam; quia Christus nondum clamabat, neque prædicabat. Simili ratione & nos adhibita Scripturę lucerna, quę de Messia testimonium perhibet, Christum facilè inuenire possumus, si tamen non proprio sensu atq; arbitrio illam velimus interpretari; quomodo pleriq̃ faciunt, qui in verbis vitæ, mortis lucra sectantur. Per hoc autem quod dixit, *Inuenimus,* indicat se anxio desiderio simul cum fratre teneri inueniendi Messiam, illumque inuentum fide amplectendi. Deus autem, qui bonę menti semper adest, sicut his inspirauit vt quærerent, ita & vt inuenirẽt, dedit. Omnis enim qui quærit, inuenit.

Intuitus autem eum Iesus. Non solùm faciem externam hominis contemplatus, in qua tamẽ relucebat pectoris sinceritas, sed animũ potiùs columbina simplicitate præditum, ac propterea ad Euangelicæ doctrinæ munus aptum & idoneum, vehementer delectatus est eius aspectu. Est autẽ illum intuitus non secus atq; artifex domus, qui saxum commodum erigendo ædificio offendit, tametsi rude ac impolitum, sua tamen opera & diligentia dolandum ac poliendum: ad hunc inquam sanè modum Christus sapiẽs architectus, & vt alter, imò plusquam Salomon, verus templi ædificator, Petrum aspexit tanquam lapidem in fundamento ponendum, super quem erigatur atque sustentetur Ecclesiæ fabrica.

Simon quid denotet.

Andreas cur dicat' frater Simonis, & quare vnus etiã ex duobus.

Luc. 24.

Andreas vnde laude dignissimus meritò censendus.

Andreas quãdo primùm fratrẽ suum inuenerit Simonẽ, & ad Christu adduxerit

Charitatis quid proprium.

Rom. 10.

Signum perfectæ conuersionis ad deũ quod.

Clem. Rom. lib recognit.

Temporaliũ rerum à spiritualibus discrimen.

Christum agnoscentes, quàm prompti sint ad docendum.

Ecclesia v de constr

Gen. 43.

Andreas P trum cur c xerit ad Ie

Christ' q sonet Q vngebant olim apod dxos: tu Christi m nus, & d gas.

Andreas altor disc ius Ioann vt inuene Messiam.

Ioan. 1. Esa. 42. Matt. 12.

Christum nos quan do inuenir poterimus

Illi discipu Christũ di digni fuer inuenire

Intuitus P tum, vt fi rit Iesus.

Petrus qua lis lapis. *Matt. 22.*

Infra 16. Hoc intu Petri, qu Dominus sinuauerit lectoribus

Adhæc, intuitus est illum, vt moneret Ecclesiæ sanctæ Romanæ Cardinales Pontificis summi, seu Catholicæ Ecclesiæ Episcopi electores; vti diligenter intueantur, quẽ in Vicarium Christi, Petriq̃ successorem constituant; & ne ad externa tantùm ornamenta, quæ mundus in pretio habet, oculos considerationis attollant, sed maximè vt interiora, quantum possunt, eius qui est eligendus, penetrent, Christique gloriam, atque Ecclesiæ eius sponsę salutem & incolumitatem cùm primis spectent; præmissaque prece à Deo petant, vt, quem nominare debeant, per spiritum suum suggerat.

Dixit, Tu es Simon filius Iona. Hoc verbo Petri animum ad considerandum in eo delitescentem subleuat diuinitatem, ne humilitate offendatur carnis. Argumentum est siquidem diuinæ virtutis, præuidere nomen eius, & patris: sed multo maius argumentum est, quod significat futurum, vt perseueret. Ne autem existimaret quisquam alteri quàm Petro datas claues regni cœlorum, eum ex proprio, Patrisque nomine expressit. Ait autem: *Tu es filius Iona,* υἱὸς τοῦ Ἰωνᾶ, siue vt alij legunt, & Nonnus Paraphrastes, υἱὸς Ἰωαννᾶ, & sic legitur hic, & Ioannes vlt. quanquam per contractionem dictus sit υἱὸς Ἰωνᾶ, id est filius Ioannæ: & primum significat columbam; secundum gratiam. Est enim Petrus filius columbæ ob simplicitatem; & gratiæ filius propter electionem. Et significatur Petrus inhabilis sine Christi intuitu ad Episcopatum; habilis verò atque aptus, si sit obediens, & simplex: non enim inquit: Tu vocaris Simon, aut, Tu vocaris filius Iona, verùm Tu es: per quod indicat eum vtriq̃ nomini respondere. ¶ *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus.* Quod dicitur, quod interpretatur Petrus; nõ sunt verba Christi, sed pretatur Euangelistæ de suo verbum Christi Syriacum interpretantis: quemadmodum cùm dixerunt: *Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus*; haud sunt verba duorum Apostolorum, verùm ipsiusmet Euangelistæ: sicut & illa: *Rabbi, quod interpretatur, Magister,* vt constare potest legenti Euangelium Ioannis Syriacum: & apud Matth. cùm dicitur: *Vocabitur nomen eius, Emanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus,* & illud à Domino in Cruce dictum: *Eli, Eli, Lamma sabachthani? hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti me?* Omnes istæ adiectiones ipsius sunt Euangelistæ, voces peregrinas, & minus notas interpretantis, non autem ipsorum, qui loquuntur: quanquam illę adiectiones apud Matthęum, qui Hebraicè scripsit, non sunt ipsius Euangelistæ, sed interpretis illius qui primo ex fonte Hebræo in Græcum conuertit.

Porrò Cephas, siue Cipho, vox Chaldæa est, & petram significat, siue lapidem: nam Hebraicè כיפא petram significat; Chaldæi verò addunt more suo Alpha in fine כיפא & fit Cepha: sicut Græcis ὁ πέτρος, Atticè idem est quod ἡ πέτρα. Et vt quidam producunt ex Iosepho libro de bello Iudaico, Cephas, dicebatur scopulosus collis, præaltus, non longè ab vrbe dissitus, vnde tota Ierusalem cerni poterat: quem etsi Græcè dictum σκοπὸς, asserat, in historia tamen à se Hebraicè scripta dicitur Cipho. Vocat. Et cùm textus manifestè dicat Cephan significare Petrum, siue petram, decepti videntur illi Patres, & vicinitate nominum illusi, qui putauerunt, & scripserunt idem esse Cephas, quòd Græcè κεφαλὴ, hoc est, caput, cùm hoc Græcum sit vocabulum, illud verò Syriacum potius, siue Chaldæũ, quàm Hebræum. Quanquam propter antiquitatem, ac grauitatem Patrum, qui hoc dixerunt, cùm obiter, & quasi per transennam illud dixerint, leuissimus, ac perminutus error fuerit, imò ne error quidem, vt Lutherus, & Caietanus putant: sed scitè, & aptè nomen Syriacum ad Græcam vocem κεφαλὴς retulerunt, tum Anacletus epist. 3. tum Optatus Afer lib. 2. in Parmenianum, dicens: *Petro primùm cathedram Episcopalem esse collatam, in qua sederet omniũ Apostolorum caput Petrus: Vnde Cephas appellatus est, in quo vno cathedræ vnitas ab omnibus seruaretur.* Ad idem respexerũt Græci Patres, qui Petrum Apostolorum appellant coryphæum. Inter quos Dionysius Areopagita cap. 3. de diuinis nominibus, hanc vocem veluti explicans, dixit: *Aderat autem & frater Domini Iacobus, & Petrus (supremum decus, & antiquissimum Theologorum columen)* vbi Græcè κορυφαῖον, ἀκρότατα vocat. Est autem propriè κορυφὴ, summa pars capitis. Idem & in alijs vocibus Hebræis accidisse videtur, quæ in proximas Græcas voces & sono, & significatione sunt relatæ; quemadmodum de nomine Paschæ Gregorius Nazianzenus oratione 11. in sanctum Pascha, & Augustinus in Ioannem, significationem eius ex Græca lingua petierunt. Ita quoque nomini Iesu contigit: nam cùm Hebræis sonet Saluatorem, tamen à verbo Græco ἰάομαι μᾶλλον ἰάσομαι, & ἴσομαι, quod est mederi, & sanare, deductum est: inde nomen ἰατρὸς, quod creatorem, siue medicum significat. Epiphanius in Panario de Nazarenis, & Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi decima deduci posse asserunt. Imò Philo Alexandrinus libro de vita cõtemplatiua, nostros

Matt. 16. *Nonnus Paraphrast.*

Horũ nominũ etymologiæ: Tu es Simon filius Iona, seu Iohãna, explicantur.

Hebræorum interpretationes nominũ cuius sint.

Matt. 2.

Infra 27. Psal. 21.

Cephas siue Cipho quid sit.

Ioseph. li. 6. de bello Iud. c. 3. Fortassis Iosephus filius Gorionis qui Hebraicè scripsit de bello Iudaico, & fuit æqualis Iosephi alterius, cũ eius faciat mẽtionem lib. 2. de bello Iud. ca. 25. vbi dux belli cũ Anano Pontifice cõtra Cestiũ proficiscitur. Cephas, & Κεφαλὴ quid differant. Vnde nõnulli idem esse putauerint.

Luther. Caietan.

Quo sensu vocem illam Cephas pro capite Patres vsurpauerint

Anacl. Papa. Optatus Afer.

Petrus Apostolorum coryphæus.

Dion. Areop.

Græcè κορυφὴ, propriè quid.

Greg. Nazian. Aug. tract. 7. in Ioan. circa med. to. 9.

Iesu nomen vnde deductum sit.

Epiphan. Cyrill. Ierosol. Philo Alex. part. 1.

Iessæos Philo θεραπευτὰς cur nominet.

laudat, quos vocat Iessæos à nomine Iesu: quos etiam θεραπευτὰς, à curādis animorum ægritudinibus vocat. Simile ergo quid accidit in nomine Cephæ: existimo enim; illos magis ad rem ipsam, & ad sensum aspexisse, quàm ad etymologiá vocis: etenim illa petra erat destinata, vt esset caput, & fundamentum, vt testatur B.Hieronym. Nam ideò scriptum est: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Ergo vera est expositio, non tam nominis, quā rei, & sensus. Vt enim Christus petra est, & caput, & ferè idem significatur vtraque voce: ita de Petro electo in caput Ecclesiæ, & in lapidem fundamenti, super quem constructum est templum Dei viui, idem dixerunt esse Cepham, & Κεφαλὴν. Est ergo sensus: Ego qui sum petra primaria, siue petrarcha, nomen, atque potestatem meam tibi communicabo, tibi vt solido in fide nitantur alij, vt fidem tuam confiteri cogantur. Non fuit autem vocatus Petrus ex eo tempore, quia de futuro ait, *Vocaberis:* nec Matth.16. quia iam erat: dixit enim illi; *Tu es Petrus, & super hanc petram, &c.* sed Marc. 3. quando vocauit ad se quos voluit ipse, & fecit vt cum ipso essent duodecim, quos & Apostolos nominauit: & imposuit Simoni nomen, Petrus. Cùm enim assumptus est ad Apostolatum, tunc indidit illi nomen Petri, quemadmodum filijs Zebedæi nomen Boanerges. Eiusmodi verò nominis mutatione signata est noua vita, & nouus ac primus filius Christi, qui olim erat filius Iona, vt sit typus aliorum lapidum, qui si naturaliter non repugnant veritati, Dominus intuetur eos oculo misericordiæ, naturam imperfectam ac debilem fide cōfirmatam reddens. Est enim esse Simonem, actu obedientiam præstare & credere: esse verò Petrum, est, recipere fidem infusam cum charitate. Vt autem mysterium appareret, quodque gratia minimè erat ei data à natiuitate, sed longè pòst, nomen ei postea mutauit, quemadmodū fecit cum Abraham, & cum Sara; non autem ab ipsius ortu, vt fecit cum Ioanne Baptista. Atque illo suo intuitu Christus, siue aspectu Petrum ad tantam dignitatem euexit. Etenim ille est de quo dicitur: *& humiliat respicit in cœlo, & in terra. Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem; vt collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi sui.* Et nomen Petri in capite libri, id est, Christo, scriptum est. Qui ne insipienter existimetur totius Ecclesiæ pondus, ac gubernaculum vnius hominis humeris imponere; priùs ostendit se scire præsentia, & præterita: præsentia quidem, dum ait: *Tu es Simon filius Iona:* futura verò, cum inquit: *Tu vocaberis Cephas,* siue Petrus, lingua Syriaca, & Græca. Vt enim Iesus pastor, & caput, tum Iudæorum, tum Gentilium, Hebraicè quidem dictus est Messias, Græcè verò dictus est Christus, vt in verbis superioribus proximè Euangelium expressit, dicens: *Inuenimus Messiam, quod est interpretatū, Christus:* ita Dominus Vicarium suum vocari voluit voce Syriaca Cephan, & voce Græca Petrum, vt agnoscatur pastor ouilis ex Iudæis, & Gentibus constituti, atque eum præficiendum Ecclesiæ vniuersæ. Simili ratione docet Paulus, Spiritum in nobis clamare Abba (Pater) voce Hebræa, & Græca eiusdē significationis eum non tantùm Iudæorum, sed etiam Gentium Patrem per Christum constitutum. Agnouit in his verbis Chrysostomus primus, ac Cyrillus Alexandrinus, quòd in eo, tanquam in petra, lapideque firmissimo, suam esset Dominus ædificaturus Ecclesiam. Honorauit autem Christus Petrū hoc loco, quemadmodum olim Assuerus Mardochæum; vt intelligamus quo loco sit à nobis in terris habendus Christi Vicarius, quem ipse tanto honore dignatus est. Nam hinc totius Ecclesiæ pendet salus, si se vniuersæ Christi oues ei subdant, eumque vt oues pastorem audiant, & sequantur. Etenim filius, qui lege tenetur honorandi parentes eiusmodi honorem obedientia potissimū, atque operibus testificari debet: ad eum modū nos Petri successorem, & pastorem obedientia honoramus, quam illi propter Deum impendimus gratia & meritis Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto semper viuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

Ibidem. Quid hæc nominis Petri mutatio signet.

Psal.117. Matt 21. & sæpè alibi.

Quid significet verbum illud Domini de Petro: Tu vocaberis Cephas. Simoni nomen Petrus quando inditum fuerit. *Matt.16. Marc.3.*

Esse Simonē, & esse Petrū, quid sit.

Simoni cur mutauerit Christus nomen. *Gen.17. Ibidem. Luc.1.*

Christi Petrū aspicientis quanta vis. *Psal.112.*

Psal.39. Quare Christus Petro cuius filius esset & quo deinceps nomine vocandus esset, præfuit. Christi Messiæ præcinuit.

Petri Christi Vicarij munus.

Rom.8. Gal.4.

Chrys. in Ioan. hom. init. tom.5. Cyril. lib.12. Esther 6. Quo loco à nobis habendus Christi Vicarius.

Exod.21. Matt.15.

TRACTATVS XVIII.

In illa verba: *In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, &c.* vsque in finem capitis.

ENARRATO fructu prædicationis Ioannis Baptistæ, describit Euangelista virtutem, non prædicationis Christi (non enim publicè prædicauit, vsque quo in vincula Ioannes esset coniectus, vt dicitur Matth. 4.) verùm colloquij familiaris

Euangelij scopus.

Matt.4

Quo crastino Iesus voluit exire in Galilæam.

In Galilęam, terram videlicet cōtemptibilem, & obscurā, cur voluerit exire.

Quis exitus ille fuerit in Galilæam. *Matt.4. Ioan.4.*

Quibus de caussis Dñs exierit in Galilæam. II. & III.

IV. & V.

1.Cor.1. VI. & vltima ratio exitus Christi in Galilæam.

Ioan.1.

Christi, Ioannis prædicatione longè efficacioris. Ait ergo: *In crastinum,* scilicet à die vocationis Andreæ, qui vel eadem die vocauit fratrem Simonem, vel quia erat edoctus de Messia die sequenti. Et dicitur Crastinum, ob verba, quæ Christus dixit ad Petrum. *Voluit exire in Galilæam.* Christus tunc in Iudæa versabatur, à qua egredi voluit in regionem Galilææ, quæ præ illa contemptior erat, quòd ex ea nullus vnquam magni nominis fuisset ortus. Et tamen Christus eo proficiscitur: videlicet quia nihil est tam humile, quod ipse dedignetur, dummodo salutis desiderium adsit. Est autem sermo de exitu Iesu in Galilæam, non de quo loquitur Matthæus capite 4. & Ioannes cap. 4. nam ille accidit post coniectum Ioannem in carcerem ab Herode; hic autem exitus anno & eo amplius superior est: namque die Azymorum sequenti Pascha, quo de Ioan. 5. Ioannes custodiæ est mancipatus. Atque hic exitus non est profectus ab metu vllo, Ioannes enim nondum quicquam patiebatur; nec Christus, qui postea securè atque intrepidè prædicabat in Iudæa vsque ad Ioann.7. caput, quicquam metuebat: sed in primis hic in Galilæam egressus ipso tacente ob Ioannis honorem factus est. Deinde, ne præcursionis eius tenor impediretur, ac cursꝰ, superfluè loquente verbo, quod satis per Ioannem vocem loquebatur. Adhæc, ne daretur inuidiæ locus propter hominum infirmitatem, quomodo discipuli Ioannis baptismo Christi, quo plures baptizabantur, sunt offensi; & Dominus ob eam causam cessit, discessitque in Galilæam: vt habes in fine 3 cap. & initio 4. Ioannis. Item quia tunc Christus antequam signa ederet, euangelizaretque acceptatus minimè fuisset, præsertim in eo loco, vbi Ioannes tantæ autoritatis in vita, doctrinaque agebat. Amplius, vt pauperes ac rudes discipulos congregaret, & vocaret: nam illi minus crucem, vitamq; duram & pauperem horrebant, minusque mundi huius curis direbant, quæ illis similes Galilæos stracti erant: ac vt illis similes Galilæos conuerteret, & per eos alios, id est, Iudæos, sapientia atque diuitijs inflatos, spiritualia-que postremo loco habentes. *Contemptibilia enim huius mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* Tandem, cùm Christus in Galilæa nutritus esset, scire possent Galilæi, quòd ea quæ Christus agebat, diuina erant, cùm ante illa eum cognouissent. Primos ergo lapides ædificij Ecclesiæ suæ cōtra omnem humanam sapientiam, è Galilæa, humili scilicet & contempto loco, vnde propheta nullus surgebat, eligere decreuit: innuens quòd in crastinum gratiæ Dei à Iudæis ad Gentes; atque à labijs confitentibus sapientibusque in oculis suis, ad se bono exemplo, ac vitæ sanctitate mouentes, licèt ignaros & rudes exiturus esset. Sic Deus semper opera sua humiliter inchoat, & paullatim ad maiora progreditur; cùm contra mundus magnificè quidem incipiat, at infeliciter desinat & concludat.

Hoc exitu quid Dñs significauerit.

Et inuenit Philippum. Vt pastor ouem perditam errantemque, quàm nisi ille quæreret, atque in caulam reponeret, necessarium esset à lupo deuoratā perire. Et quanquam fortè obuius factus Philippus ei videretur, res tamen tota gerebatur diuina prouidentia, quæ ab æterno cognorat ac decreuerat, quos vellet Ecclesiæ primores promouere ac constituere: ita enim dicitur Dauidem fuisse inuctum, vt quasi Rex in solio sederet; ait quippe: *Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.* Nihil enim diuinæ sapientiæ potest abscondi. Ideò scilicet vel inuenit malos ad puniendum, vt Adam; vel non resistentes gratiæ Dei, atque pœnitentes, quo illos remissione peccatorum consoletur. Ac notatur electio Apostolorum peculiaris à Deo sine vllis meritis præcedentibus: nihil enim minus putabant illi pauperes piscatores & Galilæi, quàm quòd ad excelsas à Christo vocarentur sedes. *Non vos,* inquit, *me elegistis, sed ego elegi vos, &c.* Paulus verò aiebat: *Sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu.* Inuenit ergo Philippum, quia illum quærebat, & eo irer instituerat, vt inueniret. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Idcircò non dixit Reperit, quia casu reperimus quæ non quærimus; inuenimus quæ magno labore quæsiuimus, vt Poeta quidam rectè dixerit de casu quodam inuenta filia:

Christus vt inuenerit Philippum. *Luc.15. Psal.118.*

Tu non inuenta, reperta es.

Inuenire, & reperire differunt. *Ouid.libr.2. Metamorph.*

¶ *Et dicit ei Iesus, sequere me.* Iesus ante baptismum discipulos non habuit, sed post baptismum: nam cùm essent maximè teneri & infirmi, facilè offensi fuissent in tam longo eius ieiunio, & prolixis precibus: quemadmodum Marc.3. sui voluerūt eum tenere, dicebant enim: *In furorem versus est.* Iesus ergo, qui antea nullos habebat discipulos, sed erat subditus parentibus, vt Lucas testatur, testes tamen suæ vitæ innocentissimæ, Mariam matrem, Ioseph, omnesque Nazarænos habuit: post ieiunium verò discipulos assumpsit, non solùm vt testes essent vitæ atque prædicationis suæ, sed maximè vt doctrinam eius, moresque discerent atque imitarentur, iuxta id quod

Quando primum discipulos Christus habuerit. *Marc.3. Luc.3.*

Discipulos idem cur elegerit. *Ioan.15. Philip.3.*

Luc.19.

Matt.1.

ipſe Apoſtolis præcepit: *Sic luceat*, inquit, *lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona; & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* Dicit ergo ei plus intus, quàm foris; & non omnibus ita loquitur Dominus: *Sequere me.* Non te, vel Adamum veterem, aut dæmonem, alioqui præcipitaberis; ſed me, qui noui viam, & poſſum te liberare ab omnibus periculis; bellumque, in quo magna erunt ſpolia, aggredior, & propterea meum eſt eligere milites. Sequere ergo me, non cõmuni ſolùm ſequela, verùm peculiari cõſiliorum, & perfecta martyrij. Vocat autem & inuitat diſcipulos tanquam paruulos ad initia fauſta & proſpera; cùm tamen ipſe ſolus ieiunauerit, dæmonemque ſuperarit. Sequi autem poteſt quis Chriſtum, quia paullatim, vt gallina pullos præcedit: eundo autem ad paſſionem antecedebat eos, vt notauit B. Marcus capite decimo, & de nullo, cui quidem dictum ſit: *Sequere me*, legimus, quin poſt eum venerit, vt cõſtat de Petro & Andrea, Iacobo & Ioanne, Matth. 4. & de Matthęo Matthæ. 9. Quia verò certum eſt hic vocare Philippum Apoſtolum, neque conſtat de alia eius vocatione; videtur ab hoc tempore ſequutus Ieſum, atque eius diſcipulus effectus: ad quod non verbis tantùm Ioan. Baptiſtæ, ſed etiã Andreæ ac Simonis excitatus eſt; quod innuitur illis verbis: *Erat autem Philippus à Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri.* Verbum ergo Chriſti externum, eiuſque præſentia, atque Andreæ exemplum, in cauſſa fuêre, vt Ieſum Philippus ſequeretur, non autem ſignum vllum; cum tamen miracula præceſſerint in vocatione quatuor Apoſtolorum à Cana Galilææ, Matth. 4. ſiquidem præceſſerant nuptiæ, eiectio ementium & vendentium de templo, atque alia ſigna in paſchate, vt, ſignum multitudinis piſcium, & curatio febricitantis ſocrus Petri. Præſertim autem tractus videtur Philippus interna vocatione Dei: quia, vt Salomon ait: *Sicut diuiſiones aquarum, ita & cor Regis in manu Domini: & quocunque voluerit, inclinabit illud*, id eſt, ſiue ad iram, ſiue ad miſericordiam, vel ad timorem vel fiduciam inflectet. Videtur etiam differentia vocis Ioannis & Chriſti in virtute efficaci, quia hic ſtatim ſecutus eſt: nam Chriſtus in nuptijs diſcipulos habebat licèt non conſtet an ſecutus ſit ad Apoſtolatum relictis omnibus: nam & Andreas primò vocatus redibat ad piſcationem, nõdum omnibus dimiſſis. Et quia Petrus nõdum erat Apoſtol⁹, prior ponitur Andreas qui primus acceſſit, licèt prior ſecutus ſit Philippus.

Ieſum ſolum cur ſequi debeamus, & quomodo.

Quàm facilis Chriſti ſequela.

Mar.10. Vocatio Chriſti quàm efficax.

Matt.4.
Infra 9.

Quare Philippus Ieſum ſecutus ſit.

Matt.4.
Ioan.2.
Matt.8.

Prou.21. Cor Regis, vt ait Salomon, Deus quocũque voluerit, quomodo inclinet.

Ioan.2.

Andreę Chriſti imperfecta ſequela: eiuſdem cur prior quam Petri ad Chriſtum conuerſio deſcribit.

Erat autem Philippus ex Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri. Nullus ciuis Ieruſalem euectus legitur in Apoſtolum. Bethſaida, ciuitas Galilææ, prope ſtagnum Genezareth, quæ à fluuio, quem Ioſephus paruum Iordanem vocat, aquæductum habebat, nunc omninò deſerta. Hoc oppidum inſtauratum reparauit Philippus; & Iuliada vocari præcepit in gratiam Iuliæ Auguſti Imperatoris filiæ: vt docet Ioſephus libro 18. Antiquitatum, capite 1. Et quanquam Bethſaida vna fuerit è ciuitatibus, quibus Chriſtus horrendum illud Væ comminatus eſt, dicens: *Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethſaida*: tamen ex eadem ciuitate tres inſignes elegit Apoſtolos, quo commendaretur gratia Dei, qua ſuos etiam ex maſſa peccatorum, imò è medio Babylonis, & Sodomæ eripere poteſt. Significatque non eſſe tam malam ciuitatem, in qua non ſint aliqui boni. Rurſus, vt oſtendat, nihil officere neque repugnare, ex eadem natione, imò ex eadem patria, ſiue etiam cognatione, plures fieri Cardinales, ſi expediat, & Eccleſia ea ratione ſit magis illuſtranda ac decoranda. Interpretatur autem Bethſaida, Domus venationis, vel piſcationis, ſiue venatorum: quia inde prodierunt magni illi venatores, de quibus Propheta prædixerat: *Mittam eis multos venatores, & venabuntur eos.* ¶ *Inuenit Philippus Nathanael.* Minimè fuit inopinata hæc inuentio; quare nec vera eſt verſio Eraſmi, *Reperit*: nam præmeditata extitit, & quem quærebat, inuenit. Quemadmodum autem Simon ab Andrea fratre ſuo, ita Nathanael à Philippo ad Chriſtum deductus eſt, atque ab illo ſuſceptus. Ex quo nos doctrinam, ac conſolationem percipimus, nos per alios in baptiſmo ad Ieſum adductos eſſe, benigneque ab eo in numerum filiorum ſuſceptos. Cùm autem Chriſtus potuiſſet hoſce quatuor Apoſtolos vno verbo ad ſe vocare; noluit tamen, ſed per Andream Simonem, per Philippum Nathanaelem vocauit, quo maius meritum charitatis in vocantibus; & maior humilitas fidei, & obedientiæ in ſequentibus cõſiſteret: ita enim elucet magna Dei ſapiẽtia in operibus ſuis. Interpretatur porrò Philippus Os lãpadis: quæ quidẽ à Chriſto igne incenſa incæpit illuminare Nathanaelem, & poſt Chriſtũ in cœlos aſſumptum, totum mundum. Quis fuerit autem iſte Nathanaël, haud ſatis conſtat. Rupertus Tuitienſis in hunc locum ſcribens, exiſtimat vnum & eundem cum Bartholomæo fuiſſe: quod quidam etiam è recentioribus ſecuri ſunt. Etſi conjecturis dandus eſt locus, profectò non

Bethſaida quid, vbi à quo Ioſ. & quãobr. ſic dicta.

Ioſeph. lib.

Matt.11.

Luc.10. Ex oppi. Bethſaida ciuibus Chriſtus Apoſtol. legen.

Beth-ſaida quid ciuit.

Ierem.16. Simonis Andreæ Nathanaelis per Philippum ad Chriſtum deductio quid myſterij habeat.

Quare Chriſtus Sim. & Nathanaelem non ſtatim ſe, ſed poſt vocarit.

Philippus quis fuerit. Nathanael qui ille. *Rupert. Tuit. Ioan. Ferus Cornel. à Lap. B. Arias Mont. in c. 1. Ioan. & in c. Mat. &c.*

caret

Quibuſnam ex cõiecturis oſtendi videatur, Nathanaëlem ipſum eſſe Bartholomæum.

Bartholomæus quid ſignificet.

Mar.3.
1.Reg.17. ac ſæpè alias.
Deut. vlt. & alibi paſſim.
1.Reg.10.

Nathanaël quid.

I. coniect.

Ioan.2.

Secunda.

Ioan.21.

Tertia.

Matt.10.
Mar.3.
Luc.6.
Act.1.

Vnde illa roboretur magis.

caret magna probabilitate. Etenim Bartholomæi nomen non tam eſt Hebraicum, quàm Syrum, & ſignificat filium Ptolemæi, ſicut Bar-timæus dicitur filius Timæi Marc. 10. vel filius ſuſpendentis aquas, ſi eſſet Hebræum. Nec eſt nomen proprium Apoſtoli, non magis quàm Bariona proprium fuit Petri, aut Barſabas fuit nomen Iudæ, de quo Actorum 15. *Et Iudam qui cognominabatur Barſabas.* Idcircò à Ioanne expreſſum fuit proprium Nathanaël. Et ſicut Boanarges, quod eſt, filij tonitrui, fuit cognomen filiorum Zebedæi, & Iſai filius dicitur Dauid, & ciuitas palmarum Iericho, & Ciſ Saul: ita Nathanael proprium nomen fuit, & Hebræum, cognomentum verò fuit Bartholomæus. Nathanael, ſignificat Dei donum, propter quod à Domino vocatus eſt. Gratia enim Dei conſtat vocatio noſtra. Eſt ergo nomen proprium Nathanael, cognomen primò fortè à Chriſto impoſitum: Syriacum eſt Bartholomæus. Prima autem coniectura eſt: quia in hoc loco, vbi tantùm facta eſt mentio vocationis trium ad Apoſtolatum de eo eſt ſermo: cùm autem nullius alterius, quàm Nathanaelis ſubiungatur vocatio, videtur hic cum cæteris diſcipulis atque inter Apoſtolos computandus, qui cum Ieſu interfuit, vt diſcipulus nuptijs in Cana Galilææ. Deinde Ioannes capite vltimo, aliam præbet fortiorem coniecturam; ait enim: *Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanaël, qui erat à Cana Galilææ; & filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo.* Vbi vides, Nathanaelem nonniſi inter diſcipulos præcedentes & ſubſequentes connumerari: neque qualeſcunque, verùm quos conſtat Apoſtolos extitiſſe, & primarios. Atque hæc quidem coniectura meo iudicio non eſt leuis, ſed grauis, magnique momenti.

Tertia eſt: quia, vt conſtat ex alijs Euangeliſtis, ferè ſemper Philippo ſubijciuntur Bartholomæus, cùm cenſentur Apoſtolorum nomina. Dicitur enim Philippus & Bartholomæus, vt Matthæi decimo, Marc. 3. Lucæ 6. & Actorum 1. non ſecus quàm Petro copulatur Andreas, & Iacobo Ioannes. Cùm igitur Nathanaelem Philippus ad Chriſtum adduxerit, & alij Euangeliſtę perpetuò illum Philippo ſupponãt, haud obſcurè indicari videtur, Nathanaelem ipſum eſſe Bartholomæum. Confirmatur quę hæc coniectura, quia cùm Ioannes Euangeliſta diuerſis in locis Apoſtolorum ferè omnium meminerit, ſolius Bartholomæi ſub hoc nomine nunquam meminit: quemadmodum neque cæteri Euangeliorum ſcriptores meminerũt Nathanaelis ſub hac nomenclatura.

IV. coniect.

Quarta coniectura eſt: quoniam illi Chriſtus inquit: *Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis. Et dixit ei, Amen amen dico vobis, Videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra Filium hominis.* Hoc autem impletum eſt in die Aſcenſionis: nam tunc Ieſus cœlum aſcendit turmis Angelorum comitatus, vt exponemus. Conſtat autem in præſentia Apoſtolorum Chriſtum cœlos conſcendiſſe. Erat igitur de hoc numero Nathanaël, cui hoc ſingulariter eſt promiſſum: licèt non ſoli, quia non ſolus ipſe erat futurus præſens tanto ſpectaculo, ſed cum alijs, qui nondum vocati erant. Ob id dixit: *Amen amen dico vobis*: non autem Amen amen dico tibi. Adhæc Bartholomæus tam excellenti atque eminenti virtute præditus fuit, vt Origenes tradidiſſe à quibuſdam perhibeatur, ſe non poſſe aſſerere, quòd beatus Petrus illum ſanctitate præcelluerit. Quod conſonat cum teſtimonio Chriſti de Nathanaele, vbi dicitur: *Ecce verus Iſraëlita, in quo dolus non eſt.*

Lib.12. enarrat. Euangel. Act.1.

Ioan.1. Inſignis Bartholomæi ſanctitas, ex Origene. *Origen.*

V. coniect.

Quinta coniectura: Cùm multi Apoſtolorum fuerint binomines, vt conſtat de Simone & Petro, de Paulo & Saulo, de Ioanne, & filijs Zebedæi, qui dicti ſunt Boanarges, ſiue filij tonitrui, de Matthæo, qui dictus eſt Leui, de Thoma, qui cognominatus eſt Didymus, de Iacobo fratre Domini, qui dictus eſt Iacobus Alphæi, Simone Chananæo, qui appellatus eſt Zelotes, ac de Iuda, qui & Thaddæus & Lebbæus, denique Ioſeph, qui nominatus eſt cum Matthia ad Apoſtolatum, vocatur Iuſtus, & Barſabas, vt habes Actor. 1. Quid mirum ergo, Bartholomæum dictum Nathanaelem fuiſſe, atque ſub nomine Nathanaelis expreſſum Bartholomæum à Ioanne, Nathanaelem verò ſub nomine Bartholomæi ab alijs Euangeliſtis? Simili ferè ratione deſcribentes Matthæi ad Apoſtolatum vocationem, cùm priùs ſederet in telonio, Matthæus quidem minimè ſuo nomini pepercit; Lucas verò abſtinuit à vocabulo Matthæi, vocauitque eum Leui.

Mar.3.
Matt.10.

Act.1.

Sexta coniectura: Conueniens erat, vt in numerum Apoſtolorum aliquis ſapientia, atque legis peritia inſtructus coopta-retur, ne videatur Deus ſpernere ſapientes, qui Paulum, & Apollo Alexandrinum qui eloquens erat, & potens in Scripturis, vt Actor. 18. dicitur, vocauit ad ſe: quemadmodum nec potentes, vel nobiles ſpreuit, licèt quia pauci tales exiſtunt, & minus

Matt.9.

Luc.5.

VI. coniect.

Act.22.

Supra 15.
1.Cor.1.

sibi persuaderi, & se trahi sinunt, vocentur pauci.

Quod ergo Augustinus scripsit, Nathanaelem nequaquam fuisse Apostolū, quòd nimirum esset in lege doctissimus; ne tribueretur prædicatio Euangelica doctrinæ humanæ: instantiam habet in B. Paulo, & in Apollo dicto. Neque Apostolus dixit simpliciter, nullū sapientem ad Christum adscitum; verùm paucos sapiētes, sicut paucos nobiles, & paucos potentes.

Augustini Nathanaēlē negātis Apostolum, ratio diluitur. *Aug. tract. 7. in Ioan. paulò à med. to. 9. sub init.* *1. Cor. 1.*

Septima ac postrema est coniectura: Cū de reliquis omnibus ad Apostolatum, siue ad discipulatum Christi: in numero Septuaginta vocatis, mentionem faciant, vel Scripturæ canonicæ, vel veteres Patres, vel historiæ Ecclesiasticæ, quid egerint, cui Ecclesiæ præfuerint, aut quo mortis genere Deum glorificauerint: de isto tamē sancto Nathanaele, tantopere à Christo laudato, atque in vocatione Christi vsque ad resurrectionem Domini perseuerante, vt constat Ioan. vltim. nullus hactenus grauis autor extitit (quod sciam) qui de eius vita, doctrina, aut obitu aliquid scripserit: cùm tamen Hippolytus Martyr in libro de Septuaginta discipulis, aut B. Dorotheus in Synopsi Apostolorum & discipulorū Domini, aut Eusebius Cæsariensis, ne vel minimam quidem huius fecerint mētionem. Non ignoro, quosdam ex posterioribus, vt Petrum Natalem, & Georgium Viceliū, dixisse, Nathanaelem alio nomine dictum Vrsinum: quibus verò autoribus, aut idoneis rationibus illud euincant, planè non intelligo: neque etiam, quis fuerit ille Vrsinus, satis est exploratum atque compertum. Quare ne tanti viri memoria sepulta in tenebris delitescat, multo est probabilius, vnum fuisse ex Apostolis; nec vllum alium, quàm Bartholomæum. Etsi enim rationes hæ singulæ per se nō sint efficaces ac demonstratiuæ, omnes tamen istæ coniecturæ in vnum collectæ, magnum pōdus probabilitatis habēt: etsi nō desint nō vulgaris autoritatis scriptores, qui hanc sententiam improbent.

Ioan. 21.

Hippo. Mart. Dorot. Episc. Euseb. Nathanael aliàs qui dictus secundū aliquos *Petr. à Nata. Georgius Vicel.*

Sequitur: *Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ: inuenimus Iesum filium Ioseph, à Nazareth.* Nouerat Philippus Nathanaēlem in lege Domini esse peritum, propterea ad Moysen, ac Prophetas mittit illum. Scripserunt autem Moyses & Prophetæ de Christo, atque de illo, vt proposito sibi argumento, libros propheticos contexuerunt. Et innuit se ex parte eruditum, à Christo quoq; edoctum, dum ait: *Inuenimus Iesum*, esse illum ipsum, de quo scripsit Moyses in Lege & Prophetæ: Inuenimus autem ostendēte lucerna Ioanne, & Sole ipso iustitiæ Christo se detegente atque declarante. Lex autem Moysi quatuor prioribus voluminib⁹ constabat, quemadmodum Euangelium quatuor constat Euangelistis. Siquidem Deuteronomium repetitio est priorum librorum. Prophetæ porrò Moyse minores erant, saltem in edēdis signis: Dauid verò non tam erat Propheta in prædicendis futuris euētibus, quàm in Psalmis componendis, atque Dei laudibus prēcinendis. Vocat autem Philippus Iesum filium Ioseph, quia sic existimabat ipse: nondum enim edoctus videtur fuisse de mysterio incarnationis. Eratque filius Ioseph quantū ad omnia alia ministeria & obsequia, carnis copula excepta. Hinc beata virgo dicebat: *Pater tuus & ego dolentes quærebamus te:* na n vel solùm nutriens pater appellatur, quanto ergo magis qui reliqua omnia officia parentis præstabat? Quia ergo multi Iesus dicebantur, ad aliorum distinctionem dicit Iesum filium Ioseph. Et addit à Nazareth, quia Nazarenus erat: & in Nazareth conceptio celebrata est. Ignorabat quoque mysterium natiuitatis in Bethlem, sicut Iudæi Ioann. 7. vocatur à turbis Iesus Propheta à Nazareth, Matth. 21. & à Pilato in cruce Iesus Nazarenus, ab Angelo item in resurrectione sanctis mulieribus dictum; *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, &c.* Interpretatur autem flos: de quo dictum est: *Et flos de radice eius ascendet:* atque in hoc flore humanitatis sanctę requieuit apis filij Dei, vt mel nobis æternæ gloriæ conficeret: licèt enim ex falsa Iudæorum persuasione, putantium Christum natum in Nazareth, nomen Nazareni sit ortum, atque deriuatum; tamen quia verè quadrabat, & consonum erat ei, atque ita placuit Spiritui sancto, non dicitur ab Ecclesia Iesus Bethleemita, sed Nazarenus.

Philipp. Nathanaēlem ad Legem, & Prophetas de Messia disserentes, cum miserit.

Quo duce Philippus, & Andreas Iesum scilicet

Messiam uenerim⁹

Dauid q qualis fu Prophet

Philip. I filiū Ios cur non

Ioan. 6. & alī. pa Luc. 2.

Quare à zareth ei dixerit. Sup. 1.

Ma 22. Ioan. 19.

Mar. 16. Nazaren quid int pretetur. Esa. 11.

Iudæi Ie Nazaren potius qu Bethleem vnde po rint, sed sò.

Et dixit ei Nathanaël: Quoniam qui credit citò, leuis corde est; ideò Nathanael etsi simplex, prudens fuit tamen, interrogans, *A Nazaret potest aliquid boni esse?* Non videntur hæc verba assueuerāter dicta, vt quidem D. Augustinus legenda esse contendit dicens Nathanaelem audito nomine Nazareth, in spem erectum Christum à Nazareth, prodituru⁹, eò quòd esset legis scrutator egregius: tum quia videtur mysteriū valde reconditum; tum quòd non dixisset Philippus: *Veni, & vide.* Neque minùs ironicè, vel derisoriè, aut calumniandi animo dicta sunt; sed interrogat solùm dubitans de loco natiuitatis, cùm alia omnia quadrarent, vt Cyrillus, & Chrysostomus sentiunt, cui fauet responsum Philippi, *Veni*

Ecclesiæ. Quo anī dixerit N thanaēl: Nazareth est aliq boni esse. *B. Augu.*

B. Cyril. l. in Ioan.

B. Chrysost. hom. 1. Scientia interdum fidei cur incommodet.

Aliquid boni Nathanaēl cur Messiam nominet. *Ioan. 7.*

Quare Philipp. dixerit Nathanaēli: Veni, & vide.

Ad Christū quos hic nos docemur adducere.

& vide. Et vide, scientiam quandoque impedimento esse ipsi fidei & ob causas dubitandi, & ob existimationem, ne fortè in discrimen veniat propter fidem. Semper enim caro solet offendi rebus abiectis, propterea quòd non aspirat nisi ad excelsa & magnifica.

Vocat autem aliquid boni messiam, quia ipse est totum bonum nostrum. Nil ergo boni habemus præter Christum, licèt nos quandoque contrarium existimemus. In eodem spiritu dictum est Nicodemo Ioan. 7. *Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit*, id est, Messias, qui per excellentiam dicitur Propheta. ¶ *Dicit ei Philippus: Veni & vide.* Philippus cùm rudis adhuc esset, & nil nisi simplicem fidem haberet, nōdum hunc explicare nesciebat, inuitat ergo Nathanaelem ad fontem ipsum, nihil dubitans quin viso eo & gustato, sit crediturus quam primum. Atque hinc docemur ad Christum eos adducere, quibus vel propter nostram imperitiam, vel propter ipsorum obstinationem & pertinaciā persuadere non possumus. Ac prudenter nescientes respondere, accurrimus ad scientem; & propter verum inuentum spernimus verisimile. Sanctaque obedientia, atq; desiderium sciendi Nathanaelis exprimitur: qui verò mente & opere venit ad Christum, dignus est, qui per gustum & gloriam illum videat. Petrus verò, qui simplicitate præditus erat, nihil tale Andream interrogauit: & vterque talentum exercens suum, meritum apud Deum habet.

Vt viderit Iesus Nathanaēlem venientem ad se. *1. Reg. 16.*

Quales nam cernat Iesus,

Triplex conuersionis modus Domino vsitatus.

Vnde nouerit Iesus Nathanaēlem esse verè Israēlitam.

Christus eā libens videat Israēlitam.

Vidit Iesus Nathanaël venientem ad se. Vidit oculis misericordiæ & gratiæ suæ cor hominis penetrantibus: quia homo videt ea quæ patent, Dominus autem intuetur cor. Videbat igitur qua animi simplicitate ad se accederet: ac tales Iesus cernit infundendo lumen, ex quo, & dono Dei, quod Nathanael significat, fides oritur. *Et dicit de eo.* Olim incognito, quod ad faciem attinet, vt eum ex scientia quam amat, & cuius est capax, conuertat. Simplices autem, & scientiæ minimè capaces, ac rudes, per signa potius conuertit. Efficacior autem, & rationi magis consonus modus conuertendi est ille, qui fit per Prophetiam: nam dæmones, & magi possunt facere multa præstigia, ac in speciem admiranda, at non possunt prædicere effectus à causa omnino libera pendentes, vt Christus hic fecit. Ex quo saltem elicitur, Christum reuelationem Dei habuisse, licèt non possit colligi, quòd hinc Iesus probetur Deus ¶ *Ecce verè Israëlita.* Placet Christo eiusmodi viros videre, atque alijs demonstrare, quia ipse totus est candidus, & columbinus. Vocat autem verum Israelitam, ad differentiam carnalium: nec enim omnes qui ex circuncisione sunt Israel, ij sunt Israelitæ, vt ait Apostolus, sed ij tantum, in quibus non est dolus, & qui recto sunt corde: qui Deum videre sitiunt: quique sanctum Israelem in fide, & simplicitate cordis imitantur. Quemadmodum quoque apud nos, non omnes verè Christiani sunt, qui Christiani vocantur, verùm hi, qui fide atque operibus Christum referre conantur. Veri ergo Israelitæ ipsum Iacob, siue Israelem imitantur. Erat enim Iacob simplex in bono, non venator, id est, sapiens in malo, vt Esau frater eius, in quo erat dolus. Deinde prudens erat in malo; ideò supplantator. Verum etiam Israelitam appellauit, ad innuendum quòd ex simplici prudentia, prudentique simplicitate Nathanael dixerat: *A Nazareth potest aliquid boni esse?*

Qui sint veri Israēlitæ.

Rom. 9. *Psal. 31.* *Psal. 72.*

Veri Christiani quinam.

Veri Israēlitę Iacob imitatu. dupliciter. *Gen. 27.* *Supra 15.*

¶ *In quo dolus non est.* Videbat ergo Iesus sedem doli, nempe cor: & hic in gratia Dei erat. Nec sufficeret homini extra gratiam Dei existenti, fateri gratiam Dei, vt non esset in eo dolus, nisi simul peccatum detestaretur. Quia verò virtus laudata crescit, potuit Christus Nathanaelem laudare: *In quo dolus non est.* quia non animo tentandi curioso, sed studio salutis suæ, & eius doctrinæ, quæ vitam parit, ad se veniebat. Dolus autem maximus est, cùm mentitur iniquitas sibi, nec veretur sibi adscribere quod non habet, vel suis meritis, quod singulari Dei gratia habuit. Dolus etiam est, cùm quis se alijs præfert in corde suo, illosque contemnit. Dolus item est in eo, qui mentitur, siue in eo qui ironicè agit, & sine causa simulat, vel dissimulat.

Nathanaēl quoque cur verus Israēlita dictus à Domino. *Ioan. 1.* Nathanaēl quare sine dolo Christi testimonio. Virtus quæ crescat.

Psal. 26. In quo dolus verè sit, ex tribus agnosci potest.

Dicit ei Nathanael, vnde me nosti? Vel hoc verbo insinuat agnoscere se Dei dono simplicem, verumque Israēlitam. Falsi namque Israēlitæ nimiū laudibus suis delectantur, non attendentes, an laus ex hominibus, an ex Deo proficiscatur, verane, an falsa sit. Verus autem Israēlita, qualis erat Nathanaēl, vt prudens, cauet adulationem, iuxta illud; *Populi mei, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Et ait: *Vnde me nosti?* id est, Qua ratione fidem facies te nouisse animum meū, & in eo dolum non esse?

Quo verbo Nathanaēl se verum prodidit Israēlitam.

Falsi Israēlitæ symbolū.

Esai. 3.

¶ *Respondit Iesus, & dixit ei, Priusquàm te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te.* Quo verbo euidenter declarauit se nequaquam latere occultas, absentesque hominum cogitationes. ¶ Et in primis dicendo, *Priusquam te Philippus vocaret*, significat se tempus cognouisse: cùm ait, *Sub ficu,*

Christus nouit abscōdita cordis & quicquid occultum.

indicat se nouisse locum, distinctamq; speciem arboris, quæ res arguunt Christum plusquam hominem. Dicendo autem: *Vocaret te*, insinuat se nouisse verba, quæ ei dixit Philippus. Sed quoniam hæc omnia Angelus nosse poterat, imò dæmon potuisset reuelare; propterea, ne ab aliquo sibi detractum, vel dictum existimare posset, addidit, *Videre*, oculis nimirum diuinitatis: & proinde mirum esse non debet, si te intus, & in cute nouerim. Quidam meditantur, Nathanaëlem sub ficu de se ipso aliquam magnam victoriam habuisse, vel aliquod magnum Dei donum impetrauisse: quod quidem Christus illi detegendo, prodit se Deum, atque eius gratiæ, siue victoriæ autorem. Verùm non existimo opus esse hæc meditari, vel fingere. Ideò Christus innuit, haud fuisse rationem hanc magnam, vel vrgentem ad credendum: quia illi dixit; *Maius his videbis.* Simplex tamen, atque ad credendum propensus, ex persuasionibus, & argumentis paruis, simul & interno tractu mouetur. Potest tamen Deus magnis signis propositis parũ trahere, paruis autem inductionibus multum. Vidit etiam Nathanaelẽ, cùm esset in lumbis Adæ, & sub arbore ficu, ad cuius folia confugit sub peccato prædestinando ad vitam, & iustificare, & vocare proponendo, cùm esset sub vmbra peccati, sterilis vt ficus maledicta, vel sub vmbra legis.

Respondit ei Nathanael, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël. Hinc apparet, quod Dominus dixit Ioan. 7. *Si quis voluerit voluntatem eius facere* (id est, Patris) *cognoscet de doctrina mea.* Apparet etiam, quid fructus fecerit admonitio illa Malach. 4. *Mementote legis Moysi*: quod scilicet qui eius meminerunt, facilè Messiam agnoscere potuerunt, illum scilicet esse, de quo Moses Deuter. 18. Nathanael ergo oculos accepit, quibus Messiam agnosceret esse Iesum. Ac in primis vocat eum Rabbi, quòd videret, eum perfectum in scientia. Deinde eum vocat Filium Dei cum articulo ὁ υἱὸς, nempe naturalem, & vnigenitum, quemadmodũ hic Nathanaël, Martha, Cẽturio, & nautæ eum vocarunt, Petrusque, cùm dixit, *Tu es Christus Filius Dei viui:* cuius fides, siue confessio fidei, quia typus est omnium, laudata & commendata fuit à Domino, sicut & in Abraham. Contra verò omnes reprobi in Iuda proditore, & Antichristo vituperantur atq; damnantur. Nam si de adoptiuo esset sermo, non diceret Christus absolutè: *Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis:* nec singulariter adoptiuum Filiũ Dei confessus est, ideò à Christo minimè beatus prædicatur, vt Petrus, ob id ad maiora eleuare atque prouehere eum promittit Christus, cùm ait: *Maiora his videbis.* Petro autem reuelatur à Patre cœlesti ex fide inclinante, vt credat Christo dicenti, quemadmodum omnes credentes hanc reuelationem accipiunt. Ad hæc, vocat eum Regem Israel, id est, Messiam, qui tanquam Rex spiritalis veros Israëlitas erat ducturus; licèt fortè putaret eum temporalem, quemadmodum Apostoli vsque ad ascensionem vulgari Iudæorum opinione imbuti, dicebant: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël?* Luctabatur igitur olim simplicitas cum Deo; & Israëlita videbat Deum. ℣ *Maius*, inquit, *his videbis.* Nempe vt agnoscas me Filium Dei naturalem, per omniaque Deo æqualem Patri. Et credas me non Regem Israël tantùm, sed Regem omnium seculorum, imò & dominum Angelorum. Vel, *maius videbis*, id est, plura, & maiora signa: quia qui benè vtitur accepto talento, dignus est qui eius incrementum recipiat.

Et dicit ei, Amen, amen dico vobis, videbitis cœlum apertum. Inter multa alia diuinitatis Iesu argumenta, producitur hoc de ascensione Domini, in quo se manifestè Deũ ostendit. Quia verò ait, *Videbitis cœlum apertum*: insinuat aliquid corporeis oculis ab omnibus videndum; itaque non est hic sermo de apparitione Angelorum in Natiuitate, vel Baptismo, quando columba, in qua erat Angelus, capiti Christi insedit. Nam hæc præterierant, nec visa sunt ab his; sicut nec in deserto, quando Angeli DOMINO ministrabant, nec in Transfiguratione, vel in Passione, aut in Resurrectione: vt quidam magni viri docent, nempe Cyrillus, atque Theophylactus. Siquidem nulla legitur cœli apertio visa; tantùm à mulieribus visi sunt Angeli in Resurrectione, vt Scriptura testatur: quæ tamen nõ asserit visos ab istis. Rursus nec de duobus illis Angelis intelligi potest, qui in die Ascensionis apparuisse leguntur Apostolis. Non enim testatur Scriptura, quòd in corpore assumptò ascenderint, & descenderint supra Filiũ hominis. Rupertus Tuitiensis cœlum dicit apertum fuisse per Christi Passionem, quando patefacta est fidelibus cœli ianua. Ex eo autem tempore factam esse concordiam inter Angelos & homines talem, vt Angeli descendant ad animas Sanctorum è corpore egredientes, & ascendant vnà cum ipsis, vt eas deducant per ianuam cœli patentem ad æterna gaudia. Sed tametsi hæc vera sint, non tamen huic loco conueniunt. Apostoli enim in

Passio-

Quo Christ' oculo vidit Nathanaelẽ sub ficu.

De hoc quòd Christus vidit Nathanaelẽ sub ficu, minus cõmoda quorundam meditatio reijcitur.

Quando etiã viderit Christus Nathanaelem sub ficu. *Gen. 3.*

Matt. 21. Deut 18.

Digonus quare Nathanaël fuerit Christum nosse Filium Dei. *Ioan. 7. Malach. vlt.*

Nathanael cur vocauerit Christum Rabbi.

Eum dẽ qualem Filium Dei nouerit, dixeritque. *Ioan. 11. Matt. 27. Supra 14. Infra 16. Gen 15.*

Christus Nathanaelem se Filium Dei confitẽtem, cur beatum, vt Petrum, minimè prædicauerit.

Matt. 16.

Quare Nathanael Christum, Regem Israël nominauerit.

Act. 1.

Gen. 32. Quid mirum de Christo dixerit Nathanael, iuxta eius rationium. *1. Tim. 2. Hebr. 1. & 7. Matt. 11.*

Quòd eum viderit apertum, & Angelos Domini descendentes & descedentes supra Filium hominis, & postoli. *Luc. 1. Matth. 3.* Primus ipse, qui vidit.

Infra 4. Infra 17. Luc 22. Infra 24. & seq. Ioan. 20.

Act. 1.

II sensus, & ipse communis. *Rupert. Tuitien. in Ioan. lib. 1.*

Passione cœlum apertum minime viderunt. Nec dicit Angelos ascendentes & descendentes super animas electorum de corpore exeuntes, sed supra Filium hominis. Superest igitur vt dicamus, in die Ascensionis Christi, in loco, in quo Dominus euanuit ab oculis Apostolorum, & paullò ante illum visum fuisse hiatum magnum, ac lucidum fulguri coruscáti similem, quo significaretur quòd verè cœlos intrabat; & illud nobis testaretur. In illo autem spatio in signum lætitiæ nonnulli Angeli visi sunt descendere, tanquam occurrentes Christo honorificè excipiendo. Alij autem visi sunt ascendere, velut annuntiantes aduentum magni Regis: quemadmodum in die iudicij apparebunt Angeli, cùm Christus in sede maiestatis ad iudicandum venerit, lateri illius assistentes. Vnde in Ascensione descendentes Angeli quærebant ab ascendentibus, *Quis est iste, qui venit de Edom?* &c. & alij respondebant, *Iste formosus in stola sua*, &c. Stupendum autem erat cernere Iesum hominem ascendentem, ita vt Angeli dixerint: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum?* Ascensio autem terminus est gestorum Filij hominis, sicut videre sub ficu, est initium, quod Angeli, ne dum Rex Angelorum, poterant videre. Quòd si, cùm ait: *Videbitis cœlum apertum*, sermò esset de visione mysterij Ascensionis per fidem, nequaquam esset peculiare Nathanaeli, aut illis Galilæis, quibus tunc loquebatur. Simili ratione dixit Ioan. 6. Capharnaitis: *Hoc vos scandalizat?* (scilicet quod dixi: *Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi.*) *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?* Ita modò alloquitur Nathanaelem, quasi illi diceret: In ascensione, vel post ascensionem meam accepto Spiritu sancto, videbis quomodo ego sum Rex Israel: sicut Actor. 1. Dominus quærentibus de regno Israël restituendo respondit: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes*, &c. In hoc autem designabatur Christus DEUS, qui ita propria vi cœlum ascendebat: cuique Angeli, tanquàm Regi, vel Principi ministrabant. Atque hæc deitas, & regnum super Angelos, ne dũ super Israël, ad erudiendum Nathanaelem erat accõmodata. Innuitur etiam Deus ob Angelos ascendentes, qui longè sunt inferiores; & homo ob Angelos ascẽdentes, id est, superioris naturæ. Rursus innuitur, quòd etiam homini Deo Angeli ascendunt vt lapides, qui ab eo veluti fundamento seruati sunt: descendunt verò, ministrando.

Ad hæc, insinuatur etiam Christus lapis fundamenti, super quem securè dormit quiuis, qui velut Iacob vnctus est oleo Spiritus sancti, & erectus in titulum, cui ministrant Angeli. Idem enim Christus vt homo, lapis est; vt Deus verò, innixus est gradui supremo scalæ, qui quidem gradus, sanctus Ioseph fuit in eius genealogia, quæ ab Euangelistis est contexta tanquam scala quædam. Si ergo Israëlita es, ô Nathanael, videbis me signatum per scalam, quã vidit Israël, qui typus est Apostolorum, qui cœlum peccato clausum, viderunt per Christum apertum, & Angelos homini reconciliatos ascendentes illuc cum animabus. Idcircò boni prædicatores, Angelorum instar, Christum lapidem erigunt ascendendo, sublimia scilicet vel contẽplantes, vel prædicantes: atque descendendo, humilia nempe meditantes, vel agentes ad Christi gloriam. Verum hic sensus, quem Augustinus sequitur, & per quem Angelos pro bonis prædicatoribus accipit, moralis est potiùs quam literalis. Hoc ergo loco Christus alludit ad scalam illam, quam per somnum vidit Iacob; imò in se verè implendum dicit, quod Iacob dormiens viderat: namque per Christum cœlum est apertum; & paries inimicitiarum dirutus: ipse est scala, quam vidit Iacob: quia *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis, qui est in cœlo*: & per ipsum accessum habemus ad Patrem, teste Paulo. Ipse est via, veritas, & vita. Hæc scala cœlum, & terram tangit: quia ipse tùm homo, tùm Deus est, & omnia implet. *Cœlum* inquit, *mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum.* Per ipsam Angeli ascendunt, & descendunt, quandoquidem propter Christum eorum Principem ac dominum, nobis ministrant in spiritualibus; & interdum etiam, cùm opus est, in temporalibus: ac suo exemplo nos excitant, vt per hanc scalam ascendamus ad DEUM, atque ad cœlestia contemplanda; & descendamus ad opera charitatis proximo impendenda, quibus vitam æternam promereamur, præstante Domino nostro Iesũ Christo, cui cum Patre & Spiritu Sancto detur omnis laus, gloria, honor, & imperium in secula seculorum, Amen.

III sensus, qui probatur & recipitur.

Matt. 25.

Zsai. 36.

Act. 1.

Ioan. 6.

Act. 1.

Quid ea cœli aperti visione, Angelorũ descensu, atq; ascensu supra Filiũ hominis Dominus insinuauerit.

II. ac III. mysterium.

IV. mysteriũ

Gen. 28.

Matth 11.

Luc 1. Gen. 28. Israel quorũ typus.

Boni concionatores vti descendant, & ascendant supra Filium hominis. *B. Aug. Tract. in Ioan. tom. 9.*

Gen. 28. Scala Iacob cur mystica Christus. *Ioan. 3. Ephes. 2. Ioan 3. Rom. 5. Ephes 2. & 3. Ioan 14. Esa vlt.*

Per eam vt descendant Angeli, atq; ascendant.

TRA-

TRACTATVS XIX.

In illa verba Ioannis. 4. *Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi, quòd Iesus plures discipulos facit & baptizat, quàm Ioannes (quanquàm Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. Oportebat autem eum trãsire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar,* &c.

ORdo ipse historiæ postulare videbatur, vt cum his, quæ explicauimus, subinde connecterentur quæ cap. 2. & 3. Ioannes commemorat; maximè cùm ibi dicatur: *Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ*; vt videantur illis coniunctissima quæ primo capite dicuntur. Sed quoniam quæ cap. 2. habentur, ad librum Miraculorum spectant; quæ verò in 3. ad librum Disputationum: proinde vt ordinem à nobis præscriptum seruemus, cogimur, illis, vtpote suo loco exponendis, prætermissis, ad historiam hanc Samaritanæ saltare. Quia verò in principio huius capitis mentio fit de secessu Iesu in Galilæam, qui idem est prorsus cum eo, quem Matthæus cap. 4. & Marcus ca. 1. narrant; vbi dicitur: *Quum autem audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam*: propterea hoc loco ante omnia, præmittenda est historia coniectionis Ioannis in carcerem per Herodem, quã Lucas quidem cap. 3. narrauit per figuram anticipationis, siue præoccupationis, antequam describat Christum à Ioanne baptizatum: nec enim à Ioanne in carcere existẽte baptizatus est Christus. Ioannes etiam eadem anticipatione vsus in hac historia describenda, postquam dixisset: *Erat autem & Ioannes baptizans in Aenõ iuxta Salim*, &c. subiunxit: *Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.* Matthæus verò ca. 14. Marcusque cap. 6. describunt per figuram Recapitulationis, dum alia occasione, & mortem, & captiuitatem eius enarrarunt: nam volentes hi duo Euangelistę recensere Herodis conuiuiũ, in quo saltante puella, ad preces eius Ioannes, qui erat in carcere, decollatus est, priùs referunt quibus causis permotus Herodes fuerit, vt Ioannem custodiæ deputaret. Ait enim dicto loco Matthæus: Herodes enim tenuit Ioannem & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes, *Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populum: quia sicut Prophetam eum habebãt.* Hæc eadem cap. 6. Marcus fusius enarrat ita: *Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat: & libenter eũ audiebat.* Hæc Marcus. Duo itaque priores Euangelistæ in hac historia enarranda vtuntur recapitulatione, sicut duo posteriores anticipatione: nullus autem illam collocat in loco suo. Verùm nos perspicuitatis ac amplioris lucis gratia hoc loco enarratam explicabimus. Quia verò quæ Lucas ca. 3. scripsit, sunt à nobis superiùs exposita: ideò tãtùm circa verba Ioannis allata illud annotandum occurrit, solum Ioannẽ gesta Christi à Tentatore deuicto, ad carcerem vsque præcursoris, quæ alij tres omiserant, scripsisse: à carcere verò vsq; ad mortem reliqui etiam tres Euangelistæ persequuntur.

In verbis autem Matthæi & Marci in primis considera, impium Regem sceleratos milites misisse, qui virum sanctissimum, & quo inter natos mulierum nõ surrexit maior, comprehenderent. Erat autem iste Herodes eius Herodis, qui Innocentes occiderat, filius, scilicet *Mali eorui malum ouum.* Pater persequitur Christum, filius præcursorem. Sic enim perpetuò Esau non cessat persequi Iacob: nec Cain Abel.

Quòd si rogas; Quamobrem missus est in carcerem? respondeo, propter Herodiadem, quæ vxor fuit Philippi fratris Herodis viuentis, quem vxore sua, violato iure hospitij, spoliauerat Herodes. Sed quid rei (quæso) sancto viro Ioanni cum impudicissima Lupa? Audi quid Marcus dicat: *Dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Quia ergo munus suũ sedulò exequitur: & Herodiadem, ne ipse suo desit officio, admonet, in vinculis tenetur vir sanctus. *Non licet*, inquit, *tibi habere vxorem fratris tui.* Frater enim adhuc supereſt, & filiam habet ex ea, nec opus habet semen fratris suscitare. Nec etiam erat ab eo repudiata, liberè vt alteri posset nubere. Et quanquam esset repudiata, nequaquam poterat fratri eius matrimonio copulari, lege Domini Leuit. 18. id prohibente. Non licet etiam tibi, quia Rex es, & omnes omnium oculi in te conuersi sunt; quod tu feceris, & alij id sibi licere putabunt: atque ita tuo malo exemplo alios ad impietatem prouocas.

Ratio huius digressionis historicæ.

Liber iste est ὀέπαυος ordine.

De historia Ioannis in carcerem coniecti cur agendum primo loco.

Ioan. 3.

Circa ea quæ Ioannes posita quæ obseruata

Qui Ioannes coniectus vinctus quia illi fecit Herodes.

Matt. 14. Supra 2.

Gen. 27. Supra 4.

Cur Ioannes coniectus vinculis Herodes.

Herodias minime habebat vxorem fratris sui.

Deut. 25.

Leuit. 18.

Porrò

Quã ob causam, vt Iosepho placet, Herodes Ioannem misit in carcerem.

Ioseph. histo.

Ratio probabiliot quæ nã ex prædictis.

Ab Ioanne præcursore Herodem de incesto crimine arguente, quale documentum capiant Pastores, & Episcopi.

3 Reg. 12.

S. Paulinus in vita S. Ambros. tom. 3. B. Chryso. homil. 1. in Gen. in fin. tom. 1. init.

Herodias cur insidiaretur Ioanni.

Eccles. 25.

Sanctæ Ioannis insidiæ in Herodiadẽ, & Herodem.

Cùm Herodes nunquã foret ab incestu reuocandus à Ioanne, quid ei

Porrò Iosephus lib. 18. Antiquitat. cap. 7. Ioannis in carcerem coniectus ac cædis hanc adfert causam, *Cùm ad audiendum*, inquit, *Ioannem frequens multitudo concurreret, veritus Herodes, ne Ioannis persuasione populi à suo regno discederent (videbat enim quòd præceptis eius & monitis parata esset plebs in omnibus obedire) melius credidit, priusquam noui aliquid fieret, præuenire hominem nece, quã postmodum turbatis rebus seram pœnitudinem agere. Ex sola hac suspicione Herodis vinctus, in castellum Macharunta abducitur Ioannes, ibiq; obtruncatur.* Hactenus ille in sensu. Enimuerò Matthęus & Marcus propriùs attingentes Herodis vlcus, aiunt illum coniecisse Ioannem in carcerem propter Herodiadẽ. Iosephus igitur eam causam posuit in historia sua, quam Rex publicè prætexuit neci Ioannis, Euangelistę verò rem & veritatem, quodq; in animo Regis delituit, prodiderunt. Quanquam non vetet eiusdem rei plures extitisse causas. Et fortassis timebat amissionem regni, ac proinde fortè occidit, ad quod forsitan etiam solicitabant Scribæ. Docet autem suo exemplo Ioãnes, Episcopos lege teneri ad criminosos publicè peccantes corripiendos, quemadmodum Helias magna animi fortitudine Regem Achab increpuerat; & Ambr. Theodosium Imperatorem publica voce corripuit, Ecclesiaque interdixit: ita & Ioannes Herodem increpuit atque obiurgauit. Sic enim B. Chrysostom. homil. super Apostoli verba ad Timotheum, *Modico vino vtere*, scribit. *Non audisti*, inquit, *quid Ioannes fecerit: Tyrannum vidit hominem nuptiarum leges subuertentem, & cum fiducia in medio foro dicit: Non licet tibi habere vxorem Philippi fratris tui.* Hæc ille.

Sequitur apud Marcum: *Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat.* Vide quales insidias pararet scortum, timebat enim, ne Ioanne acriùs admonente, Herodes scortum à suo consortio abijceret, ideò impia mulier, dum non poterat eum occidere, desiderabat eius mortem. Non est enim ira super iram mulieris, vt testatur Ecclesiasticus. Et illa quidem nectebat insidias ad mortem viro sancto, contrà vir sanctus insidias tendebat ad vitam, tùm ipsius, tùm Herodis. Ioannes enim vt liberaret Regem à vinculis diaboli quibus tenebatur, id tentabat, Rex verò vinculis alligat sanctum virum in carcere.

Subiungit Marcus: *Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum.* Posset quispiam dicere; Quid opus erat Herodiadem Ioanni insidiari, cùm nullum sibi immineret periculum de adducẽdo Herode, vt abijceret ac repudiaret adulteram? Et si voluit occidere Ioannem; quid remoratur illam ab incepto? Subdit idem Marcus rationem: *Herodes*, inquit, *metuebat Ioannem*, etsi ex animo non amabat (rarò etenim magni Principes veros verbi Dei concionatores ex animo diligunt, metuunt verò quamplurimi) sciebat namque illum virum iustum coram hominibus, ac sanctum coram Deo; & honore peculiari obseruabat eum, multisque in rebus illius consilijs & monitis obtemperabat. *Et libenter eum audiebat.* Hæc videlicet obstabant, quo minus impia adultera Ioannem ab Herode tantopere obseruatum, posset extinguere. Rursus Herodias habebat vnde sibi metueret à Ioanne, quem tantæ autoritatis esse sciebat apud Herodem. Quæ ergo refert Marcus de Herode, quàm scilicet præclarè, quàm sanctè senserit de Ioanne, ad illud tempus referendum est, quo nondum Ioannes Herodem liberrimè increpauerat, antequam scilicet amore insaniret Herodiadis. Apud Matthæum enim sic legimus: *Et volens illum occidere, timuit populum: quia sicut Prophetam eum habebant.* Rectè habet prouerbium vetus: *Pares cum paribus facillimè congregantur.* Vtrique sedet sententia occidere Ioannem; sed Herodes timet populum, ne illum in se concitet, si quippiam crudelius in caput Ioannis statuerit, Herodias Regem; tantum deest vtrique occasio ad perpetrandum facinus, qua per conuiuium data, flagitium compleuit.

Illud quoque expende, Herodem audito Ioanne multa facere consueuisse. Nam vt quidam scribunt, multas puellas pauperes à se dotatas collocabat: multos etiam miseros ex carcere liberabat deprecãdo pro eis: verum quia non omnia, quæ illi suggerebat, fecit, ad cædẽ viri sancti processit. Qui enim deficit in vno, factus est omniũ reus. Quia enim vel in vno hoc de abijcienda adultera fratris viuentis vxore non paruit, meritum ac fructum bonorum omnium reliquorum officiorum amisit.

Illud etiam perpende, Herodem timuisse populum, non autem Deum. Hæc est enim tyrannorum atque impiorum conditio, vt metuant non metuendos; eosq;, qui omni iure sunt metuendi, non metuant. Et ideò Herodes Agrippa in gratiam Iudæorum Iacobum occidit; & Petrum quoque tentauit occidere.

Permisit autem diuina prouidentia Ioannem in carcerem trudi, tùm vt constantia eius ostenderetur; & sanctitas in exemplum cunctis diuini verbi concionatoribus imitanda proponeretur; tũ vt inde mittens

insidias tendebat Herodias impudica.

Mar. 6.

Ioãnes quare vir iustus, & sanctus.

Herodes quã do metuebat Ioannem, & libenter eum audiebat, vt ait Euangelista.

Herodes volens Ioannẽ occidere, quare timuit populum infelix ille.

Herodes audito Ioanne quæ multa faciebat.

Iacob. 2.

Tyrannorũ, impiorumq; conditio.

Act. 12.

Ioãnes à Deo cur permissus in carcerem mitti.

discipu-

Matth. xi.

discipulos ad Iesum, compleret præcursionem suam, publicè per se ipsum prædicante, signaque edente iam Verbo, quibus Ioannis testimonia confirmabat. Ac potuit fieri, vt Herodes sponte in carcerem truserit præcursorem animo minimè occidendi, sed tantùm vt reprehensionis molestiâ euaderet ipse, Ioannesque castigaretur, ac simul placaretur mulier, & ne pergeret in proposito eum de medio auferendi. Atque hæc pauca de hac historia sint satis.

Discipuli Ioannis cur offensi de Iesu.

Redeamus ad Ioannis Euangelistæ verba cap. 4. initio proposita, quæ sic habent: *Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quam Ioannes.* Vt hæc rectiùs intelligantur, cognoscendum est, ortum fuisse scandalum inter discipulos Ioânis Baptistæ, quòd Christus à Ioanne baptizatus, plures baptizaret, quàm Ioannes. Verùm hoc scandalum sedauit Ioannes pulchro & eleganti sermone, qui Ioan. cap. 3. habetur. Sed quoniam hoc malum serpebat latiùs, & ad Pharisæos etiam peruenerat, iam indubie tam Ioannes, quàm Christus, imò & populus eos audiens, cõuitijs proscindebatur. Huic scandalo mederi volens pacis amans Dominus, à Iudæa recessit, seruans illud, quod per Apostolum suum docturus erat: *Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum.* Et quanquam Christus, & Ioannes multa bona in populo facerent, inuidi tamen illa non cernebant, sed tantum quòd inter eos orta videretur æmulatio, Nihil enim magis cupiunt mundi huius dilectores, quàm spectatores esse earum contentionum, quæ inter spiritales viros oriuntur, quòd amplam inde venentur occasionem de Prophetis, & sanctis Dei ministris noxios rumores spargendi, atque de illis detrahendi. Iesus igitur, qui medicus cœlitus missus est curandis omnibus morbis nostris, vt cognouit ex auditu, & aliorum relatu, quod ipsa sua diuinitate cognouerat, nempe has voces scandali atque offensionis plenas in vulgus spargi, consilium inijt secedendi in Galilæam: docens nos suo exemplo, cedendum persequutoribus esse, cùm euelli bene cœpta persecutio non possit. Nota etiam, quanta in culpa sumus, cum scandalizamur operibus bonis: fit enim vt Iesus recedat à nobis, atque eius baptismus: itaque amittimus Dei beneficia, quæ alijs communicarentur fructuosius. Quia enim qui vocati erant, non fuerunt digni, adsertur Euangelium impudicæ mulieri, ac eam prædicatricem facit acceptæ gratiæ.

Iesus reliquens Iudæã cur abierit iterum in Galilæam.

2. Cor. 6. Inuidorum, ac mundi huius amantũ ingenium.

Vnde nouerat Iesus contra se discipulorũ Ioannis obmurmurationẽ.

Offendi operibus bonis aliorũ, quàm malũ, ac pernicioſum sit.

Proprium Iesu quid: discipulos suos sanctificare.

Quod Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quàm Ioannes. Solus Iesus verè potest facere discipulos, qui intus per fidem illuminat intellectum, atque Spiritu suo tanquam digito iustitiam legis in corde scribit, & qui ministros suos planè & accommodatè docet. In baptismo autem, in quo mundo nos, & diabolo renuntiamus, Christumque induimus, discipuli Christi efficimur, & vere, vti Dominus inquit Ioan. 6. θεοδίδακτοι τοῦ θεοῦ id est à Deo edocti. Fides enim nostra non est in sapientia hominum, sed in virtute Dei. ¶ (*Quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius*) Christus ipse nõ baptizabat, tùm ne videretur contra Ioannem æmulari: sẽper enim cauit Christus, ne de se, vel de Ioannis doctrina vlla esset suspicio: tùm ne ab eo baptizati putarent se melius baptisma recepisse, quàm qui erant baptizati ab Apostolis: atque ita efficacia Sacramenti non Deo tribueretur, sed ministris. Hinc Corinthij non de baptismo, verùm de baptizantibus gloriabãtur: quos propterea redarguit Apostolus. 1. Corint. 1. & 3. In eodem errore versãbantur olim Donatistæ, qui propter impuram vitam ministrorum semel baptizatos denuo baptizabant. Valentinianus Imperator baptizari distulit, vt ab Ambrosio baptizaretur: interim tamen morte præuentus est. Nemo ergo quicquam tribuat ministris: nam sicut bonus nihil confert baptismo, ita malus nihil illi adimit: & vt Apostolus dixit: *Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.* Ambrosius plantationem refert ad primam doctrinam, per quam quis ex oliuastro inseritur in oliuam bonam: rigationem verò ad baptismum, qui aqua peragitur: nam post multos dies doctrinæ & catechismo impensos, baptizabantur olim fideles: incrementum autem refert, ad Spiritum sanctum, qui in baptismo ad regenerationem, & in chrismate ad corroborationem conferebatur. Tùm quia habebat officium maius & altius, euangelizandi scilicet: nam omnes possunt baptizare, docere autem omnes nequaquam. Hinc Apostoli baptizandi munus alijs delegantes, verbo, & doctrinæ instabant ipsi. Vnde Petrus Apostolorum princeps Cornelium Centurionẽ baptizari iussit Act. 10. & in libro recognitionum Clementis, Petrus secum ducebat plures sacerdotes, qui ministrabant baptismo, ipse verò solus prædicationi instabat. Paulus etiam in priori ad Corinth. cap. 1. *Non enim,* inquit, *misit me Christus baptizare, sed Euangelizare.* Ad hæc, expedit in Ecclesia Dei, vt alia alijs munera communicentur, & non omnia vni tribuantur: quod ad pul-

cipuli Christi quando efficiamur

Heb. 8. Gal. 3. Ioan. 6. Esai. 54.

Christus per se ipse non baptizabat

1. Cor. 2. Infra 13. Donatistæ quare olim rebaptizabant. *1. Cor. 3.*

Quid illud Apostoli: Neque qui plantat, aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus, secundum Amb. *B. Ambr. 1. 3. Rom. 11.*

Aliæ causæ quare Christus ipse non baptizarit. *Act. 6.*

Infra 12. Clem. Rom. 3. circa fin.

chritudinem quoque & fortitudinem ipsius Ecclesiæ spectat, & ad magis expeditos promptosq; reddendum ministros ad perficiendas suas functiones. Pluribus etenim intentus, minus potest officio suo satisfacere, & vt Poëta quidam dixit:

Apostoli cur septem diaconos elegerint. *Act. 6.*

Pectora nostra duas non admittentia curas.

Quare Apostoli quo orationi, & verbo cõmodiùs instarent, Diaconos elegerunt qui mensis ministrarent. Quod ergo dicitur *quanquam Iesus non baptizaret, &c.* correctio eius est quod cap. 3. dixerat Euangelista, nempe quod Iesus baptizabat. Sed vt habet prouerbium: *Qui per alium fecit, per se ipsum facere videtur.* Quoniam verò discipuli baptizabant, ipsisque baptizantibus Christus in Spiritu baptizabat, verisimile non est Apostolos non fuisse prius baptizatos. Qua de re adnotabo quæ apud veteres Patres legisse me memini. Euodius primus Antiochiæ Episcopus à Petro constitutus, in epistola, cui nomen dedit τὸ φῶς, id est, Lux, sic habet: *Christus suis manibus solum Petrum baptizauit, Petrus Andream filiosque Zebedæi, qui reliquos Apostolos, verùm septuaginta discipulos Petrus & Ioannes Theologus baptizarunt.* Hæc ille. Ioannes verò Euiratus in Prato spirituali cap. 176. *Ita sanè,* inquit, *Apostoli baptizati sunt, sicut & Clemens Stromateus lib. 5. Hypotyposeon, ait enim, Apostolicum dictum illud exponens quo ait: Gratias ago quòd neminem vestrum baptizauit: Christus dicitur solum Petrum baptizasse, Petrus Iacobum, Andream & Ioannem.* Euthymius autem in cap. 3. Ioannis in hunc modum scribit: *Reliquum est igitur, vt & Apostoli regenerati sint per aquam sanè à Ioanne, per Spiritum verò, qui ad eos in specie ignitarum aduenit linguarum. Scribunt autem quidam Apostolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum ac Virginem matrem baptizauerit, Petrus verò reliquos omnes Apostolos.* Hæc ille. Augustinus tamen tradit verisimile esse Christum suos baptizasse discipulos. Baptizabant autem Apostoli, non Ioannis, sed Christi dantis Spiritum baptismo, etiam si aliter dixerit Chrysostomus: & ex eo probat Lyranus hanc Augustini sententiam, quia orta fuit quæstio inter discipulos Christi & Ioannis de baptismo, cuius nulla fuisset occasio, si vnus & idem fuisset vtriusque baptismus, & si discipuli Domini baptismo Ioannis vterentur, fortasis tamen nondum baptizarentur, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: quòd necdum mysterium Trinitatis essent edocti.

Apostoli non nisi prius baptizatos, tum deinde alios baptizasse. *Euod. Epist. Antioch.*

Petrus à quo baptizatus, reliqui verò Apostoli à quibus, & septuaginta discipuli secundum Euodiũ *Ioan. Euar. Clem. Stromateus. 1. Cor. 1. Euthym. Act. 2. Aug. tract. 15. in Ioan. to. 3. B. Chrysho. 30. in Ioan. tom. 3. Lyran.*

Christi iste recessus à Iudæa in Galilæam, de quo Ioannes, fit idem ille, cuius Matthæus & Marcus meminerunt

Reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. Hic est secundus Christi à Iudæa in Galilæam recessus, post illum, qui habetur Ioan. 1. & qui incidit cum illo, de quo Matthæus & Marcus meminerunt, dicentes Christum post traditum Ioannem in carcerem secessisse in Galilæam, quia vt Matthæus scribit, sic prædixerant Prophetæ, & sic ostenderetur, humilia primo loco haberi apud Deum. Et quanquam diuersis de caussis tradant id esse factum, Ioannes quidem hoc loco, nimirum quòd audisset Iesus Pharisæos audisse de multitudine suorũ discipulorum: Matthæus verò & Marcus, quòd audisset traditum Ioannem in vincula: eundem tamen esse illud comprobat, quòd sicut Matthæus in hoc reditu dicit Christum in Galilæam venientẽ, reliquisse ciuitatem Nazareth, & habitasse in ciuitate Capharnaum, ita Ioannes idem factũ indicat, in hoc reditu in Galilæam Iesum testimonium perhibuisse, quia Propheta in sua patria honorem non habet: & sic iterum venit in Cana Galilææ, atque inde Capharnaum ad puerum filium Reguli sanandum. Neque obstat dictis quod ait Ioannes, Pharisæos audisse, Iesum plures facere discipulos, & baptizare plures quàm Ioannem: quo insinuari videtur, Iesu iam parante abitum, Ioannem baptizasse adhuc: non obstat, inquam, hoc, quia non est sic accipiendum, quasi Iesus plures baptizaret, quàm tùm Ioannes fecerat, sed quàm olim Ioannes fecisset. Quidam tamen intelligũt, Christo è Iudæa abeunte, nondum fuisse traditum Ioannem, verùm intellexisse traditionem cùm in via esset. Sed certè hoc minimè conuenit Matthæi, Marcique historiæ, qui cum Christi descripserint è Galilæa in Iudæam aduentum, enarrant post traditum Ioannem secessisse illum in Galilæam, nimirum è Iudæa, vbi erat. Eundẽ autem esse in Galilæam reditum, cuius meminit Lucas cap. 4. post enarratas Christi tentationes, ex eo liquidum est, quòd adiecit: *Et fama exijt per vniuersam regionem de illo:* quod in primo in Galilæam reditu non contigit, quando satis adhuc latebat Dominus, sed in secundo, eo, qui post traditionem Ioannis contigit, vt ex Matthæo aperte haberi potest & Marco.

ins Matthæus & Marcus meminerunt

Luc. 1. Ratio in contrarium diluitur.

Ioan. 4. Ibid.

Iesum post traditum in vincula Ioannem, non ante, è Iudæa in Galilæam secessisse.

Sed iam de caussa huius secessus inquiramus: quam aliam atque aliam tradunt Euangelistæ, & quemadmodum in se ipsa sit conueniens, & quomodò conueniat cum ratione secessus, quàm Ioannes reddit. Cũ enim Herodes, qui Ioannem in carcerem concluserat, Tetrarcha esset, non Iudææ, sed Galilææ, cur Christus auditis vinculis Ioannis, è Iudæa secedit in Galilæam, cùm tunc magis videretur Galilæa fugienda, & in Iudæa permanendum? Deinde, quomodo pro-

Propter ne Herodem, vt cæteri Euangelistæ, aut propter Pharisæos, vt Ioannes tradit, Iesus è Iudæa secesserit in Galilæam. *Luc. 3.*

Luc.6.

do propter Pharisæos secessit, vt ait Ioannes, cùm alij duo propter Herodem secessisse declarent? Dicendum est ergo, Ioannem hoc loco describentem eundem cum illis Christi reditum explicare voluisse, à quibus Ioannes fuerit traditus, & propter quid, id quod alij tacuerunt, videlicet quòd à Pharisæis fuerit traditus Herodi: idque propterea, quia per gloriam Ioannis suam viderent gloriam offuscari, atque per nouam sectam profitentiũ per baptisma pœnitentiam, contemptiorem reddi sectam Pharisaicam. Non enim caussa liuoris Pharisæorum contra Christum, postquam audissent eum plures facere discipulos, atque baptizare quàm Ioannem, fuit, quoniam pro Ioanne zelarent, cupientes eum esse maioris autoritatis, sicut zelarunt pro Ioanne discipuli eius, cùm non receperint Pharisæi Ioannis baptismum. Imò vt Christus dixit Luc. 7. spreuerunt in semetipsis consilium Dei, non baptizati baptismo Ioannis, sed pro gloria sectæ propriæ, ac sui nominis Iesu inuidebãt, metuentes ne per eum magis offuscaretur eorum autoritas, quam per Ioannem. Insinuat ergo Ioannes Euangelista, quòd Ioannes Baptista Herodi ob inuidiam Pharisæorum tradito, postquam cognouit Iesus occasionem contra se excitatam ob maiorem discipulorũ multitudinem Iudæam reliquerit, quo eorum inuidiæ cederet. Hoc autem duplici ex capite probabile redditur. Primo enim verisimile est, Herodem neque potuisse, neque ausum fuisse capere Ioannem, nisi consentientibus, atque impellentibus Pharisæis, quorum tum erat magna autoritas, quos verisimile existit suggessisse Herodi metum innouationis rerum, ob quam captum Ioannem Iosephus tradit, vt supra diximus. Deindè Saluatoris verba Matth. 17. non obscurè indicant à Pharisæis Ioannem traditum, cùm ait: *Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt: sic & Filius hominis passurus est ab eis:* quæ verba indicant, eos, à quibus Filius hominis passurus erat, fecisse in Ioanne quæ voluerunt: constat autem, Iesum inuidia Pharisæorum traditum atque occisum. Ex his liquet, verum esse quod proposuimus. Sed iam ad textum redeamus.

Pharisæorum in Christum inuidia.

Luc.7.

Pharisæi cur Ioannem Herodi tradiderunt.

I. argum ad probandum, Pharisæos Herodi tradidisse Ioannem.

Ioseph. l. 18. antiquit. c. 7.

Alterum.

Ait igitur Euangelista: *Oportebat autem eum transire per mediam Samariam.* Samaria, media est inter Iudæam & Galilæam, Iosephus lib. 20. Antiquitatum cap. 5. initio: *Mos erat,* inquit, *Galilæis per dies festos Ierosolymam petentibus iter facere per Samariam. Aliquando igitur cùm transirent vicum Samaritarum ditionis, qui Nais dicitur, in magno campo situs, commissa inter viatores & vicanos pugna, multi Galilæorum desiderati sunt.* Hæc ille, comprobans morem Galilæorum venientium ad Templum Ierosolymitanum per Samariam, quæ media interiacet. Fuit autem in regno decem tribuum metropolis, & toti regno nomen dedit. Qui autem, aut quales fuerint Samaritæ, habes. 4. Regum 17. Verùm ne quis offenderetur, quòd Iesus ad Gentes diuerteret, hoc prudenter præueniens Euangelista, ait, non sua sponte illuc diuertisse, sed quòd oporteret eum transire per Samariam, cùm vellet descendere in Galilæam.

Samariæ situs.

Ioseph.

Quare Christus transierit per mediam Samariam cum grauiter de hoc offenderetur Iudæa.

Ad hæc, poterat obijci quod discipulis paullò pòst Dominus præcepit: *In ciuitates,* inquit, *Samaritanorum ne intraueritis:* cui rei occurrit Euangelista, dicendo: *Oportebat autem eum transire per mediam Samariam.* E Galilæa etiam in Iudæam venientibus, pertranseunda Samaria est, vt alius Euangelij locus ostendit, nam Lucæ 9. narratur, Samaritanos noluisse Iesum cum suis admittere, eo quòd peteret Ierosolymam: nó enim ferebant Samaritæ, si quis suo Templo præterito, Ierosolymorum Templũ, ac festa frequentaret. Samaria nomen est montis, & vrbis in eo sitæ inter Iudæam & Galilæam, vt docet Iosephus libr. 3. capit. 2. de bel. Iudaico, quæ ædificata est ab Ambri Rege Israël, vt dicitur. 3. Regum. 16. hic enim Rex, Simeron, siue Sameron, velut noster habet interpres, Samariam montem emit à quodam Semer, ciuitatemque, quam in montis vertice extruxit, à vendentis nomine Simeron, siue Samariam appellauit, qua deinde Reges Israëlitarum pro Regia vsi sunt: & Eusebio teste, dicta est aliàs Ecthenias. Posteà verò expugnato Hyrcano Iudæorum Pontifice, ab Herode Rege iterum ædificata est, atque in honorem Augusti Græco vocabulo Σεβάστη nominata est, hoc est, Augusta: apud Stephanum appellatur quoque Neapolis. In hac, teste Hieronym. in epitaphio Paulæ, sepulti sunt Ioannes Baptista, Helisæus, & Helias Prophetæ: Hic tamen Samaria, nomen est prouinciæ, non montis, aut ciuitatis in eo constructæ.

Matt. 10.

Luc. 9. Samaritanos quòd non recipiant.

3. Reg. 16. Samaritanis quis ædificauerit.

Euseb. in Chronic. tom. 2. Eadem etiam dicta Sebaste.

Hieron. ep. 20. tom. 1.

Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar. Idem est Sichar, & Sichem, & Sichima apud Iosephum: fuitque aliquando, tempore scilicet Alexandri Magni, Metropolis Samariæ, teste Iosepho, quam ædificauit Emor pater Sichem: quæ posteà ab euentu dicta est Sichem, quoniam ibi à filijs Iacob ob stuprum Dinæ est occisus. Hanc deinde Abimelech in-

Sichar ciuitas. Ioseph. li. 11. antiquit. ca.

Eadem vocatur dicta Sichem. Gen. 34.

Sichẽ altera.

Duplex Salẽ.

Hieronym. in locis Hebraic. tom. 3. In Sichar quam Christus conuertit Samaritanam. Gen. 34. Rom. 3.

digena solo æquauit, vt habes Iudic. 9. sed tanta fuit loci commoditas, vt tertiò illic vrbs condita fuerit. Alia est autem Sichem, quam ædificauit Ieroboam in monte Ephraim, vt habes 3. Reg. 12. sed in priori ossa Ioseph Patriarchæ sepulta sunt, vt traditur Iosu. 24. quæ sita est in Tribu Manasse, & rempore Beati Hieron. dicebatur Neapolis, olimque dicta est Salem Gen. 33. non illa quæ posteà dicta est Ierusalem, sed Salem Sichimorum, iuxta montem Garizim. Putat autem D. Hieronymus corruptè legi Sichar pro Sichima, cùm tamen Græci codices sic habeant, & Euangelium Syriacum.

Conueniens autem, atq; consentaneum fuit, vt in hac ciuitate, quæ olim depopulata fuit à Simeone & Leui filijs Iacob, Christus hanc mirabilem efficeret conuersionem, vt vbi abundauit delictum, superabũdaret & gratia: & vbi mulier extitit caussa ruinæ ciuitatis totius, ita hic mulier ad Christum conuersa, caussa esset salutis vniuersæ Sichimæ.

Christus vt veniat in ciuitatem Sichar.

Dicitur porrò venisse Dominus Iesus in ciuitatem, non quod ingressus illam sit, siquidem extra remansit iuxta mœnia, dum ad comparandos cibos Apostoli ciuitatem petijssent. *Iuxta prædium quod dedit Iacob Iosephfilio suo.* Genes. 48. hæc historia habetur, ait enim Iacob ad Ioseph: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Vbi Hebraicè legitur: *Nathati electa, Sichem achad,* id est, *dedi tibi Sichem vnam,* atque ita Septuaginta Interpretes vocem non interpretatam reliquerunt, dicentes, Δωσω σοι Σχιμα ἑνα ἐξαιρετον. hoc est: *Do tibi Sichimam præcipuam.*

Iacob prædium quòdo Ioseph filio suo dedit, vt ait Euangelista. Iosue 24. & 16. Iosue 24.

Dicit autem se armatum tulisse de manu Amorrhæi, factum Simeonis & Leui ob stupratam Dinam filiam sibi tribuens: vel potiùs armatus orationibus obtinuit. Hinc Chaldæus Paraphrastes vertit: *Quam tuli de manu Amorrhæi in oratione, & deprecatione.* Amorrhæi vocem in genere vsurpat, non pro distincta illa gente: quia Sichem & Hemor, Heuæi erant, non Amorrhæi, vt dicitur Genes. 33. Prædium autem istud pars est illius agri, quem Iacob emit centum agnis sine numis Genes. 33. atq; hunc agrum iure præcipui, vltra communem sortem hæreditatis paternæ, Iacob tradidit filio suo Ioseph vero ac primogenito ex primaria vxore Rachel genito, & in signũ quod possunt parentes maiorem partem hæreditatis vni filio præ alijs donare citra vllam iniuriam, idque vsile est plerunque Reipublicæ. Vnde in Lege in primogeniti alijs excellentiorem partem sortiebantur.

Iacob quando armatus prædium tulisse de manu Amorrhæi. Gen. 34.

Et in eo prædio posteà ossa Ioseph allata condita sunt Iosu. vltim. & in typum Christi veri Iosephi, cui Pater Æternus præter Iudæam, dedit & Gentilitatem, in qua Samaritani fuere ad credendum electi, vt habes Actor. 8. quemadmodum & post Iudæos à Christo vocatos isti ante alios Gentiles à Christo conuersi sunt. Vnde Propheta: *Lætabor,* inquit, *& partibor Sichimam,* ac subdit, *In Idumæam extendam calceamentum meum,* id est, dominium & possessionem. Erat enim ex parte catechizata, atque edocta Samaria per legem plusquam Gentes, ideò inquit Iesus: *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Vbi inter Iudæos, & Gentiles ponuntur Samaritani. Arcus autem longè proijcit sagittam, gladius cominus ferit: quia Gẽtiles per Christum redempti sunt gladio Diuinæ inspirationis cor ferientis, atque arcu prædicationis Apostolicæ.

Amorrhæus hoc loco quid.

III. ratio. Psal. 2. Isa 49. Act. 13.

Psal. 59. Quid illud: In Idumæã extendam calceamentum meum.

Act. 1.

Gentiles quomodo per Christũ redempti.

Quanti emerit prædium illud Iacob.

Erat autem ibi fons Iacob. Qui nunc dicitur fons, paullò pòst dicitur puteus altus. Et secundùm Augustinum, vbi de terra aqua promanat, si in promptu sit, & in superficie, dicitur fons, à fundendo: si autem in alto, vel in profundo loco sit, dicitur puteus: sed ita, vt fontis nomen non amittat. Omnis ergo puteus fons est, & non è conuerso. Dicitur autem fons Iacob, id est, puteus effossus ob Iacob: sicut Abraham alium puteum effodit Genes. 21. & Isaac alios Gen. 26. & memoria fontis Iacob manserat post tot retro secula. Et vt testatur Hieronymus libro de locis Hebraicis, in illo loco prope fontem fuit suo tempore Ecclesia quædam ædificata ob facti illius memoriam. Meminit verò fontis huius: quòd hic fons magna est euentus huius, & cõuersionis Samaritani scorti pars. Ac congruit aquæ, & fontis mentio ad hanc conuersionem: nam vt olim Iacob ad fontem visam Rachelem dilexit, Genes. 29. & ad aquas coniugium Rebeccæ cum Isaac conciliatum fuit per Eliezer, Genesi. 24. itemque Moyses accepit in vxorem Sephoram filiam Iethro ad aquas alterius fontis, Exo. 2. Denique Bet-sabeam aquis se lauantem postulauit Dauid in vxorem: ita Christus hodie ad aquas Samaritanam conuertit, & in sponsam legitimam acceptauit. Sunt enim aquæ fontis symbolum, vel baptismi, vel pœnitentiæ, & quicunque his aquis se abluerint, vel sitim suam extinxerint, sponsa chara efficientur Christi. Quoniam verò baptismus reperi non potest, nobis, qui in illo donatam amisimus innocentiam, non supersunt aliæ quàm pœnitẽtiæ aquæ,

Gen. 33. Cur dederit filio suo Ioseph partem vnam, vt dixit extra fratres suos. I. ratio.

Hier. tom. 3.

Huius fontis Sichar eum meminerit Euangelista.

2. Reg. 11.

Quid per aquas fontis significetur.

Pœnitentiæ remedium salutare.

quibus sordes cordium nostrorum possimus eluere: quæ & ad pristinum dignitatis statum, hoc est, ad connubium spirituale cum Christo valeant reducere, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto semper viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

TRACTATVS XX.

In illa verba Ioannis. 4. *Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent*, &cæt.

Iesus cur venerit in ciuitatē Sichar.

DOminus Iesus coactus deserere Iudæam, sitiens animarum salutem, & opportuna ad suam sitim explendā inquirens loca, meritò in hoc oppidum Samaritanorum diuertit, vt sicut serpens antiquus per vnam mulierem virum perdidit, ita nunc Christus per vnam fœminam totam ciuitatem lucrifaciat. Primò ergo fatigatus vt homo, nam pedibus suis iter confecerat: non enim iumentis, aut vehiculo, lecticaue visus est: ex quo dicitur in textu: *Fatigatus ex itinere.* Fatigatur itaque ambulans super terram, qui vt Deus supra mare ac super pennas ventorum ambulans, & mundum totum pugillo continens non fatigatur. Comprobatur igitur verus homo, & nobis per omnia similis; gustansque infirmitates nostras, *Non enim* (Paulus inquit) *habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris.* Et rursus, *Debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum.* Dein fatigatur bonus pastor quærens ouem perditam, nullis parcens laboribus, vt inueniat eam, etiam si per spinas, & tribulos sit ei penetrandum, quo inuentam eam humeris imponat, in caulam reducat, ac instar boni venatoris solem, frigus, famem, sitim, atque lassitudinem libenter sustinuit, vt ad prædam animarum nostrarum perueniat. Nos verò Iesum, & salutem nostram fugiendo, laborare facimus Christum in iniquitatibus nostris: vt de nobis se fugientibus queratur, & dicat: *Venite ad me, omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.* Et si autem vita venatoris laboriosa sit, tamen præda optata vbi capta est, labores omnes imminuit ac mitigat. Adhæc, fatigatur virtus Dei, vt pro nobis afflictus, dulcius nobis deinde sapiat, ita etenim fera agitari consuecit, quo eius carnes teneriores molliores que efficiantur, ac maiori cum gustu edantur. Christus autem omne genus tormenti pro nobis sustinuit, vt cor nostrum amore suo sauciaret, & carnem suam, quam nobis dedit ad manducandum, delicatiorem efficeret. Nec possumus tanto amori Christi respondere, nisi pro illo libenter crucem amplectamur, omniaq; opprobria, & mundi tormenta atq; cruciatus pro illo perferre parati simus: vt & nos quoq; tanquam fera agitari afflictiq;, teneriora atque sapidiora reddamur corda nostra, quę Deo Opt. Max. ad edendum offeramus. Docet ergo nos Christus fatigari ex itinere, hoc est, in præsenti vita, dum viatores sumus: quandoquidem hos labores consequitur summa requies, atque pacatissimum otium. Impij verò hic volunt quiescere, molliter, & iocundè viuere, dantes operam, vt nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria illorum, ignorantes interim se ad æterna supplicia, in quibus perpetuò crucientur, & fatigentur, per hanc viam incedere. Præstat igitur ad tēpus laborare & fatigari, vt perpetuò requiescamus, viramque iocundam, tranquillissimamque, atque omnium deliciarum genere & copia circumfluentem agamus, quàm ad tempus hic quiescere, vt in perpetuum cruciemur.

Docet deinde pastores suo exemplo pro gloria Dei, pro confessione Catholicæ fidei, pro animarum præda capienda, vsque ad sudores laborare atque defatigari. Primus autem eorum labor est, vt quisque se ipsum vincat, seque Deo, vt par est, subijciat, rationemque fidei, & carnem spiritui subdat. Secundus verò labor in bonis ministris creandis & promouendis consistit, sine quibus pastor perinde est atque homo brachijs destitutus. Tertius, diligentem curæ animarum operam impendere, saltemque illam, quam Iacob in custodiendis ouibus Laban auunculi sui adhibebat. Aiebat enim ille: *Oues tuæ & capræ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi: nec captum à bestia ostendi tibi: ego damnum omne reddebam: quicquid furto periebat, à me exigebas: Die, noctuq; æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis*, quæ habes Genes. 31. O pulchram pastorum imaginem: nam hac ratione dicere poterit cum Apostolo: *Abundantius illis omnibus laboraui.*

Postremò, docet Christus fatigari pro cœlo vsque ad sudorem & sanguinem, si mundi huiusce dilectores pro vanis, ac momentaneis bonis, quæ mundus amat, & amplectitur, plerunque tantos labores exantlare non dubitant: in quorum persona dicitur in libro Sapientiæ: *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus.* Denique nihil strenuum aut arduum præstare potest homo, sine magnis laboribus. Nā vt Poeta quidam dixit:

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecit q; puer, sudauit, & alsit.

& alius;

Virtutem posuêre Dei sudore parandam.

Hinc Herculi per duodecim labores exercitato tantus honos à gentilitate est attributus. Quos igitur labores, aut sudores detrectare debet Christi cultor pro tanto honore in præmiū sibi à Deo proposito, pro vera virtute consequenda, pro tanto duce, Christo nimirum imitando, qui fatigatus, atque sanguinem sudans regnum sibi comparauit?

Sedebat sic supra fontem. Aduerbium *Sic*, pro ratione loci significatum varium habet: interdum enim significat excessum, vt cùm Christus dixit: *Sic Deus dilexit mundū, vt Filium suum vnigenitum daret*: est enim sensus: tantopere Deus dilexit mundum, &c. & ministri Iudæorum, qui ad Christū comprehendendum venerant, dixerunt: *Nunquam sic locutus est homo.* Interdum significat defectum, & deiectionem: vt cùm ait: *Sic decet nos implere omnem iustitiam*, id est, etsi ego sim, qui te, & totum mundum debeam baptizare, decet tamen me primùm humiliari ac deijci, à te susci piendo baptismum in exemplum aliorum, atque ita hoc in loco capi videtur, sedebat sic: nempe quemadmodum solent fatigati quiescere, vt captent aliquod solatiū & refrigerationem. Hinc illa vox Prophetæ: *Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?* Similique propemodùm ratione Lucas de Paulo loquens Actor. 20. hac particula est vsus, dum ait: *Ascendens autem frangens q; panem, et gustans, satisq; allocutus est vsque in lucem, & sic profectus est*: videlicet lassus, siue defatigatus prædicatione, abijt. Vnde Chrysostomus hoc loco ait: *Quid autem per hoc verbum Sic, intelligitur? Non in sella, non in loco honoratiori, sed in terra, vt contingit.* Hæc ille. Et quemadmodum etiam mos est solitarijs, qui aliter cùm sunt soli, aliter cū coram alijs quietem capiunt: sic ergo, id est, leuiter, negligenter, sine sede, vel puluinari. Atque in hunc sensum Comicus dixit:

Mirabar hoc, si sic abiret.

Docet Christus hoc loco, corpus immodica exercitatione minimè esse infestādum, aut fatigandum, nam: *Quod caret alterna requie, durabile non est*, & Apostolus cùm inquit: *Carnis curam ne feceritis*, subiunxit, *in desiderijs*, quo ostenderet carnis curam non omnino abijciendam, sed tantùm cùm carnis prauæ cupiditates ad malum vrgent. Tunc enim caro negligenda est. Quod verò dicitur sedisse supra fontem, Chrysostomus & Theophylactus interpretantur, iuxta fontem: quod magis quadrat huic loco, quàm supra, vel super. Et ita quod legitur Græcè, ἐπὶ τῆς πηγῆς, id est, super fontem, putant legendum ἐπὶ τῇς πηγῆς, id est, iuxta fontem. Mihi verò succurrit particulam על significare non solùm super, vt communiter accipitur, sed interdum iuxta, apud, vel secus, quemadmodum Exod. 14. Hala iam, hoc est, iuxta mare. Atque in hoc sensu accipiendum videtur dictum Dauidis Psalm. 23. *Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum*, id est, orbem terrarum, & quid est, orbem terrarum esse super maria & flumina præparatum, nisi iuxta maria, & flumina? quomodò enim aliàs res liquida posset esse fundamentum rei solidæ? atque ita sine scrupulo vllo & labore intelligendos censeo eiusdem Prophetæ duos alios locos: ait siquidem Psal. 135. *Qui firmauit terram super aquas*, & rursus Psal. 136. *Super flumina Babylonis illic sedimus: & fleuimus*, id est, iuxta flumina.

Iuxta spiritum verò Christus sedet super fontem, id est, super carnem & fluxa huius mundi bona: quo doceat nos, non esse sub illis quiescēdum, quia nulla erit quies, quam solùm in Christo animæ nostræ inuenire queunt: quemadmodum non portans equū, sed ab eo portatus habere quietem potest. Iesus ergo ad aquas venit, vt venaretur auem, id est contemplatricem Samaritanam, & per eam alios: & vt tanquam operculum impediat haurire aquā, vt infirmitatibus, bellis, litibus impedire pro sua benignitate à peccatis nos solet, ac vt fontem aquæ mortuæ in eum aquæ viuę commutet.

Hora autem erat quasi sexta. id est, appetebat meridies, instabatque hora prandij ad reficiendum corpus: nam Iudæi in duodecim horas inæquales totum diem diuidebant, tam hyeme, quàm æstate, vnde semper sub sextam horam erat meridies, quo tempore calor diei feruidus existit, & sitim solet inducere. Fuitque Domino occasio, vt potum à muliercula peteret. Christus etiam iuxta spiritum, in sexta mundi ætate venit, corpus, in quo ambularet, & defatigari posset, assumpsit: incarnatusque est die sexta, & in eadem Crucem sustinuit,

Matth. 14. Psal. 103. Hab. 4. Heb. 2. II. ratio. Luc. 15. Malach. 2. Matth. 11. III ratio. Gen. 3. Iesus quomodo fatigatus ex itinere. Iesus sitiens animarum salutem. Iesus exitinere fatigatus, sedens iuxta fontē, quid doceat nos. Quid significet hic locus, cū dicitur: Sedebat sic supra fontem. Ioan. 4. Act. 20. Chrys. hom. 32. Terent. Sic, particula, duo denotat. Ioan. 3. Infra 17. Matth. 3. Horat. de arte. Hesiodus. Hercules ille monstrorū domitor, cur tanto fuerit in honore apud homines. Ouid. epist. 3. Rom. 13. Iesus vt sedebat sic supra fontem. Chrys. ibid. Theophyl. Psal. 23. Christi supra fontem sedentis mysterium. Qualis venator Iesus. Dies Iudæis quot horis constabant inæqualibus Quod hora Iesus quasi sexta sedit supra fontē, quid mysticè

Ioan.19.

in qua fatigatus hora sexta positus est, nostræ salutis sitibundus, & clamans: *Sitio*, cuius siti nos soli mederi possumus, si volumus.

Felix Samaritanæ mulieris sors.

Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Honestè scortum vocat mulierem, quæ venit aliud quærens quàm Christum. Non enim est egressa, vt Christum seruatorem quæreret, quemadmodum de Chananæa traditur, quòd egressa est de finibus suis animo Christum pro filia obsessa à dæmonio liberanda, obsecrandi. Itaque verum est dictum Prophetæ: *Inuenerunt, qui non quæsierunt me.* Sed plerunque nobis quoque idem accidit. Immerentibus etenim nobis, non quærentibus, neque petentibus salus offertur ab eo, qui dignos se ipso circuit quærens, atque in vijs ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis, sic Sauli quærenti asinas, data est à Samuele Regia vnctio, & Dauidi seruanti oues, contigit Regnum: Sic pastoribus excubantibus annuntiatur Natiuitas Christi: ita Petrus & Andreas fratres, iacentes retia, reficientesve: item Matthæus sedens ad telonium, ac Paulus animo persequendi Christianos pergens in Damascũ, vocantur omnes hi ad Apostolatus dignitatem, præter omnem spem ipsorum & expectationem. Et certè nos tandiu carnalia curamus, quamdiu Christus sponte sua se se nobis citra omnem nostram non obtulerit opinionem. Quod ergò ex parte Samaritanæ à casu, seu fortuitum fuit; hoc ex parte Christi summa prouidentia atq; consilio factum est & ordinatum: nam arcano quodam impulsu illam ad se ducebat. Ita Lydia illa purpuraria in sacellum, quod iuxta flumen erat, non venerat nisi patriæ & auitæ religionis gratia, de Apostolis Christi Paulo & Barnaba prorsus ignara, Actorum 16.

Esa.65. Rom.10. Quibus se offerat diuina sapientia. *Sap 6.*

1.Reg.9. Infra 10. Infra 16. Luc.2. Matth.4. Infra 9. Act.9.

Considera insuper hic mirabilem Dei prouidentiam, mulierculam Samaritanam despicabilem, peccatoq; pollutam ad conuersionem totius ciuitatis seligit, qui Apostolis vti poterat, vt organis ad offerẽdam gratiam suam vniuersæ ciuitati. Sed non cõueniebat gloriæ Dei, qui infirma & perdita quærit, vt per vnam ouiculam errantem, reliquas ad ouile reducat.

Matt.25.

Luc.15.

Quãdiu nos ea quæ carnis sunt, curemus.

Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Christus non expectat præueniri, sed præuenit ipse colloquio. Non enim vocamur, quasi dilexerimus eum: sed quia ipse prior dilexit nos. Nec tam petit aquam vt bibat, quia ieiunus erat, & posteà non bibit, quàm metaphoricè loquendo, fidem postulat. Nam plus sitis spiritualis salutis eius fœminæ eum mouebat, quam corporis sitis: perinde ergo est dicere: *Mulier da mihi bibere*, ac, habe fidem in me; quam fidem veluti aquam dicitur bibere Christus: quòd nos eam bibere debemus, hoc est, deglutire, non rationibus mandere. Quanquam asserendum est, quòd quia Christus non habebat propria, & ex oblatis, vel amore Dei postulatis viuebat, reuera mendicabat, etiam quòd ex humanitate debebatur, vel calicem aquæ frigidæ: *Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent.* Non vt potum emerent, putabant enim, quòd ex aqua fontis sitim leuarent: non enim Christus præmittebat coquos, aut promos eò, qui mensam pararent ac instruerent. Chrysostomus autem pulchrè in hunc locũ scribit: *Huc itaque venit Christus, mollem & lasciuam vitam expellens, laboriosam autem, & difficilem nos erudiens. Non enim iumẽtis vsus est, sed adeò intentè vadit, vt ex itinere fatigetur. Hoc semper admonet, vt sibi quisque seruiat, neque quærat superflua, neq; multis indigeat.* Hæc ille. Obserua etiam ex eo quòd Christus tabernas non adijt, illud idem illicitum esse clericis, nisi peregrinationis necessitate cogantur, vt tradit Concilium Carthaginens. III. & habetur apud Gratian. distinct. 44. cap. clerici. Fuit autem diuina factum prouidentia, vt Apostoli abesset huic Christi cum scorto colloquio, quo pudori eius solitudine esset consultum: & quo liberiùs Christus posset eius flagitia detegere atque arguere, & illa libentiùs correctionem admittere: ac vt nos discamus proximum errantem occulte primum, & salubriter corrigere, ne in præsentia aliorum correctus, correctionem, vel in sinistram partem interpretetur, vel saltem frustretur.

Aquam à Samaritana quam Christus postulabat.

Christi paupertas.

Matt.10.

Eius sides & simonia.

Clericis tenuis pecunia sum tabernas adire Christe.

Friuolum est autem & explosione dignum, quod quidam recentiores autores in hunc locum commentati sunt. Aiunt enim, discipulos, non vt mendicarent, aut vt sub prætextu simulatæ pietatis raperent, abijsse in ciuitatem, sed vt emerent, ac proinde Dominum Iesum nequaquam mendicasse, sed pecuniam secum habuisse. Sed profectò debilis est ratiocinatio ista: Discipuli ibant vt cibos emerent, ergo Christus non mendicabat. Non etenim semper datur mendico panis, aut vinum, aut cibaria, sed interdum datur pecunia, qua possit sibi necessaria comparare. Quia verò, teste Apostolo Paulo, Christus pro nobis mendicus factus est, siue mendicauit, & Propheta in eius persona ait: *Ego autem mendicus sum & pauper:* à vero non abhorret, Christum mendicum fuisse: ita enim sancti Patres

Quam bene hæc quidam argumentantur. Discipuli ibant vt cibos emerent, ergo Christus non mendicabat. *Cæter. Claud. Guillandus.* Christum mendicasse vixisse. *2.Cor.6.*

Psal.39.

Matt.10.

Theophyl. Act.1.

Matt.10. II. ratio.

III. ratio.

IV. ratio.

Hieron. epist. 10. à med. to. 1 Bernard.

Thom. Bonauent.

In eos qui Christi de mendicitate quæstionem, inutilem, & inanè appellant.

Luc.19. Matt.21. Luc.8. Matt.27.

Christũ à Samaritana, vt quidam somniauit hæreticus, ex curialitate aquam minimè postulasse.

Matt.20.

ĉti Patres tradunt. Quando etiam misit Apostolos vt prædicarent, præcepit, vt sine zona, & pera, vel pecunia incederent: in quæ verba Theophylactus adnotauit: *Vide*, inquit, *quomodo eos mendicare docuit.* Hæc ille. Cùm ergo Christus prius faceret quàm doceret, probabile est prius ipsum mendicasse, ne ponamus discipulos super magistrum, aut seruos supra dominum. Deinde, cùm quiuis peccator indignus sit pane, quo vescitur, & aqua qua potatur: cumque Iesus omnium peccatorum reatum sustinere voluerit, non mirum si hanc quoque miseriam, nempe mẽdicitatis pro nobis perpeti minimè sit dedignatus. Adhæc, tanta virtus & tam heroica, qualis est propter Deum mendicare, non debuit à Christo omnium speculo virtutum atque exemplari abesse. Præterea Regulæ Ordinum Mendicantium per Pontifices Romanos confirmatæ, mendicitatem eorum ad imitationem Christi factam, probant: qua probatione simul etiam Christum mendicasse astruunt. Hieronymus ad Furiam Christum docet mendicasse: beatus Bernardus in triduo illo, quo remansit in Ierusalem à parentibus absens, eum tradit mendicasse: beatus Thomas ac beatus Bonauentura proprijs tractatibus contra Hæreticos quosdam sui temporis, qui Religiones mendicantium hac de causa impugnabant, mendicitatem Christi egregiè tuentur. Ideò audiendi nequaquam sunt qui quæstionem de Christi mendicitate inutilem esse, & curiosam existimant: cùm reuera conducibile sit hoc ipsum diligenter intelligere, vt Christo pro nobis mendico facto plus debeamus, & vt eum imitemur, veraque dixisse sanctos Patres, atque Ecclesiam approbantem instituta regulasque exemplo Christi mendicantiũ, accipiamus. Vt igitur à Zachæo mendicauit hospitium, & asellum ad ingressum in Ierusalem à dominis illius, atque à sanctis mulieribus quæ ministrabant illi de facultatibus suis (qui hoc ipsum vt perficerent, ab eius postulauerat, vel saltem eius accedente consensu comprobarat) ita hic à muliere Samaritana Christum aquam mendicasse, asserunt Thomas atque Bonauentura. Ridiculum porrò est quod Hæreticus quidam dicebat, Christum ex curialitate quadam (sic enim loquebatur) aquam postulasse; quasi verò Christus eo animo è cœlo descenderit, vt nos curialitates, & non potiùs solidas virtutes doceret. Neque contra humanitatem est, etiam eleemosynam petere, vt constat de dante calicem aquæ frigidæ, cui Deus promittit mercedem haud perituram. Quia verò non aderant discipuli, petit à muliere Iesus: etsi enim alijs plus gentibus vitandi essent Samaritani, quemadmodum hæretici magis quam pagani sunt declinandi: Christus tamen licitè postulauit aquam, quia facultatem habebat id faciendi, vt adduceret ad Euangelium: quod absque colloquio non fieret. Et vrgebat sitis, qua eum vexabant Iudæi, potantes illum felle, & aceto, nempe acrimonia infidelitatis & blasphemiæ.

Quo iure Christus aquam à Samaritana petierit.

Psal.68. Matt.27.

Sequitur: *Quomodo tu, Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana?* Putabat hæc mulier Christum sibi ignotum rem illicitam facere, quòd præter legem Iudæorum ageret, non autem ipsa: nam si cauendum erat ab huiusmodi commercio familiari, Dominum oportebat, non illam cauere. Non enim dixit illa: Samaritani nõ coutuntur Iudæis: nam illi maximè desiderabant habere hanc consuetudinem, vt habes 1. Esdr. 4. sed inquit: *Iudæi non habent consuetudinem cum Samaritanis.* Ac si diceret; Peccatum est Iudęis familiariter agere cum Samaritanis, ac proinde tu petendo, accipiendoque, in legem tuam peccare videris: Ego verò porrigendo aquam, darem tibi occasionem peccati. Quasi tale astruat argumentum: Nullus debet sciens, & prudẽs loqui, ac conuersari cum excommunicata persona, neque cum ea in cibo, potuque participare: sed vos Iudæi habetis nos pro excõmunicatis, ergo non licet tibi mecum colloqui, multo minus à me quicquam postulare. Nouit igitur Samaritana Christum Iudęum esse, partim quidem ex lingua, siue loquela, quæ quemuis prodit cuius sit patriæ: qua ratione Petrus, Galilæus agnitus fuit: eadem etiam prodit quis sit filius Dei, qui rursus filius huius seculi. Deinde nouit ex habitu corporis, & ex veste cum fimbrijs hyacinthinis, quam more Iudæorum Christus gestabat. ¶ *Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.* Hæc verba vel mulierculæ sunt, vel ipsius Euangelistæ explicationis gratia addita. Græcè habetur *συγχρῶνται.* Verbum, *Coutuntur*, barbarum putatur: Erasmus vertit, commercium habent: & satis erat dicere, non mutuò vtuntur. Vnde Cicero dixit: *Sex. Alphenum propinquum nostrum, quo iste vtebatur plurimum, &c.*

Samaritanæ mulieris simplicitas, & ignorantia.

1.Esd.4. & se.

Quid his verbis significetur: Quomodo tu Iudęus cum sis, à me Samaritana muliere, aquã postulas?

Causa autem interdicti cõmercij multiplex erat. Nam & terras eorum occupabant: & gente, & religione, diuersi erãt, vt habes 4. Reg. 17. atq; etiam ex Iosepho, qui lib. 9. cap. 15. refert, gentes translatas ex Perside secundum gentem propriam singulos suos deos Samariam portauisse, quos co-

Christum Iudæũ esse, vnde nouerit Samaritana. *Matt.20.*

Iudæ vestes cum fimbrijs hiacynthinis gestare solebant. Quid, Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. *Cicer.*

Iudæis cur non erat cũ Samaritanis cõmercium. *Ioseph.*

1. Esdr. 4.

II. ratio. Idem libr. 11. antiqu. cap. 7. & 8.

lerent. Restaurationem quoque Templi à Iudæis cœptam, olim impedierunt. Actum est hoc dissidium noua alia ratione. Refert enim Iosephus, Sanaballath quẽdam à Dario Rege Persarum præfectũ constitutum super regionem Samariæ, qui filiam suam Isacham dederat vxorem Manasse fratri Iaddi summi Sacerdotis, ob quam, quòd ethnica esset à fratre, & à populo sacerdotio fuit eiectus. Sed ille hanc repulsam molestè ferens, cogitabat de repudianda vxore ethnica: socer tamen eius, vt eam retineret, promisit Templum se ædificaturum instar Ierosolymitani in monte Garizim, in quo posset sacerdotio fungi, addiditque, se illi omnem ditionem suã, & potestatem cessurum, quòd iam senio esset confectus. Atq; ita Sanaballath deficiens à Dario Rege Persarum ad Alexandrum Magnum, ab eoq; facultate obtenta, templum condidit in loco dicto. Hac autem occasione multi Iudæi, qui ob ethnicas vxores, & ob alias Legis transgressiones commodè viuere non poterant, transfugiebant ad Manassen. Ex his accidit, vt mons, & templum hoc Samaritanorum, siue Sichimitarum, quorum à metropoli Sichima dicebantur, mons & templum transgressorum nuncuparetur. Hinc orta est quæstio inter Iudæos & Samaritanos de loco adorationis, & sacrificij sicut etiam in Alexãdria disceptatio Iudæorum & Samaritanorũ sub Ptolemæo Philometore, vtrisque de templi sui autoritate contendentibus, & Rege pro Iudæis pronuntiante, vt Iosephus lib. 13. antiquit cap. 4. tradit. De hoc templo in monte Garizim fit mentio, 2. Mach. 6. Nam præcepit Antiochus, vt contaminaretur & templũ quod erat in Ierosolymis, & templũ quod erat in Garizim, & vtrunque Ioui consecraretur. Atque hæ sunt causæ, propter quas Iudæi cum Samaritanis non cõmunicabant. Imò cùm vellẽt alicui cõuitium graue obijcere, Samaritanũ eum vocabant, hoc est, transgressorem legis, transfugam, hæreticũ, profanum, & impium. Hinc Christo impudentissimè illi non multo post obiecerũt: *Nónne*, inquiunt, *bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?*

Tẽpli Samaritanorũ ędificandi, eorũque inter Iudæos de adoratione, causa dissidij.

Iosephus. Iudæorum Templum & illud Samaritanorum Antiochus Epiphanes vti cõtaminauit.

Ioan. 8.

Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donũ Dei: id est, Miraris ô mulier, quòd ego homo Iudæus tecũ colloquar, sed multo plus admirareris, si cognosceres me filiũ Dei à Patre ad te saluandam missum de cœlo: ideò sitio tuam salutem, quàm vt assequar, tibi loquor. Etsi ergo assumptum sit verum de vitandis excommunicatis, fallit tamen regula: quemadmodum cum quis loquitur cum excommunicato, aut infideli, ad salutem animæ suæ promouendam, &, vt vulgò dici solet, in conuertendo: vt quidẽ ego nunc facio. Adhæc peregrini, seu viatores per terras infidelium, vel hęreticorũ transeuntes, licitè possunt victui necessaria ab excommunicatis aut petere, aut emere: & ego cum meis peregrinus sum, in Galilæam q; proficiscor. Legislator etiã supra legem est, & in illam dispensare potest: quòd si tu cognosceres donũ Dei, & quis est qui dicit tibi: *Da mihi bibere*, agnosceres me Dominum legis. Adde etiam, quòd lex de vitando commercio paganorum, aut hæreticorum, eò spectat potissimũ, ne videlicet per mutuã consuetudinem homo Catholicus corrumpatur: si autem agnosceres eum, qui petit à te aquam, intelligeres me esse filiũ Dei impeccabilem, qui alios possum quidẽ sanctificare, à nemine autẽ corrumpi. Postremò quoniam iusto lex non est posita, oportet interdum à litera legis, propter charitatem quæ finis est legis, declinare: nam, vbi summum ius, ibi summa iniuria est. Simili charitate impellẽte, & siti salutis animæ huiusce fœminæ Samaritanæ vrgente, ad colloquium atque consuetudinem cum illa descendere est compulsus. Sed iam verba ipsa pondera: *Si scires*, inquit, *donũ Dei*. Peccabat enim hæc mulier ex ignorãtia Christo non credens, cùm ex malitia Iudæi delinquerẽt. Nam quod apud Luc. Dominus inquit: *Si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi*, ac deinde subdit: *Eo quòd non cognoueris tẽpus visitationis tuæ*, crassam & affectatam ignorationem denotat: qui enim dixerunt: *Hic est hæres, venite occidamus eum*, proculdubio non ignorabant, qui viderũt, vt ait Christus, & oderũt ipsum, & Patrem eius. Quod ergo dicitur: *Eo quod non cognoueris tempus visitationis, &c.* idem valet, ac si dixisset, Eo quòd sponte clauseris oculos veritati, & visitantem te filium Dei agnoscere nolueris. Ideò Iesus à Pharisæis, qui sibi sancti videbantur, recessit, & ad gentile scortum venit, sitiens eius salutem.

Licitè quis ab excommunicatis petat.

Propter charitatem finis legis.

Finis legis omnes obligãs ciũ cum delinquit retinet.

Potest autem illud secundùm quod ait: *Quis est, qui tibi dicit, Da mihi bibere*, prioris esse explicatio, nempe doni Dei: nam hoc frequẽs esse solet in Scripturis, vt posterius membrum explicet prius, maximè quia Græcè dicitur τὴν δωρεὰν, id est, eximium illud donum. Est enim Christus maximum Dei Patris donum, quo charitatem suam erga mundum testatus est, ipse enim dixit: *Sic Deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ vnigenitum daret.* Congruentiùs tamẽ & suauius in duo illa membra distinguimus cum Theophylacto, vt aliud sit donum & diuersum à petente, siue loquente. Tria autem sunt, quæ

Vbi solent ea iuncta.

In quo ponit. Christus Patris.

hæc

Vitandi quatenus excommunicati.

Quæ tria Dei dona Samaritana hæc mulier ignorabat.

Rom. 5.

Charitas quantum sit donum Dei.

1. Cor. 13.

Luc. 12.

Quæ super Basilea, & diffusa semper charitas nomina.

2. Reg. 4. Prou. 10.

Bernard.

Dona incarnationis magnitudo quibus explicari valeat.

maius, quòd primogenitum suum carne indutum ad hæc dona atque munera nobis adferenda miserit. Et vt sæpe artificiũ, quo elaboratus est annulus, pretiũ auri, ex quo confectus est, excedit, & vt quidã Ethnicus dixit: *Materiam superabat opus.* ita prorsus per incarnationẽ filij Dei factũ videmus. Nam Dei labores, & sudores in humana natura pro nobis redimẽdis, atque donis virtutũ diuinarum ornãdis susceptiq; tolerati, vniuersa Dei dona vincunt ac superãt. Natura etenim humana à Deo non assumpta, haud ita grata atq; cõmendabilia nobis redderentur Dei dona ad eliciendos virtutũ actus. Potentissima est enim incarnationis filij Dei veritas ad homines omni genere virtutũ ditandos & cumulãdos: qua tamẽ veritate Iudæi atq; Gentiles suo vitio destituuntur. Scire autem donũ & modum quo peruenit ad nos, summa est nostra sapientia: ita enim Salomon ait ca. 8. Sapien. *Et vt sciui quoniã aliter non possem esse continẽs, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset hoc donũ: adij Dominum, & deprecatus sum illum, &c.* Vbi sermo sit de continẽtia, siue dono castitatis, potest & debet tamen multò magis de charitate, quæ excellentior est via, intelligi, & scire cuius sit hoc donũ, id est, Christũ patientẽ in cruce (nam per sapiẽtiam, quæ Christus Deus & homo est, sanati sunt omnes, quicunq; placuerunt tibi à principio) summa est nostra sapiẽtia, & gloria. Per Christũ ergo mediatorẽ constant nobis dona omnia, non tantũ Iudæis, sed etiam Samaritanis, ac cunctis gentibus. In Christo enim Iesu, teste Apostolo, non est Iudæus, neq; Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus neque fœmina. Et cùm non sit apud Deũ personarum acceptio, in omni gente qui timet Deum, & facit iustitiam, acceptus est illi.

Ouid. lib. 2. Metamorph. initio.

Quàm potẽs & efficax Dominicæ incarnationis veritas.

Tertium quod hęc mulier ignorabat, est illud, quod sequitur: *Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Est ergo hoc maximum arcanum; vt quod ipse Dominà nobis petit, hoc nos ab ipso petamus: nam nihil boni habemus ex nobis, quod ipsi donare possimus, nisi sua munificentia illud ipsum donando nos præuenerit: ita Christus petit à nobis quæ parua sunt, scilicet potum aquæ frigidæ; verùm pro paruis dat magna & ingẽtia, nempe fontẽ ipsum aquæ viuæ: & magis petit vt donet, quàm vt accipiat. ¶ *Et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere.* Id est, crede mihi, dilige me super omnia; fac voluntatem meã; patiens esto & humilis; perseuera in bona virtutis via vsq; ad mortem. Tu rursus respondere debes, atque ab eo postulare: Domine da mihi aquã fidei,

Quod maximè donũ, & cuius esset illud donũ, scite, à Deo Salomon efflagitabat. 2. Cor. 12. Sap. 9. Gal. 3.

Act. 10.

III. Donum Dei incognitum Samaritanæ.

Matt. 10. Quid petat à nobis Dominus, cùm dicit, Da mihi bibere.

qua te

Dominus vetũ quid det nobis bibere

quæ te possim potare; amorem, quo te super omnia diligere valeam: da vim voluntatem tuam fideliter audiendi, da humilitatem in proferendis, patientiam in aduersis, in via Dei perseuerantiam; vt sim fidelis vsq; ad mortem, & accipiam coronam vitæ. Hæc autem pulchrè breuissimo, sed aureo planè verbo Augustinus expressit in lib. 10. confessionum sunt: *Domine*, inquit, *da quod iubes: & iube quod vis.* Id est, præcipis caste viuere, remittere ex animo inimico offendenti, carnem ieiunio macerare, orare pro calumniantibus nos, eleemosynam omni petenti, nos tribuere, mortem grauissimam potiùs perferre, quã te coram hominibus negare: verùm hæc in me non agnosco; & te posse, & velle tribuere orantibus ac postulãtibus non dubito. Qui ergo das omnibus affluenter, & nemini improperas; da mihi quoque pro tua gloria postulanti, sitis salutis meæ sitim, da mihi vt sitiam ea dona, quibus me diligam propter me ad vitã æternam. Vis vt hæc dona petam? da mihi donum petendi, siue, vt Zachar. ait, spiritum precum: quia quid oremus, sicut oportet, nescimus. Noster enim fons Iacob, id est, viribꝰ humanis comparatus & factus, nec habẽs gratiam de cœlo descendentem, haud extinguit sitim meã; nec eius aqua salit in vitam æternam, sed hac vita tãtum, & carne, & mundo contẽta est. Quod verò ait, *Forsitan*, ob id dictũ est, quia homo non cogitur Dei donis, sed liberè potest petere, & non petere, etiam præsente diuino auxilio. Cùm autem subdit: *Et dedisset tibi aquam viuam.* Hic non dicit, *Forsitan*: quia quamuis ipse possit negare, non est negaturus tamen, cùm ipse nimium bonus sit, & liberalis; qui ob id à nobis petit, quo occasionem dandi habeat. Sic enim diues liberalis petit à paupere nummos, quos nouit illũ non habere, conscius quòd fortasse pauper illi dicet: Dato tu mihi, qui nũmos habes. Quanquam Græca litera non habeat *Forsitan*, sed tantum τὸ ἂν τοτὲ ἀντὶ τοῦ, τί ἂν δοῦναι σοι ἤθελον ζωήν, id est, tu vtique, vel certè petisses ab eo, & ipse vtiq; dedisset tibi aquam vitæ, quia nõ est liberi arbitrij, bonum sub ratione boni oblatum recusare; vel malum, vt malũ est, amplecti; sed bonum sub specie mali refutare; & malum imagine boni indutũ, eligere: quod animus affectibus perturbatus, & veritatis offuscãs oculos, nunquã solet facere. Quẽadmodum autem olim Deus Abrahæ, & semini eius Chanaan terram lac & mel manãtem est pollicitus, ac sub typo illiꝰ terræ ipsum regnũ Dei, seu regnũ cœlorũ, quod apertis & exertis verbis Christꝰ prædicãdo Iudæis, promittebat, cùm diceret: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum*, hoc est, diuina gratia, per quam coram Deo iustificamur, & in filios adoptamur, atque ad regnũ Dei spectamus, ac per quam ius habemus ad regnum in æterna vita consequendum: eadem ratione mulieri Samaritanæ, ac typum Gentilitatis gerenti, eandem gratiam, per quam Deus regnat in nobis, sub typo aquæ viuæ sitim extinguentis promittit. Exponit itaque Rupertus Tuitiensis: *Si scires*, inquit, *donum Spiritus sancti, & meum tibi dare paratum; vtique petisses, & dedisset tibi aquam viuam. id est, ipsum Spiritum sanctum, cum quo reliqua inhærentia dona, animumq; locupletãtia, & ad salutem æternam exaltantia donantur.* Vocat aũt aquam viuam non illam, quæ aut stagno, aut cisterna, aut quæ ex pluuia collecta puteo continetur, quæ mortua est, id est, sciuncta est à fonte suo, nam quæ talis existit, citò deficit; quæ verò fonti perpetuò scaturienti coniungitur & continuatur, viua est, & viua dicitur. Dicitur ergo fides viua, siue gratia, siue charitas: quæ aut idem sunt, aut à se inuicẽ non separantur; siue ipse Spiritus sanctus aqua, quia abluit à sordibus suis animam, quia sitim terrenorum sedat, quia ad bona opera fœcũdat, quia recreat, & spiritualibus consolationibus reficit atque sustentat. Dicitur aqua viua, quia perẽnis à suo fonte promanat: Spiritus enim sanctus à Patre & Filio semper procedit: charitas verò, siue gratia à Spiritu sancto, à quo infunditur, non separatur, sed habet vnde iugiter augeatur, & in dies maiora suscipiat incremẽta. Viua quoque dicitur, quoniam principium est motus vitæ diuinæ. A qua enim viua in cõtinuo fluxu & motu consistit. Itaq; charitas nunquam est otiosa: nam ad bonum semper vrget: quæ etsi hic sub metaphora aquę describatur; alibi tamen dicitur ignis scilicet absumens peccata, & mentes purificans ac feruorem cordibus impertiẽs. Oportet ergo cœlestia & spiritualia dona expetere, illa quærere, & flagitare: quia qui non desiderat, nec tantùm bonum quotidie mendicat: vel ingratus est & superbus, atque in Dei prouidentiam impius, vel sanè egestatis propriæ nescius. Vnde Dominus ad orandum nos instituens, dicere iussit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Oremus igitur semper, & sine intermissione petamus, vt diuinæ bonitatis donis, quibꝰ omni tẽpore egemus, expleamur: & cùm aliquid à nobis Deus petit, nos vicissim intelligamus excitari ad petendum ab eo, quòd à nobis postulat. Cùm ergo ad ostiũ cordis pulsat, & hospitari in corde tuo, per vocem prædicatoris, siue per afflatus inter nos postulat; sine mora aperi, quia venit vt te iustificet, & liberet à peccato. O peccator, si scires donũ Dei, & quis est qui dicit tibi, *Aperi mihi soror mea, sponsa*, cõfestim aperires. O pastor, cuius curæ oues cõmissæ sunt, si scires donũ Dei, & quem Christũ in Ecclesia tua referas, & quis est qui tibi dicit: Vade in Ecclesiã tuam: præsentiã tuam assiduam illi exhibe; verbo, exemplo, sacrificio, & prece labora pro animarũ salute: tu vtique peteres ab eo aquã viuam spiritus sui, quo iugum hoc residẽtiæ, quod durum alioqui, & vix tolerabile videtur, dulce efficeretur & suaue. O diues, si scires donũ Dei, & diuitias ad salutem tuam promouẽdam, non autem impediendam aut retardandam, tibi esse donatas, & quis est qui dicit tibi; *Diuitiæ si affluant, noli cor aponere*, & quis est qui in paupere à te postulat eleemosynam, magis vt seruet illam, & plura donet, quàm vt accipiat; tu vtiq; libenter cõmunicares egeno bona tua, atq; intelligeres te fœnerari Domino. Petijt ipse aquã, & non legitur accepisse, etsi libenter obtulerit, quia cõtentus est voluntate nostra, & magis petit vt donet, quàm vt accipiat à nobis, qui Dominus est omnium. O Princeps, si scires donum Dei, & quàm sit vile, & vitiosum, alios & non seipsum regere, & quis est qui à te audiri postulat, vt ius ei reddas, siue vt clemẽter cum eo agas, profectò non te tam difficilè adiri permitteres, neq; tam durum redderes te in exaudiendo. O iudex, si scires donum Dei, & potestatem iudicandi ab eo tibi traditã esse agnosceres, & quis est, qui in iniuria affecto, spoliatove expediri à te causam suam postulat, profectò pupillos, orphanos, & viduas debito iuris remedio non fraudares. O tu, qui vindictã eius, qui te offendit, appetis, si scires donũ Dei, quod in remittendis iniurijs heroicum est & nobilissimũ, & quis est, qui in fratre offenso à te petit, vt ignoscas, profectò promptior esses ad parcendum, quàm ille ad veniã postulandam. Omnes ergo, siue peccatores, siue iusti, siue maiores, siue minores intelligamus, hac Christi exhortatiũcula inuitari ad officia præstanda, quę lex imperat Euangelica. Nostrum est, vt non tantùm libẽter audiamus, verùm vt etiam aquam hanc viuam Spiritus mereamur accipere, per quã cuncta, quæ nobis impossibilia, grauia, atq; dura priùs videbantur, non modò possibilia, sed leuia etiam atq; suauia reddantur: vt sic fiat iugum Domini suaue, atq; onus eius leue, eodem Domino nostro Iesu Christo præstãte, cui cum Patre & Spiritu sancto ab omni creatura reddatur omnis honor, gloria & imperiũ in secula seculorum, Amen.

Propriam liberi arbitrij.

Gen. 17. Exod. 3. & sæpè aliàs. Regnum cœlorum quale. Christus prædicabat, & in quo olim figuratum. *Matt. 4.*

Christus Samaritanæ dubitanter, cur dicat, Tu forsitan petisses ab eo.

Idem quare sine dubio dixerit: Et dedisset tibi aquã viuam.

Zach. 13. Rom. 8. Fons, seu puteus Iacob quid mysticè

Apoc. 2.

B. Aug. li. 10. confess. ca. 29. tom. 1. Quid illud Augustini: Da quod iubes, & iube quod vis.

Cant. 5. Quibus etiã Christus dicat: Si scires donum Dei. *Ioan. 4. & seq.*

Diuitiæ nobis à Deo cur datæ.

Psal. 61.

Verum regimen quod.

Iudicis officium boni.

Matt. 2. & 18

A quonam nobis petendum quid petierit Christus hoc verbo: Da mihi bibere.

Supra 21.

TRACTATVS XXI.

In illa verba: *Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*, &c.

Christi verba obscura, & difficilia sint quibus.

QVanquam Christi verba nõ essent admodum obscura, intellectui tamen Samaritanæ, quæ rudis & ignara erat rerũ spiritualium, rationisque suæ argumentis impedita, nõ percepit ea, quæ Spiritus sunt, obscura ac difficilia extiterunt. Neque mirum esse debet, si muliercula & Samaritana Christi verba non capiat, cùm Nicodemus ille & Iudæus, & Rabbinus, quæ Christus de renascentia locutus est cum eo, assequi non potuerit; imò Iudæi quæ de templo corporis sui dixit Ioan. cap. 2. non intellexerũt vsque ad resurrectionem Christi ex mortuis; &, quod plus est, ipsi discipuli Domini reuersi de ciuitate comparatis cibis, minimè assecuti sunt verbũ Christi: *Alium cibum habeo manducare, quem vos nescitis*: vt infra dicemus. Ac vt Nicodemus crassè respondens obijciebat: *Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci?* arguens nimirum ab impossibili, in quem modũ etiam argumẽtati sunt Capharnaitę, dicentes: *Quomodò potest hic nobis carnẽ suam dare ad manducandum?* non dissimili ratione hæc muliercula, ratiunculis quibusdam leuissimis vtitur, nempe ab absentia occasionis præsentis: hoc modo: Vasculum, funem, seu chordã non habes, ergo aquã haurire nõ potes: item, puteus altus est, ergo sine vasculo haurire non vales aquã. Rursus à vilitate atq; abiectione personæ secũ colloquentis arguere videtur in hũc modum: Hic, qui mihi loquitur, abiectus est, & contẽptus, ergo non pót aliã aquam præter terrenam dare, ob id dicebat: *Nũquid tu maior es patre nostro Iacob, &c.* Veritas autem est, quòd Christus, qui Deus est, non eget instrumentis, non chorda vel sune, vel causis secundis ac adiumentis, sine quibus omnia operari valet, atq; operatur, cum vult,

Supra 2.

Infra 4.

Ioan. 3.

Infra 6. Rationes Samaritanæ quàm leues, ac ridiculę.

Diuinę proprium potentię, ac virtutis.

siue

De qua Christus aqua loqueretur tantummodo.

Quantus Patriarcha Iacob. *Gen.32.*

Infra 43.

Quare Christus non se ostenderit maiorem Patriarcha Iacob, vt cum alijs fecit. *Ioan.8. Matt.22. Supra 12.*

Iacob patrē suum cur nominet Samaritana. *Gen.21. Infra 25. Supra 16.* Samaritani quomodo erant filij Iacob. *Ioseph. histor. Chrys. ho.30. in Ioan. Euth.ibid. Rom.4. Infra 9.*

Vera quæ veneratio patrē tantum modo.

siue ad cibandum nos, siue ad potandum. Adhæc, aqua, de qua in præsentia Christus loquitur, haud erat terrena, verùm spiritalis, & ad quam hauriendam minimè vasculo, vel fune opus erat. Et cũ paullò antè sine præfatione honoris dixisset: *Quomodo tu Iudæus cum sis, &c.* modò præclarè de illo sentire se ostendit, cum vocat eum Dominum; audierat enim, *Si scires donum Dei, & quis est, qui tibi dicit, &c.*

¶ *Nunquid tu maior es patre nostro Iacob?* Antitheſi quadam confert Christum cum Iacob: quasi diceret; Quomodo tu audes præstantiora dona, aut meliorem puteum polliceri, quàm Iacob, qui maximus & sanctus habetur Patriarcha; qui facie ad faciẽ Deum vidit; & puteum hũc fodit, & ex eo bibit ipse, & filij, ac pecora eius; pastores etenim post se magnifaciunt pecora, sicut filij Iacob, qui dicebãt: *Ne violenter subijciat seruituti nos, & asinos nostros.* Et copia aquæ in pecorum pastu commendatur. Cùm autem duplex esset proposita quæstio, altera de meliori aqua danda; altera, an Iesus esset maior Iacob: ad priorem quęstionẽ respõdet; posteriorem q; silentio suppressit, quia non erat locus opportunus de illa differendi: qui tamen alias cum Iudæis disputans probat se esse maiorẽ Abraham, *Antequam Abraham,* inquit, *fieret, ego sum*; & in alio loco superiorem se Dauid ostendit, cùm inquit: *Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens, &c.* Alibi etiam cum Pharisæis differens, maiorem se Iona simul ac Salomone confirmat; *Ecce,* ait, *plusquam Ionas, & plusquam Salomon hic.* Neque mireris si mulier hæc vocat patrem suum Iacob: nam hodie tot regiones Orientis vocant se Saracenos; cùm tamen Saræ filius tantùm fuerit Isaac, qui genuit Iacob, & Esau; & potiùs dicẽdi essent Agareni, ab Agar ancilla. Et quanquã Samaritani alienigenæ essent, & à Gentibus translati, tamen antecessoribus adhærebãt incolis: & vbi Reges Iudæorum bene habebãt & florebant, gloriabantur se nepotes esse magni illius Patriarchæ: vt testis est Ioseph. lib.9. antiq. cap. vlt. Atque vt Chrysostomus & Euthymius adnotant, mulier hæc inserit se in Iudaicam nobilitatem, ob religionem, q̃ habebat: quemmodum apud nos Gentes cùm credunt, fiunt filij Abrahæ. Hic autem duo sunt minimè silentio prætereunda. Alterum est, mulierem hãc puteum Iacob magnificare, & venerari. Sed verior est veneratio, cùm sequimur eorũ fidem & mores, qui nobis ad imitandum propositi sunt: nos enim vt plurimum magis veneramur quod illi tetigerunt, aut dixerunt, quàm quod operati sunt. Alterum est, quàm sit stultum ac pernicioſum infideli, aut ethnico, diuina, cœlestiaq; mysteria tractare. Infidelis enim de illis differens, perinde mihi facere videtur, ac cæcus, qui de coloribus disputat: vel vt qui ingreditur mare sine nauigio, aut natandi arte, quem subinde submergi est necessarium. Animalis enim homo, ait Paulus, non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, &c. Id est, non putat alias esse delicias, aut opes, aut honores, præter illos carnis, ac mundi. Quoniam verò natura nostra cæca est & corrupta, oculisq; spiritalibus destituta, nequaquam intelligit delicias spiritus, aut honores, rationisq; suæ debilis argumentis ab illis agnoscendis impeditur. Ideò ante omnia fides est à Deo ambienda, atque à nobis amplectenda, qua muniti, & oculis perspicacibus instructi, de colorib. diuinis discernere valeamus: namque ex illa diuinarum rerum intelligentia oritur, iuxta illud: *Nisi credideritis, non intelligetis.*

Quibus [illegible] norũ [illegible] tio temeraria, periculaque. *1.Cor.2.* Animalis hominis [illegible] tia.

Fides qui [illegible] una tribus [illegible] satia. *Esa.7.*

Respondit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. Christus ad doctrinam mulierculæ assignat discrimen inter aquam à se dandam, & aquam illam putealem, quam ad hauriendum venerat. Significabat autem illa aqua mundi huius voluptates, honores, diuitias, in quibus semper est sitis cruciãs, & labor in hauriendo affligẽs Cùm aũt sitis nihil aliud sit, quàm appetitus humidi, & frigidi, vt Philosophi docent; si id humoris & frigidi, quod homo in bibendo appetit, periret post potum, vel conuerteretur in opposita, hoc est, in siccum, & calidum, semper esset vrgens sitis: ad hunc modum, omnis creatura vana est & fluxa, quare satiare cor hominis non potest, quod solo Deo impletur. Sed quemadmodum salsæ carnes potiùs irritant sitim, quàm illã extinguant: quo enim quis magis habet, & propius ad finem suum iam se putat accessisse, plus appetit, nec vnquam valet impleri: nã vt rectè Poeta dixit: *Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.* Delectationes gustus, & tactus, quo plus exercentur, eo magis appetuntur, Philosopho autore. Nec enim ipsæ diuitiæ, aut deliciæ cor ipsum nostrum intrare possunt, sed imago quædam, seu simulacra, & vmbræ illarum rerum: at cor nostrum, quod generosum est & excelsum, vmbris & spectris nequaquam pascitur. Ad hæc corporis voluptates hominis pellem duntaxat, non ipsam animam vngunt, ac vt cibus iumẽto exhibitus corpus hominis non sustinet; ita quod corpori exhibetur, non permanat ad animum, quẽ potius pri-

Sitis quæ [illegible] Mundi [illegible] bona ci[illegible] tiare no[illegible] queant

Quid [illegible] Fastus. II. ratio[illegible] Aristo[illegible] Ethus.

III. ratio

uatione

Stulti vt sitim extinguant.

Psal.16.

Quid significet: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ. *Ioan.7.*

Triplex desiderium.

Habeat quis venam perennis aquæ in seipso.

Aquam Christi bibentes qui tamen sitierint iterũ, & quomodo. *2.Reg.21. Luc.15. Matt.26. Supra 16. Rom.11.*

Ioan.6. Christum panem vitæ comedẽs vt nõ esuriat, & credens in eum, vt non sitiat vnquam. *1.Ioan.3.*

uatione voluptatis, si abest, aut morsus cõscientiæ, si adest, affligit ac torquet: ideò potiùs subtractione eius, vt sitis, euacuatione causæ illam efficientis, est curanda, non additione, vt stulti faciunt: ob hanc enim causam Dominus, sedit super fontem, vt haustum aquæ mortis impediat, donetq; vitam, quæ non è terra, verùm ex alto Christi ore hauritur. Homo etenim creatus est ad infinitũ bonum possidendũ; ideò nullo alio satiari potest, quemadmodũ nec canis paleis, aut saxis, aut ferro vescitur. Rectè ergo dixit Dauid: *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Vera igitur est Christi sententia: *Omnis qui bibit ex aqua putei Iacob, ad breue tempus sitim corporis sedat,* scilicet mox redituram.

¶ *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ.* Per contrariũ assignat conditionẽ aquæ viuæ ad sedandam sitim. Estq; sensus: Omnis qui credit in me, & accipit Spiritum meũ promissum, sitiet nũquam, sicut alibi dixit: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quẽ accepturi erant credentes in eum.* Est desideriũ rei non habitæ, vt habeatur; est & rursus habitæ, vt vel conseruetur, vel augeatur: est tertio rei desideriũ in alios effundendæ & cõmunicandæ: atque hæc omnia desideria dicũtur sitis: siue sit sermo de siti aquæ mũdi huius, siue de siti aquæ viuæ, quam Christus dat. Qui ergo per fidem Spiritũ sanctum acceperit; is veram habet, siue fontem in seipso scaturientem è peccato in iustitiam, è damnatione in salutem, è morte in vitã, è terra in cœlum salientem. Non ergo sitiet in æternum, quia Christi gratia vsq; ad beatam immortalitatem se diffundit. Quòd si obijcias, illos qui biberũt de hac Christi aqua, illam per peccatũ perdidisse, ac postea magis sitibundos eiusdẽ esse redditos, vt fuerũt Dauid, filius prodigus, & Petrus ter negans Christũ, qui tamen Christi aquã degustarant, & quẽ ipse Petrus Dei filiũ magnifica confessione crediderat; respondemus, ob id dictũ esse: *Non sitiet in æternum*: quia cùm sine pœnitentia sint dona & vocatio Dei; quamdiu habent iusti hanc aquã donorum Dei, non sitiunt amplius ista tẽporalia & terrena bona, de quibus est sermo: atque ita Ioan.6. ait Dominus: *Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum.* Hoc est, Quandiu quis me per fidem habet, nunquã sitiet, nisi me à se expellat. Similiter inibi dicitur: *Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternum*; nisi scilicet quis se ipsũ noui peccati gladio interficiat. Ita in Catholica epistol. Ioan. ait: *Omnis qui natus est ex Deo, non peccat,* intellige quandiu quis in natiuitate illa perseuerat.

Quòd si rursus obijcias, iustos, qui semel biberunt, non solùm non sitire, verùm ardentiori etiã siti illos vrgeri ad bibendum iterum; ita vt ne iustus quidem sit, nisi plus appetat bibere, iuxta illud: *Beati qui esuriũt, & sitiunt iustitiã: quoniam ipsi saturabuntur*; & rursus: *Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient*; ac iterum: *Ne verearis vsq; ad mortem iustificari.* Respondemus, qui semel de Christi fonte potarint aquam viuam, non sitire amplius mundi huius bona, ac temporalia ista, ad quæ omnes propẽsissimo, ardentissimoq; desiderio feruntur, pro quibusq; assequendis currunt, sudant, litigant, nauigant, atque belligerantur. Siquidẽ gustato spiritu, desipit omnis caro: vnde Apostoli, cognito Christo, statim, dimissis omnibus, secuti sunt eum; & Apost. omnia arbitratur vt stercora, vt Christum lucrifaciat; bonusq; negotiator, inuẽta vna pretiosa margarita, id est Christo, distrahit omnia bona sua pro ea comparanda. Qui ergo Deũ habet, omnia habet: radix etenim desiderij indigentia est: ad omnem indigentiam boni infiniti possessio, quam cõsequitur qui gratiam, & Spiritũ sanctum habet, tollit. Non sitiet ergo, id est, non affligetur desiderio bonorum secularium hic, in gloria verò, ad quam perducit hæc aqua viua, nullum habebit defectum: nam charitas, teste Apostolo, nunquã excidit. Cùm ergo mortales omnes sine siti, desiderioque aliquo non viuant, siue iusti sint, siue impij; pollicetur Christus his, qui sibi fidẽ habent, extinguẽdam in illis prauã quandam sitim voluptatum, opumq; huius mundi, qua de in Euangelio dicitur: *Facta est fames valida in regione illa*; & iterum: *Diuites eguerunt & esurierunt*; & vt habet prouerbium: *Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet*; Salomon; *Venter impiorum insatiabilis*; item: *Non satiatur oculus visu, nec auris auditu impletur*; & iterum: *Vidi cũcta quæ fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.* Non tamen negat nobilem quãdam & sanctam accendendam sitim esse spiritualium atque æternorũ bonorũ, de qua Propheta: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*; & Apost. *Quæ retro sunt, obliuiscens, ad anteriora conuerto me ipsum*; & rursus: *Cupio dissolui, & esse cũ Christo*; Ioannes quoque in Apoc. *Qui iustus est,* inquit, *iustificetur adhuc.* Verùm hoc est discrimen, quòd desideria impiorum illos maximè crucient; & plerunque optatis bonis frustrantur: quoniam bona huius seculi parua sunt & momentanea, & nequeunt simul à pluribus possideri; iustorum verò

Christi aquã qui semel biberunt, si nõ sitiunt iterũ, cur sitim in dies maiorẽ patiũtur tamen? *Matt.5. Eccles.24. Supra 18.*

Matt.4. Philip.3. Matt.13. Deũ habens, quam felix, & diues ille.

1.Cor.13. Quorũ sitim Christus extinguat, ac ledet.

Psal.33. Auari paupertas quanta. *Prou.13. Eccles.1. Ibidem.* Quæ sitis in nobis excitanda.

Psal.41. Philip.3. Supra 1. Apoc.vlt. Desideria quos maximè crucient. *Prou.21.*

desideria ipsis consolationem adferunt, & concupitis minimè destituuntur: spiritalia enim bona, cùm ampla sint & stabilia, à plurib. simul possideri nihil prohibet: hinc Dominus per Prophetam dicebat: *Dilata os tuum, & implebo illud*; & idem Propheta: *Os meum aperui, & attraxi spiritum.* Adhæc, qui Christi spiritū per fidem sumit, potat, non ipsum consumit, quemadmodum stomachus carnes māducatas, aut aquā sumptam. Ille autem spiritus ad omnia sufficit illi, do nec præstet vitā æternam, vbi quisque satiabitur. Satietas ergo ista, de qua hic agitur, cùm dicitur: *Non sitiet in æternum*, haud opponitur desiderio, sed tantùm siccitati, siue ariditati: qui enim habet fontem in se scaturientem, non exarescit, licèt crescere possit plus habendi cupiditas & desiderium; quia primo die non ita implentur vsque ad plenam satietatem, sed possunt vberiori gratię siti semper ardere.

Psal. 80. Psal. 118.

Alia etiam ratio, Christi aquam cui bibens, non satietur vnquam.

Sed aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitā æternam. Vt diximus, per hāc aquam viuam, Spiritum sanctum, eiusque dona, seu gratiā; & per fontem, perpetuitatem ac integritatem huius aquæ Christus intelligit: hæc autem aqua non fit cisterna, aut stagnum, aut lacus sed fons, id est, habitus diuinus, & infusus gratiæ, fidei, spei, & charitatis ad producēdos, cùm volumus, actus meritorios, iuxta illud Pauli: *Manent fides, spes, charitas: tria hæc.* Quia verò actu, qui transit, manere non possunt, permanēt habitu; nam alias pueri cum baptizantur, si habitus prædictarum virtutum non susciperent, certè à non baptizatis per vllum donum diuinum non distinguerentur: nam cùm infantes vsu liberi arbitrij destituantur, actus fidei, aut spei, aut amoris non habēt: hos autem diuinos habitus, quos iustitiam inhærentem vocauit concilium Tridentinum, nunquā deserit Spiritus sanctus sed perpetuò illis assistit, animumq; virtutibus illis ornatū nobilissimo modo inhabitat. Qui ergo biberit de aqua Christi viua, fidem suam in illum collocando, fiet, vt Deus largiatur dona, virtutumve habit' infusarum, quibus quisq; facultatem habet actus nobiles & diuinos exercendi, nec tantùm ad suam ipsius & propriam, sed etiam ad aliorum operandi salutem. Vnde Paulus, qui de hac aqua per manus Ananiæ potauit, accepit fontem in se iugiter promanantem; ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerit Euāgelium Christi, innumerasq; Gentium multitudines ad fidem, vitamq; æternam adduxerit: atque hoc illud est, quod cap. Ioan. 7. ait Christus: *Qui credit in me sicut dicit Scriptura,*

Quam donat credentibus Christus, aqua quæ fiat in eo fons aquę salientis in vitam æternam.

2. Cor. 13.

Quis fons ille sit.

Trid. Synod. sess. 6. ca 7. & alib. passim.

Aquā bibat Christi viuā quomodo quispiam, & quàm fructuose.

Rom. 15.

Exemplū in B. Paulo.

Ioan. 7.

flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ; idem intelligens per flumina aquæ viuę in numero multitudinis, propter diuersos habitus virtutum Theologicarum, quod hic per fontem aquæ viuæ salientis in vitam æternam in singulari, propter habitum gratiæ seu charitatis, in quo eminenter omnes alij habitus & dona ad salutem necessaria includuntur. Parum autem differunt flumina à fontibus, cùm hæc ab illis oriantur: ac vt fontes, vt plurimum delitescunt, latenterque è terra scaturiunt, flumina verò aperto alueo, atque cursu fluunt, & vagantur: ita habitus quidem virtutū delitescunt in corde credentis, etiam si habentes ipsos non lateāt omninò. Nam vt dixit Philosophus, Impossibile est nobilissimos habitus, ipsos qui illis prędi ti sunt, latere. Verùm cum in actiones externas se effundunt, ac mentes hominum aridas irrigant cælesti doctrina, habitus fiunt flumina conspicua, & in omnium vtilitatem se proferunt. Atque hæc mihi dicta sint; vt per alium locum Scripturæ, nempè illū Ioan. 7. quem produximus, præsentem locum interpretemur.

Dicitur autem hic fons salire in vitam æternam (cùm aqua huius mundi demergat in profundum gehennæ) quoniam, vt docet experiētia ac vera philosophia, aqua tantum ascendit, quantū in origine sua descendit, siue ob impulsum aquę, siue ob naturam suam, ne degeneret: vt enim lux Solis in oculum incidens; ad Solem spectandum erigit oculum: ita omne donum perfectum descendens à Patre luminum (vt Apostoli Iacobi verbis vtar) mentē ad eum spectandum, atque laudibus & gloria celebrandum, vnde venit, reducit: ita hæc aqua à Christo, qui vita æterna est, ad nos descendit, & mentes credentiū ad ipsum, & ad vitam æternam, quæ in eo sita est, adipiscendam, bonisque operibus ex hac aqua viua productis promerēdam feliciter perducit ac promouet: hac aqua gratiæ mens nostra perfusa in Deum conuertitur, vt heliotropos herba ad Solem, & vt ferrum magnete affrictum semper respicit polum: iactata omnia, vt frusta lignea, vehuntur hac aqua saliēte, & ad tēpus abdita, postea prodeūt, vt proiecta in Alpheum fluuiū in Græcia, reddit fons Arethusa in Sicilia, teste Plinio lib. 2. cap. 103. & de vna prouincia transeūt in aliam longè distantem: ita omnia opera iusti existētis in charitate, & natura sua media & indifferentia, vt sedere, stare, edere, bibere, omnia ad Deum offert in cœlo charitas, & omnia valēt. Adhæc aquæ non debet inesse vllus vel sapor, vel succus, vel odor, teste Plinio lib. 15. cap. 23. ita aquæ di-

Char... excel...

Fluv... fonc... men.

Iacob.

Aqu... ben...

uinæ

uinæ gratiæ nullus debet inesse sapor, vel odor terræ, aut mūdi, sed cœli, ac Dei ipsius, vnde venit. Hic ergo spiritus, siue sapientia, dubia multa nobis detigit ac soluit; sitim ipsa facit & sedat: non enim voluptas est, nunquā sitire; sed ita sitire, vt saturitatem præstes: atque hæc semper magna voluptas est: quia in hoc stomachus cibi multitudine nó grauatur, sed grandior fit & aptior ad plura & præclariora indies capiēda: atq; ita fons sapientiæ, & gratiæ inest omni iusto. Cùm verò diuina mysteria aquæ viuæ memoria tantùm accipimus, non fons, sed cisterna fit: similiter affectus nó tendēs in cœlum, sed in terram, terrenus efficitur, non cœlestis. Aqua mundi fune educitur, & situla: hæc viua desiderio, & prece: illa de terra: hęc de cœlo, illa lambitur ore: hęc manu bonorum operum, illa mentem frigefacit, sensum calefacit; contra hæc mentem calidam, sensum frigidum reddit: illa bibitur facie prona in terram, hæc supina, in cœlum q́ue conuersa. Hinc Iudic. 7. trecenti Gedeonis milites manibus aquam de flumine haurientes, vt strenui & fortes ad bellum, sunt euecti ad victoriam; qui verò more belluarum, corpore incuruato biberunt, repulsi, reprobatique sunt. Aqua paludis aptè refert bona nostra, honores & delicias: nam eiusmodi aqua turbida est, insipida, lutosa, mortua, nō satians, in qua nascitur vipera odij, serpēs detractionis, rana garrulitatis: aqua hæc amara est interdum, & sapiens lutum luxuriæ, vmbrosa ob vmbras in ripa caricum. Miratur autem vehementer Ierem. de hominum errore. *Duo*, inquit, *mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ cōtinere non valent aquas*: id est, malunt bibere de aqua turbida ac limosa, quàm de me ipso, qui sum illis fons viuus aquæ salientis in vitam æternam.

Idem fons in credēte quando non fons amplius sit, sed cisterna.

Aquę Christi, & aquæ mundi, vel catais elegās antitheſis.

Iud. 7. & seq.

Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Hæc mulier, auditis aquæ viuæ laudibus, quam Christus promittit. eius habendæ amore incēsa, eam vt volebat ipse Christus, petit: dixerat siquidem paullò ante: *Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Gratia enim, qua coram Deo iustificamur, nulli adulto contingit lege cōmuni absque motu libero voluntatis eius in Deum per fidem; ac nisi nos libero arbitrio ad peccata nostra detestanda cōuertamur. Vnde Christus dixit: *Pœnitemini, & credite Euangelio*: & Paulus prædicabat fidē in Dominū Iesum, & pœnitentiam de peccatis. Ac de motu quidem in peccata paullò infra Dominus loquitur, cum ait: *Voca virum tuum*: vbi illam peccatis teneri se agnoscere ostendit: de motu verò in Deum ad gratiam consequendam, hic agit. Ideò quoties Christus eam dare vult, excitat priùs hominē ad eam desiderandam, & ab ipso petendam, vt eius capax cōuenienter reddatur. Ideò ait paralytico, quem sanauit, & in eius typum omni peccatori iustificando: *Vis sanus fieri?* cæcoque mendicanti propè Iericho, *Quid tibi vis faciam?* ita nec huic mulieri aquā viuam gratiæ largitus est, nisi postquā petijt: quanquam etsi ingeniosa esset, nódum plenè caperet Christi verba: atq; cum ea velut simplici tamdiu lusit Dominus, donec intelligentem illam & capacem rei petitæ, & promissæ reddiderit: ita enim parentes cum filiolis paruulis agere consueuerunt, quos verborū ambagibus ducunt ad intelligendum id, quod volunt. Dixit autem: *Vt non sitiam, & non veniam huc*; quia amor & sitis terrenorum, & labor pro illis obtinendis maximè cruciat atque affligit; qua quidem afflictione & cruciatu libenter carere vult hæc muliercula.

Qua lege gratia diuina homini detur adulto.

Mar. 1. Act. 20. Infra 24.

Dicit ei Iesus, Vade voca virum tuum, & veni huc. Moralis in primis atq; œconomica honestas exigit, vt nemo mulieri nuptæ aliquid donet, nisi consćio prius ac cōsentiente viro, &, si fieri quidem possit, etiam præsente, vt spectāte vero & legitimo teste muneris & munerantis, ac muneratæ honestatis, nullus detur suspicioni locus. Ex quo vel dæmon aliquid mulieri soli, à viroq́ue absenti donauit, quod illa acceptans, & se, & virū perdidit. Dominus autem per hæc verba contendebat illam ad sublimiorem sui cognitionē introducere: vt illa aliquid de viro suo respondente, occasionem captaret Dominus de anteactæ vitæ turpitudine illam obiurgandi, ac per consequens detegendi se prophetam, qui Spiritu Dei polleat, siue potiùs vt se Deum detegat, qui aquam viuam promitteret: & dicendo, *Vade voca virum tuum*, significat, quòd illi quoq; cum ea cōmune esse oportebat hoc donū. Ac ficut hactenus declarauit donum aquæ viuæ, ita nunc explicat illud: *Et quis est, qui dicit tibi, Da mihi bibere.* Docet Chrysosto. Christum hoc dixisse, quo doceret, mulieres nuptas oportere instrui nonnisi à viris suis ea, quæ fidei sunt; ideò volebat virum primò, deinde per virum mulierem edocere: at cōtra diabolus mulierem primùm, & per illam Adam seduxit. Vult etiam Dominus, vt seipsam, & peccata sua agnoscat: nam sine cognitione doni, & donantis, adde etiam sui ipsius, delictorumq́ue suorum inepta erat ad habendam aquam viuam, id est, gratiam, siue iustitiam inhærentem.

Christus dicens Samaritanæ, Vade voca virum tuum, quid volebat.

Ioan. 5. Luc. 18.

Quid est quod Samaritana aquā viuam petit à Christo, vt nō sitiat amplius.

Christus cur dixit Samaritanæ; Vade voca virum tuum, & veni huc.

Gen. 3.

Christi sapientia.

Chrys. ho. 36. in Ioan. to. 3.

Chrysost. sensus horum verborum.

Atque hic esset sensus; Non potes habere hanc aquam, quã postulas, nisi prius illum, qui vir tuus non est legitimus, deseras, teq; in peccato cõcubinatus turpiter iacentem agnoscas.

Alter Augustini. *Aug. tract. 15. in Ioan. to. 9.*

B. Augustinus mysticè, vt videtur, per mulierem interpretatur rationem inferiorem, per virum verò, superiorem, quæ semper ei dominari debet, atq; illa huius potestati subijcit: hanc portionem superiorem rationis Iesus aduocari vult: quia ratio inferior nulla veritate practica, vel speculatiua informatur; nisi diuinis regulis, quibus ratio superior imbuitur, gubernetur; & neglectis formulis rationis inferioris fallacibus & errore plenis magis in vero confirmet. Voca ergo virum, id est, hactenus adfuisti mihi sensu, & imaginatione, quæ non capit diuina, nunc voca intellectum, qui est vsui, vt per illum capias.

Fraus Samaritanæ.

Respondit mulier, & dixit, Non habeo virum. Muliebri fraude verũ profert, sed falsa intentione, eo quòd putabat se excusatam & tectam à vocando viro, si virum se habere negaret, existimans Christum vt purũ hominem, nescire suam concubinatus obscœnitatem: inficiatur ergo matrimoniũ, sed dissimulat stuprum. ¶ *Dicit ei Iesus, bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti.* Laudatur hæc muliercula à Christo, vt meliùs, & fortiùs correctionem suscipiat; quemadmodum 1. Cor. 11. Apostolus laudat in primis Corinth. quos postea vituperat de non conseruata disciplina in cœna Dominica; & Apocal. 2. & 3. laudantur priùs pastores, & Angeli Ecclesiarum propter benefacta; vituperantur deinde de negligentia, & nonnullis ipsarũ defectibus; & à disputatione digrediendum est ad moralem locum vitijs obiurgandis accommodatum; & reprehensio libenter suscipitur secreta, quemadmodũ publica refutatur; & nil difficiliùs ab homine extorqueri potest, quàm suorum confessio delictorum. Hinc Dauidis vox illa: *Non declines cor meũ,* inquit, *in verba malitiæ: ad excusandas excusationes in peccatis.* Christus ergo sitibundus salutis huius animulæ, more boni chirurgi non parcit ferro, sed viuum tangit, eius peccata detegens, nempè obijciens quòd quinque viros habuerit; quod signum erat euidentissimum maximę simul & incontinentiæ, & impudentiæ. *Et nunc quem habes, non est tuus vir, hoc verè dixisti.* Nimirũ quia fornicariè illi copulabatur: vbi Christus apertè simplicem fornicationem damnat, quemadmodum etiam Moyses illam interdixit: *Non desiderabis,* inquit, *vxorem proximi tui, non seruum, non ancillam, &c.* & alibi: *Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filijs Israël.* Illam etiam acriter puniuit in Israelitico populo cum Madianitis flagitiosè commixto: Iudas quoque patriarcha fornicãtem Thamar ad pœnam ignis damnauerat. Quæ ideò produxi, quo constet, illo etiã tempore simplicé fornicationem fuisse prohibitam: nam quod in nouo Testamẽto interdicta sit non semel à Christo, & à Paulo, nemini in Scripturis Euangelicis, vel mediocriter versato exercitatoque dubium esse debet.

Pſal. 140.

Chirurgus qualis Christus.

Quẽ habebat Samaritana, quare non erat ille suus vir.

Exod. 20.

Deut. 23. Num. 25. Gen. 38. Fornicem nẽ impeccatũ vndecim *Matt. 5. & alibi. 1. Cor. 7. & alibi passim.*

Signorũ canones minus attentè fuisse de.

Considera autem Dominũ occasionem miraculorum, ac vaticiniorum ab his, quæ contingunt, accipere; vt & vanæ gloriæ suspicionem deuitet; & eos sibi familiariores reddat. Siquidem dicere, frequenter nupta fuisti, & nunc viro nupta es illegitimo, intempestiuum videri potuisset; tempestiuum verò, accepta ab ea caussa, & occasione. Prophetat verò, eamque arguit, quòd quinque viros legitimos palàm, & ex ordine habuerit; quod quidem lege permissum erat: ex eo ergo quòd viros quinque appellauit viros eius, videtur approbasse illorum matrimonium: secundæ ergo nuptiæ, & tertiæ, & sequentes nõ sunt illicitę. Nam Abraham post mortem Saræ primæ vxoris duxit Ceturam: & Ruth mulier Scripturæ testimonio sancta, mortuo priori viro nupsit Booz: & Sara vxor Tobiæ senioris post septem viros quos habuerat, & Asmodeus occiderat, nupsit Tobiæ iuniori, & in eo matrimonio sanctè permanserunt seruientes Deo. Ita Samaritana nupserat quinque viris: quinto autem mortuo, nullus eam manifesto in vxorem accipere voluit: ipsa verò non ferens concupiscentiam, quendam occultum virum illegitimè sibi iunctum habebat.

In eos damnãdã cundã nubia. *Gen. 25. Matt. 1. Ruth 4.*

Tob. 6.

Exod. 1.

Dicit ei mulier, Domine, video quia Propheta es tu. Non indignè tulit, quòd palam argueretur; neque pro iniuria duxit obiurgationem, vt multi à prædicatore reprehendi molestissimè ferunt. Sed admirata perfectam eius cognitionem; quem primò Iudęum, deinde verò dominũ, nunc autem & Dominum & Prophetam, & paullò pòst Messiam vocat, confiteturq;: ac postquam nouit Dominum Prophetam esse, nullam deinceps de temporalibus rebus quæstionem instituit; sed incipit sitire spiritualia, de loco adorationis quærẽdo; & vel acceptãs, vt vera, quæ Christus dixit, vult cũ Deo in gratiam redire, & illi reconciliari; deinde de via & ratione ipsius reconciliationis, id est, de loco adorandi; quo qui carent, sine Deo sunt: qui enim templa Deo negant dicanda, sine Deo sunt: vel sanè mu-

Quid petierit Samarz Cõ correpto

Sine Deo sint.

liercula

liercula refugit, ne contrectentur plagæ: & altiora se quærit, quasi gens, quæ iustitiam fecerit.

Esa. 58. Veterem Iudæos inter & Samaritanos quæstionẽ de loco adorationis vt dirimat Christus

Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet, &c. Mulier quæstionem veterẽ, & ferè inexplicabilẽ de loco adorationis proposuit Christo; putans Samaritanorũ dogma melius esse, quàm Iudæorum; & honoratiorem esse adorationem montis illius, quàm Ierosolymæ: Christus verò primum eleuat vtriusque dignitatem loci, eo quòd breui futurũ erat, vt cultus diuinus in vtroque cessaret; deinde Iudæos præponit; postremò diuini cultus verum dogma aperit. Ait ergo: *Patres nostri adorauerunt in monte hoc.* Dicitur hic mons Luctę, & mons Garizim. Iacob autem erexit in illo loco altare: & super illud inuocauit fortissimũ Deum Israel Gen. 33. & consequenter filij eius Patriarchę. Quòd verò quidã scribunt in illo monte Abraham filium suum immolasse, atque ibi Dominum adorasse, verum non videtur: nam ille in monte Moria filiũ immolare voluit, vt habes Gen. 22. ille autem erat à latere montis Sion, &, vt quidam putant, mons Caluariæ, in quo verus Isaac Christus dominus fuit immolatus. In monte autem hoc fuit, vt superiùs attulimus ex Iosepho, constructũ templum per Sanaballath, eo animo, ne Iudæi Ierosolymam adorandi gratia proficiscerentur: atque inde orta quæstio est de loco adorationis: nam ex vna parte erant Patres, qui in illo monte adorauerant; & in eo Moyses benedictiones seruantibus legem pronuntiauerat; ex alia parte verò præceptum Domini erat de adorando Ierosolymis: vt dicitur Deut. 7. 12. 16. 17. 26. 2. Paralip. 6. *Audiui,* inquit, *ad orationem tuam, & elegi mihi locum istum in locum sacrificij;* & Sapien. 9. ait Salomon: *Dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui, quod præparasti ab initio,* id est, Christi tui. Dauid etiam non semel ait: *Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo;* iterum: *Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius;* ac rursus: *Et repulit tabernaculum Silo, &c.* Hinc Daniel cùm esset captiuus in Babylone, adorabat Deum facie in Ierusalem conuersa, vt habes Dan. 6. ex quo Iudæi Samaritanos idololatras vocabant, quòd in alio loco, quam electo à Domino, templũ, & excelsa instaurassent. Iacob autem in monte illo cultum Dei instituit; quia nondum erat lex data de loco vnico electo: nec templum Ierosolymis adhuc erat constructum.

In quo mõte vt ait Samaritana, patres nostri adorauerunt Deũ.

Gen. 33.

In eos, qui ibi Abraham dicũt filium suum immolasse. *Supra 22. Matt. 27. Ioseph. libr. 11. antiq. cap. 7. & 8.*

Deut. 28. Vbi præcepit Dominus Iudæis, vt adorarent in Ierusalem.

Pſal. 83. Pſal. 131.

Pſal. 77. Dan. 6.

Samaritas cur Iudæi idololatras appellarent.

Adorare autem hoc loco, non simpliciter significat genua flectere, aut honoris exhibẽdi gratia alteri se ipsum incuruare, aut interno virtutum cultu & religione Deum venerari, eum orando inuocandoque: nam ita Deum adorare, semper, & in omni loco licitum fuit; sed accipitur pro cultu externo, siue pro integra religione Dei, quæ in ceremonijs externis & sacrificijs maximè consistit: hanc autem externã religionem ac pietatem Deo exhibere, præterquam Ierosolymis, lege cautum erat: ideò 1. Reg. 1. dicitur de Helcana, quòd ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret, & sacrificaret Domino exercituum in Silo; & Actor. 8. scribitur, Eunuchum Aethiopem venisse Ierusalem ad adorãdum: & sic hoc loco accipitur. Ait itaque Samaritana, *Rogote,* postquam occulta mea flagitia tam apertè, ac distinctè nouisti, vnde te spiritu prophetico plenũ noui, vt viam verè adorandi doceas, qua liceat conscientiæ meæ cõsulere; cum rationes non desint ex vtraque parte. ¶ *Dicit ei Iesus, Mulier crede mihi, quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.* Christus nactus occasionem docendi, primùm à discipulis suis fidẽ exigit: quia nisi quis crediderit, vt ait Esaias, non intelliget, & periculosum est, sine naui, natandi ve arte, vt supra diximus, immensum Scripturarum, siue iudiciorum Dei pelagus ingredi, & caussa magna errandi est, carnis sensu accipere, quæ per spiritum scripta sunt. Atque hic prædicit Dominus dissolutionem Samaritici simul, ac Iudaici cultus. Dicendo ergo: Neque in monte hoc, neq; in Ierosolymis adorabitis Patrem; prædicit, cultũ Iudaicum Euangelij prædicatione tollendum; & Ierusalem euertẽdam à Romanis; & omni in loco adorandum: neq; tantùm locum prędicit adorationis, sed etiam quid sit adorandum & quomodo. Non solùm enim Deus sub ratione Dei adorãdus prædicitur, vt olim in Lege, sed etiam sub ratione Patris, quatenus Christum naturalem filiũ genuit; & Iudæos atque Gentiles propter illum in filios adoptionis euexit: atque hic est cultus proprius noui Testamenti. Insinuatur etiam modus adorandi, dum dicitur in Spiritu (scilicet sancto) Patrem adorandum, de quo deinceps. Venit ergo hora nouissima promulgati Euãgelij, in qua nec in mõte hoc, nec in Ierosolymis adorabitis: id est, adoratio nequaquã erit adstricta loco; & vrbanitas illa cessabit, siue religio Iudaica: quanquam interna ad cultum Dei spectantia, magnum sint susceptura incrementum: cessabuntque templa, at-

Quare Iacob adorauerit in monte isto, adora dumque præceperit.

Adorare hoc loco, quid.

1. Reg. 1.

Act. 8.

Fidẽ à Samaritana Christus cur petat

Esa. 7.

Quid doceat Christus his verbis: veniet hora, quãdo neq; in mõte hoc, neq; in Ierosolymis adoratis Patrem.

Deus quomodo adorãdus in nouo testamento.

que delubra in figuram Christi venturi; licèt ob decentiam, prædicandiq; necessitatem, & ministrandi res sacras, atque adeò orandi deprecandique Dominum, cessare omninò, nec possint, nec debeant.

Aliter Iudæi, aliter Samaritani vnũ atq; eundem Deũ adorabant.

Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus. Etsi eundem Deum colerent Samaritani & Iudæi, tamen Samaritani ignorabant, quod omnium gentiũ Dominus esset: opinabãtur siquidem esse Deũ adstrictum loco; & solis Samaritis, atque Iudeis dominari, & quòd in cultu suo & adoratione admitteret dæmones: ita Marcus Varro Deũ animam mundi esse dicebat; & in varijs mundi partibus coli: Iudæi verò cognoscebant eius summam vim & potentiam; & quòd regnum eius, esset regnum omnium seculorum; atque ita putabant Deum esse zelotem, qui alios ad sui consortium in adoratione non admittebat. Samaritani verò his cogitationibus vexabantur, quòd integram traditionem Iudaismi bonam nõ habebant; & quod reliquias vanæ traditionis haberent. Vnde Dominus ait: *Nos adoramus quod scimus*, id est, vnũ Deum & implentem omnia cum vera traditione tenemus; sed Ierosolymis tãtum in figuram adorandum vsque ad Christum. Porrò seipsum inter Iudæos connumerauit, tum quia ex Iudæis erat primogenitus, tum quia Samaritanæ Iudæus esse videbatur. Porrò ex eo quod ait: *Nos adoramus quod scimus*, ne colligas cùm Arrio Christũ Patre inferiorem, quia adorare actus est inferioris ad superiorem: nam pulchrè Cyrillus lib. 2. in cap. 92. adnotauit, Christum de se loqui secundum humanã naturam, idcircò cum alijs se connumerans Iudæis dixit, Nos, non enim erat Iudæus secundùm diuinam naturam.

M. Varronis de Deo sententia. *Dan. 7. Exod. 20.*

Iudæi quomodo adorãrẽt quod scie bant. *Hierem. 23.*

Christus se Iudæum Samaritanę cur esse insinuet.

Cyrill. Alex. tom. 1.

Quia salus ex Iudæis est. Nimirum Samaritanorum salus, veraq; Dei cognitio ex Iudæis est; etenim ab illis didicerunt Deum cognoscere, & idola respuere Samaritæ. Vel, salus mundi Messias est saluãs ab omni peccato, & miseria: atq; hęc salus ex Hebręa fœmina, quæ ex semine Abrahæ de tribu Iuda, & familia Dauid ortũ habet. Verùm hæc salus extendẽda est vsque ad extremũ terræ, nec tantum Iudęorum contenta terminis est, aut Samaritanorum.

Christus deũ quatenus adoraret. Salus item cur dicitur esse ex Iudæis.

Luc. 1. & seq. Esa. 49. Act. 13.

Sed venit hora, & nunc est, quãdo veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu, & veritate. Posteaquam Iudęos Samaritanis prępposuit: rursus nunc Iudæis præponit Christianos; vt suspicione careat prælatio; neque appareat Iudæis gratificari, tanquã Iudæus. Vbi ergo dixit: *venit hora*, ne putaret mulier illud differendum; subdidit, *Et nunc est*, siue, iam instat. Veros autẽ adoratores illos vocat, qui adorant Deum, non sub ratione Dei tantùm, sed etiam sub ratione Patris, eos propter Christum in filios adoptantis, ac eos vocat, qui ei credunt. & qui de Ecclesia sunt: nam hi adorant in Spiritu, contra Iudæos communiter adorantes solum externo cultu per corporales victimas, quanquam id temporis vero. Et subdit: *In Spiritu, & veritate*, contra Samaritanos in mendacio Deum adfixum loco colentes. Vel hæc duo verba possunt simul coniungi, & ad vnum referri: Iudæus enim non in Spiritu, id est, motu Spiritus sancti per fidem, spem, charitatem, & latriam in Deum, vt omnium, nec tantùm Iudæorũ parentem, externum tantùm cultum exhibebat: non etiam in veritate, quia non in Christo, qui veritas est, sed in vmbris, & figuris quiescebat: Spiritualis autẽ Iudæus, qui rarus tunc erat, figuris vtebatur, vt veritatis vmbris; & ex Dei obedientia in Spiritu & veritate colebat. Quemadmodum Christianus rectè vtens externis ceremonijs atque ritibus ex interno cultu, vel illis vt scalis quibusdam ad interna spiritualiaque excitandum; neque animi modo, sed etiam corporis cultum exhibet illi, qui vtrumque dedit, & fructum vtriusque requirit. Item ad ædificãdum proximum, qui externa, nó interna videt. Macerant etiam carnem quidam eiusmodi ritus, atqui impedimenta Spiritus tollunt. Denique ad seruandum ordinem, & disciplinam Ecclesiasticam plurimum confert, ceremonias ac ritus externos in Spiritu custodire. Antiquæ tamen legis ceremoniæ omninò tollendæ fuerũt: tum quia multæ erant, & adeò graues, vt iugum importabile, sicut testatur B. Petrus efficerent. Erant etiam Gentibus odiosæ, atque ridiculæ: & aduentu Christi impletæ, deinceps redditæ sunt mendaces, inutiles & vanæ, atque tanto populo Christiano minimum accommodatæ. Successit autem vrbanitas noui Testamẽti, siue cultus Christianus, cui Spiritus & veritas cõiunctę esse debẽt: quem qui prætextu horũ verborũ Christi adimunt, profectò pernicioſissime hallucinantur, & Scripturis abutuntur.

Rom. 8. Gal. 4. Epist. alibi.

Eadem orandi ratio in Spiritu & veritate.

Externi cultus remoniarũ tiplicitas ictum.

Quòd ergo ait Dominus, veros adoratores in Spiritu, & veritate cultum Deo exhibituros; nequaquam tollit externũ & corporeum cultum, sed vmbratilem Legis, & mendacem, siue superstitiosum Samaritarum: verùm cultus internus per se Deo placet, externus vero nonnisi propter internum. Ex quo verò ac germano sensu malè inferũt hæretici, non opus esse templis, aut aris, vt olim Messalium ex hoc loco collegisse testatur Augustinus, quæ tamen

Antiquæ legis ceremoniæ cessarunt abrogatæ, & Christianæ inductæ. *Act. 15.*

Veros adoratores esse vęturos adorare tẽ, &c. tantũ innuare voluit.

Augustinus

erant

Donatistas, & Arrianos. Act. 2. & 4.

erant in primitiua Ecclesia, vt domus orationis frequentis; sed de templo Ierusalem, & Garizim constructo à Sanaballath, de quibus erat schisma illo tempore, quæsitus Christus respondit, & de oratione tantùm per sacrificia: Christusque duo illa loca duntaxat excludit. Vnde Petrus & Ioannes ibant ad templum, & B. Iacobus frater Domini, & ante eos Dominus frequenter in templum ascendebat, & sui omnes Apostoli, etiam post acceptum cœlitus Spiritum sanctum. Patet insuper, errorem esse, propter hæc verba negare cultum omnem externum, vt officia, cantusq; Ecclesiasticos, atque sacrificium Eucharisticum à Christo institutum, oblationes quoque sacras & pias, atque imagines, & cultum reliquiarum, & similia: quoniam hæc externa ad spiritum eleuant, vt conspicilla ad rem longè positam intuendam perducunt oculos, & tanquam scalæ quædam seruiunt simplicibus & idiotis, qui sunt etiam in Nouo Testamento, quandoquidem non valent capere tam alta, & à sensu remota, nisi per hæc sensibilia manuducantur. Pullis etiam in nido existentibus, nondum natis pennis, non est suadendus volatus: sic enim Christus paullatim Apostolos & Iudæos docebat, & ad maiora promouebat: homo etiam non est Angelus, vel purus spiritus, sed spiritus corpori iunctus: ideò vtriusq; veluti arboris fructus exigit Deus, qui vtrumque dedit, & se voluit coli Sacramentis, quæ in externis & sensibilibus consistunt. Tolleretur & illis ablatis carnis maceratio, & carnalis libertatis fomenta nutrirentur; auferretur de medio disciplinæ Ecclesiasticæ ordo, & mutuum ad ædificandum exemplum: Deus quoque haud relinqueret Ecclesiam suam dilectã, pro qua Christus sanguinem suum dedit, in errore pernicioso colendi: nam quis ferat orantem, & non hominibus mentiri, sed Deo, vt dixit Innocentius Romanus Pontifex: scriptumque est à Paulo: Quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Et vbi essent isti veri adoratores in Spiritu, & veritate colentes, quos Christus mox adfuturos significauit? nam Apostoli & primitiui, omnesque eos consecuti, templa habuerunt, imagines & reliquias deorum venerati sunt; legibus ad iciunia & vigilias Christianos adstrinxerunt; sacrificium sacrosanctum in pane & vino celebrarunt. Non ergo relinqueret Deus Ecclesiam, cũ qua Spiritus sanctus semper est, quin de necessarijs ad cultum eam edoceret: si non dimisit Samuelem, ac Ieremiam frustra

Act. 3. Infra 21.

Diuinũ cultum siue externas ceremonias consistere non posse. *Matt. 26.*

Earum vtilitates & commoda percẽsentur.

Rom. 8.

Ioan. 14.

1. Reg. 16.

preces fundere pro Saule, & populo illo Israël; aliàs Christi sanguis in vanum sparsus videretur; frustra missus Spiritus sanctus non docens omnem veritatem ad salutem spectantem; Christus esset mendax, hic promittens vęturos veros adoratores: & inimicorum suorum capitalium, id est, hæreticorum fuisset amicus. Debet ergo Spiritus & veritas cultui nostro, & ritibus siue ceremonijs coniungi. Dum ergo inclinamus caput, indignos nos iudicamus, qui Deum ipsum, ac cœlites suspiciamus: Inclinatione capitis subiectionem seruitutemque nostram protestamur: orando verò, indigentiam nostram per illum solum posse suppleri ostẽdimus: Iunctis manibus significamus nos dedere Deo, vt seruos ligandos; vel Deum, tùm spiritualium, tùm temporalium largitorem esse: Genua flectendo, confitemur creatorem, ac omniũ dominum, atque propriam infirmitatem & impotentiam: Prostratione corporis, quod ex nihilo, & terra simus conditi, significamus: Pectoris tunsione indicamus nos corde peccare, quod propterea percutere consueuimus: Crucis signaculo quo signamur, profitemur quod per eam sumus redempti: Templum declarat nos esse templum Dei sancti, vt ait Apostolus: Altare immolationis sacrosanctę Eucharistiæ nos memores reddit, & inuitat, vt nos ipsos hostiam viuam offeramus Deo: Imagines, illustria Christi, Virginis, atq; Sanctorum martyrum, reliquorumq; diuorum exempla nobis ob oculos proponunt, vt ad illos imitandos, & propter Deum tanquam membra Christi venerandos excitemur: Incensum quod adoletur ad preces gratas ex charitatis igne accensas, numini offerendas inuitat atque allicit: Aqua benedicta qua aspergimur, in memoriam reducit aquam, quæ de Christi latere profluxit ad nostram emundationem, & pacti in lauacri regenerationis initi confirmationem: Accensæ candelæ, fidei nostræ charitate inflammatæ symbolum sunt: Vestes sacræ, quibus Sacerdotes sacrificant, ea, quæ Christus cùm ad mortem raperetur, opprobria sustinuit, repræsentant. Cætera non persequar, quòd hæc pauca sit indicasse satis.

Ierem. 7. & 11. & 14. Ioan. 16.

Diuini cultꝰ exteriores ceremoniæ quænam illæ, & quid significent.

1. Cor 3.

Rom. 12.

Ioan. 19.

Nam & Pater tales quærit qui adorent eum. Non figurantes, sed veros; non corpore, sed spiritu immolantes. Quærit autem per pastorem Messiam quærentem ouem errantem. ¶ *Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in Spiritu, & veritate oportet adorare.* Prima ratio adorandi Patrẽ in Spiritu, & veritate, tradita est à voluntate, & insti-

Quales Deus Pater quærat adoratores qui adorent eum. *Luc. 15.*

Patet etiam cur Deus adorandus in spiritu, & veritate.

tutione Patris, nempè quia Pater tales quærit: nunc secundam producit ex natura, & essentia Patris. Etenim Deus Spiritus est & incorporeus: nam in illa propositione Spiritus est Deus, Deus subiectum est, Spiritus verò prædicatum: sicut in illa, & Deus erat Verbum, Deus prædicatum, Verbum verò subiectum. Et vult adorari in Spiritu. Ergo vult adorationem proximam, & conformem rei adoratæ: mens autem nostra, spiritus est rationalis, quæ maximè homo est, & per se Deo placet eius cultus, & sine quo cultus externus Deo minimè gratus est: & ideò Spiritui Deo nonnisi in Spiritu sancto, & veritate Christo cóiungi potest. Huc videtur pertinere quod sapiens ille dixit:

Ioan. 1.

Cur Deus mente colendus.

Hunc Dei cultum inter num agnouerunt ethnici. *Cato.*

Si Deus est animus, nobis vt cærmina dicunt;
Hic tibi præcipuè sit pura mente colendus.

Et alius ex Satyricis Poeta:

Persius sat. 2. in fine.

Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago,
Compositum ius, fasq; animi, sanctosq; recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.
Hoc cedo, vt admoueam templis, & farre litabo.

Simili ratione argumentari poterat: Deus veritas est, ergo in veritate vult adorari, & non in figuris, vel vmbris: veritas autem præcipuè in animo, non in corpore sita est.

In veritate cur Deus etiam adorandus.

Dicit ei mulier, Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Dedignata mulier Samarites à Iudæo discere, ad venturi iudicium Messiæ totum negotium defert, cuius nimirũ erat omnia dubia, & vniuersas fidei controuersias resoluere, ac expedire, vtpote in Doctorem & magistrũ mundi à Deo missum: propterea que subiungit: *Cùm ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia.* De Messia verò constabat illis, scilicet Samaritanis, ex libris Moysi, quos receperant: nam in eis dicitur: *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est;* & statim infrà: *Et ipse erit expectatio Gentium:* & alibi: *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui.* Et bonæ omnes mentes de aduentu Messiæ erant tunc edoctæ: & fides summam scientiam, & experientiam amplectitur: ideò ait, *Scio*, Et verba illa: *Qui dicitur Christus*, non sunt mulieris, sed Euangelistæ exponentis vocem Hebræam per Græcam, quia Græcè scribebat:

Quare Samaritana habere Messiam Doctorem volebat.

Deut. 18.

Dicit ei Iesus; Ego sum qui loquor tecum. Ideò frustra alium quæris. Cùm verò Iudæi instarent, ac dicerent; *Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palàm:* Christus non apertè, sed rectè respondit, vt eorum fraudulẽtus merebatur animus. Idcircò illos misit ad opera, cum inquit: *Opera quæ ego facio, illa sunt quæ testimonium perhibent de me.* Hæc autem propter simplicitatem meruit intelligere quod illis negatum est: nam cum simplicibus sermocinatio eius: & Christus; *Abscondisti hæc*, inquit, *à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Neque frustrà Dominus hoc illi reuelauit, quia statim credidit: & secundùm Chrysostomum, non dixit à principio hãc veritatem: ne indisposita mulier iactantiam esse iudicaret, & sic Christum despiceret. Ac licèt Christus sit verbum breuiatum, vt statim in animo recipiatur: mulier hæc tamen egebat longa, & copiosa oratione, & prædicatione, vt ad Christum ita manu duceretur. Ego sum, inquit, Verbũ proprium Dei, loquor tecum à proprio Verbi effectu, quia semper loquendo seipsum declarat, sicut Iudæis dixit: *Ego principium, qui & loquor vobis.*

Ioan. 10.

Præmia simplicitatis.

Prou. 3. Matt. 11.

Quare statim a principio Christus Samaritanæ detexerit Messiam. *Chrysost. 31. in Ioan. 1. Esa. 10. in Septuag. & Rom. 9.*

Ioan. 8.

Falsum autem est quod hinc accepit Caietanus, priùs huic Gentili fœminæ, quàm Iudæis Messiam se manifestum fecisse; nã id contra ordinem, & regulam Diuinæ prouidentiæ fuisset, quam expressit Paulus sæpè dicendo, *Iudæo primùm, & Græco.* Et Christus, qui per se Iudæos, per Apostolos, Gentiles ad se vocauit: & cùm natus fuit, priùs Iudæis pastoribus, quam Magis Gentilibus reuelatus est: & antequam huic se detegat, cap. 1. Ioannis detexerat se Petro, Andreæ & Philippo, qui dicebant: *Inuenimus Messiã*, & Nathanẽli, qui aiebat; *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël.*

Christus prius Iudæis quam Samaritanæ manifestatus est in Galilæa. *Rom. 1. Circumcisionis.*

Luc. 2.

Ioan. 1.

Et continuò venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur, &c. Apostoli, comparatis victui necessarijs, rediebant, & mirabantur quòd Christus cum muliere solitarius loqueretur, quasi de re noua, singulari, & inusitata. Mirum enim est, summeque gratuitum, Deum quærere sui oblitos, non solùm se non quærentes, sed etiam fugientes. Non mirabantur autem quasi suspicantes aliquod malum, vt Augustinus ait; sed, vt Cyrillus & Chrysostomus annotarunt, Christi humanitatem, facilitatemque, quòd ipse tantus, & tam celebris mundo vir cum muliere paupercula, & illa Samaritana loqui non dedignaretur. Non enim solitus erat Dominus colloquium, vel consuetudinem cum huiusmodi habere, ob vitandum offendiculum, & infamiam, quæ ex tali commercio consequi solet; maximè in his, qui vel Sacerdotium, vel arctiorem vitæ disciplinam, vel ministerium verbi Dei profitentur. Neque tamen Christum, qui tantæ au-

Apostoli mirabantur de Christo quod cum muliere loqueretur. Nihil male suspicantes fuisse. *Aug. tract. in Ioan. 1. Cyril. lib. 4. Ioan. c. 9. tom. 1. Chrysost. hom. 32. in Ioan. tom. 3.*

Christum Apostoli cur ausi non fuerint reprehẽdere, quia cũ muliere loquebatur.

toritatis erat, ausi sunt reprehendere: siquidem edocti erant, vt omnia facta magistri curiosiùs ne inquirerent. Subditus enim haud debet scrutari actus superioris ad se non pertinentes, verũ in bonam partem interpretari, si vita est inculpata. Sciebant præterea Christum omnes ad Deum vocare, & spiritualibus illorum morbis ac vulneribus pharmacum apponere suis sermonibus solitum. Neque aliud nobis hoc suo facto exemplum reliquit, quàm vt cum huiusmodi mulierum genere nonnisi in templo, vel in loco amplo & manifesto, nec nisi ad salutem ipsarum spiritualem promouendam conueniamus. Reliqua enim commercia in occulto atq; conuenticula virorum spiritualium cum eiusmodi fœminis, ab spiritu quidem inchoantur, carne tamen sæpe consummantur: vt multorum hæreticorum exempla docent. Ideò si sapimus, pro scortis atque peccatricibus fœminis iugiter Dominum deprecemur: illarum autem consortia diligenter vitemus: ne, dum volumus illis prodesse, nobis noceamus: quod quidem fiet gratia & meritis Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto sit omnis laus, honor, & gloria, atque imperium in secula seculorum, Amen.

Quid cũ Samaritana hoc suo nos doceat Christus allo quio

Gal. 3.

Cum scortis atq; meretricibus quatenus agendũ.

TRACTATVS XXII.

In illa verba: *Reliquit ergo hydriam suam mulier: & abijt in ciuitatẽ, & dixit illis hominibus, Venite, & videte hominẽ qui dixit mihi omnia quæcunq; feci: nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebãt ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, manduca, &c.*

VEnerat ad sensibilem fontem Samaritana, & inuenit spiritualem, accensaque est cęlestium & salutarium vndarum igne adeò, vt hydriam relinqueret, curreretque in ciuitatem: hic est fructus aquæ viuæ, hoc est, fidei, quæ otiosa esse nequit, quin ex se germinet bona opera: gustato enim Christo, eoque per fidem hausto, renim Christo, quadmodum Apostoli fecerunt, in quorũ persona dicitur: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Vt enim fides ex verbo auditio oritur, ita cùm primùm est robusta & solida, verbi prædicationem parit, iuxta illud: *Credidi propter quod locutus sum.* Videtur bibisse de aqua illa, & inebriata, nam teste Plinio lib. 2. cap. 103. lynceſtis aqua, quæ vocatur acidula, vini modo tumulentos facit. Reliquit ergo hydriam, significantem cupiditatem huius seculi, vel cor habens aquam mortuam, scilicet, amorem mũdi, nouo corde cœlitus hausto. Et prædicator huius fœminæ exemplo, omnem corporis curam ac solicitudinem debet abijcere. Nemo enim militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Vnde Moses ad educendum populum de AEgypto vocatus, & in terram Promissam ducẽdum, Aethiopissam dimisit vxorem. Atque hæc mulier Samarites plus fecisse videtur, quã Andreas & Philippus: isti enim secuti sunt Dominum ab eo vocati; hæc autem nullo inuitante: Andreas vnum tantùm ad Christum adduxit, nempè Simonem Petrum, Philippus verò solum Nathanaelem, hæc verò, cum mulier esset, & Gentilis, & meretrix, integram ciuitatem conuertit. Possent ergo honestæ, & Dei timentes fœminæ, si viua fide pollerent, saltem familiam, siue domum suam ad Christi cultum traducere. Vide autem prudentiam huius mulieris. Non enim inquit: Venite, videte Christum, cum tamen crederet Christum esse; ne de huiusmodi re, quæ summa atque maxima erat, à se ipsa iudicare videretur: sed alios facit iudices, cùm ait, *Nunquid ipse est Christus?* quasi dicat: Vos ipsi iudicate: modus enim persuadendi est, ostendere se nolle cogere ad credendum, sed proponere ea, vnde liberè credant: multum enim suadere, suspectum reddit de veritate suadentem. Vt autem magis illos attrahat, offert illis, veluti escam quandam, suorum detectionem criminum. Quod verò ait: *Qui dixit mihi omnia quæcunque feci*: intellige quædam tantùm; sed ex illis censuit, Christum omnia posse reuelare. Nec hic sermo fuit infructuosus; nam sequitur: *Exibant ergo de ciuitate & veniebant ad eum.* Hic est igitur fructus mulieris prædicationis: Non enim reuertitur verbum Dei vacuum, sed faciet quæcunque volui; & prosperabitur in omnibus ad quæ misi illud, ait Dominus per Esaiam. Vt enim auceps vna, aut altera auicula in cauea inclusa & modulante, aliasque auiculas ad se inuitante, venari illas solet: ita Christus per hanc mulierem reti Euangelico inuolutam atque illaqueatam, alias multas peccatrices animas eius ciuitatis incolas, facili negotio ad earum salutem est aucupatus. Hæc autem facilitas Samaritanorum, symbolum, est propensionis & alacritatis Gentilium in credendo: & arguit duritiam Iudæorum, quibus Christus per legem Mosaicam ven-

Quod mulier Samarites hydriam suã reliquit, quid mysticè

2. Tim. 2.

Exod. 4.

Andreæ & Philippi Apostolorum cum Samaritana contentio. *Ioan. 1.*

Samaritanæ mulieris prudentia.

Vtilis suadẽdi modus.

Omnia vt dixerit Christus Samaritanæ quæ fecerat, cum vnum dixisset tantũmodò.

Christus quã bonus auceps. *Esa. 55.*

Samaritanorum credulitas quid significauerit.

Aquæ viuæ Christi, quã biberat Samaritana, fructus.

Iacob. 2.

Matt. 19.

Psal. 115.

Deut.18. *Ioan.2.*

cam venturus prædicabatur; quibus prophetarum multitudo iamiam in ianuis ipsum esse præmonstrabat; imò Ioannes digito ostendebat, *Ecce Agnus Dei*, & tamē miseri expulerunt à se vitam, lucem, ac remissionem peccatorum: at Samaritani etsi alienigenæ, nullis Prophetarum vocib. præmoniti, neque Ioannis testimonio, doctrinaue confirmati, sed vnica duntaxat muliercula, & illa quidem peccatrice edocti, cateruatim ex vrbe ad Christum contendunt, effunduntur que.

Discipuli cur Iesum rogabant vt manducaret.

Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi manduca. Videntes Apostoli Christum itinere, & calore fatigatum atq; confectum, timentesque ne ciues superuenirent, ac impedirent refectionem Iesu, impense instabant, vt ederet: atque hæc deprecatio amoris & commiserationis symbolum erat: & fortasis non erant soliti cibum sumere ante Christum. *Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Sicut superiùs siti quidem corporis premebatur, sed magis siti salutis Samaritanæ, ita modò nō negat se esurire, sed fame salutis Samaritanorum magis cruciari. Superiùs sitiebat Samaritanam, nunc esurit salutem Samaritanorum: & maius desiderium exprimitur in fame tot hominum seruādorum, quàm in siti vnius Samaritanæ: atque hic est ille cibus, pro quo emendo in figuram misit Apostolos in ciuitatem mundi cum duobus denarijs, doctrinæ, & miraculorum, quo homines fiant idoneus cibus, quem Deus edat: quæ verba Apostoli non intelligentes, dicebant, *Nunquid aliquis attulit ei manducare?* Quare mirum non est, si Samaritanā Christi verba de aqua vitę dāda non intelligeret.

Vera sitis, & fames Christi, vna Samaritanæ, & Samaritanorū salus fuit.

Cibus Iesu quomodo erat vt faceret voluntatem Patris sui, vt perficeret opus eius. *Gen.3.*

Dicit eis Iesus, Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Vtinam sic locutus Adam fuisset, Meus cibus est, scientia meaque, vt faciam voluntatem Dei. Estque sensus: Cibus iste corporeus, quem mihi offertis, leuiter me mouet; est alius, qui mihi præcipuè curæ est; nempè vt perficiam voluntatem eius, qui misit me: hæc est mea fames, hæc sitis mea, vt voluntas Patris per me compleatur; quæ nihil aliud est, quàm vt quamplurimi agnoscant per fidem me, & Patrem meum, ac per hoc salutem æternam consequantur: non est autem alia voluntas eius, nisi quòd vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: & ad hoc missus Christus est, vt quærat, & saluum faciat, quod perierat; ac persequatur officium Euangelizandi sibi à Patre iniunctum. Vel opus Dei vocat, salutem animarum. Patri etenim tribuitur motio, siue tractio ad salutem, iuxta illud: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus qui misit me, traxerit eum*; Filio verò eruditio, ac illuminatio; Spiritui autem sancto perfectio. Quòd si ita lętatur pastor, agricola, venator, & quiuis in opere suo; quanto magis filius Dei in animis piscandis; quorum vorator erat & potator; si etiam in earum cortice, id est corporis cōmoditatibus, bonis fortunæ, pecunijs tantopere boni delectātur. Sed vt gustare quis valeat cibum hunc diuinum & cœlestem, opus esset amare Deum, & animas plusquā corpora diligere. Vel opus vocat hominem ipsum, qui per excellentiam opus Dei proximum & singulare est, iuxta illud: *Operi manuum tuarum porriges dexteram.* hoc opus fuit suggestione diaboli dissipatum, atq; corruptum: nullus autē dignè valuit reparare & reficere præter ipsum verbum, quod illud ab initio creauit. Vt ergo Christo cibus fuit ac potus, facere voluntatem Patris, ita noster cibus atq; potus alius non deberet esse, quàm iussa Dei perficere, & administros nos exhibere atque adiutores Diuinæ bonitatis in reducendis ad Deum peccatoribus, pro quibus Christus sanguinem suum fudit.

Ioan.6.

Christi gestus, animarum salus.

Tertia oris Diuinificatio *Iob 14.*

Gen.3.

Cibus, animus nutritus qualis esse debeat.

Triplex laborandi sus, & aratrum Domini.

Volūtas Dei quęnam illa. *1.Tim.2.* *Luc 19.*

Quod item opus Dei Christ⁹ perficere habebat.

Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Singulariter delectatus Dominus est allegorijs & parabolis: tū quod similitudine, quam in se continent, aptæ sunt ad docendum rudiores: tū quod in se reconditum aliquid habent & ænigmaticum: tùm denique quòd accommodatæ sint ad auditorum animos excitādos, & ad magis infigendum eorum mentibus quæ docentur: hærent nanque diutius quæ quis quasi per se ipsum inuenerit. Probat igitur hac metaphorica locutione Apostolorum testimonio comprobata: *Nonne vos dicitis*, &c. quòd potiùs curare debeant, officium & munus docendi, quàm cibo, vel priuatæ rei operam dare, & tacitè eos extimulat ad idem studium, & famem animarum habendam. Vos enim, inquit, dicitis messem adhuc procul abesse, quatuor scilicet mensibus: at hæc messis sensibilis est atque externa: ego autem dico vobis, esse aliam messem spiritualem, & internam, atque huius tempus minimè esse differendū; quoniam iam iam instat, seu imminet; & segetes albæ sunt iam ad messem, id est, iam habiles sunt ad doctrinā Christi percipiendam, vt verbo Dei quasi falce, à messoribus. hoc est, Apostolis & prædicatoribus ab amore terræ præcidantur; in horreumque Ecclesiæ triturandi congregentur. Atque autoribus Cyrillo, Rupertoque Tuitiensi,

Quā ad sem Christi Apostoli uitabat.

Regiones maritimæ albæ iam erant ad sem quæ mystice. *B.Cyril. lex. lib.*

hic tran-

Rupert. in Ioan. Quatuor mēsium aduentus messis apud Iudæos supputatio.

D.Chrysost. hom.33. in Ioan. *B.Tho.lect.1. com.14.* Altera supputādi ratio.

Spiritalis messis seminatores: eius incrementū vnde.

Iudæi quare naufragauerunt.

Albæ Samaritanorum regiones cur erant ad messem.

Ratio huius metaphoræ: Videre regiones quia albæ iam suāt ad messem, quæ sit. Hominum conuersio per Euangelium, messis nomine cur veniat.

hic transitus Christi à Iudæa in Galilæam, quando hoc dixit, fuit sub Veris initiū, cum fata vix adhuc herbescentem habent viriditatem, ineunte videlicet Februario mense, à quo ad messem, quæ in Syria mense Maio fieri solet, menses quatuor supputantur, si extremos includerimus: atque ita dies festus Iudæorum, quo de ca. 5. initio Ioannes loquitur, nequaquam potest esse dies festus Pentecostes, quę proximè consecuta sit illum diem Paschæ, de quo Ioan. 2. sed vel de secundo Paschate ab illo, vel de die festo Pentecostes consequente secundum Paschā distinctū ab illo Ioan. 2. vt docent B. Chrysost. atq; B. Thom. vt suo loco plenius explicabitur. Alij verò hæc verba interpretantur in hunc sensum: nempe quòd quatuor menses sunt (à semine scilicet iacto) & messis venit (hoc est, tūc est spes messis, quando semina nata sunt, quæ hyeme latuēre) ita etiam seminata à Prophetis in Iudæis, & à Philosophis atque Sibyllis in Gentibus ante aduentum Christi, quasi in hyeme non crescebāt, orto verò Sole Christo iustitiæ cœpere albescere, id est, desiderare intelligentiam, & rationem salutis: vt pertæsus longæ noctis, diem aduentare desiderat. Quia ergo albæ sunt messes, idcircò laborandum, & corpus animarum saluti postponendum. Erat autem donum Dei commune etiam non Iudæis, id est, Gentibus, & vera aqua contradictionis, cui diabolus contradicit: qua in aqua quoniam Iudæi nauigarūt brachiis rationis, & non naui fidei; propterea naufragauerunt. Samaritæ igitur maturi erant ad messem, quia expectabant & ipsi Messiam, cum exprobrare frequenter intelligerent quòd nescirent quid adorarent: vnde eius rei intelligendæ desiderio tenebantur. Albæ ergo messes sunt, quia per tribulationes maturescūt; ficcæ verò nunc sunt ad ignem: quia multi sciunt defectus suos, quos tamen nolunt corrigere & emendare.

Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iā ad messem. Id est, Apertis fidei oculis circumspicite non solū Iudæos aquæ viuæ esse sitientes, sed etiam Samaritanos atque Ethnicos properare ad Euangelicæ doctrinæ fontem, & sitire salutem suam. Dicendoq;, *Regiones*, amplificat copiam auditorum Euangelij: regio enim non vnum, aut alterum hominem, sed quamplurimos continet. Et cōuersionem hominum per Euangelium, demessionem appellat: quòd ita essent animi hominum præparati, atq; maturi, vt vel ad vnam duntaxat concionem plurimi illud reciperent, vt in Samaritis istis perspectum est. ¶ *Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam.* Inuitat Christus Apostolos, vt alacriter messorum munus obeāt, argumento à præmio & vtili sumpto. *Mercedem accipit*, inquit, nimirum gratiam, & cōsolationem conscientiæ in præsenti, & vitam æternam in futuro: quemadmodū qui metit messem sensibilem, colligit fructum in vitam temporalem. Non perdit autem prædicator mercedem suam, esto quòd in auditoribus paruum fructum faciat: sibi tamen congregat in cœlis fructum vitæ æternæ. Hinc Paulus dixit. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundùm suum laborē*; non ait, secundùm fructum suum. ¶ *Vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit.* In sensibili quidem messe qui seminat, mœrore afficitur, si alius metit; sed non in spirituali, vbi commune est gaudium omnibus. Seminantes, sunt Moses, & Prophetæ, qui vaticinia de Christo seminauerunt; Metentes verò, Apostoli sunt, qui messuerunt homines ab infidelitate, ac retulerunt in horreum cœleste. Aliter autē accipit hic Dominus messem, atque Matt. 13. vbi messis, est seculi cōsummatio, messores Angeli. Hinc messem vocat collectionem fidelium in Ecclesiam Dei, cuius messores sunt Christus, & Apostoli, qui falce Euangelicæ prædicationis promptos populos resecant in horreū Dei. Ita etiam accipitur messis Matth. 9. cùm dixit Dominus; *Messis quidem multa, operarij autem pauci:* & quomodò messis tempus est consummationis fructuū, & messis sit præsentia Solis feruidè calefacientis: ita in nouissimo aduentu consummatio erit seculi, & in primo aduentu fuit plenitudo temporis, & messis vtraque spiritualis claram, lucidamq; Solis iustitiæ præsentiam habuit, & habebit.

Qua ratione Christus Apostolus inuitet ad eam messem faciendam.

Satores verbi Dei vel parum fructificantes, mercede non carent apud Deum. *1.Cor.3.*

Expenditur dictum Pauli: Vnusquisque mercedē accipiet secundum suū laborem.

Spiritalis proprijū messis: eius satores qui, messores Eam messem qua falce messuerint.

Matt.13.

Messis item quid, & messores, teste Christo.

Matt.9.

In hoc enim verbum est verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Id significat; Peruulgatus populi sermo, Quòd vnus seminat, & alius metit, veritatem, & locum hic habet: quod alius, id est, Propheta, serit, Apostolus metit: & Apostolus seminat, & doctor nunc metit: & vterque, vt supra dixit, mercedem habet, & gaudet. Sed non in hoc habet verum, quòd miser sit qui seminat, nec tamen metit: nam vterque gaudet, & remuneratur à Deo. Illo autem sermone significatur, quòd vnus laborat, & alius est qui fruitur mercede laboris alterius: ex quo primùm, seminantem scilicet, miserum vocat. *Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorū introijstis.* Hæc dicit, ostendēs quod opus illis promissum, facilè & in promptu esset, vtpote perfecto eo quod labo-

Gal.4.

Quo modo in hoc vertū sit verū: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit.

riosius

Universidad de Deusto Biblioteca

Quorsū hoc: Ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alter sensus. *Gen 12. et infrà sæpissime.*

riosius est: seminare namque, cum labore sit, ac tarditate; metere verò, cum requie, & velocitate. Quanquā dici commodè queat, Patriarchas, & Prophetas semen, in quo benedicendæ essent omnes gentes, promissum illis, veluti seminasse: nam credentes, & sperantes, in propagatione carnis, tanquam in terra bona semen committentes, euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua, profitentes quòd aduenæ erant, & peregrini super terram: atque hoc modo laboriosam hyemem passi sunt. Sed non messuerunt, quia defuncti sunt omnes non acceptis promissionibus, sed è longinquo illas salutantes: sed alij metunt, videlicet vos, qui præsentem Dei promissionem oculis vestris cernitis. Alij ergo laborauerunt, nempe Patriarchæ, & Prophetæ, opera faciendo, propter quæ digni fuerunt, quibus promitteretur benedictio Gentium.

Psal.125. Heb.11.

Ibidem. Qui sunt illi qui laborauerunt, in quorum labores Apostoli introierunt.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Admiranda est fides Samaritanorum: multi enim crediderunt propter sermonem mulieris de Christo testantis, sed multo plures ob Christi doctrinam: & vtrique sine signis crediderunt, quod maius est: & postremò rogauerunt eum, vt maneret apud ipsos, quem Iudæi à se expulerunt, etiam signa quamplurima edentem. Et alij sunt isti Samaritani ab illis, Luc. 9. qui Christum in castellum recipere noluerunt: hi verò etiam vt ad eos ingrederetur, rogarunt: & ipse mansit ibi duos dies. Quod ergo Christus inquit: *In ciuitates Samaritanorum, ne intraueritis*, intelligebat non esse prædicandum ex professo, ne irritarentur Iudæi. Christus etiā, qui princeps est, legibus suis nequaquam adstringitur. Et rogatus, supererogare poterat, quasi per transitum ob exemplum & figuram gerendorum. Credentes autem & gratiam Dei adepti, rogare debent Dominum, vt maneat apud eos, atque dicere: *Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit.* Hoc autem efficit ipsa charitas, de qua dicitur: *Qui diligit me, sermonem meum seruabit: et Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*; ac rursus, *Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Volebant enim Samaritani frui Christi præsentia; cuius conuersatio honestissima erat, doctrina fructuosa, societas iocunda, nullique ob quæstum onerosa. Mansit autem ibidē per duos dies, vt ex parte eorum votis satisfaceret, confirmaretque in accepta doctrina, partim etiā

Samaritanorum quā excellens fides, & illustris.

Luc.9. Apostolis quatenꝰ prohibitum, ne in ciuitates Samaritanorum introirent. *Matt.10.*

A quibus rogandus Dominus, vt maneat apud eos. *Luc.24.*

Christus ab eis rogatus cur manserit apud Samaritanos. *Ioan.14. 1.Ioan.4.*

vt fatigatus ex itinere paullisper quiesceret, non autem plus, ne Iudæi obmurmurarent, & vocarent eum Samaritanum. Et mansit biduò apud eos, quia illuminauit ipsos de credendis, & agendis: vel quia duo sunt præcepta dilectionis; docuitque ne in die prosperitatis per superbiā prolabamur, vel ne in die aduersitatis fatigati per diffidentiam deficiamus. Locutus est etiam per duo Testamenta. Manet etiam cum electis duobus diebus, nempe in vita præsenti, quæ dies vna est propter breuitatem; & in futura æternitatis die, cui nox nulla succedet. Hæc enim omnia mysticè designari in illis duobus diebus, à vero non abhorret.

Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Sensus est, propter Christi verbum, de quo est sermo: vbi Ioannes illo verbo insinuat, Christum Samaritanis plures prædicasse; cuius prædicationis fructus fuit, quòd multo plures crediderunt in eum. Etenim viuacior est in suo fonte aqua, quam in riuis. Erat enim docens eos sicut potestatem habens. Radius etiam rectus fortius agit, quam reflexus: vt meritò dixerit Propheta: *Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eū.* Quanquàm non sint prædicatores, qui ad Christum ducunt, propterea contēnendi. Multi ergo crediderunt propter verbum mulieris: quippe hic est ordo naturæ, non progredi ab extremo in extremum sine medio, id est, à Iudæa ad Gentes, sine media Samaria. Samaritani legem cum Iudæis recipiebant, & idola cum Gentibus colebant: ideò dixit Dominus: *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Alius verò ordo naturæ est, quòd per nota nobis ad incognita perducimur: ita isti à muliere cognita ad Christum incognitum perducti sunt. ¶ *Et mulieri dicebant, Quia iam non propter tuam loquelam credimus.* Loquela hic haud significat loquacitatem, quæ propria est eius nominis significatio; neque rursus idioma vel locutionem, vt accipitur Matth. 26. *Loquela tua te manifestum facit*; sed tantùm sermones, siue verba, quæ de Christo protulerat. Quod ad rem verò attinet, in adultis semper fides acquisita, quæ testimonio prædicantis, vel signis nititur, præcedit fidem infusam. Expellitque hæc diuinitùs concessa fides, quæ Dei irrefragabili autoritate nititur, iuxta illud: *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se*, acquisitæ illius adhuc cum diuina perseuerantis imperfectū credulitatis statum, tanquàm superfluum, non aliter ac iuuentus pellit pueritiæ imperfectionē, & lux meridiana lucem matutinam

Quare duos di... apud eū ... sedit.

Matth. Duo ... quid m...

Plures ... crediderunt propter sermonē Christi, quā ... propter verbum mulieris testimonium perhibentis.

Matt.7. Psal.93.

Ordo duplex.

Act.1.

Alter.

Propter loquelam mulieris crediderunt ... Christo. *Matt.26.*

Fides in... quam ... portat & pellat & modo... *1.Ioan.5.*

& omne

Galat.3. Ioan.3.

& omne perfectum imperfectum. Et quēadmodum Christo veniente cessat magisterium, & pœdagogia Moysi, & crescente Christo, imminutus est Ioānes, qui ad eum disponebat: & sicut adueniente forma, dispositiones omnes ad eam inducendam idoneæ cessant, ita cognito Christo à Samaritanis per fidem infusam, cessauit necessitas fidei humanitus cōparatæ propter verba mulieris testimonium perhibentis: eius enim loquela necessaria fuit iam paruulis; prouectis verò superflua reddita est, & poterant dicere cum Paulo: *Quum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quādo autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli*: atque ita mulieri dicebant, *Iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi.* Expende, quæso, prudens lector, quanta verborum emphasi vsi fuerint. Audiuimus enim (inquiunt) auribus nostris eum prædicantem, & de se testificantem, & scimus ob fidem Catholicam infusam, quæ firmam assensionem, atque adhæsionem ad rem creditam gignere solet. Quam fidem de Christo à signis minimè acceperunt, quia nulla signa apud eos fertur edidisse: nec euidentia naturali, aut aliquo sensu Iesum esse Messiam, & filium Dei, ac mundi Saluatorem accipere poterant, sed fide cœlitus hausta. Et subdunt: *Quia hic est verè Saluator mundi.* Non Iudæorum tantùm, aut Samaritanorum, sed totius mundi, pro quo redimendo venit in mundum. Et, verè, aiunt, non falso, vt Theudas & alij falsi Messiæ. Verè etiam, non in figura, vt olim in Veteri Instrumento plures seruatores à Deo missi sunt, sed qui seruarent tantùm populum illum peculiarem ab aliqua captiuitate, & calamitate temporali, atque ita designarent futuram liberationem per Messiam, qui verè, & non in typo, vel figura liberat ab æterna peccati captiuitate, ac diaboli seruitute, & reatu gehennæ: nam ab his infinitis malis solus Iesus liberare potuit, & qui æternam salutem omnibus à se liberatis impertiuit; incipiēdo tamen ab ea animæ, vnde cœpit corruptio & perditio. Ac vt illam corporis subsecuta est mors, ita etiam hanc spiritus salutem vita & gloria corporū consequitur. Aiunt præterea, Hic est verè Saluator mundi; quasi dicerent, Verè ita est, non fallimur, nec falli possumus. Nec mirum, quoniam ex lumine cœlitus infuso, magnum adferente firmitatem, hæc credebant Samaritani. Atque ita expeditum explicatumque reddimus, quomodo fides infusa acquisitam expellat; & quemadmodū

Mulieris loquela Samaritani quatenus eguerint

1.Cor.13.

Samaritanorum insignis fides, ac stupenda.

Christus quā verè Saluator mundi. *Rom.3. Act.5. Ioan.1.* In quibus ille figuratus olim & adūbratus.

Verè quoq; Saluator mūdi cur Christus.

experientia fidei coniuncta præstet nudæ fidei. Istaque fide, seu fidei confessione Samaritanorum, datus est Christo aquæ potus, quem à Samaritana petierat. Non enim tunc cùm redierunt Apostoli, voluit bibere Christus. Datus est etiam ei cibus, quem esuriebat: hic enim cibus, potusque recreās atque corroborans Dominum, fides est viua, in qua vnà cum fructibus, qui ab ea promanant, salus sita est animarum. Demus igitur operam, vt Christo aquam pœnitentiæ porrigamus, vinum amoris, & escam bonorum operum: nam si hæc in illum cōtulerimus, implebitur in nobis quod habet Scriptura: *Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Ex hac Gentium confessione quàm digniores Gentes Euangelio, quàm Iudæi fuerint, agnosci potest; & quid Iesus facere potuerit si Gentibus (Iudæis neglectis) se se tradere voluisset, quibus propter Iudæos tradere sese illudendum occidendumque maluit, vt ceruix illa Iudæorum dura vinceretur.

Quo cibo, potuque recreemus Dominum, corroboremusque.

Apoc.3.

Gentes præ Iudæis quā dignæ Euangelio.

Sequitur in textu: *Post duos autem dies exijt inde: & abijt in Galilæam.* Postquàm seminauit in vrbe Euangelium, & fidem in Samaritanorum cordibus posuit, quorum erat hospitio per biduū vsus, institutum peragit iter, ac proficiscitur in Galilæam: non quo Samaritæ eorum, quæ audierant, obliuiscerentur, sed vt præsentiæ eius maiore arderent desiderio, & ita maiores atque vberiores facerent in fide progressus. *Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet.* Videtur hic sermo præcedentibus minimè congruere. Præmisit siquidem Euangelista, Christum relicta Samaria venisse in Galilæā; ac mox huius facti rationem reddens, ait: *Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet*: quæ autem hæc potest esse cohærentia, consequentiave? nū ideò Samaria deserenda, & Galilæa adeunda illi fuit, quia non honoratur Propheta in patria sua? an non potiùs debuit apud Samaritanos permanere; & ad Galilæam non accedere? Sed huic difficultati respondet Cyrillus egregiè his verbis: *Vrbem quidem illorum* (scilicet Samaritanorū) *post duos dies reliquit. Verùm cùm Nazareth, vbi enutritus fuit, in Galilæam descendenti primùm occurrebat, tamen in eam non diuertit, eiusq; rei causam attulit, dicens ipsum Iesum testatum fuisse, quia Propheta in patria sua honorem non habet. Solemus enim quod tritum est atq; quotidianum, etiamsi magnum sit, parui pendere. Præterijt ergo patriam, non quia inanis esset gloriæ cupidus; sed*

Matth.20. & alibi passim. Christus cur Samaria exierit, & abierit in Galilæam.

Quorsū hoc: Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet. *Matt.13. Mar.6. Luc.4.*

Solutio Cyrilli percommoda. *Cyril. lib.2. in Ioan ca.113. Luc.4.*

Prædicatio vbi inutilis, & infructuosa.

quia optimè sciebat prædicationem fidei fructum ibi facere non posse, vbi prædicator contemneretur. Hæc ille; quæ confirmantur ex his, quæ Lucas ca. 4. scribit: & vt Nazareth priùs occurrebat quàm Capharnaum, ita etiam Cana: nam hæc in tribu Aser sita erat, vt Capharnaum in finibus Zabulon & Nephthalin; estq; inferior ipsa Cana: ex quo Ioan. 2. dicitur, Christum à Iudæa in Cana aduenisse, ac deinde Capharnaum descendisse, & in hoc 4. ca. Regulus Dominum in Cana existentem rogabat vt descenderet in Capharnaum, & sanaret filium eius. Quamobrem venientibus à Iudæa per Cana erat in Capharnaum transitus. Ex quibus habes, cur Dominus non abierit recta in Nazareth, quæ habebatur patria ipsius. Causam enim assignat, quòd videlicet Propheta in patria sua honorem non habeat: nimirum quòd familiaritas pariat contemptum; quodque inter eos, qui pares existunt, inuidia oriri soleat: neque facilè patimur vt à nostris ciuibus superemur, qui tamen externos, proculque à nobis venientes omni honorificentia prosequimur. Ideò ait Matthæus de hoc eodem ascensu in Galileam loquens c. 4. *Quum autem audisset Iesus, quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum.* Antequam autem veniret Capharnaũ, vt hoc loco testatur Ioannes, ambulabat Iesus per Galilæam, id est, per vicos, & ciuitates reliquas Galilææ & reuersus est in Cana Galilææ, vbi fecerat ex aqua vinũ: & inde accitus fuit, & rogatus vt descenderet Capharnaum ad filium Reguli febricitãtem sanandum. Et quia illud signum salutis collatæ filio Reguli, dicitur secundum signum à Iesu editum in Galilæa; tota hæc historia præcedit tempore ea, quę Matth. 4. Marci. 1. Lucæque 4. de isto reditu Iesu in Galilæam perhibentur.

Quum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo, &c. Vide sapientiam Filij Dei, qui, quo autoritatem sibi conciliaret apud suos Galilæos, signa edebat in Iudæa & Ierosolymis coram Iudæis, qui potestate & doctrina illustres habebantur, & vt fidem sibi apud Nazarenos conciues cõpararet, priùs in alijs ciuitatibus Galilææ illustria voluit operari miracula. Nec tamen multum apud eos profecit: quia vt Marcus tradit cap. 6. non poterat ibi virtutem vllam facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum. Diem autem festum, vocat festũ Paschæ, de quo Ioan. 2. ad quod celebrandum omnes Iudæi præcepto legis confluebant, atq; in eo, & similibus diebus festiuis Christus tùm prædicationi, tùm signis edendis amplius incumbebat, vt sui notitiam in plures pareret; & maiorem ansam plures Deo lucrifaciendi haberet.

Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. In Iudæam venit quidẽ propter eorum inuidiam, qui Galilæam incolebant; in patriam autem suam non abijt, quia ei non auscultabant; & ne maior eis accederet condemnatio. In Cana venit primùm quidem inuitatus ad nuptias, nũc verò, vt fidem quæ ex facto priùs acceserat miraculo, præsentia sua confirmaret, atque vt ex ea semente, quam ante paucos conuiuas fecerat, messem nunc aliquam demeteret, & vt patriæ suæ eos præferendo, maioribusque honorando signis & prodigijs, illam æmulatione quadam irritatam, atque permotam, ad habendam sibi fidem, præclariusque de se sentiendum prouocaret.

Sed vt ex hac dulci historia fructum aliquem eliciamus, in primis aduerte, Iesum transire in se, & in suis Apostolis siue prædicatoribus, more peregrinorum & verorum Hebræorum per mediam Samariam, & venire in ciuitatem quæ dicitur Sichar. Interpretatur autem Samaria Custodia, vel adamas, aut vepres, seu sæx eius; Sichar verò, conclusio, vel ebrietas. Pulchrè enim hic mundus his vocibus exprimitur: est enim spinosus per auaritiam & iracundiam: adamantinus per obdurationem & pertinaciam; fœdus verò per obscœnas fœdasque voluptates: est etiam custoditus à dæmone custodiente atrium suum. Et meritò conclusio dicitur, & ebrietas: quoniam mundus hic, pijs & iustis carcer est, quo detinentur; & vinum inebrians impios. Ad hanc ciuitatem Apostoli missi sunt, vt cibos Christo fatigato & esurienti comparent: siquidem per prædicationem animas contendunt ad Christum perducere: quas norunt Christo cibum esse gratissimum & iocundissimum, propter quas; manducãdas peregrinus factus est Christus: fatigatusq; ex itinere sedebat super aquas, nempe honores, delicias, diuitiasq; huius mundi contemnens, atque suo exemplo nobis contemnendas proponens. Et hora sexta ætatis mũdi in cruce sedit, vt doctor, & piscator aquas populorum sitiés, desideransque, vt ponamus in eo aquas nostras amaras, ac turbidas, id est, peccata nostra, quæ ipse in corpore suo portauit super lignum: pollicitusque est nobis dare aquam suam viuam, hoc est, Spiritum sanctum; ad quem recipiendum opus est primùm exire de Samaria, id est, mundo, & pompis eius ac

operibus

In Cana iterum quã venit Christus. *Ioan. 2.* *Infra 4.*

Quare Christus potius non venerit Nazareth patriam suam. *Luc. 1. & 4.*

Propheta cur honorem nõ habet in patria sua. *Matth. 4.*

Christus Galilæus in Iudæa, & Ierosolymis signa cur ederet

Galilæorum incredulitas. *Mar. 6.*

Galilæi ad quem diem festum venisse dicuntur hoc loco. *Ioan. 2.*

Gal. vlt. operibus renuntiare: ita vt cum Paulo possimus dicere: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Atque hoc docet nos Abraham sanctus ille, & magnus Patriarcha, cui à Domino dictum est: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui,* &c. Deinde opus est portare vas cordis vacuum, funemque desiderij constantis, ne in labore hauriendæ aquæ rumpatur: frigida desideria enim paleæ instar inflammatę citò euanescunt. Ad hæc, nosse oportet donum Dei, id est, gratiam, siue charitatem, & autorem doni Christum, qui Deus est, & Saluator, paratusq; ad donandum semper; sine cuius notitia ad Deum peruenire potest nemo. Neque tantùm satis est nosse dona Dei, & donantem, nisi subinde petamus, & iugibus precibus à Deo fonte omnium bonorum accipere cõtendamus hanc aquam viuam. Si quis ergo indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei: vt ait B. Iacobus. Cognoscenda prætereà est fames & inopia aquarum mundi huius, quę sunt vel sapientia secularis, profana atque terrena, vel diuitiæ, vel honores, vel voluptates: quæ omnia vno verbo dixit per Salomonẽ Spiritus sanctus: *Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Cognoscenda etiam peccata sunt antiqua, & quòd habuimus quinque viros, id est, quinque sensus, quibus exsaturandis atque explendis miseram subiuimus seruitutem; & hunc quem modò habemus, non esse virum nostrum, sed hostem nostri capitalissimum, id est, diabolũ: etenim peccata carnis in homine, præcedunt illa Spiritus. Sustinendæ insuper sunt, benigneq; accipiendæ correctiones, quas in conscientia nostra læsa efficit verbum Dei, tametsi detegãtur crimina nostra, atque castigentur. Item, edocendi sumus de cultu vero Deo præstando, qui maximè spiritu præstari debet, per fidem, spem, & charitatem, & ex quo externa religio nostra Deo grata & commendabilis redditur. Hæc si attulerimus, effundet super nos pro sua bonitate Deus Optimus Maximus vberiorem aquam viuam gratiæ suę, mundantis, regenerantis, refrigerantis, sitimque internam sedantis, perque bona opera in nobis proficientis, deniq; inebriantis, vt homo relinquat hydriam, id est, cor carnale, atque eius concupiscentiam. Tandem hoc præstabit hæc aqua viua, vt ex mortuis viuos, ex negligentibus diligentes, ex tardis alacres & promptos in his, quæ ad Dei gloriam, & salutem nostram spectant, efficiat, aliorumque salutis studiosos reddat atq; sitibundos: ita vt nostro exemplo cæteri ad Deum agnoscendum reducãtur: quod quidem fiet gratia, ac meritis Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto tribuatur omnis honor, gloria, ac imperium in secula seculorum, Amen.

Gene. 12. II. conditio. III conditio. IV. conditio. *Luc. 1.* V. conditio. *Eccle. 1.* VI. conditio. VII cõditio. VIII & vltima conditio. *Ezech. 36.* Aquæ viuæ Christi virtutes.

TRACTATVS XXIII.

In illa verba Matthæi 4. *Quum autem audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon, & Nephthali. Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam: Terra Zabulon & terra Nephthali, via maris trans Iordanem Galilææ Gentium. Populus qui ambulabat in tenebris,* &c.

Ordo historiæ.

QVanquam B. Matthæus post enarratas tentationes Domini, huc secessum Christi in Galilæam describat, non tamen (prudens lector) intelligas proximum ac coniunctum fuisse, sed multa, quæ narrata sunt à primo capite Ioannis vsque ad quartum acciderunt, quæ partim exposuimus nos, partim suis locis commodiùs exponenda reseruauimus. Post reditum verò Christi à Iudæa in Galilæam per mediam Samariam, idem Dominus reuersus est in Cana Galilææ, vnde accitus fuit ad curandum filium Reguli in Capharnaũ: illis ergo hæc, quæ nunc Matthæus enarrat, continuantur. Quod verò dicitur: *Et relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaũ*; videri posset præmittẽda historia, quam in Nazareth gestam Lucas describit in principio prædicationis Christi, priusquam commemoret, eum in Capharnaũ descendisse; veluti significare volens occasionem, qua factum sit, vt relicto oppido Nazareth, delegerit habitationem in Capharnaum, in qua tamen Matthæus narrat Christum cœpisse prædicare. Verùm hanc historiam non cõtigisse initio Christi prædicationis, vt rem certam colligit Augustinus lib. de consensu Euangelistarum 2. ca. 42. ex eo quòd Lucas priusquam aliquid narret Dominum fecisse in Capharnaum, scribit illum dixisse de ciuibus suis: *Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura te ipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Tunc ergo contigit hæc historia, cùm iam multa fecisset miracula in Capharnaum. Præoccupando igitur siue anticipando, hanc descripsit eo lo-

Ioan. 4. Hanc historiam: Et relicta ciuitate Nazareth, &c. an alia præcesserit.

Aug. to. 4.

Luc. 4.

Historiæ de secessu Christi in Galilæa relictâ ciuitate Nazareth, hoc loco cur meminerit Lucas.

co historiato Lucas, quæ multis interpositis postea gesta est, vt ex Matthæi Cap. 13. constat, & Marci 6. qui hanc historiam attigerunt, eam suo loco describentes. Lucas autem anticipatione vsus, hanc huic loco inseruit historiam, vt ex eo, quod posteà contigit, ostenderet Christum iusta motũ ratione initio prædicationis reliquisse Nazareth, atque habitationem sibi delegisse in Capharnaum. Et verè scribit Matthæus Christum exordium prædicationis suæ in Capharnaum fecisse, non in Nazareth. Et hactenus de hac quæstione. Sed iam ad explicanda proposita verba accedamus.

Vbi Christus audit quod Ioannes traditus esset.

Ioan 1. Infra 3.

Descripto ergo hactenꝰ legislatore Christo, narratur congregatio populi, cui legem tulit, cùm dicitur: *Quum autem audisset Iesus* (in Iudæa scilicet existens) *quod Ioannes traditus esset*, sed ab eo absens; quod indicat verbum *audisset*: non enim fuere simul, nisi eum Ioannes ei perhibuit testimonium, & fortassis Ioannes erat in Aenon, Christus verò in Iudæa: quia verò Ioannes erat prope nominatus & celebris, & Christus ei amicus, statim hæc audiuit. Fuit autem Ioannes à Iudæis traditus ipsi Herodi, Ioannes enim erat in Iudæa, Herodes verò in Galilea dominabatur: & maiores Iudæorum, nempe Scribæ & Pharisæi, tùm timore Romanorum, quòd multi ad eum confluerent, tùm odio, quo eum prosequebantur, tradiderunt illum Herodi secundùm Iosephum. Sed eum Herodes comprehendit, quia illum reprehendebat. Causa ergo secessionis Christi in Iudæam, fuit propter delatores Iudæos apud Herodem. Traditus est autem Ioannes aliquorum insidijs: nam qui traditur, ab aliquo traditur: nec est incredibile illos tradidisse Ioannem, qui Christo minimè pepercerunt: qua enim inuidia & audacia Christo manus iniecerunt, eadem & in Ioannem eius præconem sunt debacchati. Sic enim pronuntiauit Dominus: *Dico autem vobis*, inquit, *quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis*. Deinde secessit in Galilæam, quo nos doceret, prudentiæ esse, quando non sumus perfecti & maturi, declinare extrema pericula, & interim seruare nos ad aliorum salutem, sicut fecit Paulus, qui demitti se per murum in sporta passus est, qui tamen paullò pòst plenus spiritu reuertitur in Ierusalem, paratus mortem subire pro Christo. Petrus etiam perfectus & maturus vrgentibus fidelibus ex Vrbe discessit, cùm ad necem quæreretur; & nisi voce Domini dicentis: *Vado Romam iterum crucifigi*, reuocatus fuisset, vitasset ab alio præcingi, & duci quò non volebat. Secessit itaque in Galilæam, nempe quia in ea occidi non poterat, iuxta illud: *Non capit Prophetam perire extra Ierusalem*: atque ibi primò voluit prædicare, & publicè docere (nam eisdem priuatim per multos primi anni menses fuerat locutus, & Samaritanos per biduum publicè instituerat, etsi fortè non quasi ex officio, sed velut per transitum) primò quidem, vt discipulos in Galilæa colligeret, qui Galilæi dicuntur Actor. 1. & 2. Deinde vt à pauperibus, & rudibus Galilæis proficisceretur fama ad doctos, & potentes, qui in Iudæa erant, ac proinde minus ad credendum idoneos, dignosque, qui à Galilæis præuenirentur in salutis negotio, atque confunderentur: quamobrem eius fratres Christum inuitabant, vt relicta Galilæa paupere, & ignobili transiret in Iudæam opibus & sapientia florentem: *Transi hinc* (inquiunt) *& vade in Iudæam: vt discipuli videant opera quæ tu facis, nemo quippe in occulto quicquam facit, & quærit ipse in palam esse*. Ad hæc, patriæ, in qua nati, atque alti sumus, plus debemus, si tamen in ea autoritatem, & fidem ad edendos bonorum operum fructus, inueniamus. Prætereà, ne propter Dei gloriam illustrandam, dedecus fugiamus: ideò Ioannis 4. Samaritanos reliquit se honorantes (videlicet ne se suspectum redderet Iudæis atque iniurium: ex quo Apostolis ingressum ad eos interdixit, & Lucæ 9. Samaritani noluerunt ei dare cibos: quia facies eius erat euntis in Ierusalem) ideò nolebat ad eos ingredi, cum eisque diuersari: & profectus est in Galilæam. Ipse enim Iesus testimoniũ perhibuit de se ipso, quia Propheta in sua patria honorem non habet: etsi enim à credentibus, qui pauci erãt, in honore haberetur, multo plures tamen erant, qui non credebant, eiusque doctrinam atque opera calumniabantur. Verùm perferebat Dominus opprobria & dedecora multorum propter paucos illos ad fidem, qua Deum agnoscerent, & illustrarẽt traducendos.

A quibus Ioannes traditus Herodi, & quare. Matt. 14.

Ioseph. lib. 18. antiquit. c. 7. Quare Christus in Iudæã secesserit.

Matt 17.

Cur secessit postea in Galilæam.

Act. 9. 2. Cor. 11.

Ioan. vlt.

Hic autem descensus Christi in Galilæam, non est ille primus, de quo Ioan. 1. dictum est: quia ille fuit post reditum è loco deserti; vbi tentatus fuit, in quem locum statim post baptismum se recepit, & ante baptismum non est à Ioanne populo ostensus, sed post reditum è deserto mãsit prope Ioannem fortè duobus diebus, qui altera die designantur Ioann. 1. & die tertia, quæ dicitur in crastinum, voluit exire in Galilæam, & inuenit Nathanael: & die ter-

II. ratio cessus Christi in Galilæam Luc. 4.

Ioan. 4. Aliæ tres huius cessionis memoratæ Act. 1. Infra 2.

Ioan. 1.

II. ratio.

III. ratio

Ioan. 4. Matth. 4.

Luc. 9.

4. Ioan.

Christi ad matr.

Descensus Christi Iliæ ad quod dictus fuit. Matt. 4.

1. Ioan.

die tertia, scilicet ab hac inuentione Nathanaelis connumeranda, iam erat in Cana Galilææ, & posteà descendit Capharnaum: sed hæc omnia ante Ioannis traditionem, & ante primum Pascha post baptismum Christi, illique proximum, euenerunt. Sed tunc nondum erat traditus Ioannes, imò paullò pòst venit Iesus ad diem dictum Paschæ, & fecit signa in eo, de quibus mentio fit Ioannis 2. 3. & 4. Post Pascha autem illud moratus est Dominus in Iudæa, & per discipulos baptizabat, ita vt omnes ad se confluerent gratia baptismi: & tamen tunc nondum erat Ioannes in carcerem coniectus, vt dicitur Ioann. 3. Ergo hoc loco sermo est de secessu Christi è Iudæa in Galilæam secundo, de quo Ioannes capit. 4. loquitur, vt supra expositum est, qui fuit ferè post annum à primo, vel paullò plus, quia in hoc secessu existens in Samaria, dixit Dominus Apostolis, quatuor menses esse ante messem: non quidem proximam messem primo Paschati, quia non fuisset tempus moræ in Iudæa, nec tantæ autoritatis extitisset Christus sine prædicatione: ergo de messe sequenti secundum Pascha est sermo. Ad hæc Ioannes cap. 5. ait: *Erat dies festus Iudæorum*, qui (vt suo loco probaturi sumus) de die Paschatis intelligitur: qui quidem non fuit ante secundum Pascha, quia tunc essent quinque Paschata à baptismo completa in ætate Christi, quæ conficerent quatuor annos integros, præter illos paucos menses, qui fuerunt ante primum Pascha. Tertiò, quia Ioannes Baptista in secundo Paschate à baptismo Christi dicitur à multis in vincula cõiectus ab Herode: In tertio verò Paschate, siue paullò antè, mortuus esse colligitur: nam Matth. 14. discipuli eius venerunt ad Iesum, & nuntiauerunt obitum eius: hæc autem annuntiatio facta est eo tempore, quo Christus signum saturandi quinque millia hominum ex quinque panibus, & duobus piscibus fecit: hoc aũt signum multiplicationis panum prope Pascha editum fuisse, apertis verbis testatur Ioannes cap. 6. Hic ergo descensus, siue secessus in Galilæam, verè secundus fuit. Primò quidem, quia Ioan. 4. traditur exceptus à Galilæis, quia viderant signa, quæ fecerat in die festo Paschæ, Ioan. 2. ergo post id pascha non abierat in Galilæam. Deinde idem constat ex Regulo, non vocante Christum Magistrum, sed Dominum, cùm dixit, *Domine descende* (scilicet in Capharnaum) *priusquam moriatur*, &c.

Ioan 3. De secundo hic descensu Christi in Galilæam esse sermonem.

Ioan. 4.

II. ratio. Infra 5.

III. ratio.

Ioan. 6.

Confirmatur eadẽ doctrina Ioannis duplici testimonio.

4. Ioan.

Epiſcopus tamen Abulensis contendit, hunc secessum non esse secundum, de quo

Abulensis Episcopi in cõtrarium fa-

tiones proponuntur, ac diluuntur. Alfon. Toſſ. q. 84. ar. c. 4. Matth. I. ratio.

II. ratio.

III. ratio. Matth. 14.

IV. ratio.

V. ratio. Luc. 13.

VI. ratio.

Cap. 4.

VII. ratio.

Ioan. 4. Aduer-

aduersati sunt ei, & post magnam famam in Galilæa comparatam potuerunt placari Iudæi.

Secundum hunc Christi in Galilæam secessum minus idonea quorundam conciliandi ratio.

Nec rursus quicquam valet ad conciliãdum, quòd hic sit secundus descensus in Galilæam, dicere quòd Ioan. 4. in itinere antequam peruenisset Capharnaum, vt ibidem scribitur, traditionem Ioannis cognouerit. Nam si sic res haberet, antequam cognouisset traditionem, recessisset; cuius tamen cõtrarium hic asseritur à Matthæo. Si autem fuisset hic alius secessus in Galilæam, adhuc plus annũ dilata fuisset Christi publica prædicatio, nam ter in anno in templum ascendebat. Luc. 2.

Nazareth patriam suam, quam in Capharnaum prius Dominum diuertisse.

Et relicta ciuitate Nazareth. Ad eam ergo venisse insinuari videtur, quemadmodum etiam in primo à Iudæa secessu in Galilæam venit, & ab ea egressus est ad habitandum Capharnaum, vt Luc. 4. narratur. Nec quod ibi dicitur: *Quanta audiuimus facta in Capharnaũ, fac & hic in patria tua*, quicquam aduersatur. Nam in itinere potuit signa facere Dominus, quemadmodum fecit Ioan. 4. de filio Reguli febricitante curato. Sed reuera longè est probabilior sententia, quam in principio huius tractatus attigimus: nam alia signa in itinere non fecisse, testatur ipse Ioannes, qui curationem filij Reguli, asserit fuisse secundum signum quod edidit Iesus, postquam redijt è Iudæa in Galilæam. Ergo quod dicit: *Relicta ciuitate Nazareth*, intellige, eam propterea reliquisse, quòd noluerit eam inhabitare. Vel fortassis à vero non abhorret, si dicas, Christo in hoc itinere conficiendo, primum occurrisse Nazareth, in qua non hæsit, neque docuit, sed illa obiter pertransita, peruenisse Capharnaum. Causa autem relinquendi Nazareth, fuit: tùm eius incredulitas, de qua Marc. 6. tùm ad exemplum eò eundi, vbi erat maior spes fructus tùm denique vt exhiberet documentum exuendi fauorem carnis, & pericula fugiendi nouitijs prædicatoribus, & quo sic interim Nazareni disponerentur ab alijs ad credendum. Recessit præterea, vt impleretur prophetia Esaiæ, quam statim subiungit.

Quare Christus relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in ciuitate Capharnaum.

Mar. 6.

Esa. 9.

Capharnaum ciuitas Domini dicta: eius situs

Matth. 9. Infra 11.

Egesip.

Venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephthali. Capharnaum, ciuitas erat olim nobilis, & Galilææ metropolis: & dicta ciuitas vel patria Domini Matth. 9. & 11. quòd in ea diu habitarit: eratque in amœnissimo campo sita, in quo fons eiusdem nominis erumpit in lacum Genesareth fluens, à quo vrbs dicta est, teste Egesippo lib. 3. cap. 26. Interpretatur autem Caphar, villa, vel oppidũ, vel vicus, vel ager: Naum verò, est nomen loci proprium, vt aiunt Rabbini: sed nihil prohibet, ex duobus nominibus vnum effici compositum, quod sit nomen propriũ loci, vt nos dicimus Castrumnouum, Villamnouam, Ciuitatem veterem, ciuitatem castelli, & similia. Græci sine aspiratione legunt Καπερναὼμ. Et iuxta hanc ciuitatem viderunt Apostoli post resurrectionem Domini prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Nunc verò vsque ad inferos detracta est, id est, vilissima reddita: in qua paucæ domus piscatorum. Hæc dicitur maritima, quòd iuxta stagnum Genesareth esset sita. Dicitur ab Esaia in finibus Zabulon & Nephthali constituta: quia fortè pars eius ad vnam tribum, & pars ad alteram spectaret: quemadmodum Nopheth ciuitas ad diuersas tribus pertinuit, vt dicitur Iosu. 17. vel quia in vna illarum tribuum sita erat, sed alteri valde propinqua, sicut prædixit Esaias. Vel vt innuat loca, in quibus cœpit Christus prædicare, scilicet in sortibus illarum duarum tribuum.

Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam. Singulari ratione præuenit Matthæus; ne quisquam putaret fortuitò sic vsu venisse, quod Christus ad Gentes transferret Euangelium, & in Galilæa Gentium inchoaret publicam prædicationem, siquidé istud Spiritu sancto afflatus multis antè seculis Esaias præuiderat, & præuisum prædixerat. Atque hinc apparet, Euangelium rem omnium esse antiquissimam, quippe ex Scripturis Prophetarum confirmatam. Quod verò Christus reliquerit Iudæos, & abierit ad Gentes, mysterium est, Euangelicam lucem ad Gentiles ethnicos deferendam esse.

Primò de litera huius Prophetiæ nonnihil dicemus; deinde sensum explicabimus. Et Græca quidem litera nihil differt à Latino textu, nisi quòd vbi nos habemus, *Via*, in casu Recto, illa habet *Viam*, in Accusandi casu ὁδὸν, & supplendũ est κατὰ, vt moris est, vt sit sensus: quæ est iuxta viam maris, id est, iuxta locum, in quo fluit Mare Tiberiadis. Et vbi dicitur in Genitiuo, *Galilææ*, Græcè est, *Galilæa*. Et vbi habetur, *Terra Zabulon*, Græcè est χωρὰ, id est, *Regio Zabulon*: quod in idem recidit. Et vbi dicitur: *Populus qui ambulabat in tenebris*, Græcè habetur καθήμενος, id est, *Qui sedebat*. Sed hæc parua sunt, & per ea sensus minimè, vel vitiatur, vel mutatur.

Grauissimum est, quod pro illis verbis, *Primo tempore alleuiata est*, Septuaginta dixerunt, τὸ πρῶτον ἐλαχὺ πλάξαι πατεῖ. Id est,

quid varient in hoc testimonio. *Erasm. sent. Hieron. to. 9.*

Hoc primum velociter bibe, velociter fac, & ita legũt veteres Patres, etsi Erasmus hæc verba, vt nihil cõmune cum veritate Hebræa habẽtia, admiretur, cur à Hieronymo non sint reiecta, & insectetur, vt spuria & depraua ta. Sed hæc difficultas, explicato sensu, euacuabitur: nam explicabitur & Hebræa, & Græca litera, & quatenus vtraq; sibi inuicem consonat. Propheta verò iuxta Hebræam, vt Hieronymus est interpretatus, ita habet: *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephtali, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ Gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, & reliqua.* In qua Prophetia nihil est discrepantiæ ab Euangelico textu, nisi quòd prætermissa sunt illa verba: *Et nouissimo aggrauata est via maris:* quod non sine caussa factum est, vt postea dicemus, & prætermissæ sunt illæ quatuor voces, primo tempore alleuiata est. Non ignoro, nouos interpretes hic variasse. Sed non est operępretium hic eorum dicta, vel referre, vel refellere. Quod ad sensum attinet, Hebræi in Christum credentes, quorum sententiam recitat B. Hieronymus, & nonnulli ex nostris sequuntur, vt Thomas, & Hebraizantes nostri seculi, vt Isidorus Clarius, Santes Pagninus, docent sermonem hic habere Esaiam de eo, quod 4. Reg. 17. & 18. scriptum est, quomodo scilicet Teglath-phalasar Rex Assyriorum tempore Phacee filij Romeliæ Regis Israel cepit, captiuamque abduxit tertiam ferè partem terræ Israel, hoc est, duas tribus & dimidiam quæ habitabant trans Iordanem, & tribus Zabulon, & Nephthali, quæ suas sedes habebant cis Iordanem. Hæc abductio in exilium calamitas fuit grauis, sed lenior ea quæ post est consecuta. Nam regnante Osea rege Israelis, alius Assyriorum Rex Salmanasar per integrum triennium Samariam obsedit, ac totum Israel abduxit: quod Esaias significat, cùm nouissimè viam maris, id est, regionem maritimã, quæ finitima est Iordani, & confinibus Gentium, aggrauatã memorat. Hunc sensum innuit Chaldæa paraphrasis, quæ habet: *Primo tempore transmigrauerunt cum terra Zabulon, & cum terra Nephthali, & qui remanserunt ex eis, Rex fortis abducet eos in captiuitatem.* Ita habet illa Paraphrasis, insinuans captiuitates prædictas. Sed de duabus alijs tribub' Iuda & Ben-iamin subdit: *Populus domus Israël* (agens scilicet in extremo periculo, & ideò quasi in tenebris, & in terra vmbræ mortis) *egressi sunt, vt viderent lumen magnum.* Quibus verbis significat Esaias grauissimam illam obsidionem, in qua Ierosolymitani fuerunt ab Sennacherib oppressi. *Vidit lucem magnã.* Hoc est, admirabilem suam liberationem, qua vna nocte per Angelum suum in exercitu Assyriorum centũ octogintaquinque millia percussit. Et his verbis: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam*, faciũt Hebræi initium capitis 9. & reliqua quæ præcedunt, superiori cap. 8. coniungenda docent. Vt ergo illa salus, & liberatio populo Iudaico facta, est typus quidam redemptionis factæ per Christum: ita Matthæus appositè præsentem prophetiam de Christo luce perditis, & tenebricosis mortalibus inuecta adduxit. Mos est enim Prophetarum, vt per ea quæ tunc fiebant, interim delinearent ea, quæ ad futurã Christi dispensationem pertinerent: vt constat ex illis verbis: *Os non comminuetis ex eo.*

Idem to. 5. in ca. 15a. 9. init.

Quid tacuerit in eodem testimonio Matthæus.

1. sensus huius loci.

B. Hiero. ibid. D. Thom. in Matt. Isidor. Clar. Santes Pagn Esa. 7.

Israëlitarum calamitates.

Chaldæa paraphrasis pro dictum vt iuuet sensum.

Popul' Israel captiuus, qui ambulabat in tenebris,

Non tamen desunt qui asserant, hęc verba non in mystico sensu, sed in literali allegari ab Euangelista: nam si præcedentia legamus, in quibus est sermo de Messia, & consequentia, in quibus natiuitas Christi describitur: *Paruulus datus est nobis, &c.* videntur ista quoque intermedia de aduentu Messiæ intelligenda. Deinde quando narratur aliqua historia, sub qua ponuntur Christi gesta, apertè describitur locus, & tempus Regis, sub quo acciderunt, vt Esa. 7. & 8. hic autem nil tale recensetur. Tertiò, illa distinctio verborũ, quæ iungi volunt præcedenti capiti, & quæ præsenti nono, noua est, & contra eam quã nouit Hieronymus veritatem Hebræam, & Chaldæam, & contra Septuaginta Interpretum lectionem. Quartò, quomodo potest captiuitas decem tribuum, & amissio regni Samariæ delineare liberationẽ humani generis per Christum factam? nam typus similitudo est, non dissimilitudo, vt exaltatio serpentis, typus est exaltationis Christi in Cruce, & ligni immissi in aquas, similitudo est Crucis, qua à periculis liberamur. Præterea, si Propheta loquitur de captiuitate decem tribuũ, quorsum miscet bellũ Sennacherib longe post gestum? Nam bellum gestum sub Salmanasar fuit sexto anno Ezechiæ, & 14. regni eiusdem ascendit Senna cherib. Videntur ergo fabulis & commentis similes interpretationes. Adhæc, si dicta verba ad prędictas captiuitates Regum Assyriorum referantur, potiùs Esaias ageret historicum, quàm Prophetam, enarrando ea quæ contigerant, non autem prædicendo quæ futura erant: ad hoc nomini eius repugnat, & textui Matthæi, qui eum vocat Prophetam. Captiuitas etiam illius populi sub vtroque rege Assyriorum non esset in principio alleuiatio, & postea aggra-

quam vidit lucẽ magnã. *4. Reg. 19.*

Cuius rei typus illa fuerit.

Solent Prophetæ per ea quæ tunc fiebant, futura Messię mysteria delineare *Exod. 12. Ioan. 19.*

Alter sensus, historicus licet & literalis.

II. ratio pro hoc sensu.

III. ratio.

IV. ratio.

Num. 21. Ioan. 3. Exod. 19.

V. ratio.

VI ratio.

Prophetæ quid repugnet.

VII. ratio.

Octaua ratio ab incommodis.

natio; & cadet terra non fuit capta ab vtroque; & more Prophetarũ præteritis vtitur pro futuris. Adde, quòd ridicula videri potest expositio, ob id dici alleuiatam terram Zabulon & Nephthali, eo quòd vastatis terris ductæ sunt in captiuitaté illæ tribus sine alijs. Nam quomodò leuior, eo quòd non sint reliquæ tribus ductæ in captiuitatem, quasi hoc miseros consoletur, quòd soli, salutis finitimis vrbibus, perierint? quomodo item aggrauata est tempore Salmanasar in nouissimo? quid enim hi peius passi sunt quã priores? & si illę alleuiatæ sunt, quæ vastatæ, & captiuæ ductæ? cur non etiam reliquæ quæ vastatæ & captiuatæ sunt, alleuiatæ dicuntur? & quomodo istæ aliæ grauatæ, quæ eisdem implicantur malis? quomodo item prima plaga leuis, quæ dimidiũ regni Israel vastat, & captiuum ducit? Siquidem regnũ Israel decem tribubus constabat. Etsi quatuor & semis tribus vastantur, hoc est Zabulon, & Nephthali, & duæ tribus cum dimidia vltra Iordanem, vt dicunt Hebræi; dimidium ergo regni Israel ferè dirutum erat. Hæc ergo expositio, quia minus videtur cohærere, sed potiùs scopo Euangelistæ aduersari, & non nisi sub mysterio de Christo loqui, deserenda videtur, & præferenda illa, quæ ad literam de Christo hæc interpretatur, tam iuxta literam Græcam, quàm Hebræam. Et vt ab hac postrema incipiam, audi verba Hieronymi propositum locũ enarrantis: *Et iuxta Hebraicum,* inquit, *primo tempore releuata esse dicitur onere peccatorum: quia in regionibus duarum tribuum primum Saluator Euangelium prædicauit. Vnde & in sexagesimo septimo Psalmo dicitur: Benedicite Dominum de fontibus Israël. Ibi Ben-iamin adolescentior, Paulus Apostolus, in mentis excessu. Qui & alibi loquebatur: Siue mente excedimus Deo. Principes Zabulon, principes Nephthalim Duces eorum: quia in his tribubus fuerunt viculi, de quibus Duces nostri Apostoli crediderunt. Et crediderunt iuxta Symmachum velociter, vt audientes: Venite, & faciam vos piscatores hominum, statim & patrem relinquerent, & nauiculam. Nouissimo autem tempore aggrauata est fides eorum, plurimis Iudæorum in erroribus permanentibus.* Et infra: *Nazarei, quorum opinionem supra posui, hunc locũ ita explanare conantur: Adueniente Christo & prædicatione illius coruscante, prima terra Zabulon, & terra Nephthalim Scribarum, & Pharisæorum est erroribus liberata, & grauissimum traditionum Iudaicarum iugum excussit de cernicibus suis. Postea autẽ per Euangelium Apostoli Pauli, qui nouissimus Apostolorum omnium fuit, ingrauata est, id est, multiplicata prædicatio, & in terminos Gentiũ, & viam vniuersi maris Christi Euangelium splenduit. Denique omnis orbis, qui ante ambulabat, vel sedebat in tenebris, & idololatriæ ac mortis vinculis tenebatur, clarum Euangelij lumen aspexit.* Hæc ille de Nazarenis. Quorũ expositio à priori non distat, nisi quòd verbum ingrauata, aliter accipit pro multiplicata, vel aucta: nam vox Hebræa כבר, significat graue esse, & glorificari, vt sit sensus: Primo tempore erit victoria per Christum prædicantem facta, & per eam alleuiabitur terra, deinde erit plena victoria per Apostolos in orbẽ vniuersum ad docendũ missos: ita vt populus qui ambulabat in tenebris, videat lucẽ magnam. Alius verò prior Hieronymi sensus erat, quòd eadem terra Zabuló, & Nephthalim per Christum alleuiata, postea grauata est, multis ipsorũ scandala patientibus, & Christum promissum, & agnitum reijcientibus iuxta illud Ioan. 6. *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire? &, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Et iterũ Dominus induratis ad pœnitentiam dicebat: *Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethsaida. Et tu Capharnaum.* Et ad hanc aggrauationem illorum respiciens Propheta, sub persona Christi apostraphat: *Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam,* quia cõuersis Gentibus ad Christũ populus Iudæorum inuidus tristitia affectus est, & probatus.

Quòd verò Euangelista Matthæus allegato hoc loco suppresserit illa verba: *Nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanẽ Galilææ gentium*: id studio & arte Dei est factũ. Nam non erat de mente Christi venientis quenquã excæcare, vel aggrauare, qui venit vt vitam & salutẽ daret, cuius rei testes sunt lacrymę flentis super Ierusalẽm: & eo tempore quo Christus cœpit prædicare, nondum Iudæi in hęc incredulitatis, & ingrati animi vitia inciderant. Et comprobatur hic sensus, quia subditur in Propheta: *Iugũ enim oneris eius* (hoc est, peccata quibus populus peccans constringitur) *& virgam humeri eius* (id est, pœnã qua misere affligitur, & carnificinam conscientię qua cæditur) *& sceptrũ exactoris eius superasti* (id est, dominiũ siue tyrannidem dæmonis censum peccati imperiose exigentis) superasti inquã, *sicut in die Madian,* id est, sine bello corporali, & sine vlla hominũ strage, quòd gloriosum fuit victoriæ genus. Pagnin. exponit, *in die Madian,* id est, sicut Iudic. 7. solus Deus pugnauit, ita hic contra Assyrios. Sed melius de Christo, & Apostolis explicatur: nam vt illi tubarum sonitu, & lagenis confractis, & lumen inclusum detegentibus vicerũt, ita Christi, & Apostolorũ victoria in tuba prędicationis, & lumine miraculorum, & in

Regnum Israël quor tribubus constaret.

Priorem sensum deserendi causæ.

Primo tẽpore, secũdum Hieronymũ, quomodo alleuiata terra Zabulon, & terra Nephthalim fuerit *Hiero in Esa. ca. 9. init. li. 3. to. 5. initio. Psal. 67. Act. 9. 2. Cor 5.*

Quis ille Bẽiamin adolescentulus in mentis excessu.

Principes Zabulõ, & principes Nephtalim Duces eorum, quæ mysticè.

Matt. 4.

Nazarẽorum in eundẽ hũc locum Esaiæ interpretatio qualis, teste Hieronymo. *1. Cor. 13.*

Eadem terra Zabulon &

confractione corporum, tanquam lagenarum per varia supplicia & tormenta patienter tolerata propter testimonium Euangelio reddendum, comparata est.

B. Theodo. de dubijs scripturæ c. 14. to. 1.

Theodoritus de dubijs Scripturę edisserens: *Quemadmodum,* inquit, *Gedeon nudis vsus militibus, & inermi exercitu, qui leua ferret manu ampliora, abstrusas lampades, dextra tubas: sic sacros Apostolos nudos in orbem terrarũ misit Dominus, qui ferrent tantùm miraculorum lampades, & Euangelicæ prædicationis tubas.*

Ea lectio 70. huius loci, nimirum: Hoc primum velociter bibe, velociter fac, quid sibi velit.

Quod ad literam Græcam spectat, pro illis verbis: *Primo tempore alleuiata est,* habetur, *Hoc primum velociter bibe, velociter fac:* deinde facto punctо sequitur: *Terra Zabulõ, & terra Nephtalim.* Et hanc rationẽ dispungendi secutus est Euangelista Matthæus, quia ista verba omnino reliquit, & tantùm sequentia persecutus est: terra Zabulon, & terra Nephthali: etsi Hieronym. scribat Matthæũ non iuxta Septuaginta, sed iuxta Hebræos posuisse hoc testimonium. Et in Hebræo codice videtur reponendũ vnum verbum, videlicet שתה, hoc est, bibe: quia quicquid est per Iudæos expunctum de Biblijs, editio Septuaginta indicat, vt Hieron. epist. ad Damas. super quatuor Euangelia docet. Vt sit litera Hebræa: Cùm primum tempus, festina, vel velox esto, & per zeugma ab inferiori subdendum: O terra Zabulon & Nephthalim, vel addito verbo Bibe, videlicet, cùm primum tempus, bibe, velociter fac, ô terra Zabulon, & Nephthali. Et hæc verba non protulit Euãgelista: etenim cùm superiùs dixisset, vt Christo credam⁹: quod si fecerimus, futurum esse, vt nobis Emanuel sit in sanctificationem, & non in lapidem scandali, idcirco ait: Tu, ô terra Zabulon, & Nephthalim, primum hoc fac, id est, crede, bibe, scilicet doctrinam Euangelicam iuxta id: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Velociter fac, & festina ad agnitionem Messiæ. Prædicitur enim hoc vaticinio crediturос primos Apostolos Christo, qui ex his duabus tribubus erãt. Hinc Hieronymus exponens hæc verba: *Hoc primum bibe, velociter fac:* quia terra Zabulon, & terra Nephthalim prima Christi vidêre miracula: vt prima biberet fidei potionem, quę prima viderat Dominum signa facientem. Eusebius libro de demonstratione Euangelica: *Tu primum bibe poculum Euangelij, & crede citò, ô terra Zabulon. Ad primum namque prædicationis verbum Apostoli relictis retibus secuti sunt Christum.* Et libro 9. demonstrationis Euangelicæ aliter exponit: *Tu terra Zabulon & Nephthalim hoc primum bibe poculum Euangelij, vel, Bibe hoc poculum aquæ mutatæ in vinum, id est, primum miraculum bibe tu, & bibe poculum illud, cùm aqua mutata est in vinum in Cana Galilææ.* Cyrillus, & Procopius putant significari celeritatem, quã alacriter ad credendum Christo relictis retibus aduolarunt Apostoli. Ambrosius in primum Psalmum, interpretans hæc verba, ait: *Bibe Christum, qui petra est quæ euomuit aquam. Bibe Christum, qui fons est vitæ: cuius impetus lætificat ciuitatem Dei. Bibe Christum, qui pax est. Bibe Christum, quia flumina de ventre eius fluunt aquæ viuæ.* Tertullianus libro aduersus Marcionem: *Tu regio Zabulon, & Nephthalim, bibito hoc primum, & cito facito. Id est: Tu prima excipe Euangelij verba: citò fac, id est, citò crede.* Basilius in Esaiam existimat esse dictum, *Citò bibe,* sicut sitiens venit ad aquas, combibite fidem primùm Apostoli de tribu Zabulon, & Nephthali; & citò ite ad Euangelij prædicationem. Falsò ergo Erasmus hac lectione offensus fuit, & sine caussa reprehendit Hieronymum, quòd non reiecerit illam, quasi spuriam, & parum se in Patrum lectione versatum ostendit.

Ioan. 2. Cyril. in Esa. Procop. ibid.

Christum bibentes, teste Ambro quid bibant. *Ambros. to. 4. Exod. 17. 1. Cor. 10. Psal. 80. Ephes. 2. Ioan. 7. Tertul. lib. 4. aduers. Marcion. to. 1. Basil. to. vlt.*

Erasm. parũ in veterũ patrũ lectione versatus.

Quòd ait: *Via maris trans Iordanem,* intelige loca illa, quæ erant iuxta mare Galilææ; vel quoniam ab Orientalibus populis illac itur ad mare Mediterraneum. Trans Iordanem verò, quia ad Iordanem, & vltra illum ducit, vel quæ est trans Iordanem respectu terræ, non quidem eius quæ est ad Ierusalem, & trans Iordanem ad Occidentalem plagam, sed quia ad Orientalem sitæ sunt duæ tribus Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasses, quæ respectu Ierusalẽ sunt trans, vel vltra Iordanẽ. Ex alia verò parte Iordanis Occidentali sunt prædictæ tribus Zabulon, & Nephthali, ideò Num. 34. Iordanis ponitur carum terminus Orientalis. Huius viæ maris, de qua loquũtur Prophetha & Matthæus, meminit liber Tobiæ capit. 1. dicens: *Tobias ex tribu & ciuitate Nephthali, quæ est in superioribus Galilææ vltra Naasson, post viam quæ ducit ad Occidentem,* id est, in Tyrum, & Sidonem, in quas ciuitates negotiorum gratia confluebant ex Mesopotamia, & Arabia, & alijs vltra Iordanem regionibus ad illa celebria emporia sita in mari Occidentali.

Tob. 1.

Addit: *Galilææ Gentium.* Si Græcè dicitur Galilæa in casu nominandi, appositiuè est legendum, quasi dicat, *Galilæa Gentium,* si verò in Genitiuo, supplenda est vox populus, vt intelligatur per appositionem populus Galilææ gentium. Dicitur autem Galilææ gentium, quòd à Gentibus olim possessa esset, & habitata: quia data fuit Regi Tyri Hyram à Salomone in præmium eorum quæ in cõstructione templi prędictus

Galilęæ Gentiũ cur dicta.

3. Reg. 9.

Galilæa Iudæorum vbi sita.

rex Tyri expenderat: erantque in ea viginti oppida. Est ꝙ; Occidentalior quã sit Galilæa Iudæorum, quę est prope mare Tyberiadis: & dicitur Galilæa gẽtium, vt distinguatur à Galilæa Iudęorũ, vel vt alij volũt, vna erat tantũ Galilæa, sed cuius pars Australis dicitur inferior, superior verò quæ respicit Septentrionem, de qua Tobias loquitur. Et dicitur gentium, quòd à multis nationibus incoleretur, quæ inter Iudæos habitabant, vt testatur Strabo lib. geographiæ cum agit de Galilæa, & Iosephus lib. de bello Iud. & Ambrosius interpretans Psal. 43. & citans locũ Esaiæ prę sentem docet, multas nationes admixtas fuisse illis tribubus, vt ad nationes aliqua lux rerum cœlestium perueniret. Falsus ergo est Erasmus Galilæam gentiũ dicens, appellari superiorem, cùm vtraq;, & superior, & inferior habitaretur à varijs nationibus.

Strabo lib. 16. geograph. Ioseph. libr. de bell. Iud c. 2. B. Amb. to. 4.

Tenebras quas nam vocet Propheta in quibus populus ambulabat.

Populus qui ambulabat in tenebris, siue potius, *Populus qui sedebat in tenebris.* Tenebras peccata vocat, & dæmones, quibus seruiũt peccantes, errores etiam intellectus, ac superstitiones à Pharisæis inuectas, quas populi illi seducti imbiberant: *Vidit lucem magnam.* Nequaquam paruam, vt aliorũ Prophetarum, sed magnam (& eius qui in Euangelio loquitur: *Ego sum lux mundi*) id est, Christũ mundi lucem, quæ eis non merentibus apparuit. Ioãnes verò Bapt. lucerna fuit, sub medio carceris à Iudæis detenta: quanquam inde luceret mittens discipulos suos ad Christum, vt ait Lucas. Sedere in tenebris, in peccato quiescere est: non enim potest homo tutus iter agere in tenebris, & bonum est non progredi vltra, sed hærere, & dubitare. Vmbra autem mortis peccatũ est, quòd similitudo & vmbra mortis existat. Vt enim mors corpus, ita & peccatum animam detinet: & vt vmbra non longe à corpore distat, ita nec à peccato mors æterna. Quod ait: *Ambulantibus in regione vmbræ mortis*, Græcè similiter dicitur, *sedentibus*: Et congruit cum dicto Zachariæ: *Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent.* In Hebræa litera tamen verbũ est *ambulandi. Lux orta est eis*, id est, illa lux magna, cuius est illuminare omnem hominẽ venientem in hunc mundũ, per prædicationem se explicans, orta est in cordibus multorũ per fidem, ita vt ante Christi aduentũ esset nox. Euangeliũ ergo lucem, & vitam annuntiat. Hic autẽ exemplo Christi concionatores verbi Dei instruuntur, vt cum Ioannes ligatur, id est, magnꝰ aliquis cadit, reliqui humilientur, ac timeant: & vt relicta Iudæa, laudis & famæ, in qua libenter morabãtur, quiescebantque, eant in Galilæam, id est, in

Hiero. loco supradicto. Ioan. 8. Supra 5.

Matt. 11. & 14. Luc. 7.

Sedere in tenebris, quid sit.

Vmbra mortis quid.

Luc. 1.

Ioan. 1.

Duo Euangelium annunciat.

Christi è Iudæa hic descensus in Galilæam quid doceat Concionatores.

transmigrationẽ, nempe ab specie virtutis ad eius veritatem, & de virtute inferiori ad superiorem: & vt relicta Nazareth, id est, flore vanę eloquentiæ, eant in Capharnaũ, scilicet villam consolationis, etsi rusticam, quietam tamen simplicitatem, & ad fidem propensam. Christus etiam postquam nox cessauit, transijt à figuris ad veritatem, de flore in fructũ, id est, Ecclesiam cõmunem Iudæis & Gentibus. *Exinde cœpit Iesus prædicare.* Hoc est, ab ea ciuitate Capharnaum, vel ab eo tempore, quo Ioannes in vincula coniectus est, & cùm victis tentationibus gulæ, vanæ glorię & auaritiæ, probatꝰ fuit, cœpit publicè Euangelizare. Nam prædicante Ioãne, Christus à prædicatione abstinuit, tum ne prædicatio Ioannis superflua, & inanis redderetur, deinde ne inuidia oriretur, quę de baptismo fuit orta apud discipulos Ioannis pro eo zelantes, tametsi eius baptismus esset externus, & in aqua tãtùm. Priuatim aũt antea Dominus loquebatur, vt discipulis, quos vocauit Ioan. 1. & Nicodemo Ioan. 3. & Samaritanæ Ioan. 4. & pauca verba in templo Ioan. 2. Erat tamẽ prædicatio illa, quàm habuit apud Samaritanos sed prima inter Iudæos in Galilæa habita est. Signa tamen plura edidit, antequã conijceretur in vincula Ioannes: quia non concurrebat cum eo. Erantque necessaria miracula, vt doctrinæ eius fides adhiberetur, maximè verò à discipulis: quia prædicatio Christi nõ erat cum austeritate vitæ, vt illa Ioannis, coniuncta. Baptizauit etiam Dominus ante captũ Ioannem, & priuatim locutus est, & signa edidit, ne, si omnino taceret, & delitesceret, homines non confugerent ad eum deficiẽte Ioanne, & ad eũ suos mitteret Ioannes discipulos, & ita frustra videretur venisse Ioannes, & ne Ioãnes inuidus videretur, vel Christo maior, si se prædicante, non auderet apparere. Primò autem quam quis publice prosit per ministerium verbi Dei, debet sibi prius, deinde paucis priuatim prodesse, ne prępropere in elationem erigatur. Anno ergo illo, quo Ioãnes in vinculis mansit, cœpit Dominus Euangelizare, ne temporis illius iactura fieret, si publicè non doceret: & quo Ioannes confirmaretur cognito fructu doctrinæ Christi, quem ipse commendarat, nec vllus tunc patebat locus inuidiæ, vt Ioãnes in carcerem coniectus laudaretur, cognita vitæ eius sanctitate, & doctrinæ puritate. Vt enim eleganter ait Boëtius: *Vltima est fortunæ sarcina, quod cum miseris crimen affingitur, quæ perferunt, meruisse creduntur.*

Et dicere, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. Procemium prædicationis

dicationis

nis exordio quo Ioannes: Pœnitẽtiam agite, &c. *Matt. 3.*

dicationis Christi idem omnino est cum eo, quod Ioannes Baptista prædicauit: nam Ioannes vox & organum erat Christi loquentis: & quo instruat in Ecclesia posteriores, ab ipsis doctrinam esse tradendam eandem cum ea, quam à Patribus acceperunt: quod quia hæretici obseruare noluerunt, in fœdos, & pudendos errores prolapsi sunt. Tacitè autem Christus laudare videtur Ioannem, eiusque confirmare doctrinam, vt diximus. Nec tantùm Christus initio prædicationis, sed etiam postea inculpabat pœnitentiam: *Non veni*, inquit, *vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam: Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis: Gaudium erit in cœlo coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: Si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent.* At non solùm pœnitẽtiam prædicabat, sed aliam etiam in ordine ad eam, vel ad regnum Dei. Eandem rationem prædicandi Apostoli secuti sunt, tanquam magistrum discipuli, & via certissima ad regnum Dei, hoc est, ad statum noui Testamenti, & ad iustificationem, adoptionemque filiorum consequendam, non est alia, quàm fides in Christum, & ex ea prodiens peccatorum agnitio, & pœnitentia: vt vel hinc impurissimus Lutheri spiritus, spiritui Christi, præcursoris eius, & Apostolorum contrarius appareat, qui pœnitentiam, eiusque partes, vel omnino sustulit, vel detruncauit, per eamque omnes fieri hypocritas, & superstitiosos, operibusque suis confidentes impudenter mentitus est. Verùm de Luthero, & similibus monstris atque portentis rectè per Ieremiam dixit Spiritus sanctus: *Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent.* Hoc idem enarrans Marc. cap. 1. ait: *Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei, & dicens, Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini & credite Euangelio.* Nam in principio docuit, tempus promissionis impletum esse, & adesse nunc eum, per quem regni Dei participes efficimur, per quem regnet & viuat in nobis Deus per gratiam, ac per quem cœlum ipsum nobis aperitur, & in eo regnet in nobis Deus per sempiternam gloriam. Vtrumque verò dixit Dominus, &: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum*, &: *pœnitemini, & credite Euangelio:* nam pœnitentiam ante omnia prędicauit, vt vterque Euangelista testatur, postea annuntiauit, regnum cœlorum pœnitentibus dandum; quod Matthæus dixit, non Marcus: sicut Marcus solus narrat: *Credite Euangelio.* Dicere autem: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum* (quod pro appropinquauit positum est, scilicet tempus gratiæ, & propitiationis) simile videtur sermonibus Prophetarum, qui dicunt: *Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, & conuertar ad vos: Conuertimini ad me, & salui eritis.* Et perinde videtur loqui Dominus, atque si quis abdicatus à patre, & ideò alienatus filius, ad patris mitigati clementiam erga ipsum reuocaret, & quasi pater diceret, Quo fugitis infelices. Considerate Patrem vestrum indignationem meritam contra vos exuisse, ac induisse paternum animum ad vos benignè accipiendos, & gratia sua cumulandos, cœlestique hæreditate locupletandos.

Luc. 5.

Infra 13.

Infra 15.

Matt. 11.

Quã breuis, & compẽdiaria salutis via sit fides in Christũ, arq; pœnitentia.

Sequitur apud Matthæum: *Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in Synagogis eorũ, & prædicans Euangelium regni: & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abijt opimio eius in totam Syriam. Et obtulerunt ei omnes male habentes, &c.* Quanquam Matthæus Euangelista hunc circuitum Iesu per totam Galilęam prædicando, & morbos curando, nonnisi post vocationem quatuor discipulorũ Petri & Andreæ, Iacobi & Ioannis paulò ante narratam descripserit, volui tamen hunc ordinem studio inuertere, vt quidam etiam, quos sequor, fecerunt, ad quod faciendũ & commoditas, & necessitas inuitarunt. Commodum quidem fuit, vt hic in principio prædicationis Christi, & modus, & fructus summatim semel comprehenderetur: necessarium verò, quoniam vocationem illam quatuor Apostolorum factam nõ esse nisi turbis ad Christum confluentibus, ex B. Luca constat, quare necessariũ erat præmittere, quomodo & qua ratione turbæ vndiq; ad eũ cõfluxerint. Ait ergo textus: *Et circuibat Iesus totam Galilæam.* Attende, prudens lector, quàm immensa sit erga homines Dei charitas, & singulare in eo studium succurrẽdi miseris, quia ipse laborem, & itineris fatigationem nihil moratus, pedibus totam perlustrauit Galilæam, atque impletum est in eo vaticinium Ezechielis capit. 34. *Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas: sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouiũ suarum dissipatarum.* Circuibat ergo, vt medicus quærens ægrotos, qui per se ipsos venire ad eum non poterant, & vt sanaret percussa & læsa à circumeunte serpente, & Christus à Patre exiens ad eum tendebat, & vt semen

Lutheri de pœnitentia blasphemiæ atque maledicta.

Thren. 2. Qualis Propheta Lutherus.

Quanã Christus prædicabat, teste Marco.

Hæc Domini vox: Pœnitẽtiam agite, appropinquauit enim regnum cœlo-

verbi

rum, cui consonet voci Prophetarũ.

Zach. 1. Esa. 45. His verbis cuius inuerẽtis videatur persona Dominus.

Quæ causa fuerit Iesu circuitũ per totam Galilæam, cuius Matth. nunc meminit, à vocatione, 4. Apostolorũ posterius enarrandi.

Christi in homines immẽsa charitas, atque commiseratio.

Ezech 34.

Iesus quare circuibat totam Galilæã.

Ioan. 16.

verbi dei, & lux vitę spargeretur in omnes. Et vt Israel circuiuit Iericho, vt corruerēt muri eius, ita Dominus retibus prædicatorum, & conscientiæ mordentis latratu animas peccatorum circuit, vt corruat earum duritia, & cordis impœnitentis obduratio. Circuiuit sapiens mulier totam domum, euertitque, vt perditam drachmā inueniat, vt alter Ioseph per agros ambulat fratres suos quærens, vt patersamiliàs, qui sæpe circuit forum mane primo, & tertia, sexta, nona, & vndecima hora operarios quærens, vt ex otiosis laborantes reddat. Circuibat insuper, ne vni genti tantùm videretur addictus, aut acceptor personarum: & quia volebat agnosci animarū vorator, & Leo de tribu Iuda, quærens quem sanctè deuoret: quemadmodum impij tyranni multis modis circumeunt populos suos, vt illos deuorent, de quibus Propheta cōqueritur, dicens: *Nónne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis?* & quo instruat pastores & Episcopos, ne circuire diœceses suas grauentur, vt ouium suarum morbis medeantur. Adhæc, vt ad exemplum externi circuitus, internos quoque mentis ambitus ad considerandas populi sibi commissi necessitates, & infirmitates efficiant, vt verbum Dei prædicantes, in corda auditorum illabi, & ingredi possint.

Iosu.6. & seq. Quomodo circuat animas Iesus.

Luc.15.

Gen.37.

Matt.20.

Secunda & tertia ratio.

Apoc.5.

Psal.13.

IV. ratio.

V. ratio.

Mira est autem & ingens sapientiæ Dei humilitas, cum labore & sudore circūeuntis Galilæam, hoc est, palmū terræ, de qua scribitur: *Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti.* Circuibat præterea Iesus, ad differentiam Ioannis Præcursoris, quem non opus erat obambulare, quia toti populo debebat Christum ostendere, & baptizare in aquis multis, eratque notus ob insignē illam & singularem vitæ austeritatem, & sanctimoniam. Et subdit: *Totam Galilæam*, id est, vicos, & villas, in quibus maior est doctrinę necessitas, quàm in amplioribus locis: quia summa bonitas vniuersalis est, & sine acceptione personarum. Galilæa, regio Iudææ erat, ad Septentrionem Ierosolymæ sita, quæ ab Solis Occasu Ptolemaida ciuitate, & Carmelo monte disterminatur: ab Oriente verò Hyppene & Gadara suis finibus resecāt: à Meridie Scythopolis & Samaria: à Septentrione Tyrus claudit, vt docent Egesippus lib.3. de excidio Ierosolymitano cap.6. & Iosephus lib. 3. cap.2. belli Iudaici. Continet autem Galilæa quartam partem terræ promissæ. Est autem duplex: altera iuxta Tyrum & Sidonem, & Cęsaream Philippi sita, qua Gentes attingit ad Aquilonem, vnde & Galilęa interpretatur Confinium, sicut Iosu. cap.13. dicitur, *Omnis videlicet Galilæa Philisthijm*, id est, omnes limites Philisthijm. Ita est Galilæa Gentium, de qua supra; vel quia illic Gentes vsque ad Salomonis tempora habitarunt; vel quòd Hyram Tyriorum Regi oblata sit, 3 Reg.9. Hæc in tribu Nephthali sita est. Inferior verò Galilæa circa Tyberiadem, & stagnum Genezareth, de qua Matth.3. & 4. & hæc in tribu Zabulon posita est; vnde Galilæus vocatus est Iesus, quòd frequenter in Galilæa versaretur: & Iulianus Christum Galilæum, eiusque cultores, Galilæos ob contemptum vocabat, vt docet Eusebius libro 3. histor. Eccles. cap.35.

Christi humilitas profunda. *Eccl.24.*

VI. ratio.

Ioan.3.

Quomodo totam Galilæam circuibat Iesus, & quare.

Galilęæ situs amplitudo.

Egesip. Ioseph.

Galilæa duplex.

Docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni. Hoc est, tradens ea, quæ lumen naturæ non superant, & ea quæ superant; ea etiam quæ ad præcepta Dei, siue mores instituendos spectant, erudiens, & futurorum præmiorum inuitamento, vel supliciorum comminatione ad eorum obseruationem allectans & inuitans: explicās etiam Scripturam veteris Testamenti, & Euangelium regni Dei, id est, annuntiationem quòd Deus velit hic in nobis regnare per gratiam, & in æternum per gloriam, & nos secum conregnare, & participes tanti regni efficere. Hæc enim Christus euangelizabat, non somnia, vel Philosophorum cogitationes, vel Gentilium historias, vel Poetarum fabulas, imò nec legis obseruationem venit prędicare, quia hoc esset eam corroborare, nec ita confirmatæ legis ceremoniæ facilè aboleri potuisset, cùm tamen eas vellet antiquare.

Galilæa Gentium cur dicta.

Iesus quare Galilæam peragrauerit, & Christiani qui Galilæi appellabantur.

Euseb.

Christi prædicatio Euangelii regni.

Ephes.1. Rom.8. 2.Tim.1.

Cur nō obseruum Mosaicę dicaret.

Dicitur autem hæc facta prædicatio in Synagogis: quia prædicatio, maximè noui prædicatoris, & eius qui docebat, cùm non didicisset, ne vllus admisceretur error, non debebat esse occulta, vt docet Innocentius III. Vnde Christus à Pontifice de doctrina interrogatus dixit: *Ego palàm locutus sum mundo. Ego semper docui in Synagoga & in templo, quo omnes Iudæi cōueniunt.* Ad huiusmodi etiam loca plures soliti sunt confluere, quorum saluti Christus cōsulere cupiebat. Erat prętera ille mos obseruatus, vt in Synagoga verbū Dei proponeretur, vt habes Act.13. postea tamen ob multitudinem populorum docuit in templo; vt habes Ioan. 8. & 18. aliàs etiam in deserto Lucæ 4. & Marc.3. quia non incipit Dominus à summis, vt postea descendat ad inferiora, vt diabolus; sed ab imis progreditur ad summa. Vox autem Synagogæ propriè significat congregationem populi coeuntis, sed

Quare in Synagogis Christus prædicabat.

Extra de hæretic. c. ex iniuncti. Ioan.18.

II. ratio.

Ecclus.

Synagogę Propriè & Eccles.

ponitur & pro loco, quemadmodū & Ecclesiæ vocabulū, quod & ipsum à Græcis desumptū est, & proprie significat populū euocatū ad audiendū de Reipubl. negotijs; interim tamen & pro loco, siue templo vsurpatur, in quo solet conuenire concio. Veteres autem scriptores Ecclesiastici plerunq; vsurpāt vocem Synagogæ pro cœtu populi Iudaici; Ecclesiam verò pro cōmunione Christi fidelium. Et licet Synagoga, & Ecclesia idem prorsus significent, rariùs tamen nomen Ecclesiæ tribuunt Synagogæ Iudæorum; nomen autem Synagogæ, Ecclesiæ nostræ nūquam, quod sciam, tribuere solent, quòd per illam cœtus Iudæorum significetur, & congregationem signi ficet, quæ etiā ad animalia rationis expertia potest spectare; cùm Ecclesiæ vox gentem per prædicationem verbi euocatam denotet. Et quemadmodum doctrina veteris, ab illa noui Testamenti vocibus distinguitur; nam illa dicitur lex, hæc autem nō lex, sed Euangelium, vel lex Euangelica, siue gratiæ; ita etiam populus, qui illam legem profitebatur, dicitur Synagoga, & qui istā, Ecclesia; vt propterea nomē Synagogæ ingratum, & inauspicatum esse cœperit.

Iudęorū congregationē, Synagogam Patres, Christianorū verò Ecclesiam nunquam verò Synagogā cur vocare cōsueuerint.

Noui Testamenti doctrina quo verbo abilla veteris distingui debebat.

Et sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Cùm lex Euangelica noua sit, & Iudæi non cogantur credere alicui Prophetæ, sine miraculo, vt habes Deut.13. cùm ea quæ Dominus doceret, nō possent probari, quòd ad per se nota per sensum vel intellectū non reducantur, debuit propterea Dominus signa facere ad eius confirmationem, quemadmodum fecit, cùm tulit legē per Mosen: sed doctrina signa præcedere habet, tum quia post signū editum potest quis falsa docere, vt dicitur Deut.13. modo non præcedat signum ad cōfirmandum ea, quæ postea dicenda sunt: tum quia magis necessaria doctrina, quàm signum, ideò signis cōmendanda venit doctrina; non signa per doctrinam. Languorem autem, siue Græcè μαλακίαν, ad literam, non accipit pro perturbationibus & morbis animi, quibus misere infestatur, nam eorum curatio non est signum: non enim rarum est, etsi supra naturam sit, nec euidens, vt confirmet doctrinam; sed languorē vocat, morbum corporis diuturnum, & incurabilem, non tamen acutum, de quo illud; *Languor prolixus grauat medicum*; & Ioānes: *Erat quidam languens Lazarus à Bethania.* Vel malacia est corporis laxatio, principium prænuntians morbi: infirmitas verò diuturna peruersio habitudinis corporis, quæ νόσος Græcè, Latinè morbus rectè appellatur. Tormenta verò, siue vt Græcè dicitur, tormina, acutos morbos vocat, quales sunt, dolor vehemēs capitis, vel lateris, & calculus: & infirmitas est genus ad vtrunque. Misericors autem, & columbæ simplicitate præditus Iesus, omnia opera misericordiæ erga nos fecit per hæc, quæ hoc loco posita sunt significata, nempe infirmitatem, languorē, tormentum, dæmoniacos, lunaticos, paralyticos. Signa autem editurus magna sapientia, & bonitate; ea potissimum frequentare elegit, quę magis essent vtilia: nam hęc minus habent curiositatis, & minus per illa possumus illudi, quàm signis de cœlo: ac minus vsitata erant, vbi monstranda Dei potentia, ad terrorē; in nouo verò benignitas & potestas Christi, in terra. Hæc etiam magis nos permouere valēt, ideò illis excitamur ad agnoscendū Christum medicum animarū, & ad pharmaca amplectenda spiritualia, quib⁹ animus ab ęgritudinibus suis liber redditur: quemadmodū olim Deus temporalibus bonis excitauit populū illū; quæ paullatim deficiebāt, vt eorum animi eleuarentur ad spiritualia: ita nūc sunt paulatim subtracta hæc signa à nobis, vt ad diuina toti feramur, & frequentiùs erigamur. Hanc autem edendi miracula facultatem Apostolis, & viris sanctis initio nascentis Ecclesiæ cōmunicauit Dominus, quæ, vbi promulgatum est Euangeliū toti orbi, vel remissa fuit, vel cessauit; sicut & post Moysen rarissima miracula apud Hebrēos Dominus ostendit. Nam quem scripta miracula & prodigia ad credendū non permouent, eum neque visa mouerēt. Nec Ecclesia nostra propterea infelicior cēsenda est, quàm fuerit primitiua: nam cùm scribit Apostolus: *Linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus*, frequentia signorum designabat eo tępore multos infirmos & infideles: eorum verò subtractio arguit robur, & cōstantiam fidei. Habet Ecclesia verbum Dei simul & fructū proferentem ac docentem Spiritum sanctum, & Sacramēta, in quibus omnia bona nostra sita sunt; & propterea non opus habemus signis. Sed de his alio loco fortassis fusiùs dicemus.

Si quis quærat, cur Christus Dominus, qui tot modis suā nobis aperire voluit charitatem & beneuolētiam, non venerit magnis loculis auri & argenti, & lapillorum pretiosorū onustus & refertus, ad nostram paupertatē subleuandam, cùm hoc illi fuisset promptum & expeditum facere, si voluisset? Respondeo: Non expediebat nobis Christum, siue Messiam, existimari bonorum temporalium largitorem, vt Iudæi decepti existimabant. Deinde minimè expediebat nobis, qui vt nos ab amore auri, &

Cur signa debuit facere Christus. *Deut.13.*

Exo 20. & se. Doctrinā duplici de causa signa comitantur.

Christus quē sanabat languorē, & omnem infirmitatem.

Eccl.18.

Ioan.11.

Christi in homines misericordiæ plena dignatio.

Quę signa & prodigia elegit facere Christus, & quare.

II. ratio.

Cur olim plura quàm modo in ecclesia signa fiebant.

Quibus reb⁹ quàm signis Ecclesia nūc à Deo fulciatur, ac sustentetur. *1.Cor.14.*

Ioan.16.

Libr.6. de miraculis.

Quare Christus non terrenis nos bonis, atq; thesauris venerit locupletari, cum posset.

II. ratio.

bonorum temporalium auocaret, ne illis submergeremur, ad nos venerat, diuitias etiam longè maiores habebat, id est, spirituales dispẽsandas, propter quas Dominus nobis erogandas excitabat beneficijs corporeis, id est, sanitatibus, expulsionibus dęmonũ, & vitę vel prorogatione, vel post mortem restitutione. Et in hoc genere beneficiendi bis ostendit liberalitatem suam, & magnificentiam, multiplicando panes in deserto, & pascendo tot millia hominum: quanquã & ex loculis, quos Iudas portabat interdum aliquã portionem in egenos distribueret, vt habes Ioan. 13. Ergo sapientia magna factũ est, quòd Messias noster temporalibus diuitiarũ beneficijs & bonis huius seculi nobiscum non certauerit. Nobis aũt qui conferre maiora non valemus in proximum, conducibile est, diuitijs nostris & facultatibus supplere necessitates proximorum qui egent. Sanabat ergo omnem infirmitatem in populo, nempe Iudaico; nam Gentiles, & Samaritanos rarò, neque nisi rogatus à Iudæis curabat, ne videlicet Iudęi offenderentur, si apud eos vel prædicaret, vel signa ederet. Ideò cum prædicabat illis non operabatur signa, quemadmodũ apud Samaritanos: cùm rursus edebat signa, non concionabatur, vt cùm expulit dæmonem à filia Chananææ; Iudæis verò, tanquam filijs, vtrumque præstabat. *Et abijt opinio eius in totam Syriam.* Vox opinio, Græcè dicitur ἀκοὴ, id est, auditus, & significat famam, siue existimationem, & in bonam partem accipitur; & illa dicitur abire, vt vulgus loquitur, & Poëta, qui ait:

Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo.

Ibat autem, delata à pijs viris & Angelis, quandoque etiam fortuitò ab impijs & dæmonibus, qui malo animo virtutes aliorũ vel inuiti confitentur. Estq; Deus adeo occultus crassis oculis nostris, vt nisi beneficijs corporis excitet, vix agnoscatur. Nec mirum, si in Syriam terræ particulã abierit fama Iesu magistri; cùm in omnem terram discipulorum fama processerit, teste Dauide. Debet ergo prædicator dare operam, vt bonam sibi famam comparet apud auditores: non quidem se ipsum prædicãdo, & laudando, quia hoc esset amittere famã, sed bonis operibus incumbendo: vnde ipsa orta, à se ipsa quodammodo proficiscitur, & viua volitat per ora virum. Vt enim pulchrè docet Hieronymus: *Opera salutis sine fama boni odoris, non satis splendent apud auditores: nec rursus fama sine opere bono quicquam proficit, & in vtroq; forma veri Sacerdotis commendatur.*

Matt. 14. Infra 15.

Ioan. 12.

Infra 13.

Christus quo in populo sanaret omnẽ languorem, & omnem infirmitatẽ. Ioan. 4.

Matt. 15. Opinio Iesu signa facientis, quæ abierit in totã Syriam.

Virgil. 4. Aeneid. A quibus delata hæc opinio Iesu in totã Syriam.

Psal. 18. Rom. 10. Cõcionator vnde bonum sibi nomen comparet apud auditores.

S. Hieron.

Quoniam Syriæ hoc loco, & frequẽter in sacra Scriptura fit mentio, & quandoque largè voce sumpta, maiorem & meliorem partem Asię maioris significat, adeò vt Mesopotamiam, & Chaldęam comprehendat, interdũ verò pro singularibus quibusdam prouincijs, quæ particulæ sunt Syriæ, inter quas nos plures enumerauimus in Prolegomenis, propterea quòd hic dicitur famam Iesu prodijsse in totam Syriam, vel intelligendum est gestorum Christi memoriam in vniuersas illas Syrias permanasse, vt fieri solet, cùm res admiratiõe dignæ, & supra naturam positæ in vna prouincia contingũt, in alias proximas, & per eas in alias magis diffũctas diffundi; vel in totam Syriam, generaliter voce sumpta, & sensus in idem rediret. Neq; mirum cuiquam esse debet: nam gloria operum Christi in Italiam per epistolam Pilati ad Tiberium peruenit, & ad regem Abagarum in Edessam ciuitatem Mesopotamiæ, vt plures testantur. Vide autem Domini benignitatem cum sapiẽtia coniunctam: selegit sibi crucem & labores, quales nullus sustinuit, & minorẽ famam, quod ad extensionem attinet, minorem etiam fructum, quàm aliquis Apostolorum; nam vnus Paulus ab Ierusalem vsq; ad Illyricum omnia impleuit Euangelio Christi. Idem etiam dicendum de miraculis, in quibus se ab Apostolis superari voluit, quia videbat in his, & similibus perfectionem minimè sitam esse.

Obtulerunt ei omnes malè habentes. Hinc patere potest, minimam partem signorum Christi ab Euangelistis singulatim vix esse descriptam. Plura enim fecit, quæ nonnisi in genere nota sunt: quæ verò scripta sunt, ad instructionem nostram sufficiunt. *Lunaticos & paralyticos.* Lunatici dicuntur, qui cum sicci sint cerebro, in defectu Lunæ siciores redditi vel insaniunt, vel alias ægritudines patiuntur. Dæmones etiam vt Lunæ conditori detraherent, infamemq; rederent, in Lunæ variatione, & mutabilitate solent magis vexare: vnde lunaticus dicitur à dæmone obsessus, & arreptitius, de quo Matt. 17. quod eo studio factum est, vt Lunam tãquam potentem, & diuinitatis participem homines adorarent, & Ierem. 44. insinuatur. Ob dispositionem etiam cum æquali dolore, & pœna magis vexat in defi ciente Luna: cùm enim Luna peragit duas quartas, crescit mare cum ea crescẽte: dum verò alias duas absoluit, ea decrescente decrescit. Nam quotidie Luna cõplet totum circulum, sicut etiam Sol motu raptus, secundũ quatuor puncta cœli, à quibus incipiunt quatuor quartæ: & non fit quotidie

Syria in

Quomo accepi quod Iesu ab toti Syr

Alter fili

Quid ecclie tur Ch quàm dic puli eis Rom. 10.

Christi Euang quæ fi tint ea modo

Lunatic fiant, & cui.

Ieremi 44

Mare q crescat crescat

eisdem

Omnes malè habentes sibi oblatos quare Christus curauerit.

eisdem horis, sed variatur, prout diuersis horis Luna peruenit ad principia harũ quatuor quartarum cœli. ¶ *Et curauit eos.* Intellige omnes: vt enim nouitius Medicus quo alliciat ad se populos, promptum & alacrem se ostendit, ita Christus, qui, quod ad se attinet, oẽs infirmos semper sanabat, modo Gentiles non essent, vel Samaritani, quos ferè non curabat, quia dixit Chananææ: *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt ex domo Israël.* Sanabat autẽ infirmos, modo ipsi, vel alij pro eis peterent, & modo fidem haberent quòd posset eos curare: nam propterea Mar. 6. suos Nazarenos non curabat, & Mar. 9. dixit quidã Christo: *Si quid potes, adiuua nos, misertus nostri;* & Christus respõdit: *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* Si quis etiam non peteret, signum esset incredulitatis, modo cognosceretur: nam propterea paralytico ad piscinã Ioan. 5. sese obtulit, quia non cognoscebatur, & omnes ibi existẽtes curasset, si fidẽ habuissent, vel alij pro eis postulassent. Etsi autẽ semper exigeret fidem, non tamen semper interrogabat de ea, vt hic, quia videbat quã aderat, vt testatur eorum qui offerebãt infirmos, deuotio: vel quia nondum erant signis obligati ad eam habendam, ideò de ea non semper quærit.

Matt. 15. Infirmos quos Dominus curaret.

Mar. 9.

A quibus fidem Christ infirmis minimè exigebat.

Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli. Turbæ libenter sequebantur Iesum, tum ob signa, tum ob verba Euangelica & vtilia quæ proponebat, tum ob curiositatem spectãdi noua signa, & fortassis ob inuidiam quorũdam, quanquãm à principio omnes ei testimonium darent; tum deniq; quia ipse intus eos trahebat, vt essent testes operũ suorum, & spectatores. Decapolis autem, regio est decem vrbium vltra Iordanem ad Orientem Iudææ sitæ, cuius hic fit mentio, & Mar. 5. & 8. de qua Plinius lib. 5. Naturalis historiæ cap. 18. & 29. & putatur esse regio intra Libanum & Antilibanum in Cœlesyria, vel iuxta Hieron. lib. de Hebraicis locis, locus iuxta Hippũ, Pellam, & Gadaram.

Turbæ cur Iesum sequebantur.

Decapolis regio vbi sita.

Plinius.

Hieron. to. 3. à med.

Additur: *Et Ierosolymis, & Iudæa.* Id est, forte Iudæ, & circa Iordanem, & Luc. 6. maritima Tyri & Sidonis. Quòd verò inquit, trans Iordanem: aduerte, præpositionem Græcam περαν, non tantùm trans, vel vltra significare, sed etiam circa, & perinde hic videtur valere, atque ἀμφὶ, vel περὶ, id est, circumcirca, atque ita hic vsurpatur; quod etiam noster Euangelista cap. 3. fecit, cùm dixit: *Omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ,* id est, finitima Iordani. Ioannis etiam 1. dicitur: *Hæc in Bethabora facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans*, id est, circa Iordanem: est autem regio circa Iordanẽ, teste Hermolao, ea quam Plin. lib. 5. Perceã nominauit.

Trans præpositio duo significare solet

Hermola. Plinius.

Iuxta spiritum autẽ omnes male habentes, sunt iusti, qui delictis venialibus ac quotidianis non carent. Grauantur languore, qui trepidi sunt; tormento verò, qui odij, & iracundiæ motibus laborant; dæmoniaci, sunt superbi; lunatici, instãbiles; paralytici, pigri; turbæ de Galilæa & Syria, id est, elata, sunt Ecclesiæ de volubuli, & superbo mundo, ex Decapoli, id est, transgressione Decalogi, & Ierosolyma, mala scilicet pace & quiete, ex Iudæa, improba nimirum confessione & laude, quæ labijs tantùm fit, & trans Iordanem, videlicet hominibus nondum baptizatis. Postea autem istæ Ecclesiæ transmigrant & pergunt de virtute in virtutem, seruant præcepta, habent pacem ad Deum, illumq; verè & ex animo, ore, & operibus confitentur, iam facti çis Iordanẽ & baptismo tincti: cùm autem tot ac tanta essent admirabilia dona in Christo, vt doctrina illa cœlestis, & diuina peccatorum remissio, resurrectio, æternæque vitæ promissio; turbæ tamen illæ, quæ minima erãt in Christo, admirabantur, & sectabantur, nempe beneficia illa corporea, & liberationem à dæmonibus obsidentibus, & ab alijs languoribus; quæ bonus & dulcis Iesus eo fine libenter communicabat, vt paullatim ad spiritualia in illis corporeis significata proueheret.

Omnes malè habentes, lunatici, & paralytici quid mysticè.

Pueris (enim) *dant crustula blãdi Doctores, elementa velint vt discere prima.*

Horat. lib. 1. epistol.

Cicero lib. 3. Tusculanarum Quæstionum in principio admirabundus quærit: *Quid nam esse, Brute, causæ putem, cur cum constemus ex animo & corpore, corporis curandi, tuendiq; causa quæsita sit ars, eiusq; vtilitas, deorum immortalium inuentioni consecrata: animi autem medicina nec tam desiderata sit antequã inuenta; nec tam culta, postea quam cognita est; nec tam multis grata & probata, pluribus etiam suspecta & inuisa? An quòd corporis grauitatem & dolorem animo iudicamus, animi morbũ corpore nõ sentimus? ita fit, vt animus de se ipse tum iudicet, cùm idipsum, quo iudicat, ægrotet.* Hæc ille meritò de Gentibus queritur, nec dubiũ est quin Iudæi Medicos corporis Prophetis anteferrẽt: certè apud multos Christianos acceptior esset Christus corpora sanans, quàm animos instruens. Hoc autem non aliũde proficiscitur, quàm ab antiquo illo delicto, quo humana natura ita est infecta, vt corporis bona, carnisque cõmoda & quærat, & vbi desunt, sentiat atque affectet, ac nisi desuper illustremur, oculosque mentis nostræ aperiat Deus, vt animorum

Corporis quàm animi curandi (vt ait Cicero) ars atq; vtilitas quæsita, cur prius atque inuenta, cultaque.

Carnales Iudæi, quos olim Prophetis anteponerent.

Vnde corporalia hominis Dei beneficia spiritualibus anteponant.

nostrorum morbos, & pericula inde imminentia agnoscamus, proculdubiò de nobis actũ esset. Petamus igitur oculos spiritus, quibus spirituales morbos animum vexantes, spiritalemque medicum Christum,& spiritualia illa, & in æternum duratura in cœlesti regno præmia intueamur, gratia Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto semper viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

TRACTATVS XXIV.

In illa verba Luc.5 *Factum est autem cùm turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat secus stagna Genesareth: & vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia*, &c.

Duplex quæstio proponitur, ac diluit. *Matt.4. Mar.1.* Vocationem Petri, & Andreæ, cuius Matthæus,& Marcus meminere, ab ea,quę Ioan. cap 1. describit, esse aliã atque diuersam. *Ioan.1, Ibidem.*

ANtequam ad textus huius explicationem accedamus, circa hanc vocationem Apostolorum duo sunt in primis expedienda. Alterum est, an hæc vocatio Petri & Andreæ narrata à Matthæo, & à Marco, eadẽ sit cum ea, cuius meminit Ioannes capit. 1. quam supra exposuimus, an non, sed ab illa distincta. Alterum est magis obscurum, & difficile, an hæc historia vocationis Apostolorũ,à Matthæo & Marco perscripta, sit eadem cum illa, quã Lucas cap.5.describit. Ad priorem igitur dubitationẽ dicendũ est, distinctas esse illas duas; atque hæc, quam Matthæus narrat, longe illa posterior inuenitur, cùm hæc in Galilæa contigerit Ioan.traditio, illa verò vno anno anterior est,& in Iudæa,facta Ioanne adhuc baptizante in Bethabora, quæ manifestum arguunt discrimen. Quare intelligendũ est, hos factos quidem Christi discipulos post eam vocationẽ, quæ describitur à Ioanne;nondum tamen relictis omnibus cœpisse illũ perpetuò comitari,nec se illius sequelæ totos addixisse, sed relicto illo redijsse ad artem, qua soliti erant victum sibi comparare: vnde illos piscantes,seu lauantes,reficientesve retia,legitur Dominus inuenisse. Prima igitur illa vocatio ad notitiam sui cõmunicandam, atque nõnullam familiaritatem facta fuit; & ad significandam sequelam, quam omnes in communi via præceptorum,per quam artes licitas exercemus, Christo Domino præstare debemus; quemadmodũ in hac posteriori vocatione via perfectionis iustitiæ, & consiliorum repræsentata est, per quã omnibus bonis & artibus renuntiamus, vt Christo perpetuò, & indiuulsè adhæreamus.

Ad quem finem vtraque illorum Apostolorum vocatio fuerit instituta.

Quòd p guum cõ tionis ac in vinũ. primùm diderũt sum disc eius, qu do vera *Ioan.2. Aug.lib. consen. ca.17. to*

An voca Apostol Matth. Marc.5 pta, sit cum illa cap. 5.m B.Lucas 1. opinat *Augst. Mar.1.*

Quod ergo dicitur Ioan. 2. edito miraculo facti ex aqua vini, credidisse in eum discipulos eius, ritè intelligẽdum est, nempe qui futuri, & dicendi erant eius discipuli: necdum enim discipuli eius dicebantur, aut erant,vt Augustinus interpretatur.Vel sanè accepta discipulorum voce in latiori significatu, dici potest, discipulos vocari eos, qui ab eo erudiebantur, & qui in communi via iustitiæ eum sectabãtur,& in eum aliquo modo credebant; sed viso eo miraculo, in fide profecerunt.

Ad alteram dubitationem respondeo, plerosque fuisse post Augustinum in libris de consensu Euangelistarum, qui contendunt non fuisse vnam & eandem vocationem Apostolorum, quæ habetur Matt.4. atque illam, quæ legitur Luc.5. nam apud Matthæum & Marcum dicitur, binos, & binos vocasse, primùm quidem Petrum & Andream, deinde cum pusillũ progressus esset, Iacobum & Ioannem; & priores quidem inuenisse piscantes, posteriores verò resarcientes retia sua: apudLucã verò scribitur hos omnes inuenisse lauantes retia sua, subductis ad terram nauibus, eosque postea simul admirãtes tantam pisciũ multitudinem,quæ capta erat,simul secutos fuisse Christum eductis ad terram nauibus, cùm Petro tantùm dictum sit: *Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens.* Intelligunt ergo isti cum Augustino primò esse factũ, quod Ioan.1. narratur, deinde quod Lucas cap.5. scripsit, postremò quod Matthæus cõmemorat: atque ita in vocatione, quam Ioannes scripsit,tenent Apostolos à Domino non fuisse vocatos ad discipulatum, sed tantùm fuisse Petro prædictum quòd vocandus esset, nec sic dictũ Petro: *Ex hoc iam eris homines capiens*, quasi iam pisces nunquã post hac capturus esset(nam & post Domini resurrectionem leguntur piscati) sed ad capturam piscium ex more reuersi; vt postea fieret, quod Matthæus & Marcus narrant, quando eos vocauit binos, iubens vt se sequerentur. Itaque secundũ horum intellectum triplex fuit Petri & Andreæ vocatio, prima quidem ad notitiam,altera ad maiorem familiaritatem, tertia ad discipulatum & indiuiduam sequelam.

II. opinio *Epiſc. de 9.97. in 4. Matt. Lanſperius Concord. Claud. & Laudus.*

Altera sententia est quorundã antiquorum Patrum, vt Amonij Alexandrini post Tacianum,& quorundam recentiorum,vnam atque eandem vocationem esse, à tribus primis Euangelistis descriptam. Cùm enim Lucas post miraculũ, discipulos hos subductis ad terram nauibus, & relictis omnibus secutos esse Christũ tradat, probabilius videri posset,eandẽ fuisse vocationem,

Si enim tunc relictis omnibus secuti sunt Christũ, quomodo postea ad piscationem redierunt, relicto Domino, vt deinde ad sequendum ipsum denuò dimissis omnib⁹ rursus vocandi essent, vt narrat Matthæus? Nemo enim,vt deinceps Dominus inquit, mittens manum suam ad aratrum,& respiciens retro,aptus est regno Dei. Et si semel dimissis omnibus secuti sunt Christum, & illum postea reliquerunt secũdùm Lucam, vnde constat post vocationem narratam à Matthæo,in qua similiter dicitur, quòd dimissis omnibus secuti sunt eum, quòd non potuerint à Christo retrocedere, cùm eisdem verbis vtraque vocatio describatur? Quod verò quidam exponũt apudLucam, subduxisse istos nauem ad terram veluti animo redeundi, & reliquisse omnia, sed ad tempus, secutosque tunc Dominũ tantùm reuerentiæ causſa; nimis videtur coactum: cùm sic dicat Lucas eos dimissis omnibus secutos esse Christum, quomodo hic dicũt Matthæus & Marcus. Quare constituendum est, Lucæ narrationem cum alijs duobus dupliciter posse conciliari: hoc posito, quòd quæ deerant Marco, suppleuerit Lucas, & omiserit, quæ ab alijs duobus enarrata erant. Altero ergo modo intelligi potest, Dominum ambulantem iuxta mare Galilææ,vidisse primum Petrum & Andream, ac deinde progressum, vidisse Ioannem & Iacobum retia resartientes, postea verò stetisse iuxta illud mare. Cùm autem desiderio ipsum audiendi,turbæ irruerent in eum, atque interea nauibus illis duabus ad terram adductis piscatores descendisse ac lauisse retia sua, tunc ingressum Dominum in nauiculam Petri docuisse turbas, ac miraculum illud capturæ piscium edidisse, quo Petrus cum alijs attonitus omnium nomine præ reuerentia precabatur Christi à se discessum. Tunc Dominum, postquã dixisset Petro:Noli timere,omnes simul vocasse, eosq; simul omnes, relictis omnibus,secutos fuisse Dominum. Nã etsi Matthæus cum Marco, Iesum postquam ambulauit iuxta mare Galilææ, vidisse Simonem simul & Andream iacientes retia in mare,subiecerit ac dixisse illis, *Venite post me, &c.* non sic tamen intelligendum est, quasi mox vbi vidit illos iacientes retia sua, euocauerit ad sequelam, sed post editum miraculum, quod breuitatis causſa, Matth. & Marcus omiserant: Lucas verò post eos scribens, suppleuit ea,omittens, quæ hic ab alijs quoque in hac vocatione scripta erant. Similiter etsi Matthæus & Marcus seorsum scribant vocationem Petri & Andreæ, & seorsum vocationem Iacobi & Ioannis, intelligi tamen potest eos simul vocatos: nec enim dicunt, Dominum vocasse eos tunc, cùm videret resarcientes retia sua; sed intelligi potest, quemadmodum de Simone & Andrea, ante miraculum vidisse eos adaptantes retia sua, post signum autem vocasse, quando & alios duos fratres vocauit.

Luc.5.

Obiectio quorandam diluitur.

Lucam cum Matthæo & Marco, de hac vocatione Apostolorum, duplex conciliandi ratio.

Deinde dici potest quod scribunt Matthæus & Marcus, Dominum ambulantem iuxta mare Galilææ, vidisse Simonem & Andream, mittentes rete in mari, sic esse exponendum; non quòd,cum adhuc iuxta mare Dominus ambularet, viderit eos piscantes (nam iuxta mare stante Christo secundũ Lucam, piscatores qui nocte piscati erant, descenderant) sed quòd postea eos piscantes viderit, cùm eius iussu laxassent rete: vt quæ nõ simul facta sunt,Matthæus & Marcus breuitatis studio simul narrasse intelligantur; deinde intelligatur facto miraculo,postquam Dominus Petro attonito dixit,*Noli timere*,& quę sequuntur,in suam stationẽ filios Zebedæi sese recepisse; tuncque primum ad sequelam vocasse Petrum & Andream, ac deinde cum Petri nauem in terram adductam exijsset, illique duo sequerentur, progressum pusillum inuenisse filios Zebedæi cum patre in naui reficientes retia sua,quę ex nimia piscium multitudine erant rupta; & tum demum vt ipsi se sequerentur, vocasse. Atque hæc videtur optima cõciliandi ratio,quam in exponendo sequemur; quamuis nihil referat priori quoque modo accipi posse. His igitur constitutis, ad literam explicãdam accedamus, miscendo simul ea, quæ vterque Euangelista narrat in hac vocatione: sed prius litera Lucæ percurrenda est. Ait igitur.

Altera cõcot dię ratio, optima quidem illa.

Factum est autem, cùm turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth. Cùm indies apud omnes increbresceret fama Iesu; tantus erat hominum ad eum confluxus, vt iam non satis esset, illum sui copiam facere vel in Synagogis, vel in vicis & oppidis,verùm quocunque se subduceret Dominus, eò simul accurrebat multitudo virorum & mulierum, neq; eos deterrebat vel desertum, vel montium laboriosus ascensus, vel pudor irrumpendi in priuatas ædes, in quas se reciperet ad tempus: ventum tandem est ad stagnum,nec nauigare parantem poterant relinquere. Irruebãt ergo turbæ in eum; partim vt audirẽt verbum Dei,quod magna auiditate atque alacritate excipiebant, ob eius nouitatem magna cum sapientia & sanctitate prędicantis coniunctam; partim ob miraculorum tam vtilium frequentiam: ita vt multi sanitatis habendæ gratia,

Turbarum quantus Iesum audiendi ardor, ac studium.

Ex cur eruerẽt in Iesum.

Stagnum Genesaret quod nam illud. *Plinius.*

gratia, alij verò illa spectandi studio certatim irruerent atque confluerent. Vocat aũt stagnum Genesareth, lacum, qué historici depingunt in confinio vtriusq; Galilææ, in quem Iordanis influit: de quo Plinius lib. 5. cap. 15. sic scribit: *Ergo vbi prima conualliũ fuit occasio, in lacum se fundit, quem plures Genesaram vocant* XVI. M. *longitudinis:* VI. M. *latitudinis, amœnis circumseptum oppidis: ab Oriente Iuliade & Hippo, à Meridie Tarichæa, quo nomine aliqui etiam lacum appellãt, ab Occidente Tiberiade, aquis calidis salubri.* Hæc ille. Describit eleganter Egesippus libr. 3. cap. 26. de excidio Hierosolymit. nisi quòd scribit lacum hũc Græco vocabulo dici Genesar, quasi generantem auram aquæ dulcis, cum sit potius Hebræum vocabulum nonnihil demutatũ, dicitur enim Cinereth. Et quia hic lacus alluit Tiberiadem, quam Herodes Tetrarcha in gratiam Tiberij Cæsaris nouam extruxit, vt tradit Ioseph. lib. 18. ca. 4. mare Tiberiadis à Ioanne cap. 6. vocatur. Habet in superiori littore Capharnaum, postea Bethsaidam, quam Philippus Herodis frater, ædificatam, Iuliadem, in honorem Iuliæ Cæsaris Augusti filiæ vocauit: vt idem Iosephus testatur eodem libr. cap. 3. Idem ergo est mare Galilææ, mare Tiberiadis, lacus vel stagnum Cinereth, vt dicitur Num. 34. vel Genesar, vel Genesareth; nam Cinereth Hebræum est, Genesareth verò Chaldaicum, vel Syrum. Interpretatur aute Genesareth, hortus vel protectio Principũ; propter eius amœnitatem Principe dignam.

Eius amplitudo, atque amœnitas.

Egesip.

Mare cur Tiberiadis appelletur.

Genesareth quid sonet.

Et vidit duas naues stantes. Id est, ad terram subductas, quietas & tranquillas, dum piscatores lauarent retia à sordibus, quas in piscatione traxerant: altera nauis erat Simonis & Andreæ, altera verò Iacobi, & Ioannis, siue patris eorum, qui cum illis aderat. ¶ *Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Simonis.* Volens Dominus tantæ turbarum multitudini satisfacere, pro tempore & loco, vt commodiùs audiri atq; intelligi posset, nauim loco cathedræ conscẽdit, & omnem locum aptum reddidit prędicationi verbi Dei, & ex naui docet, vt piscatores piscetur. Et rogauit Simonem pro sua modestia, qui imperare poterat, vt à terra reduceret pusillum, quo commodiùs sine compressione turbarum prædicare posset, & à populo in littore stante corã facie eius audiri. Nec mysterio vacat, quòd in Petri nauiculam conscenderit: quo doceat nos, in sola cathedra Petri esse Spiritum Christi, per Episcopos Romanæ Ecclesiæ docentem: extra quam nauiculam, quæ est Ecclesia, non prædicat Christus, sed Sata-

Quare Christus nauem conscendit.

In nauiculã cur Petri dicitur ascendisse.

nas seducit, & peruertit. Et Euangelista nullum verbum refert eorum, quæ Dominus tunc docuit; an vt omnes aliquid cogitemus; an quia Iesus eadem semper docebat? an quia illa erant pro eo tantùm tempore? Dicitur autem quod sedens docebat, maiori voluptate tendens retia verbi Dei ad capturam piscium spiritualium, quàm soleant piscatores capiendis piscibus dulciter & iocunde incumbere. Cùm verò pisces extra mare trahãtur ad mortem, Christus homines in peccatõ mortuos, nonnisi ad vitam illis donandam capit, & extra mare magnum, & spatiosum huius seculi constituit.

Quid doc. ret Chr. qua mo. Euange. suppress.

Cur sed. docebat.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, &c. Post doctrinam venitur ad signum, quo illa confirmetur. Et quoniam docturus erat, *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia* (quæ nimirum ad corporis sustentationem pertinent) *adijcientur vobis*; illud hæc historia satis apertè impletum indicat. Docet ergo Dominus, vt prima cura sit animæ, proxima corporis: & felix es, si labore manuum tuarum sustentatus fueris. Finitis autem sacris Officijs, vel Concionibus, non sunt quærenda vel œnopolia, vel theatra, vel alia loca turpia, sed ad honestum alicuius artis licitæ laborem, vt te, & familiam sustentare valeas.

Qua ra. idem do. nam sua. g. omn. dinis p. confirm. *Matt. 6.*

Psal. 127.

Dixit autem illi Dominus: *Duc in altum,* vt nauiculam deduceret intra mare, remotiùs à littore, vbi esset altitudo, vel profunditas aquarum, in quibus pisces fugientes littora, delitescere solẽt, vt inde piscaretur cum socijs suis: & reuera Petri & successoris eius munus est regere nauiculam, laxare verò retia, non tantùm ipsius, sed & aliorum, quos in partem solicitudinis vocat: idcircò rectè dixit in singulari, *Duc in altum,* ô Petre, & in Plural, ipsi cum alijs, Laxate retia vestra. ¶ *Et respondens Simon, dixit illi, Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Solet esse nox opportunius piscandi tempus, quàm dies; & tamen, Domino fortassis impediente, nihil ceperant, vt illustrius & euidentius appareret miraculum in die patratum, quando spes nulla, aut certè minima capiendorum piscium esse debuisset. Episcopi etiam, & concionatores verbi Dei, qui in tenebris versantur, & operibus Spiritu Dei destitutis per noctem significatis, nullos homines intra rete Euangelicum comprehendunt, & nisi nobis adsit Christus, & per nos loquatur, irriti fiunt omnes nostri conatus, & labores, quia, *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam:*

Hoc re. Christ. in al. laxate re. vestra. insinua.

Disciput. to ã no. laborãt. nihil ce. rint.

Piscatore uangeli. nihil cap.

Psal. 126. Quado tum cap.

vbi verò

Quæ causa bonæ illo ũ piscaturæ.

vbi verò Christus nobis dignatur adesse, multum fructum apud alios facimus. Hinc videre licet quosdam magnis eloquentiæ viribus, & verborum splendore, doctrinęque ostentatione apud frequentissimũ populum, absque vllo fructu, præterquam admirationis magno boatu concionantes: rursus alios magna parcitate & simplicitate verborum munitos, sed Spiritu, doctrinaque Dei præditos, maximum & admirabilem fructum apud auditores edentes; nõ obstante vocis exilitate, linguæ cultæ & politæ ignoratione, atque auditorum paucitate. Nec alia sanè ratio reddi potest, nisi quòd illi nocte laborantes nihil piscantur; hi verò in verbo Christi rete laxantes, innumeram piscium multitudinem comprehendunt.

Petrus cur dixerit: In verbo autem tuo laxabo rete: & quid significet.

In verbo autem tuo laxabo rete. Non adeò præclarè tunc de Christo sentiebat Petrus, vt res potest indicare, vt qui miraculo Dei obstupefactus, maiora quàm ante cœperit sentire de Iesu; ideò ait, *In verbo tuo:* Id est, tametsi non credam capturum me pisces, vt tamen tibi obsequar, laxabo rete: idem nos facere debemus, etiam cùm non speramus; tamen vt pareamus Domino nostro, agamus quod dicit: Ipse enim qui dicit, faciet: nam qui promisit, potens est & facere.

Documentũ Petri. *Rom. 4. 1. Cor. 15.*

Et ita labor noster non erit inanis in Domino. Sic etiam Naaman Syrus 4. Regum 5. citra vllam suam spem tentauit remediũ ab Helisæo indicatum, & tamen consecutus est sanitatem.

Christi verbũ quàm potens, & efficax.

Et cùm hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Vide successum operis in verbo Dei facti. Nos ergo omnia in verbo Christi faciamus plena fiducia, non enim frustra laborabimus. Tanta verò fuit multitudo piscium, vt vno tractu duas nauiculas impleuerint, & retia præ multitudine rumperentur. Ostendit Dominus, quòd ipse poterat facere, vt non caperent pisces, & facere vt caperent, vt sic cogerentur ipsum sequi pauperem voluntate, non necessitate: & nos tales præceptores haberemus, rudes scilicet, vt appareret virtus, non ipsorum, sed Dei. Et iuxta spiritum ostenditur, rete, quod in Christi verbo iacitur, eos capere, qui scindunt ipsum rete, & tamen nauiculæ implentur piscibus: ne scilicet cum facimus aliquid in verbo Domini, offendamur, quod aliqui deridٍent, & scinduut rete, id est, conatus nostros, & verbi Dei; nam omninò habebunt efficaciam, & plures capiemus, quàm vnquam putauissemus. Aduerte etiam, nimio plures videri pisces, quàm capiuntur, & tamen nihilominus ad terram trahuntur. Non ergo

Quare Christus fecerit, vt discipuli caperẽt multitudinem piscium copiosam.

Ruptionis rete præ pisciũ multitudine mysterium.

Ruptum rete plenum piscibus cur tamen trahebatur in terrã.

vllos è naui, id est, de cœtu Ecclesiæ eijciamus, nam peruenient ad salutem; pondus, quod est in nauiculis, Christus ad terram ducet. Rumpebatur etiam rete, dum ex vna parte tantùm trahebatur; at verò cum ex altera quoque parte trahitur, adducit pisces. Discant igitur prælati, & pastores animarum, vt concordes sint in fide & Scripturarum sensu, ministerioque legitimo Sacramentorum; alioqui rumpitur rete. Vide etiam quàm non ingratè facias quicquid Christo facis: Petrus enim locat Christo paruo tempore nauem, vt ea pro cathedra vtatur; Christus verò pro gratiarum actione dat duas nauiculas piscibus plenas. Certus ergo sis, nihil eorum perire, quæ in nomine Domini feceris.

Piscatores Euãgelici quinam: eorum rete quando dirumpitur.

Christus quã gratus, & memor acceptι beneficij.

Et annuerunt socijs qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Ad literam discе, quàm fidos Petrus haberet socios, qui, imminente periculo, vel solo nutu vocati, vt eum adiuuarent, confestim venerunt. Et videntur isti quatuor ad se inuicem societatem contraxisse, ad æquas portiones piscium capiendas; nam Græcè habetur verbum μετόχοις, hoc est, participes, siue communicantes. Neque erant in littore, sed longè in mari, non tamen procul a nauicula Petri, vt possent nutibus, vel signis vocari. Iuxta spiritum verò Episcopi habẽtes amplas diœceses, & pingues redditus, multaque animarum onera, debent opitulatores & operarios habere, qui operas suas in prædicatione, & Sacramentorum administratione quasi adiuuantes præstent; vt habens agrum latum, quem solus non potest, vel seminare, vel metere, vel vineam amplam, quam solus nequit putare, vel vindemiare: sed vt isti in partem solicitudinis, & laboris vocantur, ita etiam in partem fructuum & reddituum, vt habeant, vnde honestè viuant, admittendi sunt: deforme enim & portento simile videtur, vt & qui indefessе, & impigre laborat, nihil manducet; sicut & illud, vt qui non laborat, Episcopatum manducet, vt sibi retentis fructibus pro pensione, vt dicunt, pondus curæ animarum in alios reijciant. Illi etiam prælati accusandi veniunt, qui ex auaritia & cupiditate, ne cogantur sumptus facere necessarios, sed genio & ventri vt magis indulgeant, viuantq; delicatiùs, non prospiciunt de idoneis ministris & adiutoribus ad Ecclesiam suam rectè regendam necessarijs; vel si causentur penuriam Sacerdotum, non dant operam seminario iuuentutis instituendæ construẽdo, quod idoneos ministros possit suppeditare; quemadmodum œcumenica synodus Tridentina per

Ex eo quod annuerũt socijs qui erant in alia naui, quid doceat Episcopi, & Pastores animarum.

Ij sancti piscatores quos damnare episcopos videantur.

Synod. Trident. sess. 13. c. 6. & cap. 18. Quid quod alij alijs, qui sunt in alia naui iuuant, & opitulantur.

sanctè desuiuit. Adiuuant qui sunt in alia naui: ne Episcopi Episcopis inuideant, nec prædicatores prædicatoribus, sed adiuuent se se mutuo: nam alioqui rete scinditur, neque vna, neque alia nauis implebitur: concordia ambas implet.

Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Magna hic Petri describitur humilitas, nō tam laudanda à nobis, quàm imitanda: non vt Iesum à nobis abigamus, sed vt iniquitates & peccata nostra fateamur: quo enim nos submissiùs geremus; eo nos maioribus dignabitur donis. Totam ergo huius facti gloriam in Iesum transcribit Petrus noster, se nihil aliud, quàm peccatorem, indignum etiam qui Diuinæ virtutis sit minister, confitetur: & similia Euāgelicus concionator facere debet, si quando feliciter succedit opera prædicationis: nam si videret prædicator, quam multi capiantur voce sua vehente verbum Dei, stuperet, & diceret, hominem se peccatorem esse, alia virtute id actum, non sua: nam hæc etsi humanæ vocis industria, & ministerio peragatur, summa tamen totius laudis vni Christo tribuenda est, cuius auspicijs soluitur ad dicendum lingua, cuius Spiritus afflat dicentis pectus, cuius occulta vis attrahit animos auditorum. Procidit ergo ad genua Iesu, eum Messiam, & sanctum Dei Filium agnoscens, & præ reuerentia eius præsentia se indignum reputans, quemadmodum illa vidua quæ dixit Heliæ, *Quid mihi, & tibi, vir Dei? Ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ & interficeres filium meum?* Petrus ergo ait; *Exi à me*; & propterea meruit audire à Domino; *Veni ad me.* Petrus vult sibi abesse Christum, Christus vult sibi adesse Petrum: relinquat ergo Petrus semetipsum, & seipsum absentem à Christo relinquat, & adhæreat Christo. Sed melius Moyses dicebat Exod. 34. *Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum.* Sed Petrus ob Domini reuerentiam, hoc dixit; reputabat enim secum: Non possum esse tibi honori, & mihi damno, & dedecori erit, defuisse. Hic idem stupor circumdederat socios eius in captura piscium, quare omnium nomine dixit, *Recede à me, quia homo peccator sum, Domine.*

In Christum quales esse oporteat conciatores exemplo Petri.

Procidēs ad genua Iesu Simon Petrus, quid hoc facto indicauerit. 3. Reg. 17.

Exod. 34.

Quare Petrus dixit: Recede à me, quia homo peccator sum, Domine.

Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Grata fuit Christo Petri modestia; nec increpat eum, vt fecit in lotione pedum, sed amicè & blandè consolatur eum, iubens eum nihil timere, sed bono animo esse. Addit & magnificā promissionem: *Ex hoc iam homines eris capiens,* non iam implendo nauem piscibus, sed Ecclesiam Euangelicæ doctrinæ professoribus. Et quod ait, *Homines capiens,* Græcè dicitur ζωγρῶν, id est, viuos capiēs, vel venans; quod de hominibus intelligendum est; insinuatque hoc verbo longè diuersam piscationem hanc futuram: nam pisces viuos prius capiebat ad occidendum, nunc verò homines peccatis mortuos capturus erat ad viuificandum in Christo. Et malè liberos captiuos reddidit, & malè captiuos liberos fecit: liberat enim à peccato, vt subdat iustitiæ. Quod verò Dominus dixit Petro, idipsum sibi dictum esse, asij tres intellexerunt, vt communis sequela omnium quatuor testatur. Etsi ergo Petrus dixerit, *Recede à me, quia homo peccator sum, Domine,* non possum ad tuos mores viuere: respondit tamen illi Dominus, *Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens:* Id est, non omninò probo hanc tuam humilitatem, illa mihi gratior est, quæ facit vt accedas ad me, quia homo peccator cùm sis, nō habes ad quem accedas, qui te liberare possit à peccatis, præter me. Ego bonum te reddam: homines quo te magis peccatorem agnouerint; hoc ad te confidentiùs venient, agnoscentes in te gratiam Dei tam efficacem, & ita mihi eos recipies, vel ego eos per te recipiā. Atque ita Dominus per piscationem piscatur piscatores in discipulos ad alios piscādum. Et nos cùm legimus Apostolorum libros, vel epistolas, dicamus eis, vt nos expiscentur Christo, quoniam ad hoc eos Christus elegit piscatores hominum. Nam quibus Christus cruce & morte sua se horridum & inamabilem reddidit, Apostoli sua prædicatione dulcem, amabilem, & consectandum reddiderunt, & maiora quodammodo quam Christus fecerunt: illos enim homines ceperunt, quos Christus sua Cruce à se amandauit & abalienauit. Vt ergo Apostoli reti pisces ad littus traxerunt, ita & ipsi tenaciori reti à Christo tracti sunt, & secuti sunt eum, qui eos per pisces traxit. Ita nos intelligamus, nulla alia ratione posse nos officio Euangelico defungi, vel alios ad Christum trahere, nisi ipsi prius à Christo finamus nos pertrahi: nam nos tāquam esca quædam alios inuitans erimus Christi per nos alios ad se trahentis, vt ipse sit qui trahat, nos verò organum siue rete in manus eius; vt ita in conuersione animarum omnis Christo Domino cum Patre, & Spiritu sancto gloria, honos, & imperium tribuatur in sempiterna secula, Amen.

Quos homines Simon Petrus piscatus prædicetur, & quomodo.

Rom. 6.

Matth. 4.

Gratior Petri humilitas quàm Domini fuisset illa quam exhibuit.

Apostoli quorundam nebulas sua prædicatione & Apostolis dignis Christum reddidere. 1. Cor. 2.

Quo modo nos quoque homines capiemus.

TRA-

TRACTATVS XXV.

In illa verba Matth. 4. *Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) Et ait illis, Venite post me; & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuò, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, &c.*

Quorū Scripturæ vocationes Diuinas soleat diligenter describere.

QVoniam superiori tractatu duplici ratione conciliari posse diximus quæ Matthæus & Lucas de vna & eadem vocatione quatuor Apostolorum scripserunt, non est quod hic iterum verba fundamus, in eisdem sine fructu repetendis. Solet Scriptura magnorum alias virorum vocationes ad munus vel propheticum, vel Apostolicùm diligenter describere: ita enim legimus Moysis, Samuelis, Esaiæ, Ieremiæ, Matthæi, & Pauli, & aliorum descriptas, vt hic Petri, Andreæ, Iacobi, & Ioannis. Explicanda sunt ergo iam verba Matthæi: *Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ.* Vt superiùs attigimus, postquam Euangelista descripsit legislatorem Christum, cœpit enarrare populum legem suscepturum: inter suscepturos autem Christi legem aliqui propiùs erant secuturi illum, vt Iosue, Moysen; alij verò remotius, vt alij filij Israel; ita Christum proximè sequuntur Apostoli, & qui Apostolicam vitam profitentur; ideò meritò præmittitur congregatio Apostolorum, de qua ait; Ambulans Iesus, quærens nempe ouem, & drachmam perditam. Et non comparantur discipuli otiosa vita, sed ambulando, & in bono proficiendo, exemploque alijs prælucendo: quia non sufficit dicere; Ite, sed, venite post me, id est, sectamini vestigia mea. ¶ *Iuxta mare Galilææ.* More Hebræorum, qui omnem congregationem aquarum mare vocant, quem morem secutus est Euangelista vocando mare, quod nos vel stagnū, vel lacum, vel paludem vocamus. Et iuxta hoc ambulat Christus: quia summus est piscator piscium ratione præditorū, summus etiam negotiator quærens pretiosas margaritas, & factus sicut nauis institoris de longè portans panem suum.

Exod. 3. 1. Reg. 3. & seq. Esa. 1. Ierem. 1. Matth. 9. Act. 9.

Luc. 15. Ibid. Lacum Tiberiadis, mare, Euangelista cur nominet. Qualis, quotumq; piscium piscator Iesus. Matth. 13. Prou. vlt.

Vidit duos fratres. Respectus iste fuit misericordiæ, quo & filios Israel in Aegypto respiciebat, & Petrum negantem, & peccatricem lacrymantem: de quo respectu ait Dauid: *Respice in me, & miserere mei.* Oculus enim misericordiæ præcedit vocationem; non meritum, aut vocatorum dignitas aliqua. Tanta est enim Apostolatus dignitas, vt sola Dei gratia, & misericordia haberi possit.

Quo Christus respecta duos fratres viderit Petrum & Andream

Duos autem fratres vocauit, vt, sicut Vetus Testamentum in duobus fratribus, Mose & Aaron, initium sumpsit, ita & Nouum in his, qui bini erant mittendi ad prædicandum. Et quia prædicatores amore se mutuo diligere debent: his conuenit fraterno modo gubernare, verbo, & exemplo, vel Verbo & Sacramento: debentque prædicare geminam Christi naturam, duplicem Domini aduentum, & legem eius, quæ in gemina charitate consistit, pollereque debent prædicatores intellectu & affectu, & vt Simon Andream, ita ratio præire debet affectum. Et Simon interpretatur, Obediens, Petrus verò, firmus, seu solidus: quia intellectus debet per fidem obsequium Christo præstare; & in his quæ fide apprehendit, solidus & stabilis permanere. Andreas verò, Virilis interpretatur; quia voluntas fortis, & masculæ esse debet ad operandum fortia; & ad patiendum ardua. Fortia enim agere & pati, non amplius Romanum, vt ille dixit, sed Christianum est. Sunt enim hi duo fratres, alter quidem, nempe Petrus, typus pastorum ex officio verbum Dei tradentium, & martyrum: Andreas verò typus prædicantium ex delegatione, & eorum, qui sunt à confessionibus peccatorum, qui iuuare debent Episcopos tanquam fratres natu maiores, & officio; non autem serere hæreses, aut illis publicè detrahere, aut populum concitare ad rebellionem contra suos maiores. Et quia isti bini, & bini, vt ait Marcus, vocati sunt, constat hanc vocationem distinctam esse ab ea, quæ Ioan. 1. habetur: nam ibi Christus Andream, Petrum verò Andreas vocauit.

Simonem qui vocatur Petrus. Hebraicè Cephas dixit, vt habetur Ioan. 1. Græcè verò dicitur Petrus ob fidei robur, quem sui cōsortem fecit & officij, est enim Christi in terris Vicarius. Andreæ verò nomen non mutauit, vt discamus nos omnes in Ecclesia fratres esse, non tamen omnes eiusdem dignitatis, & meriti: sed nemo potest esse in Christi corpore, nisi Petrus, id est, solidus in fide existat, cuius significationē hoc nomen, Andreas, continet, id est, virilis & fortis. Et cum ἀνδρεῖος Græcè per ει scribatur, corripitur à Poëtis nostri temporis, licèt olim Iuuencus produxerit lib. 1. historiæ Euangelicæ.

Andreamq; simul sinuosa volumina lini

mittentes rete in mare. *Exod. 3. & seq. Matth. 26. Luc. 17. Psal. 85* Duos cur fratres vocauerit Euangelista, Petrum & Andream. *Exod. 3. & seq. Infrà 7. & deinceps.* Prædicatorū munus describitur.

Quid Simonis & Petri, quid verò Andreæ nomina significent. *2. Cor. 10.*

Petrus, & Andreas quorū typus.

Ij duo Apostoli quando primum fuerint vocati. *Mar. 1.*

Simon cur Petrus Græcè nominetur. *Ioan. 1.*

Quare Christus Andreā, sicut Simonē fratrem eius nō aliter nominauit.

Iuuenc.

Mitten-

Petrus & Andreas ad quid mittebant rete in mare.

Quos vocet ad se Christ⁹. Homines in quod mare retia mittentes, capiant nihil. *Ioan. 4.*

Ibid.

Quid quod initio prædicationis suæ sibi discipulos Christus asciuit.

B. Hieron. to. 1.

Iniqua Iuliani apostatæ criminatio atque maligna Euangelistarum. *Gen. 1.*

Eiusdem ac Porphyrij, piscatores tantum ad apostolatum, nō autem sapientes vocante, de Christo calumnia cō futatur.

Ratio, cur Christus tales elegerit, nō homines autem doctos & eloquentes. *1. Cor. 1. & seq.*

Infra 2.

Mittentes rete in mare; erāt enim piscatores. Intellige ad piscandum, quia, vt subdit, erāt piscatores: quæuis enim negotiatio, etiam licita & honesta, propter Christum, si opus fuerit, relinquenda est. Nec otiosos vocat ad se Christus, sed laborantes, licitoque artificio vitam sustinentes. Et antequam videamur à Christo, omnes rete desiderij nostri in mare huius mundi mittimus, vt ea quæ desunt, piscari valeamus. Sed nihil accipimus, quia insatiabiles sumus, & omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterū. Verùm commiseratus Dominus ad se vocat, vt impleat eorum desideria, quemadmodum fecit cum Samaritana, quæ haustam aquam venerat, quam sua gratia, siue aqua viua impleuit. Ab initio autem prędicationis Euangelicæ Dominus discipulos habere voluit, vt testes & spectatores esse possent integritatis vitæ & doctrinæ suæ: ideò à baptismo Ioannis aliquos semper habuit, licèt non ita familiares, vel potius nódum dimissis omnibus. Hieronym. super quæstionibus Hebraicis, Porphyrium, vt ignarum tropi Hebræorum, producit, quia accusauerat Euangelistas stultitiæ, vel mendacij, quod ad magnificandum Domini & magistri sui gesta, paruum lacu Genesareth mare appellauerint: cum tamen Genes. 1. Moses dicat, *Congregationesq; aquarū appellauit Maria,* & lacus Asphaltidis mare mortuum ab eodem Moyse appelletur.

Et ait illis, Venite post me; & faciam vos fieri piscatores hominum. Obijciunt Christo Porphyrius & Iulianus Imperator, quòd quasi astutus non asciuerit ad Apostolatum, & consortium suum, homines qui ingenio & sapientia præstarent, & qui facilè eius fraudes, dolos, ac simulationes possent detegere, sed studiosè simplices, idiotas, ignorantes, & quibus facilè posset verba dare, eisq; quoties vellet, imponere, & illudere, ad se vocauisse. Istis impostores illi, atque blasphemi argumentis, putant se aliquid de magnitudine Christi detraxisse: cùm tamē hac via eius diuinitas, & maiestas declaretur maximè. Apertè enim fatemur, noluisse Christum vocare Platones, Aristoteles, Demosthenes, Cicerones, Cæsares & Alexandros, atque alios similes eloquentia, & potestate præstantes viros. Hoc enim in primis factum est, ne si per viros sapientia & eloquentia præditos Euangelium esset prædicatum, Crux Christi euacuaretur. Verbum enim Crucis pereuntibus quidem stultitia est; non enim eius virtus trahens homines appareret, sed eloquentiæ, & sapientiæ prædicantium gloria, & victoria adscripta esset. Vnde Paulus ait; *Sermo meus & prædicatio mea non in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis, sed in ostēsione spiritus & virtutis, vt fides nostra non sit in sapientia hominū, sed in virtute Dei.* Deinde hoc factum est, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius, neque Apostoli putarent se propter sapientiam suam electos, vel Euangelij profectus humanis viribus, aut mundi præsidijs tribueretur. Vnde Hieronymus vno verbo rem explicans, ait: *Illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium, non virtute Dei, sed eloquentia atque doctrina fieri putaretur.* Hæc ille. Veritas Dei quia firma est, deinde quia diuina virtute probè munita, non eget mundanæ sapientiæ, vel potentiæ subsidio: falsa verò ac mendax, quia per se subsistere nequit, multo opus habet artificio, humanaque industria, vt defendatur. Ad hæc, ne iudicaretur Christus personarum acceptor, si diuites & sapientes assumpsisset, & nō pauperes & ignaros. Vt omittam, quòd expeditiores erant pauperes ad Christi sequelam quàm diuites: honores enim & diuitiæ, impedimenta potiùs sunt sequelæ, Christi, quàm adiumenta, quas Christus vocat spinas, & Paulus stercora. Neque conuenienter à diuitijs & sapientia huius seculi auocarentur homines, in quo summa est Euangelij, per eos, qui opibus, & eiusmodi scientijs mundanis florerent.

Deinde respondemus Porphyrio & Iuliano: Si Apostoli in sua ruditate & simplicitate permansissent, postquam euocati sunt, colorem aliquem haberet, & locum, quod illi obijciunt. Verùm Christus Dominus illos idiotas, illos piscatores (quorum munus siue exercitium potiùs fortuna, quam arte, vel ingenio nititur, sapientissimos reddidit) & eloquentissimos. Ita enim Dominus dixit, *Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.* Et iterum, *Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Imò, vt ait B. Lucas, *Loquebantur varijs linguis magnalia Dei:* & Paulus: *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Audi quam Sapientiam loquatur rudis vnus ex eis piscator: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deū, & Deus erat Verbum:* & quæ sequuntur; quòd si altiùs intonasset, vt noster dixit Hieronym. mundus nequaquam capere potuisset. Isti ergo idiotæ philosophos stultos, eloquētes mutos, diuites pauperes, & potentes humiles reddiderunt, & vniuersum terrarum orbē sub iugum fidei miserunt, falsum cultū

de mun-

Secunda ratio. *1. Cor. 1.*

B. Hieron. c. 4. Matth. tom. 9. Humanæ sapientiæ, & eloquentiæ præsidijs eget veritas Dei dicitur.

Tertia ratio. *Act. 17. & Ephes. 3.*

Quarta.

Philip. 4.

Altera ratio calumniæ confutatio.

Luc. 21.

Matth. 10. Discipuli Christi diuitijs, & eloquentia diuina. *Act. 2. 1. Cor. 2.*

Ioan. 1.

D. Hieron.

Eorum dē & potentes

de mundo sustulerunt, legem Moysi abrogarunt, sectas Philosophorum extinxerūt, oraculis demùm deorum silentium imposuerunt, reclamantibus Pharisæis & Sacerdotibus, Cæsare, & Regibus contradicentibus, sensu & carne tantæ puritati legis Euāgelicæ renitente atque obsistente; quo gloriosior redderetur Christi, & veritatis Euangelicæ, quam piscatores prædicarunt, triumphus. Hoc autem pulchrè adumbratum fuit in Mose pastore, & balbo, misso à Deo ad educendum populum Israël de terra Aegypti, cui, ne quis non crederet, vel illi repugnaret, virgam dedit in manu, qua signa ederet, in testimonium missionis suæ à Deo. Cum ergo coram Pharaone proiectam virgam in terram, in serpentem conuertisset, sapientes Aegypti ope dæmonū adiuti & incantationibus proiecerunt & ipsi virgas, quæ in serpentes mutatæ sunt: cæterùm serpens Moysis serpentes incantatorum deuorauit: ad eum modum cœtus Apostolorum omni eloquentia, & sapientia seculi destitutus, missus est à Christo ad educendum populum Dei de vera peccati, & diaboli captiuitate, adiuncta illis virga serpentis in Cruce exaltati, quem apud Reges & Principes, & sapientes huius seculi intrepidè prædicabant, & se ab ipso destinatos in hoc munus asserebant. Sed cum cœpissent se opponere Philosophi, Cæsares, Rhetores, & vniuersæ vires humanæ, fecissentque & ipsi serpentes, vt rationibus & argumentis Euangelicā veritatem euertere aut obscurare niterentur: virtus tamē serpentis Apostolorum, & sapientiæ per illos prædicatæ, deuorauit omnes sectas Philosophorum, ora dæmonum per statuas oracula fundentium obturauit, omnemque altitudinem extollentem se aduersus scientiam Christi destruxit, vt illis ipsis inuitis ac repugnantibus sapientia serpentis nostri prævaluerit. Vnde per Esaiam Dominus dixit de Messia: *Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium*: hoc est, lingua Apostolica quasi virga Dei percutiet homines terrenos, & impium hominem in illis delitescentem, spiritu labiorum suorum interficiet. Ecce venit Paulus Athenas factus serpens Christi, & sapientia Crucis eius præditus, cœperunt illi contradicere, Quid vult semini verbius hic, dicere? Alij verò, Nouorum dæmoniorum videtur annuntiator esse. Et tamen Paulus deuorauit serpentes eorum. Conuertit enim Dionysium Areopagitam, præstantissimum philosophū cum nonnullis alijs. Petro Romæ prædicanti occurrit Simon Magus suis impostu-

de egre-

Moses quàm elegans Apostolorum typus. *Exod. 3. Infra 4. & seq. Infra 7.*

Ibid.

Num. 21. Ioan. 3.

Apostolorū Christi victoria, & triumphus. *2. Cor. 10.*

Esa. 11. Quid illud Esaiæ: & percutiet terra virga oris sui.

Act. 17.

Pauli virga, & Petri quos deuorauit serpentes. *Ibid.*

B. Catherinę virginis, & martyris inuicta sapientia, & eloquentia. *Exod. 7.*

Esai. 29. 1. Cor. 1. Prou. 21.

Iuliani apostatæ, & Porphyrij obtrectatorum retia confutatio. *Sap. 6.* Quare Christus etiam sapientes, nobiles ac diuites elegerit ad Apostolatum. Qui nam illi fuerint sapientes. *Matt. 27. Ioan. 1. Act. 18.* Quos Apostoli mundi sapientes ad Christū pertraxerint.

Diuites quos Christus elegit. *Ioan 3. Luc. 23. Ioan. 11. 1. Cor. 1.* Cur paucos sapientes, nobiles & potētes Christus vocauit.

Euangelici piscatores quid debeāt piscari.

2. Cor. 12. Act. 20.

de egregius ille piscator dicebat: *Non quæro vestra, sed vos.* Et in alio loco; *Argentum & aurum, aut vestem nullius concupiui.* Venite ergo, sequimini me: discetis à me artem longè meliorem, quam à patre vestro didicistis, & quam vos didicisse nunquam pœnitebit. De his Euangelicis piscatoribus prædixerat Dominus per Ieremiam: *Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos.* Piscatorum secularium est omnes partes, flexus, & reflexus fluminum, lacuum, & marium exploratos habere, cœlum diligenter obseruare, frigus horridum perferre, magna pericula adire, totas noctes, vbi alij somno vacant, operari, & algere, tempora apta piscationi non prætermittere. Similia ferè obseruare debent, qui Apostolico munere defunguntur: quod totum in piscandis hominibus positum esse instruimur. Sunt enim omnes filij Adę peccatores tanquam pisces natantes in hoc mari magno, & spatioso manibus; cuius aquæ, hoc est delectationis, pulchræ apparent, reuera tamen amaræ sunt atque fluxæ, dominioque Lunæ subiectæ, vt nunc adsint, nunc absint. Suntque isti pisces sine calore charitatis, sine attractione Spiritus sancti, muti sine voce diuinæ laudis, manibus atq; pedibus bonorum operum, atq; affectuum destituti, mutuoque se deuorantes, iuxta illud Prophetæ: *Manasses Ephraim deuorabit, & Ephraim Manasses:* vermibus atque alijs vilissimis cibis alti atque educati. Hos autem pisces diabolus cum suis ministris retibus creaturarum, quæ præter modum diliguntur, escaque delectationis hamum mortis æternæ tegente piscatus est, vt reponantur in stagno ignis & sulphuris, & ibi à Behemoth deuorentur. Sed Christus summus piscandi artifex de cœlo venit, & primò quidem Apostolos piscatus est, atq; ex piscibus, aliorum piscatores reddidit, qui reti, esca & hamo, id est, ipso Christo Deo & homine, ad piscaturam niterentur. Rete enim est Humanitas, tot habens fila, quot humanitas facultates naturæ, & nodos gratiæ, præsertim vnionis hypostaticæ. Huius retis ima pars sub aquas descendens, corpus est, plagis, quas pro nobis sustinuit, vulneratum: superior verò eius pars, anima est omni gratia, & veritate referta. Christus enim initio quidem vt complicatum rete, paruus videbatur; deinde verò vt extensum atque explicatum, & in mare missum, cum primùm baptizatus est Ioanne; posthæc cum baptizatus est in sanguine suo in Cruce, cuius illa est vox: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum,* magnus & amplus apparuit. Et Angeli, & Sancti ad littus occupati sunt: dum enim Euangelium explicant, & mysteria Christi populis enarrant, quid aliud faciunt, nisi laxant retia in capturam, & rete plenum piscibus trahunt? Esca autem, qua pisces inuitantur, ipse idem est, qui se panem viuum de cœlo descendentem vocat; sub ea enim specie in Eucharistia delitescit: in Cruce autem vermis est, quo libenter vescuntur pisces: vnde dixit: *Ego sum vermis, & non homo.* Hamus autem esca tectus diuinitas est: atq; hoc est reuera annulo aureo piscari, quod in alio sensu dicebat Augustus Imperator: hamus enim multo est pretiosior quàm piscis. Finis autem piscationis, est duplex: alter quidem, vt relicta vita sensibili, & rationis experti, diuinam & intelligẽtia præditam assequamur, & in huius vitæ, quam consequimur, signum in aquis baptizati, ex filijs iræ in filios adoptionis renascimur: alterverò est, educi de aquis salsis maris, & reponi in aquis dulcibus, quæ super cœlos sunt, id est, in summis delicijs cœlestis gloriæ cum Angelis, ad felicissimam ac sempiternam vitam perfruendam. Suber in hac piscatione, spes est, diuinæ bonitati, & Christi meritis nitens, quæ in omnibus tribulationibus eminere debet: plumbum verò rete deprimens, comminatio gehennæ, & metus æternorum suppliciorum existit. Vt autem piscator iacit quidem rete, ignarus quem piscem sit capturus; ita minister Verbi Dei non sit anxius, quibus proficere debeat, hanc Deo relinquat curam, quod ad se attinet, prædicationis rete tendat, hamos iaciat: vt autem piscis capi nequit, nisi ipse escam propositam capiat ac deuoret: ita se nemo putet trahendum ad Christum, nisi libero suo arbitrio assentiatur, & trahi se sinat. Rete autem fugiunt minuti pisces, hoc est, timidi & pusillanimes, qui in lege à bello arcentur: grandes verò pisces, & tumidi rete rumpunt, quo euadant ipsi, & alijs inferioribus, qua elabantur, viam aperiunt: isti sunt superbi, atque Hæretici, qui populos seductos post se trahunt, & verbũ Dei aliter quàm Spiritus sanctus voluit, interpretantes (quod ad se attinet) dirumpũt rete, atque proscindunt. Omnes ergo, qui verbo, vel exemplo ad Christum trahunt, Christi sunt piscatores, ad dexteram nauigij rete iacientes: atque ita Christus per Ioannem, piscatus est Andream, & per se, & per Ioannem & Andream, Simonem Petrum fratrem eius, & per Philippum Nathanaelem, & per Bernardum septem eius fratres ad religionem illius exemplo pertraxit: & quemadmodum S. Stephanus peculiarem gloriam, quam aureolam Theologi vocant, de conuersione B. Pauli habet, ita B. Andreas de vocatione Petri, qui etiam cum Philippo Gẽtiles ad Iesum âdduxit, vt habetur Ioan. 12. composuit & Ioannes, sacri rete Euangelij, quousque nunc animas Christo piscatur, Petrus verò & Andreas, quia etiam in genere mortis Christum sunt secuti, verbo, & cruce maximè alios piscati sunt. Contra autem trahẽs suo exemplo ac suasu ad malum, piscator est diaboli ad sinistram rete iaciens, qui esca gulæ primos parentes, & pane abscondito voluptatis carni, sensuique vacantes ad malum piscatus est. Hæc autem mihi dicta sint ad explicandum illud verbum, *Faciam vos fieri piscatores hominum.*

Esa. 9.

Hos qui pisces dæmon piscetur.

Quo reti Christus Apostolos atq; alios homines, tanquã pisces, piscatus sit.

Retis descriptio, significatio; pere legans, & cõcinna.

Matt. 5.

Ioan. 12. Laxent retia in capturam qui mysticè.

Esca huius retis quæ illa. Supra 6.

Hamus vis quis.

Psal. 21.

Duplex Christi piscationis finis.

Ephes. 2. Rom. 3. Gal. 4. Ioan. 3. Psal. 118.

Suber sanctitas illius, & plumbum.

Ioan. 1.

Piscatores Euangelicum ministerium debere.

Rete Ecclesiæ qui effugiunt qui verò rumpunt lacerant.

Piscatores qui ad dexteram nauigij rete iaciunt.

Act. 7.

Ioan. 12.

Qui nam verò Diaboli piscatores ad sinistram retia iacientes.

Petrũ & Andream non temere, aut stulte, ad primam Iesu vocem, eum fuisse secutos, contra Iulianum Apostatam. Eccles. hist. 19. 1. Ioan. 4. & Hieronym. in cap. 9. Matth.

Diuinæ vocationis vis, & potestas.

Vnde illi Apostoli fuerint adducti, Iesum vt continuo relictis retib. sequerentur.

Matt. 19.

Illos Iesum minimè ignorasse vocantem.

Ioan. 1.

Infra 2.

Petri & Andreæ obedientia magna cũ simplicitate coniuncta. Matth. 19. & Luc. 22.

Ijdem Apostoli etiamsi Christum se vocantem penitus ignorassent; cur tamen minimè reprehendendi, quod eum secuti sint.

Magnetis quanta vis. Psal. 32.

Ceti ingenium, & natura.

Pantheræ itẽ proprium.

Quam vim Christus habeat trahendi ad se hominum voluntates.

Eiusdem efficacia in Apostolis. Act. 2.

Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia.

Iesus magna vi eloquentiæ præditus, à lingua sua ad aures vsque audientium protensas fecisse catenulas quasdam, quibus auditorum corda demulcendo alligaret, & ad se traheret. Vt interim silentio omittam quæ de Amphione, & Orpheo poetæ commenti sunt. Sed quid hæc sunt, si Christo Domino conferantur? Neque enim comparari potest mendacium cum veritate, aut creatura cum Creatore. Deus enim cor hominum habet in manu sua, & quocunq; voluerit, illud vertit, & in momento ad quem velit affectum flectere valet. Ita enim ad timòrem excitauit, quando eiecit vendentes & ementes de templo, Ioann. 2. & ad clementiam, vt cor Assueri erga Esther, Esther 15. & Exod. 2. filiam Pharaonis vt seruaret Moysen, ad misericordiam inflexit, & ad odium, vt aduersarios Salomonis. 3. Reg. 11. ita hic mouere potuit Apostolorum voluntatem ad desiderium præstandi obedientiam verbo Christi, & eorum iudicium inclinare, quo illis esset persuasum Christo obsequi, longè optimum esse. Non sunt secuti ob præmium aliquod propositum, quia. cap. 19. dixerunt in Petri persona: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* Nec etiam Christus alijs proposuit, quia affectus consanguinitatis iuuabat ad exemplum: non etiam ob quietem, quia labor est homines piscari, quanquam cum delectatione coniunctus. Neque verum est, eos omninò ignorasse quis esset Christus qui vocabat, quia Ioannem Baptistam audierant dicentem; Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: & Andreas iam nouerat eum familiariter, & per eum Petrus; Viderant etiam signum in Cana Galilææ, & in captura piscium præsenti, & turbas videbant in eum irruentes, & sic vocantem, esse Deum, vel Messiam, vel Prophetam credebãt, & ideò sequi cogebantur, vel ob miracula, vel ob internum tractum. Intus ergo inspirati intellexerunt, & crediderunt Christum posse se erudire, & illum solum viam nosse, & valentem in ea descendere, dareque vires & victui necessaria, quia viderãt signa eius. Vel licèt non intelligerent verba Christi, sicut nec se prædicaturos capiebant, nec fessuros se in duodecim sedibus, non dixerunt, Prospiciamus prius rei familiari: non rogant quem finem esset habitura hæc vocatio, & vnde viuendum, nec suam ipsorũ vilitatem, & tarditatem expendunt; vt intelligas, quanta sit virtus Christi vocantis, & fidei energia in his qui Christum sequuntur. Sed etsi demus omninò Dominum ignotum fuisse Apostolis: non propterea tamen reprehẽsibilis redditur eorum sequela. Si enim magnes abdita quadam vi, quæque sub aspectum non cadit, assimilat sibi ferrum, & trahit ad se, succinum verò paleas, & sol vapores in altum eleuat: quid mirum, si is, qui finxit singillatim corda hominum, vim habeat illa ad se inclinandi? Certè cetus hoc scribitur à multis habere ingenium, vt cum esuriat, nec habeat in promptu quod edat, suauissimum quẽdam odorem ex se spiret, ad quẽ pisces qui procul sunt, certatim accurrunt, eius suauitate allecti: vnde cetus suæ fami prospicit eos deuorando. Similem odorem ex se emittere fertur panthera, leonini fermè generis animal, ad quam bene olentem bestiæ accurrunt. Ad hunc modum Christus vim habet humana corda ad se trahendi, in quibus est imago, & similitudo Dei. Vt enim verbum hominis quasi vehiculum quoddam Spiritum dicentis ad auditorem defert; ita verbum Christi Spiritum eius in corda auditorum adducit. Qui quantum possit, rectè docet aduentus eius in die Pentecostes ad corda Apostolorum, quos ex meticulosis fortissimos, ex rudibus sapientissimos, ex Galilæis eloquentissimos vno momento reddidit. Vt vera sit illa sententia: *Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia.* Non est ergo leuitati dandum, quòd Apostoli vocati confestim secuti sint Christum: quid enim est aliud sequi Christum,

Quid sequi Christum.

quàm sequi summum bonum quod omnia appetunt, & quod totus mundus paulò post secutus est, & ab initio sancti omnes desiderijs & votis, antequam veniret, prosecuti sunt? Et qui propterea de cœlo in terram descendit, vt nos insequeretur, nostrisque calamitatibus ac morbis prospiceret, imò & in internum vsque, vt inde nos erueret, & se ipsum nobis tot modis benignè donaret, vt tantis beneficijs obruti, sequamur eum, vt filij parentem, vt discipuli magistrum, vt oues pastorem, vt milites Imperatorem præeũtem, vt serui bonum dominum, vt captiui redemptorem, denique vt amati, & beneficijs cumulati, amatorem. Rectè ergo dixit: *Venite post me*, qui sum lux mundi, panis vitæ, via & veritas, & vita, qui dux sum viæ, & socius, & comes in ea iocundus, & protector, & denique omne bonum.

Christũ qualem sequi debeamus.

Ioan. 8. & 9. Supra 6. Infra 14.

Et procedens inde, vidit alios duos fratres, &c. Vorax est animarum Christus, & omni habenti dabitur, & abũdabit: nouit enim loca piscium, & qua ratione sint deliniendi, & piscandi. Et quia præstantior est status Noui Testamenti, quàm Veteris; ideò à duobus fratrum binarijs incipit, quasi à duobus ouilibus Gentium, & Iudæorum. Et in Petro prudentia, in Andrea iustitia, in Iacobo fortitudo, & in Ioanne temperantia designatur. Qui autem his virtutibus ornantur, apti sunt ad Christum, & ad Apostolatum: & quatuor Apostoli pro quatuor partibus mundi prædicatione Euangelica imbuendis conuenienter vocati sunt.

Quàm vorax animarum Christus: idẽ quàm bonus piscator. *Matth. 25. Luc. 8.*

Quadamp̃ Nouo sit Testamento, quã Veteri. Petrus, Andreas, Iacobus, & Ioannes quas denotent virtutes.

Perpende, Petro cum Andrea fratre tribui proiectionem retis in mare, quòd ipsi post Christum Euangeliũ annuntiare cœperint. Ioanni cum Iacobo, retis restitutionem, quòd Ioannes scripto à se Euangelio labefactatam puritatem Euangelij per hæreticos recuperauerit. Et priùs fuit, rete iaci in mare mundi, & posteà à malorum piscium improbitate ruptum fuit, & necessarij alij fuerunt, qui illud resarcirent.

Quid quòd Petrus & Andreas retia laxantes inducuntur, Iacobus verò & Ioãnes retia reficientes.

¶ *Illi autem statim, relictis retibus, & patre, secuti sunt eum.* Quòd statim sint secuti, prudenter factum est: nam obedientiam præstiterunt ei, qui vocat ea quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt, & stellæ vocatæ dixerunt, Adsumus: & scriptum est; *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Et vocato à Christo, & procrastinanti patris sepeliendi gratia, dixit; *Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos:* & Helisæo ab Helia vocato, & volenti suos videre, inquit Helias; *Quod meum erat, feci tibi.* Cuius verbi hic est sensus: Si remoraberis, tua culpa moraberis, & non mea. Cùm ergo exterius vocamur, nulla est cunctatio, aut mora adhibenda. Vocatio autem interior, quoniam difficiliùs cognoscitur, neq; modum, tempusve determinat, de facultatibus suis dispensandis tempus permittit: quemadmodum ingredientibus Religionem accidit: quanquã si sit animæ periculum, præstat perdere bona sua; quia Christus habet vnde alat suos. Vnde Gregorius quosdam seruari non posse nisi in vita monastica, & relictis omnibus bonis suis tradit. Hæc sunt enim verba ad Mauritiũ Imperatorem: *Multi sunt, qui possunt Religiosam vitam etiam cum seculari habitu ducere. Et plerique sunt, qui nisi omnia reliquerint, saluari apud Deum nullatenus possint.* Sic ille contra Mauricium, qui legem tulerat, ne quis militiæ Sacramento adstrictus in monasteriũ reciperetur. Ideò cùm quis perfectioris vitæ propositum concipit, tametsi exterior vocatio non adsit, parentes tamen, & omnia relinquere debet. Et quanquàm sit suorum arcta paupertas, & patris prohibitio, non arctatur in seculo permanere: nã contra charitatem esset, & maius bonum. Neq; pater in illa prohibitione vel præcepto est Vicarius Dei; *Non vos*, inquit, *me elegistis, sed ego elegi vos*: secùs si esset extrema necessitas, quia tunc etiam egredi de Religione ad alendos parentes liceret ad tempus: quæ tamen necessitas in Zebedæo patre non erat, etiamsi filij ex charitate illi succurrerent, & pauper esset, cũ reficeret retia. Quare Marci. 1. vbi hæc eadem historia narratur, dicitur; *Relicto patre cum mercenarijs secuti sunt eum:* exemplum ergo posuit in liberis à censu liberis, affectu tamen habendi, & subiectione parentum impeditis. Quia verò neque Ioannis primo, neq; Lucæ quinto, sed hic tantùm Matt. 4. dicuntur vocati Apostoli: reliquum est, vt hinc tantùm sint secuti Iesum, & quod ea, quæ prioribus locis dicta sunt, hæc quæ in hoc loco habentur, præcesserint.

Quid Heliæ Iisum primum dere cum: Quod erat, &c. bi, &c. Vocati interio tenus rendæ Greg. Regist. 100 sua 61. tom Multi Religi uari nequ unt, Gregor

Quod verò quidam ponderant, relictis retibus & patre, & non dixisse, relictis omnibus, sriuolum est, & falsum: nam Petrus relictis retibus dixit: *Ecce nos reliquimus omnia.* Et quod hic dicitur, *Relictis retibus & patre*, Lucas idem factum narrans, *Et subductis*, inquit, *ad terram nauibus, & relictis omnibus secuti sunt eum.* Vbi non tantùm obediẽtia, sed etiam abdicatio proprietatis rerum significatur. Quòd verò Petrus haberet domum, & nauim, falsum est: quia vtrumque simul cum retibus dimisit: etsi quando posteà dicitur introijsse in domum Simonis, non eam intelligit, quam tunc possideret:

Ioan. 15.

Filios Z dæi, rel retibus tre, tã quos, o rel qu Caietan Claudius Guillard Mat. ep. Petrum cum om Christ quendo quit, nil retinuis Matth. 8

quemadmodum Religiosi qui mundo renuntiarunt, domos suas vocant parentum suorum, quas reliquerunt.

Petrus & Andreas quos ceperant pisces, Iesum sequendo quibus reliquerint.

Quid autem factum sit de piscibus captis, facile est respondere. Aut enim venditi sunt, & dati pauperibus; vel ne eos hæc occupatio detineret, eos reliquerunt, vt qui remanent in seculo, gauderent ex discessu Apostolorum, aut saltem non tantoperè contristarentur. Atq; hæc de Petro & Andrea; nam filij Zebedæi patri suo qui aderat, tanquam filijsfamilijs reliquerunt. Relinquant ergo prædicatores omnia seculi impedimenta, quo liberiùs & expeditiùs, & cum maiori fructu euãgelizare valeant. Relinquant & Religiosi affectum carnis, quem ad suos gerunt; & rete desiderij, quo temporalibus & mundi bonis antea inhiabant. Sunt enim permulti in Religione, qui adhuc mittũt rete in mare, hoc est, aut concupiscunt bona huius mundi, & corde reuertuntur in Aegyptum. Sunt qui reficiunt, vel lauant retia, vt maiores dignitates ambiant in Religione, quàm in seculo potuissent, aut debuissent ambire. Atque isti reuera sua non deseruerunt, nisi vt maiora piscarentur, & seculo non renuntiarunt, sed locum seculi commutarunt. Sed isti dum temporalia piscantur, ignorant miseri, quòd præda & captura fiant dæmonis, à quo captiui tenentur ad suam voluntatem, nisi respiscant, vereque atque ex animo mundo; atque eius opibus & honoribus renuntient: crucem verò Christi complectantur, ad æternaque illa atque cœlestia bona reti sorti desideriorum, bonorumque operum ex piscanda suspirẽt, præstante Domino nostro Iesũ Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto perpetuò viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Piscatores euangelici & religiosi quo munere suo fungantur, quid debeat relinquere.

Religiosi qui male piscatores.

Quid assequantur miseri.

TRACTATVS XXVI.

In illa verba Matt. 8. *Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. Et accedens vnus Scriba, ait illi, Magister, sequar te quocunque ieris: & dicit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos,* &c. Et idem habetur Luc. 9.

Ordinis historici ratio.

IN primis quod attinet ad ordinẽ historiæ, aduertendum est, Marcum post enarratam vocationem quatuor discipulorum, subiecisse, Christum cum eis ingressum Capharnaum, ibique statim Sabbatis docuisse in Synagoga, atque in ea curasse dæmoniacum: quod & Lucas cap. 4. initio prædicationis fecisse recenset: ex Synagoga verò egressus, statim in domum Simonis ingressus est, vbi socrum eius febricitantem à febribus curauit. Cùm autem à turbis signa eius videntibus opprimeretur; tunc iussit discipulos ire trans fretum, & euenerunt quæ narrantur hoc loco à beato Matthæo & Luca de tribus volentibus sequi Christum: cùm verò superiora ad miracula spectent, quatenus ab historia discernuntur, propterea illa loco suo exponẽda seruantur: nam reuera ipsa operatio miraculorum historiæ pars est, & quædam pauca frusta historiæ cum illis cohærentia, vt pleniùs explicẽtur, studiosè omittimus; nam librum integrum miraculis assignabimus. Vt de re loquamur, sunt hic tres, qui Dominum sequi volebant, nam etsi Matthæus duos tantùm recenseat, Lucas tamen tertium addidit, horum autem nemo à Domino Iesu repellitur, duo tamen plusquàm vellent, etiam retinentur, primus verò, qui neque repulsus est, neque retentus, nescitur an sit secutus Dominum, certè videtur non secutus. Hæc autem tam variè Iesus fecit, cuique talenta dispensans; vel quia detegere voluit voluntatem sequi se velle dicentium; vel vt etiam intelligerent, qua se conditione essent secuturi, ne deceptos se vnquam verè dicere possent. Ad eũ modum Iosue cùm fœdus inter Deum, & homines ferire vellet, & difficultates populo proposuit, & quàm esset Deus vltor futurus, si illi se addixissent idolis, & fœdus irritum reddidissent. Sed iam ad textus explicationem accedamus.

Liber 6.

Trium, Iesum sequi volentium diuersa conditio.

Iosu. 24. & seq.

Videns Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. Non loquitur de turbis quæ conuenerant ad eum in Capharnaum, nam illas non dimisit, sed sanauit omnes eorum languentes quos obtulerunt ei, vt dicitur similiter Matthæi octauo, & Lucæ quarto; nec eadem nocte, qua socrũ Petri curauit, & post Solis occasum conuenerunt ad eum turbæ in Capharnaum, & tunc sanauit infirmos eorum; mansitque ibi eadem nocte, quia subditur in Luca: *Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis.* Tunc autem non erat hora transfretandi, non ergo illa nocte præcepit transfretare, neque rursus die sequenti, quia vt traditur Marc. primo capite, *Diluculo valde surgens, egressus abijt in desertum locum: ibique orabat. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum, dixerunt ei, Quia omnes quærunt te. Et ait illis, Eamus in*

De quibus turbis eireũ Iesum existentibus nõ sit hic sermo, *Matt. 4.*

Quando Iesus iussit discipulos ire trans fretũ.

proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicem. Et inuentus à turbis Capharnaum, quæ eũ volebant detinere, dixit, *Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei; quia ideò missus sum.* Lucas quarto capite, Et dimissus à turbis, prædicabat in Synagogis Galilææ: & ita Matthæus hic omisit ea, quæ Marcus & Lucas expresserunt: vt annotauit beatus Augustinus libro secundo de consensu Euangelistarum capite vigesimo secundo, tomo quarto. Ergo nec illo eodem die, nec immediatè sequenti hoc præceptum transfretandi factum, sed aliquot post dies: cum Iesus esset extra Capharnaum prope littus, & turbæ ad eum confluerent, tunc præcepit vt transfretarent.

B. August.

Iesus discipulis cur iusserit vt transfretarent.

Quod verò beatus Lucas, postquàm dixisset, Dominum impletis diebus assumptionis formasse faciem suam versus Ierusalem, eoque perrexisse, eandem hanc narret historiam, videri posset illa contigisse in ea via, qua Christus è Galilæa per Samariam proficiscebatur in Ierusalem, vt cùm hic Matthæus prius dicat Dominum præcepisse discipulis vt transfretarent, ac deinde Scribam ad eum accessisse, qui dixit, *Sequar te quocunque ieris*, planè videtur significasse, Scribam hunc occasione illius secessus, quem videbat Dominum iam parare, accessisse ad illum, & ei suam obtulisse sequelam. quare cùm omnino videantur eadem esse, quæ scribit Lucas, cum his, quorum meminit Matthæus: illud, quod dicit Lucas, Factum est illis ambulãtibus in via, intelligendum est non de via, cuius mox fecerat mentionem, sed absolutè ambulantibus illis in via quadam: quæ autem fuerit hæc via, declarat Matthæus, nimirum ea, qua Christus postquam discipulis iussit vt traijcerent, accessit mare ad naui transfretandum, vt docet Augustinus, qui hoc modo Lucam cum Matthæo concordat. Vel dici potest, postremum ex tribus, quod Lucas enarrat, contigisse in via illa ad Ierusalem, cuius priùs mentionem fecerat, & quę diuersis cõtigerunt temporibus, ob rerum similitudinem coniunxerit: quod aliquoties factum est ab Euangelistis.

Vbi acciderit hæc historia secundũ Lucam.

Quo modo conueniat cũ Matthæo.

Secessit autem Iesus à turbis importunis & comprimentibus, ob signa quæ videbãt, vt paulisper cum suis quiesceret; nam interdum ita occupabant, vt non esset eis locus capiendi cibos: vt habes Mar. 6. Deinde vt commodiùs oraret in locis remotis, vnde Marc. 1. dicitur quod abijt in desertum locum; ibique orabat. Tertiò, vt instrueret suo exemplo, vitandam esse gloriam humanam, & populi applausum: non ergo tantùm mirabilia operari voluit, sed & docere, quod non ad ostentationem illa faceret: vnde Ioan. 6. postquàm miraculo edito satiauit turbas, & cognouisset quòd ad se venturi essent vt raperent eum, & Regẽ crearent, fugit in montem solus. Ad hæc, voluit declinare inuidiam Iudæorũ: nam etsi turbæ bono animo Christum quærerent, non deerant tamen maleuoli, qui eius operibus detrahebant, illisque cruciabantur; propterea Dominus ad eos mitigandos, paullulum secessit, eadem prorsus ratione, qua cum audisset Pharisæos cognouisse Iesum plures discipulos facere quàm Ioannem, secessit è Iudæa in Galilæam. Postremò instruere voluit prædicatores, vt neque semper adsint turbis, neque perpetuò illis absint; sed nunc adsint, nunc absint. Christus etiam paucis perfectis delectatur, suæ verò propriæ volũtati addictos libenter relinquit ire quò velint.

Quarta ratio

Ioan. 6.

Quinta, & ultima.

Quare Christus à turbis secesserit.

Mar. 9.

Secunda ratio, ac tertia.

Et accedens vnus Scriba. Intellige post præceptum de transfretando. Erant autẽ Scribæ apud Iudæos Legisperiti, & sapientes, & qui doctrina turgidi bellum gerebant cum Christo humilitatem prædicante, & sacras literas explicante. ¶ *Ait illi, Magister, sequar te quocunque ieris.* Quibus verbis primùm insinuabat, quòd vellet esse discipulus eius, & sequi eum in omni loco; hoc enim erat discrimen inter discipulos, & turbas: quòd turbę ad tempus sequerentur Christum, & posteà discederent, at discipuli erant ij, qui indiuiduam sequelam præstabant. Et videntur verba hominis sibi suisque viribus fidentis; & de gratia ad Christum sequendum necessaria parum cogitantis; nam & Petro à se vocato, & in illo discipulis omnibus dixit, *Quo ego vado, non potes me modò sequi, sequeris autem posteà.* Sunt etiam verba duplici corde loquentis, nam externè quidem simplicia videntur & syncera, intus autem plena erant dolo & fallacia: nam diuitiarum & gloriæ captandæ gratia sequelam Christi in animo suo designabat. Vnde Dominus respondit: *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos.* Christus Dominus, quia publicè Scriba petierat, ius suum publicè tuetur; ne videretur malè repellere benè petẽtem, ideò vitium eius aperuit, vt tam ipsum, quàm in eo, suo exemplo alios corrigeret. Dicendo ergo, vulpes foueas habent, perinde est ac si diceret:

Ioan. 13.

Scriba vbi quando &c. dixerit, &c. gallet, sequere, quocunque ieris.

Aliter vnus aliter discipuli Domini sequebantur.

Scribæ quo spiritu & animo Christum qui vocabat.

Cur tam benè sumâ Domino: Vulpes foueas habent, &c. quid significet.

Horat.

Astutam caldo gestas sub pectore vulpem:

Vulpis astutum.

Id est, non simplici corde accedis, sed animo captandi sub habitu religioso bona tẽporalia, more vulpis, quæ astutum & vafrũ est animal nunquam rectis gressibus, sed tortuosis anfractibus incedens; fraudulen-

tum et-

tum etiam animal, & semper insidijs & furtis intentum, nihil securum, aut tutum relinquens, imò intra hominũ hospitia prædam exercens, pelle excepta, ad reliqua omnia inutile. More etiam auis per inanem gloriam, per ora hominum volitare contendebat. Vnde Hieronymus pulchrè ait; *Ostenditur nobis et ob hoc Scribam repudiatum, quòd signorum videns magnitudinem, sequi voluerit Saluatorem, vt lucra ex operum miraculis quæreret: hoc idem desiderans, quod & Simõ Magus à Petro emere voluerat.* Theophylact. quoq; in præsentem locum Lucæ scribit ita: *Hic qui accessit, inquit, ad Iesum, & petijt vt sequeretur illum, mala mente accessit. Quia enim vidit magnam turbam sequi Dominum, suspicatus est quòd pecuniam ab illa colligeret Dominus, & speravit etiam ipse sequendo pecunias se congregaturum; idcircò repellit eum Dominus, quasi talia dicens ei: Tu quidem putas, quòd pecuniam ab his qui me sequuntur, corradã, & quòd vita mea talis sit, quam doceo, sed non est. Enimuerò vsque adeò paupertatem doceo & induco, vt cum alia quidem animalia foueas habeant, ego autem ne domum quidem: & sic illum repulit.* Non præteribo equidem pulchram Euthymij expositionem, quæ habet: *Et vulpibus, inquit, & volucribus cœli sum pauperior: neque enim receptaculum habeo, nec quantum sufficiat ad caput tantùm reclinandum. Tales autẽ esse volo & eos qui me sequuntur. Itaque frustrà suspicatus es, & in vanum speraſti. Et hoc pacto dupliciter illum iuuit: & manifestando quòd anima illius arcana nosset: & illum non manifestè arguendo, sed ipsi soli reprehensionem aperiendo: vt & pudorem effugeret, & si vellet, corrigeretur. Hoc autem dicendo, non vetuit se sequi, sed docuit, quòd sequens nõ inuenturus esset lucrum quod quærebat.* Hæc ille aptè & egregiè. Ad hæc, hic Scriba propter peccata sua indignus erat qui Christũ sequeretur, nec se humiliabat honore debito Christum prosequendo, Deum, vel Dominum vocando, sed tanquam vnũ de doctoribus Legis vocauit eum Magistrum: vnde Hieronymus hoc loco ponderat, Scribam vocasse Christum magistrum, & propterea repulsum: illum verò discipulum, qui dixit, *Domine*, illum retinuisse in discipulatu. Sed hæc meditatio parum solida videtur. Nam Magister, & Dominus, tituli sunt honorifici, & parum distant: & quod plus vrget, Lucas idem factum narrans, ait iuxta Græcam literam, *Sequar te quocunque ieris, Domine*; vt eram, verisimile sit vtrumque dixisse. Non contentus etiam sequi Christum cum reliqua turba, quasi cæteris esset excellentior, dixit singulariter, *Magister, sequar te.* Videtur etiam in fide dubius fuisse, interrogans an vtile esset & expediens sibi sequi Christum, vt notauit Hilarius his verbis: *Et quidẽ Scriba, qui est vnus ex doctoribus Legis, an sit secuturus, interrogat. Quasi verò lege nõ hunc esse Christum, quem sequi esset vtile, contineretur. Igitur infidelitatis affectum sub differentia interrogationis expressit: quia fidei assumptio non interroganda est, sed sequenda.* Hactenus ille. Ponderat item Cyrillus, quòd ambulante Iesu in via cum alijs, vt dicitur Luc. 9. rem tam magnam sine grauitate & attentione petierit, vt rei ipsius magnitudo postulabat; & propterea fuisse repulsum. Non respondit autem ei Dominus directè ad petitionem suam, vt par pari eidem referret, qui non recto & syncero animo postulauerat. Voluit etiam Dominus per hoc detegere, non ignorare se animum Scribæ, ad cuius mentem, & non ad verba respondit: vt intelligeret se Christum verbis non posse fallere, qui animum eius plenè nouerat: atque ita ostendit, se non secundùm auditum auriũ arguere, vt ait Esaias. ¶ *Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Paupertatem suam his verbis expressit Dominus: non solùm enim inquit, Domicilium non habet, sed ne locum quidem, vbi caput reclinet: vnde natus, in diuersorio locum nõ habuit, sed in stabulo, & animalium mensa, hoc est, in præsepio repositus. In cruce etiam omni puluinari caruit, quo caput sustentari posset, vnde inclinato capite emisit spiritum. Post mortem verò ne sepulchrum quidem proprium habuit. Tam arctam paupertatem seruare voluit mundi Dominus. Neque dixit, Homines huius seculi habent sua prædia, possessiones, & domos, ego verò nequaquam: sed bestias producit, vt ostendat se etiam hac re illis inferiorem; neque magnas bestias, vt leones, elephantes, boues, & equos, & huiusmodi producit, sed minores, vt vulpeculas, & aues cœli. Et se Filium hominis appellat in tertia persona, modestiæ gratia, & reuera non aliter se tractabat, ac si esset tertia persona: non etiam vt significet filium Virginis, vt quidam interpretãtur, quasi alij sint filij hominum duorum, Iesus verò tantùm vnius, matris scilicet: sed quia tribuatur hic titulus Ezechieli, qui non erat filius Virginis: & quia Græcè cum articulo masculino semper dicitur ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, & filius Virginis titulus est gloriæ potius quàm humilitatis: & tamen Iesus, vt se deprimeret & abijceret, Filium hominis se vocabat: superest vt dicamus, ob eam causam se sic appellare consueuisse, vt se abiectum, humilẽ, & ab ipsis contemptum significaret, eaque ratione Ezechiel Propheta sæpe voca-

tur fi-

Hieron. hoc loco Matth. tom. 9. Act. 8.

Theophyl.

Prima ratio Theophylacti, quare Christus hũc Scribam à sua repulit sequela.

Euthym. cap. 10. in Matth.

Mira Iesu paupertas, & Iesum sequi perfectè vocantium.

Secunda ratio repulsi ab Domino Scribæ, ex Hieronymo, sed infirma.

Hieron.

Scriba etiam dictus quam ptodat infidelitatem suam.

D. Hilarius Canon. 7. in Matth.

Tertia ratio eiusdem repulsæ, ex Cyrillo.

B. Cyril. citatus à B. Tho. in Catena, super Lucam, tom. 15.

Quare Christus obliquũ ei dederit responsum.

Esa. 11.

Quàm verũ sit, Christum nõ habuisse, vbi caput suum reclinaret.

Luc. 2.

Ioan. 19.

Matt. 27.

De animalibus, non autem hominibus sua habentibus domicilia, cur Christus exemplum attulerit.

Quare non se Christum, sed Filium hominis nominauerit.

Ezech. 2. & sæpè deinceps.

Vir dexteræ quid.

tur filius hominis in typum Christi: vnde in Psal.79. *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, et super Filium hominis quem confirmasti tibi:* vbi idem est vir dexteræ, & filius hominis, siue ben Adam, sic enim interpretatur Euthymius, & Chaldæa paraphrasis habet; *Et super Regem Messiam.* Nomen ergo Filij hominis de Messia prædictũ erat. Et quamquam idem sit homo, & filius hominis, vel filius Adam, iuxta phrasim Hebræam: vnde Dauid Psal.143. *Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum:* & Psal.8. *Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum?* & Esaias cap.51. *Quis tu timens ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet?* & Ierem.49. *Non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.* Et Iob 25. *Ecce Luna etiam non splendet, stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?* Sed ita vocant hominem, cum volunt hominis miseriam, & calamitatem ab Adam in ipsum transmissam exprimere. Vnde post sententiam primo loco productam sequitur; *Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra pertranseunt:* & iterum, *Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus non est salus. Filij hominum* (Hebraicè est Adam) *Vsquequo graui corde?* eaque ratione idem est filius Adæ, & filius hominis. Iesus autem filius est Adæ, vt dicitur Luc.3. non quidẽ ea ratione, qua omnes Adæ filij sumus, qui eius peccato tenemur, sed alia ratione, nimirum quòd filij hæreditatem adeuntis esse soleat debitis parentis satisfacere. Solus autem Iesus in natura humana inuentus est, in cuius vnum caput illud debitum Adæ cum vniuersis alijs peccatorum quæ illud consequuntur sarcinis & pœnis coniectum est, pro quo ipse Patri æterno faceret satis. Plures autem sunt non dissimiles huic Scribæ, qui solùm quæstus gratia ambiunt sacerdotia, inuadunt Monasteria & officia Ecclesiæ, non vt prosint illi, sed vt rapiant, & sibi viuant. Auser à maioribus Ecclesiæ dignitatibus, ab Episcopatu, à Cardinalatu, ab ipso etiam Papatu, vel prouentus temporales, qui illos consequuntur, vel honores, quibus propter Christum meritò afficiuntur, qui illas sustinent; & videbis paucissimos, aut nullos inueniri, qui velint amplecti curam animarum, aut ministros verbi Dei agere, aut Sacerdotio, vel sacris ordinibus initiari. Cogendique essent, & per vim compellendi ad susципienda eiusmodi Apostolica munera, vt in primitiua Ecclesia factum esse legimus. Iã verò Religiones multi profitentur, non quaslibet, sed vbi ampla & pinguia sunt Monasteria, ædificia pulchrè constructa, vestis munda, & pretiosa, vbi Christus laudatur & honoratur ab omnibus. At verò vbi professores sustinent contradictionem, vbi improbantur qui ei in veritate seruiunt, non sequimur, neque audemus nos fateri esse Christi, sed excusationes obtendimus loci, & temporis: quasi non sit ipse & locorum, & temporum Dominus. Quid dicam de his, qui militaris religionis habitum induunt; eo tantùm nomine, vt se subducant præfectis à Regibus & Principibus laicis iustitiæ administrandæ constitutis, quo liberiùs & magis impunè, declinato seculari foro, liceat illis quiduis audere, inuolare in aliorum facultates, percutere, siue interficere quem voluerint? Etsi verò Christus sub lege pauper esse voluit, sub qua infame erat, ac turpe, pauperem esse, quòd bona terræ promitterentur Dei mandata seruantibus: nobis tamen paupertas honori esse debet, quandoquidẽ pauperes Euangelizantur; & tamen, vel ad nudum eius nomen erubescimus, & pallemus, quasi ad magnũ quoddam malũ.

Sequitur: *Alius autem de discipulis eius ait illi, Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum.* Audito Christi responso ad Scribam, quidam qui iam esse cœperat in numero discipulorum, commotus imbecillitate humana, cùm audisset extremam paupertatem Christi, quærens ansam aliquo prætextu elabendi à disciplina Iesu, dixit: *Permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum.* Sed paullò ante hæc verba Lucas ca.9. refert dixisse: *Ait autem ad alterum, sequere me. Ille autem dixit, Domine permitte mihi primùm ire, &c.* Vnde colligimus, discipulũ hunc Christum elegisse, vt emitteret eum ad prædicandum regnum Dei. Hunc enim fortassis magis aptum prædicando Dei verbo, quàm Scribam cognouerat, & ita plura huic talenta dederat. Vel ostendere voluit, meræ gratiæ esse, Christum sequi posse, idque tantùm ad id vocatorum esse: *Non vos,* inquit, *me elegistis, sed ego elegi vos.* Huic ergo, etsi imperfecto discipulo & occulto, dixit Dominus, Sequere me, nempe indiuulse & indiuiduè ad annuntiandum regnum Dei: vt Apostoli, imperfecti discipuli erant in nuptijs, postea autem vocantur ad annuntiandum regnum Dei, postremò ex discipulis fiunt Apostoli: hic autem cùm innocens esset, & rem bonam postularet, non est, vt Scriba, repulsus. Ait ergo: *Domine, permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum.* Estque prætextus ex operibus pietatis, & charitatis pro suspendenda sequela: & fortassis volebat tandiu

Euthym. loco præcripto.

Filium hominis potius cur se, quàm hominem appellauerit.

Psal.4. Christus qua ratione sit filius Adæ.

Luc.3.

Esai.53. 1.Pet.2.

Christum, quemadmodum hic Scriba, hodie qui sequi videantur.

Alij Christi discipuli illius Scribæ persimiles.

hærere

Quàm pium sit, alturę officium. Eja.58.

Qui planxerint mortuos Quibus minime plangendi.

Qua occasione discipulus ille pię sepulto patre suo, Dominũ postea sequi voluerit.

excluduntur rationes non nullæ negatę à Christo sepulturæ patris sui.

Quæ vana fuerit ratiocinatio illa summa cũ pietate, quæ tale peccatum iudicet.

Tob.1.2. Bonus Tob. cur mortuos quosque sepeliebat.

hærere apud patrem, donec illum sepulturæ mandaret, sicut in historia B. Lucię legimus, matrem ipsius dixisse: *Claude primùm, filia, oculos meos, &c.* id est, tantisper tuum differ propositũ, donec ego vixero: quod vbi feceris, facies vt voles. Typusque est illorum, qui statuunt, posteriorem tabulam decalogi præponẽdam esse priori. Sepelire autem, opus est debitũ charitatis, ad honorem naturæ humanæ, & carnis eius spectãs, iuxta illud: *Carnem tuam ne despexeris*; & in honore parentibus à filijs exhibendo, hic honor postremus continetur. Vnde Leuit. 10. Moysi mandatur vt sepeliat, & plangat mortem Nadab, & Abiud filiorum Aaron Genes. 50. plangunt mortem Iacob filij eius cùm Aegyptijs. Christianus autem, quia pollere debet excellentiori fide resurrectionis, minus debet mortuos plangere. Legis autem Sacerdos quia minus debebat immunditiam lege prohibitam contrahere, propterea meritò illi interdictum erat, Leuitic. 21. interesse morti aliorum. Iste ergo, de quo nunc est sermo, rescisit fortassis mortem patris sui, quia nihil de expectando patre vsque ad mortem proponit, nec Christi illud reprehensionem effugisset, imò videtur promittere citũ & maturum reditum: sed cùm hoc Dominus diuinitus rescisuisset, præuenit illum, dicens: *Sequere me:* & petenti: *Permitte mihi, &c.* Dominus negauit his verbis: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quibus sanè non negauit facultatem sepeliendi patrem, quòd vel esset opus impium, vel quod contraheret immunditiam legalem, quia non erat peccatum, nam immunditia mortui, pœna erat arcens à sacris per septem dies, sub communicatione quidem mortis laicum, vt Leuit. 19. dicitur, minori verò Sacerdoti culpa erat, nisi in caussis à lege exceptis, & nisi vellet non consecrari, quòd si consecrari vellet, simpliciter peccatum erat, sicut summo sacerdoti. Ergo non ob hanc caussam negauit illi abitum ad sepeliendũ; sed quia diuina prępononda sunt humanis, sicut prima tabula secundæ, & maiora bona minoribus bonis, tum quia alij non derant, qui officium sepulturæ præstarent, ipse verò dedicatus altioribus negotijs propter inferiora nequaquam intermittendis, & quia poterant inconuenientia occurrere, quæ maius bonum impedirent: pompæ etiam sepulturæ, & lacrymis incumbere prædicans regnum Dei, & spem resurrectionis habens, nequaquam debet. Tobias autem non prædicans, neque vocatus ad annuntiandum regnum Dei, insepultos fideles instar canum proiectos, piè admodum in fide resurrectionis sepeliebat: *Dimitte*, inquit, *mortuos sepelire mortuos suos.* Quemadmodum Apostolus 1. Timoth. 5. viduam quæ in delicijs agit, etiam cum viuit, mortuam vocat: ita Christus hoc loco per mortuos intelligit eos, qui fide, quæ est principiũ vitæ, carent, & infideles sunt, nolentes recipere Christi prædicationem: Nam vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Tales enim cum carnis tantùm vitam viuant, eamque citò finiẽdam, & spiritus vitam, quæ perpetua est, non viuant, mortui sunt æternæ vitæ, & viuunt morti, atque ita sepeliunt mortuos suos. Vel mortuos vocat, omnes, in quibus non subest scientia Dei, in quibus non regnat Deus: & tamẽ nos eiusmodi mortuos tanti facimus, vt si quid dicimus, aut agimus, cogitemus quid ille & ille dicturus sit, & quã in partem sit accepturus, & similiter facimus, ac si inter sepulchra mortuorũ iter agentes consideraremus, quid de nobis illa sentirent, & veremur discedere à mortuis, ne illi de nobis iudicent, quòd ab ipsis discesserimus, quin potiùs verendum sit nobis manere cum mortuis, ne vel fœtore suo nos inficiant, aut tam tetro aspectu nos offendant. Christus ergo hoc responso innuit illos esse in mortifero delicto: Deinde alios esse qui sepelirent: Tertiò docet, perfectiora opera non esse propter minora dimittenda ex quauis necessitate, vel ob tædium vitandum. Etsi autem infideles parentes à filijs fidelibus vitandos moneat, maximè si periculum fidei amittendæ immineat, non tamen docet, vel insinuat, infidelibus non esse benefaciendum: nam proximi sunt, & aliqui eorum nobis cognatione coniuncti: vnde Apostolus inquit: *Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei*; qua ratione infidelis nõ deberet benefacere fideli, & periret communicatio. Deus etiam humanæ autor naturæ offenderetur, atque adeò viuentes iniuria quodammodo afficerentur, insepulta hominis parte. Quòd si de Maria dixit Dominus, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, vbi insinuauit, melius esse illi audire verbum Dei, quam ministrare mensæ Christi: quanto magis prædicaturo regnum Dei, melius erat audire, quã mortuos sepelire? Rursus quanto perfectius ipsum prędicare? vnde Apostoli dixerunt: *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* Ponderant Chrysostomus, Hylarius, & Ambros. pronomẽ *suos*, quasi dicat, mortuis Deo relinquendam sepulturam eorũ, qui & ipsi mortui sunt Deo. Occasione hui⁹ verbi meritò

Quos mortuos Christ⁹ iubet sepelire mortuos suos. 1.Tim.5. Coloss.3.

Alter sensus. Sap.13.

Quos mortuos magnifaciamus, ac immeritò quidem.

Triplex Christi documentum hoc loco traditum.

Infidelibus etiam bene faciendum quare. Gal.vlt.

Luc.10.

Act.6. B Chrysost. hom.28. Hylar. can.2. in Matt. Ambros.

dubitatur,

An liberi, parentibus in necessitate constitutis, ingredi in Religionem possint, ac debeant.

dubitatur, an egentibus parentibus, liceat liberis ingredi Religionem? Verùm huic dubio sine distinctione satisfacere nequaquam possumus. Nam aut filius existimat se posse peccatum vitare cum patre permanendo, aut non. Si non potest, debet eum omnino dimittere, quia plus debet facere Dei gloriam, & animæ suæ salutem, quàm corporis paterni bonũ. Quòd si existimat se posse peccatum euadere, potest alere parentes, etiam citra extremam necessitatem pane tamen tribulationis, & aqua angustię vt cõuertantur ad Deum, si infideles sunt. Ob extremam autem necessitatem parentum præsentem, vel similiter mox aduenturam, impeditur quis ab ingressu Religionis: secus si non adsit tanta indigentia, vel si solùm dolor est de absentia filij, nam tũc minimè obligat præceptum de sustentatione parentum. Nam etsi pater vt caussa filij, eum paruulum absolutè debeat alere, vnde & bruta filiolos suos, pulloſve, dum paruuli sunt, & non adulti, cognoscunt. Filius tamen parenti per se victum habenti, aut habere valenti, præstare non cogitur, nec filiorũ est thesaurizare parẽtibus, ideò nec prorogare ingressum religionis; secus si non esset alius qui alere posset. Naturæ autem ordo est, vt pater tãquam caussa influat in filium, tanquam in effectum, non contra: ratio verò considerans beneficium constituit filium debitorem erga parentẽ, non è contrario. Quòd si pater extremè egeat, & filius illum possit alere per alium, ab introitu Religionis minimè impeditur. Monachus verò iam vitam religiosam professus, cũ facultate superioris exire potest, verùm nequaquam adstringitur, nisi vbi pater extremã egeat: nec expedit exire, si esset in parua, vel etiam in magna penuria, citra extremã tamen, nisi fortè esset periculum. Quòd si egredi per superiores non licet, ob extremam tamen parentis inopiam potest, & debet exire, quia præferenda est charitas ceremonijs, quæ sunt propter charitatem fouendam, non cõtra illam. Secus se res habet, si extremus rei familiaris defectus non vrgeat, quanquam nondũ ingressus Religionem, cogeretur citra extremam egestatem in aliquo casu ad alendos parentes remorari, neque hoc est vllum incõueniens: nam obligatio filiorum ad sustentandos parẽtes non est ita in particulari determinata, quemadmodum nec parentum necessitas præscripta est & definita: debent tamen filij meliori modo quo possunt, subuenire, aliàs non possent filij, vel militare, vel ducere vxorem, vel alio migrare; quod falsum est. Potest ergo filius subire obligationem aliquam determinatam, quæ tamen directè sustentationi parentum non repugnet, licèt aliquo modo impediat, & ita potest Religionẽ profiteri: non tamen ita vt iuramento se adstringat, quo minus parẽtibus subueniat, aut subuenire debeat: haud tamen tollitur prima obligatio iuris naturæ, quia est de subueniendo parẽtibus data opportunitate, meliori quo potest modo: si autem esset determinata, tolli nequaquam posset.

Alendi præceptũ parentes, quando obliget.

2. Cor. 12.

Quid filio pater, & contra quid filius patri debeat ordine naturæ.

Filius cui vt subueniat patrẽtum necessitati, Religionem egredi debet ex præcepto.

Neque obstat his quæ diximus, quod per matrimonium tollatur castitas: qui non est de obligatione, vt alat parentes: nec quòd monachus sit mortuus, quia tantùm fictione iuris mortuus est, & per illam mortem augetur charitas, & pietas erga parẽtes, quibus subuenire debet. Etsi cogitur in extrema necessitate; ergo etiam in minori, si olim ad id adstringebatur. Quanquã autem obligationes Deo factæ per ingressum Religionis absoluantur: haud tamen illæ, quæ factæ sunt hominibus: quemadmodum debita contracta, & ad matrimonium, vel seruitutem obligatio: nam Religio huiusmodi debita non tollit: *Tu autem vade, & annuntia regnum Dei.* Ita dixit illi, vt ait Euangelista Lucas.

Luc. 9.

Sed dices, Quomodo sequitur Christum, qui à Christo iubetur abire? Respondeo, non simpliciter præcipitur illi abire, sed ad annuntiandum regnum Dei. Is autẽ Christum sequitur, qui annuntiat regnum Dei: hoc enim negotium semper Christus agit in hoc itinere. Ipse enim dixit: *Docete omnes gentes:* &, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.* Hic autem annuntians regnum Dei, magis piè acturus erat, quàm sepulturæ patris interesse: illud enim vel mortui possunt peragere hoc nonnisi qui Spiritui sancto viuunt: magis enim pium est spiritualem vitã annuntiare, hominesque ad eam vocare, atq; ita viuos efficere, quàm mortuis sepulchra dare. Qui ergo Dei verbum potest prædicare, non subterfugiat, nec excusationes obtendat. Est autem regnum Dei, cùm ille per fidem, spem, & charitatem in nobis regnat, & cum nos eius verbo, & præceptis obtemperamus: quod nisi media prædicatione regni Dei non assequimur.

Et ait alter, Sequare te, Domine: sed permitte mihi primum renuntiare his qui domi sunt. De hoc tertio tantùm mentionem facit Lucas: atque hic, vt Scriba, etiã se obtulit: sed morulam quandam concedi sibi postulat, qua possit suis valedicere; hoc enim significat verbum Græcum, ἀποτάξασθαι. Sicut Actor. 18. Fratribus valefaciens, per idem verbum

Quatenus to quis gionis ad stringat rentum state sue

Obiectio luitur.

Quæstio ligatõis ingressũ ligionis me solũ

Luc. 9.

Iesum ab pulus sequebat qui ante re mitte regnum

Mart. 28. Ibidem. Idem cõfi titus ad sa liendum trem fa

Alter Ch discipu primum renũtiare mestica bat, qui sum seq tur. Act. 18.

Quod ni gũ De & qui neã nob parari

exprimi-

Alter sensus.

exprimitur: quam tamen ei Iesus non concedit. Et hunc sensum accipe, si illa verba, ὁ εἰς τὸν ἴδιον μοῦ accipiantur masculinè, vt significet domesticos: si verò accipiantur in neutro genere, nẽpe his quæ domi meæ sunt, quomodo Latini aliquot codices habent, iam renuntiare accipiendum est pro cedere, & resignare, sicut in priori sensu pro valedicere. Quanquam mitius responsum acceperit quàm Scriba ille primus, in quo nec initium quidem bonum fuerat, vt qui malo animo accesserat: vnde & dura verba audiuit, & repulsam passus est. In hoc verò non desideramus bonam volũtatem, sed in bono perseuerãtiam. Nec enim tantùm refert quomodo inceperis, quantum quomodo finieris. Multi enim nouissimi, erunt primi, & primi nouissimi: Sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Quale à Christo responsum acceperit ille

In bono opere quid inprimis spectandum. Matth. 10. & 20. Infra 24.

Ait ad illum Iesus; Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Pulchra metaphora ad perseuerantiam inuitat Dominus. Nam vt arator respiciẽs retro, à sulco delirat, & recta non incedit, & boues minimè pũgit, vt aratrum trahant, atque ita iacturam facit temporis, & obliquos sulcos ducit: ad hunc modum vocati ad munus Euangelicum, in quo verbo Dei tanquam aratro quodam proscindente corda terrena ad diuinos fatus accipiendos, & natiuam duritiem exuendam, & fructum dignum tanto Dei verbo producendũ, non debet per inconstantiã retro aspicere, aut per immoderatum consangui neorum suorũ amorem sub prætextu illis succurrẽdi, à tanto exercitio reuocari: quia quantum verbo doctrinam Euangelicam de dimittendis parẽtibus, & affectu sanguinis exuendo construxit, tantum malo vitæ exemplo destrueret. Debet ergo præteritorum omnium obliuisci, ita vt etiã Christum secundum carnem obliuiscatur, nedũ vt domesticos magnificiat. Debet Aegypti dimissæ, aut deliciarum eius ne memi nisse quidem. Debet cum Loth intelligere, sibi esse dictum: *Salua animã tuam: noli respicere post tergum;* quod præceptũ cum vxor non seruasset, sed retro aspexisset, versa est in statuam salis. In statuam quidem, quia stetit, & non est progressa in via Dei; Salis verò, vel propter acerbitatem peccati, vel quod hoc sale condiantur alij, ne eius exemplo retrò respiciant, sicut illa præ commiseratione respexit incensam & pereuntem Sodomam; cùm tamen, vt quidam dixit ex nostris, tanto flagitio nulla sit adhibenda compassio. Prædicator ergo Dei gratia, & beneficio Angelorũ à mundo isto eductus,

Quomodo quis mittens manũ suam ad aratrum, & respiciens retro, inept' sit regno Dei

Retro quis aspiciat regnum Dei annuntiaturus.

Idem quæ nã præstare debeat, muneri vt suo satisfaciat.

Gen. 19. Vxor Loth retro aspiciens quare versa sit in statuã salis. Ibidem. Luc. 17.

Sodomia quantũ sit flagitium.

munera

vt regnum Dei annuntiet, non debet retro aspicere, ministerium cœptum deserendo, aut propter bona fortunæ quæ cõtempsit, & propter Deum reliquit, aut quod affectu commiserationis erga suos ducatur, ne si retro aspexerit, contingat illum in statuam mutari, quæ speciem quidem hominis habet, vita autem caret; & in statuam salis, ne fortè, vt sal infatuatum, mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Tales etiã sunt qui Religionem quam professi sunt, confictis, & coloré pietatis præseferẽtibus, sed reuera mendacibus prætextibus derelinquunt, & apostatæ fiũt, & statuæ potius quã homines, quæ digito in cõtemptum ostenduntur, & dicitur: *Ecce hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare:* quib⁹ melius erat viam veritatis non agnouisse, quã post agnitam retrorsum cõuerti: & tales in perpetuo conscientię cruciatu, & aliorum contemptu atque derisu miseram vitam extra Religionem traducunt. Est enim aratrum quod trahitur à duobus bobus, Religio sancta, & disciplina regularis, qua colitur. Religiosus tanquam terra quædam est perfectos fructus editura: boues autem illud trahentes, anima sunt, & corpus, quæ simul & coniunctim Religionis onera habent sustinere: nam multi sunt, qui corpore tantùm, & externis ceremonijs Religionis aratrum trahunt, cor autem eorum, quod iam retro aspexit, longè est à Religione, fugam meditatur, nec nisi opportunitatem inde elabendi expectat. Debet autem Religiosus bonus manũ admouere aratro, vt non tantùm votis & desiderijs, sed etiam operibus Religionem suam spectet. Debet & boues pungere, vt teporem exuat, alacritatemque, & animum maiorem Deo seruiendi in dies induat, & cum Paulo ea quæ retro sunt, obliuisci, & ad anteriora conuertere se ipsum, vt quotidie dicere possit cùm Propheta: *Et dixi, nunc cœpi.* Multi tamen sunt qui dicunt, Nescio an sim perseueraturus, & ita opera Dei nolunt aggredi: quia cõsiderantes anteriora de se ipsis diffidunt. Sed stat sententia: *Qui cœpit in vobis bonum opus, ipse perficiet.* Quod enim in verbo Christi incipitur velle, ipse perficit: vanus ergo est, qui suis viribus, aut suæ voluntati confidit: neque Deus talis est, qui incipiat ædificare, & non possit consummare. Quare magno animo religionem, siue Euangelizandi munus aggredi debemus, certa persuasione expectantes ad futurum nobis desuper auxilium, quo opera bene inchoata optime consummemus, atque perficiamus. Discamus autem, exemplo Domini, eos, qui se libenter offerũt ad Ecclesiastica

Regnum Dei annuntians retro, quãdo aspiciat infelix.

Matt. 3. Vxor Loth retro respiciẽs, quorũ etiam Religiosorũ typum gesserit.

Luc. 14. 2. Pet. 2. Qualem exitu miseri sortiantur illi.

Ordo monasticus, seu Religio quã similis aratro, Monachus verò terræ quę secundũ.

Esa. 29. Matt. 15.

Monachus, seu Religiosus quando mittat manũ suam ad aratrum, nec respici at retro. Philip. 3.

Psal 76. In eos qui nolunt mittere manũ suam ad aratrum, ne retro aspiciant. Philip. 1.

Luc. 14.

Quo animo vel gionẽ ingredi quispiã aut euangelizandi munus aggredi debet.

munera obeunda cómodi corporalis consequendi gratiâ, quemadmodum ille primus Scriba, minimè aptos esse regno Dei, & propterea repulsa dignos existere: eos verò, qui eiusmodi dignitates præ modestia detrectant, seque ipsos ad illas minimè ingerunt, atque omni animi synceritate oblatas recusant, aptissimos esse regno Dei promouendo atque amplificando: talesque omni vi cogendos esse ad supponẽdos humeros oneri ouium pascendarum, & ad manus aratro admouendas. Quam regulam vtinam Pontifices Romani, atq; principes Christiani, qui ex singulari priuilegio curam habent ministros Ecclesiæ, & præfectos illi sufficiendi, vtinam, inquam, haberent ante oculos. Contra verò se res habet in Religione, in qua vera & syncera Christi paupertas colitur, Castitas atque Obedientia florent, idoneos esse eos, qui magno & prompto animo accedunt. Qui verò aut oppressi temporalium rerum penuria, aut iniuria ab aliquo affecti, vnde nonnisi cum dedecore in seculo degere poterant, aut ob aliam similem causam habitu religioso indui petunt, minimè aptos esse regno Dei, nil in se plantando, vel in alijs suo exemplo construendo. Sed vt olim formidolosi lege Dei à bello arcebantur, & redire ad propria cogebantur: ita tales à bello spirituali, quod contra aereas potestates in Religione geritur, tanquam viles & segnes milites amandandi sunt, & reijciendi. Vnusquisque ergo diligenter expendat, quod vitæ genus, siue institutum assumat: & vbi illud semel susceperit, det operam, vt in ea vocatione, in qua vocatus est, permaneat, opem ferente Christo Domino, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit omnis honor, laus, & gloria in sempiterna secula, Amen.

Inepti regno Dei qui contra qui aptissimi censeantur.

Religiosorũ priuilegium bonorum.

Mali religiosi quibus similes meritò videri possint. *Deut.20. Ephes.6.* *1.Cor.7.*

TRACTATVS XXVII.

In illa verba Matthæi 9. *Et quum transiret inde Iesus, vidit hominem sedẽtem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est, discumbente eo in domo, &c.* Eadem historia habetur Marc. 2. & Lucæ 5.

Quomodo hæc cũ superioribus connectantur.

QVOD ad historiæ ordinem spectat, post illos tres Christum sequi volentes ab eo reprehensos, sequitur Christi, & Apostolorum trãsfretatio, & in ea signum quo maris tempestas iussu Christi sedata est. Deinde cùm venisset in regionem Gerasenorum, narratur miraculum duorum à dæmonibus oppressorum, quorum dæmones in porcos ingressi, in mare præcipitati sunt. Tertiò consequitur miraculum paralytici per tegulas demissi, & à Christo sanati, cui proximè hæret vocatio Matthæi, & disputatio cum discipulis Ioannis, & Pharisæorum de ieiunio: sed, illis seruatis ad librum, quo miracula exponentur, hoc loco tantùm de vocatione Matthæi agendum est; disputatio autem illa ad librum Disputationum reijcienda. In primis igitur non est ignorandum, Euangelistam sex, aut septem tantùm Apostolorum vocationes descripsisse, nempe Simonis & Andreæ, Iacobi & Ioannis, Philippi & Nathanaelis, quem diximus esse Bartholomæum, & Matthæi: aliorum verò quinque mentionem non facit, quia vel similes istis vocationes fuerunt, & nihil diuersum ab istis continebant; omnes enim hi in contemptibili statu, & pauperes, & piscatores erant: & simile credendum de tribus fratribus (qui in Euangelio dicũtur fratres Domini) nempe Iacobo Alphæi, & Iuda Thadæo, & Simone Cananæo, fratribus Iacobi: de Thoma verò & Iuda Iscariote idem est cogitandum. Voluit enim Spiritus sanctus non omnia apertis verbis exprimere, sed quędam nostris meditationibus inuestiganda, & comprehendenda relinquere. Vel horum tantùm vocatio describitur, quia fuit, aliquid in illis miraculo simile, vt illa Pauli vel quia isti hoc modo vocati sunt, alij verò à Christo vocati & nominati, Marc. 3. sponte secuti in discipulos Christi se tradiderant: vnde hæc Matthæi vocatio inter precedens signum paralytici curati, & consequens æmorrhoysse Satanę à Christo, quasi miraculũ, vel proximum miraculo narratur.

Libet 3. Quorum Matth. v tiones stolorũ tùm co mocet, S re.

Secunda tertia ra

Matt.4.

Infra 5.

Ratio qu dã tardio Matthæ Apostoli vocation minus ad uea reiec

Mar.3. Luc.6.

Apostolo vocation Apostoli quas en historia. *Act.1.*

Non videtur autem causa tardioris vocationis Matthæi, quòd negotiorum mole obrutus ineptus esset & indispositus ad Christi fidem, & sequelam: sed Christi voluntas fuit, qui optimè nouit tempus, quo quisque vocandus erat: maximè quia in loco septimo, vel octauo reponitur: & videtur in ea enumeratione ordo vocationũ seruari, alias Andreas Iacobo, & Ioãni non præponeretur, vt semper præponitur. Facit tamen mentionem Euangelium, qua ratione Christus hos omnes duodecim à cæteris omnibus discipulis segregauerit, & sibi peculiariter adiunxerit, atque Apostolos vocari præceperit: qua de re suo loco erit agendum. In Actis etiam Apostolicis legimus electionem Matthæi in Apostolum, qui in

qui in locum Iudæ subrogatus est, Actor. 1. Ad hæc cap. 13. de Saulo & Barnaba ad Apostolatus apicem promotis, expressa fit mentio. Pulchrè autem sanato corpore paralytico, sanat etiam spiritualem paralyticum, hoc est, talem qui omnia sua membra habebat ad pietatem mortua, qui non habebat manus ad subuentionem pauperum, sed ad rapinas & fraudes. Et cùm priùs ostendisset Christus, quòd peccata remittere posset, tunc etiam ad publicanum venit, ne turbarentur aliqui videntes eum discipulis annumeratum, sed cogitarent ipsum aliorum peccata soluere, multo magis suorum. His vtrunque prælibatis, ad textus expositionem accedimus.

Matth. Euangelistæ paralysis, à qua est Dominus sanauit.

Vbi Christus Matthæũ sedentem ad telonium vocauerit ad se.

Et quum transiret inde Iesus. Refert B. Marcus, Dominum, vbi restituisset sanitatem paralytico ad se per tegulas introducto, egressum fuisse rursus ad mare: *Omnisq; turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et quum præteriret, vidit Leui Alphei sedentem ad telonium,* & quæ sequ. Egressus est ergo è domo ciuitatis Capharnaum, vbi sanauerat paralyticum, vt ait Marcus, rursus; ad differentiam prioris egressus ad mare, quando vocauit quatuor Apostolos; in hoc autem solum Matthæum vocauit. Recessit autem, tum vt alibi prædicaret, tum vt gloriã miraculi editi declinaret, suoque exemplo declinandam doceret, quod frequenter faciebat; tum vt inuidiam Pharisæorum & Scribarum fugeret, qui erãt eum fortè secuti cum omni turba, vt dicit Marcus cap. 2. eorumque murmuratio viso signo sanitatis paralytici sedata videtur, quia omnes glorificauerunt Deũ, vt traditur Luc. 5. in eiusdem historiæ de paralytico enarratione. Erat autem Capharnaum, ciuitas iuxta Iordanem sita, duobus leucis à mari Galilæa distans, in quod influit Iordanis: & iuxta hùc influxum erat locus publicanorum, in quo exigebantur vectigalia eorum, quæ per mare vehuntur (vnde & vectigal à vehendo deductum est) vbi Matthæus erat, qui vectigalibus præerat. Cùm ergo transiret, vt venator auidus prædæ, & pastor quærens ouem errantem: & vt inde educeret, & transire faceret Matthæum. Nec enim inuenit columba nostra Christus in telonio, vbi pes eius hæreret, ideo secum detulit ramum oliuæ, id est, Matthæum oleastrum insertum oliuæ bonæ Christo, vt per illum præstaret oleum Euangelij populis Christianis, scilicet vnctis, medendis, illuminandis, atque pascendis accommodatum. ¶ *Vidit hominem.* Peccatorem, ac diuitem, & in quo non meritum vllum, sed gratia tantùm Dei appareret. Vidit etiam, quemadmodum architectꝰ videt lapidem aptum suæ fabricæ, si illum cædat, & expoliat. Vidit insuper non visus, quoniam ipse prior dilexit nos; vt Sol non videtur à te, nisi prior ipse te viderit: & videt infirmitates nostras, ad illas tollẽdas. Vidit autem hominem, id est, opus manuum suarum, figmẽtum scilicet nostrum, naturam, non culpam, vel peccatum: nos contra, oculos Basiliscigerimus, nonnisi defectus & vitia intuemur, non naturam, vel bona proximi.

1.Ioan.4. Hominem quem vidit Iesus. *Iob.14.* *Psal.102.* Visus qualis noster.

Subdit: *Sedentem.* Corpore, vt solent mensarij, cum maxima animorum solicitudine, & cura cruciante. Vel tropus est loquendi, sedere pro manere, sic enim dicimus, Sedit Papa annos tres, vel quatuor: & Deuteron. 11. *Sedistis in Cadesbarne multo tempore,* pro hæsistis, siue permansistis. Sederem inquam in telonio. Hæc vox Græca est, & cum iòta, & penultima breui pronuncianda, quia non est dipthongus ει, significat autem vel mensam, vel prætorium, vel domum, in qua exigitur vectigal, quæ prope mare erat: & publicani huiusmodi vectigalia earum omnium mercium, quæ ex mari in terram importabantur, vel à terra in mare asportabantur, à fisco certo pretio redimebant. Et significat hæc sessio hominis in lucris temporalibus, & peccatis quietem. Erat autem exercitium infame, & quod vix sine peccato exerceri poterat, hominis magis vitio, quàm ipsius artis: nam Ioannes Baptista publicanos instruxit, qua ratione ad Euangelium peruenire possent; non autem præcepit illis, vt telonium omnino desererent. *Matthæum nomine.* Qui Matthæus nominatur, Marcus cap. 2. & Lucas capit. 5. dicunt Leui Alphæi, scilicet filium. Et vel teste Hieronymo, erat binominis, quemadmodum Iesse, Isai, & Naas 1. Regum. 17. eandem personam, nempe parentem Dauidis significat, vt vel olim ante vocationem dictus est Leui, postea verò à vocatione Christi Matthæus nominatus est; quemadmodum Simon & Saulus dicti sunt, Petrus, & Paulus: atque hoc nomine deinceps semper vocatur. Non est autem verum, Matthæum fuisse Gentilem, vt docet Tertullianus: eo quòd dicitur in Lege: *Non erit pendens vectigal ex Israel:* Publicanus autem erat, qui publicos redditus colligebat. Sed dictum illud Scripturæ intelligitur de vectigali, iniusto scilicet, quod non imponeretur; si tamen à principibus, vel populo impositum esset, colligeretur vectigal per ipsos Iudæos. Matthæus autem verè Iudæus erat, vt vel nomen antiquum Leui, & nomen

Qualis hæc phrasis: Vidit Iesus hominem sedeatẽ ad telonium.

Telonium quid.

Teloneare, Matth. officiũ, quã turpe & infame. *Luc.3.*

Matth. binominis fuit.

Hiero. in cap. Matt 9. to.9 init. Dauidis pater habuit tria nomina. *Ioan.1.* *Matt.10.* *Act.7. & 9.* *Infra 13.*

Tertul. lib de pudicit. to.2.

Matthæũ, vt Tertul. dixit, minimè fuisse Gentilem. *Deut. 23. vt est in Aldino codice & Basiliensi.*

Quare nunc Christus è ciuitate Capharnaũ ad mare fuerit egressus.

Mar.2. *Luc.5.*

Ciuitas Capharnaum vbi sita.

Vectigal vnde dictum. *Luc.5.*

Colũba qualis Christus. *Gen.8.*

Rom.11. Matth. Euangelium oleo simile.

Iesus Matth. vt viderit sedentem ad telonium.

nouum

Quod vectigal pendere Iudæi prohibebantur olim. *Act.10.*

nouum Matthæi indicat, quod Hebræum est, non Gentile. Alias Christus eum in Apostolum non elegisset: quia vt Petrus dixit Cornelio Actor. 10. abominatum erat viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam, quanto magis Christo, qui toto tempore vitæ suæ legem ad vnguem seruauit. Pharisæi etiam, qui murmurabant,

II. argum.

quod Christus in domo Matthæi cum publicanis & peccatoribus comederet, si publicani fuissent Gentiles, multo magis accusasset Christum, quòd cum ethnicis & Gentilibus conuersaretur, quod erat apertè contra legem. Vnde Hieronymus epistola ad Damasum, in qua exponit parabolam de filio Prodigo, & filio frugi, sic habet: *Vnde vehementer*, inquit, *miror Tertullianum in eo libro, quem de pudicitia aduersum pœnitentiam scripsit, & sententiam veterem noua opinione dissoluit, hoc voluisse sentire, quòd publicani & peccatores qui cum Domino vescebantur, ethnici fuerint: dicente scriptura; Non erit vectigal pendens ex Israël: quasi verò & Matthæus nõ ex circumcisione fuerit publicanus: & ille, qui cum Pharisæo in templo orans, oculos ad cœlum non audebat erigere, non ex Israël fuerit publicanus, aut nõ Lucas memoret, Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis: aut cuiquam credibile possit videri, ethnicum templum ingressum, aut Dominum cum ethnicis habuisse conuiuium: cùm id maximè caueret, ne legem soluere videretur.* Ita Hieronymus. Et quæ de Matthæo dicta sunt, eadem prorsus de Zachæo intelligenda sunt, in cuius domum non se recepisset ad vescendum, nisi Iudęus fuisset.

Hierony. epist. 146. non procul à princ. tom. 3.

Luc.18.

Supra 7.

Zachæũ quo que publicanũ fuisse Iudæum, non ethnicum. *Infra 19.*

Matthæi nomen quid significet.

Interpretatur autem Matthæus, donatus, siue donum Dei, quia ex dono Dei vocatus est à Christo, primùm quidem ad discipulatum, deinde verò ad Apostolatum cum alijs vndecim, postremo ad dignitatem Euangelistæ, ad quam, inter quatuor primus vocatus est. Marcus verò & Lucas describunt eius veterem statum ante vocationem; & ideò non præcipuè suppresso nomine Matthæi vocarunt Leui, quia non dixisset Lucas publicanum: Matthæus verò, vt se deprimeret atque humuliaret, nomen, quo magis postea cognitus erat, at agnosceretur publicanꝰ, detexit. Iustus enim in principio sermonis actor est sui. Quanquam, vt testatur Gregorius Nazianzenus, oratione in Cyprianum, publicani sibi nomẽ imposuit, tanquam aliquid, quod inter honoranda esset insigne: vt Paulus se persecutorẽ vocat. Lucas tamen, qui eũ vocat hic Leui, parcens eius famę, eo quòd publicani malè audirẽt ob officium infame, inferiùs capit. 6. cùm scribit Dominum duodecim ex omnibus discipulis suis elegisse quos Apostolos nominauit, non Leui, sed Matth. nominat, quia rem dicebat illi honorificã. Quo exemplo instruimur, vt cùm de nobis loquimur, nos ipsos deijciamus, neque erubescamus vitia nostra atq; peccata confiteri; qua ratione Paulus se peccatorem primum, abortiuum, seruum, & indignum qui vocaretur Apostolus, prædicabat: vbi verò de alijs sermo habendus est, honestè de illis loquamur. Nunc verò contrarium fit, nam nos ipsos, ac nostra extollimus, alioſque deijcimus, atque aliorum probra nostram cõmendationem existimamus.

Quid dor rint nos facto i E Euangeli *2. Tim.1. 2. Cor.11.*

Et ait illi, Sequere me. Dices, cur non alijs, sed illi dixit. Noli interrogare, si non vis errare: nam in diuino situm est beneplacito, & non in vllo merito, aut dignitate nostra, ad Apostolatum, vel Ecclesiasticas dignitates vocari: ideò qui non vocatur, vocato non inuideat, aut vocantem Deum, siue eius Vicarios, qui nomine eius vocant, non contemnant, neque accusent. *Sequere*, ait, *me*, non Adam veterem, non mũdum vanum, non dæmonem, non mãmonam, vel Plutonem, quos hactenus secutus es, non illos, & me simul, quia nemo potest duobus dominis seruire; sed me solum, quem qui sequitur, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Christus autem non est præcurrendus, vt facit, qui inconsulto Domino, statum assumit; nec in sequela æquandus, vt facit, qui non putat gratiam Dei esse necessariam, & vt volebant Lucifer & Adam appetentes diuinitatem. Quanquam non vno, & eodem modo, neque Christo præeunte nobis, aut standum, aut quiescendum est, quia hoc non esset sequi, sed retrocedere: sed post Christum præcedẽtem nobis ambulãdum est. Me ergo sequere, qui sum lux, dux, atque pastor, sciens viam & terminum, id est, me, & Patrem meum: & fortis sum ad currendam viam, & qui lumen, & vires ouibus me sequentibus præstare possum. Me etiam, qui te secutus sum, vt dominus seruum fugitiuum, & propterea de cœlo descendi, & hoc iter ingressus sum vsque ad mortem, mortem autem Crucis, vt te à fuga reuocarem. Sequere etiam me, idem valet, ac si diceret, Hactenus, Matthæe, numismata imagine Cæsaris insignita in fiscum Cæsaris congregabas: nunc veni, vt homines ad imaginem & similitudinem Dei factos in fiscum Patris mei æterni, tanquam pretiosum thesaurum recondas. Vt enim in quatuor illis Apostolis & piscatoribus à Christo vocatis ars piscandi non est abolita, sed

Quare C stus sic non alio cauerit a postolum

Quos se nõ debe sed Chri *Matt.4. Ioan.1.*

Matt. eu sequi Chr quomod debebat *Matt.2.a*

mutata in meliorem piscandi homines: ita officium publicani ex humano in diuinum est commutatum.

Matth. cur tertia in persona de se dixerit: Et surgens secutus est eum.

Et surgens, secutus est eum. Tanquam de altero in tertia persona narrat, quæ circa se contigerunt, iactantiam abhorrens: siquidem laude dignus erat, quòd cõtinuò secutus est eum. Etsi autẽ omnis qui sedet, non possit aliũ sequi, nisi surgat; tamen surgens dicitur, quia ad sequendũ Christum opus est leuare se supra se. Vt enim homo per peccatũ descendit ad inferius & minus homine, ita dum peccatũ deserit, ad superius & maius homine ascendit. Vnde Esaias: *Conuertimini sicut in profundum recesseratis, filij Israël.* Nec hic est tempus sedendi, vbi laborandum est, sed in cœlo, vbi Matthæo erat parata quies, & sedes, vna ex duodecim Apostolis constitutis ad iudicandum duodecim tribus Israël. Surgens ergo è cœno mundi, ex volutabro luti & telonij, ad purum, ex volutabro luti & telonij, ad puritatem Euangelij, præ quo pro stercore habet omnes diuitias. Secutus est autem Dominum nulla mora interposita: quod fieri potuit, vel Christo immediatè cor mouente sine aliquo externo inuitamento, vel dando vim voci suæ, vt alliceret, & pertraheret, vel fulgorem vultui suo cõferendo, quemadmodum dedit ad terrẽdum, quando eiecit ementes & vendentes de templo, vel quando ijs, qui venerant ad se in horto comprehendendum dixit: *Quem quæritis?* Non fuit autem Matthæus per signa dispositus ad sequendum, quia alij ea videbant, nec tamen sequebantur, & nos credimus quod signa probabant, id est, Iesum esse Deum, & tamen non sequimur. Imò ipse Matthæus ad audiendum cum turba non exiuit, Marc. 2. sed manebat ad telonium, seu vectigal & quia Matthęus nondũ Christum Deum esse cognoscebat, quemadmodum nec discipuli pro illo tempore cognouerant. Neque videtur quòd cognouerit eum, vt Prophetam, quoniã Prophetę cognito parere nõ cogimur, nisi cum loquitur ex mandato Dei, sicut filius quidam Prophetarum, quem Glossa interlinealis fatetur fuisse Michęam, suo socio, vt se percuteret, dixit: *Et quia nõ obediuit, occisus est*, 3. Reg. 20. atque ita Matth. non deberet Prophetę obedire vocanti. Superest igitur vt dicam, quòd vt Dominus signa edebat multiplicia circa corpora, & circa intellectũ hominis, videndo cogitationes eius, ita etiam circa voluntatem, eam immutando, operari voluit, vt ostenderet habere se eius imperium quocunque illam voluerit flectendi, iuxta sententiam Salomonis: *Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud.* Hoc est, sicut in manu agricolæ situ est, vt quo velit flectere, hunc vel illum riuulum inclinet, ita Deo promptũ est voluntates hominũ in quemcunq; affectum voluerit, inclinare. Docet etiam Iesus tantopere in expiscandis hominibus laborans, quod hominibus non indiget, quibus si indigeret, haberet, vt tũc, vbi vellet, & quos vellet sequentes. Sed quia liberos eos vult ductos, neque maiori, quàm certa & destinata quadã gratia tractos, quæ gratia fouet, magnosq; sequentes facit, eam à principio quibusdam paulò maiorem dedit, qui aliorum duces essent. Hic ergo vt dux publicanorum, maiori gratia donatus fuit, vt sequens, ac in tantam dignationem receptus, spem alijs faceret, vt suã quisque vocationem sequeretur, nec vllis delictis absterretur, quãdo ipse esset receptus ex eo genere. Sic 1. Tim. 1. de se dixit Apostolus: *Ideo misericordiam consecutus sum, vt sim fidelis vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui crediturí sunt illi in vitam æternam*: nec putet quisquam sibi hęrere maculã vllam ob id quòd olim fuerint peccatores. Et ita Matthęum transeundo vocauit, vt simul potentiam suam, & misericordiã proderet, & cõfidentiam in peccatoribus ad insequendũ Christum excitaret. Quare mirũ esse nõ debet, si tam efficaci virtute vocatus, & tantum bonum sequelæ videns, & nihil in contrarium apparens, statim sit obsecutus. Nam si vel pomum ad edendũ propositũ intelligere posset per esum hominis mutari, & transubstantiari in nobilius esse quam habeat, nempe in humanũ, ac rationale, non resisteret, sed se ipsum mundaret, ac prępararet, vt esui aptũ esse posset: ita sanè homo si aduertet vocari se à Deo, vt exuta imagine diaboli, induat imaginem filij Dei, & vt supra humanũ, & rationale esse addat diuinum, profectò nõ repugnaret, sed se ipsum prępararet, & in vocantis manus penitus se daret. Nam hac ratione Publicanus in Apostolum mutatus fuit. Adhæc vt pullus perdicis ab alia aue sterili exclusus, audita tamẽ voce veræ matris, naturali instinctu falsam matrem, & nutricem relinquit: ita homines Christi veri parentis vocatione audita, dæmonem falsum parẽtem confestim debent deserere. Vnde B. Chrysost. in hæc verba ait: *Virtutem vocantis voluit ostendere, qui non impositio adhuc fine prauæ publicanorum conuersationis, in medio malorum pelago ipsum abstraxit: sicut B. Paulum quoque furentem, ac omni rabie ardentem, & ignem Ecclesiæ inferentem reduxit, quam vocantis virtutem, ad Galat. scribens, expressit, & quæ sequuntur.* Sic ille. Pulchrè

Surgere quid mystice.

Esa.12.

Vbi iedendũ nobis sit. *Matt.19. Luc.22.*

Matth. quare secutus sit le sum.

Ioan.2. Matt.21. Ioan.18.

Matthæum minimè signis adductũ fuisse, vt Iesũ sequeretur.

Quis vis Matthęu ad Christi sequelam pertraxerit.

Prou.21.

Quid illud Salomonis: Sicut diuisiões aquarum, ita cor Regis in manu Domini.

Matth. cur Iesus ad se tam efficaciter vocare debeat.

Matt 9.

Exemplo elegantì ostenditur, Matthęo perfacile fuisse, Iesũ sequi se vocantem

Alterũ exemplum à pulli perdicis ingenio.

Chrys hom. 31 in Matt. 10. 2. Act. 9. Gal. 1.

Leuitati minimè Matth. dandum, qui statim secut' sit Saluatorẽ, contr. Iulian. apostat. *Hieron. to.9.*

Pulchrè autem hoc loco Hieronymus ait: *Arguit in hoc loco Porphyrius, & Iulianus Augustus, vel imperitiam historici mentientes, vel imperitiam eorum, qui statim secuti sint Saluatorem, quasi irrationabiliter quemlibet vocantem hominem sint secuti: cum tantæ virtutes, tantaque signa præcesserint, quæ Apostolos antequam crederent, vidisse non dubium est. Certè fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide, & succinis hæc vis esse dicitur, vt annulos & stipulam, & festucas sibi copulent: quanto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat quos volebat?* Hæc Hieronym. satis acutè, & eleganter.

Magnetis vis quãta & succini.

Lucas hoc loco addidit: *Et relictis omnibus, surgens secutus est eum.* Curam ergo omnium rerum temporalium statim animo reliquit, sed reddens in vectigal Christo. Iugulatur hoc verbo hæresis eorum, qui damnant voluntariam paupertatem eorũ, qui renũtiant seculo, & omnibus bonis, ac in Religionem mendicantium aliquam se recipiunt: cuius autor fuit Desiderius quidam Lógobardus tempore Alexandri 1 v. & alius eodem tempore Gullielmus de S. Amore. Iugulantur etiam alij duo errores: primus eorum, qui docuerunt, neminem posse ad vitam æternam peruenire, qui aliquid proprium possideret: atque huius hæresis autores extiterunt Apostolici, de quibus August. lib. de hæresib. cap. 40. Alter fuit eorum qui docẽt, Ecclesiasticos viros nõ posse vllas possidere diuitias, vel agros: quòd talis fuerit vita Christi, & Apostolorum: cuius erroris autores fuerunt VVadiani, siue Anthropomorphitæ, vt refert Augustinus prædicto libro, cap. 50. & post eos VValdẽses, siue Pauperes de Lugduno, qui teste Aenea Siluio libro de origine Bohemorum, cap. 35. dicebant sacerdotes sola debere contentos esse eleemosyna. Sectati sunt Ioannes VVicleffus, & Marsilius Paduanus, & multi ex nostri seculi hæreticis.

Luc. 5. Matth perfecta Christi sequela.

In eos qui voluntariã damnant paupertatem.

Autor huius erroris, quis ille.

Apostolicorum quoque hæresis hoc loco dãnata. *Aug. to 6. ini.*

Vvadianorũ alteta, seu Anthropomorphitarum. *Idem, ibid.* *Aeneus Silu.* Eorũ sectatores qui.

Redeo ad Matthæum, qui omnia reliquit: sed licèt statim sit secutus, postea tamen redijt, sicut ad faciendum cóuiuium, ex quo cœpit omnia sua dispensare, ita ad componendas rationes artis suæ: quia scriptum est: *Reddite omnibus debita: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem;* & reliqua. Et sicut Christus censum soluit, ne scandalizaret, ita hic cũcta moderatus est ea ratione, ne scandalum sequeretur: & alijs publicanis potuit sua vsque ad reditum relinquere. Nec dici potest, Matthæum Christi sequelæ auidum, libenter vectigalium rationem reliquisse: nam id esset cõtra verbum Christi: *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Nam nec in Religione rectè reciperetur, qui non esset ratiocinijs, & debitis expeditus: sed bona eius supererãt, vnde & Respublica seruabatur indemnis. Autoritate etiam Domini, ac superioris hoc irreprehense factum est à Matthæo. Vbi sunt ergo, qui vocati ad prædicãdum, syluas, & claustra meditantur, & fratres suos in manibus luporum deserunt, dicentes: *Mittat Dominus operarios suos in vineam* (siue in Messem) *suam?* sed ecce ipsa fratrũ infirmitas, & Christi gloria cogere deberet ad illorum curam, & protectionem suscipiendam. Roga Dominũ messis vt te mittat, quia fortè nonnisi rogatus te vocabit. Alij dicunt: Satis mihi vni non sum, ipse mihi magnus sum populus. Sed meminerint beneficiorum Dei, qui sic dicunt, & quod non solis sibi sapere iussi sunt: & quia crescunt, cùm communicantur dona Dei. Sed dicunt quidam, Homines, vt videmus, nostris prædicationibus, & admonitionibus non proficiunt, neque vitam mutare volunt. Sed tales agnoscant non sibi imputanda euenta, sed labores non adhibitos in salutem aliorum: *Nec enim qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus,* & vnusquisque nostrum propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Christus enim, qui tantum prædicauit, tot edidit signa, non plus obtinuit ab his, quos liberos esse permisit, multum sudauit, non multum fructum fecit. Sed labores Iesu, vt summè post eius mortẽ profecerunt mundo, ita tui proficient tempore suo, quod ignoras: ideò alacriter semina, verboque Dei instare ne formides.

Matthæũ nõ prius Christũ secutũ fuisse, quã satis ve-

Et factum est, discumbente eo in domo. Intellige in domo Matthæi, qui fecit ei conuiuium magnum in domo sua, vt Lucas inquit, quanquàm Matthæus ex modestia & humilitate, conuiuij à se facti non memi nerit, atque ob eandem causam non dixerit relictis omnibus, vt dixit Lucas. Libenter etiam Matthæus recensẽt alios Apostolos sibi præpositos, vt Petrum Andream, Iacobum, & Ioannem, quos ad suscitationem puellæ, & ad transfigurationis mysterium, & ad precationem in horto peculiariter euocatos, & nihil de se ipso in toto Euangelio recẽsẽt. Couiuium autem factum est paullò post quàm vocatus est, & forte sequenti die, quia post multum temporis, neque expensas, neque domum habebat: nam Christus illi, vt omnibus Apostolis dixit: *Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris.* De hoc conuiuio ait Lucas: *Et erat turba multa publica-*

norum, & aliorum, qui cum illis erat. Cernis exempla quid faciant; vno accersito publicano, alij accedunt, & impleri cœptum est verbum Domini: *Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei.* Vt autem ostenderet internum gaudium, cuius symbolum est conuiuium, & grati animi indicium erga Christum, & domesticis suis vale diceret, rationesque exercitij sui redderet, & Christo ea in domo sua faciendi occasionem præberet quæ fecit, instruxit illi conuiuium: quemadmodum Helisæus ab Helia ad munus Propheticum vocatus, fecisse legitur. Magnum autem fuit conuiuium, quia multi inuitati, nempe Christus & Apostoli, & turba publicanorũ, qui amici eius erant, vt eos Dominus ad se conuerteret, & vocaret. Et vt viderent honorem, quem sibi Dominus in acceptando conuiuio præstabat. Et semel tantùm celebrandum est magnum conuiuium, vt Hælisæus fecit, & in professione viri Religiosi fieri de more apud nõnullos solet: & licet diuitibus fiat, quia tamen propter Deum & ipsorum conuiuarum salutem, non perditur retributio æterna: secus esset, si ob proprium emolumentum, vel lucrum, & frequenter, & cum scandalo, vel cum proximorum in iustitia fieret. Nemo autem conuiuium Christo parare potest, nisi qui omnia propter se reliquerit, tum enim vel ipse animus apparatus conuiuium est illi, qui dixit; Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei qui in cœlis est. Acceptauit autem Dominus conuiuium, tum ob honorem Matth. tum ob conuersionem publicanorum, & vt alij de misericordia Dei non desperent; tum denique quo ostendat, conuiuium ex aliqua honesta causa celebratum, malum non esse, nisi scandalum, vel species mali sequatur: ita enim actibus suis certos nos reddebat de his, quæ dubia sunt, & venire possunt in controuersiam. Nam simili ratione nuptijs voluit interesse, vt eas tanquã licitas sua præsentia honestaret. Neque mireris, si Christus de partis, siue paratis à Matthæo ex Mammona iniquitatis manducauerit: quia non omnia fortassis erant malè parta, sed quædam: quemadmodum Zachæus significauit, cùm dixit: *Et si aliquem defraudauit, reddo quadruplum.* Licebat etiam Christo non tantùm de bene, sed etiam de malè partis edere; cùm sit dominus vniuersorum, cui præter peccatum, nihil est alienum, & nihil eius vero dominio præiudicare potest, & cuius, vel Reges, vel Principes depositarij sunt. Tertiò, licèt etiam animarũ saluti studenti, quod necessarium est duntaxat ad victum sumere, tametsi de mammona iniquitatis sit partum: nam laborat, vt eum trahat ad Deum, & vt omnia malè parta restituat. Quòd si sint incerta debita, nec certos habeant dominos, quibus sint reddenda, Christo, atque eius pauperibus debentur. Ergo in ipsis Christus partem habere potest. Vnde Chrysostomus hom. 31. in Matth. scribit: Et quamuis quæ tunc apposita erant, iniustè atque rapaciter fuerũt acquisita, non repulit tamen ea Dominus, sed assumpsit ex illis. Magnũ enim lucrum oriebatur, quin imò eodem tecto, eademq; mensa cum peccatoribus vtitur. Hæc certè bonum medicum decent, qui nisi laborantium putredinem ferat, non potest eos doloribus liberare.

Exemplorũ vis.

Infra 21. Quare hoc fecit conuiuium Iesu.

1 Reg. 19.

Cur magnũ illud fuerit.

Quoties conuiuium celebrandum sit magnum, & vbi. Conuiuiũ an etiam cum merito fieri diuitib. possit.

Conuiuiũ solus qui Christo facere possit. *Ioan. 4.*

Quare Christus Matthæi conuiuiũ nõ detrectauit.

Idem cur nuptijs interfuit. *Ioan. 2.*

Quo iure Christus Matthæi Publicani hominis conuiuium acceptauit. *Matt. 6.* *Luc. 19.* Secunda ratio, à Christi dominio. *Heb. 1.*

III. ratio.

Debita publicanorum incerta quibus solui debeãt.

Chrysost. to. 2.

Medici officium boni.

Et videntes Pharisæi, dicebant Discipulis eius. Lucas adiungit Pharisæis Scribas, & videntes vocat illos, qui non videbant, id est, inuidos, & liuore cruciatos, qui nihil minus vident, quàm charitatem & salutẽ ad proximum. ¶ *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat (& bibit,* vt ait Marcus) *Magister vester.* Publicanos vocat eos, qui vectigalia exigenda redimebant, vt inde lucrarentur, & publica damna priuatam facerent vtilitatem. Ideò friuolum est, quod quidem inperitè interpretatur publicanos, id est, publicos peccatores; cùm essent exactores vectigalium, censuumvè: vnde Græcè τελωναι dicuntur, à verbo τελος, id est, tributum siue vectigal, & τελωνιον, domus vel locus, in quo sedent Publicani. Peccatores autem vocat, amicos, & seruos publicanorum, nobiliora vitæ instituta habentes, eisdem tamen obnoxios affectibus; nam simile suo cógaudet simili, & qui cum illis versabantur. Vel peccatores dicuntur, ipsimet publicani, quia vix eorum status à peccato separatur. Si enim alij essent maiores peccatores, explicaretur eorum status, vt causa murmurandi. Ipsi ergo peccatores vocantur, qui calumniam sustinerent tanquam iniusti, auari, raptores, omniq; cõmiseratione carentes, & impudentes, vt ait Euthymius. Vide autem in primis astutiam Pharisæorum: reprehendunt Magistrum coram Discipulis: & vbi nihil possunt efficere, accusant rursus Discipulos coram Magistro, & dicunt: *Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter; Discipuli autem tui non ieiunant?* & iterum: *Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones Seniorum: non enim lauant manus, cùm panem manducant?* Duplici errore tenebantur Pharisæi, cùm Magistro veritatis de susceptione peccatorum detrahebant: tum quod se iustos arbitrabantur, qui superbiæ fastu à iustitia longè discesserant: tum quod eos crimina-

Quibuscum publicanis Christus mãducaret.

Τελωναι vnde nomen habeant. Peccatores quinam mãducarẽt cum Iesu.

Publicani quare peccatores.

Euthy. ca. 14. in Matt.

Pharisæorũ, & Scribarum nequitia.

Duplex illorum iniquitas.

bantur peccatores, qui resipiscendo à peccatis, non longè erant à iustitia, magis iam pœnitentes, quàm peccatores vocandi. Cùm verò quis male audire soleat, quòd vel ipse malus fuerit, vel si ipse non malus fuit, tamen sese malis coniunxerit: cùm primum deesset in Christo, ex secundo calumniam illi struebant, qua illum apud populum inducerent. Erat autem in speciem iustæ reprehensionis caussa. Nam Dauid dixit: *Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam*; & Salomon Prouerbior. 23. *Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius*: & Ecclesiastici 9. *Viri iusti sint tibi conuiua*: & Tob. cap. 2. ait: *Vt viri timentes Dominũ adducantur ad conuiuium*; & Paulus in priori epistola ad Corinth. docturus erat: *Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum eiusmodi nec cibum sumere.* Sed reuera mera erat quæ illos vrebat inuidia. Primò quòd Christo summus exhiberetur honos in opere, nam sanato paralytico dicebant: *Quia nunquam sic vidimus*; & in verbo, *Nunquam sic locutus est homo.* Malè illos habebat, quòd vt Propheta, & Messias haberetur: & quia contra eos prædicabat. Quamobrẽ vt se sanctiores ostenderent, illũ obscurare omnibus rationibus, quibus poterant, conabantur. Primùm specie & colore Scripturæ; *Scrutare*, inquiunt, *& vide, quia Propheta à Galilea non surgit.* Deinde Sabbati violationem obtendebant. Tertiò apparentem deformitatem manducandi cum publicanis & peccatoribus. Quartò sine illa aiebant; *In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia.* Et quia hic de ceremonia agebatur, tantum modo de Pharisæis loquitur Matthæus: cùm verò agit de remissione peccatorum in sanato paralytico, tantùm de Scribis mentionem fecit; licèt vbique vtrique murmurauerint; vt habetur Luc. 5. & quod Matth. & Marc. asserunt de Christo, *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester?* Lucas tamen videtur referre ad discipulos, cum ait: *Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis, & bibitis?* vna opera Christum, & Discipulos accusantes. Nec erat vlla vera aut solida caussa existimãdi hoc esse peccatum (sicut nec erat in eo quod nõ ieiunarẽt frequenter, vel non lauarent manus, antequam panẽ manducarent) quia lex tantùm prohibet edere cum Gentili, Exod. 34. vel cum immundis, Num. 5. & Leuit. 15. sed increpabant quasi perfectionis Magistrum, indecentia agentem, & ob voracitatem, siquidem aiebant: *Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorũ & peccatorum amicus.* Quasi dicerent, cùm deceat sanctos cum sanctis habere consuetudinem & cõmercium; cur vos publicanos & peccatores palàm infames, non solùm admittitis ad colloquium, sed etiam in ipsorum ædibus editis, ac bibitis cum illis? Autoritates porrò in contrarium productæ ad probandum, quòd cum peccatoribus non sit edendum; de peccatoribus penitus obstinatis, & de quorum conuersione nulla est spes, intelligendæ sunt; de iustis etiam, sed imperfectis, quibus obesse valet cum peccatoribus conuersatio. Christo autem, vel alijs perfectis, qui maiores sunt in bonitate, quã alij in malitia, nocere non poterat conuersatio, quia etiam cum excommunicatis, ob eorum bonum, conuenire poterat. Publicani præterea non erant obdurati, aut tam obstinato animo, vt conuiuere non possent; quare pro eorũ conuersione omnis est à prælatis iniuria toleranda. Porrò Pharisæi non Christo, sed discipulis hoc obiecerũt: nam cùm indocti & infirmi essent, putabãt se eos posse à Christo auertere, quem timebant, maximè de re leui accusare, à quo fuerãt paullò ante confutati in curatione paralytici. Hic autem expendendũ est, nos ex eo quòd vocamur, & accedimus ad Christum, non honori esse Christo, sed infamiæ, vt hic vides, quòd Pharisæi hoc etiam reprehendunt, & nos etiam infamant. Sed Christus nos, & se defendit, & verè accusat ipsos suos accusatores.

At Iesus audiens, ait: Aure cordis, vel etiam corporis, quia propè erat, & fortè ad ostium. Christus ergo respondet: & quia ad eum increpatum res pertinebat: & quia discipuli nonnisi inconstanter, & cũ metu, & imperitè respõdissent. ¶ *Nõ est opus valentibus medicus, sed male habẽtibus.* Improbitas Scribarũ & Pharisæorum, sicut supra Christum stimulauit, vt autoritas remittendi peccata hominibus data detegeretur; ita hoc loco eorum calumnia tres egregias & aureas sententias, doctrinæ, pietatis, & eruditionis plenissimas, tanquam margaritas & vniones pretiosissimos expressit. Quarum prima est hæc: *Non est opus valentibus medicus, sed male habẽtibus.* Quod attinet ad Grammaticam huius sententiæ, nullus est solœcismus dicere: *Non est opus valentibus medicus, sed male habẽtibus*, vt quidam decepti putarunt. Nam Cicero lib. 2. ad Curionem: *Dux nobis*, inquit, *& autor opus est, & eorum ventorum quos proposui, moderator quidam, & quasi gubernator*: & ad Tyronẽ lib. 6. *Sumptum ne parcas vlla in re, quod ad valetudinem opus sit*: & Plautus in Captiuis, *Martimi omnes milites opus sunt tibi.* Latinè ergo &

Quid mali erat secundũ eos, quod Christus cũ publicanis, & peccatoribus manducaret & biberet. *Psal. 100.*

Quibuscum minimè edẽdũ teste scriptura. *1. Cor. 5.*

Quo de fonte eiusmodi illorum de Christo apud Discipulos calumnia desenderet.

Pharisæi quot modis obscurare Christi gloriã conabantur. *Ioan. 7.*

Matt. 12. Phatisæi, & Scribæ, vtrique de Christo murmurarunt.

Iudæi cũ quibus mãducare non poterant. *Matt. 11.*

Quomodo accipienda sint de tali mandato cum peccatoribus sedere.

Quare Christus Phariseis & Scribarum murmurationem non distulerit respondere.

Cicero.

in Nominandi, & in Auferendi casu vsurpatur hæc phrasis. Vnde interpres noster, & Matt. 9. priorem, & Mar. 2. posteriorem eandem sententiam enarrans, adhibuit. Et Cyprian. candidæ, & puræ Latinitatis scriptor, & longè abhorrẽs à solœcismis, priori loquendi modo vsus est in Epist. ad Antonianum. Philosophus ille Aulicus Aristippus, cùm illi probro daretur, quòd domos diuitum, & non pauperum visitaret; callidè respondit: *Quia*, inquit, *infirmi, & non sani à medico inuisuntur.* Idem ferè dixit quod Christus: sed ille, ad suam fouendam auaritiam; Christus verò ad suã charitatem erga peccatores ad viam vitæ reducendos, ita respondit: Aliter tamen, secundũ alios, respondisse fertur Aristippus: *Quia nos*, inquit, *sapientes scimus quærere diuitias ab habentibus melius quàm diuites à nobis scientiam, qua tibus melius quàm diuites à nobis scientiam, qua egent.* Primo ergo Christus arguit ex communibus, postea verò ex particularibus, allegando Scripturam. Regula aũt generalis est: Medicus, tam corporis, quàm animæ, sanis, quamdiù sani sunt, nõ est necessarius: vnde in statu innocẽtiæ sicut nulla potestas cogens fuisset, nullo existente peccato, nec vlla ars medicinæ fuisset, nullo existente morbo, quemadmodum non erit in statu gloriæ futuro. Sunt autem isti tres status infirmus, sanus, & neuter. Primo debetur curatio: Secundo conseruatio: Tertio, & postremo, præseueratio. Conseruatio igitur in sanitate parta, vel præseruatio à morbo futuro, quodãmodo ad infirmitatem spectant, cùm posse infirmari, seu in morbum recidere, infirmitas nonnulla sit: ideoque qui tales sunt, medico egent. Innuit ergo Christus his verbis se missum vt medicum; eorum tamen qui se malè habere, aut infirmari posse agnoscũt. Et vocat se medicum à Deo in Scripturis promissum, & nouum, qui suo vulnere sanat, & qui verè sanat, ꝙ plus est, quàm non imputare peccati infirmitatem, vt hæreses nouæ docent: quia *Verè languores nostros ipse tulit, & ægrotationes nostras ipse portauit*: & sponte, & sine pretio vllo sanat, & omnes ad se accedentes libenter suscipit. Valentes vocat eos, qui in oculis suis sani sunt, & valere se existimant. Ait itaque: Qui mihi propterea indignantur, non minus damnandi sunt, quam si is, qui sanus est, indignetur medico vocato ad visendum ægrotum, vt eum morbo leuet.

Euntes autem discite quid est. Id est, ad alios ite, postquam me non vultis Magistrũ, à quo solo id potestis discere. Et dicere quid est, perinde est ac si dixisset, discite quid sibi velit. Nec, inquit, Ite, & legite, quos sciebat sæpè legisse; sed, discite, perpendite, penetrate nucleum Scripturarum: legere enim, & nõ intelligere, negligere est. Quasi dicat, Non intelligitis scripturã; alias non admiremini, ꝺ misericordia miseros, bonitas malos, pietas impios ad se confugientes suscipit. ¶ *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Deus in veteri lege sacrificia volebat, vt patet ex libris Moysis: quid ergo significat, *Misericordiam volo, & non sacrificium?* Primò ergo non comparat hoc loco Dominus sacrificia legis veteris pro statu noui Testamenti, reprobata à Malach. cap. 1. *Non est*, inquit, *mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra*, non comparat, inquam, cum charitate, & misericordia: quia Oseæ testimonium allegatur, qui pro tempore legis locutus est. Deinde non comparat Eucharistiam, noui Testamenti victimam, cùm misericordia, & charitate: nam hæc victima per se Deo placet, & ratione mediatè offerentis, id est, Ecclesiæ, etiamsi non placeat propter immediatum offerentem, id est, sacerdotem ministrantem: quia necdum instituta erat Eucharistia: sed confert veteris Legis externa sacrificia cum misericordia & charitate: nam illa etsi quatenus ex fide, & obedientia, atque spiritu, & signo futurorum Deo grata essent, illaque acceptaret, nolebat tamen ea, quatenus sine fide & spiritu offerebantur. Sic ergo statuendum est, externum sacrificium per se quidem nec placere, nec displicere Deo: sed ratione offerentis, si bonus est, vt Abel, gratũ est Deo: si verò malus, vt Cain, ingratũ; sed illi præfertur misericordia, & charitas, quæ per se Deo placet. Vnde Esa. 1. loquitur Dominus: *Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum, nolui: sed subuenite oppresso, defendite viduam*, id est, operamini misericordiam; & Mich. cap. 6. *Nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos? Numquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorũ pinguium?* quasi dicat, non. Et subdit, *Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonũ, & quid Dominus requirat à te: vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, &c.* Atque ista testimonia scripturarum explicant præsentem locum Ose. Non enim simpliciter reijcit Dominus sacrificiũ, cũ illud sibi offerri toties iusserit, & sæpe legatur placatus accepisse in odorẽ suauitatis; sed reijcit, vbi misericordia in proximum exhibenda impediretur. Atq; hunc sensum declarat quod sequitur: *Et scientiam Dei plusquam holocausta*, ita enim intelligendum est, vt legit Irenæus libr. 4. cap. 32. in fine: *Misericordiam volo* (plus scilicet) *quàm sacrificium.* Quasi dicat Dominus

B Cyprian.

Qualis hæc Christi sentẽtia: Non est opus valentibus Medicus sed malè habentibus.

Aristippi per arguta quidẽ at auaram hominis redolens respõsio.

Quẽ sensum haberet, non est opus valẽtibus medicus, sed male habentibus.

Triplex hominis status: singulorumque cõditio.

Christus qualis medicus.

Esa 53. Matt 12.

Quibus non est opus valẽtibus medicus.

Quid est dicere; Ite discite, quid est scilicet, misericordiam volo, & non sacrificium.

Effectus misericordiæ.

Quo sensu minimè dicatur, Misericordiam volo, & non sacrificium. *Osea 6.*

Alter sensus verus atque germanus.

Externũ quatenus placeat Deo sacrificium. *Gen. 4.*

Esa. 1.

Mich. 6. Quid sit bonum, & quid Dominus ab homine requirat, teste Propheta.

Gen. 8. & alib. passim. Quare nõ accipiat Dominus sacrificium.

Pharisæi quibus operibus vocarent.

Pharisæis: Vos vacatis sacrificijs exterioribus, decimis, & oblationibus, non aũt misericordiæ operibus, aut animabus sanctificandis, vt ego, atque ita persuadetis; vt Jberi dicant parentibus suis; Munus quodcunque est ex me, tibi proderit; cùm interim misericordiam debitam parẽtibus, vestris traditionib⁹ impediatis. *Ego autem præcipio, vt si offeras munus ad altare, & si recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinquas ibi munus tuum ante altare, & vadas priùs reconciliari fratri tuo.*

Matt.15. *Supra 5.* Quid Christus præcipiat.

Pondera verbum, *Volo*, quia nõ tantùm suam voluntatem declarat, qui Dominus est cœli, & terræ, sed & beneplacitum, & id quo Deus oblectatur, & ex animo maximè cupit, significat: vt omninò certi reddamur de Dei beneuolentia, & beneplacito: & priùs vult proximo exhiberi misericordiam, quàm sibi sacrificium.

Deus quomodo, & cur velit misericordiam, & sacrificium.

Sed obijcies fortassis, qua ratione Deus præferat sacrificio misericordiam: cum illud ex obiecto sit nobilius, cùm ad Dei honorem exhibeatur, misericordia verò ad subleuandam inopiã proximi. Respõdetur quòd sacrificium per se, vt dictum est, nec placet, nec displicet Deo; secus misericordia ad peccatores cõuertendos, quæ per se semper placet. Sed rursus obijcies, Quid si sacrificium fiat cum fide & spiritu? Respõdemus, reuera simpliciter præstare sacrificium: verùm quando præstari vtrumq; nequit, præferẽda est misericordia, quę etiam & ipsa sacrificium gratũ est. Vnde Apost. *Beneficentiæ, & cõmunionis nolite obliuisci:* talibus enim hostijs promeretur Deus. Adhęc sacrificium iuris est positiui, etsi diuini, & misericordia, de iure naturę est, nam finis præcepti, & omnium sacrificiorũ, est charitas: ideò auditioni Missæ, officijs diuinis in choro canendis, ieiunio & abstinentiæ ex deuotione sumptæ præferenda est prędicatio verbi Dei, & labor in confessionib⁹ peccatorum audiendis, vel fraterna correctio, vel deniq; quicquid aliud ad reuocandas à peccato animas seruire potest. Mens ergo Domini est, instruere Pharisæos, & in eis, nos omnes; quasi diceret; Frustra me reprehenditis vacantem operi sanctiori, & gratiori Deo: vel, Non est contra Scripturam, quod facio, quæ asserit, meliorem esse misericordiam sacrificio: vel, si Deus se priuat sacrificio propter misericordiam proximo impendendam; quid mirũ si se iustus priuet conuersatione iustorum & simplicium, vt incumbat peccatoribus conuertendis? Nec ex his potes colligere. Ergo cõtemnamus Sacerdotes & sacra. Non hoc dicit, sed præferendam misericordiam sacrificio. Dices rursus, Melius ergo est, dare eleemosynam pauperi, quàm sacrificium Deo. Respõdeo Non simpliciter; nam sacrificium, præter honorẽ, qui in eo Deo redditur, est cõmunis quędam spiritualis viuentium, & mortuorum misericordia, & dum datur pauperi Sacerdoti sacrificanti eleemosyna, etiam misericordia est: tamen si quando pauper extremè egeat, præstat misericordia sacrificio. Vnde vel Sacerdos veteris legis Dauidi, & socijs esuriẽtibus, panes Propositionis sanctificatos ad edendum dedit. Atque ita Deo constructio hospitalium domorum, sacelli, vel altaris erectio, neglectis pauperibus præsentibus, qui arctam, vel extremam patiuntur necessitatẽ, Deo minimè placet: quia esset facere quasi de rapina holocaustum, qui etiam pro redemptione captiuorum calices, & cruces argenteas vendere licet, imò pro filio viduæ redimẽdo Sanctus Paulinus se ipsum vendit. Magna præterea videtur stultitia eorum, qui pro alendis futuris temporibus egenis, aut curandis infirmis xenodochia ampla construunt, prætermissis egentibus, & infirmis, qui in vrgentissima necessitate omni ope humana destituti, & esuriunt, & algent; quanquam citra tam arctã necessitatem sancta existant & Deo grata illa opera, nisi aliqua circunstantia gloriæ quærendæ, & nominis suæ familię amplificandi vitientur. De eodem vitio reprehendit eosdem Dominus ca. 12. Matt. & eodem Oseæ testimonio allegato se tuetur: sed ibi allegauit ad tuendam misericordiam corpori impendendam, quia discipuli esurientes accusati sunt quòd vellerent spicas in Sabbato; hic verò ad tuendam misericordiam animabus impertiendam. Idem quoque reprehendit Matth. 23. Væ interminando decimantibus mẽtham, & anethum, & cyminum; & relinquẽtibus quæ grauiora sunt Legis; nempe iudicium, misericordiam, & fidem. Deus enim effundere vult misericordiã in eos, qui proximis sunt misericordes. *Beati, inquit, misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur*; & in parabola dixit: *Nónne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?* & per fratrem Domini pronuntiauit, *Religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem, hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc seculo.* Misericordia ergo est suscipere peccatores, & ad pœnitentiam eos vocare: quare tales esse debemus, qui cum peccatoribus, si sine damno nostro fieri queat, versari possimus. Quisquis ergo ad monasteria contẽdit, vt fugiat opera misericordię propter molestiã illis annexã, contẽdat saltem

Hebr.13. 11. ratio, cur Deus misericordiã magis velit, quam sacrificium. *1.Tim.1.*

Quid rursus: Euntes discite quid est: misericordiã volo, & non sacrificium.

Hinc falsa quædã corollaria contra sacrificiũ pro

misericor- refellun-

1.Reg.21. *Matt.12.* Hospita- quę dom tuceliorum constru- misericor- repugnan-

Paulinus ni epist. ritus & m cordia.

Hospitia tomodo it uctorem Deo qui nunc pau-

Pharisæo & scribæ duplex in terrogan Christo e ptehendit *Matt.12.*

In quos effundat tericordiã tantùm

Matth.5.

Matt.18.

Iacob.1. Religio mund. & macula pud Deũ Patrem, Iacobũ. Facit q misericor

Ijs quid dum, q

se talem

dio & molestia operum misericordię faciẽdorum Religionem ingrediũtur. *Matt.25.*

Quam medicinam à Christo postulare debemus.

Ephes.4.

Vox incredu li.

Luc.19. *Matt.20.* *Iesa 16.& 18.* *Ioan.21.& 20.* Infidelium error.

Sacerdotes qui dehonestant, ac vili pendũt, quid assequantur illi.

Quare Christus nõ venit vocare iustos sed peccatores. *Matt.18.* *Ioan 1.* *Luc.1.* *Iesa 2.*

Quos iustos Christus vocauerit tamen. *Ioan.1.*

Non esse ironiam hanc: Non veni vocare iustos, sed peccatores. *Ambro. lib.5. in Lucam, ca. 6. tom.3.* *Chrys. hom. 31 in Matth. tom.2.* *Luc.16.*

Philip.3.

se talem præbere, qui alijs exemplo sit, & operibus misericordiæ spiritualis alijs præluceat. Et quia Medicus noster misericordiam diligit, igitur & nos ipsum misericordiæ appellemus semper, & oremus Medicum, vt faciat semper misericordiam, vt sanet nos, quo faciamus & nobis, & proximis & sibi misericordiam, qui omnia in alios facta, in se facta recepit, vt ab eo occasionẽ abundantioris misericordiæ faciendæ captemus. Et quia Christus membra sua habet, ex quibus totum corpus conficitur; adhunc accedamus pro Sacramentis, ad hunc pro alia re, pro salutari verbo Dei, ad hunc pro alia re, quæ omnia idem Medicus Iesus per membra sua dispensat. Et increduli est, dicere, Volo habere misericordiam à Christo ipso immediatè: Christus enim dixit, *Qui vos audit, me audit: Qui recipit vos, me recipit*: & irritam faciunt omnem potestatem pascendi, & ligandi, soluendi; &, & remittendi, vel retinendi peccata, quam dedit hominibus membris suis. Infideles non putant esse Iesum in Sanctis, vel Sanctos in Iesu: cùm tamen dixerit Ioan. 17. *Ego in ipsis, & ipsi in me.* Hinc fit, vt Sacerdotes non honorantes, sed pro despicatis habentes, vt Deus illos audiat orantes pro nobis, grauiter delinquãt. Nam si honore afficerentur pro munere, quod à Christo habent, licèt impij essent, audirentur orantes pro nobis, sed & conuerterentur, & euaderent pij, cùm viderẽt in ipsis magni fieri quæ Dei sunt.

Non veni vocare iustos, sed peccatores: Non ergo venit propter Angelos vocandos, qui non egebant vocatione, quia semper vidẽt faciem Patris, qui in cœlis est, vt ipse dixit: nec venit propter homines iustos, quanquàm obijci possit quòd vocauerit Nathanaelem, in quo dolus non erat, Ioannem Baptistam in vtero matris sanctificatum, & Iacobum iustum fratrem Domini, & insignem pietatis cultorem Simeonem iustũ, & Annam prophetissam, quæ tantum testimonium ab Euangelio habet. Sed omnes peccata mũdi tollentem agnoscebant. Nec rursus germana videtur expositio B. Ambrosij, & Chrysostomi, & quorundam veterum, qui interpretantur ironicè dictum, *Non veni vocare iustos*, id est, eos, qui in oculis suis pro iustis se habent, & tales se venditant, & Medico se non egere putant, de quibus; *Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus*: nam etiam aliqui tales iustitia turgidi crediderunt in Christo, vt turba multa Sacerdotum Act. 6. & Paulus, qui Pharisæus erat, & propria iustitia olim nitebatur infirmi etiam, qui se sanos existimant, propter corruptum iudiciũ & phrenesim, magis egent Medico, id est, Christo vocante. Ergo sensus legitimus huius sententiæ, *Nõ veni vocare iustos, sed peccatores*, satis apertè explicatur à Mar. ca. 2. & Luc. 5. qui addunt vnum verbum huic sententiæ, nempe, ad pœnitentiam, vt etiam in codicibus Græcis Matthæi hoc loco habetur. Non veni vt cũ iustis conuersèr, eos ad salutem quam iam habent, adducturus, sed propter solos peccatores, qui indigent pœnitentia: quomodo ergo hos abominabor, propter quos veni? Ac longè humanior est nostris Medicis Christus; quia illi etsi sciunt infirmorum necessitatem & morborum, tamen nõ currunt ad egenos nisi vocati, & mercede priùs pacta & promissa: hic verò vltro accurrit, & curandos ad se vocat, quos gratis medicetur, & sanet, promisso priùs cœlorum regni consortio: vnde dicebat vocans: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.* Et peccatores vocat, non ad licentiam peccandi, nec ad libidinem viuendi vt velint, sed ad laborem pœnitẽtiæ, ad macerationẽ carnis, & peccatorum extinctionem. Non ergo venit iustos vocare ad pœnitentiam, quemadmodum Manasses in oratione sua professus est, cùm dixit: *Tu autem Domine secundum bonitatem tuã promisisti pœnitentiam remissionis peccatorum: & tu Deus iustorum non posuisti pœnitẽtiam iustis.* Peccatores ergo tantùm vocauit ad pœnitentiam, benè autẽ iustos, qui ab initio fuerunt, ac tunc etiam nonnulli erant, ad redẽptionem & fidem, ad profectum maiorem, vt vitam habeant, & abundantius habeant, ad legem nouam, ad gloriam vocauit; ideò præcepta dedit maiora, ac digniora, & consilia tanta vocatione Christi digna: & quia oẽs iusti ex se peccatores sunt, & pro peccatoribus se gerunt, vnde & Paulus se vocat primum peccatorem, & inquit; *Non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum*: omnes venit vocare ad pœnitẽtiã, vel pro se ipsis, vel pro leuibus, & quotidianis delictis, sine quibus hæc vita non traducitur etiam à iustis, vel ne in futurum relabantur, faciẽdam, vel pro aliorum peccatis expiandis, quemadmodum sanctissima Virgo, Baptista, atque Apostoli fecerunt. Vnde Apost. Corinth. scripsit: *Ne fortè humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex his, qui non egerunt pœnitentiam super immunditia*, &c. Nam si egissent pœnitentiam, intus à Deo ad id vocati fuissent, ex peccatoribus iusti, ex malis seruis boni filij redditi: atque ita iusti vocantur pœnitentes, & in vocatione sua permanerent; pec-

Quid tantũ significet ijs verbis Do-

Christi Medici excellens benignitas, & charitas, in nos.

Matt.11.

Ad quid vocet peccatores Christus.

2.Par.36.

Ad quid vocet Christus iustos, præterquam ad pœnitentiã.

Qua ratione Christus vocet etiam iustos ad pœnitentiam. *1.Tim.1.* *Psal.13.* *Rom.3.*

2.Cor.12. Internæ vocationis Dei signum pœnitentia.

catores verò, qui verbo Domini ad pœnitentiam vocati nõlunt resipiscere, sed pergunt in sua impietate viuere. In secundo autem aduentu, seu in iudicio veniet vocare iustos, id est, in iustitia stabiles & firmos, ad præmium tantæ iustitiæ recipiendum: nam tunc Rex dicet iustis: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum*, &c. *& ibunt iusti in vitam æternam*. Diabolus verò iustos vocat ad pœnitentiam, vt doleant, & pœniteat eos benefeciſſe, & operibus iustitiæ & charitatis vacasse. Demus igitur operam, vt Christo Medico ad se vocanti indiuidue hæreamus, perpetuò nostram infirmitatem profitentes, eiusque medicinas, quas in verbo Dei audiendo, & in oratione, & in Sacramentis constituit, frequenter sumamus: quas qui fugiunt, profectò Christum fugiunt: qui autem Christum Medicum fugiunt, sanos atque iustos se existimant: qua existimatione nihil potest esse nocentius. Adiungamus etiam nostris sacrificijs proximi misericordiam, non tantum corporis, quam spiritus necessitates subleuantes; vt digni efficiamur, qui æternam misericordiam consequamur, præstante eodem Medico, & Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto semper viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Christus quando veniet vocare iustos, non peccatores. *Matt.25.*

Diabolus quam vocet ad pœnitentiam iustos.

Christo Medico si adhęserim', quid assequemur.

Sacrificia quid nostra habere debeant, vt grata sint Deo, & accepta.

TRACTATVS XXVIII.

In illa verba Luc. 6. *Factum est autem in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et quum dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit*, & reliq.

Narrationis series exponitur.

PRoximam historiam vocationis Matthæi, concordi trium Euangelistarum cõsensu, sequitur disputatio discipulorum Ioannis & Pharisæorum cũ Christo, quòd discipuli eius non ieiunarent frequenter, quemadmodum ipsi faciebant: quam suo loco differemus. Cùm autem satisfaceret Christus longæ interrogationi, interpellatus est à Principe quodam pro filia sua defuncta, vt testatur Matthæus; quam dum iret sanatum, contigit in illa via miraculum curationis mulieris, quæ sanguinis fluxum patiebatur: puella autem à mortuis reuocata, mox duos cæcos visu donauit, & oblatũ hominem dæmonio obsessum, eiecto dæmonio liberauit: quæ omnia in libro Miraculorum explicanda sunt, quemadmodum

Matt.9.

Lib.6.

& miraculum paralytici ad piscinam sanati, quod Ioan.c.5. cum magna subsecuta disputatione describit, quod in ordine historiæ antedicta proximè sequitur; vt suo loco probatum & perspicuũ reddemus. Hæc autem sequitur confutatio Pharisæorum, quia ob confricatas in Sabbato ab Apostolis spicas, offensi erant, à Domino facta; & rursus altera, qua eos offensos denuò confutat, ob sanatam in Sabbato manum aridam: hæc autem omnia, cõsequitur electio duodecim discipulorum, & promotio eorum in Apostolos, quæ proximè antecedit sermonem Domini in monte habitum, vt testis est locupletissimus ipse B. Lucas: quã, quia planè historica est, hoc loco explanandam suscepimus. Sciendum est autem, hanc historiam promotionis discipulorum in Apostolos, tantùm à Marco cap.3. & Luca cap.6. describi; nam Matthæus cap.10. tantùm meminit missionis eorum ad prædicãdum; & potestatis eis in illa missione traditæ: quæ omnia simul coniunxit Marcus cap.3. cùm ait: *Et ascendens in montem, vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates*: & quæ sequuntur. Expende, fecisse, vt duodecim essent secum, id est, vt familiares & domestici secum viuerent, non vt antea ab eo disiuncti; vnde & enumeratis duodecim, Marcus subdit, *Et veniunt ad domum, vel, venerunt in domum, in qua Dominus diuersabatur, & tantus fuit turbæ concursus, vt non possent neque panem manducare*: quod argumentum est illos ductos fuisse à Domino Apostolos tanquam eius familiares ad prandium: & hæc verba potius connectenda sunt cum superioribus, fecit enim, vt duodecim essent secum, & veniunt in domum: primo enim vocati venerunt ad eum, vt promouerentur in Apostolos, deinde creati Apostoli venerunt in domum Christi. Lucas verò, qui posterior illis duobus scripsit, latiùs, & distinctiùs hanc historiam est persecutus: nam cap.6. eorum electionem, promotionemque expressis nominibus Apostolorum enarrat: cap. verò 9. quasi de re distincta, & diuerso tempore gesta, eorum missionem ad prædicandum cum potestate illis data recensẽt. Vel ergo Marcus, quod ad missionem ad prædicandum, & potestatem traditam attinet, anticipatione est vsus, nam constat Mar.6. fuisse missos ad prædicandum; vel Lucas recapitulationis figura est vsus, dum de illa missione ad prædicandum c.9. loquitur: quod tamen verosimile non videtur: tùm quia Marcus ca.3. scribit promotionem eorum,

Propositi[o] storum [a]nam Do[ctri]gesta [fu]e consecu[tus] *Matt.10.*

Apostol[i] missionem ad prædi[ca]dum Mat[thæus] thæus, [qui] autem eo[rum] promotio[nem] nem enar[rat] *Matth.10.* seq.

Quid est quod Christus fecerit cum ipsi sent duo cim, Apo li scilicet

Eodem t[em]pore, an uerso pre tio simus missio A stolorum tigerit ta ne.

& finem

& finem promotionis esse, vt mitterentur ad prædicandum, ca. verò 6. narrat executionem eius: quemadmodum Lucas ca. quidem 6. promotionem Apostolorum, cap. verò 9. ad prædicandum missionem describit. Par etiam erat, vt Christus antequã insignem illum sermonẽ, quem fecit in monte, discipulos in Apostolica dignitate constitutos haberet, distinctos à cæteris discipulis, vt illis tãquam perfectiorem iustitiã professis, nonnulla præcipua eius sermonis, vt beatitudines, & quod dicitur de sale terræ, mundi luce, ciuitate in monte posita, & lucerna accensa super candelabrum; & illud, *Qui fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum*, & similia, magis congruerent, & conuenirent: & vt Apostoli ad prædicandum destinati ex ipso Christi ore discerent, quid esset illis ad munus Euangelicum destinatis, & quo modo prædicandũ. More autem boni historici hoc loco Lucas & temporis, & loci mentionem fecit, nempe ad rei euidentiam; & quia rem magnam, id est, promotionem Apostolorum erat expositurus. Temporis quidem, cũ ait: Factum est autem in illis diebus, de quib. paulò ante, & in quibus Christus prædicatione Verbi, & multitudine signorum, & vocatione discipulorum, & populorum sequela illustris & perspicuus redditus erat, iamq; sibi Christus tantum nomen, & famæ celebritatem cõsecutus fuerat, vt parati essent omnes legem ab eo latã amplecti: loci quoque mentionem facit, cùm ait, ascendisse in montem. Et quanquam nullus Euangelistarum montis nomen exprimat, communi tamen Doctorum cõsensu creditur fuisse mons Thabor. Etsi autẽ singularia Christi, ac maxima mysteria in montibus peracta referant Euangelistæ; quod sint altissima, & humano sensui incomprehensa: hic tamen tribus de causis potissimum in mõtem Dominus secessit. Primùm quidem, vt commodiùs oraret, ab omnibus turbis, & negotiorum fluctibus segregatus. Est enim oratio, ascensus quidam, siue eleuatio mentis in Deum: & huius rei meminit Lucas, dicens; *Exijt in montem*. Deinde vt discipulos excelsos meritis post orationem, Apostolos institueret, qui mõtes sancti sunt, in quibus fundamenta Ecclesiæ iecit Dominus. Postremò, vt legem Euangelicam, quæ in apice dignitatis, autoritatis, & eruditionis sita est, tanquam in monte quodam, Apostolis, & turbis promulgaret.

Quate Apostolos Dominus elegerit. *Matt.5.*

Cur Lucas tempus, ac locum promotionis Apostolorum exprimat.

Quem morem Dominus conscendit, electurus Apostolos.

Quibus de causis potissimum Christus nunc montem ascendit.

Oratio quid sit.

Psal.36. Mentes qui mystice.

Quare Christus pernoctaret in oratione Dei.

Et erat pernoctans in oratione Dei. Duabus de causis potissimum secessit ad orandum Christus, & in illis suo exemplo ad tantum munus nocte præstandũ nos instruxit. Altera quidem, vt post labores prædicationis, & operationem miraculorum, in sanctam quietem, & otium spirituale se reciperet, vt in illo gratias ageret Deo pro ijs, quæ per verbum, & signa ad hominem salutem operari dignabatur. Deinde vt pro incremento eorum, quæ seminauerat, & progressu Euãgelij in cordibus hominum eum deprecaretur; & vt legem, & doctrinam Euangelicam, quã ex monte illo pronuntiaturus erat, tanquam cœlitus hausta, & diuinitus per os Christi ad nos missam intelligeremus, quemadmodum populus Israeliticus legẽ accepit per Moysen, quem quadraginta diebus in caligine cum Deo versatum esse cognouerat: & nouas vires ad prædicandum suo exemplo impetrans à Deo, hos doceret. Ille enim, qui Dominus omnium erat, & à se ipso omnia potis erat efficere, propter seipsum oratione, aut loco montis, aut pernoctatione, aut scientia, qua legitimos Euãgelij ministros eligeret, minimè indigebat; sed in natura assumpta à nobis exercere ea voluit quæ sunt nostræ naturæ consentanea: & suis actibus erudiebat futuros verbi Dei ministros, vt precationi assiduè ac diligenter incumbant, qua Deo de bene cœptis agant gratias, & progressum verbi Dei precibus impetrent, & in oratione ea quæ prædicaturi sunt, quasi ex ore Dei interrogato, & ex tabernaculo Domini mereantur accipere. Est ergo munus hoc euangelizandi orationi maximè coniunctum. Hinc Petrus suo, & aliorum nomine, omnes alias curas à se ablegans, rectè dixit, *Nos orationi, & ministerio verbi instantes erimus*. Altera verò causa est, vt oratione longa impetraret veros, & legitimos ministros Euangelij; electurus enim erat duces ad negotium, & prouinciam regni Dei, quod prædicare iam cœperat, quos in omnes omnium terrarũ prouincias emissurus erat, vt omnem mundi sapientiam & potentiam subijcerent suæ prædicationi, & obediretur fidei inter omnes Gentes, fidei, inquam, Iesu Christi Nazareni crucifixi. *Nos*, inquit Apostolus, *prædicamus Christum crucifixum*; quæ res & ignominiæ, & stultitiæ plena erat, si & sapientes, & stultos homines interrogares, quæ etiam Iudæos esset offensura, & ridicula censenda à prudentibus ac sapientibus mundi. Ad hæc ergo persuadenda mundo paradoxa, ad tam ingens negotium præparandum, mirum non est si pernoctauit Iesus in oratione Dei. Quem morem Apostoli seruauerunt, vt cum Matthias electus fuit, vt esset vnus ex duodecim; precati enim sunt, & precatione facta, dixerunt; Tu Do-

Exod.10. & 20. & seq.

Christus Apostolis quatenus eguerit.

Precatio prædicationi quã debeat esse coniuncta.

Act.6. Altera causa pernoctationis Christi in oratione Dei

Rom.1. 1.Cor.1.

Sancti Apostoli vbi vsi sint hoc exẽplo Christi.

Act.1.

mine,

mine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, Accipere locum ministerij huius, & Apostolatus: & alio loco, cũ dixisset Spiritus sanctus; *Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos:* subditur, *Tunc ieiunantes & orantes, imponentes eis manus, dimiserunt illos.* Hunc morem adhuc seruat Ecclesia; vt certis anni temporibus Episcopus consecret eos, qui in clerum sint admittendi, quibus triduana ieiunia sunt imperata; & in ipsa ceremonia inuitat idem Episcopus circumstantes ad precandum; hortaturque vt si sciunt, eos in aliquo vitio esse, prodant illos. Sed hæc etsi sanctissimè instituta, nũc relicta sunt pro nuda ceremonia, ac pro talibus à non nullis, qui sibi sapientes videntur, habentur. Et Iesus, qui præcepit, ne in oratione multum loquamur, ipse in ea pernoctat, & perseuerãter orat, sicut & in horto calicem deprecatus, ter eundem sermonem orauit: non ergo multis, sed sæpe ijsdem verbis, orandum est, & diu orandum, vt tam inepti aliquando Dei munere apti fiant, vnde sit gloria Deo, & Ecclesiæ vtilitas. Quocirca non est fuse orandum, vt exaudiamur, quia Pater scit, quibus egeamus, & quid sit daturus; sed vt precatione digni efficiamur his, quæ dare constituit. Longa ergo oratione vsus est, non tam ne ipse in deligendis non bonis deciperetur, qui decipi non poterat, & qui eos bonos & idoneos facit; sed vt longa oratione ad impetrandos idoneos ministros, nos indigere ostendat. Nam vt ex capite corporis totius bona constitutio pendet, & ex bono nauta totius nauis salus, & ex forti & strenuo duce exercitus victoria: ad hunc modum Ecclesiæ totius bonum, disciplina, eruditio, & sanctimonia ex pastoribus bonis, qui sunt veluti lex animata, dependet. Ostendit etiam vt eligamus quos Deus dat, non quos nostro consilio eligimus. Dices; Nonne antea hos elegerat? quid ergo nunc orat? Non elegerat quidem, sed eligere proposuerat ea hora, qua elegit; & preces præmittere deliberarat, quo diuinis præsidijs magis munita hæc prodiret electio. Orauit insuper Dominus, vt sint constantes: quia Satanas petierat vt cribraret eos sicut triticũ. Orauit, vt per verbum eorum, qui in Christum crederent, seruarentur. Orauit, vt verba eorum & scripta vim haberent corda penetrandi; quod fecerunt, & faciunt semper. Nos verò omni sumus increpatione digni, quòd tam admirandum exemplum pernoctantis Christi in precatione, ante oculos habentes, ne interdiu quidem illud imitari studeamus. Et quod maioris stupiditatis nostræ, ac alienissimi ab hac, quã profitemur Euangelica lege argumentum animi est, cum ingredimur templum, quod scimus esse domum orationis, maxima hominum pars nihil minus cogitat quã de precatione. Deambulamus enim per templũ, & profanis collocutionibus operã damus, nihilo minõre cũ religione, quàm si per forum deambularemus, eo etiam ipso tempore, quo diuina illa, quæ Angelos ipsos in admirationem ac reuerentiam rapiunt, mysteria celebrantur. Et si quidem spectacula profana quæpiã agerentur, omnes attentissime obseruarent, ne quid elaberetur inobseruatum. Sed hæc pluribus exaggerare, non est huius loci.

Vocat autem orationem Dei, quæ ad Deũ ipsum funditur; vel Hebraismus est, quo, dum res magnas significamus, appellamus illas Dei, vt montes Dei, cedros Dei, id est, ingentes: quo dicendi more vulgus vtitur: dicimus enim pretiosum vinum, vinum Dei; & optimum panem, panem Dei: ita etiam oratio Dei dicitur, quæ magna, ac vehementer intenta est, cuius intentionis argumentum est pernoctatio.

Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos. Ecce ad quod oratio tã diuturna pertinebat: nos admonens ne cui citò manus imponamus, neque communicemus peccatis alienis. Multum priùs orandum est; deinde dies etiam expectandus, ne errore nostro aliquid peccemus, ne tẽtare Deum voluisse videamur: nam satis superque nobis tribuit Deus, si quod, pro nostra facultate, prudẽter cogitamus, diligenter intuemur, atque ministramus, ipse vt successu non careat, facit. ¶ *Et elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.* Magnus erat discipulorũ numerus, quos iam habebat perpetuos comites, & testes omnium, quæ gerebat: ex eo numero duodecim elegit, quos ideò nominauit Apostolos, quod eos missurus esset veluti legatos Euãgelicos in orbem vniuersum, nihil aliud dicturos, quã quod haberent in mandatis: ab ipso enim mittendi officio vocati sunt Apostoli, quæ dictio Græca est, deducta à verbo ἀποστέλλειν quod est, emittere, siue amandare; nam cùm Lucas Græcè scriberet, Hebræam vocem in Græcam Apostolorum commutauit, quemadmodum nomen Syriacum Cephas, vel Cepho, in vocem Græcã Petrus. Vnde Ioan. 13. vocem Apostoli explicans, dixit; *Non est seruus maior domino, neque Apostolus maior est eo qui misit illum:* Et in iudicijs appellãs petit apostolos, id est, literas dimissionis, quib. mittatur ad iudicẽ; quem appellauit. Voluit autem Dñs peculiari nomine

Act. 13.

Ab ordinandis quid Episcopus olim de more requireret.

Matt. 6.

Cur paucis Deum orare debemus. *Ibid.*

Si in multiloquio, vt Christus dixit, minimè exaudimur, cur ipse pernoctauit in oratione Dei.

Vnde nam Ecclesiæ totius bonum pendeat.

Si elegerat Apostolos Christus, quid pro illorum electione nunc orat.

Luc. 22. Ioan. 17.

Christi pernoctatio in oratione quorum dãnet somnolentiam, & desidiam.

Esai. 56. Matt. 21.

Piorum ab[usus in tem]damnabi[lis]

In qua Ch[ristus per]ciabat [ora]tione Dei. *Psal. 51. Psal. 54*

Idẽ cur [Ch]oratione[m] discipulo[s] cauit ad [lo]. *1. Tim. 2.*

Apostolos cur duodecim Christus elegit.

Matt. 26. & Marc. Eos cur [Ch]stolos no[mi]nauit.

Ioan. 1. Matth. 10. Mar. 3. Ioan. 15.

Apostolos Christus duodecim qua triplici ho re dignos sit.

insignire hos duodecim; tum ad differentiam aliorum discipulorũ, quorum ex numero segregati sunt; tùm propter officium eis iniunctum, quod erat ire ad prædicandum: nam cum primum dicerentur discipuli à Christi Domini sequela, posteà tamẽ cum missi sunt ad prædicandũ, dicti sunt Apostoli, id est, legati, siue nũtij à se missi. Vt enim Angeli sunt naturaliter spiritus, cum tamen à Deo mittuntur, Angeli; id est nuntij ad nos desuper missi dicuntur; ita hi omnes primò quidem discipuli dicti sunt, à sequela Domini: deinde ex officio, cum missi sunt ad prædicandum, dicuntur Apostoli. Postremò Christus hos duodecim honorare voluit; ideò imposuit eis nomẽ honorificum: nam esse legatum, vel nuntium alicuius Principis, cum honore magno est coniunctum: nam talis repræsentat personã talis Principis mittentis: vnde Dominus dixit: *Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit*: vt Matth. 10. dicitur. Atque ita Apostolus legatus est Christi, Christum repræsentans: hinc prima & maxima dignitas in Ecclesia est Apostolatus, vt 1. Cor. 12. & ad Ephes. 4. Apostolus tradit. Et quanquam multis de causlis contingat homines mitti etiam ab hominibus; tamen hæc vox in sacris literis restricta est ad significandum eos, qui à Christo missi sunt Euangelij disseminandi gratia.

Hic autem meritò quærendum est, cur tam paucos elegerit ex tanta multitudine; Rursus cur tantùm duodecim; Tertiò, cur eorũ nomina prodita sint; Postremò, cur Iudam, quem prænouerat tanta dignitate abusurum in perniciem suam, ad Apostolatum vocare voluit. Ad primum dicitur. Ex multis paucos elegit ad tantam dignitatem, vt maior appareat spiritalis virtus Christi, & vt ostendat paucos etiam inueniri idoneos ad tam magnos labores sustinendos: ad hæc, vt quo pauciores essent, magis vnitas fidei, & vinculum pacis inter eos seruaretur, excluso omnis hæresis, ac schismatis periculo; nam & ob hanc causſam vnum ex ipsis super alios omnes, & super totam Ecclesiam constituit pastorem, nempè Petrum, vt omnis scindendæ in varias sectas Ecclesiæ tolleretur occasio.

Ad secundam dubitationem dicendum, plures assignari causſas numeri duodenarij. Nam in primis perfectus est numerus, quia à senario, qui est perfectus (eo quòd ex suis partibus aliquoties in se ductis formetur) duplicato duodenarius numerus consurgat. Et teste Gregorio, hæc geminatio pertinet ad duo præcepta charitatis: vel ad duo Testamenta ab Apostolis explicata: quæ simul haberi debent, vt reddatur homo perfectus. Deinde hoc numero quatuor partes mundi, in quibus fides Trinitatis per hos prædicanda erat (nam *In omnem terram exiuit sonus eorum*) repræsentata est; ternarius enim ductus in quaternariũ, duodecim efficit, teste Rabano. Tertia ratio ex figuris huius numeri in Veteri, & Nouo Testamento positis colligitur. Figurantur enim Apostoli per duodecim filios Iacob: vt enim Ecclesia Veteris Testamenti ex illis duodecim Patriarchis ortum habuit; ita & ab Apostolis, qui Patres sunt Noui Testamenti, Ecclesia Christi ex eorum semine spirituali, & prædicatione orta est & præparata. Vnde Dauid dixit: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos Principes super omnem terram.* Deinde adumbrati sunt in duodecim Principibus filiorũ Israel, quorum nomina, & vexilla, & ordo recensentur Num. 1. & 2. quare in hymno vocantur Apostoli Ecclesiarum Principes. Præterea delineati sunt per duodecim fontes, qui erant in Helim, Exo. 17. quia ex eis manauit aqua salutaris ad irrigandum totum hortũ Ecclesiæ. Per duodecim lapides in Rationali Pontificis, in quibus erat iudicium filiorum Israel, Exod. 28. quia isti iudicant qua ratione sit viuendum: & sessuri sunt super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Per duodecim panes Propositionis, qui erant semper coram Domino, Leuit. 24. quia isti panem, & vinum cœleste, nempe Christum, nobis obtulerunt, & panem sacræ doctrinæ, quo nos satiant, isti primi nobis paruulis fregerunt, isti etiam panes Propositionis stant ante Deum semper: quia si eorum monita sequamur, semper cum Domino, vt ipsi sunt, erimus. Per duodecim exploratores missos à Moyse ad explorandum terram, Num. 13. ita isti tanquam præcursores viam æternæ vitæ, quæ promissa est credentibus, ostenderunt. Per duodecim lapides, quibus constructum est altare Domino in confirmationem legis, Exod. 24. quia Apostoli sunt velut colũnæ lapideæ, ex quibus vnum altare factum est; & eundem Christum, & hunc crucifixum omnes prædicauerunt; & lex Euangelica per ipsos verbo, & signis confirmata est. Per duodecim lapides sublatos ex Iordane, vt manerent in memoriam transitus per eum, Iosue 14. nam quando à Christo vocati sunt, in mari piscabantur, & Matthæus ædes telonij iuxta mare habebat, & educti sunt ex aquis mundi huius, & permanent in memoriam mirabilium operum Dei. Per duodecim boues, qui sustinebant mare Aeneum. 3. Regum decimo septimo,

Vnde primũ Apostoli, discipuli fuerint appellati *Psal. 103. Heb. 1.*

cur maximo in honore legati habeantur. *Matth. 10. Luc. 10.*

Apostolorũ honor quantus, & dignitas in Ecclesia. *1. Cor. 12. Ephes. 4.*

Apostoli qui propriè nuncupentur.

Apostolos cur tam paucos Christus elegit ex tanto discipulorum numero

Matth. 16. & Ioan. vlt.

Quare duodecim tantũ elegit.

Duodenarij numeri mysterium. *B. Greg. hom. 17. in Euang. initio, tom. 2.*

Secũda ratio

Rabanus.

Tertia ratio ab Apostolorum typis & figuris. *Gen. 37. 49. & seq.*

1. Cor. 1. Mar. 16.

Apostoli quomodo lapides è Iordane sublati. *Matt. 4. Infra 9.*

Idem vt boues maris ænei Salomonis.

Quemadmodum & sunt prophetæ duodecim.

Cur stellæ coronæ mulieris, fundamẽta Ierusalẽ, ac eius portę duodecim.

Haud temerè, verũ magna Dei prouidentia Apostolos, electos tantum fuisse duodecim. *Act. 1.*

quia per doctrinam suam sustentabant Sacramenta Ecclesiæ, quibus animæ peccatis sordidæ, vel liberantur à delictis, vel regenerantur. Per duodecim Prophetas vno in volumine coarctatos Ecclesiast. 49. siquidem nobis futura de Christi aduentu, iudicio, & resurrectione & vita æterna prænũtiauerunt. Significati sunt præterea in duodecim stellis politis in corona mulieris Apocal. 12. & in duodecim fundamentis Ierusalem, ac duodecim portis eiusdem ciuitatis Apocal. 21. quoniam Apostoli, vt stellæ illustrant totum orbem, & vera mundi lumina dicuntur; ac vt duodecim fundamenta Ecclesiæ militantis eã doctrinis suis sustinent, & vt portæ ciuitatis Dei omnes eorum doctrinam, & monita suscipientes, ad vitam æternam admittunt.

Nec primò dici potest, istos in tali numero sine caussa electos fuisse; sed pro nutu, & voluntate Dei: cùm Marcus dicat: *Vocauit ad se quos voluit ipse*. Sed profectò voluntas Dei ratione non caret: nec sublato Iuda de medio, substituissent Apostoli Matthiam, vt numerum duodenarium complerẽt: & B. Petrus nequaquam dixisset hoc esse necessarium, cum ad Apostolos verba fecit: *Oportet*, inquit, *ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, &c. testem resurrectionis nobiscum fieri vnum ex istis*. Et infrà: *Accipere locum ministerij huius & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum:* ergo aliquid mysterij in prædicto inerat numero. Nec secundò asseri potest, hos electos, quia fortè tunc inter cæteros isti essent meliores, & magis apti, vt ad euangelizandum mitterentur. Sed certè si Christus inuenisset plures, aut pauciores idoneos quàm duodecim; tunc numerus nullum mysteriũ includeret, nec mortuo Iuda curassent subrogare alium in eius locum. Deinde Iudam, qui fuit omnium pessimus, non elegisset; & in ipso situm erat facere bonos & idoneos quotquot voluisset: ergo istos non assumpsit ad Apostolatum, quod essent cæteris aptiores. Nec tertiò potest quis affirmare, hos in eo numero delectos, quòd ad officium prædicationis, ad quod assumebantur, sufficerent: nam turbæ multæ erant, & multæ ciuitates per totam terram Israel, quibus soli satisfacere non poterant: vnde post istos alij septuaginta discipuli designati fuerunt, & missi ad prædicandum: ergo non satis erant duodecim, imò nec omnes simul, quia illis Dominus dixit: *Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israël, donec veniat Filius hominis*; hoc est, non poteritis in omnibus illis prædicare. Dicendum ergo est: Etsi determinata huius numeri caussa non appareat, videtur tamen triplex posse assignari. Prima, ob honorem Apostolorum, quos in quodam gradu dignitatis eminenti constituebat; nullus autem honor maior eo, quẽ quis habet in patria sua, & super conciues suos: cum autem essent Apostoli de gente Iudæorum, quæ in duodecim tribus diuisa erat: istos ergo voluit esse duodecim, quasi habituros potestatem super suos omnes iudicantes duodecim tribus Israël: atq; ita ipsi intellexerunt, putabant enim quòd Christus reduceret decem tribus, quæ erant dispersæ in terram Medorum, & Assyriorum, ad terram Israël, vt essent vnum regnum, sicut esse solebat tempore Dauid, & Salomonis, quorum tempore sicut duodecim Principes tribuum, sub quibus erat tota militia, & potestas Dauidis 1. Paralip. 27. & Salomon habuit duodecim præfectos sup duodecim partes Israel, qui cibos ei subministrabant per duodecim menses anni. 3. Reg. 4. ita Apostoli sub Christo existimabant se futuros duodecim præfectos regni Israel: ideò cum Dominus ascenderet, & ab eis recederet, nondum restituto regno Israel, in quo ipsi possent esse Principes, dixerunt Christo: *Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel*, id est, reduces omnes duodecim tribus in locum vnum. Et in hoc regno etsi crederent se futuros esse Principes, quilibet tamen desiderabat esse maximus: & ideò sæpe contendebant inter se, quis eorum magnus videretur: & aliquando interrogarunt eum; *Quis putas maior est in regno cœlorum?* Id est, quem nam nobis vis constituere maiorem in tuo regno? quod ipsi futurum putabant in terra, tametsi Christus vocaret illud regnum cœlorum; nondum enim intelligebant quæ Christus dicebat. Vnde Iacobus & Ioannes fratres petebant ab eo, vti proximè vnus ad dexterã, alter ad sinistram in regno eius sederent.

Quæ prius igitur tacuerit duodenarij dignitatem Apostolatum numerum

Infra 19. Luc. 22.

Simplicem Apostoli q les sepa ctos ac P cipes Iud rũ sub C sto speran fore.

Act. 1.

Matth. 20. & Luc. 22.

Vnde illa quensiam illos de p mis sedib in regno tentio.

Matth. 2

Secunda ratio.

Tertia ra

Quomod duodeca sunt tan Apostol quindec numerem *Act. 1.*

Secunda ratio, quia Apostoli Principes omnium credentium, & saluandorum, qui significati sunt per duodecim tribus Apocal. 7. futuri erant. Tertia ratio: quia vt in Veteri Testamento omnes propagati sunt ex duodecim Patriarchis, ita voluit omnes filios Noui Testamenti à totidem Apostolis quasi patriarchis spiritali progenie descendere. Quòd si obijcias; Nonne Matthias, Paulus, & Barnabas electi fuerunt? ergo non duodecim, sed quindecim fuerunt. De Matthia dicendum est, non esse vltra duodecim, quia in locum Iudæ Apostoli fuit substitutus: & sic successiuè plures quã

Nõ ideò hos tantum Christum elegisse, quod omnibus essent tunc cæteris meliores.

Matt. 10.

Paulum & Barnabam ad alterius Apostolatus ordinem, quam duodecim pertinuisse.

Primum discrimen.

Secundum discrimen.

Saulus, & Barnabas in quod opus ab Spiritu sancto fuerint assumpti

Gal. 2.

Rom. 1.

Apostoli duodecim quam diu Iudæis verbum Dei prædicauerint: deinde Gentibus.

Act. 13.

Act. 9.

Infra 13.

Gal. 2.

1. Tim. 2.

Tertium discrimen Pauli & Barnabę

duodecim fuerunt Apostoli, simul tamen nunquam fuêre nisi duodecim. Paulus aũt & Barnabas non pertinent ad illum numerum Apostolorum, nec coniunguntur eis, sed sunt Apostoli per se pertinẽtes ad aliud munus Apostolatus, & distinguũtur ab eis: primò in electione, quiá alij fuerunt electi per Christum manentem in carne mortali, vel per alios Apostolos, vt Matthias: Paulus autem, & Barnabas fuerunt electi à Deo, & non à Christo in carne manente, nec etiam ab alijs Apostolis, sed à solo Deo per reuelationem. Vnde Act. 13. dixit Spiritus S. *Segregate mihi Saulũ & Barnabã in opus ad quod assumpsi eos:* & ad Gal. 1. *Paulus Apostolus nõ ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum* (hominem scilicet iam immortalem) *& Deum Patrem, qui suscitauit eum à mortuis.* Deinde non communicabãt in aliquo ministerio cum duodecim, tanquã non essent de eorum collegio: ideò ab initio sic diuisa fuit prædicatio, vt omnes duodecim prædicarent inter Iudæos, Paulus autem & Barnabas solũ inter Gentiles, & hoc de eorum consensu. Hinc Paulus ad Gal. 2. ait: *Et cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis: vt nos in Gentes, ipsi autem in circũcisionem.* Quare Spiritus S. inquit, *Segregate mihi Saulum & Barnabam*, quia erãt separati ad aliud ministerium, videlicet ad prædicandum in Gentibus: ex quo & Euangelium præputij sibi creditum Paulus scribit, quẽadmodum Petrus circuncisionis: *Qui enim*, inquit, *operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis; operatus est & mihi inter Gentes*: & ad Rom. 1. vocat se Apostolum segregatũ in Euangelium Dei; id est, ad euangelizandum Gentibus ab alijs Apostolis segregatum: nam alij omnes Apostoli per duodecim illos ann. quinque manserunt in Ierusalẽ, & in Iudæa, tantummodò ferè Iudæis euangelizarunt: sed exacto illo tempore, cùm Iudæi indignos se redderent verbo vitæ; tunc omnes destinati sunt ad Gentes. Paulus autẽ quamprimum conuersus fuit, cœpit disputare cum Iudæis, & prædicare in Synagogis Iudæorum, & Damasci, & in Arabia, & in Antiochia; at vbi cum Barnaba ordinatus fuit Apostolus, destinatus est ad prædicandũ Gentibus eo tẽpore, quo Petrus, Iacobus & Ioannes vacabant prædicationi apud Iudęos: vnde se vocat Apostolum Gentium, & in alio loco prædicatorem, & Apostolum, & Doctorem Gentiũ in fide & veritate: quẽ titulũ nullus alius Apostolorũ assumpsit. Ad hæc, isti duo differunt à cæteris duodecim: nam illi diuiserunt inter se orbem in quodecim partes, per sortes; Paulo autẽ & Barnabæ nulla sors data est, tanquam non connumerarentur illis, sed totus orbis ipsis cessit, & sic poterant prædicare vbicũq; alij 12. prædicabant: & ita Petrus & Paulus in Italia eodem tempore docebant: nemo tamen 12. Apostolorum ex professo prędicabat in sorte alterius; cum Barnabę & Paulo liberum esset vbiq; prædicare, etiam inter Iudæos. Nã Dominus Ananiæ dixerat Act. 9. *Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomẽ meum coram Gentibus, & Regibus, & filijs Israël:* atque ita isti duo extra numerum 12. connumerantur. Etsi verò 72. missi fuerint ad prædicandum, non tamen Apostoli dicti sunt, quemadmodum priores duodecim; quos solo illo nomine dignatus est Christus Luc. 6. erant etiam inferioris dignitatis quàm Apostoli, & ideò distincto vocabulo fuerunt nominandi.

Ad tertium verò, nomina propria 12. Apostolorum descripta sunt nõ tantùm hoc loco, & Marc. 3. vbi de eorum promotione in Apostolos est sermo, verùm etiã Matth. 10. cum mittuntur ad prædicandũ, & Act. 1. cum post Ascensionem Domini reuersi sunt in Ierusalem, atq; ibi loco Iudæ subrogatus est Matthias, vt impleretur numerus. Hoc autem, vt exprimerentur eorum nomina, factum est, & ad eorum nomen honorificè celebrandũ. Vt enim viri illustres ab omnibus ex nomine cognoscuntur, cæterorum autem de turba, quorum origo & facta obscura sunt, nomina ignorantur: ita qui Deo accepti, & chari sunt, ex nomine cognoscuntur. Vnde Moysi Dominus dixit, *Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine*: Id est, ex hoc potes cognoscere te inuenisse gratiam apud me, quod te nouerim ex nomine, cæteros autem non sic noui: cum tamen omnium nomina nouerim. Nam inter Iudæos, nobiles & Principes ex nomine vocabãtur: quare Num. 16. 250. viri & proceres Synagogæ (qui combusti sunt, quòd incẽsum coram Domino obtulerint) tẽpore concilij per nomina vocabantur; cum cæteri non per nomina propria, sed communi plebis vocabulo accersebantur, id est, omnes de populo Dei: ideò Regum, Principũ, & iudicum nomina ponũtur Num. 1. 2. & 7. Deinde expressa sunt nomina Apostolorũ propter pseudoapostolos, operarios subdolos, & transfiguran tes se in Apostolos Christi, quo liberiùs possent seducere, & nocere, vt dicitur 2. Cor. 11. qui etiam ad Gal. 2. dicũtur falsi fratres, id est, falsi Christiani; nam qui non erant veri Apostoli, nec veri Christiani erãt. Vnde Cyril. super Lucam scribit: *Attende maximam*

Apostolorũ à duodecim.

Act. 9.

Apostolos duodecim alterioris ordinis quàm 72. discipulos Domini fuisse.

Cur nomina Apostolorũ in Euangelio sint posita.

Grati qui Deo sint, & accepti. *Exod. 33.*

Secunda ratio.

2. Cor. 11. Falsi fratres qui. *Cyril. in catena Aurea S. Thom. tom. 15*

ximam Euangelistæ sedulitatem: non solum dicit electos fuisse sacros Apostolos: imò nominatim eos enumerat: ne quisquam audeat alios inscribere Apostolorũ catalogo. Sic ille. Cætera, quæ ad nomina propria, & cognomina Apostolorum spectant, & cur Christus nomina quibusdam noua imposuerit, eorumq; ordinem inter se, cùm ad missionem eorum peruenerimus, tractabimus.

Cur Iudam Iscariotem, quem nouerat Christus proditorem futurum, Apostolum elegit.

Ad quartũ, minimè dicendum est, vt quidam imperitè, & indignè de Deo, & Christo cogitant, Iudam electũ ab æterno fuisse à Dño, vt proditionem efficeret; nam de tanta Dei bonitate, qui vult omnes homines saluos fieri, & nihil odio habet eorum quæ fecit, hoc nefas est sentire. Horrẽdum est etiam, flagitium Iudæ esse à Deo asserere, sicut est omne bonum opus quod facimus, cũ tamen dicat Dauid: *Non Deus volens iniquitatem tu es.* Et si ipse Dñs incitauit ad proditionem, cur ergo querebatur per Prophetã: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq; tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, &c.* Et cur illi dixit: *Amice, ad quid venisti? Iuda, Osculo Filium hominis tradis?* Hoc autem insanum dogma, quod Lutherus tuetur, confutauit egregiè Leo I. Papa in 2. concil. Arausicano cano. 25. sub fin. his verbis: *Aliquos verò ad malum Diuina potestate prædestinatos esse, non solùm non credimus; sed etiam si qui sunt, qui tantum mali (de Deo scilicet) credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus.* Hæc ille. Non est igitur proditor Iudas ad peccatum proditionis electus; imò potiùs non solũ ad Apostolatũ, sed etiam ad vitam æternã, quod ad Deum attinet, si ipse voluisset, & fidẽ, ac pœnitentiam amplexatus fuisset, electus. Hinc Io. 6. Dominus ait: *Nõne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Quanquã hic locus quia de duodecim tantùm loquitur, sicut & ille: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, &c.* de functione Apostolica, & de electione ad Apostolatum loquatur, quemadmodũ Io. 13. Dñs Iudam exclusit ab electione, cũ ait: *Non de omnib. vobis dico: ego scio quos elegerim:* vbi apertè de electione certa & efficaci prædestinatorum mẽtionem facit, non de illa, qua omnes in communi sorte, & sub conditione ad vitam æternam eliguntur, & vocantur. Proxima est his Caianorum hæreticorum impietas, in quos scribens Epiphanius, refert, Euangeliũ Iudæ proditoris in pretio ab eis habitum, & in eo laudatum Iudam, quòd cum nosset per Christi mortem mundum redimendum, festinauerit proditionẽ, vt nobis salutem pareret: quod dogma tam impium recitasse, confutasse sit.

Prima ratio, Lutheri scilicet, impia atque blasphema. *1. Tim. 2. Sap. 11. Psal. 34.*

Matt. 26.

Leo I.

Ad quid fuerit electus Iudas.

Ioan. 6.

Infra 13.

Locus ille: Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim, quo sensu sit accipiendus.

Secunda ratio electionis Iudæ ad apostolatum, Caianorum scilicet, per se ipsa damnabilis, & impia.

An verò semper fuerit malus & fictus in Apostolatu, cõtrouersum est. Episcop. Abulensis post Augustinum affirmat, eum semper fictum, & hypocritam fuisse: quia Ioan. 6. dicitur diabolus, & Ioã. 12. *Fur erat, & loculos habens, &c.* Et, *Non pertinebat ad eũ de egenis:* Dixit fur, & non furãs, & erat, non fuit: vt habitus furãdi, & exercitium denotaretur. Atque ita electum, vt implerentur Scripturæ, vt dicitur Matth. 26. & Ioan. 13. Fuerat enim de eo prænuntiatum: *Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem:* & Christus dixit: *Qui intingit mecũ manũ in paropside, hic me tradet.* Deinde, cùm Christus esset Iudæis tradendus, nec eũ auderent publicè capere propter metum populi, opus fuerit nocte eum comprehendi. Et cum Christus in vrbe nõ dormiret, sed foris in agro, nemo poterat ita rectè scire locum, in quo manebat, nisi aliquis ex discipulis, qui cũ eo erant, detegeret. Vnde Iudas dixit. *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eũ tradam;* In quo innuebat, quòd non erat facilè Iudæis illum capere, quippè aliàs frustra se obtulisset ad prodendum, nec pretiũ postulasset, nec Iudæi polliciti essent illi pecuniã, nec ministri missi ad tenendũ eum, secuti fuissent Iudam tanquam ducem, nec diceret textus, *Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cũ discipulis suis:* vbi videtur quod alij nesciuissent locum, nisi Iudas ostenderet eis. Ministri quoque Iudæorum non benè agnouissent Christum, maxime per noctem, nisi Iudas dedisset eis signum osculi. Tertiò, vt Christus voluntariam mortem pro nobis assumpsisse videretur; cũ illam præsciuerit, ac vitare potuerit, & proditorem non ignorauerit, nec illum rogauerit ne proderet. quartò, vt in exemplum summa illa Christi mansuetudo & lenitas patesceret; & instrueret nos, vt si quando necessum fuerit cum reprobis conuersari, eos patienter toleremus. Vnde August. lib. 18. de ciuit. Dei. c. 49. *Elegit,* inquit, *discipulos, quos & Apostolos nominauit, humiliter natos, inhonoratos, illiteratos: vt quicquid magnum esset, & faceret, ipse in eis esset, & faceret. Habuit inter eos vnum, quo malo vtens bene, & suæ passionis dispositum impleret; & Ecclesiæ suæ tolerandorum malorum præberet exemplum.* Hæc August. Etsi ergo Christus sciret, se ab eo tradendum, non tamen incitabat eum ad tradendum, sed potiùs quantum in se erat, reuocabat verbis quibusdam generalibus ne eum traderet, quasi sagittis quibusdam cor pungens, & dolens de eius proditione: sicut de Ierusalem imminenti excidio dixit; *Quoties volui congregare filios tuos, quem-*

admodum

admodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti?

Cur Iudam Christus minimè impediuit, ne proditionem incurreret.

Dices; Nonne poterat Christus eũ ab hoc scelere diuertere? Poterat, si voluisset, sicut poterat mortem euadere, qui tñ mori venerat: sed Christus nõ debuit agere omnia quæ poterat: nam sic nemo peccaret, nemo periret, imò qui perierunt, seruarẽtur: Detamen non voluit agere quicquid potest, qa tunc frustra esset in eo iustitia, & sat fuit in eo potentiæ. Egit ergo Christus cum Iuda non quicquid absolutè potuit, nam ita etiam nunc eum posset saluare; sed quantũ æquum & decens erat iuxta sapientiam, & iustitiam eius, & quantũ conueniebat operari cum creatura libero arbitrio prædita.

Iudam initio bonum fuisse, dicentiũ rationes satis idoneæ & probabiles. *Psal 54. Matth. 27.*

Alij verò volunt Iudam ab initio bonum fuisse, & sincero corde Christum secutum: vnde apud Prophetam vocatur homo vnanimis, dux meus, & notus me⁹, & qui in domo Dei ambulauit cum consensu: posteà tamen temporis progressu corruptum, primò quidem ex auaritia furtum designasse. Deinde in Domini proditionem incidisse. Postremò desperatum laqueo se præfocasse. Iuuat etiam hanc sententiam, quòd à certo tempore dicitur introijsse Satanas in cor eius, vt habes Ioan. 13. cum abiturus esset ad prodendum illa nocte, & Luc. 22. cum per biduũ antè abijsset ad concilium Sacerdotum, ac Pharisæorum, vt polliceretur proditionẽ, ac pacisceretur de pretio: ergo ante illud tempus nondum intrauerat in eum Satanas: erat igitur cæteris anteà nõ impar; sed sua libertate cecidit, qua & resurgere post casum Dei gratia potuisset, si voluisset, nec in desperationem incurrisset. Sic etiam perire potuerunt omnes Apostoli, si, postquam Christum relinquendo peccauerũt, hoc etiam addidissent: eiusque prædicationem suscipere noluissent: ab hac autem noxia cadendi libertate suos Apostolos liberauit Iesus, confirmans eos tandem in gratia. Atque ita non semper malus extitit Iudas: quod mihi probabilius videtur. Nam & Nicolaus ille vnus è septem diaconis, qui in hæresin à se conditam, & dictam Nicolaitarum, degenerauit, ab initio, omnium historicorum consensu, bonus fuit, quanquam præcognitus à Spiritu sancto, quòd esset à gratia excisurus. Electus ab ipso Deo fuit Saul primus Iudæorum Rex, ipso Saule nihil ista cogitante, imò præ modestia domi delitescente: sed quia posteà non seruauit q̃ præcepta ei fuerant, pœnituit Deũ, vt ait Scriptura, quòd Regem illum constituisset: si quis ergo existimat se stare, videat ne cadat: & qui cecidit, adijciat, vt resurgat: quod facere Iudas poterat, si ad misericordiam potiùs Dei, quàm ad laqueum accurrere voluisset. Prætereà confirmat hãc sententiam, quod cũ Christus sua voluntate & beneplacito ministros Noui Testamenti cõstituerit, certè sua electione ex indignis, & ineptis, dignos & aptos reddidit; ne sanctũ canibus, aut margaritas in porcos proijceret. Et ideò in persona Apostolorũ Paulus dixit; *Idoneos nos fecit ministros Noui Testamenti, non literæ, sed spiritu:* ergo diuinę bonitati, & Iesu Christo, à quo accipitur gratia, & Apostolatus repugnat, vt Iudas ab initio electionis omnis diuinę gratię expers extiterit. Admonemur autem, ne simus negligẽtes: quia qui se peccato prodit, ne Christi quidem societate interdum releuatur. Addit autẽ Euangelista, Iudã Iscariotẽ qui fuit proditor, siue qui & tradidit eũ: quod dictum per anticipationẽ accipito, nondũ enim eo tempore quo eligebatur, prodiderat, sed bene tempore quo scripsit Euangelista. Deinde ad differentiam alterius Iudę, de quo paullò antè dixit, *Iudas Iacobi,* ita Iudas proditor ad differentiam alterius Iudę. Ad hæc, vt alij Apostoli omnes boni designentur, de quibus: *Vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis: Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim.* Et, *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis.* Vbi semper excipitur Iudas: quod neq; mundus fuerit, nec à se electus, nec permanserit in tentationibus eius, vt alij. Ad hæc, vt doceremur, Ecclesiam generaliter sumptã ex bonis, & malis, bene credentibus, & hypocritis constare, & vix aliquam societatem adeò sacrosanctam existere, vbi in ea aliquis proditor non inueniatur: neq; paucos malos, aut apostatas iure posse, aut debere congregationes sanctas contaminare. Sed quẽadmodum corrupti humores corporis bonam constitutionem perturbantes, expellendi sunt, vt redeat bona valetudo: ita Deus Iudã collegij Apostolici pulchritudinem fœdantem tandem expulit, quemadmodũ hypocritas, & corde apostasiæ crimen designãtes, religiones in arctiori vitæ instituto degentes, non aliter quam mare cadauera à se ipsis tandem expellunt. Caueat igitur qui in religione agit, ne mores Iudæ imitetur, aut auaritiam in corde suo regnare permittat, ne similis vitæ exitus, & horrendus illi contingat. Curet autem diligenter, vt charitatẽ diligat; paupertatis thesaurum amplectatur; vinculum pacis, & vnitatem teneat: quo cum Apostolis in æterna vita regnare valeat, auxiliãte Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu sancto sit omnis laus, gloria, & imperiũ in secula seculorum, Amen.

Nicolaus ad tuenda Antiochenus, diaconis è septẽ vnus, initio & ipse bonus fuit. *Act. 6. Apoc. 2. 1. Reg. 10. Ibid.*

Cur cecidit infelix Iudas.

Matth. 26.

Infra 13. & seq. 1. Cor. 10.

Tertia ratio.

Matt. 7.

2. Cor. 3.

Iudæ casus miserabilis quid doceat nos.

Euangelistæ cur apponãt illud: Qui & tradidit eum

Secunda ratio, & tertia. *Ioan. 15. Supra 13. Luc. 22.*

Quarta ratio

Quo modo Christus, & quare Iudam ex Apostolico cœtu proditorem eiecit.

Religiosis quid cauendum exemplo Iudæ.

QVARTI LIBRI SECVNDA PARS.

TRACTATVS I.

Incipiunt historiæ secundi anni prædicationis Christi: quæ etiam reuera complectuntur præcedentem historiã de Apostolorum electione.

In verba Matt. 11. *Ioannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi; mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis, Euntes renuntiate Ioanni quæ auditis & viditis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, &cæt.*

Historiæ series, & ordo.

ABsoluimus hactenus, Christo nobis bene fauente, primam partem historiæ narrationis vitæ Christi Domini; quam proximè sequitur iuxta temporis seriem, sermo ille celebris, & nominatus, quem in monte Dominus habuit, cuius explanatio libro peculiari cõtinetur: nunc vt quod instat, agamus, post illum sermonem descendit Dominus de monte in Capharnaum. Ante cuius ingressum, vt suo loco latiùs explicabitur, leprosum ad se venientem, & sanitatẽ deprecantem curauit; deinde verò seruum Centurionis à paralysi liberauit: inde profectus in ciuitatem Naim, filium viduę mortuum vitæ restituit. Vnde admirati omnes, dicebant; *Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.* Subinde subdit Lucas: *Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem. Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnib. his. Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes: & misit ad Iesum, dicens; Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* & reliq. Ex quo constare potest, ordinem temporis in hac enarranda historia Lucam seruasse. Matthæus verò hoc ipsum cap. 11. post missionem Apostolorum ad prædicandum, narrat; sic tamen, vt non significet ordinem necessariũ cum præcedentibus, quemadmodum Lucas facit. Nec obstat, Christum respondisse inter alia, *Pauperes euangelizantur*: vt inde colligatur, hãc historiam consecutam fuisse missionem Apostolorum ad prædicandum: nam in ea missione pauperes Apostoli euangelizabant. Sed dici potest, verbum euangelizandi, quod Græcè est medium, hic non actiuè, sed passiuè accipi: vt sit sensus; pauperes libenter audiunt Euangeliũ: & quanquam actiuè esset accipiendum, dici possunt Apostoli euangelizare, quia iam promoti erant ad Apostolatum, & designati, ac quodammodò candidati ad prædicationem. Christus etiam in eo loco, sicut de signis à se, & non ab Apostolis editis loquitur: ita etiam de euangelizandi munere in sua persona ad pauperes facto. Miracula verò, quæ Matthæus cap. 8. post sanatum seruum Centurionis subiecit; non narrantur cum ordine ad superiora: quia multa illorum ante sermonem in monte habitum contigerãt, vt superiùs est annotatum: narrantur tamen à Matthæo post sermonem, ob id, vt videtur, vt multis miraculis Christi doctrinam ante omnia miracula à se descriptam comprobaret legentibus. Et de ordine hæc dicta sint satis. Præmittit ergo B. Lucas, editum miraculum suscitati adolescentis diuulgatum esse vbique, erat enim res admiratione digna, & qualem in veteri populo Iudæi nunquam audierant: nam etsi à Prophetis aliquot mortui sint suscitati; at qui solo verbo, ac propria virtute hoc fecisset, legerant nunquam; & ideò de Christi potestate magis admirabantur. Sapientibus etiã huius mundi minimè possibilis videbatur mortuorum suscitatio: vt cum de nostris dogmatibus loquentẽ Paulum audirent, Athenienses ferebant quidem patienter: vbi verò mentionem resurrectionis mortuorum faciebat, irridebant, & orationem intercidebant: vt habes in Actis. Hæc autem fama peruenit etiam ad discipulos Ioannis, qui facta Christi magistro suo in carcere detento retulerunt: vnde ait Lucas, Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Quo animo retulerint non satis ex Euangelio, accipitur: illud constat ex alijs locis, Ioannis discipulos subinuidisse successui rerum, quæ gerebantur à Christo, ac nomini eius indies magis ac magis inclarescenti, & magistri sui, de quo præclarè sentiebant, gloriam obscuranti; & propterea referebant ad Ioannem; quemadmodum Ioann. 3. inuidebant Christo, quòd plures baptizaret, quàm Ioannes: & Matth. 9. eadem animi ægritudine laborantes, dicebant; *Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter; discipuli autem tui non ieiunant?* Ioannis enim discipuli eum vsque ad sepulturam secuti sunt, vt patet Matth. 14. & ab eo modum ieiunandi præscriptum habebant, & rationem orandi Luc. 5. & certam precandi regulam, vt Luc. 11. Quod ergo Matthæus ait: *Quum audisset Ioannes in vinculis opera Christi*: intellige à discipulis suis, vt Lucas exponit. Addit Matthæus, *in vinculis*. Vbi aduerte, sanctos Dei viros plerunque in vincula coniectos, vt Ioannes hic, & Petrus Actor. 12. & Paulus, qui in vinculis sæpè gloriatur: exuli Ioanni reuelatur Apocalypsis, & vincto Iosepho visiones somniorum, & tyranni non possunt sanctis adimere diuina, vt visiones, & Dei verbum, sed quæ pituita, vel febris, vel scorpius sæpe auferunt, hoc est, vitam, & fortè tunc magis proficit, quam dum liber prædicabat Ioannes, atque hæc sustinuit vincula, vt libertus esset Christi; & vt discipuli eius, imò omnes à veris vinculis erroris, & peccati absoluerentur. ¶ *Opera Christi.* Id est, quæ tùm verbo, tùm facto operabatur per seipsum, & quæ ipsum esse Messiam ostendebant, quia ad Dei gloriam vnius illustrãdam; cui non se præferebat, vt Antichristus faciet, & Deus Manichæorum faciebat, sed vt se vnum esse cum Deo ostenderet, edebat; & ab omni errore in Dei cultu auocabat. *Videte*, inquit, *quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me.* Hinc Esaias in persona Messiæ loquitur: *Dabo in Sion salutem* (signorum nempe vtilium) *& in Ierusalem gloriam meam* (id est, gloriam meæ misericordiæ notam faciam) & quæ Apostoli fecerunt, pars eorum sunt, quę per eos Christus effecit: quemadmodum dux plus per milites, & exercitum suum, quam per se operatur: etsi animi celsitudine eos excellat, vt Christus nos infinito suo amore, & gratia antecellebat. Salus autem & gloria, misericordia est: nam potentia & iustitia olim ostensa sunt, nunc autem bonitas, & misericordia ad nos alliciendos, & ad amorẽ prouocandos detegenda erat. Quemadmodũ autem Deus gloriam suam in operanda salute nostra spectat, ita nos dum illustrandę Dei gloriæ incumbimus, salutem nostram nos operari intelligamus.

Mittens duos de discipulis suis. Duos misit ob decentiam, & qui magis zelabant pro eo: quia in ore duorum vel trium stat omne verbũ: vt testes esse possent contra multos incredulos alios discipulos, quemadmodum olim Iosue & Caleb ad explorandam terram missi, contra multos incredulos, atque Terræ promissionis detrahentes contestati sunt. Vera enim Dei Ecclesia nõ est in præsenti semper sita multitudine: verùm in continuatione potiùs & successione cum maioribus minimè interrupta. Ad hæc duos emisit, in figuram duorum populorum, teste Ambrosio lib. 5. in Lucam, tomo quinto. ¶ *Ait illi, Tu es qui venturus es* (vel erat) *an alium expectamus?* Diligenter est inuestiganda mens Ioannis in hac interrogatione.

Quę Matth. c. 8. habentur miracula, mini seruni in mon cur subiec Euangeli

Cur Lucas hij vidue citationem præponat huic histo Luc. 7. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Mortuus suscitatus cur stupe da Iudæis, que Gen semper eft.

Act. 17.

Discipuli annis q ipsi retu rint Iesu na quæ fa ciebat.

Ioan. 3.

Matt. 9. Ab Ioanne quid dice rint eius di cipuli.

Sancti qui fuerint in culis teste Scriptura, uinis proa de visioni bus illustr

Quo ordine Lucas, quo Matth. hanc desciebant historiam de Ioanne.

Illud; Pauperes euangelizantur, quomodo accipiendum sit.

Matth. 8.

Luc. 7.

Gen. 40. & seq.

Ioannes cur esset in vinculis.

Idem quæ audierat in vinculis opera Christi. 2. Thess. 2. & seq.

Deuter. 32. Quam datus erat Christus salutem in Ierusalem gloriam suã, teste Isaia. Isa. 46.

Alia Iudæis olim, alia nunc Deus Christianis opera ostẽdit

Ioãnes quare duos misit discipulos ad Christum Deut. 19. Num. 14.

Altera ratio.

Ambr.

Primò ergo non videtur rationi consonum, asserere Ioannem hæsitasse amisso Spiritu Sancto, an Iesus sit Messias, vt Tertullianus dixit libr. 4. in Marcionem: Hieronymus verò hoc loco tomo 9. in principio, & Beda libro secundo in Lucam, scribunt Ioannem dubitasse, num Christus Filius Dei moriturus esset pro humani generis salute, & ad inferos descensurus: an verò alium ad hæc Sacramenta missurus. Sed certè hæc veritati niti non videntur. Nam Ioannes Spiritu Sancto plenus fuit, atque ab eo confirmatus in vtero matris suæ: nec peccatum vllum fecit, quo Spiritum vel extingueret, vel contristaret: sed ea sanctitatis opera perfecit, quibus dona Spiritus cumulatiora, vberioraque indies promerebatur. Nec disputationibus medendum est his, quæ contra Fidem insurgunt, tentationibus: sed acri reprehensione & obiurgatione est agendum: quemadmodum honesta & pudica mulier contra lasciua verba adolescentis solicitantis ad peccatum non disputatione, sed graui reprehensione vtitur.

Primus sensus huius loci: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? *Tertull. 2. part. Hieronym. Beda tom. 5.*

Prætereà Christus Ioannem hic magnis laudibus extollit, & celebrat: non autem laudatur: qui Spiritum per incredulitatem à se repulit. Tentatus ergo veriùs, & tentatione victus Tertullianus, in erroresque fœdus prolapsus fuit, tam doctus alioquin & acutus Doctor, vt omnia magna ingenia sibi propterea timere debeant, & viæ potiùs regiæ sacrosanctæ Ecclesiæ, quæ Spiritus Sancti magisterio nũquam destituitur, quàm suo alioqui perspicaci & acerrimo ingenio nitantur.

Ioannem Baptistã Christi fidem nũquam amisisse, vel ex parte. *Luc. 1. Ephes. 4. 1. Thess. 5.* Tentationes contra Fidẽ quomodo curandæ.

Deinde non videtur sensus literæ congruus, interrogasse eum, an Iesus moriturus esset, & ad Limbum descensurus, vt eũ ibi etiam præueniret, & eius annuntiando aduentum ageret Præcursorem: vt exponit Gregorius Romanus in homilia huius Euangelij, & ante eum Eusebius Emyssenus in homilia in præsens Euangelium.

Secundum argumentũ.

Primò quia violentum est, descensum Christi ad infernum, vocare aduentum, quod solùm de primo, vel secundo aduentu Messiæ à magnis viris explicari solet.

Deinde & mortem & descensum ad sanctos Patres Ioannes, qui plusquàm Propheta erat, optimè sciebat, vel ex ipsis Scripturis, si cæteri Prophetæ hæc non ignorarunt mysteria: nam Dauid dixerat: *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem*: & rursus; *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*; Et Zacharias; *Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo*

Secundus sensus, qui quidem etiã refellitur.

Greg. hom. 6. li. 40. hom. super Euangelia, tom. 2. Christi descẽsum ad inferos non esse aduentum: neque illum Ioannem Baptistam ignorasse.

Secunda ratio.

Psal. 67. Ephes. 4. Psal. 15.

Zach. 10.

Ioan.1.

non est aqua; & Ioannes ipse Christum agnũ Dei tollentem peccata mundi prædicabat; quibus verbis morituru illum non obscurè indicauit.

Tertia ratio.

Tertiò si ille esset sensus, Domini responsio ad rem non fuisset; signa enim illa, quæ recensetur; *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur:* ad aduentum Christi confirmandum, non ad descensum eius ad sanctos Patres, qui in Limbo erant, dicta sunt, & in sacris Scripturis consignata. Maximè verò ad rem minimè fuisset, quod vltimo loco dixit: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*, nam hoc nihil ad descẽsum Christi ad inferos. Et præterea Ioannes modestissimus, si vocatus non fuisset, non se ingereret vt fieret præcursor Christi in spiritu descendentis ad Limbum, quemadmodum nec se ingessit ad præcurrendum Christum veniẽtem in carne. Nec dici potest, Ioannem constanter credidisse, Christum efficacia virtutis suæ infernum penetraturum, atque inde Patriarchas erepturum; sed dubitasse, an secundùm animæ substantiam esset inferos aditurus: quod, teste Theophylacto, Gregorius Theologus improbat, affirmans scisse Ioannem, quòd Iesus ad infernum cum anima esset venturus, vt illic saluaret credentes. Postremò hos sensus, vt ridiculos, & falsos, longo sermone Chrysostomus homilia trigesima septima, & 38. & Theophylactus ac Euthymius breuiter insectantur. Atque ita hic sensus non videtur ad literam congruere; quanquàm ludendo mysticè, & anagogicè locum aliquem habere possit; tum quia veritati consonus est; tùm quòd à sanctis Patribus traditus.

Confutatur & hoc dictũ: Christum in anima ad inferos descensurum dubitauit Ioãnes. *Theophyl.*

Quarta ratio, ab autoritate Patrũ. *B. Chrysost. tom. 2. Theophyl. Euthy. ca. 20. in Matth.*

Ad hæc non videtur mens Ioannis, quòd per interrogationem, discipulorum conuersionem ad Christum tantùm quæreret: non enim duos tantùm misisset, sed omnes quotquot habebat; & Dominum seorsum à turba fuissent allocuti; & Christus nihil ad turbam seorsum de Ioanne dixisset, sed seorsim domi illos instruxisset, quemadmodum Andream, & alium quendã, cùm dixit, *Venite, & credite.*

Tertius sensus verborũ Ioannis: Tu es qui venturus es, &c. ineptus & ille.

Ioan.1. Quartus sensus, qui recipitur, & probatur.

Mens ergo Ioannis videtur fuisse, munus suæ præcursionis gloriosæ concludere, ne quantum ad alios in vanum cucurrisset, ex qua felici conclusione consequi voluit reprehensionem malitiæ Pharisæorum, Dominum, atque eius doctrinam respuentium, veram extitisse. Volebat etiam tolli scandalum infirmis suis discipulis atque incredulis, qui stulto zelo pro se certabant: cùm enim apertis verbis testaretur se longè inferiorem Iesu; ipsi hoc magis tribuebant eius humilitati, quàm veræ confessioni: ideò hanc falsam confessionem animis illorum eximere voluit, vt tam ipsi, quàm turbæ, & posteri omnes in fide hac, quòd Iesus sit verus Messias à Deo promissus, ædificarentur. Hieronymus hoc loco hunc sensum indicat. *Non quasi ignorans*, inquit, *interrogat, ipse enim cæteris ignorantibus demonstrauerat, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; ac Patris vocem audierat intonantis, Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: sed quo modo Saluator interrogat vbi sit positus Lazarus, vt qui locum sepulchri indicabant, saltem sic parerentur ad fidem, & viderent mortuum resurgentem: sic & Ioannes interficiendus ab Herode, discipulos suos mittit ad Christum, vt per hanc occasionem videntes signa atque virtutes, crederent in eum, & magistro interrogante sibi discerent.* Hæc ille. Et cùm duo insint fidei, nempe interna promptitudo & propensio ad credendum, quam Deus infundit: alterum determinatio obiectorum quæ fide sunt profitenda, & corde credenda, & hæc determinentur per Ecclesiam, rectè Ioannes discipulos misit ad Christum, vt se dicenti, & operibus contestanti Messiam crederent, sicut Cornelium Centurionem ab Angelo commendatum, & ad credendum propensum dono Dei misit ad Petrum, vt ab eo disceret quæ credenda erant. Conclusio ergo, siue extremus actus suæ legationis hic erat, vt postquam ipse verbo & vita paranymphum Iesu egerat, negans se esse Sponsum, & Iesum ipsum esse affirmans; optabat, vt ipse iam maior Ioanne etiam fama, & opinione apud homines, assereret & confirmaret, se esse Ecclesiæ Sponsum: sic enim ipsum matrimonium non solùm per se, vt per procuratorem, constaret esse promissum, sed etiam per ipsum Sponsum consentientem, exhibentem. Sic enim inquit; *Qui habet sponsam, Sponsus est: amicus autem Sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem Sponsi.* Dicitur gaudio gaudere, quia præsens erat ipsi Christo: & vocem Sponsi vocat, qua assensum præbuit nuptijs, & se Sponsum declarauit. Ex hoc autem deinde consecutum est, Ioannem veridicum fuisse Prophetam, & benè currentem ante Messiam, & asserentem veritatem, quam Christus hodie signis confirmauit.

Ioan.1. & Deut. 18.

Vnde hæ Ioãnis interrogatio Hieron. nihil pr dubij c nere.

Matt.3. Ioan.10. Quæ dae sit fidei. *Act.10.* Ioannis curtio rit term da. *Ioan.3.*

Amicus Sponsi Ioannes quare gaudio gaudebat ad vocem Sponsi, vt se dixit.

Tertiò Pharisæorum malitia hac ratione reprimebatur: nam etsi primò infensi essent Ioanni, spernentes eius baptismum, & dicentes: *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus?* quia nolebant ab eo gloria excedi: postea tamen videntes Christum Ioannem gloria anteire; tunc Ioanni contra Christũ adhærebant, quemadmodum discipuli Ioannis illis Pharisæorum erant coniuncti, Christum, quasi ex inani gloria in Ioãnem ageret, calumniabantur. Quam ansam & occasionem, vt tolleret Iesus; primo quidem anno, id est, à primo Paschate, Ioan. 2. post suum baptismum, ad secundum vsque, nondum tradito Ioanne, priuatim egit; nam diuerso loco ab illo Ioannis manebat, nec prædicauit Iudæis, nisi obiter Samaritanis; signa tamen edebat, vt discipulos congregaret, quandoquidem vita eius nõ erat ita austera; & vt prædicationem Ioannis de se probabilem redderet. Ne tamen Pharisæi calũniarentur ex inuidia Ioannem eiusque prædicationem videretur velle obscurare, secedebat, neque prædicabat, donec Ioannes traditus est in vincula, Matthæi capite decimoquarto, id est, ad secundum vsque Pascha post baptismum, à quo vsque ad tertium Ioannes fuit in vinculis. Atque eo anno Christus per se, & per discipulos euangelizabat, signa edebat, & multo quàm Ioannes, nomine erat celebrior: qui mittens ad Christum, ab eoque exigens testimonium, quod ipse prædicabat, non esse inter ipsos zelum, & inuidiã, sed concordiam, planè ostendebat, seque optare, sicut & sanctissima Deipara optabat, vt Iesus manifestam exhiberet gloriam suam. Occluditur etiam illis os: nam vincto Ioanne pro eorum voluntate, & illo mortuo, si Iesus non acquiesset, seque Messiam declarasset, dixissent nos hoc illi imposuisse.

Eam Christ quomodo de cinauerit.

Quãdio Christus non prædicauerit, aut signa coram Iudæis ediderit.

IV. ratio.

Quartò, discipuli Ioannis, qui magistrum ex humilitate se Messiam negare putabant, & Iesu id tribuere, signis docentur, vtrumque verum esse, & Iesu esse adhærendum, non beato Ioanni: quamuis hoc est summum exemplum, ne velimus sapere plusquam oportet sapere, addicẽdo nos magistris, & in eorum verba iurãdo. Nam multi discipuli Ioannis potius sectam per se condere, quàm Christo adhærere volebant: vnde vna cum Pharisæis in Christum conspirabant.

Rom.12. Discipulorũ Ioannis superbia.

V. ratio.

Quintò, turba eodem errore liberabatur, & sine vlla inuidia, imò Ioannis Baptistæ cum laude, dicam etiam cum maiori quàm esset ea, quam turbæ illi tribuebant: quandoquidem turbæ nebulones, & seductores, nedum Ioannem putarunt esse Messiam, illosque pro talibus acceptarunt.

Act.5.

VI. ratio, à

Sextò, posteri magnum emolumen-

tum huius quæstionis beati Ioannis nos capimus; accipimus enim ab ea, Iesum verum esse Christum, quod est nobis æterna vita; Ioannem verò eius esse Præcursorem, quod etiam est valde conducibile. Nam in primis discimus in operibus nostris spectare, non propriam, sed Christi gloriam, vt Ioannes fecit, & vt legitimi pulli aquilæ rotam Solis splendidã in se ipsa suspicere: vnde Ioan. neque gloriã propriã quærit, & fatetur non posse se suis persuadere, Iesum esse Messiam, nisi ipse Christus id suadeat.

commodis, & vtilitatib. *Ioan.17.*

II. vtilitas.

Deinde docet bene finire, quæ bene cœpta sunt opera, à Christo finienda, & consummanda; & suos discipulos ab eo corrigendos, tradendo, bonaque initia, progressus, & finem per Christum solum nos assequi: idcò cùm exorditus est præcursionem suam, de illo dicitur: *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto*: & quæ sequuntur. Adfuit veritas, cùm progressu temporis testatus est. Hic etiam aderat Christus, cùm finem suo muneri imposuit.

Luc.3.

III. vtilitas.

Docet præterea in extremo vitæ tempore fidem suam profiteri, quemadmodum moribũdi symbolum Apostolorum recitant: meliusq; multo est, vt à Deo bonum nostrũ, quàm à nobis pendeat, modò quod in nobis situm est, præstemus.

Quarta & postrema vtil.

Denique docet, vti Ioannem imitantes, à nostris verbis & operibus etiam sanctis ad maiora Christi, & excellentiora, & quæ nostri boni causa sunt, accurramus. Atque hæc dicta sint ad explicandum scopum interrogationis Ioannis per discipulos factæ, nunc verba expendenda.

Quid est dicere: Tu es qui vẽturus, &c.

Tu es, qui venturus es? hoc verbum, *venturus es*, imposuit prioribus quibusdã putantibus Ioannem de futuro aliquo aduẽtu interrogasse, qui nondum esset impletus; cùm tamen sit sensus, *Tu es, qui venturus es*, id est, qui describitur vt venturus à Prophetis, & multo ante expectatus es à patribus, Græcè ὁ ἐρχόμενος, hoc est ille, qui futurum est vt veniat, siue qui venire debet iuxta Prophetarũ vaticinia. Simili loquendi ratione paullò post dicitur de Ioanne: *Ipse est Helias, qui venturus est*, id est, qui describitur, vt vẽturus apud Malachiam: non enim tunc erat venturus Ioannes, cùm hæc Saluator loqueretur, sed iam venerat, quemadmodum nec Christus venturus erat cùm interrogatus fuit à Ioanne. Nisi dicamus, illum loqui de publico introitu, quem facturus erat in Dominica Palmarum, & venturus erat absoluto Dei decreto. Quasi diceret; Tu ne es ille, qui est omne, & incomprehensum bonum, qui es

Malach. vlt.

Alter sensus.

Matt.21.

Ioan.2.8.9. Ioan. expr. ac prioru expectatio, qualis erat.

salus, vita, & lux mundi? ¶ *An alium expectamus?* Ego scilicet Ioannes, & alij pij viri, qui erãt in expectatione Messiæ: & his verbis apertè se Messiam esse negat. ¶ *Et respõdens Iesus, ait illis: Euntes renũtiate Ioãni quæ audistis & vidistis.* Lucas clariùs hoc respõsum proponit, dicens: *Quum autem venissent ad eum viri, dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis, & plagis, & spiritibus malis; & cæcis multis donauit visum. Et respondens, dixit illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis.* Lucas fideliter discipulos Ioannis interrogationem Christo proposuisse recensetˢ, nihil illi addentes, nihilque detrahentes; quod fideles arguit legatos. Cùm non ignoraret Dominus, cuius rei gratia Ioannes ad se hanc legationẽ misisset; ideò prudenter non respondit ad quæstionem, affirmando, vel negando, sum ille, qui venturus eram, vel non sum; sed progreditur ad miraculorum operationem corã ipsis: nam si verbis respondisset, tantundem fecisset, quãtum Ioannes apud eos effecerat. Nam vt ingenuè fassus est se non esse Christum, quod tamen discipuli humilitati magistri tribuentes non credebant; ita si Christus dixisset se Messiam in lege promissum, minimè hoc credidissent discipuli Ioannis, sed adscripsissent hanc quam tulit confessionem arrogantiæ. Voluit ergo Dominus operibus magis, quàm verbis suam declarare virtutem: quemadmodum Ioan.5. dicebat: *Ego habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea; ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.* Et cap.10. *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio: etsi mihi non vultis credere, operibus credite.* Proinde factis miraculis, dixit ad Ioannis discipulos: *Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis:* quasi dicat; Non opus est longo verborum tractu, vobis vt persuadeã, quis, aut qualis ego sim: non potestis negare, quæ à me fieri oculis vestris vidistis, an tale quid vnquam à Ioanne vestro factum est? an ille vnquam cæcos, claudos, leprosos ab infirmitatibus suis liberauit?

Discipulorũ Ioãnis quos miserat ad Christum, legatio fidelis.

Quare Christus factis magis quam verbis, se dixerit esse Messiam.

Ioan 5. Quod haberet Christus testimonium maius Ioãne.

Ioan. aapt. in quo potissimũ Christo erat inferior. *Ioan.10.*

Ite ergo, & renunciate hæc ipsa opera mea Ioanni magistro vestro: & ille vtique docebit vos quid opera mea velint. Audistis enim nunquã sic locutum hominẽ fuisse: vidistis opera quæ nemo alius fecit: audistis à præsenti turba, nõ aũt quòd omnia prophetata cõpleta essent; nam Christum se diceret, ante tempus de seipso testificans. Ex quo sequitur, quòd non omnia, quæ hic recitantur, viderũt, sed quæ Luc.7. vbi languidi, & cæci, & claudi, lepra, & plaga affecti curantur; mortui autẽ ad Christum, vt alij, non afferebantur. Quæ audistis ergo, & vidistis, fideque ac gustu, siue experientia de Christo vero, quasi visu & tactu percepistis. Factisque respondit, non solùm quia modestior responsio est, sed etiam quia certiora sunt facta, quàm verba; & quia continent verba, quibus signa edebantur. Græci legunt de præsenti, Quæ auditis, & videtis. Et est sensus, Renuntiate Ioanni hæc ipsa verba, quę ex me auditis, nempe, *Cæci vidẽt, claudi ambulant, &c.* & ista quæ videtis. Responsum autem expressum nõdum dedit: quòd hominibus malitiosis pauca verba factis coniuncta sufficiant: maligni autem dicerẽt: *Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum*; & iterum: *Si dixero vobis, nõ credetis, neq; dimittetis*; & ante tempus accusarẽt, vt Regem se confitentẽ, licèt regnum eius non esset de hoc mundo. Ideò factis respondet, vt Ioannes volebat, qui auditis signis, eos miserat: non autem prætermisit verbo respondere, vt fugeret inanem gloriam; nam aliàs se Messiam & Deum dixit. Cùm ergo ait: *Cæci vident*, perinde est ac si dixisset, Habeo prædicta signa de Messia, de quibus Esa.cap.35. *Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Tanta præterea signa, & numero, & magnitudine erant, vt eum Messiam apertè ostenderent. Vnde Iustinus Martyr in dialogo contra Tryphonẽ ponderat quod dixit Dominus: *Cæci vident, claudi ambulãt, &c.* quia aliqua illorum Prophetæ quidem fecerunt, sed nõ omnia; nisi solus Messias. Vnde rectè ratiocinabatur ille qui dixit: *Christus cùm venerit, nũquid plura signa faciet, quã quæ hic facit?* nam à signorũ multitudine rectè argumentabatur, illam multitudinem non cõuenire nisi Messiæ. Erant præterea signa de Deo dicta: nam Psalm. 145. ait Dauid: *Alleuat Dominus omnes qui corruũt, & erigit omnes elisos*, id est, claudos. Præterea edebat illa signa propria virtute, & ad gloriam Patris illustrandam; & ad salutem hominũ in corpore, & animo promouendam: in quibus discernuntur Christi signa ab illis pseudoprophetarum & magorum, qui sua cõmoda aut gloriam in illis quærebant: impossibile est autem vt aduocatus Dei verus à populo fideli, signo aliquo attestetur, nisi veritati tãtùm. Secus est dicendum de dæmone, qui nolẽtibus charitatem veritatis recipere, vt Paul. ait, falsa miracula adhibere solet ad mẽdacia confirmanda:

Christi ma- destia & pr- dentia.

Cur aper- Christus se dixerit Messiam. *Ioan.8. Luc.22. Ioan.18.*

Prima c- tio signo- Messiæ.

II co- *Iustin.*

Ioan.5.

III. co-

Pseudop- phetæ, & gi, & in- mis dæm- eorum & & Princ- signa cu- dant.

2.Thess.2. Matt.24. Hoc signum Christus: eçi vident, cur primo loco posuit. *Esa 61. Luc.7.* Mortuos idẽ resurgere cur dixerit. *Ibidem.* Erasmi versio notat circa hũc locũ: Pauperes euangelizãtur: & quid significet. *Luc.2. Ierem.23.* Pauperes quid euangelizent.

Dabunt, inquit, *signa & prodigia, ita vt in errorem inducantur, (si fieri potest) etiam electi.*

Cæci autem præponuntur, quia in testimonio Esaię sunt primi, & quia multi erãt, teste Luca, & quia omnium pretiosissimus sensus est visus. Mortuos, ait in plurali: nam filia suscitata Iairi Matt.9. ab ipsis visa erat; de adolescente autem filio viduæ, audierãt eius resurrectionem. ¶ *Pauperes euangelizantur.* Erasm. vertit: Pauperes lætum accipiunt Euangelij nuntiũ, passiuè verbum accipiens, cùm tamẽ verbum Græcum medium sit εὐαγγελιζομαι, & actiuæ vt plurimum significationis in veteri & nouo Testamento inueniatur. Ita vt sit sensus; Pauperes annuntiant Euangelium: de quo verbo fit mentio, Psal.39. *Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna*, & Psal.95. *Annuntiate de die in diem salutare eius*, id est, Christum Saluatorẽ, qui salutare est, & iustitia nostra. Euangelizantes præterea in Psal.68. & Esa. 52. dicuntur voce media εὐαγγελιζόμενοι, & Paulus Rom.10. *Quam speciosi pedes euangelizantium.* Græca habẽt idem participium, sicut & septuaginta duo Interpr. Angelus etiam dixit: *Ecce euangelizo vobis gaudiũ magnum:* Græca habent: Ἰδοὺ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην. Et Luc.cap.4. ait Dominus; *Spiritus Domini super me, &c. euãgelizare pauperibus misit me,* εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ μέ. & rursus ibidem: *Nam & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare.* & Luc.9. *Egressi circuibant per castella, euangelizãtes, & curantes vbiq;*: vbi actiuè dicitur, εὐαγγελιζόμενοι. Eodem verbo in actiua significatione vsus est Paul. Rom.1. *Ita (quod in me) promptum est, & vobis qui Romæ estis, euangelizare,* & 1. Cor.1. *Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare.* Ad hæc non soli Apostoli lætum accipiebant Euangelij nuntium, sed etiam permulti magni Principes literati & opulenti, vt Theophil. Antioch. Lazarus, Nicodemus, Gamaliel, idq; ad sanguinem vsque seruarunt: sed quòd ijdem pauperes electi fuerint ad euangelizandũ, & Apostolis pauperibus, & minutis id negotij sit demãdatum, hoc magnum est, & planè diuinum opus, in quibus iam ad euangelizandũ missis Matt.10. Dominꝰ ipse euãgelizabat. Nam tales, quia relictis omnibꝰ secuti sunt Iesum, tanquam expeditissima, & aptissima organa fuerunt ad dissemināndum Euangelium, & pauperibus, & diuitibus, & Iudæis, & Gentibus. Quòd si aliqui ex diuitibus ad hoc muneris sunt assumpti; pauci fuerunt, vt ait Apostol. *Non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles.* Non enim sapit Christus, vel Deus, delicatis & fastidiosis: *Iam*, inquit Apost. *scrutati*

Qui diuites eam bonam acceperint etiã Euangelij nuntium. *Luc.1. Act.1. Iod.11. & 12. Supra 1. Mat.4. & 19*

Apostoli quãidonei fuerint præcones Euang. *1.Cor.1.*

estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis: & vtinã regnetis. Est ergo sensus, Apostoli prædicant & idiotæ gloriam Dei, vt quod prædixerat Ierem. impletum sit; *Non docebit vltra vir proximum suũ, & vir fratrem suũ, dicens, Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, à minimo eorum vsque ad maximum.* Quod ob id maximè dictum videri posset, quòd simplices & idiotæ tempore Messiæ Euangel. essent prædicaturi. Et pauperes, ait, siue mẽdici, id est, πτωχοὶ, qui distinguuntur à pauperibus, qui πένητες dicũtur. Pauperes enim sunt, qui parum habent, vel cum labore viuunt, ἀπὸ τοῦ πόνου, id est, labore: mendici verò, qui nihil habent. Vnde Martialis:

Nõ est paupertas, Nestor, habere nihil, sed mendicitas. & hãc differentiã assignauit Aristophanes in Pluto, dicẽs: Πτωχὸς γὰρ βίος ἐστὶν οὐ λίγους ζῶν ἀλλὰ μηδὲν ἔχοντα. Τοῦδε πένητ' ὄντ' ἔξην φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα. Περὶ γοῦν οὐδὲν αὐτῷ μηδὲν μέλοντι μηδὲν ἁπαλίσκειν. Etiamsi hæ voces interdum confundantur, hæc tamen est proprietas. Syriaca habent Mesehini euangelizant, Esa. ait: *Euangelizare mãsuetis misit me.* Reuera enim pauperes, & abiecti vt plurimum, & afflicti sunt; minusque feroces habent animorum perturbationes, & aptiores ad Euangelium suscipiendum fiunt. *In mansuetudine*, Apostolus inquit Iacobus, *suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.* Iam verò quod sequitur in hoc Christi responso: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*, quòd egeat paullò maiori explicatione, in sequentem tractatũ reijcimus. Ex his igitur addiscimus, quanti referat synceram, & veram Christi habere notitiam: nam hoc notione destituti Iudæi, falsos Prophetas in nomine suo, & diuersis temporibus venientes, infelices susceperũt: omnesque adeò hęretici, qui Ecclesiam varijs erroribus conuellere, ac labefactare conati sunt, non alia de caussa se ipsos, & sectatores perdiderũt, quàm quod falsum Christum, vero & legitimo reiecto; ac proinde falsum spiritum, ac falsum Euangeliũ complexi sunt. Vnde Paulus in posteriori ad Corinth. ait: *Nam si is qui venit, alium Christum prædicat quem nõ prædicauimus, aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis; aut aliud Euangeliũ quod non recepistis; rectè patereminì.* Omnis ergo hæresis, quæ aliquid affingit Christo, aut eius Euangelio, & doctrinæ, proculdubiò nouum Euangelium, nouumque Christum condit, vt rectè dixerit B. Hieronymus in epistolam ad Galatas: *Grande periculum est in Ecclesia loqui, ne fortè interpretatione peruersa, de Euangelio Christi, hominis fiat Euangelium, aut, quod peius est, diaboli.* Hæc ille, doctè & acutè. Chri-

Quibus minimè sapiat Christus. *Infra 4. Ierem 31.* Pauperes euangelizaturos, vbi fuerat prædictũ, & quare.

Pauperes & mẽdici quid differant.

Martial. l. 11. Epigram. 21. Aristophan.

Esa. 61. Pauperũ misera cõditio, eorundem & ad bonũ pro pensio.

Iacob.1.

Veram atq; synceram habere Christi notitiã, quãti referat. *Ioan.5.*

Hæreticorũ caussa perditionis vna, quænã illa.

2.Cor.11. Hæresis quæ nouũ condat euangelium, nouumque Christum. *Hiero.in ca 1. super illud, Notum enim vobis facio, fratres, &c. tom 9.*

Christi hæreticorum falla cis signa plurima detegũt

stus ergo, qui docet, verum corpus, & sanguinem suum in Eucharistia non esse, nec habet Papam vicarium suum locũ in terris gerentem, nec prospexit Ecclesiæ, quã pernicioscè errare tanto tempore permisit, adorando Eucharistiam, & imagines sanctorum colendo, nec modum conuincendi Hæreticos reuelando, & in quo non scandalizatur vetus homo, nec nouus per illũ corrigitur, sed potiùs corrumpitur, & qui suscipitur potiùs à diuite, quàm à paupere; & qui seditiones excitat non tantùm cõtra Ecclesiasticas potestates, sed etiã cõtra sublimiores, & laicas, quæ gladium portant; nec seruauit promissa de assistendo Ecclesiæ suæ, & veris adoratoribus, & qui supra mille annos Antichristum regnare in Ecclesia sua pertulit, nec sanctos secum regnare patitur; nec suos vicarios, nec ordinem, nec totum hominem vult, sed linguam tantùm, atque illam mordacem, & serpentinam; profectò alienus Christus est, adulterinus & suppositititius est: pseudochristus, aut lupus rapax potiùs est. Vnde Hylarius lib. 1. in Auxentium: *Quisquis*, inquit, *Christum, qualis ab Apostolis prædicatus est, negabit, Antichristus est.* Ibidem de Arrianis ait: *Ipsi nunc Christum nouũ, per quem Antichristus subrepit, intulerunt.* Tertullian. verò in Valentinianos scribit: *Ne discipulis quidem propriis ante committunt, quàm suos fecerint. Habent artificium, quo plus persuadeant, quàm edoceant. Veritas autem docendo persuadet, non persuadendo docet.* Idem in Hermogenem hæreticum: *Christum Dominũ iste, non alium videtur agnoscere: alium tamen facit, quem aliter cognoscit. Imò totum quod est, Deus auferт, nolens illum ex nihilo vniuersa fecisse.* Idem in Praxeam: *Sicut mansiones manibus, ita Hæretici verbis idola fabricantur.* Idem rursus lib. de Trinitate: *Ego Deus, & non est præter me; gloriam meam alteri non dabo. Vt omnes cum suis figmeneis ethnicos excludat, & hæreticos, probans Deum non esse, qui manu artificis factus sit, nec eum, qui ingenio hæretici factus sit.* Et infrà: *Non tenebit perfectam veritatem, quisquis aliquam veritatis excluserit portionem.* Et rursus: *Sed etenim veritati cæcitas hæreticorũ nulla præscribit: nec quoniam in Christo aliquid tenent, aliquid non tenent, alterum vident, alterum non vident, eripietur nobis illud quod non vident, per illud quod vident.* Idem libro de Baptismo: *Quia non idem Deus est nobis, & illis, nec vnus Christus, id est, idem, ideò nec vnus baptismus, quia non idem: quem cùm rite non habeant, sine dubio non habent.* Hactenus ille. Volui hoc loco hæc Patrum producere testimonia, vt intelligamus, quamlibet hæresim suum Christum nouum fingere, non

Rom. 13. Matt. vlt. Ioa. 14. & 16. Supra 4.

B. Hylar.

Tertull. to. 1.

Veritas quomodo persuadet, teste Tertulliano.

Idem eodem. Idem eodem.

Sicut mansiones manibus ita Hæretici verbis idola fabricantur, asserit idem Tertullian.

Idem tom. 2. Esa. 4.

Non teneat quis perfectã veritatem.

Idem to. eodẽ. Hæretici quare nõ habeãt vnum baptisma.

aliter, quàm noua idololatria nouũ Deum colendum fingebat, & colebat. Nemo ergo se seduci permittat ab his hæreticis, qui Christum, & spiritum, & Euangelium habent in ore, illumque magnificis verbis extollunt & ornant: quia reuera nonnisi figmenta, & somnia capitis sui laudant, & cõmendant, & idolum nouum Christi à se fabricatum; verum autem Christum, & antiquum, cui Prophetæ & Ioan. testificati sunt, & quem Apostoli sibi cognitum vbique prædicauerunt, & signis editis confirmauerunt, pessundant, & conculcant, eiusque virtutem ac doctrinam è cœlo profectam, & verbis maledicis, & factis contumeliosis, & scriptis satyricis, aut potius Satanicis abnegant. Nam iste eorum nouus Christus sicut nullum testimonium habet à doctrina Prophetica, & Apostolica (nam illi repugnat & contradicit) nullum miraculum potuit apud eos edere: cùm tamen verus Christus cæcorum oculos aperuerit, & adhuc aperiat, atque ex indoctis & idiotis instructissimos in fidei sapientia constituat, claudos faciat ambulare, firmitatem in operando tribuens, & in præstãda lege Dei obedientia fortes efficiat. In qua re mirificè languet nouellus Christus hæreticorum. Leprosi mundantur: quia omnis peccati lepra per Sacramẽta hominem sanctificãtia omnino adimitur: cùm tamen nouus Christus non tollat, sed tantùm non imputet peccata, etiamsi maximè adsint. *Surdi audiunt*: quando contumaces & rebelles hæreses ipsorum recãtant, & Christum non tantùm per seipsum, sed etiam per Ecclesiam loquentem audiunt, & monitis illius auscultant: quod inter hæreticos non fit, vbi nullus ordo aut disciplina, sed, excusso iugo maiorũ, quisq; se ipsum tantùm audit. *Mortui resurgunt*, eo quòd Christo & Euangelio mortui, & in grauissimis peccatis quasi desperati iacentes, virtute Sacramentorum Christi ad vitam spiritualẽ excitantur: apud eos verò quæ resurrectio mortuorum esse potest, qui peccata cum Christo simul esse posse confitentur? quod est dicere, mortem esse posse cum vita, & Christum cum Belial: *Pauperes verò Euangelizantur*; quia pauperibus, & mũdi huius bonis destitutis; Christus dulcissimè sapit, eiusque Euãgelium illis quadrat. Nouella verò doctrina magis tantùm & diuitibus huius seculi, ac potentibus grata, & consona est; paupertatis autem consilium, & victus, & vestitus tenuitatem ac parcitatem, nec non cœlibatum ab Apostolis cultum, formidat & perhorrescit. Nos igitur nuntium mittẽtes omnibus nouellis doctrinis,

Hæretici qualis Christus, quale Euangelium.

Act. 19. Ioan. 1. & 3.

Veri Christi nostri miracula.

Leprosi mundantur.

Surdi quales audiant.

Qui mortui resurgant.

2. Cor. 6.

Cur pauperes Euangelizantur.

Christo cui tantũ nobis firmiter adhærendum.

à Christo antiquo, & tot per secula noto, tanquam vero & legitimo domino non recedamus, illum amplectamur, illum colamus, illum vita & factis exprimamus, ipsomet nobis donante, ac præstante, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis honor & gloria detur in secula seculorum, Amen.

TRACTATVS II.

In illam sententiam Matthæi 11. & Lucæ 7. *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me.*

Legationis Ioan. ad Christum, vnde maxima deriuatur, prima conditio ab eodem Ioan. Luc. 1. Infra 3. Matt. 11.

MAgna fuit & celebris hæc legatio, quam præmanibus explicãdam suscepimus: tum ex mittente Ioanne in vtero sanctificato, & repleto Spiritu sancto, & qui tantum sanctitatis modum & formam consecutus est, vt Christus esse existimaretur, & quo, teste Christo, maior inter natos mulierum homo natus non fuit, & qui existens extra vincula, vt magis gloria Dei illustris atque conspicua redderetur, propter veritatem à se prædicatam (solet enim veritas magnatibus, & principibus esse inuisa, & qui illam prædicant periclitari) aulicorum aures offendere, & vel odio haberi, expellique, vel in carceres detrudi non formidauit. In aulis enim libenter versantur homines mollibus vestiti, nempe adulatores, quorum sermones (vt ait Psaltes) molliti sunt super oleũ, & ipsi sunt iacula: vt enim inter fera animantia tyranno, ita inter mitia nullum nocentius adulatore. Magna etiã fuit ex parte Christi; ad quem legatio destinata fuit: quia Verbum est, in quo est omnis plenitudo diuinitatis, & in quo omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei delitescebant. Missi verò non quiuis è plebe media, sed duo discipuli Ioannis, eius doctrina, & moribus imbuti: & videbantur esse ex primoribus, qui cæteris autoritate præstarent. Materia etiam legationis non erat magnitudine vel gloria inferior: nam summam salutis, & felicitatis nostræ continebat, nempe an Iesus esset Messias, qui Prophetarum oracuis in mundũ venturus designatus erat. Grauissimæ etiam fuerunt circunstantiæ huius legationis peractæ: nam præter Apostolos aderant turbæ multæ, & multa miracula in cõspectu omnium sunt edita. Postremo grauissima ac modestissima fuit Christi responsio, vt superiùs explicuimus.

Veritas odiosa & inuisa quibus.

Quibus molli bus vestiant.

Psal. 54.

Secunda conditio ab ipso Christo, & Messia. Coloss. 2. Ibidem.

Sed vnum verbum est, quod offendere posset; dixit enim: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*, quę quidẽ sententia admirabilis, est prorsus paradoxa, & singularis, nã

Terria conditio, ab ipsis Legatis.

Quarta, à materia legationis.

Quinta, à circumstantijs eiusdem.

Sexta & vltima, à Christi responso.

Cur nemo scandalizari poterat in Christo, nec debebat.

à plurali numero ad singularem transiuit. Quis enim scãdalizari posset in illo, de quo Scripturæ testantur, quòd *Ipse erit expectatio Gentium: Quod veniet desideratus cũctis Gentibus*; qui, *Electus ex millibus dicitur*; qui Salus, gaudium, & lux, dux, pastor, doctor, & sponsus nũcupatur. Si præsentiam spectes, *Erat speciosus forma præ filijs hominum*; Si verba: *Diffusa erat gratia in labijs eius*; Si vitam, erat inculpatus, & irreprehensus, & qui solus verè dicere poterat: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Si doctrinam, alienus erat ab omni offensione. Soluit enim didrachma, ne scandalizaret; Væ interminabatur offendentibus proximum: *Væ*, inquit, *mundo à scandalis, &, Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, &c.* Et tamen, his non obstantibus, dicendum est, Christũ fuisse petram scandali, & lapidem offensionis, vt testatur Esa. c. 8. cùm ait: *Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester, & ipse terror vester. Et erit vobis in sanctificationem*, (id est, in locum sanctuarij, & refugij, nempe in quo positis sanctificari, & ad quem confugere) *in lapidem autẽ offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israël, in laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur* (nam multi offendunt, nec cadunt, & multi qui cadunt, non conteruntur) *& irretientur, & capientur.* Nam multi postquam inciderunt in rete, fugiunt, vt quædam aues, & pisces, & feræ. & idem docet Petrus in 1. epist. cap. 2. Simeon etiam dixit: *Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël*; & Paulus: *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam*; & Dauid: *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes*, & sequentia. Præter scripturas idem docet euentus. Nam in illo dæmones omnes offensi sunt, qui viderunt, & inuiderunt, secundum Bernardum. Adam etiam appetendo verbi sapientiam, in verbum offendit. Gentiles insuper in eum impegerunt, damnantes eum ad mortem, vt stultũ cum Pilato. Sacerdotes verò, & Pharisęi, & Concilium 70. seniorum, illũ reum mortis esse iudicarunt. Herodes etiam, qui eum illusit cum exercitu suo, & induit candida veste, in signum stultitiæ: Discipuli item septuaginta duo, cùm loqueretur de Eucharistia, offensi retrocesserunt, vt narrat Ioannes. Apostolis pariter, imminente passione, dixit: *Omnes vos scandalũ patiemini in me in ista nocte.* Consanguinei quoq; Christi, qui voluerunt tenere eum; dicebant enim: *Quoniam in furorem versus est.* Fratres eius præterea, qui non credebant in eum, & qui hortabãtur eum: *Vade hinc, & transi in*

Agge. 2. Cant. 5. Luc. 2. Mich. 5. Matt. 2. Ioel. 2. Ezech. 34. & alibi. Ioan. 3. Psal. 44. Ibidem. Ioan. 8.

Matt. 17. Infra 18. Christũ fuisse petram scãdali, & lapidẽ offensionis. *2. Pet. 2.*

Quid illud Esaiæ: Christ' erit vobis in sanctificationem.

Luc. 2.

1. Cor. 2.

Psal 117. Matt. 21.

Bern. ser. 17. super cantica, fub init. Gen. 3. Luc. 23. Matt. 27. Luc. 23.

Ioan. 6. Matt. 26. Marc. 3.

Ioan. 7.

Matt.21. Super quem cadat Christus lapis, & conterat eũ: Qui verò super eum cadens coaſtringatur.

Iudæam, vt & diſcipuli videant opera tua, quæ tu facis, in eo ſcandalizati erant. Super omnem etiam, qui propoſito Euãgelio credere recuſat, lapis cadit, & conterit eum: is verò qui eum fide amplectitur, nec tamen iuxta fidem viuit, cadit ſuper lapidem, & confringitur. Omnis denique, qui Chriſtũ ſyncerè profitetur, ſcandalum eſt hominibus huius mundi, odorq́ue eſt alijs quidem vitæ in vitam, alijs verò mortis in mortem. Hinc odia, & perſecutiones mundi in pios Chriſti cultores, in Prophetas olim, & poſtea in Apoſtolos, ac deinde in Martyres, nunc verò in omnes, qui piè viuere volunt in Chriſto Ieſu, ideò dixit: *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mundus.*

2.Cor.2.

2.Tim.3.

Ioan.15.

Vox ſcandali vnde ducta, quid ſignificet.

Sed vt maiori cum fructu explicentur hæc verba, atque illuſtrentur, præmittendum eſt in primis, ſcandalum, vocem eſſe Græcam, *ἀπὸ τῦ σκάζειν*, quod eſt claudicare & ſignificat ipſam offenſionem, ſiue offendiculum. Quantum ad rem verò, ſcandalũ, dictum eſt, vel factum minus rectum, præbens occaſionem ruinæ. Et ſæpè contingit, vt ab aliquo dante offendiculum, alius non recipiat: ſæpe etiam ab aliquo non dante, ex occaſione operis eius recipitur: interdum etiam & datur, & recipitur. Chriſtus ergo actiuè neminẽ offendit, nec offendere poteſt. In primis quia ſcandalizare non eſt aliud, quàm deficere à regula, & peccare: defectus verò, ſeu priuatio, non eſt ens: non ens autem, nõ magis oriri poteſt à ſummo ente, quàm à ſummo calido frigiditas: nam ens, vt ens eſt, ens producit; ac proinde peccatum cauſſam quidem deficientem, non autem efficientem, nedum illam primam habere poteſt. Quòd ſi quæras; Vnde ergo peccatum & defectus? Reſpondeo; Ex neceſſitate materiæ, ſeu non entis, quia non aliter contingere defectus poteſt in ijs, quæ libertate ſunt deſtituta: in liberis autem ex libero arbitrio procedit peccatũ, quo poſſunt à ratione auerti & retardari, & ad nihilum, vnde egreſſa ſunt, reuerti. At poſſe deficere, ſeu peccare, ex eo prouenit, quòd ex nihilo ſumus, & ad nihilum tendimus. Secundò, verbum Deus ædificat, & ex ſe ſuſtentat omnia verbo virtutis ſuæ, quemadmodum ratio ſermones, & lux colores. Humanitas autem Chriſti ſuo modo, vt circulus proximus centro Verbi, omnes alios circulos creaturarum diſtantiores ſuſtẽtat, qui per illũ humanitatis ſibi ſimiles ſuſtentantur, & de ipſo eſſe Verbi participant. Tertiò, idem oſtenditur: quia Chriſtus dicitur lapis in capite anguli poſitus, qui Græcè vocatur *ἀκρογωνιαῖος*, id eſt, angularis, in ſummo loco fabricæ poſitus, in quem lapidem niſi ſtultiſſimi, qui per tecta velint incedere, non impingunt. Deinde dicitur viuus lapis, hoc eſt, mobilis, tractabilis, ac ſe erigens, ne quis cadat. Dicitur electus, pretioſus, & repoſitus in loco, vbi non eſt ſcandalũ, vt alia ſaxa vilia, quæ in via relinquuntur. Dicitur lapis in fundamento poſitus Eſa.28. ad quem, qui ſuper terram gradiuntur, offendere nequeunt. Dicitur via: *Ego ſum via, veritas, & vita*: quia neminem extra viam conſtituit. Eſt ergo lapis, ſed pretioſus, angularis, vel in fundamento poſitus. Dicitur Leo, ſed de tribu Iuda, id eſt, humanus. Serpens quoque, ſed æneus, & exaltatus in cruce, carenſq; veneno. Agnus, ſed ratione præditus, & tollens peccatum mundi. Quartò, quia dicit: *Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me*, non ait à me, rectè pungens diſcipulos Ioannis, ſecũdum Hieron. & Chryſoſt. qui de Chriſti humilitate & paupertate præſenti, & Crucis futura vehementer ſcandalizati ſunt. Quare Chriſtus per ſe ſcandalizat, aũt offendit neminẽ. Dicitur autem ſcandalum, hoc eſt, obſtaculum ſiue impedimentum: quia quælibet res ſcandalum eſt ſuo contrario, vt homini ſerpens, pullo miluus, oui lupus, muri felis, aquæ ignis, ita malitia noſtra offenditur in bonitate Dei, ignorantia in ſapientia, imbecillitas in fortitudine. Nos ergo cõtrarij atque oppoſiti Chriſto exiſtimus: vnde Petro dixit: *Vade poſt me, Satana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum*; & rurſus: *Vos de mundo hoc eſtis, Ego non ſum de hoc mundo*: mutuo ergo & inuicem ille nobis, & nos illi ſcandalũ ſumus: Sed quia nos infirmi, & paruuli ſumus, facilè ſcandalizamur in illo, quia ſcandalum infirmorum eſt: ipſe verò in nobis non offenditur, quia ille eſt fortiſſimus, & lapis durus, duriorem quàm nos habens frontẽ. Quod ergo inquit: *Scandalum es mihi*, intellige, ex parte tua. Si enim Chriſtus eſſet minus, vel æquè bonus, ac nos ſumus mali, proculdubio ſcandalizaretur in nobis, vt nos in illo ſcandalizamur. Verùm ſapientiam non vincit malitia. Cauſſa autem oppoſitionis huius alia non eſt, quàm quòd Chriſtus, quatenus Deus eſt, ſummè eſt ad ſe, ad Patrem, ac Spiritum ſanctum conuerſus, & infinitè diſtans à non eſſe: quatenus verò homo eſt, ſummè Dei gloriã ſpectauit; & peccata, quæ ad nõ eſſe ducunt, ſummè odit: *Dilexiſti*, inquit, *iuſtitiam, & odiſti iniquitatem*; quia ſupremo modo à Deo poſſidetur, atq; eſſe ſuum non eſt aliud quàm diuinum per vnionem hypoſtaticam com-

Eſa.2.
1.Pet.2.
Ioan.2.

Matt.21.

Ioan.8.

Eſa.8.

municatum. Naturali verò amore quiuis plus diligit ſuum eſſe, & volenti illud tollere, reſiſtit, nec vellet etiã cum meliori mutare: quia mutatio ſine ſui corruptione, quę appeti non poteſt, non fit: & nos eodem amore naturali magis eſſe Dei, quàm noſtrũ quod ab eſſe diuino pẽdet, & vbi amiſſum eſt, ab eo reſtitui poteſt, diligimus; quemadmodum plus eſſe totius, quàm partis, vt corporis, quàm digiti amamus, tametſi eſſe noſtrum, vel diuinum non videamus. Ad hunc modum ſancta Chriſti Humanitas eſſe Dei ſuum per vnionem incarnationis factum, & ab inſtanti conceptionis ſuæ cognitum & viſum, alia ſuper omnia dilexit: quod vt declararet, conſulto voluit perdere eſſe humanum, & iacturam facere gloriæ mundi huius, & diuitiarum, ac deliciarum ad tempus, & contraria verbis, & factis, intus, & extra, in ſe, & in ſuis oſtendere, quo doceret, plus Deum eſſe diligendum, quàm nos ipſos. Noſtra verò natura infirma, & ad malum prona, tendit ad non eſſe, quia ad ſenſibilia, terrena, ac corporea bona, atque ipſi non eſſe, id eſt, nihilo, proxima inclinatur. Eſtq́ue Chriſtus homo quaſi ignis quidam aſcendens ad Deum, lucidus per rectæ vitæ exemplum, comburens delectationes ſenſuum: leuis eſt in auaritiam, ſiccus ad carnis illecebras, nec deſcendit ad humana hæc, & ſenſibilia: nos verò deſcendimus ad hæc infima, & ſordida bona, quæ reſpectu capacitatis iuſtitiæ originalis, gratiæ, & vitæ æternæ vilia ſunt, & vacuum hominem reddunt; ideò inſtar terræ, vel aquæ graues, ac frigidi deſcendimus. Si Deus non vocaret nos ad vitam intelligentem, & diuinam, ſed maneremus in rationali vita, nec inde prolaberemur ad inferioria bona, Deo obſequium rationale impendere poſſemus: quia vt animal, & planta, & elementa ſuo modo creatori ſeruiunt, ita etiam homo humanum & rationalem cultum Deo exhiberet. Quòd ſi obijcias, quàm ob cauſſam homini, qui animal eſt ſenſibile, non liceat ad ſenſibilia bona, & quæ corpus ipſum oblectant, declinare? Reſpondeo: Si ſenſus in nobis eſſet ſolitarius, & rationi minimè coniunctus, non eſſet peccatum, quærere bona ſenſibilia, quemadmodum neque brutis animantibus crimini datur quòd illa quærant. Sed quia ſenſus rationi adiunctus eſt, debet ſenſus rationi parére. Quemadmodum ſi homo, eſſet ita in ſolitudine agens, vt ad nullam ciuitatem pertineret, nullius ſuperioris legi arctaretur obedire: ſi verò in ciuitate vitam traducere vellet, deberet principi illius, eiuſq́ue legibus auſcultare. Ex peccato ergo natura infecta factum eſt, vt homo per longum tempus, donec vſus rationis & liberi arbitrij accedat, dulcia tantùm & quæ ſenſus delectant & demulceant inſtar animantis cuiuſdam quærat; & pro eis habendis, vel retinendis cõtendat. Vbi verò acceſſit vſus rationis, præter ſenſus oblectamenta, addit alia obiecta corporea, vt diuitias, poſſeſſiones, veſtem ſplendidã, aurum, argentum, quæ neque infantes, nec animalia curant. Adueniente ergo orationis vſu, efficitur homo inſtar diaboli, elatꝰ, ſuperbus, contentioſus, vindictæ & gloriæ appetens, malignus, fraudulentus. Præterea dæmon malignus, nocendi artifex ſuggerit mendacia multa, vt naturam ex ſe ad libidinem alioqui pronam, ad peccata multa ſolicitet. Vt ergo ſummum ſenſibile offendit & ſcandalizat ſenſum; ita Chriſtus impollutus, ſine peccato conceptus, & natus, atque viuens, nos in illo conceptos, & in lucem editos, atque in eis dum viuimus, iacentes, ſcandalizat nos. Verbis enim & factis docet nos mori ſenſibus, vitæ animali, rationi humanæ, & infectæ, huic mũdo, & honoribus ac diuitijs eius nuntium mittere; nos verò cum à ſummè amatis amoueamur, perturbamur, contriſtamur, offendimurque in Chriſto, & in eius præceptis. Ille enim nos modeſtos, & de primatu humilitatis contendere vult; vnde dixit: *Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor*; nos verò de primatu primi gradus certamus. Chriſtus potius ferre iniuriam perſuadet, quàm inferre, vel referre: nos verò glorioſum ducimus iniuriæ acceptæ meminiſſe, illiuſq́ue vindictam expetere, & parcere inimicis, dedecus eſſe exiſtimamus, adhærentes corrupto iudicio diaboli, & mundi cum illo damnati. Chriſtus vult nos primogenitum noſtrum Iſaac immolare, exhibendo corpora noſtra hoſtiam, ſanctam, viuentem, & Deo placẽtem: nos verò volumus illam impinguare, eorumq́ue immenſis cupiditatibus ſatisfacere. Hinc eſt, vt in Chriſto luce omnia noſtra vitia detegente, & talia ac tanta nobis oſtendente, offendamur, ſcandalizemurq́; Si ergo volumꝰ ſcandalũ, q̃p in Chriſto accipimus, tolli, auferenda eſt priùs repugnantia, induendaq́ue ſimilitudo Chriſti, quæ eſt cauſſa amoris ac fortitudinis: non eſt autem Chriſto induenda ſimilitudo noſtra, quia ille non poteſt venire ad noſtram curruptionem, quia fortior ab infirmiori non trahitur, & nobis nihil prodeſſet; vnde Petro dixit: *Vade retro me*, id eſt, ſequere meum iudicium, & ſenſum. Vt enim ruſticus, vt in aula pacificè degat, debet exuere mores

Gen.22.
Rom.12.

Matt.16.

I. ratio, cur Christus neminẽ ſcandalizare poſſit. *B. Dion Areop. lib. de diuin nom. c.4. ſub finem.*

Peccatũ vnde ortum habeat.

II. ratio. *Heb.1.*

III. ratio, à proprietatib.

Cui nititur ratiocinatio, nos vt cũ altero etiam meliori mutare minimè velimus.

Quare humanitas Chriſti (vt ita loquamur) propriã ſcilicet humanam, caterem anitur, quam diuina hypoſtaſi Verbi.

Naturæ noſtræ ingeniũ depraua tæ.

Chriſto ignis qualitates quã aptè conueniant.

Nos verò quàm ſimiles terræ ſimus, & aquæ.

Cũ nos conflem^a animo, & corpore, quid ni corporea, & ſenſibilia etiam bona nobis affectare liceat?

Solitarius quiſpiam legibus quãdo fit ſubiectus.

Alia ratio ab Ieſu cur ſcandalum capimus.

Quo de primatu nos Chriſtus velit cõtendere *Luc.22.*

Quomodo aſſequemur nullo vt chriſtus ſit nobis offendiculo, aut ſcãdalo.

Simile. *Rom.7.*

Regula iuris.

Beatus ille qui sit, qui non offenditur in Christo.

Prudentia ne de Christo scandalizemur, quomodo curanda.

1.Ioan.5.
1.Pet.1.

Ioan.20.

Vt verò etiã mentem nostrum atque animum viui ficabimus.
Rom.8.
Hebr.10.

quare nostra quoque volũtas sit ornanda, ac fulciẽda ne scandalum de Christo sustineat.

Carnis subiugandæ ratio spiritui per commoda.
Gal.5.
Rom.6.
Beatitudo hæc præsens, cur imperfecta.
Matt.13.

cultidanos, vrbanitatemq; aulicam induere, ita nobis, vt in aula Dei viuamus, sensus & humanæ rationis mores tanquam rusticani & sordidi deponendi sunt, diuiniq; & Christo similes induendi. Neutrum horum ex nobis præstare possumus, quia nemo potest, vt pav est, carnem vincere rebellantem, & captiuitatem in legem peccati, dæmonemq; callidum, vafrum, veteratorem, inundumque fallacem, quia par in parem non habet imperium, id est, tu in te, vt te ipsum vincas, nedum in fortiorẽ diabolum. Nec potes rursus habere similitudinem Christi ex te ipso, alioqui esses Christus: quia vt calorem non habet nisi ignis, ita nec similitudinem Christi habet, nisi Christus: ideò opus est beatitudine, id est, donis supra naturam. Est enim beatus, qui dona diuina, & supernaturalia possidet: propterea dixit: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Qui enim Spiritum sanctum de cœlo missum in corde habet, contrarijs facile spoliatur, & Christi similitudine donatur. Ordo autem exuendi contraria, similis est illi Adæ, qui priùs spiritu infectus fuit, quàm carne: nos contra, carne prius infecti, quàm ratione, malum circulum facimus. Primò ergo exuenda prudentia humana, & reprimenda per fidem, quæ vincit mundum, & exultare facit lætitia inenarrabili, & glorificata, & quæ beatos facit credentes: *Beati* inquit, *qui non viderunt, & crediderunt*; quæ fortes & cõstantes cum Christo facit. Hæc enim est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Deinde eadem mens viuificanda est per spem, qua omnia aduersa toleramus, & cognoscimus non esse condignas passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis; nec æstimamus hanc vitam, vel huius mundi honores, aut diuitias, scientes non habere meliorem substantiam. Tertiò, voluntas ornanda est charitate, quæ venenum est cupiditatis & amoris omniũ creaturarum, qua Deum atq; eius præcepta, & honorem nobis ipsis præferimus, proximumq; propter Deũ diligimus. Nam qui diligit proximum, in lumine est, & non est in eo scandalum, vt ait Dilectus discipulus. Quartò, subiuganda est caro & sensus coercendi, repugnando eius scandalis, & rebellionibus in spiritum, & crucem Christi, ordinando vitam sensus ad illam intellectus, & fidei: vnde Apostolus ait: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Beatitudo enim præsentis vitæ quia inchoata est imperfecta non tollit omnia scandala regni, nec induit penitus perfectam, & absolutam similitudinem: sed cùm secundò apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est: & tunc colligent Angeli de regno eius omnia scandala.* Quintò, quod attinet ad bona externa corpori necessaria, quærenda sunt in ordine ad vitam intellectu præditam, & ad Sabbathum æternum, vt dicitur de manna Exod.16. *Colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita.* Et subditur: *In die autem sexta collegerunt cibos duplices.* In quo instruimur, eatenus esse vsurpanda temporalia bona, quatenus ad Sabbati æterni quietem faciunt: nam quod plus colligebant, putrescebat, & vermibus scatebat: quia bona temporalia plus æquo dilecta corrumpunt mentem, & vermem conscientiæ gignunt. Sic ergo beatis, id est, vestitis, & donis istis ornatis, Christus vt similis quadrat, & scandalum in eo, vel eius operibus, vel Sacramentis, vel sanctis scripturis nequaquam patiuntur: *Pax enim multa diligentibus legem tuam,* ait Propheta; *& non est illis scandalum*; siue enim intelligant, siue non intelligant, habent vnde, vel illam venerentur, vel ea salutariter pascantur. Ex beatitudine igitur, id est, gratia Dei proficiscitur, quod natura alioqui offendenda in Christo, non offendatur: natura namque humana iustitiæ originalis gubernaculo destituta, hic vellet omnia commoda, & delectationes habere: Christus verò, vel parcè donat, vel opposita, & hinc homo scandalizatur, quemadmodum ægrotus, cùm non dantur ea, quæ appetit, vel dantur ea, quæ non appetit, offenditur. Promittit enim Dominus diuitias, nec tamen largitur volenti illis abuti; pacem, nec tamen concedit, nisi homini bonæ voluntatis, id est, qui voluntatem carnis, sensusque abnegauit: & tamen sine ratione offendimur. Etsi enim hæc, quæ nobis nouit esse noxia, non largiatur, & à nobis fidem exigat: cùm ea tamen nobis donat, illud est centuplum, vltra futura bona, de quibus dixit: *Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Cæteri etiam artifices ab ijs, qui se in eorum disciplinam tradunt, fidem exigunt. Difficile autem alphabetum, & instituto homini nondum credenti videtur bona temporaria, & quæ manibus contrectamus, relinquere pro ijs, quæ sperantur, nec videntur: vnde vel incredula turba, nedum malitiosi scandalizati sunt: credentes autem non scandalizantur. Vnde Petrus rectè dixit: *Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Lapis offensionis his, qui offendunt verbo, nec credunt. Caussa itaque scandali est: quia vetus homo

Cur deamus nobis scandalo Charitã.

Beatum dominatus in Christi [illegible] Et beatus, qui non fuerit scandalizatus in me. *Matt.5.*

Matt.11.

Psalm.6.

Gratia Dei colligatur.

1.Ioan.3. Bona quæ nos reddenda modo, quale sit.

Exod.16.
2.Cor.8.

Matt.11.

2.Cor.2.

Matt.16.

1.Pet.2.
Psalm.9.

noster vult ostentare sapientiam, & potentiam, Christus verò charitatem & patientiam: & certat pro malo reddere bonum, quia agere, & pati fortia, non iam Romanum, sed Christianum est.

Hoc igitur verbo: *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me,* non Ioannem, cuius mirum laudum suarum encomium subiungit, sed discipulos eius scãdalizatos in Christi humilitate, & quòd non seorsum ab hominibus illa vitæ seueritate viueret, qua eorum magister vtebatur, & quod eius discipuli non ieiunarent perinde atque discipuli Ioannis, & Pharisæorum, & amplius scandalizandos in Cruce eius, tecte percutit, vt testantur Hieronymus quæstione prima ad Algasiam, & Chrysostomus in Matthæum. Et ita Dominus ostendit, se eorum corda vidisse, nam erant in Christo scandalizati. Ostendit insuper, se prænosse eorum offensionem, quam in Cruce eius erant perpessuri. Erat enim Christus crucifixus, Iudæis scandalum, id est, res abominabilis, & perhorrescenda. Beatus igitur est, qui non scandalizatur in me: vel quia me Ioanni antepono; nam me Messiã esse atque Deum, vel ipsa miracula Angelis impossibilia, & notitia cordium discipulorum, quos scandalizatos detexit, satis comprobabant; remissio etiam discipulorum ad Ioannem, vt illi renuntient visa, & audita, vt ex Scripturis sacris ei quadrantibus agnoscerent, Iesum indubitatum esse Messiam, & talem discipulis suis declararet.

Transiuit autem Dominus à pluraliad singularem numerum, vt innuat, paucos esse tales, qui morte Christi non offenderentur, quemadmodum Ioannes, qui eius mortem prænouerat: ac fortassis etiam in singulari locutus est, propter latronem, qui in Cruce non est scandalizatus, sed in illa regnum cœleste sibi comparauit, & Christum regem agnouit. Omnes etiam quotquot non offenduntur Christi cruce, vnus sunt in Christo ob similitudinem; & à quo ne ipsi offendantur, gratiam habent. Petrus etiam, non Ioannes, scandalizatus est in passione, quia hic vrgebat, vt veniret mortem passurus pro mundo, cuius peccatum, vt Agnus Dei abstulit: Petrus verò dicebat: *Absit à te, Domine: non erit tibi hoc.* Generaliter verò Dominus hoc verbo nõ tantùm nuntios zelantes pro Ioanne, quasi maiore quàm esset Christus perculit, sed etiam turbam, quæ post tanta miracula, & prodigia scãdalizata est in morte eius. Percutiuntur similiter illa sententia falsi Christi cultores, qui cùm Christi Crucem mortuam omni honoris cultu adorent, ad viuam tamẽ se aggredientem grauiter offenduntur, cùm in persecutionibus propter Christum, vel deficiunt, vel retrocedunt. Consolatur item hæc sententia omnes pios, & rectam fidei confessionem in Ecclesia tenentes, dum agnoscunt falsum esse Christum doctrinæ Lutheri, & sectariorum, nam ille cùm ieiunia, ciborumque delectum non indicat; cœlibatum, & castitatem non exigat, ad cõsilia Euangelica non inuitet; confessionis peccatorum onere neminem nolentem premat, obedientiam maioribus præstandam non præscribat, Crucem denique, qua vetus homo, & corpus peccati destruitur, nemini imponat vehementer placet carnalibus: proinde falsus est ille Christus, verus, quem Ecclesia colit, qui omnia illa, quæ mortificare veterem hominem, & nouum viuificare, illumque honestare possunt, & renouare, nobis præcipit. Postremo intelligat omnis Christianus, si pius est, veruſque Euangelicæ legis obseruator, & ad illius præscriptum vitam suam formans, carnalibus atque peruersis fidelibus se, propter vitæ dissimilitudinem, futurum scandalum, non quidem à se datum, sed ab illis suo vitio acceptũ. Vt ergo diligenter scãdalum peccati vitare debemus, ne quenquã offendamus; ita illud quod ex bonis operibus, & vita sanctè exacta malitiosis accipitur, negligendum est à nobis, vt suo exemplo Christus negligere docuit: cui cum Patre & Spiritu sancto tribuatur omnis laus, honor, & imperium in secula seculorum, Amen.

Eadem quos ille recreet ac cõsoletur plurimum. Lutheri secta nouorumq; doctrina peruersa.

Rom.6.

Quilibet fidelis ac pius quibus erit scandalũ, & quale, exemplo Christi.

TRACTATVS III.

In illa verba Matthæi 11. *Illis autem abeũtibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt,* & reliq.

DOminus vbi pro sua sapiẽtia responsum dedit nuntijs Ioannis, post eorũ discessum, catalogum laudum Ioannis ad præsentes turbas subtexere voluit. Commendantur autem Ioannes ex constantia fidei, ex vitæ sanctæ austeritate, quam in vestimento, & victu, & loco deserti ostendit, & ex lumine supernaturali: quia plusquã Propheta. Quòd si obijcias, scriptum esse: *Ante mortem ne laudes hominem quenquã,*

Vnde Ioannes laudetur à Domino.

Eccl.11. Illud Sapientis, Ante mortẽ ne laudes hominẽ quẽquam, conueniat quibus.

aio, hoc solis hominibus dictum esse; non enim legem sibi Deus ipse præscripsit, qui cum laudat, rationem præbet: & ille probatus est, vt ait Apostolus, quem Deus commendat. Laudibus igitur celebrat Ioannem testem suum: non vt dici solet, mutuò muli scabunt, sed quia sanctitate vitæ conspicuum nouerat, & quia virtus laudata crescit, & obaliorum exemplum, & ne immineretur eius opinio, quòd Deus permiserit illum ab Herode in carcerem detrudi; & quoniam Præcursor eius tantum reddiderat de se testimonium, tanquam de vero Messia, & filio Dei; nam ob hanc causam in Euangelio maioribus laudum præconijs quã sanctissima Deipara commendatus est; laudatur idem à Christo, quia miracula vlla non edidit; denique ne existimaretur à turba propter interrogationem per Discipulos factam de Christo hæsitasse, vel quomodo offensum aut scandalizatum fuisse. Laudauit autem abeuntibus illis, & in eorum absentia, ne adulari videretur, vel Ioanni, vel discipulis eius; vel ne discipuli putarent, Ioannem esse Christum, quem vel sine testimonio Iesu Christum opinabantur esse. Sicut ergo Ioannes voluit discipulos suos certos reddi quòd Iesus esset Messias, & verus magister: ita Iesus voluit turbis innotescere magnitudinem & constantiam Ioannis Præcursoris sui: *Quid existis in desertum videre?* Quia dura increpatio nocere solet, propter quam sunt puniti Moyses, & Aaron, quòd asperè obiurgarunt populum, quòd non attenderent ad miraculũ aquæ è petra eductæ, vnde Deũ pro eo non laudauit populus contristatus, & obiurgatione perterrefactus; ideò Dominus Iesus non increpat turbas ob sinistram opinionem de Ioanne ignoranter ortam, secus Pharisæos mala cogitantes in cordibus suis. Exitus autem tantus populorum ad eum audiendum accurrentium, & perseuerantia in austeritate vitæ, arguit eum non mutatum circa Christum, de quo ex lumine prophetico, & non ex proprio sensu, aut ratione tam magnificam conceperat opinionem. Ideò nec ob naturam hominum mobilem, ac variam, nec ob carnis licentiam, & vestitus mollitiem, ex qua homo fieri solet inconstans, & à qua longè absuit ille, non facilè mutaretur. Nam quia Ioannem verum Dei Prophetam nemo negauit; ideò signo minimè opus fuit ad hoc probandum; nam & alij per multi Prophetæ signa non ediderunt. Nec requiritur prænuntiatio futurorum, quia satis erat de præterito dixisse: *Qui misit me baptizare, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Et sequitur: *Et ego vidi: & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.* De futuro etiã prædixerat: *Illum oportet crescere, me autem minui*; & iterum: *Qui post me venit, ante me factus est*: non ergo poterat mutare sententiam, quã Propheticè fuerat locutus. Et vt magis constaret, Ioannem in hoc errare non posse, non solùm ostendit quòd loquebatur ad eum inspiratus, vt Propheta (non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia; sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines, vt ait beatus Petrus: quanto ergo magis qui est plusquam Propheta, & asseruit Iesum esse Messiam) sed etiam multo ante tempore hoc fuisse de eo prænuntiatum. Vnde allegauit testimonium Malachiæ: *Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Vides ergo quomodo hæc omnia de arundine agitata, & de mollitie vestium, & de lumine, quo præditus erat plusquam Propheta, & de testimonio Malachiæ, quo Ioannes Angelus Dei ostenditur, omnia eo referenda sint, ad firmitatem & cõstantiam Præcursoris ostendendam, & ad eleuandam suspicionem, quàm turbæ conceperant, aut poterant concipere de Ioanne, vel de eius legatione.

Arundinem vento agitatam? id est, iusta causa non erat exeundi in desertum, vt spectaretis hominem vanũ, & audiretis, cùm passim in ciuitatibus insani homines degant, qui vana & dicant, & operentur; & notam leuitatis vobis inureretis. Nihil etiam opus erat exire, vt hominem mollibus, & delicatis vestitum videretis, qui ante oculos vestros quotidie in ciuitatibus versatur; sed hominis Prophetæ, spirituque Dei pleni spectandi gratia. Non est ergo Ioannes arundo, id est, hypocrita, apparens, & non existens sanctus, ac proinde mobilis, & tempori seruiens in vtraq; persona: quasi dicat; constantissimus est, & fortissimus, tum in aduersis, cùm Pharisæi & Herodes se illi opposuerint, tùm in prosperis, cùm ad horam exultarunt in luce illius. Est autem arundo homo, qui ob detractiones, & verba ab officio virtutis recedit, & qui intus vacuus virtute & fructu, quærit speciosa, & gloriosa, & qui vento prosperitatis, aut aduersitatis proximos suos non aliter ac arundo assas arundines sibi proximas percutit, & offendit.

Hominem mollibus vestitum? Græcè dicitur, inuolutũ, siue amictum, hoc est, hominem delicatũ in veste, & victu, vnde tenerum, & mutabile corpus efficitur; & proinde animus, qui corporis naturam sequitur, mutationi est obnoxius. Hinc Poëta quidam dixit:

Vt corpus tenerum, sic mens infirma puellis.
Fortius ingenium suspicor esse viris.

Delicatum etiam, & molle vestimentum, symbolũ est eius, quod mẽs facit, vel affectat; aliàs enim veste vteretur, non ad ornatum & ostentationem, sed ad eius proprium finem, qui est, frigus, siue calorem, & alia incõmoda propulsare, & memoriam furti per Adam cõmissi refricare, ob quod veste, quasi fune serico gloriamur, & caro nostra indumento aspero: quemadmodum anguilla arena, & medulla osse retinetur: & melius est, pascere ora pauperum, quàm veste pretiosa oculos inanium, & solutorum hominum. Vnde rectè Sapiens docet: *In vestitu ne glorieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris*; & Paulus: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his cõtenti sumus.* Circa omnia autem, quæ veniunt in vsum nostrum, quę nec per se mala sunt, nec peccatum, nec per se bona, & honesta, potest contingere vitium, vel virtus: atque ita circa vestes inuenitur: pertinet enim ad rationem, earum vsum dirigere, quia naturæ nostræ corruptæ necessariæ sunt vestes, reduciturq; ad veritatis virtutem, quæ dictis ac factis moderationẽ præscribit. Vnde Deus fecit tunicas pelliceas, & tradidit primis parentibus, & Iacob dedit vestimentum, quod petierat, Genes.28. quia votum promissum soluit Gen.35. Cõtingit autem multipliciter in vsu vestium peccare: vel in pretio maximo, vel in multitudine, vel in forma noua contra consuetudinem: quod rarò sine peccato fit, quia non ad necessitatem, sed ad gloriã vsurpatur, & multi propterea fiunt pauperes. Ex affectu etiam inordinato excedẽte statum, vel facultatem, & vires, vel tantùm honestatem, quia superat morem bonorum virorum illius status. Peccatur etiam ob inanem gloriam, vel delicias, vel nimiã solicitudinem. Pœnitenti autem, & mundum contemnenti, vilis & rudis vestitus competit, vt Heliæ, Ioanni Baptistæ, & illis sanctis, de quibus testatur Apostolus: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, &c.* Mollibus autem vestitus, iuxta spiritum, adulator est, qui in aulis principum, ex quibus semper aliquid emungit, deesse non solet. Vnde Dominus dixit apud Lucam: *Ecce, qui in veste pretiosa sunt, & delicijs, in domibus Regum sunt*, verbis mollibus vtentes eo animo tantùm, vt venentur: Ioannes autem in carcere est, quia verba eius, sicut stimuli, & tanquam claui

in altum defixi. Vnde Aristippus videns Diogenem olera ad edendum condire, dixit: *Si Diogenes aulam frequentaret, non vesceretur oleribus.* Sed acutè respondit Diogenes: *Si Aristippus sciret vti oleribus, non frequentaret aulas.* Simpliciter tamen Dominus, neque damnat vestem pretiosam, aut delicatam, neque statum aulicum; sed eiusmodi vestes minimè Prophetis competere docet.

Ecclesiast. vlt. Aristippi in Diogenẽ, inque Aristippum Diogenis scommata.

Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam Prophetam. Quod ait, Etiam dico vobis, confirmat præcedentem sententiam, nempe rectè Ioannem quæsitum esse, vt Prophetam; quod verò sequitur: Et plusquã Prophetam, incrementum est laudis prioris, & Græcè dicitur ἀνὴρ περισσότερον προφήτου, id est, amplius Propheta, vel quid maius Propheta, vel excellentiorem Prophetam, vel plusquam Prophetã, quod idem est. Dicitur aũt à Domino plusquam Propheta, quemadmodũ & ipse interrogatus: *Prophetatues? respondit, Non sum,* id est, non habeo officium prophetandi purum, sed præparandi: quia ego vox plus, quàm Propheta prænuntiãs, & videns, & cum cæteris ostendẽs, ne in applicatione, & implectione Scripturarum, quæ de illo sunt, decipiantur. Multi enim Prophetæ cupierunt videre quod Apostoli, & Ioãnes, & non viderũt; hoc enim pertinet ad gradũ Propheticum excellentiorem. Nam cùm Prophetia in cognitione cõsistat, & perfectiùs cognoscatur, cùm sensu & intellectu, quàm cùm solo intellectu apprehenditur: ideò visio ista ad perfectionem quandam perti nebat, sicut Christus dixit: *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis.* Ioãnes verò plusquam Propheta est, quia quẽ prophetauerat præcurrendo, etiam ostendendo nuntiabat. Non erat autem plusquam Propheta, ex eo quòd maior erat omnibus hominibus, ergo etiam maior omnibus Prophetis: quia cõparatio debet fieri in vniuoco, vt dicũt. Si enim aliquis est plusquam Propheta, oportet, vt excellat cæteris in genere cognitionis propheticæ: esse autem sanctiorem, vel minus sanctum, alienũ est à statu Prophetæ. Christus etiam dixit, Ioannem Prophetam esse, & deinde addidit, etiam plusquam Prophetam: ergo in aliquo, quod ad propheriam spectat, excellebat. Deinde dici potest excellentior cæteris Propheta, teste Chrysost, quia cæteri solùm prophetauerunt de Christo, de ipsis autem non est prophetatum: de Ioanne verò & prophetauit ipse, & alij Prophetæ de eo vt venturo prænuntiauerunt. Quod ideò factum est, vt qui futurus erat Præcursor, & indicator

Ioan.quomodo erat plusquã Propheta.

Idem vt negauerit se esse Prophetam. Ioan.1.

Esa.40. Luc.10. Quare plusquã Propheta fuerit Ioannes.

Qua ratione plusquã Propheta minimè dici possit.

II. ratio. Ioãnes cur fuerit plusquã Propheta. *B.Chry.hom. 38. in Matth. tom.2.*

Prophetę cur de Ioan. prophetauerint.

Malach.3.

Messiæ, tanto esset maioris autoritatis testimonium eius: atque ob eandem caussam debuit habere magnam vitæ sanctitatem, & prædici à Prophetis. Vnde ipse (Ioan.1.) testimonio Esaiæ sc tuetur, sicut hic Christus testimonio Malachiæ illum defendit, ne à se ipso crederetur venisse.

Hiero epi.151. qu.1 ad Algasiam.to.3. Ioānes item quare plusquā Propheta secundum alios. *Aug li.5.contra Donat.c. 9.tom.7.*

Addunt alij alias rationes, nam Hieronymus sic, ideò maiorem cæteris Prophetis, quia priuilegium prophetale etiam Baptistæ accessit præmium, vt suum Dominum baptizaret. Adhæc Augustinus: *Nulli Prophetarum, nulli prorsus hominum in Scripturis diuinis legimus concessum esse baptizare in aqua pœnitētiæ in remissionem peccatorum, quod Ioanni concessum est.* Sic ille, cum Hieronymo sentiens, Ioannem & Prophetam fuisse, & Baptistam Christi vnde & in Christo finem accepit, vt ibidem refert Augustin. Propterea non solum prophetauit ex vtero egressus, vt alij Prophetæ, sed etiam antequam in lucem ederetur, per os matris prophetauit: & vt illi, qui prope currum Regis incedunt, clariores existunt, ita Ioannes qui proximus fuit Christo. Sed hæc vtcunque sunt probabilia: priora tamen duo magis placent, vtpotè literæ magis cōsona: *Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* Hæc verba Christus produxit, non Matthæus, qui tantùm refert, Christum illa dixisse, quia asserūtur à Luca, qui ex se non solet allegare testimonia Prophetarum, quia ad Gentes scribebat, sicut & alij Euangelistæ duo vt plurimum faciunt: secus Matthæus, quia ad Iudæos, ad quos spectabant Scripturæ. Dicitur autem Ioan. Angelus, non quidem natura, cùm homo esset, nec tantùm ob puritatem, & vitæ sanctitatem, nam in carne, præter carnem viuere, non humanum est, sed Angelicum; nec quia erat filius Zachariæ sacerdotis, Sacerdos autem dicitur Angelus Domini, iuxta illud Malachiæ, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est; sed potissimum quia Angelus idem est quod nuntius, & Ioannes missus erat ad annuntiandum Iudęis de Messia Dei nomine: vnde Esaiæ 33. dicitur: *Angeli pacis amare flebūt*, id est, boni nuntij: atque ita hoc nomen illi conuenit propter dignitatem rei annuntiatæ. Ostendere enim Christum, & annuntiare, Angelorum officium fuit, vt apud Lucam Angelus Mariæ Christi conceptionem, & pastoribus illum natum annuntiat: & cap.18. *Ite* (inquit Propheta) *Angeli veloces ad Gentem conuulsam, & dilaceratam.* Quomodo autem viam Messiæ præparauerit, tum doctrina, & baptismo, tum confessione Matth.3. fuit latiùs explicatum.

Christus ne, an Matthęus hoc testimonium allegauerit: Ecce ego mitto Angelum meum.&c. *Malach.c.3.* Ioannes cur Angelus nominetur. *Malac.2.* Angelorum officium. *Luc.1. Infra 2. Esa.18.*

Amen dico vobis, nō surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Præmissa commendatione Ioannis ex Prophetæ testimonio, iam vltra progreditur Dominus, & sententiam propriam de ipso pronuntiat. Et quia cœperat Ioannē laudare de multis ne diù moretur in laudibus eius recensendis; & quia multa dona spiritualia receperat Ioannes, quæ si Christus declarasset, illi, vtpotè rudes & ineruditi, non percepissent; ideò vt paucis multa comprehenderet, vno verbo, nempe inter natos mulierū non surrexit maior Ioanne Baptist. omnia comprehendit.

Quia verò hoc encomium eo spectabat, vt ostenderetur Ioānes non mutatus à sua sententia, sed ideò interrogasse, vt discipulorum suorum saluti cōsuleret, quæri posset, cur Dominus hoc apertè non dixerit, exponendo, Ioannem de se minimè dubitasse. Dicendum est, quòd cum hoc esset occultum, & ad mentem Ioannis, & discipulorum pertinere; si detexisset, forsasiis fidem non inuenisset. Et quia probatio per ea, quæ nota sunt, fieri debet, voluit ea tantùm dicere, quæ Iudæi non poterant denegare, vt quæ superiùs dixit ad probandum, Ioann. non fuisse leuem. Deinde opus erat Ioannis discipulos, & maximè absentes increpare, oportebat enim dicere, quòd sibi inuiderent discipuli Ioannis; & ideò nolebant credere in eum, etiamsi Ioan. eos sæpe hortaretur ad hoc; & visus fuisset Ioannes non tantæ autoritatis, & efficaciæ, qui hoc eis persuadere non potuerit: quorū vtrunque incōueniens erat. Adhæc opus fuisset, vt Iesus se apertè proderet, in quem esset ab omnibus credendum: ipse tamen noluit imò interdixit expresè Apostolis, ne se dicerent esse Christum, Matt.16. sed ex parte ipse innuebat, ita vt non ignoraretur, & credi posset ab eis, qui ad credēdum dispositi erant: non ita tamen apertè, vt credere nolentes ad inuidiam prouocaret.

Per hanc autem generalem locutionem: Inter natos mulierum non surrexit maior, non colligitur, Ioannem Christo, qui natus est, siue factus, vt Apostolus ait, ex muliere, maiorem esse; tum quia in generali sermone semper intelligitur excepta persona loquentis; tum deinde, quia se ipsum excepit, cùm dixit: *Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo*: quod de Christo intelligitur. Itē ex modo loquendi nequaquā comprehenditur Christus in hoc sermone: non enim inquit simpliciter inter homines, ne ipse Christus (qui homo est) cō-

prehendi

Hieron. hoc loco, tom 9. in princ.

Neque verò etiam Ioannem diuina Virgine Dei genitrice esse maiorem, hinc colligi.

Extrau. de pœnit. & remiss. ea Noua quadam. Dignitas Virginis excellentia ex Ecclesiæ testimonio.

Minus quoque Apostolos eo Domini testimonio comprehendi. *Prou.16.* Vnde maior Apostolis Ioannes, idē & minor illis extiterit. *Matt.11.* *Luc.10.* *Ioan.10.* In quo & Apostoli fuerint maiores Ioanne. *1 Cor.12. Ephes.4.* Tertia ratio eorundem excellentiæ.

prehendi videretur, sed inter natos mulierum, id est, inter eos, qui modo naturali ex concubitu maris ac fœminæ nati sunt. Vnde rectè ait Hieronymus: *His ergo præfertur hominibus qui de mulieribus nati sunt, & de concubitu viri, & non ei, qui est natus ex Virgine & Spiritu sancto.*

Neque secundò ex hoc sermone deducitur, Ioannem maiorem esse beata Virgine, quæ ex concubitu maris & fœminæ progenita est: nam illa, dignitate & virtute, vtpote mater Messiæ, omnibus creaturis prælata est: solus Christus ea maior fuit, qui non est creatura simpliciter, sed creator: & decebat, vt ea puritate polleret Mater Messię, qua maior sub Deo nō posset intelligi. Ecclesia etiam asserit, Virginem maiorem omnibus sanctis, & Apostolis, & intrepidè de sola Virgine cantat; *Exaltata es sancta Dei Genitrix super omnes Choros Angelorum, ad cœlestia regna.* Et quanquam genus masculinum possit concipere fœmininum, non tamen semper concipit, maximè hic, vbi Ioannes cum viris comparatur, non cum fœminis, dixit enim, Inter natos, non inter natas mulierum, nam mulieribus haud competebat officiū Ioannis: vnde Ioannes Virginem non excedit.

Nec tertiò colligitur, Ioannem maiorē, vel meliorem Apostolis, nam si sermo sit de interiori bonitate, quæ ex perfectione charitatis accipitur, secūdum quam homo maiori, vel minori gradu gloriæ in vita æterna præditus est, nemo nouit quis sit maior, aut quis minor, & solus Deus, qui ponderator est spirituum, & nouit quātam spiritus & gratiæ portionem cuique dispensauerit, iudicare potest. Si autē spectetur excellentia, quod ad statum, vel quod ad aliquem actum virtutis specialis attinet, possumus rationem inęqualitatis assignare: vt, si quis conferat Ioannem in austeritate vitæ cum Apostolis. Ioannes, qui neque edebat, neque bibebat (nempe quæ alij edere & bibere soliti sunt) excedebat apostolos, qui manducabant quæ eis apponebantur, vt Luc.10. illis præscribitur. Excedebant autē Apostoli Ioannem in operatione miraculorum: nam Ioannes nullum miraculum edidit, cùm Apostoli innumera ediderint. In statu verò Apostoli pręstant Ioāni, quia Noui Testamenti status, illo Veteris præstātior est: & in Nouo maximus gradus est Apostolatus, vt dicitur 1. Corin. 12. & ad Ephes. 4. Itē Ioannes Propheta fuit, vt Christus dixit, Apostolus tamen maior est Propheta: nam inter gradus Ecclesiæ primus locus assignatur Apostolis, secundus Prophetis, in prædictis locis Apostoli. Quòd si ob-

ijcias: Ioannes non tantùm Propheta, sed etiam plusquàm Propheta fuit: verum est, sed non dixit, plusquàm Apostolus, excellit enim cęteris Prophetis, quòd non tantū, vt illi, prænuntiauit, sed etiam ostendit Messiam, in quo a postolis maior non fuit: nam & ipsi eum prædicantes, toti orbi, neque tantū Iudæis, vt Ioannes, ostenderunt. Fuerunt etiam Christo magis familiares, doctrinamque eius pleniùs hauserunt, vtpote cum eo versati, ita vt dixerit eis, *Vos dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis*: quod tamen Ioannes non habuit. Cùm autem dicitur, *Non surrexit maior*, non de futuris Apostolis post diē Pentecostes mittendis, sed de præterito dixit, non surrexit.

Si Ioannes erat plusquā Propheta, minor quomodo Apostolis Ioannes esse poterat.

Quarta ratio cur Apostoli maiores Ioanne Baptista. *Ioan.15.*

Quod verò quidam circa hoc verbum, *Surrexit*, philosophantur, excluſos fuisse Christum suo iure, & Virginem ex priuilegio, quòd non incurrerint vllum peccatū, vel etiam originale, vt ab eo opus esset surgere, quasi Ioannes nondum editus in lucem, sanctificatus, & Spiritu sancto repletus fuerit, & de matris vtero, quasi de sepulchro quodam ad vitam fusc itatus, solidum nō est, nec ab Scripturis, vel Patribus testimonium habet. Nā surgere tropo Hebræa frequenter dicitur de Regibus, & Prophetis, vt Exo.1. *Surrexit interea Rex nouus super Aegyptum, qui ignorabat Ioseph*: & 2. Paral.6. dixit Salomon: *Ego surrexi pro patre meo Dauid*: & de Christo Luc.7. dicitur, *Propheta magnus surrexit in nobis*, item Io.7. *Propheta à Galilæa non surgit*: & Eccl. 18. *Surrexit Helias Propheta*: non tantùm quòd tales appareāt, & manifesti & cōspicui fiant, sed præcipuè quòd supra cæteros euehantur, & dignitate, & officio Deum referentes, reliquis, qui in communi classe relinquuntur, iure anteponantur. Verbum tamen Græcum est ἐξαίφνης quod Erasmus vertit, exortus est, sed significantiùs potuisset verti, excitatus, siue suscitatus à Deo, scilicet quòd Ioannē ex sterili matre & iam senio confecta & desperata vulua præter solitum naturæ ordinem diuina potentia in vtero materno conceptū sanctificauit & præparauit ad præparandam sibi plebem perfectam: quo verbo vsus fuit ipse Ioannes ca.3. Matt. cùm dixit: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. ita ergo in Ioanne locum habet & dignitas Præcursoris ad quam est euectus, & conceptio eius & natiuitas supra naturā, quæ sunt propria & singularia Ioanni. Quartò, non euidenter, & necessariò ex verbis Christi elicitur Ioannem maiorem fuisse cæteris omnibus Veteris Testamenti hominibus. Etsi enim in

Minus solida quorundam huius loci de casu originalis peccati, à quo resurrexit Ioannes, improbata sententia. *Luc.1.*

Exod.1.

Ioan.7. Quòd Christus prędicta sententia: Nō surrexit maior.&c. Ioannem antiquis Iudæis minimè prætulerit.

Luc.1.

conceptione eius,& sanctificatione in vtero & natiuitate eius admiranda, quam audientes,dicebant:Quis putas,puer iste erit? in vitæ quoque austeritate, & in officio ostendendi Messiam cæteris omnibus antecellat: ex verbis tamen Christi tantùm innuitur, neminem præcedentium eo fuisse maiorem: sed poterant aliqui esse æquales. Vnde Hieronymus in hęc verba. *In eo quod dicit: Non surrexit maior inter natos mulierum Ioanne Baptista, non cæteris Prophetis & Patriarchis, cunctisq; hominibus Ioannem prætulit, sed Ioannem cæteris exæquauit. Non enim statum sequitur, vt si alij maiores eo non sunt, ille maior aliorum sit, verùm vt æqualitatem cum cæteris sanctis habeat,* & Augustinus quodam loco sic habet: *Potuerunt esse aliqui Ioanni æquales, aliqui eo minores; nullus autem maior propter sententiam Domini: omnes tamen sancti, iusti, & boni.* Idem quoque ait: *Veniet in spiritu, & virtute Heliæ. parem ergo Ioannem Heliæ ostendit: & Dominus dicit; Nemo maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista. Non dixit, omnibus maior est; sed, nemo illo maior est: hoc est, æqualem habet, maiorem nō habet.* Hæc illi.

Hieron.

Augusti. in Psal. 141. Tom. 8.

Idem lib. Quæstio. ex Vete. Test. q. 20. tom. 4.

Luc.1.

Alij tamen simpliciter volunt, Ioannem cæteris fuisse maiorem: vt non tantùm ob prophetici muneris excellentiam, sed etiam ob vitæ sanctitatem reliquis præferatur. quod comprobari potest ex contextu, & Patrum sententijs. Nam cùm Dominus Ioannem laudasset à fidei zelo, & confessionis: à vitæ sanctæ austeritate, ac docendi munere, vt meritò dixerit Prophetam, & plusquàm Prophetam, imò & Angelum à Malachia prædictum, velut in epiphonema prorumpens dixit; *Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* In quo diuersa ab his quæ dixerat, intelligi voluit: non enim sat fuit plusquàm Prophetam ratione officij vocare, nisi incomparabilem eius magnitudinem, ac perfectionem commendaret, qua non erat inferior reliquis hominum filijs, imò nemo eo maior. Vnde cùm Angelus dixit, *Hic erit magnus corā Domino*; non ait, coram hominibus. Subdit, nō propter munus quod administrabat, sed ob prærogatiuam sanctitatis; *Vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.* Et Procopius Gazęus eum docet magnum prædicari; qui virtutem in omnibus confectatur, & seruat. Hoc modo nullus malus dici potest magnus. Hic titulus datur Moysi, & Ioanni, & Christo. Et quod sequitur: *Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo*: se cum Ioanne conferens, qui ætate, & multorum opinione minor erat illo, tantùm ostendit superiorem. Vitæ ergo sanctitate, & gratiæ dignitate cæteris præstabat, vno excepto Christo. Nā etsi per minorem aliqui intelligant Angelum, vel quemlibet beatum, qui tamen nullus tunc erat adhuc cum eis collatus; Ioannes etsi in statu gloriæ ab illis superetur, dū in carne ipse peregrinatur; tamen Ioanni adhuc remanet prærogatiua, vt inter homines nulli cedat, sed virtute cæteris antecellat. Deinde idem probatur: Quia si Ioannes ratione officij cęteris antecelleret, oporteret eum etiam Apostolos superare; at Apostolatus, prima est Ecclesiæ dignitas, & maior prophetica, teste Apostolo, quia illis, id est Apostolis, primitiæ Spiritus collatæ, & illi sunt Ecclesiæ fundamenta, & populorum Principes. Non ergo ad muneris magnitudinem præcipuè respexit Dominus, sed ad gradum & perfectionem virtutis, quæ nec in Prophetis, nec in Apostolis maior eo tempore extitit. Hinc Anselmus in Matthæum scribit: *Ioannes non fuit inferior meritis Apostolis, sed tantùm officio ministerij: maius enim ministerium non fuit, quā Apostolatus, tamen in cœlo non fuit Ioannes minoris dignitatis, quàm Apostoli.* Sic ille. Idē rursus comprobari potest sententijs quorundam Patrum, inter quos Cyrillus in libris Thesaurorum: *Præcursor verò*, inquit, *Ioannes iuuenis admodum, vitam cū morte commutauit. Nō ergo maior inter natos mulierum tempore dicitur, sed virtutis sublimitate, qua ad eos peruenit terminos, quo natura humana peruenire potest.* Idem Basilius tradit, qui magnitudinem refert ad sanctitatem & vitæ austeritatem. Gregorius Nazianzenus vocat Ioannem, Heliam nouum, Prophetam maiorem, & veterum, nouorumque mediatorē, Sponsi amicum: qui super omnes natos mulierum existat. Ambrosius etiam: *Magnus*, inquit, *Ioannes, cuius magnitudini etiam Saluator testimonium perhibet, dicens: Inter natos mulierum maior non est Ioanne Baptista. Præcedit cunctis, eminet vniuersis, antecedit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis de muliere, inferior est Ioanne.* Idem in Lucam: *Quem nobis Dominus proponit imitandum, qui viam Domino non solùm nascendi secundùm carnem ordine fideique nuntio, sed etiam præcursu quodam glorioſæ parauit passionis. Maior sanè Propheta, in quo finis est Prophetarū. Maior Propheta, quia multi cupierūt videre quem iste prophetauit, quem iste conspexit, quem iste baptizauit. Sed illi subdit anteponendum Christum, qui ait; Hunc (scilicet Ioannem) omnibus dico esse maiorem, sed inter mulieris, non virginis natos, maior enim fuit ijs, quibus æqualis esse poterat sorte nascendi.* Augustinus: *Nihil maius extitit in genere humano, quàm Ioānes Baptista, nec in natis mulierum exurrexit. Si quæris excellentiam hominis, Ioannes Baptista est.* Rursus: *Si in natis mulierum, hoc est, in hominibus, nemo exurrexit maior Ioanne Baptista: quisquis Ioanne plus est, non tantùm homo, sed & Deus est.* Chrysostomus in Matthæum: *Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Id est, non peperit mulier Ioanne vnquam maiorem.* Autor quoque Operis imperfecti in Matth. sic scribit: *Scriptura quidem non dicit, Ioannem maiorem esse cæteris Sanctis; sed cæteros Sanctos non esse maiores Ioanne, exæquauit eum cæteris, non præposuit. Sed cùm tanta sit iustitiæ altitudo, vt in illa nemo possit esse perfectus, nisi solus Deus: puto quòd omnes Sancti, quantum ad subtilitatem diuini iudicij, inuicē sibi aut inferiores sunt, aut priores. Ex quo intelligimus, quoniam qui maiorem non se habet, omnibus maior est. Hoc deniq; sequens sermo demonstrat, dicens: Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est in eo. Quis autem est minor, & maior? Christus videlicet minor in corpore, maior in spiritu. Vide ergo quia omnibus Sanctis est maior, cui solus Christus est prior.* Denique audi quàm excellentibus epithetis, & honorificis illustrent Sancti Ioannem. Honorius enim serm. de natiuitate Ioannis Baptistæ. *Quanta*, inquit, *veneratione Ioannes sit dignus, declarat nobis in Euangelio Dominus: Inter natos, inquit, mulierum nō surrexit maior Ioanne Baptista, omnibus Sanctis maior affirmatur, solis Angelis æquiparatur, & ideò Angelus non immeritò appellatur. Ioannes, dicitur vox Verbi, Helias, plusquàm Propheta, Angelus, Baptista, Præcursore Redemptionis, præco iudicis, amicus Sponsi, paranymphus, lucerna lucens, & ardens.* Et Chrysologus: *Appellatur schola virtutum, magister vitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum, Patrum via, peccatorum venia, fidei disciplina. Rursus dicitur maior homine, par Angelis, Legis summa, Euangelij satio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, Præcursor Iudicis, Christi metator, Domini testis, totius medius Trinitatis.* Similia tradit Augustinus, & Bernardus. Ideò ridiculus est sensus Erasmi Sarcerij interpretantis, Ioanne dici maiorem nullum ratione gratiæ singularis in carne, & coram hominibus, non coram Deo. Sed quæ est ista carnis prærogatiua? num nobilitas generis, & natalium splendor? Certè in hoc exceditur ab alijs, qui stirpe Regia profecti clariores erant. Nū propheticum munus, & Præcursoris officium? Sed quis ferat tale aliquid, vt prærogatiuā carnalem laudet, aut vocet? nam bona corporis, vel fortunæ ad aliquā in carne prærogatiuam spectare possent. Sed hoc Christo non venit in mētem, vt ex vanis & mo-

Qui Ioannē cæteris omnino maiorē esse contendunt, quibus illi rationib. adducantur.

Malac. 3.

Quo verbo Angelus insignem eius excellentiā indicauerit. Luc. 1.

Procopius Gazæus in Gen. 26.

Is est magn' prædicādus, qui virtutem in omnibus confectatur, & seruat. Exod. 11.

Idem serm. 4. de festo Nat. Ioan. Bapt. circa fin.

Chrysost. ho. 38. in Matth. tom. 2.

Autor Oper. imperfe. in Matth. hom. 27. tom. 2. operum D. Chrysost.

Secunda ratio.

1. Cor. 12. Ephes. 4.

Ephes. 2.

Angeli sunt Matth. 11.

Hilarius.

Quam veneratione sit Ioannes: idem dicit Augustinus hominibus.

Idem. 1. Tessa. 2.

Tertia ratio.

Cyr. Hier. Thesaurus tom. 2.

Basil. de virginit. Matth. 11. Greg. Naz. orat. de Athanasio. Ioannes, et Origen. hom. 6. in Luc. Ambr. lib. 4. in Luc. August. lib. 83. quæst. quæst. 73.

Quomodo Propheta accipiendus sit Ioannes.

August. in Psal. 21.

Quos laudauerit in Euāgelio Christus, & de quibus tantum modo. Matt. 16. Ioan. 1. Matth. 8. Luc. 7. Matt. 26. Luc. 10. Matt. 15. Luc. 21. Infra 23.

Autoris in Matthæum operis imper. duos in excellentia & gratiæ & meritorum pares inueniri negantis dictum expenditur.

Quænā prærogatiuæ Ioannis non fuerint cum Apostolis communes. Luc. 1.

Ibid.

Matth. 3. Ibid. Esai. 40. & Ierem. 1. Malach. 3.

Christi sentē tiam: Non surrexit inter natos mulierum, &c. propriè ad donū Prophetiæ, quo Ioannes cæteris præcelluit Prophetis, esse referendam. Luc. 7.

Ioānes quate fuerit plus quam Propheta, Christi testimonio. Luc. 7.

mentaneis istis, quæ ipse contemnere docuit, Ioannem laudaret. Laudat quidem Christus multos, vt Petrum, Nathanaelem Centurionem, peccatricem Mariam & vnctricem, & Martham hospitam, Chananæā, pauperem viduam; sed à virtutibus fidei, pœnitentiæ, hospitalitatis, eleemosynæ. Quare non est quòd Christus ob aliam aliquam carnalem prærogatiuam, vel gloriæ, vel famæ Ioannem commendauerit; quia apud Ethnicos multi sunt ob illa, & similia celebrati: an par est, Ioannem à Christo nobis commendari ob illa, quæ communia sunt Ethnicis & impijs?

Si ergo sermo est de excellentia gratiæ, & meritorum, atque in ea, vt putat ille Autor Operis imperfecti, duo non inueniuntur pares; profectò qui à nullo superatur, omnibus maior est, & solus Christus eum excellit. Potest ergo dici Ioannes alijs maior ratione prærogatiuarum multarum, quibus non solùm supra omnes Prophetas, sed etiam supra Apostolos decoratus fuit: nam Angelico promissus fuit oraculo, conceptus miraculo, sanctificatus in vtero, atque in illo Christum adorans, & ibi Spiritu sancto repletus; ab ineunte ætate semper cum Deo, & Angelis in deserto conuersatus fuit, nulla hominum consuetudine vitiatus; quòd primus regnū Dei prædicauerit, quòd Baptismi autor extiterit; quòd Dominum suum baptizauerit; quòd primus agnitum Christum digito prænonstrauerit; quòd solus à Prophetis promissus, & adumbratus: promissus à Malachia, adumbratus verò in Helia; quòd Angelis Dei dici meruerit; quòd alij non sint nati Prophetæ, sed postquàm nati, & aliquamdiu vitam duxissent, in Prophetis sunt assumpti, hic verò Propheta antequàm in lucem editus sit.

Verùm etsi hic intellectus propter tot Patres probabilis existat, & dignus omni acceptione: alius tamen sensus est huius loci. Nam comparatio ad propheticam & præcursoriam dignitatem spectat, & non cum omnibus hominibus; sed solùm cum Prophetis componitur: & iste videtur sensus germanus, & magis verus. Ait enim Lucas; *Dico enim vobis, maior inter natos mulierū Propheta Ioanne Baptista nemo est:* vbi videtur comparari excellentia in gradu Prophetiæ. Et est sensus; Nullus Propheta fuit maior eo, nec etiam æqualis, sed ipse maior fuit omnibus: quod consonum est his, quæ paullò ante dixit, nempe quod Ioannes erat Propheta, & plusquàm Propheta. Quòd autem sit plusquàm Propheta, ostendit ex eo, quòd nullus Propheta maior

Secundū argumentum.

Muretur homo quando.

Ioannes etiā cur fuerit plꝰ quām Propheta.

Ioan.1.
Deut.34.
Illud Deuteronomij: Nō surrexit vltra Propheta in Israel sicut Moyses, quomodo verum sit.
Ioan.10.
Qui in re Prophetis inferior fuerit Ioannes Baptista, ijsdēque superior

Luc.16.

Quod interdum Prophetæ quæ prædixerāt, postea viderint impleta; an ideò non fuerint Ioanne minores.
Ierem.2.
Thren.1.
Quisnā Prophetiæ finis.

Quid regnū cęlorum, hoc loco significet.

co surrexit: ac proinde Matthæus venit interpretandus per Lucam, non è contrario. Vnde nomen Propheta, Græcè Nominandi casus est, προφήτης, non Auferendi; ne quis putet omnes homines conferri Ioanni Baptistæ Prophetæ, & non potiùs Prophetas sanctos ad Ioannem Baptistam. Cōgruit etiam hoc scopo Christi, qui volebat ostendere, Ioannem non ex eo quod testimonium fuerat, mutatum: mutatur enim homo, cùm se errasse deprehendit. Ioannem autem à vero minimè aberrasse, ostendit Christus ex eo quòd erat Propheta, & plusquàm Propheta, & quo nullus maior surrexit: nam Propheta lumine diuino supernaturæ facultatem illustratur; ac proinde excessit Ioannes omnes Prophetas, quia clarius vidit id, quod prophetauit, quam cæteri. Ioannes autem quod prophetauerat, etiam in singulari nouit, & lumine diuino præditus cognouit, nempe Iesum esse Messiam, vt habes apud Ioannem. Quod verò in Deuteronomio dicitur de Moyse, quòd non surrexit vltra Propheta in Israël sicut Moyses, intellige non simpliciter, vt ibidem explicat, sed in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum Deus, vt faceret in terra Aegypti, Pharaoni. Ioannes autem in miraculis non solùm illo, sed etiam alijs Prophetis minor fuit, cùm nullum signum ediderit. Excessit tamen ille Moysen, & reliquos Prophetas, quòd omnes illi de Christo prophetauerunt, & eum tamen non viderunt; Ioannes autem & prophetauit, & vidit; quæ perfectio erat propheticæ cognitionis. Aliquādo enim Prophetæ desiderarunt distinctè cognoscere illum, de quo prophetabant, videndo illum: sed non fuit eis concessum iuxta verbum Domini: *Multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.*

Quod verò Ieremias prædixerit ciuitatibus Ierusalem excidium, & illud posteà oculis suis viderit, vel alij Prophetę aliquid prædixerint, quod euenisse paullò post viderunt: non erat adeò magna perfectio, nec illa res magnam aliquam delectationem pariebat. Nam finis Prophetiæ Messias erat, ad quem omnia præcipuè referebantur: de quo qui plura prædicebat, & maiori lumine videbat, eo erat Propheta excellētior, & maiori Prophetiæ lumine præditus. Ac subdit: *Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo.* Quod hic vocat regnum cœlorum Matthæus, Lucas vocat regnum Dei. Idem ergo vtraque voce significatur. Est autem regnum cœlorum, Ecclesia, siue militans, siue triumphans. In hoc loco verò si pro triumphanti accipiatur, sensus esset, quòd quilibet beatus esset maior Ioanne: atq; ita Hieronymus explicat: dicens: *Multi de Saluatore hoc intelligi volunt, quòd qui minor est tempore, maior sit dignitate. Nos autem simpliciter intelligamus, quòd omnis Sanctus, qui tam cum Deo est, maior sit illo, qui adhuc conflictum in præsenti. Aliud est enim coronam victoriæ possidere, aliud adhuc in acie pugnare.* Hæc ille. Et Ambrosius in Lucam: *Minorem in regno cœlorum non ad Christum, sed ad Angelum refert, vt ostendat Ioannem omnibus hominibus anteponi, sed Angelis tantùm cedere.*

Cui sensui duo obijci possunt: alterum, quòd nemo hominum erat in vita æterna, quando Christus hoc dixit: ipse enim primus illius portā per mortē aperuit. quod si intelligas de illis qui erant in sinu Abrahæ qui erāt beati sub certa spe; dici posset insolitū esse in Scripturis regnū cœlorū vocari Limbum Patrum: quia si Paradisus dicatur, cum latroni Dominus dixit; *Hodie mecum eris in Paradiso*, non tamen simpliciter, sed propter Christi in eum descensum, & propter eius præsentiā dicitur Paradisus. Deinde verum non est, existentes in sinu Abrahæ maiores esse Ioanne, cùm beatitudinem nondum obtinerent, qua possent præstare viuentibus.

Alterum, quod obijci posset, est, quòd non quilibet qui est in vita æterna, sit maior Ioanne Baptista: nam cum viueret Mater Christi, & Apostoli, post Christi mortem multi erant beati in cœlo; & tamē omnibus illis sanctior Virgo erat, & sanctiores Apostoli, & nunc multi viatores sunt, qui excellentiorem gloriam possidebunt, quàm multi beati: simili ratione etsi quilibet Angelus excellentior sit Ioanne, tùm in naturæ dignitate, quia Angelus purus spiritus est; tùm in beatitudine: tamen Ioānes multis Angelis maior futurus erat in cœlo: nec est verisimile, Christum Angelos beatos cum Ioanne viatore componere voluisse.

Superest igitur, vt nomine regni cœlorum, vel Ecclesia militans veniat, vel prædicatio Euangelij, in quibus Iesus, qui Ioanne ipso minor erat ætate, & in hominum tunc existimatione, ac posterior erat in annuntiando Euangelio, minor etiam in officio humilitatis, quia ille, vtpote maior, factus est minor, & minister noster: hic, inquam, tot modis minor, absque comparatione vlla maior est, quàm Ioannes Baptista, vt nimirū non homo tantùm, sed etiā Deus natura, gratia, & dignitate maximus. Et comparans Iesus Ioanné proprijs laudibus, nō dicit simpliciter: Ego maior sum illo, sed describit se à minoritate (vt ita dicā)

in reg-

Christus quātē se maiorem insinuat: Ioanne Baptista.

Ioan.1.

Infra 3.

Supra 1.

Quæstium hoc verba Christus addidit ne deloquium: Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo

in regno cœlorum. Nec inquit, qui maior est eo; sed simpliciter, *qui minor est in regno cœlorum*, id est, in statu regni cœlorum, in quo inchoatum est cœlorum regnum. Et tacitè actectè se maiorem Ioanne esse dixit, alludens ad verba ipsius Ioannis; *Qui post me vēturus est, ante me factus est: quia prior me erat*, vbi declarat quomodò sit minor, & quomodò maior; & alibi, *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quòd dixerim, Non sum ego Christus; sed quia missus sum ante illum.* Infrà: *Illum oportet crescere, me autē minui.* Iam verò quoniam multa, & præclara Christus dixerat de Ioanne, periculum erat, ne populus ipse à Christo ad Ioannem deficeret, idem sentiens de Ioanne, quod eius discipuli sentiebant, Ioannem scilicet esse Messiam; ideò Christus encomio Ioannis rectè subiunxit: *Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo*, quasi declarans quod priùs dixerat: *Inter natos mulierum non surrexit*, & ne inter verba Ioannis (dicentis Christum longè se maiorem, & fortiorem) & verba Christi vlla videretur esse discordia: *Qui minor est*, inquit, *in regno cœlorum, maior est illo.* Estque valde ad rem: nam cùm Dominus Ioannem nimium extulisse videretur; veluti temperaméto quodam encomium condiens, dixit, quòd Filius hominis, qui opinione Iudæorum minor erat Ioanne, illo tamē reuera esset superior, non inter homines, sed in regno cęlorum, scilicet ætate & opinione. Et Cyrillus in libris Thesaurorum, multis agit contra Eunomium; ne quis putet, Christum Ioanne vel minorem, vel æqualem habendum esse. Atque hic sensus cæteris etiam conuenientior comprobatur, quia magis spectabat ad Christi institutum. Dominus enim sine causa, vel mysterio nunquam loquitur. Atque hunc sensum, vtpote germanū, & magis literæ congruentem, sequuntur Augustinus libro secundo in aduersarium Legis, & Prophetarum, Chrysostomus homil. 38. in Matthæum, & eius breuiatores, Theophylactus atque Euthym. Qui quidē sensus ex eo cæteris conuenientior comprobatur, quia magis spectabat ad scopum Christi. Dominus enim sine caussa vel mysterio (vt dixi) nunquam loquitur. Cùm ergo dixerit, nullum maiorem Ioanne surrexisse, si subiungeret, quemlibet Angelū, vel beatum esse eo maiorem, non videretur multum cohærere: quia tamen dixerat, non surrexisse maiorem Ioanne, putari poterat Ioannes Christo maior. Pulchrè autem Chrysostomus in prædicto loco, & Ambrosius lib. 5. in Lucam, cap. 7. annotarunt, quòd vt Ioannes ipse cum de Christo dicat: *Veniet fortior post me*, non se illi comparauit: nec Paulus cùm de Mose scribit: *Amplioris gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus*: & Christus etiam cùm dicit: *Ecce plusquā Ionas hic, & Ecce plusquam Salomon hic*, non se Ionę, vel Salomoni comparauit: ita & hic cum se Ioanni cōferre videtur, reuera minimè se componit cum illo, sed ex vsu Scripturæ veteris fecit, quæ per comparationem introducit, quæ inter se comparari non possunt, vt homines ab erroribus liberet. Vt cùm dicit: *Non est similis tui in dijs, Domine; & non est secundùm opera tua.*

Contendamus igitur, vt magna reuerentia, atque veneratione colamus sanctos, illosque Dei amicos, atque vt Christi selecta membra honorificemus: semper tamen intelligamus in infinitum distare à naturali illa, & suprema Christi diuinitate, atque maiestate, quæ omnium bonorum nostrorum fons & origo est, cuique perpetuæ, & immensæ agendæ gratiæ, quod tantis donis seruos suos cumulare dignatus fuerit, vt per eos nobis magis accommodatos, & cōmensuratos ad agnoscendum ipsum Christum progredi valeamus, ipsomet largiente, qui cum Patre, & Spiritu sancto in perpetuum viuit, & regnat, Amen.

Quibus cum minimè sanctis se Christus comparauerit. *Matth.11.*

Scripturæ mos.

Psal.85.

Alio Dinos, alio Christū Deum, cultu venerari debemus.

Christi in nos beneficium singulare.

TRACTATVS IV.

Tract.32.

In illa verba: *A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim Prophetæ, & lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt: & si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat.*

Matt.11. & Luc.7.

COmmendauerat Dominus Ioānem, non solùm ex animi cōstantia, & corporalis vitæ austeritate, & dono gratiæ plusquam propheticæ, & ex collatione eius cū alijs: nunc eum celebrat à nouo fructu nouæ suæ prædicationis. Nam cùm antea sub ministerio legis, sub Scribis item & Pharisæis omnia frigerent; ab eo autem tempore quo Ioannes doctrina sua, & baptismo cœpit præparare ad regnum Dei, & vniuersalem Dei gratiam omnibus prædicare, magnus in hominum cordibus feruor innatus est. Vocat autem dies Ioānis Baptistæ, dies suos, qui cum illis concurrebant (vt interpretatur hoc loco Hieronym. & Augustinus libr. 83. quæstio. q. 58. ad med. tom. 4.) nam Christus vt Verbum, per Ioannem vt Vocem, clamabat in deserto; & excitabat

Quàm vtilis, & fructuosa Ioannis prædicatio, Domino testante.

A diebus Ioannis Baptistæ quibus nam regnum cęlorum vim patitur.

tantum

Quàm diuturna eiusmodi violentia.

tantum calorem in audiẽtium pectoribus, vt cœlum ipsum vellent irrumpere. Et subdit, *Vsque nunc*, ad significandam perseuerantiam violentiæ in regnum cœlorum, quasi dicat Christus, Ne nunc quidem cessauit, nec in posterum cessabit, donec hoc regnum steterit. Et cum olim priscorum prophetarum tempore regna Amorrhæorum, & Chananæorum in terra Promissionis polliceretur Deus, eiusmodi regna vim passa, & violentia occupata sunt à filijs Israel; vnde Moyses & Iosue vim intulerunt, & paullatim possederũt regna Chananæorum: ita diebus Ioannis Baptistæ cepit prædicari, & promitti regnum cœlorum, & fides, & pœnitentia, qua illud homines consequi possint: vnde videmus magno impetu peccatores, & publicanos, milites, meretrices, ethnicos, & calamitosos quosque, ceu acie instructa, veluti violentos irruere, & regnum cœlorum, hoc est, Euangelicam gratiam veluti diripere. Ex quibus cõijcere nobis licet, hæc esse ipsissima Messiæ tempora, & in his oriturum regnum Dei, quod per Apostolorum prædicationem, & temporum successionem esset per totum orbem propagandum, ad quod certatim omnes confluerent: de quo Esaias prædixit, dicens: *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent, Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas.* Aduerte etiam, vim iuri contrariam esse, & violenter dicitur agere, qui sine iure agit, aut præter ius: ius autem ad hoc regnum videbantur habere Iudæi, *Quorum*, vt ait Apostolus, *fuit adoptio filiorum, & gloria, & testamentum & legislatio, & obsequium, & promissum. Quorum patres, ex quibus est Christus secundùm carnem. Vnde violenti, ac veluti irruentes in ipsum regnum sunt Gentes incircuncisa, abalienata à conuersatione, & à Republica Israël, extraneæ à testamentis, promissionis spem non habentes, Deoque carentes in hoc mundo.* Gentiles igitur, ad quos non pertinebant iure regnum cœlorum, violentia rapiunt illud ex gratia Dei. Vt enim silent leges inter arma: ita Gentes citra legis præsidium fide, & gratia Dei armatæ regnum expugnant. Non tamen citra legem Christi, quæ in charitate Dei, & proximi sita est, & ad quam seruandam Spiritus Sanctus in cordibus credentium diffusus, maximè adiuuat. Cùm multi vni priuato seruiant, habent quidem munera, sed sub lege, si fecerint quæ ad eos spectant: at si ille, cui seruiunt, ad regnum assumatur, tum verò tota eius domus & supellex direptioni & rapinæ est exposita. Ita Deus, antequam veniret Ioannes, cùm ad eum, ac Iesum Regem Iudæi proclamarent, dabat quidem gratiam suam, sed laborantibus in lege: at vero nunc ad gloriam Filij sui iam Regis declarati, & in tanta lætitia venientis, gratiam suam direptioni exposuit. Ad hæc, vt ad nouam mercem, & pretiosam ad vendendum propositam, certatim, & per vim irruunt emptores; ita ad regnum cœlorum à Ioanne prædicatum.

Matth. 3.

Quod nam regnum cœlorum sit, & qui nã illud violenti rapiant, ac possideant,

Psal. 18. Rom. 10. & alibi.

Esa. 2.

Iudæi quomodo habebant olim ius ad regnũ cœlorum.

Deinde per hoc verbum patiendi vim, conditio regni cœlestis explicatur: nam illud dicitur propriè vim pati ab aliquo, ad quod nullam habet habilitatem: regnum verò Dei tantæ est excellentiæ, & dignitatis, vt nullam habeat peccator ad illud possidendum habilitatem, nisi ex gratia Dei accedat fides, & pœnitentia: imò nec in iusto quidẽ, si opera eius secũdùm suam substantiam consideres: Quia *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Hinc Hieronymus: *Grandis est violentia in terra nos esse generatos, & cœlorum sedem quærere, & possidere per virtutem, quæ non possumus per naturam.* Et Ambrosius serm. 15. *O beata violentia, quæ vim patienti bonitatem elicit, & vtilitatem tribuit inferenti. Malares admittitur, & de iniuria nemo caussatur: vis admittitur, & religio propagatur. Quisquis enim violentior Christo fuerit, religiosior habebitur à Christo. Aggredimur ergo in itinere Dominum, siquidem ipse est via, & more latronum suis eum spoliare nitimur, cupimus illi auferre regnum, thesauros & vitam: sed ille tam diues et largus est, vt non abnuat, non resistat, & cùm omnia dederit, nihilominus omnia ipse possideat.* Hæc ille.

Rom. 9. cur Gentes regnum cœlorum rapere violenter dicuntur.

Ephes. 2.

Quibus armis illæ rapiant hoc regnum.

Ezech. 36. Rom. 5.

Gẽtes qua ratione regnũ cœlorum à Deo rapuisse videantur.

Dura autem videtur hæreticorum quorundam expositio, qui peruiolentos intelligunt illos, quibus Deus vim infert ad benefaciendum: nam tales non inferunt vim, sed patiuntur: non rapiunt regnum cœlorum, sed rapiuntur. Ideò absurdus est sensus. Tollit enim liberum arbitriũ, de quo B. Augustinus; *Si non est liberum arbitrium, non est quod saluetur: si non est gratia, non est vnde saluetur.*

Quòd si obijcias, scriptum esse; *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum*; respondeo: Hic tractus violentiam non habet, vnde tractus dicitur venire: quod est liberi arbitrij indicium. Sicut alibi tractus dicitur currere, iuxta id; *Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Quod verò Dominus dixit: *Compelle illos intrare, &c.* non per violentiam intelligitur, quia violẽtum propriè illud est,

Altetum exemplum.

His etiã verbis: Regni cœlorũ patitur; significet.

Regni cœlestis dignitas & præstantia.

Rom. 8.

B. Hieron. in Matth. cap. 9.

B. Ambr. serm. 3. circa finem.

Regni cœlestis raptores grata violentia quã pij.

Ioan. 14.

Hæretica impietas iste sentit.

Violẽti dicitur, quibus Deus vim infert ad benefaciendum, quibus violentus & absurdus.

B. Aug. pluribus locis.

Ioan. 6. Si tantum quem Deus Pater traxerit ille venit ad Christum, ergo libero hominis arbitrium *Cant. 1.* Quos eligit Deus, quomodo ad cœnam cœlestem

cuius

Luc. 14. Violentum quid sit. Deus quos saluet tãtum modo.

cuius principium est ab extrinseco. Deus autem non saluat nisi volentes, & eos qui in Filiũ suum credunt: cætera autem potest homo nolens; sed credere, nonnisi volens. Qui aũt fide ad regnum cœlorũ mouetur, ab intrinseco maximè mouetur principio. Compelli ergo dicuntur, qui omnibus rationibus ita inuitantur, & persuadentur intrare ad cœnam cœlestem, vt ex nolentibus volentes fiant, citra vllam tamen violentiam; Est ergo ille sensus literæ violentus, & à violentis hominibus ad scindendũ rete Euangelicum, id est, hæreticis excogitatus.

Violenti quò que qui rapiant regnũ Dei.

Ioan. 1. Ioannis priuilegium singulare. *Matth. 3.*

Qui propriè violenti qui rapiunt regnum cœlorum. *Matt. 13. Supra 9. Supra 4.*

Quamobrem violenti propriè sunt, qui agnita per fidem margarita, siue thesauro Euangelico possidendo, omnia bona sua distrahunt. Hinc Matthæus, atque alij Apostoli quatuor ad vnam Christi vocem dimissis omnib. secuti sunt eum: hinc Chananæa fide viua instructa, nullis iniurijs vel repulsis absterrita, extorsit potius quã obtinuit filiæ à dæmone oppressæ liberationem. Violentus etiam fuit latro in Crucem, qui fide, & cõfessione innocentiæ Christi, & obiurgatione sui, & alterius qui cum eo crucifixus erat, peccati, regnum cœlorum, siue paradisum sibi comparauit. Hæc est enim victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Per fidem enim vim facimus prudentiæ carnis, & mundi, illamque exuimus, induta prudentia spiritus, per quam nostris cogitationibus, & ratiunculis in fidem insurgentibus vim facimus, illisque occurrimus. Vnde pulchrè Ambrosius inquit: *Est ergo fidei religiosa violentia, segnitia criminosa. Et ideò vim faciamus naturæ, vt non ad terrena demergat, sed ad superna se subrigat.* Hæc ille. Rursus violenti sunt, qui per pœnitentiam cum peccato luctantur, illudque carni commoda subtrahendo declinant: atque etiam non tantùm ab illicitis, sed etiam à licitis se temperando, vt ad gratiam perueniant Euangelicam. Talem violentiam habuit peccatrix illa Euangelica, quæ cùm se intus erubesceret, hominum, atque conuiuij conspectum non est verita. Talis est ille Zachæus, qui dimidium bonorum suorum dedit pauperibus: & si aliquem defraudauit, reddidit quadruplum. Tales publicani, & meretrices, qui Scribas & Pharisæos præcedunt in regno cœlorum: nam per pœnitentiam ad regnum cœlorum diponebantur publicani & peccatores, ad quos regnum Dei non pertinebat. Iusti autem olim dispositi erant ad regnum Dei potiùs voluntate, quàm pœnitentia. Vnde filij regni dicuntur, hoc est, candidati, siue vocati à Deo ad illud. Violenti item censentur, qui magna constantia, & spiritus feruore concepto, regnum Dei, hoc est, Messiam, & fidem in eum, atque pœnitentiam ad eum promerendum prædicant, siue euangelizant: atque in hoc genere primus violentus est Ioannes Baptista, qui non tantùm verbo, sed etiam vita vox erat clamãtis in deserto, atque inuitantis ad regnum: estq; prærogatiua singularis Ioannis, quod primus ipse hoc regnum prædicare cœperit. Quem sensum insinuat Lucas capite 16. dicens: *Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem.* Ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Idem est ergo vim pati apud Matthæum, & euangelizare apud Lucam: nam euangelizando regnum Dei tangitur, eiusque pretium, & dignitas detegitur. Talis erat ille bonus Stephanus, cuius sapientiæ, & spiritui, qui in eo loquebatur, non poterant aduersarij resistere: tales & Apostoli euangelizantes virtute multa, de quibus Actorum 4. dicitur: *Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis.* Legimus etiam viros sanctos tempore vmbrarum, & legis vim cœlo ipsi intulisse, vt Iosue, qui in prælio, ne dies ad superandos hostes deficeret, orauit: *Sol*, inquit, *contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Stetit itaque Sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Non fuit antea, & posteà tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel.* Talis fuit & violentia ab Helia cœlo facta, quando oratione sua per triennium cœlum clausit: posteà autem illud compressit, vt cœlum ipsum veluti spongia manu per vim expressa pluuias terræ dederit. Talis & violentus Ezechias, cuius gratia dictum est à Domino: *Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat, in horologio Achaz in Sole, retrorsum decem lineis. Et reuersus est Sol decem lineis per gradus, quos descenderat.* Vides vim illatam à sanctis Patribus in Veteri Testamento? Sed ad effectus, & fructus temporales tantùm, & terrenos: quanto ergo maior violentia à viris Noui Testamenti, qui omnia terrena, & temporalia conculcarunt, & aspernati sunt, inferri cœlorum regno debet, ad debellandos hostes spirituales, ad impetrandam pluuiam diuinæ gratiæ? Talis fuit Stephanus, qui ad impetrandam coronam martyrij, vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Vide hic insignem Dei bonitatem, & charitatem, qui omnibus rationibus regnum suum nobis comparandum exposuit, non tantùm iure, sed etiam violentia, vt hic di-

Vim pati, & euãgelizare, cur minimè differant inter se. *Act. 6. Psal. 67. Act. 4.*

Eorum, qui vim olim cœlo intulerũt, exempla nõnulla memorantur. *Heb. 10. Iosu. 10.*

Secundum exemplum. *3. Reg. 17. & Iacob. vlt.*

Tertium exemplum. *Esa. 38. & 4. Reg. 20.*

Quam vim cœlo attulerint illi tantummodo, quã vero Noui homines Testamenti.

Quartum exemplum. *Act. 7.*

citur, &

dono qui accipiant, emãt qui, non rapiant regnũ cœlorum. *Matt 5.*

B Paulin. epist 32.

Mira Christi charitas in homines qualis, teste Paulino.

citur, & fraude, siue furto, vt ait Lucas cap. 16. de villico iniquitatis. Donationis autem, & hæreditatis titulo in illud ingrediuntur pueri baptizati; emptionis verò pauperes spiritu, qui se terrenis omnibus bonis abdicarunt, vt thesaurum in cœlis possiderent. Pulchrè autem annotauit Paulinus epistola de Gazophylacio: *Qui vetat aliena contingi, in sua gaudet inuidi.*

Omnes enim Prophetæ & Rex, vsque ad Ioannem prophetauerunt. Reddit rationem eius quod dixit: *Regnum cœlorum vim patitur, à prædicatione Ioannis,* qua simul confirmat non esse expectandum alium Messiam à se, & iam adesse tempus Messiæ, in quo omnia de eo prædicta implebantur. Dixit autem, *à diebus Ioannis,* & non, à diebus meis: vel quia in diebus Ioannis includuntur sui, cùm ipse sit veluti horizon quidam terminans vetus, & inchoans Nouum Testamentum; vel modestiæ gratia, quod auditores non boni consuluissent, si tantùm sibi Christus tribuisset, qui tamen finis erat Legis, & Prophetarum. Auditorum tamen captui sese accommodans, idem significauit, cui satis fuit docere, hoc tempus destinatum regno suo, vt sensim animos audientium excitaret ad accipiendam lucem, & veritatem relictis tenebris, & vmbris. Innuit enim præterijsse tempus pœdagogiæ Moysi, typorum, vmbrarum, ac vaticiniorum, & expectationis eorum, quæ prædixerant Prophetæ. Innuit etiam, Ioannem nihil aliud prædicare, nisi ipsum esse, quod Lex, & Prophetæ prædixerant. Et intellige quæ prædixerant de primo Christi aduentu, & regno suo: nam illa magna ex parte erant completa, cùm sub eo veniisset Messias, & indies implebantur reliqua: non autem spectant ad secundum eius aduentum.

Mosis, legis-ve pædagogia quousq; durare debuerat. *Gal 3.*

Ioãnes quid prædicaret tantũmodo.

Prophetæ, & Lex quomodo vsque ad Ioãnem prophetauerint. *1. Cor. 13.*

Prophetare autem vocat, obscurè, & per ænigmata loqui: vnde Apostolus dixit; *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus:* quod Ioannes apertè & manifestè prædicabat.

Centuriatores Centur. li. 1. ca. 4. & 10. cẽturiatores de Ioanne baptista quid sentiant, scribantque nebulones.

Veniunt autem hoc loco meritò reprehendendi Centuriatores, qui propter hæc verba malè intellecta, ea Ioanni tribuunt, quæ minimè illi conueniunt. Ita enim habetur in prima Centuria: *Ioannes de facto ac iure abrogat ceremonias Mosaicas: nam reiectis ac neglectis illis, ipse nouam, nempè baptismi ad Iordanem, instituit: vescitur locustis contra legem, & à sacrificijs deducit homines ad exhibendum Christum.* Et rursus; *Ioannes Baptista præcursor fuit Messiæ, destructor religionis Mosaicæ, quoad eam partem, quæ vitibus, & vmbris rerum futurarum constabat, & inchoator Noui Testamenti.* Sic illi, malè intelligentes illud: *Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt.* Ex quo inferunt; *Ergo Ioannes abrogauit Legem veterem, & nouam inchoauit*: cùm tamen Dominus tantùm indicare voluerit, propheticæ doctrinæ vsum, qui cum veteri Lege coniungebatur, Ioannis tempore desiturum, cùm iam Sol ipse fulgeret, & legis tenebras & vmbras sui aduentus claritate illustraret.

Matth 1

Nec valet; Ioannes nouam baptismi ceremoniam seruauit; ergo facto ipso, ac iure, abrogat legales ceremonias, vel destruit vetus, & instituit Nouum Testamentum, nec enim Ioannis proprium illud fuit munus, sed solius Messiæ, qui legis verus fuit abrogator; & noui regni, id est, Ecclesiæ ex Gentibus collectæ, inchoator, & baptismi Christiani institutor, totiusque doctrinæ vindex, & repurgator, iuxta id, *Lex per Moysen data est; gratia, & veritas per Iesum Christum facta est:* qui in morte dicens, *Consummatum est*, Legem, & vmbras compleuit. Ideò rectè monet Hieronymus, sic illud accipiendum: *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem prophetauerunt*: non quòd Ioannes Prophetarum sit finis, & Legis, sed ille, qui Ioannis testimonio prædicatus est.

Ioan. 1.

Quod verò à Patribus dici solet, eum antiquæ legis finem, & nouæ principium extitisse, prudenter est accipiendum, in eum sensum, vt Ioannes fuerit confinium legis, & gratiæ aduentantis post ipsum; nõ quòd ipse veterem abrogauerit, quandoquidem suo cum baptismo Lex adhuc staret, & obligaret: neque quòd nouam inchoauerit, etsi nouæ inchoatorem prædixerit, ac digito demonstrauerit; alioquin enim plura illi, quàm Christo tribueremus. Et si Ioannes legem destruxisset, nunquam pepercissent illi Pharisæi, qui etiam de re minori, scilicet baptismo, eum interrogabant: *Quid ergo baptizas si tu non es Christus? &cæt.* At Iesus plerunque calumnias euersæ legis, & violati Sabbati sustinuit, quasi nouæ esset legis conditor.

Etsi verò obijci possit, quomodo omnes Prophetæ vsque ad Ioannem prophetauerunt; cùm vsq; ad Ioannis tempora nemo viuendo peruenerit: nec omnium dicta, aut facta sunt vsque ad Ioannem conseruata? Deinde quomodò prophetauerũt vsque ad Ioannem; cùm & ipse Ioannes prophetauerit: *Venit fortior post me, &c; Illum oportet crescere, me autem minui*: & in

Hic loco magis accõmoda interpretatio proponitur. *Luc. 16.*

Actis Apostolorum quidam legantur prophetasse? Adhæc quomodo dicuntur vsque ad Ioannem prophetasse, cùm multorum prophetiæ extendant se vltra Ioannis tempora? Ob has rationes, varias expositiones accipere solet hic locus: sed illa cæteris præstare videtur, quam insinuat Lucas capite 16. dicens; *Lex, & Prophetæ, vsque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.* Vbi apertè docet, vsque ad Ioannem populum Iudaicum lege, & Prophetarum scriptis instrui debuisse de voluntate Dei, sed doctrina quadam rudi, quæ nondum absolutam veritatem, & apertam Dei voluntatem detegeret, propter externas adhuc vigentes ceremonias, & quod terrena adhuc bona promitteret, & ad timorem Dei potius, quàm ad amorem prouocaret. A tempore verò Ioannis nouam doctrinam exortam, qua iam non terrena bona, sed cœlestia annuntiabantur, & perfectior quædam iustitia exigebatur. Et ita in illa sententia, per Prophetas intellige non homines prophetantes, sed Prophetarum scripta, sicut & in alijs locis: *Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in Lege, & Psalmis, & Prophetis, de me,* & alibi; *Hæc est enim Lex, & Prophetæ.* Vt ita sit apertus sensus; Omnium Prophetarum scripta, & Lex prophetarunt vsque ad Ioannem: hoc est, voluntatem Dei homines docuerunt, cum futurorum promissione, quæ ad Messiam spectarent: at à diebus Ioannis noua quædam, perfectior, atque efficacior doctrina cœpit, qua regnũ Dei prædicatur iam appropinquasse non sine magno fructu, quia ab eo tempore homines cœperunt per fidem, & pœnitentiam vim in regnum cœlorum facere.

Prophetæ qui nam vsq; ad Ioannem prophetauerint. *Luc. 24.*

Matth. 7.

Sequitur: *Et si vultis recipere, ipse est Helias qui venturus est.* His verbis Christus tectè hortatur turbam, vt certò cognoscat, se verum Messiam præsentem esse, quia Helias præcursor eius præsens est, quem ante Messiam venturum, his verbis prædixit Malachias cap. 4. *Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.* Ipse ergo Ioannes Baptista, Helias est à Malachia promissus, non quidem in persona, quia sic ipse se negauit Heliam Ioannis 1. sed in spiritu, & virtute Heliæ, vt Angelus declarauit Luc. 1. Nam ita est Ioannes primi, sicut Helias secundi aduentus præcursor. Hinc Hieronymus ait: *Helias Ioannes dicitur, non secundum studios philosophos, & quosdam hæreticos, qui μετεμψύχωσιν introdu-*

In eo quod Ioannẽ præcursorẽ Christus præsentem admonit quid significauerit. *Luc. 1.*

Ioannes cur dictus Helias. *Hieron. l. 2. in Matth. in ca. 11. tom. 3.*

Ioãnem mysticum Heliam, in Malachia per commode primi Christi aduentus (vt verus Helias secundi futurus est) præcursorẽ intelligi posse.

Quid sit illud Malachiæ: Memẽtote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei. *Ioan. 1. Ioan. 5.*

Dies Domini magnus, & terribilis cur tempus Euangelij nominetur.

Quo sensu Iudæi Ioannem Heliam recipere debebant.

Contra Caietanum.

Scripturarũ mystici sensus ab Apostolis producti, quo loco habendi ab auditoribus erant.

Mos Scripturarum. *B. Chrys. ho. 32. tom. 2.*

Quid sibi velit: Etsi vultis credere, ipse est Helias, &c.

Qualis hæc phrasis.

vultis fide recipere hoc testimonium Malachiæ; ipse Ioannes ipsissimus est Helias, qui ante Messiam venturus erat. Cum enim homines aliquid dicere volunt, quod ipsi verum iudicant, alijs tamen creditu difficile, & vix credibile fore suspicantur; dicere solent, Si vultis recipere, vel credere, ita se res habet. Loquentes etiam obscura atque difficilia, consueuerunt dicere; *Qui potest capere, capiat*; id est, intelligat qui possit. Cum ergo de credendo fit mentio, quod in voluntate situm est, sigillatim ait, *Si vultis credere, &c.* vbi verò de intelligendo, vel comprehendendo fit sermo, dicimus; *Qui potest capere, capiat*, vel, *Qui habet aures audiendi, audiat*. Quia ergo dictum illud, *Ioannes est Helias*, includebat rem & creditu, & intellectu difficilem, id est, Messiam, & eius præcursorem iam venisse, nec illos ante oculos illorum positos dignosci ob eorum intellectus tarditatem, quia rebelles erant lumini, resistebantque Spiritui sancto; rectè Dominus vtrumq; dixit: *& Si vultis recipere, ipse est Helias*: &, *Qui habet aures audiendi, audiat*: quod vltimum verbum tãquam epiphonema adiecit, quo solitus est vti Dominus, quoties diligentissimam, singularemque attentionem requirit. Ac si dicat; Tam apertè veritas vobis explicata est de tẽpore visitationis vestræ, & oblato regno Dei, vt nihil aliud supersit, nisi vt ij veritatem admittant, quibus aures sunt, & qui omninò sensu non destituuntur: quasi dicat, arrigendæ sunt aures, dum de regno Dei agitur. Et si peruersam vitam hactenus vixistis, & me Messiam nesciuistis, vel propter legis ænigmata, vel aliam vestram, & à vobis affectatam ignorationem: nunc me ipsum Ioanne vobis prædicante, nihil est quòd vltrà excusationem obtendere possitis.

Matt. 9.

Matth. 13. & Apoc. & seq.

Quorsum item ait Dominus hoc loco: Qui habet aures audiendi, audiat.

Hic addit Lucas capite 7. *Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deũ, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem, & Legisperiti, consilium Dei spreuerunt in semetipsos non baptizati ab eo*. Quæ quidem verba ab ipso Christo dicta fuisse verisimile est, quia continuo filo orationis cum reliquis quæ præcedunt, & quæ sequuntur dictis à Domino apud Lucam connectuntur. Sunt etiam hæc verba maximè ad rem, vt ostendat qui sint illi violenti, qui regno cœlorum vim inferunt, nempè plebei & publicani, qui audito Ioanne, & cœlesti lumine illustrati pœnitentiam egerunt, & baptismum eius profitendæ symbolum susceperunt, & Messiam, atque eius præcursorem nouerunt, & ita Deum tanquam veracem in promissis suis exhibendis iustificauerunt, seu iustum & solum iustificantem agnouerunt & ostenderunt. Pharisæi verò, & Legisperiti, quorum erat alijs prælucere, & viam Dei præmonstrare, sanctitatis, & sapientiæ opinione turgidi; oculos veritati præcluserunt; & consilium Dei, quo illos ad agnoscendum Messiam in baptismo Ioannis, & pœnitentia positum, in suam ipsorum perniciem, & eorum omnium, qui illos sequi debebant, contempserunt. Expende, baptismum Ioannis dici consilium Dei, non præceptum, vt illud Christi baptisma. Deinde expende, consilia quidem eatenus obligare, vt saltem non spernantur: quia illis spretis, spernitur ipse Deus consulens. Simili temeritate, ac impietate quidam nostro seculo Sacramentarij, quæ sunt salutis instrumenta, & organa diuinæ gratiæ, nunquam non calumniantur, atque insectantur, legem Deo præscribere volentes, quomodo populis suis salutem operari debeat: quod sine maximo suo malo non fecerunt.

Omnis populus, & publicani quomodo iustificauerint Deũ, baptizati baptismo Ioannis.

Pharisæi verò & Legisperiti cur spreuerunt consilium Dei semetipsos non baptizati ab eo.

Consilium quatenus obligat.

Pharisæi & Legisperiti quia similes Sacramentarijs dicendi sunt.

Quod ergo Matthæus capite tertio, tradit, Pharisæos & Sadducæos venisse ad baptismum Ioannis: intellige, non omnes, sed aliquos id fecisse: vel venisse magis vt spectatores', quàm vt baptizarentur: vel fictè accessisse, ac baptismum suscepisse.

Si Pharisæi & Legisperiti Ioannis baptisma spreuerunt quomodo ad lud. Matth. testetur, vel runt?

Cui autem similem æstimabo generationem istam? B. Lucas hoc loco ait: *Ait autem Dominus, Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt?* Illa tria verba: *Ait autem Dominus*, videntur interposita ab interprete, maioris claritatis gratia: nam apud Matthæum cum reliquis à Christo dictis continuata sunt. Exemplar Complutense, & Euangelium Syriacum illa tria verba non habent, & Ambrosius videtur hæc verba non legisse. Postquam ergo Dominus Ioannem commendauit, & Iudæos ad credendum Ioannis testimonio est adhortatus, acerbè nunc inuehitur in ipsorum duritiem & impœnitentiam, aduersus, inquam, deploratissimos homines, quibus frustra omnia occinuntur, quorum corda marmore, & adamante duriora sunt. ¶ Indicatque Dominus diligentiam suam, qua nihil earum rerum omisit, quæ ad promouendam Iudæorum salutem spectare poterant, iuxta illud: *Quid est quod debui facere vineæ meæ, & non feci?* Et in alio loco Dominus: *Tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias*.

Interpretis additio.

Iudæorum duritiem & impœnitentia.

Christi laborum in salute procuranda studium & diligentia. Esa. 5. Matt. 22.

Hæc autem quæ subiungit Dominus de pueris ludentibus in foro, haud sunt pro-

Quales in foro apud Iudæos, & quid institutus.

priè

priè parabola, licèt quid simile, aut vicinum parabolæ esse videantur. Erat autem apud filios Iudæorum, teste Theophylacto in Lucam, & Cyrillo in Catena B. Thomæ, mos ludendi: bipartiebatur enim puerorum caterua, vt rerum præsentis vitæ repentinam mutationem repræsentarent simul, & deriderent. Nam eorum quidam tibijs canebant, vt ad lætitiam, & choream alios excitarent: vbi verò nihil isti efficerent, neque gaudentibus congauderent, alij canebant lugubre carmen, & threnos, siue lamentationes cantabant, vt ad fletum & commiserationem, quos ad gaudium nõ poterant, concitarent. Et nihil facit ad rem, quòd vel diuersi essent pueri, hi ad gaudium; hi ad mœrorem vocantes; vel quòd essent ijdem ipsi mutato cantu: nam & in applicatione etsi Ioannes præcipuè ad pœnitentiam, Christus verò ad vitam æternam vocauerit; vterque tamen ad vtrumque auditores hortabatur. Quanta autem sit vis musicæ, etiam ab ebrietate, & somno homines excitandi, & ad sanam mentem reuocandi, docet B. Basilius, qui in epistola ad nepotes, quomodo ex Gentilium libris profici debeat, ita scribit: *Dauid sacrorum Canticorum poëta cithara exinsania Saulem Regem liberauit. Dicitur & Pythagoras in ebrios olim incidens, iussisse tibicinem cõuiuio luxurioso præsidentem mutare harmoniam, ac dorion ipsis canere: atque hoc modo melodiæ illos ad sobrietatem reduxisse; qui eiectis de capite coronis, sanè omnes erubuere. Cæteri verò ad tibiam Corybantum modo, ac debacchantium versantur. Tanta sanè melodiæ rectæ differentia à turpi atque obscœna est, vt eam quæ nunc in vsu est, non minus fugere debeatis, quàm rem aliquam turpissimam*. Hæc ille. Quod ergo mutata melodia, & cantione impetrauit Pythagoras ab ebrijs, hoc Dominus Iesus ab illis non est consecutus.

Theophyl. B. Cyril. B. Thom. to. 13.

Musicæ quãta sit vis, teste Basilio. *B. Basil. to. 1.*

1. Reg. 16.

Exemplum in Pythagora circa ebrios.

Sunt qui putent, non opus esse, singularem aliquem, & nouum puerorum ludum assignare, quia illis moris est in plateis congregatis ludendo effingere, quicquid ab alijs viderint serio agi: nunc magistrum & discipulos, nunc supplicationes publicas, nunc nuptias fingunt, nunc funeralia obsequia exprimunt. Et ita ad communem consuetudinem puerorum alludere videretur Christus: quod fortè probabilius est. Testatur autem Plato libro 3. de Republica, vel de Iusto, varios fuisse harmoniarum modulos ad mouendos auditorum affectus. Erat enim harmonia Ionica, Lydia, Dorica, & Phrygia. Lydia sonabat quiddam funebre. Iudæi etiam in funeribus tibijs vtebantur, vt apud nos tintinnabula pulsantur: vnde Matth. 9. in funere filiæ cuiusdam Principis, præter turbam etiam tibicines sunt adhibiti. Erat etiam solenne pueris in diebus festis, carminibus alternis certare: vnde Zacharias 8. Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius. Ait ergo: *Cui similem æstimabo generationem istam?* Interrogandi modus maioris euidentiæ gratia fieri solet; vel etiam, vt difficultatem rei interrogatæ designet, vt quidam volunt. Ostendit enim illos tam peruersos esse, vt non sit facile inuenire, quibus debeant conferri. Et quia vni rei non possunt comparari, pluribus simul comparat. Et sicut de Abraham, ob singularem bonitatem, & pietatem dicitur; *Non est inuentus similis illi in gloria, qui conseruauit legem excelsi*: ita de istis ob insignem impietatem, ac improbitatem, Dominus ait; *Cui similem æstimabo generationem istam?* Pharisæorum scilicet, & Legisperitorum. Et innuit, eos ex natiuitate, & parentibus hoc vitium traxisse: nam omnes Prophetas occiderunt, qui prænuntiabant de aduentu Iusti.

Matt. 9.

Alter ludus puerilis apud Iudæos vsitatus.

Ratio huius interrogationis Domini: Cui similem æstimabo generationem istã? dupliciter adfertur. *Euthym. c. 20 in Matth.*

Iudæorum mira peruersitas. *Ecclesiast. 44*

Illam hauserint vnde infelices. *Matth. 23. & Act. 7.*

Similis est pueris ludentibus in foro, &c. Id est, Conferri meritò potest facto puerorum, qui in foro congregati æquales suos, & sodales nunc ad saltationem, & choream cantu tibiarum, vt ait Lucas, prouocabant, & cùm illi ad sonum tibiæ, & cantum non saltarent, cantarunt carmen lugubre, mortuorum nænias, aut veluti mortuorum: & nec sic quidem signum doloris, vel planctus ediderunt. Græca enim verba sunt, ὐλίσαμεν, id est, tibia cecinimus, & ἐθρηνήσαμεν, id est, lamentabile carmen, & ad luctum prouocans cantauimus. Et veluti declarans propositum exemplum, subdit. ¶ *Venit enim Ioannes, neque manducans, neque bibens*. Dicitur Ioannes non manducare, quia more humano, vt alij, pane, & carnibus non vescebatur; bene autem locustis, & melle syluestri: *Neque bibens*, scilicet vinum: quia vt Angelus dixit; *Vinum, & siceram non bibet*; nam aquam proculdubio potabat. Vnde Lucas clariùs verba Matthæi explicans, ait: *Venit autem Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum*.

Quo modo similes Iudæi pueris in foro ludentib⁹

Ioannes vti non manducaret, nec biberet, vt Dominus dixit. *Matth. 3.*

Quid manducaret Ioannes, quid biberet. *Luc. 1.*

Et dicunt, Dæmonium habet. Etsi in Euangelijs hoc improperium dictum de Ioanne non legatur, satis tamen est hic textus, & hæc verba Christi, quæ continent tanta iniuria affectum fuisse ab illis Ioannem: hæc autem dicebant, vt derogarent eius doctrinæ; & autoritati. Estque sensus, Dæ-

Iudæi Ioannem cur dicerent dæmonium habere & quomodo

Eorundẽ in Christum maledicẽtia Iudæorum.

Alter sensus verborũ Domini de pueris in foro ludentibus, aptior & accõmodatior.

Plato tom. 3. Quotuplex olim harmonia secũdum Platonem.

monium habet, id est, peccat tanta abstinentia, & sensu communi destitutus, insensibilis factus est à dæmone. Eratque peccatum in Spiritum Sanctum, quia opus eius, quo carnem ad nostrũ exemplum domabat, dæmonio tribuebant. Sed hic aduerte, quod quidam annotarunt, idem conuitium in Christum contrario modo viuentem, illos iaculatos fuisse. Dæmonium (inquiunt) habet & insanit: quid eum auditis? Sed ita sibi inuicem pugnare solent mendaces: vt rectè dixerit Prouerbium: *Oportet mendacem memorem esse.* Socrati inter cætera crimini datum fuit, quòd genium haberet peculiarem, qui vocabatur Socratis dæmonium. Ad hæc expende cum Eusebio Cæsariensi libro nono demonstrationis Euangelicæ capite quinto, incredulos & aduersus veritatem peruicaces dixisse, *Dæmonium habet*, sicut è contrario qui virtutis illius sensu afficiebantur, Angelum eum, non communem hominem existimasse, iuxta illud, *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam.*

Ioan.10.

Quid obiectum fuerit Socrati à maleuolis. *Euseb. Cæsar. tom.1.*

Malach.3.

Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicunt, Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Acceptabat quidem Iesus conuiuia, sed magis vt daret, quàm vt reciperet, & magis vt ederet animas, quarum est edax, & helluo, & potaret lacrymas peccatorum, & corde compunctorum, quàm vt ederet, vel biberet quæ apponebantur. Vini potor Græcè vno verbo dicitur ἀοινόπτης, Latinè meribibulus, vel vinipotor vna dictione. ¶ *Cecinimus vobis, & non saltastis:* Id est, remissa viuendi disciplina volui vos attrahere, & venire noluistis: ¶ *Lamentauimus, & non planxistis.* Latinè alter vertisset: *Lamentati sumus*: Id est, illum, qui durissimam vitæ disciplinam sectatus est, non recepistis. Non enim ad aliud vos induxit Ioannes, & ad aliud ego voco, sed vnum & idem est vtriusque consilium, etiamsi viuendi studia contraria videantur: fecimus enim quod venatores solent facere, qui quando fugacissima, captuque difficillima consectantur animalia, non vna via, sed diuersis, neque solùm diuersis, sed per contrarias etiam aggrediuntur, ne fortè euadant: & tamen vos Iudæi magno vestro malo euasistis. Ioannes austeram vitam professus est; quia cùm non haberet autoritatem ex signis, quoniam nulla edidit Ioannis 10. propterea ex sanctitate vitæ, quæ aliquibus in abstinentia, & vestitu duro, & loco habitationis videtur consistere, illam sibi comparauit. Christus autem mediocrem vitam elegit, & extrema declinauit: ne sanctitas in abstinentia collocaretur, & ne mediocritas illicita existimaretur. Voluit etiam ob imperfectos discipulos, & alios ad se trahendos, qui arcta vitæ ratione deterrerẽtur, mediocritatem assumere: & quia Christo vel propter se, vel propter continentiam seruandam non erat necessaria, illa non egebat; nec erat necessaria ad meritum nobis comparandum: quia sufficit passio ad meritum, sicut sufficit ad redemptionem: nec ad nostram instructionem, nam imitari per omnia nequaquam possemus. Cessauit autem à ieiunio Christus, non vt instabilis; sed vt omnium statuum esset exemplar. Quapropter etsi Christus tibia cantauerit, & lugubre cecinerit, quia ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & Ioannes etiam præter luctum & lamentationem, tibia cecinerit ad saltandum præ lætitia, cùm dixit; *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*; Et, *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum*: in se tamen præcipuè eminere voluit tibiæ cantum, in Ioanne verò threnos, & luctus. Subijciam sensum Ambrosij in cap. Lucæ septimo: *Etsi non incongrua*, inquit, *hæc puerorum videantur esse personæ, qui leuem corporis motum imprudentia adhuc maturioris grauitatis exercent: tamen ad altiorem sensum referri posse præsumo, eo quòd videantur Iudæi nec psalmis primò, nec threnis postea propheticis credidisse, psalmis ad præmia prouocati, threnis ab errore reuocati.* Hæc ille: quæ non sunt à sensu germano huius loci aliena. Nam vt olim nec psalmis, nec threnis sunt ad meliorem frugem excitati; ita nec modò illa Ioannis, vel Christi prædicatione. Ioannes enim, & Christus sunt lex, & Euangelium; vel timor, & amor, vel pœnitentia, & fides. ¶ *Et iustificata est sapientia à filijs suis*, (vel *ab omnibus filijs suis*, vt Lucas.) Nimirum Apostoli filij Sapientiæ, siue filij Christi, vel sapientes secundùm Deum iustificant Dei sapientiam, quæ varijs vijs, & rationibus nostræ salutis remedia perquirit, & promouet, nihil enim intentatum reliquit, quæ omnes excogitauit vias, quibus ad Messiam reducerentur. Significant etiam hæc verba, Ioannis, & Christi prædicationem, & disparem conuersationem non omninò inutilem, & vanam. Nam etsi apud Scribas, & Pharisæos nihil profectum fuerit; apud filios tamen Dei, & quæ veræ sunt oues, fructu non caruerunt suo.

Christus cur accederet ad conuiuia.

Οἰνοπότης quid Græcè.

Quid significet: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.

Christus & Ioannes vario vitæ instituto salutem Iudæorum procurantes, quemadmodum fecisse videantur.

Ioan.10.

cur medium ac temperatum vitæ ge-

nus Dominus fuerit secutus.

Secunda ratio.

Christus Ioannes docuerint. Ideo lamentauit quando. *Matth.* 11.

Ioan.1.

Matth.3. Christus auctus propter magis Ioannis conducibilem. *B. Ambros. 5.*

Iudæorum infidelitas atque obstinatio.

Sapientia nam iustificata & iustificata fuit, & filijs.

Christus nisque prædicatio quibus multa profuerit.

Idem. *Hieronym.*

Annotarunt idem B. Ambros. & Hieronymus,

nymus, in quibusdam Græcis codicibus legi; Et iustificata est sapientia ab operibus suis. Sapientia quippe non quærit oris testimonium, sed operum.

Diuersum vitæ genus atq; institutũ sequẽtes in Domino, cur minimè aspernãdi sint, aut vituperandi.

Ex hoc igitur puerorum exemplo in primis discimus, quòd etsi omnes non eodem spiritu trahantur, non oportet tamen vnos alteros iudicare, & condemnare, sed potius vnumquemque quod Dei est, in altero agnoscere, atque laudare. Nam hac ratione Ioannes Christum, Christus Ioannem laudauit: diuersæ enim viæ possunt ad eundem terminum ducere, & vt ait Apostolus: *Alius quidem sic, alius verò sic.* Quod (vtinã) religiosi, qui varias regulas profitẽtur, ante oculos semper haberent; magis enim charitas coalesceret; & minùs contentionibus deseruirent, atque ora obtrectatorum laicorum hac ratione occluderentur. Discimus præterea, prædicatores debere esse tibicines, vt sonum gratum tibiæ edant: manibus autem tibias tenere solent tibicines; vt intelligamus vitam respondere debere doctrinæ: & flatu repletæ tibiæ sonum reddere; vt intelligant Spiritu sancto opus esse ad fructuosè proponendum Euangelium. Et vt tibijs excitabant, vel ad saltationem, vel ad fletum: ita prædicatores ad fidem in Christo, & spem vitæ æternæ per eum consequendæ excitare debent; deinde & ad pœnitentiam, & compunctionem, siue qua gratiam iustificationis non obtinemus. Debet ergo concionator cum Ioanne lugubre canere; & cum Christo tibia canere, & vtriusque officium suo tempore & loco præstare: sed à principio expedit pœnitentiam proponere, & ad tempus lamentationes canere: vt postea perpetuò possit cum Christo quę lęta sunt, & fausta, cantare. Vnde Ambrosius serm. 80. pulchrè ait: *Cantauimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Annuntiauimus ergo*, inquit, *vobis regni cœlestis gaudium, & minimè corda vestra motu quodam alacritatis exultãt. Prædicamus triste iudicium, & sensus vestri ad pœnitentiam in lacrymas non prorumpunt. Infidelitatis enim genus est, in diuinis rebus nec gaudere prosperis, nec flere contrarijs. Saltationem ergo à nobis requirit Dominus, non vtique sinuosi volubilitatem corporis, sed extollentis se fidei sanctitate. Sicut enim qui corporaliter saltat, nunc in aëre suspenditur, nũc ad altiora iactatur, nunc alternis saltibus loca diuersa collustrat: ita & qui spiritualiter saltat interueniente fide, modo in aëris sublimitatem erigitur, modo ad syderum altiora tollitur, modo diuersis cogitationum saltibus paradisum, cœlumque collustrat. Et sicut qui corporaliter saltat, volubilitate membrorum se exercens, gyrum sibi saltationis acquirit; ita & qui spiritualiter saltat fidei alacritate semper mouens, gyrum sibi totius orbis assumit.* Ac subdit: *Solent autem homines, sicut mos est, in suis votis, hoc est, nuptijs præcipuè saltare, vel canere, vnde & nos habemus votiuas nuptias, in quibus saltare, vel canere debeamus. Vota enim nostra celebrantur, quando Christo Ecclesia copulatur, sicut ait Ioannes; Qui habet Sponsam, Sponsus est. Propter has ergo nuptias saltare nos conuenit.* Sic ille. Deinde discant auditores ad sonũ prædicationis moueri, & saltare, vt iuxta ea, quæ sibi in prædicatione proponuntur, vel erigantur spe, vel compunctionis pœnitentia tangantur. Cùm item administrant Sacerdotes, vel absolutionem in Sacramẽto pœnitentiæ, vel quando arca Domini (id est, hostia sancta, & sacra) transfertur de sacrario, & offertur in os tuum, debes præ lætitia saltare in corde tuo, vt olim Dauid coram arca, quę vmbra erat humanitatis Christi, nudus saltauit. Saltatio autem spiritualis, & artificiosa Spiritu sancto eget. Vnde Ioannes in vtero matris suę ad præsentiam Christi, & arcæ Deiferæ, id est, B. Virginis matris Messiæ illum gestantis, præ lætitia saltauit. Et 1. Regum 19. *Cùm factus esset Sauli obuiam cuneus Prophetarum, insiluit in eum Spiritus Domini, & prophetauit: & exuit se Rex vestimentis suis, vt prophetaret, & saltaret.* Ad saltationẽ igitur oportet exuere se vestibus quæ impediũt, id est, renuntiare omnibus quæ possidet, vt possit Christi esse discipulus. Debet habere corpus integrum per abstinentiam. Debet se erigere in altum per spem: descendere per timorem, & humilitatem: progredi ad anteriora se extendendo: regredi à tepore, è confidentia in proprijs viribus recedendo: facere gyrum, propter amorem Creatoris diligendo creaturam, & per eam rursus diligendo Creatorem. Debet vnus alium trahere ad saltandum, vt qui audit, dicat, *Veni.* Saltandum autem in nuptijs generalibus Verbi incarnati, de quibus dicitur; *Simile est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo*; & in nuptijs particularibus Verbi cum anima redeunte à peccato: vnde Luc. 15. filio iuniori redeunti ex longinquo facta est symphonia & chorus: quia mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Qui ergo ad hanc musicã verbi Dei incarnati saltare didicerit, fugiet musicam mundi, & dæmonis, & syrenes dulce cantantes: nam propter eos, qui ad hanc musicam saltabant, Moyses zelo indignatus, tabulas legis confregit: ad saltationem etiam filiæ Herodiadis decapitatus est Ioannes: frequenter enim euenire solet, vt qui

1. Cor. 7.

Concionatores quales tibicines debent esse exẽplo Christi, & Ioannis.

B. Ambr. to. 3

Infidelitatis genus quod.

Spiritalẽ saltationem eleganter exprimit, ac describit Ambros.

Vota quãdo celebrentur nostra. *Ioan. 3.*

Auditores & ipsi quo modo saltare debeant ad prædicationis sonum.

2. Reg. 6. Arca Dei quę mysticè, ad quam saltandũ fidelibus est exemplo Dauidis. *Ibidem. Luc. 1.*

Spiritualis saltatio quomodo initiari debet. *Luc. 14.*

Apoc. 22.

In quibus nuptijs saltandum. *Matt. 2.*

Luc. 15.

Eiusmodi saltationis fructus.

Exod. 32.

Matt. 14. Mundi musica qualis.

Cuius rei typum gerat Ioannes.

cas has choreas & saltationes vanas conueniunt, legem Dei, quantum in se est, frangant, & gratia diuinæ consolationem, quæ in Ioanne est repræsentata, amittant. Debemus igitur dare operam, vt spiritualem saltandi artem, ita modo discamus, vt digni simus in æternum regnum recipi; vbi perpetuò nuptiarum spiritualium consummatio, cum omnium Sanctorum tripudio, & etuicò noui Testaméti celebratur, iuxta illud:

B. Ambros. in hym. de Virg.

Qui pascis inter lilia
Septus coronis virginum,
Sponsus decorans gloria,
Sponsisq; reddens præmia:

ipso Domino Iesu Christo atque animarum Sponso iocundissimo, ac fidelissimo præstante, cui cum Patre & Spiritu sancto, ab vniuersa creatura tribuatur omnis laus, honor, gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

TRACTATVS V.

In illa verba Lucæ 7. *Rogabat autem illum quidam de Pharisæis, vt manducaret cũ illo. Et ingressus domum Pharisæi, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, &c.*

Ordo histor. traditur.

HAnc historiam solus Lucas describit, quam cùm subiunxerit his quæ ex ipso in præcedenti tractatu exposuimus, nec ex aliquo Euãgelistarum occurrat aliquid, quod huic sit præponendum, non debet esse iusta dubitatio de ordine huius historiæ, etiamsi sine ordinis alicuius significatione hanc historiam Lucas descripserit. Quod verò Matthæus post illam de pueris canentibus similitudinem subiungat; *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida*; & quæ sequuntur vsque ad finem capitis, ea etiam magna ex parte habentur Lucæ 10. post designationem septuagintaduorum: ideò vel dicendum est, illa bis diuersis temporibus à Domino dicta, vel Matthæum superiori sermone hæc coniunxisse, quæ alio tempore sunt dicta, propter eorum cum præcedentibus summam connexionem: nam hæc eo loco esse dicta, quo ea Lucas narrat, satis clarum est ex Lucæ narratione, qui recenset, reuersis discipulis, & gloriantibus in his quæ fecerant miraculis, Dominum ipsa hora dixisse: *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli, & terræ*; ita vt si tantùm sint semel hæc à Domino dicta, Matthæus ordinem historiæ nequaquam seruauit, sed Lucas.

Exprobratio nem omni ciuitatib' facta quo ordine Matthęus percẽsuerit. Matt. 11.

Sed vt ad hanc propositam historiam exponendam accedamus; pulchrè illam solus describit Lucas, cuius partes erant, Christum Sacerdotem, Medicum, & Saluatorem describere, id quod in remittendis peccatis maximè ostenditur; ideò ipse solus conuersionem huius peccatricis, & Zachæi publicani, & latronis in cruce describit. Erat autem Lucas pictor, & Medicus, vt superiùs diximus: & in hac enarranda historia salutarem nobis animæ medicinam, tanquam bonus Medicus, proponit; vt pictor verò huius peccatricis statum primum quidem carbone delineat, deinde autem eius iam iustificatę, & à Domino defensæ conditionem, tanquam viuos colores superaddit. Ait ergo: *Rogabat eum quidam de Pharisæis.* Rectè hæc historia præcedentibus subiungitur; præcesserat enim: *Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis: Pharisæi autem & legisperiti, consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo*; quæ verba comprobantur exemplo præsenti peccatricis & Pharisæi. Cumque non ita pridem Christum dixissent comedonem, & vinipotorem; amicum publicanorum, & peccatorum: iam iterum eundem in conuiuium vocant. Et accidit libenter Iesus, quia alium cibum habebat manducare, quem Pharisæi non nouerant, vt verè se peccatorum amicum ostendat: quanquam nõ vt eos in peccato iacerè permittat, sed vt eos à tanta miseria subleuet, & dignos sua amicitia constituat. Disposuerat autem Dominus, vt in celiberrimo conuiuio in conspectu tumentiũ Pharisæorum apertissimo exemplo demonstrarer, quam verè paullò ante dixerat, à Pharisæis contemni sapientiam; & eandem à filijs Dei iustificari. Non satis autem constat, an hic Pharisæus ex malitiosis esset, & curiosis, qui voluerit explorare, an, qui comedebat cum publicanis, & peccatoribus, secum quoque panem ederet. Sed profectò si rem exactiùs expendamus, non videtur hic Pharisæus malignus fuisse, sed ex bonis, qui pauci erant, vt Nicodemus, & Gamaliel: tum quia ponitur nomen eius proprium, nempe Simonis; tum quia rogabat vt veniret ad edendũ, nec legitur quòd Christum obseruaret, vt de alijs; tum quia reprehenditur de omissis ceremonijs, quas negligere, virtuti potiùs à Pharisæis, quàm vitio erat adscribendum; ad hæc tantùm dicitur intra se dixisse: *Hic si esset Propheta, sciret vtiq;, qua & qualis est mulier, quæ tangit eũ, quia peccatrix est.* Internas autem cogitationes vitiosas vix agnoscebant Pharisæi esse Peccata.

Peccatric historiam lus cur E gelista d pit Luca

Luc. 19. Colass.

Quid el quod Lu Medicu ac pict

Quid illud Cuntti dictũ es. Rectè iudicasti.

Facilem quibus præberet sui copiam Christus.

Quàm be Christus ctus ist pe torum ac cus.

Ioan. 4.

Luc. 19. Recto Christum rogãdi efficax in pr mus & potẽs.

Quare C stus m conuiuio Phari ac cusauit

Cui potissimum fiat eleemosyna.

Gen. 18. Infra 19. Hebr. 13. Pauperibus benignè faciendum fructuosa.

Quibus mensis & lectulus prehend it, hum risq; gno C animo tasse.

Matt. 25. Fœminæ hospitalitatis amatrices Scripturis commendatæ. Iosue 2. 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Luc. 10. Act. 16.

Ioan. 3.

Post remò videtur Christi correptionẽ sub parabola proposita acceptasse, & rectũ, Christo teste, iudicium habuisse, cui Dominus dixit: *Rectè iudicasti*, id est, non longè abes à regno Dei. Ibidem etiam dicitur, creditorem vtrique debitori debitum donasse; & rursus de eo inquit: *Cui minùs dimittitur, minùs diligit*; ex quibus omnibus licet colligere, illum virum bonum fuisse, etiam si fidem adhuc non haberet in Iesum. Quod verò inferiùs Euangelista ait: *Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?* non de ipso Simone, sed de alijs, qui mensæ accumbebant, dicit. Et Pharisæi, qui suis diuitijs, vel iustitiæ nitebantur, opus habebant rogare Iesum, vt eum haberent; cùm tamen simplices & pauperes facilè eius copiam haberent, imò ipse eos rogabat, vnde Samaritanæ dixit: *Mulier, da mihi bibere*: & ad conuiuium Matthæi prompro animo accessit; Publicano etiam dixit: *Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere*. Plus enim rogant Christum alacritas & simplicitas animi, quàm diuitiæ & verba eorum, qui suæ nituntur iustitiæ. Quòd si homines expenderent, quantæ sit beatitudinis, indigentibus & pauperibus necessaria tribuere; non expectarent se rogari ab eis, sed potiùs pauperes ipsos rogarent; nec solùm data eleemosyna illos dimitterẽt, sed etiam ad conuiuia sua exciperent eos. Nam quod datur propter Christum pauperi, tanquam ipsi Christo datum censendum est. Vnde Abraham & Loth hospitalitati vacantes, imò ex charitate cogentes hospites ad se diuertere, Angelos pro hominibus exceperunt: vt habes Geneseos 18. & 19. quibus non aliter euenit, quàm piscatoribus rete proijcientibus in mare, qui loco piscium gemmam aliquà magni valoris extrahunt. Id perpetuò euenit in nouo Testamento, vbi quidam putantes se pauperem excipere, quemadmodum Gregorius Magnus, & Martinus, Christum ipsum exceperunt: & generatim: *Quamdiù fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis*; vt Dominus inquit. Magnæ sunt, & in Scripturis celebratæ fœminæ, quæ hospitalitatem coluerunt, vt Raab, quæ exploratores excepit; vidua Sarephana, quæ Heliam; mulier Sunamitis, quæ Helisæum; Martha, quæ frequenter Christum cum discipulis excipiebat; & Lydia purpuraria, quæ Paulum in domum suam introduxit.

Et ingressus domum Pharisæi, discubuit. Admisit conuiuium plus volens & valens dare, quàm accipere; magis manducaturus peccatricis animam, & eius bibiturus lachrymas, & vt per eam sanatam Pharisæos inimicos suos lucrifaceret, quàm vt ederet, vel biberet, magisque cibaturus verbo Dei, quàm cibandus. Attemperauit se etiam Iesus inimicis suis, omnibus omnia factus; nam Pharisæi, hominum genus erat, qui Christo, atque eius doctrinæ aduersabantur, eumque hostili animo insectabantur: tanta tamẽ erat charitas Christi, vt vel persecutorum suorum mensam non recusaret: cùm nos inimicos nostros, vel aspectu, aut salutatione vix dignemur. Edebat autem Christus cum Pharisæis, vt eorum superbiam comprimerer; & vt eo tempore, quo cum gaudio, & iocunditate sumitur cibus, minùs verbis Christi offenderentur; & quasi priuatim correcti admonitionem susciperent. Cùm Publicanis verò & peccatoribus edebat Dominus, vt ad pœnitentiam prouocaret: cùm familiaribus verò, & domesticis, vt cum Lazaro, & sororibus, vt charitatem promoueret: cum consanguineis autem, vt mutuam benevolentiam foueret: vt fecit, cùm inuitatus fuit ad nuptias. Et cùm Christus conuiuijs nostris sui copiam facilè præbuerit, nos tamen ab ipso ad sua inuitati, semper moras, & excusationes obtendimus. Inuitat enim nos ad cœnam illam magnam, ad sacrum scilicet conuiuium Eucharistiæ, ad verbi Dei pastum, ac denique ad salutarem peccatorum pœnitentiam, quam qui amplectitur, conuiuio vituli saginato excipitur. *Ecce sto*, inquit, *ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi tanuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* Stultos tamen, atque tardos nos reddimus, ad tam lauta, splendidaque conuiuia inuitati. Vtinam adesset Christus nostris conuiuijs; abesset enim omnis ebrietas, ventris ingluuies, deliciarum ostentatio, dicacitas, & aliorum detractio. Sed modo ita erubescimus Christum, & sermones eius, vt ne verbo quidem vno ad salutem nostram vel ad Dei gloriam spectante mensam nostram exornemus: vt meritò boni Prælati, & Religiosi lectionem sacræ Scripturæ mẽsæ admiscuerint, vt non minùs animus verbo Dei, quàm corpus suo cibo pascatur.

Pharisæus Christũ quẽ liberalem & munificũ excepit cõuiuam.

Quale genus hominu Pharisæi. 1. Cor. 9.

Christi charitas vel in aduersarios.

Cum Pharisæis ille quare manducaret.

Cur verò cũ publicanis & peccatorib', cum familiaribus item & consanguineis. Matt. 9. Ioan. 12. Supra 2.

Luc. 14. Quale nos Christus ad conuiuium inuitet. Apoc. 3.

Conuiua si Christus noster esset, essemus quàm felices. Luc. 9.

Religiosorũ consuetudo pia.

Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Illo aduerbio, *Ecce*, admonemur rei magnæ, & insolitæ, atque admiratione dignæ. Etenim, quod ad mulierem attinet,

Mulieris conuersio peccatricis admirãda est dupliciter.

Prima ratio ab ipsa peccatrice.

mei, mundis Spiritus sancti viribus opus fuit, vt se ipsam vinceret, ac expugnaret, & se ipsam, vt insignem peccatricem coram omnibus proderet, & Christo Medico se sisteret. Deinde, quod spectat ad Christum, magna eius potentia, & charitas proditur. Potentia quidem, in eo quòd iustificauit peccatricem, & à morte peccatorum pessima suscitauit. Hoc enim maius est, vt beatus Augustinus ait, quàm creare cœlum, & terram: maius, quàm corpora sua virtute ad vitam reuocare: charitas verò, & mansuetudo in eo emicuit, quòd tantus, & talis filius Dei, innocentissimus, segregatus à peccatoribus, impollutus, & excelsior cœlis factus, in publico hominum spectaculo non sit dedignatus à peccatrice contingi, etiamsi omnes obmurmurarent: imò eius lacrymas, lotionem, tersionem capillis factam, vnctionem, atque oscula pedum summis laudibus extulerit; & conuiuio, & sanctitati Pharisæi inuitantis prætulerit.

II. ratio ex parte Christi & quidē multiplex. *Psal 32. Augustin.*

Hebr.7.

In muliere hac peccatrice, quid beatus Chrysost. admiretur. *Chryso ho.81. in Matt.10.2. Matt.15. Ioan. 4. Matt.8. Infra 9.*

Ponderat Chrysostomus in capite vigesimosexto Matthæi, quòd hæc sola, & prima, nulla corporis ægrotatione affecta, vel pro se, vel pro alio donum aliquod corporeum, vel temporale petierit; non ejectionem dæmonis, vt Chananæa; non sanitatem filij, vel serui, vt Regulus, & Centurio; non vitam filiæ defunctæ, vt Princeps Synagogæ Iairus: sola hæc venit ad Christum pro remissione peccatorum suorum obtinenda: quam ipse libenter, ac promptissimè donat, & quam vult per nos potissimùm à se peti; nam hoc nomen eius indicat Iesus, vt Angelus dixit: *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Proinde hæc mulier summo quodam, & immenso honore Christum affecit, tam præclarè de illo sentiendo, & fidem tantæ rei in conspectu inimicorum Christi, id est, Pharisæorum publicè profitendo: remittere enim peccata, solius est Dei, vt infrà in hac historia dicitur, & per Esaiam, *Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates propter me.* Vnde ob hanc causam summè fuit à Christo commendata; & à calumnijs præsentium protecta; & ipsi Pharisæo prælata, & multis gratijs à Christo aucta, & locupletata. Vix enim inuenies in Euangelio peccatorem, vel peccatricem tantis blanditijs & beneficijs à Christo fuisse exceptam, ac istam.

Supr.5. Luc.2.

Quāto Christum honore mulier peccatrix affecerit. *Esa.43.*

Eandē Christus pari ratione quātum honorauerit.

Quod verò ait, *quae erat in ciuitate peccatrix.* Erasmus, vt vindicaret eam à peccato præsenti, quia iam conuersa erat; nec propriè, nec germanè vertit, *quae fuerat in ciuitate peccatrix*: cùm Græcè dicatur, erat, ἦτις ἦν ἁμαρτωλός: non enim consideranit, quòd Euangelista descripsit eam, qualis eius esset conditio, & quid de ea sentirent homines, apud quos nondum erat extinctum superioris vitæ dedecus. Dicitur autem peccatrix, quia arte, habitu, & consuetudine vitam peccato contaminatam exercebat: quemadmodum lotrix, nutrix, obstetrix, eas fœminas significat, quæ vel abluendis linteis pannis, vel educandis infantibus, vel iuuandis puerperis, & excipiendis infantibus, ex arte vacant. Nam si de communibus peccatis, sine quibus tum homines, tum mulieres vitam non traducūt, esset sermo, profectò omnes essent mulieres peccatrices, nec erat cur singulariter diceretur: Ecce mulier peccatrix, &c. & apud nos mulier, quæ omnibus cæteris peccatis etiam grauibus referta sit, modo corpore sit casta, & pudicitiam externam colat, poterit quidem vel iracunda, vel ebriosa, vel superba, vel auara vocari, nunquam autem peccatrix dicetur. Contra verò quæ solo corpore multis sit prostituta, etiam si virtutibus alijs humanis fulgeat, peccatrix appellatur, & meretrix. Dicitur enim ff. De ritu nuptiarum. l. Palam; *Publica illa dicitur, quae propter pecuniam vel duos cognouit, non autem si id faciat, vt vni, vel alteri gratificetur. Vnde meretrix à merendo nomen accepit.* Non enim mulier aliqua erat, quæ viros amasios multos haberet, quibus se secreto communicaret, vt quidam volunt; sed publicè prostituta. Ex quo magis Christi gloria illustratur; vt ex grauiori, & periculosiori morbo Medicus sanans, magis inclaresceit. Peccatrix etiam ipsa magis laudatur, quæ tantam gratiam accepit, vt à tanto flagitio surgere potuerit. Nobis etiam exemplum ad redeundum è regione longinqua ad Christum magis præbetur. Scriptura denique veritati magis niti ostenditur, quæ ait: *Publicani, & meretrices praecedent vos in regno Dei*; nullibi autem alia meretrix ad Christum conuersa legitur, præter istam, de qua textus expresè ait: *Mulier in ciuitate peccatrix*, id est, commune ciuitatis peccatum, & publica omnium fouea, & receptaculum. Sunt enim peccata quædam domestica, & paucissimis nota, quæ domi clam committuntur: alia verò sunt communia, & peruulgata, quando homo, contempto Dei timore, & pudore publicæ famæ neglecto, in peccata publica sese tradit, vt iam in ore omnium, & per omnes locorum angulos fama eius, vel potiùs infamia uolitet. Etsi autem fama inter externa hominis bona modicum & paruum sit, vtpotè plerunque falsum, &

Mulier cur peccatrix appellata.

Quę sola lier, cōtra mori quandiu cauicula mes lub

Meretrix de qua tur.

Christi s ficordia conuersi peccatrix quanta fuerit.

Mat. 21. Mulieres ulegitimi catoris

Duplex catorum nus.

Famæ bonum quarens iandum

calumnijs hominum expositum, non minùs quàm tela aranеæ flatui, vel auræ cuiuis, & omnibus bonis conscientiæ inferiùs inueniatur: tamen illius curam maximam habere debemus. Inquit enim Spiritus sanctus: *Curam habe de bono nomine*; &: *Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.* Proinde fama similis mihi videtur cortici pyri, siue pomi, qui etsi modicus sit & tenuis, confert tamen ad totum pomum incorruptum seruandum: hinc rectè beatus Augustinus sermone primo, de communi vita Clericorum, capit. 1. tom. 10. inquit: *Qui negligit famam suam, crudelis est.* Etsi autem Deus Deuteron. 23. lege caueat, ne vlla lit meretrix de filiabus Israël; neque scortator inter filios Israël: non tamen vllam apposuit pœnam transgressoribus. Atque hoc prudentissimè factum est. Nam, teste Aristotele in Politicis, vehementissima est hominum pronitas atque inclinatio ad coitum: & ita satis esse debet, si Legislatores prohibeant, nulla mulcta imposita; vt ea ratione adulteria, incestus, & alia turpiora flagitia vitentur. Simili enim ratione, vt beatus Augustinus docet in libris de ciuitate Dei, in palatio Regio cloaca construitur, ne totum cloaca fiat. Quam rationem sequi debent prudentes rerumpublicarum gubernatores, vt si eiusmodi errantes fœminas in ciuitates suas recipiant, non permitttant tamen illas promiscuè cū alijs ciuibus, vel honestis fœminis admisceri, sed locum separatum illis deputent, ne ansam, & commoditatem peccandi, præter innatam concupiscentiam & pronitatem ad vitium, omnibus porrigere videantur, & in peccatis aliorum inuoluantur, & participes reddantur. Non decet totam ciuitatem plenam esse sterquilinijs, sed vno, vel altero satis est, in quod omnes immunditiæ proijciantur. Non decet contiguis ædibus honestas matronas cum publicis scortis adiungi, ne matronæ, vel earum filiæ offendantur, & ad eorum exemplum imitandum excitentur. Sacerdotes etiam, atque Religiosi, sicut & filij familiàs tanta peccandi licentia oblata, fornicari non formidarent. *Auferte*, inquit Apostolus, *malum de medio vestri.* Ezechiel quoque hanc licentiam maximè detestatur, cùm ait: *Et accidit post omnem malitiam tuam (væ, væ tibi, ait Dominus Deus) & ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decorem tuum: & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me.* Videtur his verbis Propheta quasdam Italiæ ciuitates florentissimas designare, quæ singulari oscitantia & negligentia in rebus tanti momenti dormire videntur. Non semel Martialis suis Epigrammatis submœnianas vocat publicè prostitutas fœminas, quòd olim sub mœnibus habitarent. Quod ideò produxi, vt Gentilium exemplo nostros confundam, qui hoc genus mulierum vrbibus arcebant, & satis illis erat, si sub mœnibus habitare permitterentur. Nunc autem in media ciuitate, & ipsis templis, & Religionibus proximè manere sinuntur. Plutarchus in Solone reprehendit Athenienses, quòd vrbane mitioribus vocibus, ad imminuendam, & mitigandam scelerum atrocitatem, scorta publica ἑταίρας, hoc est, amicas, siue socias nuncupauerint; quemadmodū nunc quidam simili ratione, *Cortesanas* vocant. Caligula Imperator, teste Suetonio, nouum & inauditum vectigal imposuit omnibus, qui meretricium, vel lenocinium fecissent; & vetuit in sacrum ærarium inferri; sed id, vt refert Aelius Lampridius, ad Circi, theatri, vel amphitheatri expensas deputauit: quod non longè abesse videtur ab eo, quod Dominus Deuteronomij vigesimo tertio statuit: *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud est quod nouerint: quia abominatio est vtrunque apud Dominum Deum tuum.* Libet etiam secundo loco hoc commonefacere, omnes insignium ciuitatum gubernatores, vt in qualibet ciuitate eleemosynis bonorum virorum locum construi contendant, in quem se huiusmodi fœminæ diuino lumine illustratæ, atque ad agendam pœnitētiam vocatæ, recipere possint. Nam si ad Deum offendendum loca publica atque officinæ non desunt: multo magis par est, vt ad seruiendum Deo, & ædificandam exemplo pœnitentiæ ciuitatē, precibusque iuuādam pia & sacra loca non desint. Nam cùm huiusmodi mulieres à suis proiectæ sint, nullumque artificium quo honestè sustentari possint, habeant; publicis eleemosynis vt alantur, necessarium est. Et cùm tot sint prostibula, & loca parata ad peccandum, indignum est, vt inter Christi cultores perfugia ad pœnitentiam non inueniantur, ita vt volens nolens cogatur in meretricatu agere: quòd quomodo ciuitatis peccato nō imputetur, prorsus nescio.

Deinde cùm tot pia loca in dies erigantur, vel ad alendos pauperes, vel ad suscipiendos peregrinos, vel ad ægrotos, & febricitantes, siue etiam morbo affectos incurabili sanandos, & subleuandos:

Zecli.41. Item 22. Cui rei similis illa meritò possit censeri.

D. Augus. Lex Moysi quare nō punitet meretricem, nec fornicantes.

Philosoph.

Augus. lib.1. Prostibula in ciuitate cur separata esse debeāt, atq; remota.

1.Cor.5.

Ezech.16.

Quām forni cationē olim Ierusalē, teste Propheta.

Submœnianæ quæ fœminæ Martiali.

Scorta publica Athenien. cur amicas & socias vocarent impudicè: ijs qui similes apud nos. Caligulæ in leones, & meretrices qualia vectigalia olim indicta *Sueton. Aelius Lāp.*

Deut.23.

Conuersatū (quas vocāt) domus constituendæ quibus: idq; op' quàm sit religiosum ac pium.

II. ratio, ab exemplo aliarum hospitalium domorū, multiplicitū in Christiana Repu.

præposterum videri posset, vel vllam domum non erigi, in quâ peccatrices fœminæ recipiantur. Quod non aliunde proficisci videri posset, quam vel ex eo quòd morbos & infirmitates corporis maiora mala esse ducamus, quàm peccata, qui maximus est error: vel ex eo quòd minùs homines in peccata prolabi, quàm in morbos existimemus; quod similiter falsum est: nam cum inter mille homines vix liceat inuenire viginti, aut triginta viros ægrotos; omnes tamen deprehendes, & peccabiles, & peccatores, ideò tantæ necessitati magis erat occurrẽdum, quàm infirmitatibus corporis.

Tanti operis in conuersas fœminas negectus, quo duplici de erroris fonte nascatur.

Quàm illud leue: Fœminæ si conuersæ, huiusmodi perfugium haberẽt, breui scotta forent in posterum nulla.

Neque obstat, si dicas, omnia scorta statim ad pœnitentiam reditura, & nullas meretrices futuras. Sed vtinam hoc contingeret apud nos, quod multis in Oriente ciuitatibus, quæ absque meretricibus esse feruntur: meretricium enim magis auget, quàm aufert impudicitiam; nam iuuentus in illo corrupta, nihil non audet. Nec secundò obstat, mulieres fieri deteriores, & fragiliores aperta ista porta pœnitentiæ, in quam recipiantur: nam viso tali asylo, faciliùs ruent in peccata, & diutiùs in peccato perseuerabunt. Sed hoc verum esset, si quæ pœnitentiam agunt, ad honores, & conuiuia, & non ad agẽdam pœnitentiam, & ad duriter viuendum ex suis laboribus vocarentur. Nec tertiò, quòd pauperiores reddãtur ciuitates tot eleemosynis grauatæ: quia, vt Apostolus ait, fruges augentur per eleemosynas, quia iustitia per eas augetur. Non enim diuitiæ æternæ sunt, aut ex industria, & labore nostro; sed à diuina benedictione, qui pauperem facit, & ditat, vt in Iacob & Ioseph est videre, propter quos Deus benedixit domibus eorum Genes. 30. & 39. Nec quartò obstat, si hoc bonum esset (inquiunt) iam multæ ciuitates illud haberent. Sed certè multæ iam habent. Neque nouum est, sed antiquum, Nam & Eutropius Cæsarienſis in libro de Fabricis Iustiniani Imperatoris, quædam loca ad similes fœminas à peccato redeuntes alendas erexisse, & constituisse scribit. Præterea hæc ratio nihil valet: quid enim popularius, quàm Spiritui sancto resistere, & carnẽ fouere? Non est ergo quòd Deus id non inspirauerit. Neque quintò valet, si dicas, superfluum esse talem locum instituí: nam quas verè pœnitet, vel vt ad suos reuertantur, mortem non timebunt; vel mori potiùs, quàm in vitio consistere volent; aut victum emendicabunt, & publicam pœnitentiam agent. Sed certè debemus nos, qui firmiores sumus, vt Apostolus admonet, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Succurrendum est multitudini, præsertim in sexu fragili, quemadmodum nobis vellemus esse succursum. Nec sextò valet, sinendas esse potiùs fame premi, & necessitate, quàm suscipiendas. Nam peccatum ipsum pœna est peccati: & Deus, præter multa, quæ à suis lenonibus, & alijs pati permittit, morbum Gallicum, & incurabilem adinuenit, quo eas humiliet, & à peccato abstinere cogat. Sed certè hæc cogitatio crudelium est hominum, aut imprudentium. Deus enim eas affligi morbis, & infici sinit, quo faciliùs ad pœnitentiam adducantur; atque vt iuuentus ipsa, ne à talibus inficiatur, sibi quoq; timeat. Adiuuandum est ergo Dei consilium, & ad pœnitentiam hoc etiam metu prouocandæ; & ad desperationem nequaquam sunt adducendæ. At dices: Illæ à Domino castigantur, & nos ergo debemus Deum Opt. Maxim. in hoc adiuuare, & eas ampliùs affligere. At certè Deus flagellans vult in hoc impediri, & non adiuuari: vnde per Ezechielem ait; *Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ac dissiparem eam: & non inueni.* Non est ergo addenda afflictio afflictis; verùm consolandæ sunt, tum verbis, tum eleemosynis, ne maiori tristitia absorbeantur.

Rom. 15.

Quàm ... ett illud, ... humanu... Non me... tur tanq... num ... lieret... potiùs ... tẽ & de... Hasce ... erculas... morbo... co Deo... quenter... erceat.

In id: Do... num ea... gellante... quoque ... uare ... Exod. 2.

Deinde additur: *Peccatrix in ciuitate.* Nõ exprimitur qualis esset illa ciuitas, an Ierusalem, vel Bethania, vel alia aliqua Iudææ ciuitas. Sed profectò si verba textus expendamus, inueniemus illam fuisse ciuitatem Galilææ, non Iudææ: & fortassis fuit ciuitas Naim, vt affirmat Simon de Cassia, lib. 9. cap. 19. nam in hac adolescentem filium viduæ paullò ante suscitarat; & in ea legationem Ioannis Baptistæ per discipulos acceperat; cui vbi satisfecit, & legatos remisit, & Ioannem apud turbas commendauit, proximè hanc historiam subtexuit. Deinde idem comprobatur ex sequentibus. Nam descripta hac historia, capit. 8. dicitur, quòd Christus nauigauit in terram Gerasenorum contra Galilæam: ergo quod ante accidit, in Galilæa erat, & non in Iudæa.

Mulier ... in qua ... uitate ... trix. Prima ... ad proba... quòd ... ciuitas ... læa, non ... dææ. Simõ de ... Luc. 7. ... Ibidem. ... Matth. ... II. rabo...

Quæ autem fuerit hæc mulier, Euangelista minimè expressit: tum vt honori eius parceret; tum quia ex vita publica cum infamia coniuncta potiùs erat cognita, quàm ex nomine; tum quia Deus personam non horret, sed culpã. In quo mirificè nostram damnat maledicentiam, qui audito, vel secreto, vel dubio alicuius peccato, subitò illud propalamus, & in aliorũ aures effundi-

Quibus ... causis ... gelista ... tu boca... catricis.

Diluitur hoc quoque argumentũ: Exinde maior hisce mulierculis peccãdi aperiretur fenestra. Falsum esse ex huiusmodi fabricis minùs diuites ciuitates reddi. 2. Cor. 9. 1. Reg. 2. Contra hoc: Id operis in conuersas si expediret magis, iam omnes ciuitates tanto bono gauderent. Entrop. Casa.

Non esse superuacaneã hãc operam, & industriã.

mus:

dimus: peccatum & peccantem non zelo iustitiæ, sed detractionis morbo irritati cõdemnamus. Imitatus autem est Euangelista optimum pictorem, qui teste Plinio li. 35. capit. 10. pinxit Antigoni Regis imaginem altero lumine orbam: *Excogitata*, inquit, *ratione vitia condendi: obliquam namque fecit, vt quod corpori deerat, picturæ potius deesse videretur: tantumque ea in parte è facie ostendit, quam totam poterat ostendere.* Hæc ille. Ita sanè Euãgelista vitium texit, quod in ea fuerat, parcẽdo nomini eius. Erat etiam indigna nomine, quæ omnem nominis honorem perdiderat; nomen enim impiorum putrescit, vt ait Salomon: atq; hac ratione diuitis Epulonis, & Pharisæi in tẽplum ascendentis, & adulteræ, & latronis in Cruce, sicut huius peccatricis, nomina suppressa sunt, ac si eos ex nomine non cognosceret, vt pote quibus dicere poterat: *Amen dico vobis, Nescio vos.* Quęcunque ergo fuerit ista fœmina, accipimus ex ea pœnitentiæ exemplum, quæ Dominum agnoscẽtiæ exemplum, quæ Dominum agnoscere curauit: vt intelligamus, eos à Christo agnosci, & probari, qui eum agnoscunt, & eius nomen gloriosum reddere student, ipso auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto glorioso, qui cum Patre & Spiritu sancto gloriosissime ac felicissime viuit in sæculum sæculi, Amen.

Hoc facto quem pictorem Lucas vi deatur imitatus, in quo nos arguat: mulieris peccatricis indigaitas. Plin.

Prouerb. 10. Luc. 16. Infra. 18. Ioan. 8.

Matth. 25.

Christ⁹ quos agnoscat, & probet.

TRACTATVS VI.

Trct. 34.

IN illa eadem verba Lucæ. 7. *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.*

De Peccatrice curiatius sit differendum in præsenti.

ETsi curiosas potiùs, quàm vtiles quæstiones operepretium sit, vel non attingere, vel, si cogaris, parcè tamen, & sobriè differere, iudicium que earum & resolutionem Ecclesiæ Sacrosanctæ, cuius maximè interest permittere: tamen cùm non leuis sit hæc controuersia de peccatrice, & ad Scripturarum maiorem elucidationem spectet, ne videar subterfugere, dicã liberè & cum ea, quã debemus, sobrietate, & submissione in similibus agere. Magnæ profectò sunt contentiones inter Doctores, quot numero fuerint mulieres, quę Dominum vnxisse in Euangelica referuntur historia, alijs ad vnam omnia referentibus, alijs verò ad duas, alijs demum ad tres. Origenes homilia. 35. in Matthęum, asserit tres esse, & non quatuor, vt quidam sentiebant, hoc est, peccatricem, de qua hoc loco, & secũdam illam, quæ vnxit pedes Domini per biduum ante Pascha, & scandalizati sunt Apostoli, & de qua ejecerat septẽ dæmonia, vt B. Lucas cap. 8. & B. Mar. cap. vlt. testantur, & eam vocant Mariam Magdalenam; tertiam verò, Mariam sororẽ Marthæ, de qua Luc. 10. & Ioan. 11. & 12. quæ ante sex dies Paschæ vnxit caput Domini, & solus Iudas scandalizatus est. Cuius hęc sunt verba: Quæ secundum Lucam est, plorat, & multum lacrymatur, & pedes Iesu lacrymis lauit: quæ autem secundùm Ioannem, est Maria neque peccatrix, nec lacrymans introducitur. Forsitan ergo quis dicat quatuor fuisse, de quibus conscripserunt Euangelistæ: Ego autem magis consentio tres esse. Hæc Origines in sensu: quem in hoc Hieronymus non reprehendit. Idem rursus confirmat homil. 1. in Cantica Canticorum. Idem tribuitur Theophylo Antiochenæ Ecclesiæ sexto Episcopo post Petrum, in Cõmentarijs suis in Euangelium Marci. Huic sententiæ subscribunt Theophylactus scribens in 14. caput Marci, & in 12. cap. Ioannis, & in cap. 7. Lucę, ac Euthymius scribens in 26. caput Matthęi, & Leõtius in cap. 7. Lucæ, postquam disputauit, an sit vna, vel duæ, vel tres Christi vnctrices, tandem concludit esse tres, & hanc peccatricem, ac innominatam, distinctam esse à Maria sorore Lazari. Præterea Photius in scholijs super Mathæum tres statuit videri Marias Magdalenas, duas quidem peccatrices, tertiam verò quæ Lazari, & Marthæ soror fuit, non peccatricem, sed religione insignem & claram. Clemens quoq; Romanus lib. 3. constitut. Apostolic. ca. 6. distinctam facit Mariam Magdalenam à Maria sorore Lazari, his verbis: *Magister ipse, & Dominus Iesus Christus cùm nos duodecim ad docendum populum, Gentesq; misisset, nusquã mulieres misit ad prædicationem, quanquam nõ deerant. Erat enim nobiscum mater Domini, & sorores eius, præterea Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Martha & Maria sorores Lazari, & Salome, & quadam aliæ.* Hæc ille. Præterea Nicephorus Callistus lib. 1. cap. 27. in hunc modum scribit: *Ibi quoque* (Bethaniæ scilicet) *Lazari soror Maria humaniter excepto Iesu, tãquam Deo, propter rediuiuã restitutionem fratris, vnguento pretioso caput eius imbuit. Quẽadmodum scilicet & alia ante hac circiter medium prædicationis tempus: atque iterum alia mulier, quæ vitam meretricio quæstu toleraverat, paullò ante passionem extra Ierosolymã vnguento ingentis ponderis & pretij, pedes Iesu lauit, sepulturæ adumbrans & repræsentãs mysterium.* Hactenus ille, & ibidem docet Simonem Leprosum patrem fuisse Lazari, *Vt Apocryphi*, ait, *libri tradunt.* Hęc autem sententia, quã nostro sæculo conati sunt Iacobus Faber Stapulensis, & Iudocus Clichtoueus nonnul-

Prima opinio, Origenis scilicet.

Originis sectatoris.

Theophil. Episcop.

Theophyl.

Euthym. Leont.

Phot.

Clem. Rom.

Nicepho. Callist. Luc. 10.

Ioan. 11. Infra. 12.

Quę teneto opinio, ex Euangelio tres mulieres Dominum vnxisse, confutatur. Stapulen.

Iudocus Clichtou.

nonnullis editis libris defendere, & quæ apparentibus nititur Scripturis, propterea quòd Maria Magdalena nullibi euidenter dicitur esse Maria soror Marthæ, & hanc (quam Lucas hoc loco describit) innominatam relinquat, nec possit vna & eadē esse cum prima, vel secunda dicta; mihi nequaquā satisfacere vnquam potuit. Nam vt suo loco dicetur, eadē est omnino vnctio, quæ recensetur per Ioannem c.12. facta à Maria sorore Marthæ, cum illa, quam Matthæus cap.26. & Marcus cap.14. narrant factam à muliere Bethanię, non expresso nomine eius. Et quia in eo loco apertè soluimus omnia argumenta in cōtrarium, non est quod actum agamus, eandem cantilenam canendo. Idem etiam Origenes in homilia quadam super illud: *Stabat Maria Magdalena plorans ad monumentum: Et ait illi Dominus, Mulier, quid ploras?* vnā ex peccatrice & Maria sorore Marthę, & Maria Magdalena videtur efficere. Si tamen eiusmodi homilia eius sit, quia in multis, quę in alijs libris docuit, videtur dissidere, & ab aliquo autore Latino videtur composita, ob verborum desinentiam, & paronomasiam; vel, si vere Origenis est, in multis sensu interpretis aucta est & locupletata.

Lib.10.

Orig.tom.2. Ioan.20.

Quid de Origenis quæ circunfertur homilia de Magdalena sentiendū sit

Secunda opinio.

Altera sententia est quorundam, referēntium has vnctiones ad duas fœminas, alteram peccatricē, & innominatam, alteram verò Mariam Magdalenam sororem Marthæ, vel secundùm alios, Mariam hanc sine nomine, & vngentem mulierem, secūdùm Matthæum & Marcū diuersam esse ab ea, quæ Christum vnxit Ioann.12. alij verò ad duplicem Mariam Magdalenam, quarum vna nescit secundum Ioannem, altera scit, secundùm Matthæum', vt habet sententia Ambrosij & Hieronymi, & vna quæ incomitata venit ad sepulchrum apud Ioan.20. altera verò quæ comitata, de qua Matthęus & Marcus, vt tradit beata Elisabetha per reuelationem lib.2. suarum visionum. Atq; huius sententię in primis est Hieronymus, qui lib. 2. in Iouinianum in hunc modum scribit: *Hic tam quæritur in corpore, qui Christi pedibus dignus sit, qui capite, qui oculis eius sit, qui manus, quod & duæ mulieres in Euangelio, pœnitens, & sancta significant: tametsi quidam existiment vnam esse, & quæ primum cœpit à pedibus, gradatim ad verticem peruenisse.* Hæc ille, qui primo loco ponit suam sententiā, deinde verò aliorum. Idem in Matthæi caput. 26. *Nemo putet eandem esse, quæ super caput effudit vnguentum, & quæ super pedes. Illa enim & lacrymis lauat, & crine tergit, & manifestè meretrix appellatur. De hac autem nihil tale scriptum est. Nec enim poterat statim capite Domini meretrix digna fieri.* Et quæstio. 4. ad Hedibiam asserit, quosdam contendisse, duas Marias Magdalenas de eodē vico Magdalo fuisse: & alteram esse, quæ in Matthæo eum viderit resurgentem, alteram, quæ in Ioanne eum quærebat absentem. Deinde Chrysostomus homil.81. in capit. Matth. 26. scribit: *Hæc mulier vna & eadem apud omnes Euangelistas esse videtur: meo autem iudicio eadem est apud tres, alia verò quædam & mirabilis Lazari soror apud Ioannem.* Hæc ille, ponens duas tantùm vnctrices mulieres, nimirum peccatricem, quam putat esse Magdalenam, & Mariam sororem Marthæ. Idem tradit homil.61. in Ioannem, dicens: *Hoc in loco nō nulli dubitarunt, cur Christus id toleraſſet. Ad quod illud primum intelligendum, nō fuisse hāc meretricem illam, de qua apud Matthæū, & Lucā scribitur, sed aliam: illæ meretrices, & infames erant; hæc honesta, & studiosa: quippe quæ Christum accipere curabat, eumque cum sorore diligebat, & tantùm permisit Christus Lazarum mori.* Origenes homil.2. in Cantica Canticorum (in quibus, teste Hieronymo, cùm in reliquis libris alios vicerit, superauit se ipsum) scribit super illud: *Nardus mea dedit odorem suum: Loquitur Euangelium, quia venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pistici pretiosi, non illa peccatrix, sed sancta, de qua nunc mihi sermo. Scio quippe Lucam de peccatrice, Matthæū verò, & Ioannem, & Marcum nō de peccatrice dixisse. Venit ergo non peccatrix illa, sed sancta, cuius nomen quoque Ioannes inseruit. Maria quippe erat habens alabastrum,* &c. Ambrosius in 24. caput Lucæ sic scribit: *Nescit,* inquit, *vna Magdalene Maria secundùm Ioannem, scit altera Maria Magdalene secundùm Matthæum. Nam eadem & ante scire, & postea nescire non potuit. Ergo si plures Mariæ, plures fortasse etiam Magdalenæ, cùm illud personæ nomen sit, hoc locorum. Denique alteram esse cognoscę, illa admittatur pedes Domini tenere, tangere Dominum ista prohibetur. Illa Angelum videre meruit: hæc primò cùm venit, neminem vidi,* & reliq;. Et in caput 7. Lucę loquēs de peccatrice, scribit: *Hanc mulierem inducit sanctus Matthæus supra caput Christi effundentē vnguentum. Et ideò fortè noluit dicere peccatricem. Nam peccatrix secundùm Lucā supra Christi pedes effudit vnguentum. Potest ergo non eadem esse, ne sibi contrarium Euangelista dixisse videantur. Potest etiā quæstio meriti, & temporis diuersitate dissolui, vt adhuc illa peccatrix sit, iam, ista perfectior. Etsi enim non personam mutat Ecclesia, vel anima, tamen mut at profectum.* Theophylactus verò similia istis propè asserit in caput 14. Marci: *Videtur,* inquit, *quibusdā, vnā esse: non autē ita est, sed duæ sunt. Vna quidē, quæ apud Ioannem, quæ & Lazari soror est; altera, quæ à reliquis tribus memoratur.* B. Bernar. serm. de B. Maria Magdalena duas similiter ponere videtur, aut saltem hęsitare. *Est enim,* ait, *vnguentum bonum, quod Maria pedibus Saluatoris infudit. Est & melius, quod & eadem (si tamen eadem) super caput recumbentis effudit. Est & optimum, quod & ipsa præparauit toti corpori Christi.* Et infra: *Neque enim eadem quæ vnxit pedes, vnxit & caput, cùm illa meretrix nihil horum feciſſe legatur, secundùm illud: Verte impios, & non erūt. Vnxit ergo Maria sanctum Domini verticem, profectò tam electa, iam familiaris effecta, longeq; à peccatricis illius obuoluta vestigijs, quam infelix ille septenarius confundebat.* Hæc sancti illi Patres.

Idem tom.9.

Ambros. inferius citandus.

Hieron. to.2.

Idem-ad Hedib. 150.to.1

Chrys.

Infra.12. B. Bernard.

Prouerb.12.

Qui diuersas Dominii vnctrices, Peccatricē, & Magdalenā asserunt fuisse, eorū opinio quibus præterea rationibus cōfirmari possit.

Secunda ratio.

Chrysost. ho. 8.in Matth. initio, tom.5. Hieronym. in cap.26. Matth. li.4.to.9. Bernard. Respōdetur obiectioni. Matth 18. Luc.11.

Tertia ratio. Luc 8. Marc.vlt. Improbatur hic sensus secundum literam. De qua Iesus septem dæmonia eiecerat, id est, septem peccata mortifera.

Confirmatur etiam his rationibus. Prima, quia etsi in genere idem factum recitatur vnctionis hic, & instante morte, multæ tamen sunt differentiæ. Nam illa ante sex dies Paschæ, hæc in medio prædicationis cursu. Illa in Iudæa, & in Bethania, quæ nō est ciuitas, nec sic vocatur in Scripturis, & in domo Simonis Leprosi, hæc in Galilæa, & in ciuitate Naim, & in domo Simonis Pharisæi. Illa vnxit caput cum pedibus sine lacrymis, hęc tantùm pedes priùs lacrymis rigatos. Ex quibus deducimus, nō tantùm fuisse duas vnctiones, sed etiam posita Patrum sententia, duas vnctrices fœminas. Deinde illa vocata est nomine proprio Maria soror Lazari, & Marthæ, hæc verò tantùm est ab impudicitia nominata, quia meretrix erat, vt Chrysostomus, & Hieronymus super Matthæum, atque Bernardus docent: & Pharisæus qui dixit intra se: *Sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.*

Nec valet dicere; Simili ratione sequeretur, quòd cęcus natus non esset Chelidonius; vel paruulus, quem statuit in medio, & dixit: *Nisi efficiamini sicut paruulus iste,* &c. non fuerit vocatus Martialis; nec quòd mulier, quæ clamauit: *Beatus venter qui te portauit,* fuerit appellata Marcella. Sed vt hæc à quibusdam sunt asserta, & illis nemo hæc à quibusdam sunt asserta, & illis nemo sę opposuit, vel reclamauit; ita quòd peccatrix vocata sit Maria soror Marthæ, à magnis Ecclesiæ Doctoribus, Hieronymo, Ambrosio, Bernardo, & Origene negatum est, & reclamatum, quòd videretur eis Euangelicis verbis aduersari. Tertiò, quia de Maria sorore Lazari dicitur capite sequēti, quòd fuit liberata à septem dæmonijs: quis autem vnquam dixit arreptitiā, & à dęmone oppressam, artem meretriciam exercere? Improprium est autem, in sensu literali per septem dæmonia intelligere septem peccata mortifera: quia textus expresse ait liberatā eam à spiritibus malignis, vel immundis Luc.8. quod pœna tantùm est, non culpa. Aliàs periret sensus literalis, si sine caussa ita interpretaremur Euangeliū: nam ibidem cum alijs mulieribus legitur à malignis spiritibus curata: essent ergo illæ à peccatis, non à dæmonibus liberatæ. Quòd si dicas, à dæmonibus simul, & peccatis liberatam, vt paralyticus Matth. 9. & languidus Ioann. 5. à morbo corporis, & peccato, & nos id daremus, semper sequeretur prædictum absurdum, quod dæmonibus oppressa corpus prostitueret. Peccata remittuntur verè Luc. 7. non expelluntur: sicut dæmones pelluntur, non remittuntur. Verba etiam illa: *De qua exierant septem dæmonia,* Euangelistę sunt, vt historici narrantis, non Christi parabolicè, vel allegoricè loquentis. Ad hæc non est opus dæmoniacæ, afferre alabastrum, lauare lacrymis pedes, & osculari, & vngere vnguento: & certè de nulla obsessa, quādiu talis erat, tale quid legitur. Etsi autem mysticè, siue iuxta spiritum, de peccatis intelligi possit, nullo tamen solido Euangelij testimonio probatur ad literam sic esse accipiendum. Adde verba Ambros. c. 5. libri de Salomone: *Dum,* inquit, *largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dum dæmones pellit ex Maria, dū corpus reduuiui spiritus calore cōstringit, & quod mors sibi vindicauerat ad pœnam, lux denuò recepit ad vitam.* Sic ille. Ad hæc Maria Magdalene computatur non semel inter mulieres quæ curatæ erant à spiritibus malignis, & venerant ex Galilæa, & sequebātur Dominū, & ministrabant ei de facultatibus suis: de peccatrice verò expresse traditur à Domino dictum: *Vade in pace:* nō ergo ista dimissa à Domino, sequebatur eum. Etsi verum amamus, etiā ante conuersionē peccatricis Maria Magdalena, quæ creditur fuisse soror Lazari, sequebatur Iesum, quia dicitur: *De qua exierant septem dæmonia:* quod nō dixisset de re penè præsenti. Et per præteritum imperfectū ait: *Quæ ministrabāt ei de facultatibus,* denotans actionē longè antè inchoatam, ac permanentem. Quod verò Bartimæus cæcus à Christo sanatus, & cui dictum est: *Vade, fides tua te saluum fecit,* & tamen secutus est Christum; non probat dimissam peccatricē secutam: sed textus non id dicit de peccatrice, vt de Bartimæo, nec erat eadem ratio talis fœminæ, quæ in illo fuit. Quintò, si vera est historia, Mariam Magdalenen sororē Lazari, & Marthæ, dominam fuisse castri Magdali dicti, probabile non est, fœminam diuitem, & nobilē vitam impudicam exercuisse, atque id dissimulasse, vel toleraſſe Lazarum fratrem, & sororē Martham: & quòd esset in ciuitate

Altera obiectio diluitur.

Ea verba quatenus citentur: De qua septē dæmonia exierant. Quarta ratio

Ambrof. to.4

Luc. 8. & Matth. 27.

Supra 8. Leue argumentum aduersariorum diluitur. Marc. 10.

Quinta ratio

Sexta ratio.

Naim peccatrix, cùm nõ constet illam ibidem habuisse domicilium. Sextò, nec verisimile est, Dominum permisisse eam statim sequi se, & habere familiaritatem secũ: tum ob famam sui tuendam, tum ob exemplum prębendũ prędicatoribus, tum quòd soror Lazari intima esset B. Mariæ Virginis, quod certè matrem Christi nõ deceret, si illa fuisset publica peccatrix. Septimò, quia sine dubio Dominus fuisset de hoc à Pharisæis reprehensus. Vt enim calumniati sunt quòd comederet cum publicanis, & peccatoribus, & quòd esset eorum amicus, ita obiecissent quòd cum meretricibus cõuersaretur; maximè cum plerunq; in eius ædes ad hospitandum diuerteret, vt habes Luc. 10. Ioan. 11. 12. & Matthæi 26. Nam plerunq; reuersus est in Bethaniam, & eorum ministerio, atque mensa familiariter vtebatur. Non autem ita erat indecens in domo Zachæi publicani, vel semel hospitari, & non est tanta infamia, secus frequenter diuertere in domum peccatricis. Octauò, postquam etiam de peccatrice locutus est Luc. 7. infrà tamen cap. 10. quasi de distincta fœmina loquens ponit Mariam sororem Marthæ excipientem, & audientem Christum, de qua non ponit, Quæ vnxerat pedes Domini, vt Ioannes dixit, quod magis potuisset dicere quam Ioannes, si illam significare voluisset. Quòd si peccatrix soror Marthæ fuisset, atque illa ei ministrasset de facultatibus suis cum cæteris fœminis, quæ illum sequebantur, profectò à Martha reprehensa minimè fuisset, quòd relinqueret illam solam ministrare: quin potius illam ex itinere fatigatam commiserata, & congratulata potius illi fuisset: & gratias egisset Domino, quòd eam viuam pro mortua recepisset.

Septima ratio.

Matth. 9.

Lut. 19.

Octaua ratio.

Supra. 10.

Infra. 11.

Ibidem.

Circa illud: Reliquit me solam ministrare, & elegit scilicet Maria Magdalena, quid inepte ratiocinantur aduersarij.

Neque verum videtur, quod quidam dicunt, illis verborum præteritis: *Reliquit me solam*, &, *elegit*, non significari Marthã conquestam de Maria, quòd illam de præsenti non adiuuaret, sed quòd suo contubernio penitus relicto, & ad ministrationem domus Christum sequeretur, & elegisset vitã contemplatiuam. Sed certè de præsenti dicitur, quòd Martha fatagebat circa frequens ministerium, Maria domi sedebat: & de præsenti ait: *Dic ergo illi vt me adiuuet*: & domi residere insinuatur hæc Maria soror Marthæ post Domini aduentum, & ingressum in Bethaniam: & Ioan. 11. nũtium miserunt ad Iesum, vt agnosceret Lazari fratris earum periculosam infirmitatem.

Nona ratio.

Nonò, quia Mariam sororem Marthę non horrebant Iudæi quasi peccatricem, sed ad illam visitandam, & consolandam in morte Lazari accesserunt Ioan. 11. hanc autem vt peccatricem horrebat Pharisæus, & mirabatur quòd illam Christus ad tactum pedum admitteret. Ecclesia etiam in Litanijs Mariam Magdalenam recensct inter virgines, vt Ambros. lib. 3. de Virginibus, virginem tradit fuisse Mariam Magdalenam; imò caput illarum constituit: non ratione sanctitatis, vel priuilegij inter vxoratas, nã statim subiunxisset sanctam Elisabetham, scilicet Annam, Mariam Cleophe, vel Mariam Iacobi; quod non fecit: videtur ergo innuere, quòd virgo sancta fuerit, nam de nuptijs eius, vel marito ipsius, nullibi legitur. Quòd verò officium celebretur viduę, siue vxoratæ, & legatur epistolæ loco: *Mulierem fortem quis mueniet*, id ex opinione aliter sentientium est factum. Omittam tamen quod quidam ex reuelatione tradunt peccatricem aliam esse à sorore Marthæ, & hoc aliquando ab Ecclesia definiendũ, atq; in officio diuino celebrandam simul Mariam sororem Marthæ cum peccatrice, sicut officium simul fit de Petro & de Paulo Apostolis. Si quid igitur incertis istis reuelationibus credendum esset, non vna tantùm fuisset vnctrix, neque vna Maria Magdalene.

Decimò, posteriores Doctores de hac re etiam valde dubitarunt. Nam B. Thomas, tum in capit. 26 Matthæi, tum in capi. 11. Ioannis dubius est, & anceps: & vtraque opinione ex sanctis Patribus recitata, exponit textum Euangelicum, nihil in ea re definiens, vel tanquam ab Ecclesia Romana definitum tradens. Albertus Magnus in capit. 7. Lucæ, productis sententijs pro vtraque parte subiungit: *Ecce ista diuersitas opinionũ Patrum, & accipiat qualibet quod vult. Ecclesia tamen Occidentalis sequitur Gregoriũ.* Putabat Albertus, quòd Græci sequerentur Chrysostomum. Idem Albertus super Matthæi. 26. ait, quòd de hoc sancti dissentiunt, quia loquuntur de suo spiritu: & non est id de fide, vel de moribus. Idem permittit B. Antoninus Archiepiscopus Florẽtinus. Nicolaus de Lyra in cap. Ioan. 11. ait: *Consuetudo etiam Ecclesiæ tenet, quòd eadem mulier fuit, de qua narrat Lucas tacito eius nomine, & quæ hic dicitur soror Lazari. Nec mirũ, quia officium Ecclesiasticum à sancto Gregorio ordinatum est, qui fuit eius opinionis.* Hæc ille. Atque hactenus dictum sit pro hac sententia, quæ vnam tantùm Mariam Magdalenam sororem Marthæ & Lazari tenet, distinctam tamen à peccatrice non nominata Luc. 7. Quod iuuatur sententia Irenæi libr. 3. capit. 14. vbi referens de his, quæ in Euangelio per solum Lucam nouimus,

Decima tio. D. Tho.

Albert. Magn. postilla super cam.

Idem Pagnin. in Matthæ.

B. Antonin. Nico. Lyr.

Officium Ecclesiasticum de Maria Magdalena tam quam peccatrice, à qua fuerit ordinatum.

D. Irenæus. Ratio Irenæi expendi-

ponit

ponit conuersionem peccatricis, & parabolam de duobus debitoribus dictam ad Pharisæum. Si ergo de illa sola per Lucam nouimus; ergo non erit vnctio Magdalenæ, quam per alios Euangelistas nouimus. Verùm hæc ratio diuersam fuisse vnctionem non diuersam vnctricem probat. Baptista etiam Mantuanus in fastis dubitans, scribit:

Ioannis Baptistæ Mantuani de peccatrice Christi vnctrice sententia.

Sunt qui turpe putent, Marthæ infamare sororẽ;
Sed memorant alia quandam de gente puellam
Nominis eiusdem, cui sic illuserit illa
Tempestate Venus, iuuenum teterrima pestis.
Gregoriumq́, volunt, fœdi qui criminis autor
Extiterit, peccasse; velut peccasse Maronem
Dicimus, ob læsum castæ Didonis honorem.
Et seu peccatrix fuerit, seu nescia culpæ,
Non dubitamus, eam mensis accumbere diuũm.

Hęc ille. Fuit ergo altera Maria Magdalena peccatrix, & Galilæa, quę habitabat in ciuitate Naim, & distincta à Maria sorore Marthæ & Lazari, vt quidam tradunt. Postrema autem sententia est eorum, qui tenẽt, vnam & solam esse mulierem, sicut Mariam Magdalenã, quæ in ciuitate peccatrix fuit: atque hanc opinionem secutus est Augusti nus, qui lib. 2. de consensu Euangelist. cap. 79. in hunc modum scribit: *Nihil itaq; aliud intelligendum arbitror, nisi nõ quidem aliã fuisse mulierem, quæ peccatrix tunc accesit ad pedes Iesu, & osculata est, & lauit lacrymis, & tersit capillis, & vnxit vnguento, cui Dominus adhibita similitudine de duob. debitoribus, ait, dimissa esse peccata multa, quoniam dilexit multum, sed eãdem Mariam bis hoc fecisse: semel scilicet quod Lucas narrauit, &c.* Quod autem in Bethania rursus fecit, aliud est, quod ad Lucę narrationem non pertinet, sed pariter narratur à tribus, Ioanne scilicet, Matthæo, & Marco. Sed hanc sententiam non sine formidine asseruit, vt Tract. 40. in Ioannem ostendit, vbi sub dubio illam asserit. B. Gregorius in homilia Euangelij Luc. 7. ita ait: *Hanc verò quam Lucas peccatricem mulierem, Ioannes Mariam nominat, illã esse Mariam credimus, de qua Marcus septem dæmonia eiecta fuisse testatur. Et quid per septem dæmonia, nisi vniuersa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas figuratur. Septem ergo dæmonia Maria habuit, quæ vniuersis vitijs plena fuit.* Idem docet in homilia Euãgelij secũdùm Ioannem: *Maria stabat ad monumentum foris plorans.*

Tertia opinio.

Augustin. & aliorum to. 4.

Idem tom. 9.

B. Greg. hom. 33. in Euã. to. 2

Marc. 16.

Idem lib. 6. Regist. epist. 22. seu ca. 186. ad Gregoriam Cubicularium Augustæ, vbi eandem peccatricem esse tradit, & Mariam sororem Marthæ, & primam, cui apparuit Dominus post resurrectionem, &

Septenarius numerus vniuersitatem designat.

Idem homil. 25. tom. 2. cod. Gregorij, mulierẽ peccatricem Mariam Magdalenam quæ facta est Apostola Apostolorum. Sed B. Gregorius, vt quidam respondent, nihil definiuit, sed tantùm suam fidem, & sensum, quem Scripturis porrigebat, declarauit. Vt Doctor ergo locutus est Scripturã exponens, nõ vt Papa definiens: nam aliàs omnia eius opera, quibus Scripturas exponit, definitiones fidei essent: etiam in eo quod subdit de septem dæmonijs ab illa eiectis definitum esset quòd non essent dæmonia, sed peccata. Et quod in homilia Theophaniæ ait, Iudæis tanquam ratione vtentibus rationale animal, id est, Angelus prædicare debuit, definitio esset: cùm tamẽ Ecclesia illud dogma Platonicum non recipiat: quia *Spiritus carnem & ossa non habet.* Eandem sententiam sequitur Beda libr. 3. commentariorum in Lucam, Christianus Druthmarus in cap. 26. Matthæi, Rabanus in Lucæ. 7. ac plerique alij, vt Bernardus in sermone de quatuor modis orandi, eãdem tradit esse, peccatricem, & Mariam Magdalenam. Pro hac sententia nostro seculo nõnulli scripserunt, vt Ioannes Roffensis, & Natalis Beda, & alij nonnulli. Dionysius Carthusianus in caput 26. Matthæi, vnam & eandem tenet esse, peccatricem, & quæ Christum vnxit instante morte: & allegat historiam eius. Nam inuenta in eremo à sacerdote quodam, & interrogata quæ nam esset: respondisse fertur, quòd ipsa esset famosa illa peccatrix, de qua in Euãgelio, etiam si quibusdam hæc historia dura creditu videatur, & si vera est, ad modestiam & humilitatem eius hoc dictum referendum putent, quemadmodum Paulus se peccatorem primum vocat. Quod verò egerit pœnitentiam magnam in monte Balma, non arguit eam fuisse illam peccatricem, quia Ioannes Baptista innocens egit pœnitentiã. Quod verò triginta annis separata in monte sine cibo egerit, arguit illam contemplationi vacasse, & crebris raptibus, siue extasibus enutritã: quod conforme est Euangelio, in quo dicitur: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Probatur etiam hoc nonnullis rationibus. Quia vtraq; vnctio, illa scilicet Luc. 7. & in Bethania prope mortem facta sit in eadem domo, nempe Simonis. Sed & ad hoc facilè respondent. Nam alius est Simon Pharisæus, & alius, Simon Leprosus, vt testatur August. lib. 2. de consen. Euangelist. ca. 79. etiamsi aliter dixerit Cyprianus ser. de ablutione pedum: alioqui Euangelista dixisset: Simon Leprosus, qui & Pharisęus. Confirmat hoc Theophylactus, qui hoc loco scribit: *Sæpe enim multi idem nomen sortiũtur. At ille fuit leprosus, sed non hic. Et ille quidem sanatus à lepra, in gratiarum*

Idem Roffen. Natalis Beda. Dionysij Carthus. historia de Maria Magdalena, quã producit vt probet eandem esse peccatricẽ quã autoritatẽ, & vim habeat.

Idem hom. 10 de Epiphania, in princ.

Luc. 24. Beda tom. 5. Christianus Druthma. Rabanus. Bernard.

Roffen. Natalis Beda.

Dionysij Carthus. historia de Maria Magdalena, quã producit vt probet eandem esse peccatricẽ quã autoritatẽ, & vim habeat.

1. Timoth. 1. Vbi pœnitẽtiam egerit secundùm illum, & quam diuturnam. Eiusdẽ mira abstinentia, visiones, raptusve frequẽtes.

Luc. 10. Eiusdẽ Dionysij, aliorũque rationes pro dicta sententia proponuntur, diluunturque. Duplex Simon in Euãgelio, apud quos Christ⁹ est cõuiuat⁹.

August. to. 4. Cyprian. Theophyl.

lenã asserentis esse, sententia explicatur.

tratum actionem vocauit Dominum, hic autem neque leprosis, nec gratias referens: & ille quidem nihil dixit, hic autem obmurmurauit. Eadem prorsus tradit Euthymius.

Euthy.

Secũda ratio

Deinde arguunt: quia prima, quæ non nominatur Luc. 7. & nomine peccatricis designatur, tamen vbi purgata est à peccatis, iam eam nominat Mariã Magdalenam, & Christi pedissequam; quemadmodum Matthæus dum sederet in Telonio, Leui Alphæi nominatur, qui postea in catalogo Apostolorum Matthæus vocatur: & Paulus primò quidem Saulus, deinceps verò Paulus vocatus est. Sed profectò hæc ratio nihil stringit: quia ponitur quod erat probandum: quia quæ dicitur Luc. 8. Maria Magdalena, & Christi pedissequa, & ministrans de facultatibus suis non putatur fuisse illa peccatrix absq; nomine: tum quia illa dimissa est à Christo, ista sequitur: tum quia de ista expulsa sunt septem dæmonia, quibus illa oppressa arté meretricatus non exercuisset; tum quia ante illius conuersionẽ iam ista curata sequebatur, & ministrabat de facultatibus; tum denique quia verisimile nõ est, vt à prostibulo redeuntem cõfestim Iesus ad sui sequelam admitteret, & ad societatem cum nobilibus & honestis fœminis, nempè Ioanna Cusa, procuratoris Herodis vxore, & Susanna, & cum alijs, quæ matres erant Apostolorum. Nec magis ex hoc argumẽto sequitur, peccatricem illam esse Mariam Magdalenam, quàm Ioannam, vel Susannam, vel aliã ex illis quæ sequebantur. Quod verò de Apostolis producitur, quòd nomina illis fuerint immutata; hoc libenter acceptamus, quia euidenter Euangelium tradit: peccatricẽ verò, & innominatam, Mariam Magdalenã dici, nullibi expresse tradidit, nec ex dictis necessariò colligitur. Tertiò, quia Euangelista decenter gradum ad Christum cõuersorum pertractat, dum primò ad vnctionẽ pedum, deinde etiam ad vngendum caput euehi declarat. Sed hoc debile est: & potius capitur argumentum & mysterium in contrarium, nempè quòd qui fuerunt magni peccatores, admittuntur ad vnctionem, & osculum pedum: qui verò non tales, sed iusti sunt, etiam ad vngendum caput, & ad osculum oris recipiuntur. Quartò argumentantur ex eo quod Matthæus 26. cap. de Maria sorore Lazari inquit: *Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit* (videlicet illam honorificam & religiosam vnctionem) *in memoriam eius*: sed hoc applicitum fuit ab Ecclesia in memoriam peccatricis. At certè illud factum ab Ecclesia applicatur in laudẽ Mariæ Magdalenæ sororis Lazari, non autem quòd illa sit peccatrix: nam hoc nondũ dixit Ecclesia definiens: nisi per Ecclesiã velimus intelligere tenentes illã opinionem: at Ambrosius & Hieronymus, Chrysostomus ac Theophylactus, Euthymius & Leontius, qui aliter sentiunt, partes Ecclesiæ sunt. Autores quoq; aduersæ sententię non vt certam illã tradunt, sed hæsitant, vt Augustinus, & Bernardus: Thomas etiã & Albertus, & Antoninus, permittũt aliter opinantes cum omni pace. Ostendunt quintò, esse eandem, tum ex amore peccatricis, de quo Luc. 7. & Marię sororis Marthæ Ioan. 11. item ex lacrymis Luc. 7. Ioan. 11. in morte fratris, & ad monumentum Ioan. 20. Ad hæc, quòd ad pedes Christi se proiecerit Luc. 7. & c. 10. & Ioan. 11. & in horto Ioã. 20. & Matthæi. capit. 28. tenuit pedes eius, cum reliquis. Cõgruit etiã ratio vnctionis Luc. 7. Ioan. 11. & 12. Mar. 14. & 16. cum alijs vngere parat. Congruit deniq; murmuratio aliorum contra eam, & Domini defensio Luc. 7. Luc. 10. Ioã. 12. & Matth. 26. & si vis, adde, quòd sola Maria soror Marthę nominatur à Christo ante mortẽ Ioan. 11. & post mortẽ Ioan. 20. compellat Mariã, & compellantem se Christum agnouit. Respondent quidã ad hoc, quòd etsi in multis conueniant, id est, in vnctione, tersione per capillos, vtraq; dilexerit Dominum, & sit ab eo dilecta, & ad pedes eius humiliata, & excusata contra detractores, differunt in multis. Quia peccatrix in Naim solos pedes vnxit: sancta verò in Iudæa, & pedes, & caput vnxit. Et prior lacrymis cœpit rigare & rigatos tergere: Maria non legitur rigasse lacrymis, sed vnguento vnxisse, in symbolũ lætitiæ ob Christum hospitem, & fratrem suscitatum, & ob mortem Christi, quã præsciebat. Illa in domo Simonis Pharisæi contra eum defensa, posterior in domo Simonis Leprosi contra Iudam & Apostolos. Illa in medio prædicationis cursu, hæc imminente morte. Sextò probatur ex Ioan. capit. 11. vbi dicitur: *Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis.* Sed non apparet aliam vnxisse præter peccatricem: ergo illa eadem erat quæ Maria soror Marthæ: nec enim erat describenda Mariæ futura vnctio verbo præteriti temporis, sed præterito plusquamperfecto: quemadmodum de Nicodemo dixit Ioan. 19. *Ipse est qui venerat ad eum nocte primum*: & de Caipha capit. 18. ait, *Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis.* Respondent quidam huic argumento. Primò quidem, quòd etiam res futura significatur verbo præteriti, referendo ad tempus, in quo autor scribit: qua ratione Matth. 10. dicitur Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. Deinde exempla producta ad rem nõ faciunt: nam per verbum præteriti plusquam perfecti ferè semper significatur res præterita relatiuè ad rem quæ narratur, non autem præteritum perfectum, quod interdum extenditur ad futura, sed facta tamen eo tempore, quo scribuntur. Exempla etiam allegata illud continent, quod iam explicitè ab eodem Euangelista commemoratum est: moris autem nõ est, vt vnus Euangelista requirat adminiculum alterius in narrationib. suis. Vnde Augustinus Tract. 49. in Ioannem, trepidans de illa sententia, quòd peccatrix esset soror Marthę, quam in libris de consen. Euangel. secutus fuerat, scribit: *Ecce ipsa soror Lazari; si tamen ipsa est, quæ pedes Domini vnxit vnguento, & terſit capillũ suis, quos lauerat lacrymis, melius suscitata est, quàm frater eius, de magna malæ consuetudinis mole est liberata: erat enim famosa peccatrix.* Hæc ille. Septimò, producitur hymnus Ecclesiæ, qui habet:

Maria soror Lazari,
Quæ tot commisit crimina,
Ab ipsa fauce tartari
Redit ad vitæ limina.
Surgentem cum victoria
Iesum vidit ab inferis.

Prætereà in die B. Mariæ Magdalenæ, Euangelium legit peccatricis Ecclesia: cùm tamen multa alia suppeterent Euangelia, & Luc. 10. & Ioann. 12. vbi ad literam laudes Mariæ Magdalenę sororis Lazari continẽtur. Non solet autem Ecclesia ab alijs laudes alicuius petere, quãdo habet proprias, nec aliorum Euangelia legere in solennitate sancti alicuius, si habet proprium. Constat autem B. Mariam multa habere in Euangelica historia in eiusdem laudem dicta, quæ tamẽ non in illius festo, sed in peccatricis leguntur conuersione. Ad hæc si Maria Magdalena soror Marthæ virgo erat; quomodò Ecclesia in eius festo celebrat officium viduarũ? nam ista cum nullibi legatur matrimonio copulata, videtur necessariò inde accipi, fuisse illam famosam peccatricem. Profectò hoc postremũ argumentum magni ponderis atque momẽti mihi esse videtur, & cum cæteris, quæ superius elucidandæ magis veritatis gratia tentauimus soluere, coniunctum, maximè probabilem ac verisimilem reddit hanc postremam sententiam.

Dicam tamen illud, quod nonnulli respondent. In primis non omnes Ecclesias hymnum illum canere, nec ipsam primariam Romanam, quæ alio vtitur hymno, nisi quòd ante paucos annos, vbi Breuiarum reformatũ traditum est, hic hymnus de integro est introductus, & ab officio fratrum Ordinis sancti Dominici desumptus; nam antea in antiquo Breuiario Romano nihil tale legebatur. Deinde tempore B. Thomę & Alberti Magni hic hymnus canebatur in quibusdam Ecclesijs; nec tamen propterea hæreticos censebant aliter sentientes. Tertiò, ignotus putatur autor huius hymni, nec tanti põderis, vt premat sua authoritate ad credendum: quanquam quidam scribunt fuisse Odonẽ Cluniacensem Abbatem: & potiùs est rythmus vitio non carens, quàm carmen Iambicum, syllabarum ratione constans. Quarè, de quouis hominum dici potest, & verè secũdum Scripturam, quòd multa commisit crimina. Quia, vt ait Augustinus, talis fuit qui committeret, nisi Dominus seruasset. Quæuis etiam fœmina dici potest soror Lazari, quia omnes Iudæi inter se fratres dicuntur, & omnes qui sumus in Christo, fratres sumus. Ad hæc solidiora quædam in alijs Ecclesijs leguntur, vt orationes quæ habent: *Largire nobis, clementissime Pater, vt sicut mulier, quæ fuit in ciuitate peccatrix, Dominum nostrum super omnia diligendo, suorum obtinuit veniam peccaminum, ita nobis apud tuam misericordiam sempiternam impetret beatitudinem.* De sorore verò Marthæ ait: *B. Mariæ Magdalenæ quæsumus Domine, precibus adiuuemur, cuius precibus exoratus, quatriduanum fratrem viuum ab inferis resuscitasti.* Quædam etiam falsa in officio & cultu diuino irrepsisse dormientibus pastoribus, tanquam zizania inter triticum, dubium non est: vt constat ex historia sancti Thomæ Apostoli, dicentis: *Mitte me quò vis, præterquam ad Indos*: quam falsam esse, atque à Manichæo quodam confictam, reuincit Augustinus libr. 22. contra Faustum capit. 69. & libr. con. Adimantium Manichæum, & libro secundo, de sermon. Domini in monte. cap. 20. & de historia latronis, vt sancti venerati, cuius vt pote cogniti venerationem sustulit B. Martinus: vt testatur Seuerus Sulpitius. Idem comprobatur de historia Sylueſtri, S. Seruatij, Georgij, & Iulitæ, vt notauit Pontifex Gelasius in capit. Sancta Romana Ecclesia, distinction. 15. quod multis alijs etiam posset comprobari argumentis. Sed hæc sint satis.

Potest etiam adhiberi huic obiectioni aliud responsum, nempe autorem siue cõditorem officij Ecclesiastici, qui fuit fortè Gregorius Papa, vt Nicolaus de Lyra

superius

Peccatrix fuerit Maria Magdalena, varię Doctorum sententiæ.

Quintum argumẽtum cõuenientia actuũ vtr. quemu

Luc. 7.

Quinta ratio.

Matth. 9. 12. & Luc. 6. Alter 7. Infra 13.

Quibus notis euangelicis Maria Magdalena & mulier peccatrix inter se distinguãtur.

Luc. 8.

Illud infirmatur: vt Apostolis, ita & peccatrici in Mariam Magdalenã nomen potuit immutari.

Tertia ratio. aduersariorũ

Quartum argumentum. *Matth. 26.*

Quæ mulier præuenit vngere caput Christi in sepulturam.

Augst. to. 8.

Lib. 2. ca. 79.

Septimum argumenti ab vsu & authoritate Ecclesiæ.

Luc. 10.

Quinta ratio.

Confirmatur argumẽtum ab officio diuino de diua Magdalena.

Infra 22.

Duplex solutio.

Prima solutio circa hymnum de Mag

dalena, hodie quem cãtat Ecclesia.

Aug. in hom. 50. libr. 50. homil. & alibi tom. 10.

Matth. 23.

Aliæ Ecclesiæ in orationibus quid habeant de peccatrice, quid verò de Maria Magdalena.

Ioann. 11.

Matth. 13.

Diuinũ cultum aliquam recipere posse falsitatem, hominum negligentia, duplici monstratur exemplo.

Aug. tom. 6. Idem.

Seue. Sulp. cap. 14.

Gelas. I.

Secunda solutio.

Nico. de Lyra.

Superius dixit, & tenuisse vt probabiliorem sententiam, eandem fuisse peccatricem, & Mariam Magdalenam sororem Lazari, & ita instituisse officium de Viduis dicendum in die Mariæ Magdalenæ, & propterea legisse Euangelium Luc. ca. 7. tamen hæc ratio ex officio diuino deprompta, non conuincit euidenter illam opinionem esse dogma Fidei, ita vt aliter opinantes habeantur hæretici. Quod euideri hac ratione demonstratur: Constat enim Ecclesiam vniuersam, præter paucos quosdam, de Conceptione Virginis celebrare, & sub hoc nomine immaculatæ Conceptionis Deum inuocare: & tamen hæc ratio de celebranda Cõceptione per vniuersam Ecclesiam non euincit Conceptionem Virginis sine peccati originalis macula, ita vt sit dogma Fidei Catholicũ, & orthodoxum, & quod aliter sentientes constituat hæreticos: cùm Ecclesia Catholica tum per Sixtum Quartum in extrauagantib. duab. tum Concilium Tridentinũ, quod has extrauagantes confirmauit, & innouauit, neutram partem tenétes, asserat, aut hæreticos esse, aut in lethale crimen incurrere: cùm tamẽ pleniori Doctorum, atq; populorum consensu, & miraculorum & reuelationum attestatione Ecclesia fide amplexa sit sentẽtiam immaculatæ Conceptionis B. Virginis, etiamsi olim Ecclesia Romana de illa nõ celebraret, vt docet B. Bernardus epist. ad Canonicos Lugdunenses: tamen Conceptionis immaculatæ hodie festum maiori religione colitur, quàm opinio, quę tradit peccatricem fuisse Mariam sororem Marthæ: atq; hæc solutio omnia superius allegata, meo iudicio apertissimè dissoluit. Vt ergo inter probabiles opiniones, de quib. inter veteres Patres, vel Scholasticos Doctores controuertitur, liberum est quam velis vt probabiliorem tenere sentẽtiam, modò paratus sis Ecclesiæ definienti per omnia obedire: ita etiam in his, quæ in cultu diuino vt probabiliora acceptauit, non ligant ad constituendũ certum fidei dogma, ita vt non liceat, sãlua pace, & honorificẽtia, quę ipsi cultui debetur Ecclesiastico, aliter sentire. Colligitur ergo, autorẽ officij B. Mariæ Magdalenæ sororis Lazari tenuisse illam sententiã de vna & eadem peccatrice & sorore Lazari, & illã fuisse ab Ecclesia Romana in cultu & officio receptam, non autem vt dogma fidei Orthodoxum, & indubitatum; nam facilè quotidie Pontifices Romani, vel addunt aliquid diuino officio, & indulgentijs inuitant ad officiũ aliquod, vel etiam adimunt quædam. Nam hactenus de Præsentatione B. Virginis solẽne erat in Ecclesia celebrare, & is ritus confirmatus erat etiam Græcorum veterum sententijs, in quorum Ecclesijs soleniter ille dies celebrabatur: & ideò apud Simeonem Metaphrasten extant duo sermones, alter Germani Archiepiscopi Constantinopolitani, alter verò Georgij Archiepiscopi Nicomediæ, de solennitate Præsentationis sanctissimæ Virginis: & tamen hoc festum nobis sublatum fuit multis annis, donec à Sixto V. Pont. max. iterum restitutum est.

Ex Gregorio no officio de Maria Magdalena tanquam peccatrice, nõ deduci hoc tanquã dogma Fidei, probatur ex altero officio, nempe de Conceptione immaculata Virginis Mariæ. *Trid. Syno. sess. 5. decr. de pec. orig. in fine.*

Conceptionis immaculatæ firmissima inuictaq; testimonia. *Bern. epist. 174.*

Pontificię ad diuinum cultum additiones, detractionesq; identidem quę fiunt quid arguant.

Quod verò Ecclesia eo die, qui dicatus est Mariæ Magdalenæ sorori Marthæ, legat Euangelium peccatricis, non nominatæ Luc. 7. respondent pij quidam & eruditi viri, fortassis non sine caussa factum, & Ecclesiam nostram vtriusque Marię diem festum in vnum coniunxisse, idq; propter nominis communionem, & vtriusque vnctionem mulieris. Quemadmodum (aiũt) Romæ Ecclesia sancti Marci, quæ à principio dicata fuit sancto Marco Põtifici, postea progressu temporis, propter communionem nominis, cessit honori S. Marci Euangelistæ; & templum S. Stephani Rotundi à principio consecratum fuit S. Stephano Pontifici, & tamen hodie die S. Stephani Protomartyris magna religione, & hominum concursu colitur. Idem referunt templo S. Ioannis Lateranensis accidisse, quod à principio B. Ioanni Baptistæ sacratum fuit, quod tamen nunc etiam ad gloriam B. Ioannis Euangelistæ colitur, vt testis est populi ad illud templum eo die concursus, & precatio in templo peculiaris, quæ vtrumq; Ioannem complectitur. Ita etiã sed contrario modo Ecclesia, olim Petri Principis Apostolorum Cathedra Antiochena diu in Ecclesia Romana celebrata est & in ea intelligebatur celebrari eiusdem Petri Romana Cathedra: donec à Paulo IIII. Põtifice Maximo huius celebritas ab illa separata est: & ita posset aliquando cõtingere, vt Mariæ sororis Marthæ festũ, ab illa, quæ non est appellata Luc. 7. peculiari separaretur cultu, & die sacro, & officio. Sed hæc omnia probabilia tantũ sunt, & ad ea, quæ futura sunt, diuinationem quandam habent. Non negauerim tamen, Patres, qui secundam sentẽtiam tenuerunt, interdum hæsitasse, atque aliter docuisse. Vnde Hieronymus in epistola ad Marcellam ita scribit: *Quartum est, quod quæsisti, quomodo in Ioannis Euangelio post resurrectionem dicatur ad Mariam Magdalenam, Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum: & rursus in Matthæo scriptum sit, quòd ad vestigia Saluatoris mulieres corruerint: cùm vtique non id ipsum sit tangere post resurrectionem pedes*

pedes eius, & non tangere. Et infrà: *Quanquam etiamsi eadem mulier diuersis in Euangelijs & tenuisse pedes, & non tenuisse referatur, facilis solutio sit: cùm potuerit corrigi primùm quasi incredula, & postea non repelli, quasi eam, quæ errorem confessione mutauerat. Quod & de latronibus intelligi potest: cùm alius Euangelista vtrũque blasphemasse, alius narret alterũ esse confessum.* Sed profectò hic locus Hieronymi nõ ostendit, peccatricem, & Mariam Magdalenam esse vnam & eandẽ, sed tantùm illas duas Marias Magdalenas, quarũ altera admissa est ad tangẽdum, altera prohibita est tangere post resurrectionem, vnam & eandem fuisse, & non diuersas. Magis vrget, quod ex eo dẽ Hieronymo citatur in prœmium Oseæ Prophetę: *Hæc est,* inquit, *mulier meretrix & adultera, quæ in Euangelio pedes Domini lacrymis lauit, crine detersit, & cõfessionis fitæ honorauit vnguento, indignantibusq; discipulis, & maximè proditore, quòd non fuisset venditum, & pretium illius in alimenta pauperũ distributum, Dominus respondit. Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me, &c.* Hæc ille, duas in vnã confundẽs: quod & facit Ambrosius lib. de Salomone cap. 5. *Dum largum,* inquit, *in sanguine fluxum siccat in Martha, dũ dæmones pellit ex Maria, &c.* Sed hoc Ambrosij testimonium tantũ probat, Mariam sororem Marthæ fuisse, de qua eiecit septem dæmonia. Paulinus etiã epist. 4. ad Seuerum Sulpitium, peccatricẽ, quæ pœnitentiæ lacrymis Domini pedes lauit, eandẽ docet esse cum ea, quæ vnxit in Cœna. Sed ad hæc, & similia distinctius intelligenda, cõsidera, verissimum esse quod quidam docent, in rebus ad historiam spectãtibus maiorem fidem habendam scriptoribus Apostolis vicinioribus, quàm posterioribus. Deinde ex posterioribus plus illis est tribuendũ qui ratione nituntur, quã qui nudè & simpliciter asserunt. Ad hæc in proprijs & accommodatis Scripturæ locis expositiones & sententiæ Doctorum plus habent roboris & põderis, quàm vbi extra materiam subiectam loquuntur. Atque ita hoc loco, & tractatui, & quæstioni finẽ imponimus. Cuncta hæc, quæ gratia inuestigãdæ & illustrandæ veritatis, & studio elucidandi, & retinendi Ecclesiastici in cultu diuino officij dixim⁹, peritiorum iudicio, sed in primis Sacrosanctæ Ecclesiæ censuræ subijciendo, quæ sola spiritum Christi habet, & conditorem Scripturarum, & interpretem Dominũ nostrum Iesum Christum, cuius iudicio in omnibus sit standũ, cui cum Patre & Spiritu sancto omnis meritò à creatura honos defertur, gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Mar. 15. Luc. 23. Explicatur dictum Hieronymi.

Idem tom. 6. Alter locus eusdẽ, & Ambrosij, sed infirmatur vterque.

Matth. 26. B. Ambros. tom. 4.

B. Paulin.

Patres, seu Doctores qui cæteris maiorem in Ecclesia fidẽ promereantur.

Vn⁹ Doctor & idem quãdo magis, minusve persuadeat.

TRACTATVS VII

Tract. 35.

In illa verba Luc. 7. *Vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo Phrisæi, attulit alabastrum vnguenti; & stans retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus, &c.*

HActenus Lucas descripsit infœlicem statum huius peccatricis: iam, quomodò à peccato sit iustificata, exorditur. Principium autem fuit, ipsam cognouisse, Iesum accubuisse in domo Pharisęi. Cogitabat enim, si Iesus hostes & persecutores non dedignatur suos: quidni me peccatricem, peccatum tamen agnoscentem illudque detestantem ac fugientem, ad ipsumque, vt vnicũ medicum, & cœlitus missum Saluatorem cõfugientem benignè excipiat, gratiamque remissionis doneť? Et quia fides (est) ex auditu, vt ait Apostolus; propterea dicitur: *Vt cognouit quia in domo Pharisæi accubuit.* Et quia scriptum est; *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum,* audita fortassis aliqua prędicatione Christi, vel dicentis: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos:* vel, *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus:* &, *Non veni vocare iustos, sed peccatores:* Vel, *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat,* vel quid simile: & ita Pater traxit eam ad Christũ, Christus, vt magnes ferrum, eam ad se traxit, & vt pastor fronde viridi ostensa trahit ad se scabiosam & errantem ouem, vt sanet, & in viam reducat. Turbata erat piscina conscientiæ eius per Angelum: venit ad Christũ vt fontem aquæ viuæ, in quem se proijceret, vt sanitatem assequeretur. Infixa erat in eius corde spina, vel sagitta: hanc non valebat à se excutere, nisi Christus medicus suam operam præstaret.

Mulier peccatrix vnde primum sũ cõceperit suæ conuersionis, iustificationisq;.

Rom. 10.

Ioann. 6.

Matth. 11. Supra. 9.

Ioan. 7.

Quo peccatricem modo Pater ad Christum attraxerit. *Supra. 5.*

Attulit alabastrum vnguenti. Initium salutis nostrę in fide, siue cognitione, quòd Iesus descendit de cœlo, vt peccatores saluos faceret, situm est; & propterea Verbum carnem induerit, & habitauerit in nobis, & tot flagitiosis, & insignibus peccatoribus veniam fecerit, constitit. Hac autem tam salubri veritate cognita, debemus nullas moras nectere, aut conuersionem tardare, sed cum iuniori filio dicere: *Surgam: & ibo ad Patrem meum.* Rectè enim dictum est: *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.*

Vnde initiũ salutis nostrę dependeat.

1. Tim. 1. Ioan. 1.

Luc. 15. Eccles. 5.

Candela enim recens extincta facilè reaccenditur: quòd si fellychnium indurescat, difficile ignem potest concipere. Contingit enim plerisq; quod peregrino, qui cùm possit vno saltu torrentem transilire, cogitans tamen inferius breuiori alueo facilius posse transire, seductus miser protractiorē & ampliorem inueniens, saltare nequit: ita multis contingit, qui commoditatem oblatam respiscendi negligētes, eo magis obstaculis præpediūtur, vt ad gratiam remissionis peccatorum nunquam assurgant; & *Qui non est hodie, cras minus aptus erit*; & pulchrè quidem alius scripsit mundi sapiens: *Dimidium facti, qui cœpit, habet. Sapere aude, Incipe: viuendi qui rectè prorogat horam Rusticus, expectat dum defluat amnis: at ille Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.*

Peccatrix ergo exijt de domo sua peccati officina, & in domum salutis, id est, vbi Iesus erat: vt Petrus exijt de palatio Pontificis, quo amare flere posset peccatum suū: & secum diu luctata non verita est locum Pharisæi odio habentis peccatores; nec verita tēpus cōuiuij, vel quòd lacrymę & fletus in conuiuio, non secus quàm musica in luctu, esset importuna narratio. Externā verecūdiam vicit interna, qua se ipsam intus confundebat, & veluti clauū clauo trusit. Denique non est verita circunstantes, quia, vt ait Prouerbium: *Homini egeno inutilis pudor:* sed fides, quę est argumentū non apparētium, & quæ inuisibilia reddit præsentia omnia, sanctè illam excæcauit, ne quicquam eorum quæ impedire poterant, respicerer, sed Dei dūtaxat gloriam, quem offenderat, & salutem animæ suæ: vt nos omnes, qui peccatores sumus, perfectū pœnitentiæ exemplar & speculum ante oculos habeamus.

Est autem alabastrum, siue lapis alabastrites, teste Plinio, genus marmoris pellucidi ac diaphani, ad pixides vnguentarias aptissimum, quia reddit vnguenta tam pretiosa, quàm recipit: & idem est alabastrites & onychites: & vt adnotauit Erasmus in Matthæum, idem est alabastrum vnguenti, quod Horatius dixit, *Nard parum onyx*: & Martialis lib. 7.

Vnguentum fuerat, quod onyx modò paruageuebat.

& à leuore, & quia ansis carebat, ἀλάβαστρον Græcè, eo quòd minimè cōprehendi possit, appellatur. Est autē hoc loco figura metonymię, per quam continens pro contento accipitur, quemadmodum calix, vel poculum, pro potu, qui in eo sumitur. Vel etiam dici pōt quod Epiphanius. lib. de ponderib. & mensuris annotauit, alabastrū vasculum esse capiens libram vnguenti, siue olei: quod ex Euangelio colligitur. Nam quod Matthæus vocat alabastrū vnguenti, Ioannes vocat libram vnguēti, & ita alabastrū mensura erat vnius librę, siue dimidia pars sextarij Romani. Vnguentum aūt Latinis, compositionem ex odorib. perfectis, teste Plinio, significat: vnde Sponsa ait: *Vnguentum effusum nomen tuum:* & impij Sap. 2. dicunt; *Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non pratereat nos flos temporis.* Venit ergo hęc peccatrix ad Iesum, non nuda, sed munus pretiosū oblatura. Videbatur illud legisse, aut audisse: *Non apparebis in conspectu meo vacuus*; & illud Prou. 18. *Donum hominis dilatat viam eius, & ante Principes spatium ei facit*; & Poeta quidam Latinus:

Sæpe Iouem vidi; cùm iam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato, sustinuisse manum.

Pretiosa ergo Christo offert in signum honoris, & dilectionis, & quod vult fieri boni odoris, & exhilarari à tristitia conscientiæ pungentis, & à labore, & lassitudine peccati exonerari: præteritasq; delicias ad peccatū condiendum, vertit in obsequiū Christi.

Et stans retro. Græcè additur, *Et flēs.* Post cognitionem bonitatis Domini debemus nos ipsos, & peccata nostra agnoscere. Hinc Dionysius epist. ad Titū ait, primum donum quod ex aspectu diuini luminis homini datur, cognitionem esse sui ipsius, vt cōstat de prodigo filio, de quo ttaditur, *In se autem reuersus, dixit.*

Quidam autem dubitāt, quomodò peccatrix stās, siue erecta, potuerit rigare lacrymis pedes Christi humilis & recumbentis. Sed nō intelligunt, quòd olim triclinia de more à terra erectæ erant, & altiora, vnde Poēta:

Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto. Stabat autē, quæ hactenus iacuerat in peccato, sed iam stabat ob soliditatem propositi, & pœnitentiæ, quā tot tentationes ad eam declinandam flectere nō potuerunt. Stabat autem retro, nō audens oculos leuare in cœlum præ pudore, vt olim Publicanus, nec audens in faciem Christi intueri, quem toties nouerat suis peccatis offendisse. Olim enim perfricta frōte, & procaci vultu quasi prostibula omnib. blandiebatur, omnes in faciem spectabat, vt ad se alliceret & prouocaret. Est ergo sancta verecūdia summè conducibilis, & symbolum emendationis vitæ: vnde Comicus dixit:

Erubuit? saluares est:

De his verò qui frontem perfricuerunt, ait Dominus per Prophetam: *Frōs mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Sicut ergo hæc peccatrix publicè Deū, & proximum impudenter offenderat, ita publicā, & rubore plenam agere voluit pœnitentiam. Qua in re nos non videmur vllum tenere modū, quia vel nimis inuerecundi sumus, nec Dei præsentiam, nec conspectum confessiones audientis erubescimus: vel nimis timidi sumus, nec putamus nobis patere aditum Diuinæ misericordiæ. Stabat etiam retro alia ratione; vt significet in posterum, non Dęmonem, vel carnem, vel mūdum, sed Christum pastorem sequi deliberasse; nec illum velle præire, quasi ex se habeat vel sapientiam maiorē, qua ducere, & non duci velit; aut facultatem, qua sine gratia Dei possit ad salutem peruenire. Stabat etiam post tergum, vt in humeros Iesu imponeret, transferretq; onus peccatorū suorum. Verè. n. languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et cùm in Scripturis dicitur, *Dominus transtulit peccatū tuum*, emissionem peccati fieri indicabatur per hoc, quòd in humeros Iesu potentissimi peccatorū expugnatoris delicta transferrentur. Stabat autem retro secus pedes eius, tū ob humilitatem; & quia omnis peccator & inimicꝰ Christi nisi opportunè resipiscat, erit scabellum pedum eius. Agnouerat etiam se errantem, & à Christo pastore quæsitam, & magnis eius expensis inuētam atq; sudoribus. Stabat etiā secus pedes Iesu, id est, cum fide aliqua & spe quòd Deus habet pedes, & factus est homo: sicut. n. caput Christi, Deus, ita pedes sunt sancta eius Humanitas propter peccatores saluandos assumpta, de quo ipsemet testatur, quod venit Filius hominis (quod idem est, ac si dixisset, assumpsit pedes) quærere, & saluum facere quod perierat.

Lacrymis cœpit rigare pedes eius. Ecce iam prædictum pudorem cōsequitur dolor & contritio de peccato, quem istæ lacrymæ largiter effusę testantur, & nomen insuper irrigationis pedū, quos verisimile est pulueruleutos fuisse, & eo magis, quod ea stante fluere cœperint, vt ostendat illas nō naturaliter fluxisse, sed sponte & voluntariè, in sacrificium cordis contriti & humiliati fuisse oblatas pro peccato. Deinde expendę illas cœpisse fluere: sed earū ignoramus finem, nam existimo accepto lumine fidei, & cognito Deo quem offenderat, & media tore Domino Iesu, à quo tantum beneficium acceperat, perpetuò illam suum peccatum etiam remissum diu fleuisse. Hoc est enim ingenium verè pœnitentium, vt vbi resipuerint, & sceleris grauitatem agnouerint, modum vt vllum lacrymis non imponant: quod etiam de B. Petro aqud Clementem legimus; nam delictum trinæ negationis iam à Christo condonatum, perpetua recordatione, & lacrymis est prosecutus: ita vt tales pœnitentes lacrymas pro victu quotidiano, quo satiabatur, habuerint, iuxta illud: *Fuerūt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?* Sed dices; Vnde lacrymarum imber in fœmina impudicitię seruienti, & omni saxo duriori? Proculdubio abeo, qui eam non solùm benignè susceptt, sed eam ad se traxit, Sole iustitiæ cordis eius glaciē liquefaciente, aut Australi vento Spiritus sancti imbres proferente, & virga timoris Domini bis, hoc est, per timorem, & amorem, petram sui cordis percutiēte, vt olim percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Sunt quidam fontes ad delicias arte constructi, qui aridi esse videntur, & nullam aquę scaturiginem habere: si quis tamen secretè clauem inflectat, qua scaturigo claudebatur, repentè in altas aquas prorumpunt, non sine adstantiū admiratione. Tales fuerunt lacrymæ peccatricis, quas ipse Christus digito sui spiritus cordis clauem inflectendo largissimè promanare fecit. In istis lacrymis peccatrix baptizata est, & mundata ab omni sorde peccati, imò etiam refrigerata, & ad omnē fructum boni operis producēdum fœcundata, & tanquam aquæ, quę super cœlos sunt, Christum Dominum laudauerunt, & famem, & sitim eius, plusquam cibus, & potus, extinxerunt. In his aquis submersus est Pharao cum exercitibus suis, & ignis Babylonius concupiscentiæ carnis extinctus, & illum in ignem, quem vocant Gręcum, vel artificialem, qui in medijs aquis alitur, hoc est, in amorem Dei, qui peccatorum compunctione, & planctu fouetur, fœliciter cōmutauit. Et vt ex amaris absynthij herbis arte instillationis succi dulces virtute ignis exprimuntur, & guttatim stillant: ita ex amarissimis peccatis artificio, caloreque Spiritꝰ sancti lacrymæ dulces, & medicinales educuntur, quæ & à sorde scelerū mundant; & liberāt ab æterno illo fletu, de quo Dominus: *Ibi erit fletus & stridor dentium.*

Et capillis capitis sui tergebat. Superfluū videri posset, quod dixit, *capitis sui*: cū capilli nihil aliud sint, quàm capitis pili. Sed si rectè expendas, non est superfluum: nam solent vanæ & lasciuæ fœminæ suorum capillorum pulchritudine destitutæ, ad capillos pulchros alienos, & ascititios cōfugere, atque illis ornare se: quòd nō ignorent ad excitandum sui in alijs amorem, illosq; allectandum atq; trahendum, vim magnam in decore flauorū capillorū sitā esse, nam ex illis rete conficit dæmō ad illaqueanads, &

capiendas

Tardantib. conuertitad Dominum, quid eueniat.

Ouid. lib. 1. de Remed. amo. Horat. lib. 1. epist. 2.

Felix peccatricis exitus: eiusdem magnitudo animi quanta. *Matth. 26.*

Prouerbia contra se illa quæ neglexit, ac spreuit. *Hebr. 11.*

Quid illam sanctam peccatricem excæcando illuminauerit.

Alabastrum quid. *Plinius lib. 36. cap. 7.*

Erasmus.

Horat. lib. 4. Car. Ode. 12. Mart. Epig. 37. de Papilo.

Quid alabastrum Epiphanio.

Matth. 26. Ioann. 12.

Quid sit vnguentum *Plin. lib. 12. cap. 1.*

Peccatrix Christo se nus obtum. *Exod. 1 & 24. Ouid. lib. Fastor.*

Peccatrix humilis cognitionis Christi mum Dei quę reste Dionysio *B. Dion. epist. 3.*

Luc. 19.

Caiaphas

Peccatrix stans retro tuit Christ pedes ejus re. *Virg. lib. Æneid. 2. tio.* Cur flebat illa, & retro

Luc. 12.

Veretrix de peccatis quibusdam, & rei existit.

Terra in *Adel. ad Gen. 3.*

Ieron.

Postra in Deum impudēti, atque etiam animi dilectio grauata.

Cur etiā stabat peccatrix retro Christum.

Tertia ratio.

Esai 53. Matth 8. 2. Reg. 12. Quid his verbis præfigurare fuerit: Dominus transtulit peccatum. Quate secus pedes Dominum stabat mulier peccatrix: & quomodo. *Luc. 15.*

1 Cor. 12.

Luc. 19. Peccatrix cur lacrymis lauit pedes Iesu.

Psalm. 10.

Vtræ symbolum pœnitētiæ in Peccatrice, & B. Petro Apostolo fuerit. *Clem. Rom. l. Recogn. Matth. 26.*

Psalm. 41. Peccatricis lacrymę quodnam de fonte descenderent.

Num. 20. Psalm. 104.

Baptismus peccatricis.

Psalm. 148. Exod. 14. Dan. 3. Amor Dei, qualis ignis.

Lacrymę peccatricis, vt etiam cuiusq; peccatoris vnde, & qua virtute dulces fiant, atque salutares. *Matth. 8. & Infrà. 22.*

Peccatricem capillis capitis sui Domini pedes lauisse, cur dixerit Euangelista.

Mulierū capillatura diaboli cendiculæ, vnde asciscatur illa plerunque.

Capilli Sponsę quales Salomoni.

1. Pet. 3.

Liateus quid mysticè.

Eccli. 3.

In capillis capitis nostri quid significetur.

Osculabatur cur pedes Domini peccatrix.

Esai. 52. & Rom. 10.

Secunda ratio huius osculi.

Rom. 5.

Peccatricis mira sedulitas ergo Dominum sibi reconciliandum.

Rom. 6.

Luc. 3.

Fructus digni pœnitētiæ quinam.

capiendas animas, quanquam plerumque ascititia & extrinseca, mortuaque prorsus sit, & nō vera fuerit syncera hæc capillorum cōpositio & pulchritudo, quę ex iam mortuis fœminis, & cæsarie præstantib. mutuo accipitur. Fœmina igitur, quæ capillos cōtemnit, omnia cōtempsisse videtur. Vnde de Spōsa dicitur Cantic. 4. *Capilli capitis tui, sicut greges caprarum:* & cap. 5. *Comæ eius sicut elatæ palmarum:* & cap. 6. *Capilli tui, sicut grex caprarum quæ apparuerunt de Galaad:* & ca. 7. *Comæ capitis tui, sicut purpura Regis iuncta canalibus:* & B. Petrus, *Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus.* Et sicut peccatrix ex oculis suis fecit lauacrum, ita & de capillis suis linteum ad tergendum, quod satisfactionem repræsentat, & eleemosynam, quam Christo in pauperibus facere debemus. Nam sicut aqua extinguit ignē, ita eleemosyna extinguit peccatum. Nam per capillos, quibus ad ornatum vtimur, significātur ea, quæ vltra necessitatem nobis sunt, quæ etiamsi recidantur, viuimus. Huiusmodi autem capilli, si alicubi extāt, magna reuerentia tanquam reliquię sacrosanctæ, habendi sunt, qui tantum ministerium Christo præstiterunt. ¶ *Et osculabatur pedes eius.* Oscula, intimi amoris indicia sunt, & non minùs sanctæ atque spiritualis animæ coniunctionis cum Christo symbola; quam impudica oscula sint Veneris pignora. Et fortasse eodem spiritu afflata fuerat, quo Esaias, qui de his pedib. scripserat: *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis salutem:* nam quæ speciosa sunt & pulchra, osculo atque amplexu prosequimur. Significatur autem isto osculo reconciliatio ac redintegratio pacis cum Deo, iuxta illud: Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, quem peccatrix osculata est. ¶ *Et vnguento vngebat.* Mirum est, hanc mulierem nihil eorum, quæ tanquam organa ad Deum offerendum, & ad animum suum contaminādum adhibebat, prætermisisse, quin in Christi gloriam, & animæ suæ sanctificationē non conuerterit, quasi legisset illud Pauli: *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem;* aut quasi audisset ab ore Ioannis Baptistæ; *Facite fructus dignos pœnitentiæ:* vt scilicet pro errorum magnitudine, rectè factorum adhibeatur magnitudo. Oppositа enim peccatis facta sunt iustitiæ. Hęc enim mulier non tantùm oculos, & capillos, & os, sed etiam vnguentum pretiosum, quo olim abutebatur ad delicta sua condienda, & de qua dici poterat:

Crede mihi, haud benè olet, qui benè semper olet.

Mart.

Vnguentum quo peccatrix Dominum vngit, mysterium.

Vniuersa in Christi obsequium & seruitiū impendit. Et signatur cordis suauitas atque serenitas per hoc vnguentum; nam ille, quem verè pœnitet, quietem & trāquillitatem conscientiæ nanciscitur, & in sacrificium offert Deo corpus suum in odorem suauitatis, & ipse fit bonus odor Christi in omni loco: vt ait Apostolus. Sicut ergo hęc mulier lauit lacrymis se lauantem, & capillis extersit se extergentem, & tollentē peccata mundi, & osculis est prosecuta eum, qui se per incarnationē osculari dignatus est: ita etiam vnxit vnctum, id est, Christū, & qui vnxerat eam intus Spiritu sancto, & dedit odorem boni nominis coram Deo, & Angelis, & hominibus, vt iam quę putebat, benè oleat: & tradat nobis doctrinam, qua peccata nostra fletib. diluamus, vt præ grauitate scelerum nostrorum, & Christi reuerentia per pudorem sanctum stemus retro, & superfluis nostris tanquam capillis satisfactionis terforium conficiamus, vel pauperes in Christi pedibus significatos subleuemus. Pedes etiam Christi, qui (teste Bernardo serm. 6. in Cantica) misericordia sunt, & iustitia Dei, quæ in Christo homine fuerunt, & quibus ille ad nos veniens stetit, osculo prosequamur, iuxta id; *Adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.* Est autem vterque pes osculandus, misericordia quidem per spem & sanctam fiduciam; iustitia verò per metum & tremorē: vt possimus cantare cum Dauid: *Misericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine:* & rursus: *Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia, & pax osculatæ sunt:* quod non modò in Incarnationis, redemptionisve mysterio, sed etiam in cuiusuis iustificatione cōtingit. Ab osculo autem pedum progrediendum nobis est ad illud manuum, vt à sinistra osculata continentiam ab omni malo, à dextera verò virtutem efficiendi omne bonum accipiamus: inde verò ad osculum oris ascendendum est, quod in æterna vita in præmium & remunerationem cōcedendum expectamus. Vngendi sunt nobis isti pedes, vt misericordia Dei, qua tantopere miseri egemus, nobis benè oleat, sapiatque; & rigorem Diuinæ iustitiæ mitigemus, atq; ea ratione nos ipsi diuino Spiritu vncti in aliorum errata, & iniurias iustitiæ zelum flectamus, misericordiamq;, quam suscepimus, in alios effundamus: eadem mensura alijs propter Christum remetien-

2. Cor. 3. Eius esse in Christo mutua reciproca. Ioann. 1.

Quomodo peccatrix imitari debeamus.

Pedes Christi quomodo nobis osculandi. B. Bern.

Psalm. 131. Quomodo vterque pes Domini nobis osculandus. Philip. 3. Psal. 100. Psalm. 84.

Osculi in manum Christi qualitatis, & ad

Domini pedes quo vnguento vngemus.

Luc. 6. Peccatricis taciturnitas clamosissima quid doceat nos.

Pharisæi in Christum, & in peccatricē peccata multiplicia.

4. Reg. 4.

Pharisæus ille qua lepra laborarit.

Vnde peccatrix infelix.

Pharisæorū cura hospitalitas, & iniquitas. Tit. 1.

Gen. 19. 2. Pet. 2.

1. Cor. 5. Philipp. 2.

metientes, qua nobis Dominus mēsus est. Aduerte, mulierem hanc silentio magno vsam, nihil enim verbo dixit, sed tantū lacrymis clamosissimis, & bonis operib. locuta est. Docetq;, in confessione peccatorum facienda plus valere lacrymas, & gemitus, quā verba polita & ornata, vel magno artificio sermonis enumerationē peccatorum factam.

Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset Propheta, sciret vtique, quæ, & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Hic Pharisęus multis modis errasse dignoscitur. In primis temerè iudicando Christū, & fœminam, vt in hoc facto culpabiles, nam vt dici solet, vna fidelia duos parietes inalbare voluit, indignè ferendo suscipientis, & miserentis Domini benignitatem, & peccatricem de pœnitentia obiurgando: cum vterq; esset omni laude & commendatione dignus. Deinde falsus est in eo quod dixit. *Hic si esset Propheta, sciret vtiq, quæ & qualis est mulier:* quia illam peccatricem fuisse, & vitam egisse meretriciam, etiam quiuis nō Propheta cognoscere poterat. Præterea multa Dominus Prophetis celat, quę minimè reuelare vult: vnde Helisæus dicebat; *Dimitte illam; anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi.* Mulierem Sunamitidem abigebat Giezi à pedibus Helisæi, quasi eius contactu contaminaretur: quem ipse Propheta arguit prædictis verbis iam citatis. Simili ratione hic Pharisæus instar Giezi lepra infidelitatis percussus, opus Domini sui Iesu, Prophetæque magni in eo figurati repreliendit. Sed ignorabat Pharisæus, tū se ipsum, tum Iesum esse Christum, qui vt Medicus contrectans vulnera, non inquinatur, vt Sol tangens sordes non inficitur, & deniq; contactus corporis mētem sine suo consensu nō contaminat. Putabant Pharisæi homines sanctos pollui, si cum peccatoribus quocunque modo consuetudinem haberent; ideò à foro recedētes, & domum se recipientes, statim lauabant se vt purificarentur: vt habes Mar. 7. Sed certè omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundū. Externus ille conuictus & mutua conuersatio neminem per se improbum reddit. Habitauit in Sodomis Loth, qui, teste Petro, aspectu, & auditu iustus erat, habitans inter eos, qui de die in diem affligebant animā iusti: & Paulus ait, quòd si quis non vult conuersari cum impijs, debet ex hoc mundo exire: & de Philippensib. testatur, quòd lucerēt in medio nationis prauæ & peruersæ, sicut luminaria in mundo, verbum vitę continentes. Ignorabat deinde Pharisæus hanc mulierem amplius non esse peccatricem: *Eratis enim,* inquit Apostolus, *aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino:* & alio in loco; *Et hæc aliquando quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri:* & Propheta, *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, &c. vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatū eius quas operatus est, non recordabor.* Mulier autē se ipsam & horrebat, & cognoscebat Christū; & si non tetigisset medicinam vnde fuisset sanata? Si nō se lauisset, vnde emundata? Si non fixisset oscula, vnde reconciliata? Si denique Christum non vnxisset, vnde Christū placasset? Pharisaicum est, pœnitentem, & se corrigere volentem, respuere. Euangelicum est, & Iesu nostro, & nomini eius congruens, peccatores ad se allicere, & vocatos ad se trahere, venientes sua gratia iuuare, vel illis etiam occurrere, & eos, qui ad se venerunt, non eijcere foras, sed benignè suscipere, blanditias illis & delicias facere.

Atque ita discant ex hoc loco Pastores, & qui à confessionib. sunt in Ecclesia Dei, vt Iesu mansuetudinem imitentur, charitatemque in excipiendis, & blandè tractandis peccatoribus qui redeunt ad cor. Iesus etiam Propheta magnus erat, qui benè cognoscebat & Pharisæi superbiam atque tumorem, & huius fœminæ sordes: sed nolebat cognoscere, quæ & qualis olim fuerat, sed quæ & qualis nunc esset; imò omnium hominum, & fœminarum infirmitates atque peccata cognouerat, atq; propter pœnitentiam, quam sperabat, dissimulare cōsueuerat, iuxta illud: *Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti.* Est autem pœnitentia nihil aliud, quàm fractio tabularū Legis, quas Moyses descendens de monte ad radicem eius misericorditer perfregit: nam si integras seruasset, populus ille totus perijsset. Erat enim in Lege scriptum: *Non habebis Deos alienos coram me:* & rursus; *Qui immolat Dijs, occidetur, præterquam Domino soli.* Erant ergo omnes morte mulctandi, nisi tabulas fregisset: & illas, illarumque asperitatem Deus nobis frangit in radice montis, id est, propter Christi Humanitatem, vt pœnitentia Deū placare possimus, & illum nobis reconciliare: ipso præstante Iesu Christo Domino nostro, qui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuo viuit, & regnat. Amen.

Altera causa Pharisæi temere iudicantis. *Ephes. 2. 1. Cor. 6.*

Ezech. 18.

Mulier peccatrix quanto melior Pharisæo.

Pharisaicum quid; contra quid sit Euangelicum.

Quid Pastores, ac confessarij cum ouibus, ac pœnitentib. præstare debeant, exemplo Christi. *Luc. 7.*

Sap. 11.

Pœnitentia quid. *Exod. 32.*

Supra. 20.

Infra. 22.

Quid tabularum Legis per Mosem ad radicem montis confractio signauerit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tract. 36.

TRACTATVS VIII.

In illa verba Luc.7. *Et respondens Iesus, dixit ad illum Simon, habeo aliquid tibi dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fæneratori, &c.*

Vnde nos temerè iudicemus.

QVia plerunque in rebus proprijs cæci atque ignari sumus, in alienis oculati & sapientes, hinc fit, vt rarò quæ recta per se ipsa sunt, sed iuxta affectus quos induimus, dijudicemus. Ideò Dominus pluribus parabolis est vsus, vt sub aliena persona nobis proponantur iudicandæ nostræ iniquitates.

Frequens cur Domino parabolarũ vsus. 2. Reg.12. Matth. 21. Christi mira Pharisæum per ipsummet, arguendi ars, & sapientia.

Sic Dauidi peccanti proponitur à Nathan parabola de duobus, diuite, & paupere, 2.Reg.12. & Matth.21. in parabola vineæ sententiam contra se tulerunt Iudæi, dicentes; *Malos malè perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis.* Ita hic Simon proprijs verbis capitur, & vt phreneticus funẽ quo ligetur, in collo portare deprehenditur. Nec dubium est, quin si Christus apertiorib. verbis vsus fuisset, id est, si dixisset, Simon, tu ne me plus diligis, an peccatrix hæc? proculdubio aliter respondisset: sed nesciens quò tenderet parabola, contra se dedit sententiam.

Duorum parabola debitorum cuidã fœneratori, quorsum inducta. Matth. 6.

Cuius summa hæc est: quòd omnes sumus debitores Deo, vnus plus, alter minus; & nullus per se est soluendo, siue paruum sit debitum, siue magnũ. Ideo omnes egemus gratia Dei, & clamare cogimur: *Dimitte nobis debita nostra.* Lata ergo sentẽtia est à Simone, & à Christo approbata, dicente, Rectè iudicasti:

Veritas omnis à quo sit.

nam veritas à quocunque dicatur, à Spiritu sancto est.

Christus quare ad mulierem sit conuersus.

Conuersus est Christus ad mulierem, vt ostendat, se illã melius nosse, quàm Pharisæus: nam ille eam nouerat ex facie, ex nomine, siue ex arte infami, quomodò à multis alijs cognosci potuit: at Christus nouit eam ex corde, quod à nemine agnoscitur, præterquam à solo Deo, de quo Propheta ait; *Scrutans corda, & renes Deus.*

Psalm. 7. & sæpe alibi. Dei solius quid proprium.

Obijcitque Pharisæo negligentiam suam in recipiendo Christo, vel omissionem eorum operum, quibus charitas ad hospites pro more patriæ declaratur.

Aquam, inquit, *pedibus meis non dedisti.* Facilis est vsus aquarum, non est facilis lacrymarum effusio: tu promptus non es vsus, hæc effudit non prompta.

Simon cur Pharisæus arguitur à Christo, quòd aquam pédib. suis non dedisset.

Aqua enim ex more Palæsthinæ dabatur peregrinis lotionis ergo, vt habes in historijs Abrahæ, & Lot: hæc dedit aquam pretiosam, id est, lacrymas, quæ tam pretiosæ sunt, vt in nullo vase reponãtur, sed tantum propter Deum in sacrificium effundãtur: vt aqua de cisterna Bethleem allata ad Dauid, quam nõ gustauit, sed ad Dei honorem sparsit in terrã. Deus autem has aquas remunerat; qui dixit Ezechiæ: *Audiui orationem tuam, & vidi lacrymam tuam.* Erat etiam patrius, & vetus mos hospites excipiendi osculis: vnde Paulus meminit osculi sancti, & osculi pacis, quod beneuolentiæ, & amicitiæ erat symbolum. Tu verò ne genas quidem pro more amicorum, ista verò etiam vilissimam partem, hoc est, pedes lauit, atque osculata est. Nec semel tantũ, vnde dicitur, *non cessauit:* plus enim durat amor quàm lacrymæ, aut ceremoniæ. Oleo caput vngebant antiqui, vnde illa dixit: *Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei quo vngar,* & 2.Reg.12. audita morte filij, surrexit Dauid è terra, & lotus, vnctusq; est: ad quẽ morem alludens Dominus Matth.6. dixit; *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua:* id est, facito quæ hilaritatis & lætitię tempori conueniunt; Tu verò ne communi quidem oleo, pro cõsuetudine, caput vnxisti; hæc autem pretioso pedes meos liniuit vnguento. Intraui in domum tuam, & illa in aliena domo, tu verò in propria non me honorasti: illa stetit retro, tu recumbẽs, & honoratus: illa mulier, tu vir: illa peccatrix, tu iustus, & religione Pharisæus.

Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Multas, & magnas inuoluit difficultates hæc sentẽtia: nam in primis aliter proponit in parabola, nempè maiorem remissionem esse causam maioris dilectionis, aliud videtur concludi in hac clausula, nimirum dilectionem esse caussam remissionis, dicendo; *Remittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum:* cuius contrarium infert in clausula sequẽti: *Cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Adde his. Quomodo remittuntur peccata propter dilectionem, cùm gratuita sit peccatorum remissio? & quomodò fit per dilectionem, quæ paulò pòst fidei tribuitur? Deinde constat, maius esse donum Dei innocentiam, quàm pœnitentiam. Quòd si remissio pluriũ peccatorum, cum pauciora, aut nulla innocenti dimittuntur, eo minorem haberet dilectionem, & maiori charitate esset prędita hæc peccatrix, quàm B. Virgo.

Ad maiorem explicationem præsentis parabolæ, primò præmittendum est, eius scopum esse, ostendere, sanctiorem peccatricem Pharisæo, & se esse Deum: nam Pharisæus vtrumque tetigit, dicens; *Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier,*

quæ

quæ tangit eum. Proponit ergo Christus duos debitores, vnum maioris summę, alterũ minoris: qui cum non sint soluendo, liberaliter illis remittit creditor, qui in textu dicitur fœnerator, Græcè tamen Δανειστής, qui & créditorem, & fœneratorem significat, & verbum Δανείζειν significat vtrumq; & mutuari ad vsurã, & sine vsura.

Hæc lectio: duo debitores erant cuidam creditori, quam fœneratori, cur melior.

Sed hoc loco magis congruebat vertere creditorẽ, quia fœneratores ferè non solent condonare debita: nisi dicamus, vocem fœneratoris vsurpari pro creditore, vt non rarò Scripturæ vsurpant. Sic enim dicitur Deuter.15. *Fœnerabéris Gentibus multis* (id est, mutuum dabis) *& ipse à nullo accipies mutuum.* Ecclesiastici 29. *Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo:* & Prouerb.19. *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddit ei:* & Dominus Luc.6. *Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur,* id est, mutuum dant. Euangelium Syrum habet; *Duo debitores erant cuidam domino debiti,* id est creditori.

Quingentorum denariorum summa, & quinquaginta.

Præterea debitum quingentorum denariorum, summam efficit quinquaginta ducatorum monetę currentis, vt vocant; debitum verò quinquaginta denariorum, constituit ducatos quinq;: & ita maius debitum excedit in decupla proportione minus. Quærit igitur Dominus, vter debitorum, remisso debito, plus eum diligat, id est, plus eum debeat diligere: non enim quærit futurum euentum Dominus; sed obligationem, qua quis obstringitur propter remissionem ad diligẽdum.

An qui beneficium accepit, beneficũ fare diligat, necne.

Secundò præmittendum est, hanc quæstionem alias tres continere. Inter quas prima numero est, An beneficio affectus beneficum diligere lege teneatur, vel contrà; nam id certum est & indubitatum; cùm beneficus ex amore ad benefaciẽdum progrediatur; & beneficio affectus, etiam si canis sit, nedum homo, benefacientem diligat.

Beneficus ne plus diligat, quam diligatur ab eo qui beneficium accepit. *Act. 20.* Innocens, an peccator magis debeat diligere Christum, necne.

Altera est, Vter illorum duorum plus diligat, beneficusne eum qui est affectus beneficio, an contra. Constat enim, beatius esse magis dare, quàm accipere. Et cũ caussa præstet effectui, maior est dilectio benefacientis ad eos quos diligit, quàm eorum ad benefacientem. Tertia quæstio, quam omittit, est; an plus diligat innocens ex commisso dono gratiæ, an pœnitens ex dimisso peccato. Constat enim, præstantius bonum esse innocentię, quàm pœnitentiæ: nam innocentia, donum magis est continuatum, & indesinenter, ac sine interruptione conseruatum: estque proprium Christi, & B. Virginis, & beatorum Angelorum. Et ita maiorẽ debet dilectionem, qui præseruatus est à peccato, quàm qui ab eo subleuatus est: accepit enim excellentius, & magis diuinum donum. Ideò sanctissima Deipara magis ad dilectionem adstringitur ratione præseruationis, quam hæc peccatrix ratione remissionis.

Pœnitentes quatenus innocentibus meliores, vti virginibus coniugati.

Etsi autem status innocentię dignior sit statu pœnitentiæ, vt virginitas præstat coniugio: tamen non repugnat inter coniugatas aliquã reperiri sanctiori, & maiori præditam charitate, quàm nõnullas virgines: ita non repugnat inueniri nonnullos in statu pœnitentiæ maiori gratia, & sanctitate conspicuos, quàm nonnullos innocentes: quemadmodum quidam laici gratia antecellunt religiosos aliquos, etsi status religionis nobilior sit, quàm vitæ communis status.

Cui plus dimissum est, vel cui minus, vter illorum magis debeat diligere creditorem.

Quarta quæstio, quam Christus tangit, est; Quis ex duobus debitoribus, sed inæqualis quantitatis, quibus debitum est remissum, maiori ad remittentem dilectione deuinciatur? Et responsio Simonis fuit rationi consona, & modestiæ; dixit enim, Aestimo quia is, cui plus donauit: debet enim plus diligere, etiamsi reipsa non diligat, vel minus diligat. Admittit enim parabola, non omnia peccata esse paria; alia enim sunt minora, alia maiora; & alia decẽ millium talentorum, alia centum denariorum; alia denique quingẽtorum, alia quinquaginta: nam peccata quinq; sensuum adminiculo in Decalogum admittuntur.

Quid quod illi dicuntur non esse soluendo.

Ponit deinde, quòd pro peccato nequimus satisfacere, & opus esse nobis illud remitti: vnde ait: *Non habentibus illis vnde redderent.* Tum quia culpa infinita est, propter Deũ infinitum, qui offenditur, ac proinde infinito supplicio condigna in gehenna, quam creatura finita reddere non valet. Tũ quia pœna existentis in peccato non potest coram Deo satisfacere.

Duo debitores qui mysticè. *Ambros. libr. 6. ca.3. tom.5. Theophyl. Euthym.*

Et per duos debitores accipe, non duos populos, vnum ex Iudæis, alterum ex Gentibus, vt B. Ambrosius exponit, quod mysticum est: sed ad literam, vt Theophylactus & Euthymius egregiè exponunt, imò Christus ipse, qui parabolam ad peccatricem, & Pharisæum applicuit, illi duo tantùm intelligũtur, nimirum peccatrix, & Pharisæus.

Debitor quinquaginta denariorũ cur Simon Pharisæus, quingentorum verò mulier peccatrix.

Debitum quinquaginta habet Pharisæus, quia peccator occultus erat: debitum verò quingentorum habebat peccatrix, quia publice peccauerat, sine fræno timoris Dei, vel pudoris, vel honoris proprij, quæ omnia solent homines à peccato reuocare. Minus enim nocet hypocrisis, quam dissolutio. Vt enim delictum, quod tantum magistratum, & Principem, qui est ius animatum,

tum, offendit, & pars aliqua non est læsa, facilè transigitur siue componitur; secus verò illud, quod grauissimè etiam alios offendit, quia tunc nisi parte læsa reconciliata, & satisfactione illi pro nutu eius impensa non remittitur. Tale est discrimen inter peccatum occultum, quo tenebatur Pharisæus; & delicta publica, & pernicioſa, quæ habebat peccatrix. Ideò Dominus dixit; *Vides hanc mulierem*, quæ dedit lacrymas, oscula pedum, & vnguenta pretiosa? tu ne aquam quidem, nec osculum oris, neque oleum commune: ideò ei remittuntur peccata, & plusquam tu, diligit. Et si te minus amantem non sum dedignatus, imò ad te, & ad tuum cõuiuium veni, non debui eam à me expellere, vel à tactu, vel ab osculis pedum meorum illam prohibere: & quia extra domum suam mihi fecit, quæ tu in propria denegasti.

Eximia peccatricis præ Simone Pharisæo in Christum dilectionis argumenta.

Dices rursus, Quomodo igitur oppositum rei à se propositæ concludit, quia ait, *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum*: cùm dicendum esset. Cum dimissa sint ei peccata multa; ideo plus diligit quàm tu: ita enim concludere debuit adhibita comparatione, teste Alberto Magno, quia cõparatio erat proposita ab initio; *Quis ergo eum plus diligit?* Et infrà subditur: *Cui minus dimittitur, minus diligit*: Id est, quia tibi dimittuntur pauciora, hinc est vt minus diligas, & minora signa dilectionis ostendas. Sed quia inciuile erat & inurbanum, hospitem se ad suum conuiuium inuitantem culpare, immò generatim omnis comparatio est odiosa, recessit à comparatione similitudinis, & in vnã personam vim argumentationis conclusit. Huic rationi varijs modis respondere conati sunt Doctores. Quidam enim asserunt, in impij iustificatione simul concurrere gratiæ infusionem cum fide, spe, & charitate, cordis quoq; motum in peccatum, qui contritio dicitur; & culpæ remissionem. Et quanquam hæc tria tempore simul sint: efficientia tamen; ac principatu temporis præcedit infusio gratiæ, causa est contritionis, hæc autem remissionis peccati: etsi in genere causa materialis, quã vocant, prior sit remissio peccati gratia sine dilectione, vt præcedit expulsio tenebrarum lucis aduentum. Hæc ergo quoniam simul sunt, rectè vnum alterum infert: remissio enim peccati dilectionem infert; & dilectio remissionem. Et ita Dominus, qui ex remissione illaturus erat dilectionem, intulit potius ex dilectione remissionem. Sed certè istæ speculationes etsi locum habere possint in scholis, non est tamen verisimile, Dominum ad illas aspexisse: moralis enim magister, & populi captui se accommodans, non effundit hæc subtilia in aures imperitorũ, & minus capacium auditorum. Christus etiam totam parabolæ rationem tenebris inuoluisset, nec id quod volebat, nempè maiorem remissionem causam esse maioris dilectionis, euicisset, quin potius oppositum: quod per obscurum videtur.

Præposteratur hæc Domini sententia: Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. *Alber. Magn. postilla in Lucam.*

Alij verò duplicem constituunt remissionem peccati, alteram quidem quantum ad culpam, alteram verò quantum ad pœnam: & illam priorem sequitur dilectio Dei, posteriorem verò præcedit dilectio, iuxta illud: *Vniuersa delicta operit charitas*; & B. Petrus, *Charitas operit multitudinem peccatorum*: quod de remissione quantum ad pœnam intelligendum videtur. Ita etiam quod Dominus ait: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum*; de secunda remissione ratione pœnæ videtur intelligendum, quia ait, multum diligenti multa remitti; & minus diligenti minus remitti. Quòd si de culpa esset sermo; aut totam, aut nihil eius remittit Dominus, neque vnum sine alio peccato dimittit. Non sic autem se habet remissio pœnæ, quia potest quasdam remittere; & quasdam retinere: vnde Ecclesia consueuit, dum indulgentiarum thesauros dispensat, remittere aut tertiam, aut mediam partem peccatorum. Et confirmant hoc: quia sequitur hæc sententia præcedentia verba; *Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque*; vbi videtur insinuari remissio culpæ, quam sequitur hæc remissio quantum ad pœnam. Vnde bis Dominus de hac remissione locutus est, & ad illam, cùm dixit; Remittuntur tibi peccata, scilicet quantum ad culpam; & rursus ad Pharisæum; *Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*, quod ad pœnam attinet videtur accipiendum: quo constaret, non solùm ipsi mulieri, sed etiam Pharisæo, & accumbentibus, quòd esset sancta, & non peccatrix, vti obiecerant. Hęc tamen solutio etsi acuta & subtilis videatur, adhuc tamen in ea non quiescit intellectus meus. Quia cum Christus non expresserit hanc distinctionem duplicis remissionis, sed simpliciter quasi de vna tantum sit locutus, proculdubio scopum intentæ parabolę obscurasset, immò omnino in contrarium inuertisset; quod non videtur Diuinam sapientiam decere. Deinde durum videri possit, vt eadem verba bis in eodem loco posita, nempè *Remittuntur tibi peccata*, aliter sint intelligenda, id est, modò circa culpam, modò circa pœnam. Præposterum etiam esset, vt

Christi ciuilitas.

Prima solutio Caietani, & aliorum.

Quid incommodi habeat.

Secunda solutio. *Diuersi effectus eiusdem causæ. Duplicata remissio. Prouerb. 10. Petr. 4.*

Ecclesiæ indulgentiarum ratio, quo minus media tis peccatorum tum.

Posteriorem quoq; solutio minus facit ad

Secunda tio.

Tertia

prius fieret mentio de remissione quæ est pœnæ apud Pharisæum; & deinde esset sermo ad mulierẽ de remissione culpæ: nam saltem præcedere debuit remissio quę spectat ad culpam. Quod verò ait, *Donauit vtrisque*: & postea subiunxit; *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*: non sunt ista distincta & separata, quasi prius donauerit vtrisque, ac deinceps mulieri ob sequia charitatis exhibenti remiserit peccata: sed prior sententia est pars parabolæ, & in parabola dicta; posterior verò sententia, & bis repetita, ad maiorem euidentiam, & peccatricis consolationem: & vt significetur remissio duplex, vna occulta, propter contritionem; altera manifesta, propter confessionem lacrymis factam: vel vna de culpa & fœditate peccati, altera de pœna æterna, & temporali. Posterior, inquam, sententia, applicatio est prioris sentẽtiæ in parabola dictæ, ita vt idem sensus colligendus sit ex vtraque; sed in priori parabolicè, in posteriori verò in sensu significato, siue præcipuè spectato à Domino. Etsi ergo vera sint, & catholicè dicta, quæ de duplici remissione peccati produximus, vt sententia Scripturæ confirmauimus: huic tamẽ loco parum subseruire videtur, & potius implicant, quàm explicant sententiam nostram.

Remissio debiti duobus facta debitoribus, ab illa peccatricis, quare seiungitur, atque distinguitur à Christo.

Alij igitur viri docti, inter quos est Albertus Magnus, contendunt illud verbum Græcum ὅτι, & Hebræum כִּי. & Latinum Quoniam, non semper significare rei causam efficientem, sed interdum per illã rediderationem ab effectu. Dixit enim Dominus, *Propter quod dico tibi*, siue affirmo (id enim verbũ Græcum significat λέγω) *Remittũtur ei peccata multa*: & huius meę affirmationis rationem ab effectu subdo, *quoniam dilexit multum*. Ex dilectione enim vt effectu, causam eius, id est, remissionem peccatorum præcessisse demonstrat. Atq; hic sensus tum ex præcedentibus, tum ex subsequentibus comprobatur. Ex præcedentibus quidem, quia dixit, *donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit?* ex sequentibus verò, quia sequitur: *Cui minus dimittitur, minus diligit*, vel vt Græcè dicitur, minus diligit, id est, minus debet diligere. Ex quibus patet remissionem esse causam dilectionis. Ergo illa sententiola intermedia, qua de est controuersia, ita est interpretanda, vt non pugnet cum præcedentibus, vel sequentibus, vel ne Christus contraria locutus secum pugnare videatur. Deinde idem comprobatur ex vsu particulæ, Quia, vel Quoniam: duo enim significare videtur, nempè & causam efficientem, & effectum.

Tertia solutio, sensusve probabilior illius sententiæ. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. *Albert. Magn. postilla in Lucam.*

Duplicitèr confirmatur hic sensus.

Particulæ quia, vel quoniam, duplex significatus.

Vt verbi gratia Cicero doctus fuit, quoniam diligẽtem literis nauauit operam, quia ingenio valuit, quia bonos præceptores habuit. Deus remittit peccata, quia clemens, & misericors est, quia pollicitus est, qui mentiri nequit, quia Christus pro genere humano abundè satisfecit. His enim exemplis causa, siue efficientia demonstratur eius rei, quæ vt nota assumpta est; non autem ratio alicuius apertæ propositionis explicatur, quia nihil quod cõfirmandum esset, propositum erat. Aliquando verò idem est quia, vel quoniam, quod particula illa, *Nam*, quæ est redditio effectus: Vt verbi gratia, si dicam, Cicero doctus est, quoniam eruditè scribit; vel, Cicero est interfectus, quia caput eius Romam est allatum: Cæsar fuit clemens quoniam hostibus suis pepercit: in his locis, *Quia*, vsurpatur pro Nam, & argumentationes illæ sunt ab effectu, & particula, *Quia*, non indicat causam rei, sed præcedentis assertionis probationem nectit. Ad eum modum hoc loco ait Dominus: Dico tibi, ò Pharisæe, huic mulieri esse remissa peccata multa: & huius meæ affirmationis, non autem remissionis causam ab effectu, vel fructu produco: nam diligit, vel dilexit multum: sicut rectè dicitur, Aio hunc conualuisse, quia rubet, quia ambulat, quia est robustus. Vsum huius particulæ in hoc sensu non ignorat Scriptura, ait enim Ioannes in prima sua, cap. 3. *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres*: vbi dilectio fratrum signum est, & effectus translationis de morte ad vitam. Ibidem: *In hoc scimus, quoniam manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis.* Ex eo quippè cognoscimus mansionem Dei in nobis ab effectu illo, quo Spiritum suum dedit nobis. Sic etiam B. Augustinus interpretatur illud Dauid Psalm. 16. *Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus*: nam exauditio effectus est clamoris, & precationis, non causa.

Ioel. 2. & sæpè alibi. Heb. 6.

Alter significatus dictionis Quia, vel Quoniam.

Prædicta Domini sententia alijs consimilibus illustratur.

B. August. li. 11. de ciuit. Dei, cap. 14. tom. 5.

Primum argumentum aduersariorum proponitur, deinde resoluitur.

Nec obstat, quod, *remittuntur*, est de præsenti, *dilexit* verò, est de præterito: præsens autem non solet esse causa præteriti, sed potius præteritum præsentis: non potest autem effectus suam causam præcedere, vel efficiens causa suum effectum sequi. Respondemus, Græcã vocem ἀφίωνται, esse indicatiui præteritum Atticum, vel potius Doricum ab ἀφίωμι: vnde in tertia persona pluralis numeri dicitur ἀφίωνται, pro ἀφίεται teste Guarrino, & verti poterat, & debebat, vt quidam volunt, Remissa sunt. Quanquam præsens pro præterito sæpe vsurpetur, vt 1. Ioann. 2. *Scribo vobis, filioli, quoniam remittuntur vobis peccata*

Guarrin.

Remissio peccatorum integra fit, non per partes.

vestra propter nomen eius: quod non pro præsenti, sed pro præterito accipitur, quia Ioannes nesciebat tum illis remitti peccata, sed illis olim per fidem & Sacramenta salutis fuisse remissa non ignorabat. Et in hoc loco cùm bis dicatur, Remittuntur ei, vel tibi peccata, & per partes non fiat remissio, saltem secundum remittuntur, necessariò est exponendum, remissa sunt: vnde de præterito legitur in Euangelio Syriaco. Propter quod dico tibi remissa esse ei scelera multa, eo quòd dilexerit multum: Et qua ratione secundum accipitur, eadem & primum. Simili etiam ratione Luc. 5. bis dicitur paralytico: *Remittuntur tibi peccata tua.* Quod verò inquit, *dilexit*, Græcè est ἀγάπησε πολύ ἠγάπησεν, quod plerunque apud Græcos pro præsenti accipitur. Quemadmodum Ioann. 1. vt ibi annotauimus, dicitur: *Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis*, vbi Græcè legitur ἕστηκεν, quod similiter est ἀόριστος πολύ: & ita sensus est, *Medius vestrum stat*; *quem vos nescitis*: nam alias erat dicendum, Medius vestrum stetit, quem vos nescistis. Natura etiam illius temporis, quod Græcè dicitur ἀόριστος, vt vox ipsa porrigit, rem non definitam, & adhuc pendentem, nedum completam significat; ad differentiam præteriti perfecti. Et ita hic significat, peccatricem cœpisse diligere, & in dilectionis operibus adhuc perseuerare. Et præterea si interpres vertisset, vt vertere poterat, propter quod dico tibi, Remissa sunt ei peccata multa, quoniam diligit multũ; sicut de opposito eius dixit in præsenti: *Cui autem minus dimittitur, minus diligit*, ciuilitatis gratia in tertia persona tangens Pharisæum inuitantem, non in secunda, clarus fuisset sensus, & minus subesset scrupuli: quanquam Vulgata editio nostra illud ipsum dicat, subobscurius tamen. Neque secundò obstat, quòd videatur hic locus Catholicis eripi ad comprobandum contra nouos hæreticos remissionem peccatorum non fieri sine dilectione, vel sine fide per dilectionem operante. Respondemus enim, multos nobis locos suppetere, & apertiores, & minus scrupulis, vel calumnijs obnoxios, quàm istum, quem tergiuersari possunt, si volunt, hæretici, & nullus verè Catholicus remissionem delictorum contingere cuiquam affirmare potuit, quin in ea includatur gratiæ, & Diuinæ charitatis infusio: nunquam tamen propter dilectionem ex charitate efficitur remissio peccati quantum ad culpam: quia hoc ipso, quòd quis charitate præditus est, ponimus, illi remissa esse peccata: quemadmodum hoc ipso quòd lux illuminat cubiculum, ponimus tenebras esse depulsas.

Lib. 2. Euangel.

Aoristi primi natura temporis apud Græcos.

Secund. arg. aduersariorũ diluitur.

Remissio peccatorum, & gratię Dei infusio simul sunt.

Christi aduersus Pharisæos argumentatio.

Sunc ergo in hoc Domini sermone argumentationes duæ: altera quidem integra de peccatrice, quam probat iustificatam præ Pharisæo, altera verò truncata, qua Pharisæum vel nondum esse iustificatum, vel minùs iustificatum peccatrice, quam carpebat, ostendit. Est ergo prima Christi collectio talis: Dilectio est effectus remissi debiti: & maior dilectio remissionis maioris debiti, quod CHRISTVS accipit ex concessione Pharisæi.

Altera.

Deinde subsumit minorem propositionem: Hæc mulier multum dilexit, & diligit; quod probat ex enumeratione actuum, quibus testabatur se Christum diligere. Conclusio intenta est: Ego affirmo huic mulieri remissa esse peccata multa: & non dixit, plura quàm tibi, vt dicere poterat, ob odium comparationis declinandum. Altera collectio est ista: Cui minus dimittitur, minus diligit: atque hæc opposita est maioris propositionis syllogismi ab eo concessi. Superius autem minori oppositam dixerat, nempè Tu parum diligis, qui non lauisti pedes aqua, non dedisti vel oris osculum, non vnxisti oleo. Conclusio facilis esse poterat; Ergo tu iniustus es præ peccatrice, vel minus illa iustus: sed hanc conclusionem modestiæ caussa potius intelligi, quam exprimi voluit.

Conclusio cum obiecto subaudito.

Quæris ergo, an gratis dimittat peccata Christus? Respondeo: gratis certè, quia donauit vtrisque, modò tanti beneficij memores simus, & benefacientem diligamus.

Gratis dimittat peccata nobis Christus.

Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Quemadmodum vera pietas perinde gratulatur commodis alienis, ac suis; ita pietas, siue sanctitas simulata, clementiæ IESV peccatrici exhibitæ inuidit. Cœperunt enim tacitis cogitationibus obmurmurare, Quis est hic, qui tantum sibi autoritatis tribuit, vt peccata remittat? quod nemo Patriarcharum, aut Prophetarum sibi assumpsit; imò quod ne Sacerdotes quidem sibi vsurpabant, sed tantùm orare, & sacrificare pro peccatis poterant. Sed nos respondere possumus, Hic est ille agnus, qui tollit peccata mundi, vt præcursor dixit, & qui iuxta Prophetam, iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superauit, de quo etiam di-

Vera pietas proprię pietatis falsæ, simulatæ.

Christi rogatus solues.

Ioan. 1.

Esa. 9.

Psalm. 71.

citur;

Psal. 129.

Daniel. 9.

Quare Christus tertia in persona dixerit: Fides tua te saluam fecit, non autẽ, Ego te saluo.

citur; Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum; & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Hic est ille Sanctus Sanctorum, qui venit vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas.

Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit. Sicut incredulitas perdidit Pharisæos, ita te fides seruat. Et non dixit: Ego te seruo, ne maiori inuidia capiantur; sed fides, inquit, tua tibi à me donata, sed non sola sine charitate, aut sine lacrymis, vel pudore: nam hic de fide per dilectionem operante sermo est, vt notauit Hieronymus lib. 11. commentariorum ad Galatas. Deinde dixit, *Fides tua*, vt induceret audientes ad credendum in Christo, scientes ex fide esse salutem, non ex sacrificijs, aut victimis, aut expiationibus legis, sed Christum esse verum holocaustum, & victimam. Fides enim cognitionem salutarem Christi parit, & profugium ad eum per contritionis lacrymas, confessionem, & satisfactionem ostendit.

Hieron. tomo 9.

Fides cur tua, Dominus inquit, te saluum fecit.

Fides quid patiat.

Vade in pace. Græcè πορεύου εἰς εἰρήνην: & ponderat Theophylactus boni, & iustitiæ operationem præcipi. Id est, progressum fac in pace inter te & Deum parta, fugiendo occasiones peccati, quod solum Deo bellum indicit, & opera faciendo, quæ te Deo magis concilient. Nisi quod apud Græcos εἰς pro ἐν interdum accipitur, vt Marc. 2. initio; Auditum est quod in domo esset, ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι. Vade ergo in pace, quam nullus à te tollere potest, ti attendas: imò per contradictiones, & bella eorum, in quibus olim abundauit delictum, ne donis acceptis contenti otientur, incrementum solet accipere. Testatur autem Origenes à quibusdam citatus, post hanc vocem nullius hominis præter Christi faciem hanc mulierem inspexisse. Quia ergo osculum est signum pacis, vade in pace, & pacem cum Deo serua, legem & mãdata eius custodiens, & pacem cum conscientia, quam sola peccata perturbant. Et pastor Euangelicus non solùm fugiat superbiam Pharisæi, sed etiam imitetur Christi charitatem in prouocandis, & excipiendis peccatoribus ad pœnitentiam: & post absolutionem det operam, vt permaneant in pace parta cum Deo, & in charitate cum proximo, ne relabantur. Recessit ergo consolata hæc fœmina verbis, & actis Christi, non obstante multitudine peccatorum suorum: nam vt post noctẽ dies, & post tempestatem serenitas, & vt in igne construendo fumum sequitur lux flammę clara, ita post lacrymas & pœnitentiam sequitur pax conscientiæ, & consolatio. Habemus ergo, & peccatoris, & iusti, ex hoc Euangelio exemplum imitandum. Nam si mulier hæc peccauit, habuit multa incitamenta adolescentiæ, libertatis, paupertatis, & ignorantiæ Christi: Tu, qui Christum nouisti, & paupertate non premeris, & adolescentiæ tempus exegisti, & vinculo matrimonij es colligatus, grauiora peccas. Illa Iudæa sponte venit ad Christum non erubescens publicum Pharisæi conuiuium: Tu verò peccatis onustus, & coopertus, mollem & secretam Ecclesiæ medicinam respuis. Si verò iustus es, habes quod imiteris in his, quæ Christus à Pharisæo tanquam iusto, exegit. Debes enim stare ante, & non retro, quia tibi dicitur: Ambula coram me, & esto perfectus. Debes imitari Dominum per orationem, & iugem diuinarum rerum contemplationem. Debes porrigere aquam lacrymarum ex amore profectarum, quemadmodum B. Paulus ex charitate lugebat multos ex his, qui non egerant pœnitentiam. Ex amore etiam, quod non permiserit te in peccata prolabi, quia ex te ipso, nisi ille te iuuisset, peccasses, quæ doctrina pulchra est, & in soliditate humilitatis mirificè conseruat. Propterea audi quid Augustinus dicat libro De sancta virginitate, capit. 42. *Noli modicum diligere, quasi à quo tibi modicum dimissum est: sed potiùs multum dilige, à quo multum tibi tributũ est. Si enim diligit, cui donatum est ne redderet, quãto magis debet diligere, cui donatum est, vt haberet?* Et cap. 41. *Sed cautius*, inquit, *& verius cogitabit omnia peccata sic habenda tanquam dimittantur, à quibus Deus custodit ne cõmittantur.* Idem lib. 2. Confessionum. *Gratia tua, & misericordia tua deputo, quòd peccata mea tanquam glaciem soluisti: gratia tua deputo & quæcunq; non feci mala. Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facimus amaui? Et omnia mihi dimissa esse fateor, & quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci.* Item in sermone De peccatrice, & Pharisæo: *Nullum est peccatum quod fecit homo, quod non possit facere alter homo: si desit rector, à quo factus est homo.* Idem alio loco: *Deputate vobis à Deo esse dimissum; quicquid non est à vobis, Deo regente commissum.* Adhæc si iustus es, debes osculum, non pedum, id est, Humanitatis; sed oris, id est, Deitatis porrigere, venerando & amando Christi Diuinitatem. Debes exhibere vnguentum, non contritionis, vel deuotionis quæ sua sunt quærentis; sed oleum misericordiæ, tum spiritualis, tũ temporalis in Christi membra effundendæ. Debes tergere pedes, vel per humilitatis virtutem, qua dicas cùm omnia feceris, *Seruus inutilis sum*; vel per

Thoph. in Luc. Quid illud Christi verbum: Vade in pace.

Roman 5.

Origen.

Osculum cuius rei signũ sit.

Euangelici pastoris munus quod.

Peccatrix à Christo dimissa qua in pace discesserit.

Christianus peccator quã to peccatrice deterior.

Iustus instar Simonis illi⁹ Phariſęi Domino quę de beat pietatis officia. *Genes. 17.*

2. Corint. 12.

Augu. tom. 6. Iustus Christum cur debet multum diligere, teste Augustino.

Idem cap. 7. tom. 1. sub initium.

Idem serm. 23 lib. 50. homil. cap. 6. in fine, tom. 10.

Idem.

Iustus item quale osculũ Christo, & vnguentu pedumq; sionem e bebit.

Luc. 17.

Universidad de Deusto Biblioteca

Coloss. 1.

satisfactionem pro peccatis aliorũ, vt cum Paulo dicere valeas; *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Ita enim perfectam pręsenti Euangelio præstabis obedientiam, eiusque fructum percipies, conferente hoc Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto ab omni creatura deferatur sempiternus honor, & gloria, atque imperium, in sæcula sæculorum, Amen.

Tract. 37.

TRACTATVS IX.

In illa verba Lucæ 11. *Factum est autem, quum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit, Quimmò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Adhuc eo loquente ad turbas, Ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te alloqui, &c.* Matth. 12. Marc. 3. Lucæ 8.

Vtriusque historię prępositæ hoc loco explicandæ ratio.

DVAS Breues historias comprehendet, & explicabit hic Tractatus: priorem quidem à solo Luca cap. 11. posteriorem verò à tribus Euangelistis enarratam: quæ propterea quòd similes sint in sensu, & ad eundem scopum colliment, & eodem tempore acciderint, meritò coniunctim sunt tractandæ. Ratio tamen ordinis, pro more nostro, in primis prætereunda non est. Post conuersionem peccatricis apud Lucam sequitur capit. 8. quomodò Christus circuierit ciuitates & castella: quodque congregata ad ipsum turba, proposuerit parabolam seminantis. Hanc autem parabolam in Marco, & apertius in Matthæo proposuit Dominus post curatum dæmoniacum illum, de quo Matthæ. 12. & disputationem, quæ occasione illius miraculi habita est à Domino contra Pharisæos: nam post hæc omnia, quæ in illo cap. habentur, sequitur in principio. 13. cap. quòd exiens Iesus de domo, sedebat secus mare, & tunc subijcitur parabola seminantis. Historia autem posterior de matre, & fratribus, etsi capite 8. à Luca describatur; gesta tamen fuit post curatum oppressum à diabolo, vt Marcus & Matthæus concorditer docent, maximè ex eo quod Matthæus dicit, *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres, &c.* Proinde, vt rectè Augustinus annotauit, ordinem in huius rei gestæ descriptione Lucas non tenuit; sed per anticipationem anteà recordatam narrauit: quam nec conuenienter hoc loco describeret, quod similem sententiam iam à Domino dictam commemoret, qua beatos dicit eos, qui audiunt, & custodiunt verbum Dei: cui similis per omnia est posterior de matre, & fratribus narratio.

Ordo narrationis earum qui sit.

August. lib. 11. de consen. Euang. cap. 49. [...]

Christus [...] de Iudæis [...] septem [...] spiritus [...] lignos [...] dit.

Factum est autem, cùm hæc diceret. Probat Dominus se opera dęmonis in expellendis dæmonijs nequaquam vti: & eò progressus est, vt pulchra quadam parabola eleganter, sed tectè ostenderet, Iudæos à septem spiritibus malignis correptos, vt lucem veritatis tam perspicuè explicatam non cernerent. Dum ergo Dominus hæc diceret, Extollens vocem quædam mulier de turba. Rectè profectò Christus Patri gratias egit, quod mysterium regni absconderit sapientibus, & prudentibus, reuelarit autem paruulis: quod quàm verum sit, præsens factum satis declarat: dum enim Scribæ & Pharisæi opera Christi calũniarentur, dæmonique tribuerent, mulier quædam plebeia, siue de turba, de qua, vt bene disposita ad credendum dicitur, quòd vbi eiecisset dæmonium, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ, non solùm Christum non contempsit, sed etiam miris laudibus extulit eius sanctissimam matrem; quæ talem fructum peperisset, & educasset. Dicitur porrò vocem extulisse: tum vt Pharisæis suo clamore silentium imponeret, eorumque calumnias reprimeret, seque cum eis minimè sentire ostenderet; deinde ad significandum, laudes & præconia Messiæ, suæque B. Matris, voce magna esse toti mundo patefacienda atque ebuccinanda; ad insinuandum etiam, per simplices & idiotas, & de media plebe desumptos Apostolos esse Euangelium pronuntiandum, iuxta illud; *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem:* & *Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes.* Quemadmodum autem Elisabetha mater Præcursoris repleta est Spiritu sancto, & exclamauit voce magna, &c. simili spiritu hæc mulier correpta, in voces laudis Christi prorupit, nulla ratione habita aut muliebris pudoris, aut conspectus Pharisęorum, aut interruptionis prædicationis Christi, quemadmodum & illi, qui in ingressu Iesu solenni in Ierusalem clamabant, *Hosanna filio Dauid.*

Matth. [...]

Qua occasione [...] quędam [...] ba beatum ventrem [...] dicauit, [...] Christum [...] tauerat [...] bera quæ [...] xerat.

Ea mulier cur vocem [...] tulerit [...] Euange[...]

Psal. 8. Matth. [...]

1. Cor. [...] Luc. 1.

Matth. [...]

Fertur autem fuisse hæc fœmina vocata sancta Marcella, famula B. Marthæ sororis

Lazari.

Quæ nam illa mulier fuerit de turba, quæ dixit: Beatus venter, &c.

Infra 26.

Mulierum felix conditio: earundem, non autẽ virorũ in Christum officia.

Luc. 8. & alibi. Infra 10. Infra 23. Ioan. 19. Luc. 24. Ibidem, & alibi. Marc. 16.

Lazari. Et magna gloria est mulierum, quę deficientibus viris Christum tuentur. Proptereà Iesus Mariam sororem Marthæ ab Apostolis de vnctione accusatam defendit. Mulieris, non viri voluit esse filius Iesus; Mulieres faciliùs ad fidem, & bonam vitam conuertit: Mulieres, non viri, ministrabant illi de facultatibus suis: Mulieres Iesum hospitio suscipiebant, vt Martha cũ Maria: Mulieres plangebant, & lamentabantur Christum crucẽ suam baiulantem; Mulieres, fugientibus Apostolis, Christo animam agenti adstiterunt; vita defuncto vnguenta præpararunt; ad eas primum nuntium resurrectionis per Angelos perlatum est; primæ Christum in carne immortali resurgentem videre promeruerunt: non mirum igitur, si à muliercula ista defenditur.

Beatus cur venter Marię virginis, qui Christũ portauit. Luc. 1.

Dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Beatam prædicat his verbis Messiæ Matrem, sicut ipsa in Cantico suo prædixerat se ab omnibus generationibus beatam prædicandam: quæ duo ministeria Filio Dei præstitit. Nam & illum conceptum in vtero gestauit; & illum natum suis vberibus educauit: quod etsi aliæ matres suis fœtibus ministrent, singulari tamen quodam modo sanctissima Deipara Christo in carne, multo autem magis in spiritu obtulit. Nam vt Augustinus ait lib. De sancta virginitate, feliciùs B. Maria concepit eum mente per fidem; quàm corpore per carnis assumptionẽ. Excellit autem ille pudicissimus Marię vterus cæteris omnibus; quòd in eo stupenda miracula sint edita; Deus enim homo factus est, & homo Deus, Virgo simul mater, & mater virgo permãsit, thalamus Dei, domus Dei, tabernaculum Dei: Templum Dei factus est vterus nesciens virum, virginitatis Deo sacratæ ornamento præditus, & similis domui, in quam ingressus est Christus ad discipulos ianuis clausis. Est enim hortus conclusus, fons signatus, in quo nullus fuit motus non pudicus, non sanctus; Figuratus in porta clausa Ezechielis, per quã vir nullus trãsiuit, nulla ibi hominis cultura, aut operatio, tãtùm Spiritus sanctus omnipotenti sua virtute operatus est. Fuit etiam felicissimus hic venter, quòd eum continuerit, quem cæli capere non possunt; cum gestauerit, qui omnia gestat verbo virtutis suæ, & quia portauerit portantem se.

B. August. cap. 5. & 6.

Opera quæ diuina Virginis in vtero sunt peracta, admiratione dignissima.

Cant. 4.

Ezech. 44. Luc. 1.

3. Reg. 8.

Hebr. 1.

Beata quoq; cur vbera Virginis Mariæ, quæ Christũ lactarunt.

Benedicuntur quoq; vbera, quæ miraculo lac continuerunt, & Filium Dei cuncta pascentem pauerunt. Qua in re multas hominum matres vincit B. Virgo: nam etsi filijs ad generationem ventrem exhibeant, vix tamẽ vbera ad educationem, nam quo ipsæ liberius voluptati, genioq; indulgere valeãt, per cõductitias fœminas filios suos alunt: cùm tamẽ nobilibus fœminis, etiam Reginis, lactare proprios filios dedecus nõ sit, imò decus, vt probat Plutarchus lib. De liberis educãdis, & Macrobius lib. 5. Saturnal. ca. 11. & Fauorinus teste Gellio lib. 12. Noctium Atticarum ca. 1. Cùm autem beatitudo sit status omnium bonorum aggregatione perfectus: & cum omnia summa & vera bona in vtero Virginis coniuncta in vno Christo quem gestabat, sint: rectè beatus dicitur, & dicere meritò poterat; Venerunt mihi omnia bona pariter cum illo, & innumerabilis honestas per manus illius. De hoc vtero, atque vberibus ipse Spiritus in Canticis prædixerat: *Vmbilicus tuus, crater tornatilis, nũquam indigens poculis: venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ.* Per vmbilicum crateri rotundo & tornatili assimilatum, & poculis non indigentem, id est, potu semper plenum, vt exhauriri nõ possit, copia & plenitudo purissimæ castitatis Virginis significatur, quę in Ecclesia Christi nunquam deficiet: quę pulchrè per vmbilicum designatur, quòd sicut sub eo alitur infans, & nutrimentum inde accipit, quamdiu matris in vtero latet; ita infantes & deuoti puritate sanctæ Matris Dei mirificè pascuntur, & oblectantur. Nam vt carnales homines luxuria fouentur, ita spirituales castitate, cuius principatum tenet B. Virgo: & comparatur eius venter crateri rotundo, siue tornatili, propter rotunditatem sphœricã, quæ est optimæ capacitatis, & qui nunquã egeat poculis, id est, qui nũquam exhauriatur, propter copiam. Est ergo virginis castitas circuncisa ab omni cogitatione, & motu luxuriæ; & quæ nunquã eget potu, quia nunquam vritur. Venter comparatur aceruo tritici, quòd vterus in muliere grauida eleuetur, & tumidus reddatur instar aceruui tritici: ita B. Virgo, quæ illum concepit, qui granum frumenti dicitur: quòd quia vim habet producendi infinita grana, meritò illud vnum concipiens, dicitur aceruũ tritici continere, id est, multitudinem omnium electorum, qui tritico comparantur, sicut paleis reprobi. Dicitur etiam vterus vallatus lilijs, quia cum vtraque castitate, tum corporis, tum animi, conceptus fuerit, quæ conceptio pulcherrima est, si oculis fidei spectetur; & potens, vt suo ordore omnes currentes post se trahat. Vbera verò in Sponsa tum grata sunt, cùm nec nimis parua, nec nimis ampla sunt, sed mediocriter eleuata, succulen-

ta, lacte-

Plutarch. Macrob. Fauorin. apud Gell.

Beatitudo quid.

Sapient. 7.

Cantic. 7.

Virginis vmbilicum cur Salomon cõparet crateri tornatili, nũquam poculis indigenti.

Ecclesia quare in vmbilico signetur,

Quomodo sit vmbelicus iste tornatilis.

Venter quoque Mariæ Virginis cur aceruo tritici similis esse perhibetur. Ioan. 12.

Quis ille aceruus tritici. Matth. 13.

Idẽ virginis vterus vt sit vallatus lilijs Cant. 7.

Eiusdẽ duo vbera quemadmodũ dicantur esse sicut duo hinnuli gemelli capreæ.

ta, lacteq; plena: talia erant vbera Virginis pascentia, lactantiave duos hinnulos, vel gemellos, id est, Christum Deum, & hominé: hominem quidem verè pascentia; Deum verò, qui lacte non egebat in humanitate assumpta delectantia: nam deliciæ eius, esse cum filijs hominum. Perinde est ergo dicere: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti*, ac dicere, Beata mater, quę talem filium genuit. Includit enim hoc nomé matris quandam dignitatem, & maiorem omni alia, quæ sub Deo esse possit. Nam cùm dicitur Sponsa, Domina, Regina, Stella maris, omnia hæc excellentiam quandam respectu nostri, Angelorum, atque creaturarum exprimunt: cùm vero dicitur Mater Dei, relationem habet ad rem infinitam; proinde ad eam conuersi precamur:

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Non dicimus, Monstra te esse reginam, aut dominam, sed matrem: hoc est, Móstra te esse matrem, vt & Iesus monstret se tuum esse filiú. Fuit enim mater Iesu, plusquam aliæ filiorum suorum, quia totus Iesus suus est; nullam partem habet pater, quo caruit, secus est in alijs filijs. Est etiam mater volútaria, quæ eum, quem genitura erat, prænouit, sicut & Iesus sponte & electione sua accepit tam bonam matrem.

Ad hæc, etsi mater sit Christi naturalis, est tamen omnium credentium parens spiritualis, omnes illos in filios adoptans, quémadmodum filia Regis Pharaonis adoptauit infantulum Moysen iuxta aquas, ita B. Virgo baptizatos seu pœnitentes, & in aquis lacrymarum vagiétes assumit in filios, & nutriri per Angelos facit. Et quanquàm mulieres ex præscripto Principis alios in filios suos adoptare valeant: beatissima Deipara non tantùm habet rescriptum, sed etiam mandatum adoptandi à Principe Christo, quando ei dixit, *Mulier, ecce filius tuus: Vnde ex illa hora accepit eam discipulus in sua.* Non dixit Ioannes, sed discipulus, quod est nomen commune, vt ad quemlibet hominem, qui est Christi discipulus, illa verba dicta in sensu spirituali, siue extenso, intelligamus, vt omnes intelligant B. Virginem sibi datam in matrem. Etenim si Debora nuncupatur mater Israel, propter defensionem, & protectionem populo impensam; quanto magis prudentissima hæc Virgo, quæ sub vmbra alarum suarum protegit, & defendit nos? ita vt dicere valeamus cum Anna Samuelis matre: *Sterilis peperit plurimos; & quæ multos habebat filios, infirmata est.* Nam virgo sterilis videtur, & tamen in spiritu plurimos peperit; vt Heua, quæ dicta est mater cunctorum viuentium, infirmata sit per peccatum, ita vt omnes nascantur ex ea mortui, & opus habeant Mariæ matre viuificante, de qua meritò Ecclesia illud verbum Sapientiæ decantat: *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & magnitudinis, & sanctæ spei.* Est enim eius (sic dicam) maternitas spiritualis, & diuina quadam dilectione prædita. Est mater magnitudinis, propter hæreditatem cœlestem: quia *Magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius*: ad quam suo exemplo vocat, & inuitat. Est mater timoris: quia per filialem, & castum timorem nos regit, atque gubernat. Denique mater est sanctæ spei: quia singulare patrocinium, & defensionem nostri habet.

Nihil de patre Christi dixit hæc mulier: quia fide nouerat illum tantùm matrem, siue genitricem in terris habuisse. Fuit igitur hæc vox Spiritus sancti per illam clamantis. Hæc confessio non tantùm suo, sed etiam aliorum piorum nomine facta est, vt ait Augustinus, qui magnum illud pietatis Sacramentum, quod in carne manifestatum, & à multis impiè oppugnatum profitentur & tuentur. Estque hæc mulier typus Ecclesiæ Gentium: nam dum Christus blasphematur in Synagoga Iudęorum prædicatur à Gentibus.

Sed debacchãtur hæretici in hanc Christi, & Matris laudatricem. Lutherus enim in posttilla, stultam, & carnalem mulierculæ deuotionem reprehendit: & Brẽtius in Lucam hanc potius taxãdam, quàm laudandam censet: quia carnis affectu locuta est, & carnaliter sensit de regno Dei. Sed hæc in more habent hæretici, vt cuncta sanctè dicta, & bene gesta, in his quos Euangelium commendat, vituperent, & maledicentia excipiant. Quid enim aliud dixit hæc mulier, quàm quod prius Angelus, & Elisabetha de virgine pronuntiauerant: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui?* Et quid aliud fecit hæc sancta mulier, quàm quod muliebrem pudorem, & timorem exuta in medio hostium tumultuantium, & Messiam suum blasphemantium, egregium de innocentia Christi testimonium protulit? non quidem rogata, sed sponte sua ab Spiritu sancto interius impulsa; qui etiã pueros Hebræorum fecit acclamare, Hosanna filio Dauid.

Deinde subiungit: *Quinimò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Duriter videtur Christus respõdisse, & laudantem

Prouerb. 8.

Matrix virginis diuina maternitas, quantæ sit dignitatis, & excellentiæ.

Quæ ratio huius precationis ad Virginem: Monstra te esse matrem.

Secunda ratio.

Tertia ratio. *Exod. 2.*

Ibidem.

Quo iure sanctissima Mater nos adoptet in filios.

Ioan. 19. Cur dictum ab Euangelista: Ex illa hora accepit eã discipulus, & nõ Ioannes, in sua.

Iudic. 5.

Illud Annæ matris Samuelis: Sterilis peperit plurimos, B. Virginit q vetio sequitur:

bono spiritu fœminam asperè excepisse, de matreque, quæ eum genuit, minus præclarè sensisse. Sed si rectè expendas, neque clamori mulieris, neq; laudibus matris suæ quicquam voluit esse detractum, sed produxit maiorem, & magis communem rationem suam matrem laudandi. Cũ enim illud præconium tantùm ad Matrem spectaret, propter carné ab ea datam Messiæ; profert aliam maiorẽ, propter donũ nempe spiritus, à se in matrem deriuatũ: quod consistit in audiendo verbo Dei, & custodiendo illo. Namq; B. Virgo assensum prębuit Angelo ad se destinato, de qua potissimum dicitur: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam:* & illud singulariter, vt Matrẽ Messiæ decebat, custodiuit. Proinde de illa rectè dictum est, quod conseruabat omnia verba, conferens in corde suo. Deinde probauit quidem acclamationem mulieris; sed ostendit qua ratione salus, & beatitas, & iustitia alijs quoque possit contingere. Nam vni quidem datũ est Mariæ Christum in vtero gestare, & vberibus lactare: sed multis contingere potest, vt & ipsi beati sint, nec ab ea felicitate, qua B. Maria iam fruitur, excludantur. Atque ita particula *quinimò*, non est semper dictio omninò aduersatiua, sed addit etiã id quod potius est: ac si dixerit, Quin potius beati, id est beatiores, iuxta phrasim Hebræam, quæ positiuo vtitur pro comparatiuo frequẽter. Vt illud: *Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati* (id est, beatiores) *qui non viderunt, & crediderunt.* Ita hîc, *Quinimò*, beatiores qui audiunt verbum Dei; nam Græca particula μενοῦνγε, nec negat quod dictum est, nec reijcit, sed infert quod maius & augustius est. Nã conjunctio μενοῦνγε, nec negat prius dictum, nec reijcit. Sic etiam 1. Regum. 20. *Quinimò viuit Dominus, & viuit anima tua*: pro quo alij vertunt: *Et profectò viuit Dominus, & viuit anima tua.* Augustinus tract. 10. in Ioan. Christum docet in suo responso non reijcere, sed includere matrem, quæ nõ minus quàm alij, audiuit, & custodiuit verbum Domini. Ait enim: *Beati qui audiũt*: hoc est dicere, Et mater mea quam appellatis felicem, inde felix quia verbum Dei custodiuit. Similiter interpretatur Chrysostomo. homil. 20. in Ioan. & Beda hoc loco affirmasse, & confirmasse Christum contendit idipsum, quod mulier Mariam, & Christum laudando dixerat. Etsi dici possit, quòd obliquè mulierculæ aliquam contineat reprehensionem, siue instructionẽ potiùs, quæ putabat summam beatitudinem Mariæ fuisse, Messiam gestasse in vtero: sed quod summum existimabat, erat minimum, si conferatur cum eo, quod maius erat. Ita vt sit sensus, beatam quidem ob hanc caussam: vnde & Sibylla Tiburtina cecinit: *O nimium felix cælo dignissima mater, Quæ tantam sacro lactabit ab vbere prolem.* Vnde ipsa dixit: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Sed beatior est, quòd audiuit, & custodiuit verbum Dei: quod sine fide illi non contigit, de qua laudata est ab Elisabetha, quæ dixit: *Beata quæ credidisti; quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino.* Hæc autem beatitudo tanto est maior, quanto cõmunior, & ad plures extenditur.

Atque ita Christus tacitè hoc verbo non solùm matrem, sed etiam mulierem illam vocem extollentem laudauit, sed & omnes qui aderant, & fide verba eius excipiebant. Tectè etiam Scribas, & Pharisæos sibi contradicentes, vtpotè incredulos, hac voce damnauit.

Non ergo Matri suæ sanctissimæ iniurius fuit, vt Hæretici quidam dixerunt; sed in illa perfectissima voluit nos instruere, & Synagogam, quæ gloriabatur in carnali cognatione Abrahę, & Patrum, quorum fidem, & spiritum minimè imitabatur, sed in eo sibi applaudebat, quòd Messias esset ex eorum genere, & sanguine oriturus. Id circò dixit: Vos Hebræi creditis, matrem meam esse beatam, quia concepit me in carne: dico vobis, quòd nisi me priùs fide, & charitate in corde suo concepisset, beatitudine minimè digna fuisset. Ob hanc ergo causam asperè nõ tantummodò, sed etiam aliàs de matre, vel ad matrem loqui visus est; vt verè esset Sacerdos secundum ordinem Melchisedec, qui patrem, & matrem, & genealogiam non agnouit, & qui propter sponsam suam sibi in vxorem copulandam, reliquit patrem, & matrem suam, & qui priùs seruauit, quod alios docturus erat: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem*, &c. *non potest meus esse discipulus.* Christus ergo non vult agnosci secundùm carnem, sed secundùm spiritum. Euthymius in hunc locum sic scribit: *Non est ergo hic sermo abnegantis consanguinitatem illorum iuxta carnem: neque enim dixit, Non sunt; sed præponẽtis eam, quæ secundùm virtutem est, ac dicẽtis nullam illius esse vtilitatem, nisi & hæc adsit. Quòd si nec Dei Matri genuisse illum profuisset, nisi virtutem secuta fuisset; cui alteri proderit viri sancti esse cognatum, si virtutem non habeat? Contingit enim & cognatos non haberi pro cognatis, & non cognatos pro cognatis haberi: illud quidem propter vitam dissimilem, hoc autem propter conuersationis similitudinem.* Hæc ille.

Ioan. 20.

1. Reg. 20.

Augustin. to. 9.

Chrysost. tomo 3. initio. Beda tom. 5.

Si mulier illa Christi laudatrix à Domino fuit reprehẽsa, quæ nam illa fœmina reprehen-

sionis occasio.

Sibylla Tiburtina apud Orthodoxographiam, in fine. *Luc. 1.*

Ibidem.

In dicto responso Christus vti Iudęos taxauerit. *Matth. 3. & Ioan. 8.*

Maria Virgo vnde se dignam beatitudine reddiderit.

Ioan. 2. Psal. 109. Hebr. 7.

Luc. 14.

Quomodò velit Christus agnosci. *2. Corinth. 5. Euth. capit. 23. in Matth. finem versus.*

Solius virtutis, non autẽ generis Sanctorum imitatio ad salutem valet.

Hoc Euangelium sancte & sapienter in laudē Virginis Mariæ ab Ecclesia vsurpari solere, contra Caluinistas.

Hæretici mirantur, quòd hæc verba frequenter cantillamus in Matris honorem. Vide, obsecro, actia, & contumeliosa verba Caluini in Harmonia Euangelica: *Mirus autem Papatus stupor, quod in honorem Mariæ cantilent hæc verba; quibus tamen disertè refellitur eorum superstitio: in agendis verò gratijs, mulier cui & vocem decerpunt, omissa correctione. Verùm tamodis omnibus obstupescieri decuit, qui pro sua libidine sacrum Dei verbum data opera profanat.* Hæc ille audacissimus, & impudētissimus totius Ecclesiæ censor, qui nunquā non Scripturas detorquet, & profanat. Et certè sine ratione, aut honesto prætextu veritatis illi mirantur; quasi B. Virgo non sit illa primaria in beatitudine audiendi verbum Dei, & illud seruandi. Mirantur deinde, quòd in agendis gratijs dictitemus: *Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium*, omissa correctione Christi: *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Sed illa omittitur, quod satis omnino cognita sit, quod illa mulier nesciebat: & quia in laudibus nō omnia soliti sumus decerpere, sed ea tantùm, quæ faciunt pro nobis. Nec est ab re, cū gratias agimus Deo de cibo corporis sumpto, vel de Eucharistiæ Sacramento, meminisse Panis viui, qui de cælo descendit in alimoniam nostrorū animorum: qui panis in viscēribus Virginis conditus fuit, & portatus. Vt ergo Christus cū signo prospiceret de pane corporis, volebat agnosci se daturum esse panem spiritus corda reficiētem: ita nos cùm panem siue corporis, siue spiritus sumimus illius magni beneficij memores, gratum animum illo elogio testamur.

Prima Dei genitrix Maria verbum Dei audiuit, & illud custodiuit, ideoque etiam prima beata extitit. Illud: Beata viscera Mariæ Virginis, &c. cur in actione gratiarū, Christi correctione Domini prætermissa recitemus. *Ioann. 6.*

Verbum Dei nobis quomodò suscipiendum sit.

Hebr. 4. Matth. 13. Qui verbum Dei audiūt, nec faciunt, quales illi. *Supra 7. Iacob. 1.*

Illud Christi verbum: Beati qui audiūt &c. Eunomiano dogmati de sola fide,

Est autem in genere verbum Dei cum fide suscipiendum, tanquàm lux pellens tenebras ignorationis nostræ; tanquàm pharmacum purgans humores peccantes affectionum; tanquàm aqua quædam salutaris mundans nostras sordes; tanquā panis nostram esuriem satians; tanquàm gladius penetrans vsque ad diuisionem animæ, & spiritus; tanquàm thesaurus, præ quo contemnēda sunt omnia, corda nostra ditans. Nec satis est audire, nam multi sunt, qui libēter audiunt, faciūt autē nihil. Qui similes sunt, vt dixit Dominus Iesus, ædificantibus domum super arenam, vel respicenti se, & maculas suas in speculo, sed nō mundanti; vel illis fœminis, quæ benè concipiunt, abortiunt tamen, aut infelices partus edunt.

Illud omnino ridiculum, & omni explosione dignum, quòd, vt tueantur dogma de sola fide, quod Eunomius primus protulit, violentissimè interpretantur: *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Ait enim Sarcerius: *Audire verbum Dei, est suscipere: facere, est corde credere.* Et Melanchthon (in verba illa: *Mater mea, & fratres mei, hi sunt, qui faciunt voluntatem Patris mei*) *Ille facit*, inquit, *voluntatem Patris, qui credit in Christum.* Eadem est Caluini in eo loco interpretatio in Harmonia. Et Marloratus Caluini discipulus in caput 17. Matthæi ait, *Credere in Christum Filium Dei, & audire verbum Christi, vt verbum Dei, est facere voluntatem Patris, qui in cælis est.* Sed si sic liceat Scripturas explicare, quod erit tam impium, & pestiferum dogma, quod illis non confirmetur? cùm apertè dicat Dominus: *Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum*; & *Ex Principibus multi crediderunt in Iesum; sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è Synagoga non ejicerentur.*

Oportet ergo bonos auditores semen verbi Dei quod exceperunt, à volucribus cæli custodire: nam tanto thesauro nostro dæmones insidiantur, vt illum deprædentur. Nec est difficile custodire verbū, quod custodit custodientes se. *Omnis*, inquit Salomon, *Sermo Dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se*: quare cùm sit clypeus, & gladius, telum est, non tantùm ad defendēdum, sed etiam ad offendendum accommodatum.

SEQVITVR ALTERA historia.

ADHVC eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Lucas ait: *Volentes te videre.* Sequitur: *Et extendens manum in discipulos suos.* Marcus adiungit: *Et circunspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant.* Sequitur in Matthæo: *Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est.* Lucas verò ait: *Mater mea, & fratres mei, hi sunt qui verbum Dei audiunt, & faciunt.*

Cùm superiori narratione ex matre sua, & muliere laudata, occasionem acceperit beandi eos, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud: ita ex præsenti insidiosa, & maligna interrogatione cuiusdam hominis, qua Christo matrem suam, & fratres foris expectare obiecit, ansam sumpsit laudādi discipulos suos, & eos qui faciunt voluntatem Patris.

Etsi autem alio tempore contigerit hæc historia, vt constat ex Matthæo, & Marco: tamē, vt Augustinus annotauit, Lucas non tenuit ordinem historiæ, sed prœoccupauit eam narrando Luc. 8. cap. quæ ordine temporis prior erat: sed eo quòd esset præcedēti historiæ similis, illi coniuncta est à nobis.

Quid per Domini fratres intelligendū sit.

In eo quod prædicante Christo in domo mater eius, & fratres foris esse dicūtur, quid significetur. *2. Tim. 2.*

Mariam Virginem in eo quòd Christū prædicantem euocari mādauit (vt ei Hæretici impudenter obiectat) neque importunam, neque ambitiosam fuisse. *Caluinus. Lesius. Brentius.*

Vocat matrem, sanctissimam Virginem; fratres verò, cognatos, siue consanguineos. Dicūtur autem manere foras, nempe extra domum, in qua prædicabat, vt patet Matt. 12. Idcircò non erant culpandi in eo, quòd foris starent, nec ingrederētur. Et pulchrè dicuntur esse extra domum: quoniam Euangelij minister, & verbi Dei prædicator omnes affectus carnis, & sanguinis exuere debet, vt cum fructu animarum, & zelo honoris Dei rectè tractet verbum veritatis: habeat extra cor suum tanquam extra domum omnes carnis affectus, omnes seculi istius curas, vt totus incumbat verbo Dei, quod pluspuam totum hominem requirit.

Insurgunt Hæretici hoc loco; ait enim Caluinus in Harmonia Euangel. *Non dubiū est, quin in his verbis carpatur Mariæ importunitas. Et certè præposterè abrumpere cursum suæ doctrinæ tentabat.* Lesius verò non tantùm fratribus, sed & Mariæ peccatum ambitionis tribuit, quia vanam gloriam ex eius excellentia venabatur. Brentius porrò hom. 74. in Lucam procacius debacchatur: *est*, inquit, *vehementer inhonestum, & inciuile, publicè in magna hominum turba concionantem, & in graui argumento versantem, priuatorum negotiorum causa interpellare. Non possumus igitur hoc loco de matre, & cognatis Iesu aliter sentire, quàm quòd importuna sua euocatione leges publicæ honestatis violauerit: quia vt Ecclesiæ magni scriptores testificantur, arrogantia, & magna quadam animi elatione Iesum euocarūt.*

Mira huius hominis audacia, & impudentia.

Vide quanta autoritate, quasi ex tripode pronuntiet hic nebulo cōtra Dei matrem, quam alijs cognatis eius incredulis & carnalibus exæquat per omnia, ne sit benedicta inter, & super omnes mulieres quæ semper in Scripturis de fide laudatur, vt cognati, & fratres de incredulitate vituperantur: quos comites sibi Maria adiúxerat, vt Christo audito crederent, illique adhærerent. Non secus atque Ioannes Baptista, qui ex Herodis carcere discipulos suos misit ad Christum, non tam vt legatos audiendos, quàm vt ægros ad Christum medicum curandos. Scriptores verò illi Ecclesiastici, vnus est Chrysostomus, qui homil. 45. in Matthæum, ex impetu, & feruore dicendi, nonnihil illi tribuit ambitionis: in quo reuera vel excessit, vel glossa explicanda eius verba, videlicet Christum cohibuisse affectum ambitionis in matre, non qui verè ineſſet, sed quem alij illi infuisse putare potuissent: quomodo B. Thom. 3. p. qu. 27. articul. 4. ciuiliter excusat, & ex Hæreticis Caluinus in Harmon. & Zuingli. ante eum similiter ab eo vitio ambitionis matrem Dei tuentur. Et non opus est affingere importunitatem, aut ambitionem Mariæ, vel fratribus, cùm fortasse bono animo accesserint: & opportuniorem locum, quo commodiùs eum audire possent, quærebant. Vnde ne Christi verba vllum matris, aut fratrum cōtinent cōtemptum. Non enim dixit, *Abeas*, & dic mulieri huic, Quia mater mea non es: quic nec de matre sua pudefit, nec publicè eam pudefecit. Vnde Ambrosius in Lucam: *Ergo hic*, inquit, *non (vt quidam Hæretici tendiculas aucupantur) mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur*, & reliqua.

B. Ambr li. 8. in Lu. c. 3. to. 3.

Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, &c. Ipsi cognati, & propinqui misisse videntur, vt ait Marcus his verbis: *Et veniunt mater eius & fratres: & foris stantes miserunt ad eum, vocantes eum.* Turba autem impediebat quo minus possent accedere, vt Luc. cap. 8. testatur: fratres autem, quia non credebant in eum, vt dicitur Ioan. 7. & quia præter Iacobū, & Iudam, & Simonem, qui erant Apostoli, erant alij non Apostoli, vt Ioseph, qui manebant in Nazareth, vt traditur Matth. 13. & Marc. 6. de istis fortè, & de alijs fratribus consobrinis Christi loquitur Matt. qui ex desiderio audiendi eum, vt Matt. vel videndi, vt Luc. vel ex inuidia, vel ex superbia non expectarunt: maximè cum paullò antè enarret Marcus venisse ad eum suos familiares, & voluisse tenere eum, eo quòd dicerent ipsum in furorem versum esse. Maria autem prudentissima etsi adfuisset cum illis, non misit tamen nuntium, sed permisit eos facere.

Ioan. 19.

Mar. 3.

Ioan. 7.

De quibus Christi fratribus hic videatur esse sermo. *Mar. 3.*

Nuntius autem quo animo id Christo renūtiauerit, an simplici, an maligno, non satis constat. Ex aspero tamen Christi responso licet colligere, illum non satis syncero animo egisse. Volebat enim ostendere eum contemptibilem ex cognatis; vel impedire progressum prædicationis, vt Hieron. vult, vel fortassis, vt Autor oper. imperf. in Matth. ait, dæmon intelligens quòd se Christus filium Dei nominaret, voluit obscurare eius diuinitatē per renuntiationem carnalium parentum: quasi diceret; Quid gloriaris de cœlo descendisse, qui radices habes in terris? *Ecce mater tua, & fratres tui*: non potest esse Dei filius, quem homines genuerūt. Dicebas paullò ante: *Ecce plusquam Salomon hic, & ecce plusquam Ionas hic*; sed ecce mater tua, & fratres tui inglorij, & sine honore. Vel fortasis explorare volebat, an Christus, qui multa de odio parentum locutus fuerat, id opere præstaret, quod verbo, & propter carnem & sangui-

Quis animus fuerit hominis Christo prædicanti qui matris, & fratrum eius nūtiauit aduentum. *Autor oper. imp. in Matt. hom. 11. to. 2. oper. D. Chry. Hieron. to. 9.* Dæmonis in Christum liuor. *Matt. 12.*

Alter sensus.

nem opus prædicationis spirituale intermitteret. Christus autē hanc tentationem egregiè vicit, vincendamque nobis suo exemplo monstrauit: non quidem negando se matris filium, vel illorum fratrem; sed confitendo se habere Patrem in cœlis, & præferēdo carnis propinquitati cognationem eorum, qui voluntatem Dei faciunt; & non intermittendo opus prædicationis spirituale propter parentes.

Christi ad internuntium prudens & acuta responsio. *Hiero. hoc loco, tom 9. Chrysost.*

At ipse respondens dicenti sibi, ait. Ad nuntium insidiantē potiùs, vt testatur Hieron. & Chrysost. quàm ad fratres, vel matrem qui eum expectabant, locutus est: respondit ergo altè, & asperè, quia erat prope ianuam: *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* Non interrogat quasi erubescat cognationem carnis, qui dixit; Deliciæ meæ esse cum filijs hominum: & qui se frequenter filium hominis appellat, & qui, vt ait Paulus, non confunditur eos fratres appellare, neque ignorat matrem, quam vel in Cruce recognoscet, quamq; summo honore, amore & obedientia est prosecutus; sed tantùm ostendit, se aliam potiorem spiritus parentelam in cœlo habere, alias matres, alios fratres, & sorores spirituales. Declarat etiam, se ita agnoscere parentes in mundo, vt tamen Patrē habeat in cœlis, cùm quo mundum creauit: nam quòd illum hominem videbant, vestimentū erat deitatis, non natura. Simili ratione veluti offensus quòd auocaretur à negotio Patris, vt seruiret carnis cognationi, quasi reprehendens importunitatē, inquit; *Quid est quòd me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Semper ergo docet, parentibus ac consanguineis præponenda negotia spiritualia, & Patrem cœlestem plus matre terrena honorandum. Dixit etiā hoc propter populum, ne relinqueret eum, & quia postea suppetebat ei tempus colloquēdi cum fratribus.

Luc. 2.

III. ratio.

Christus in discipulos suos, cur manus extēdit.

Et extendens manu in discipulos suos, dixit. Ad maiorem assueverationem hoc dixit, vt ostenderet discipulos iuxta sedentes, auideq; combibēres doctrinam salutiferam: atque ita protensa manu veros consanguineos & cognatos esse ostendit, ad quos cœlestis hæreditas in præmium sit tradenda. Suscitatio peccatoris à mortuis, & euectio addignitatē fratrum, sororum, & matrum Christi; opus est dexteræ excelsi, donumq; eleemosynæ, quam larga Domini manus porrigit. Triplicis hoc loco fit mentio cognationis Christi: altera quidē est diuina, qua Christus filius est naturalis, & consubstantialis cælestis Patris; altera verò est corporea siue carnalis, per quam Iesus filius est Marię virginis vnigenit⁹ & primogenitus, ex qua propinquitate habet Christus fratres secundum carnem, id est, affines, & sanguine proximos. Tertia verò cognatio spiritualis erat, per quā dedit nobis potestatem filios Dei fieri: atq; ex hac consanguinitate habet etiam fratres, & cognatos secundùm spiritū participantes per gratiam diuinitatem Christi. Quemadmodum ergo generatio filij à Patre cœlesti in infinitū maior est, atque præstantior generatione Christi secundū humanitatem ex matre: ita cognati Christi, qui ad illum spectant ratione diuinitatis, excellentiorem & nobiliorē propinquitatis gradum habent, quam propinqui ex parte matris, qui eum sanguine attingunt. Et de hac tertia propinquitatis specie loquitur Dominus: Ecce mater mea, & fratres mei; nimirū qui ex aqua & Spiritu sancto sunt renati, & spiritu Dei ducuntur, & omnia postponūt Euangelio. ¶ *Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est.* Generali sententia qualis sit illa tertia species propinquitatis, explicauit Dominus illam contingere omnibus posse, qui Dei volūtatem faciunt: naturale enim est, vt libēter mater filij, & frater sororis, & soror fratris faciat voluntatem: ita qui spiritu Dei ductus voluntatem Dei rectissimam neq; difficilem aut intellectu, aut factu, nobisq; vtilissimā fecerit; loco fratris, sororis & matris à Christo habebitur. Et alludebat Christus ad fratres qui aderant, & ad sorores, quę matrem comitabātur: nec enim credibile est, illam solam, vel incomitatam venisse. Toti ergo cognationi secundū carnem, id est, matris, & sororum, & fratrum, præponit propinquitatem secundū spiritum: in qua sorores sunt incipientes omnes, quos vt teneros & delicatos diligit Christus, & maiori egent custodia: fratres autem, sunt proficientes, qui in via Dei progrediuntur, & fortiori animo voluntatem Dei perficiunt: matres verò, sunt perfecti quique qui Christum in animis credentium generant, qui matres, & non patres dicūtur; quia mater, vt generet, recipere solet; pater verò dare: vt notauit Hieronym. Quicunque ergo perfecti sunt in Christo, recipiunt semen verbi Dei, vnde alios generent, & dicant cum Apostolo: *Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Christus in nobis.* Quia enim maior est amor parentis ad filios, quàm filiorum ad parentes; volens Dns à nobis summè diligi, nō tantùm voluit secundū spiritum dici parēs noster, siue pater futuri seculi; sed etiam secundùm eundem spiritum filius, quem nos in alijs tanquam parentes generantes, vt rem

Ioan. 1.

Triplex Christi cognatio.

Facientes voluntatem Patris cœlestis, qua ratione sint eius mater, & soror & frater.

Infra 3. Rom. 8. Mar. 10.

Quàm facile hæc Christi consanguinitas, atque cognatio.

Christi matris virginitas pudor.

Sorores, fratres, & mater Christi quorum typum gerat, refellitur error.

Hiero. hoc loco, tom. 9.

Recipiūt quę semen verbi Dei, vnde alios parentes. *Gal. 4.*

Quare Christus patrem nos quoque suos fuit habere parentes. *Esa. 9.*

nostram amaremus. Qua in re mirificè laudauit Mariam virginem: quæ etsi secundùm carnem mater sit tantùm Christi, secūdùm spiritum tamen, & soror est, & frater & mater: imò non minùs secundùm spiritum mater omnium credentium, quàm Christi mater secundùm carnem. Et ita his verbis non solùm nihil detraxit matri; verùm etiam ei aliquid ampliùs attribuit. Sed dices, quosdam facere voluntatem Dei peccando, alios verò illi resistēdo mereri: nam vt Augustin. ait in Enchirid. cap. 101. Deus facit voluntatem suam per malas voluntates nostras; & Act. 4. refert Lucas Iudæos fecisse in Iesu, quæcunq; manus & consiliū Dei decreuerat, id est, mortem Christi, de qua est sermo. Videmus etiam immanissimū Turcam in Christianos irruere, in quo ille voluntatem Dei vlciscentis scelera nostra, exercet: nos autem ei occurrendo, & pro religione, & patria pugnando, benefacimus. Parentem etiam voluntate Dei morientem, filius, non absque merito, medicum, & medicinas quærendo, subleuare vult. Sed hæc omnia inde proueniūt, quòd ignota sit nobis Dei voluntas, qua nota, acquiescendū est, qui oramus quotidie; *Fiat voluntas tua*; & S. Dauid: *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.* Indicat autem nobis Deus à signis voluntatem suā, nempe operatione, permissione, consilio, præcepto & prohibitione. Operationis ergo volūtati, dum præsens est, debemus nec contradicere, nec resistere, sed conformes nos illi reddere. Omnia enim quæcunque voluit, Dominus fecit; & Salomon Sap. 11. *Quoniam tanquā momentum stateræ sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, qui descendit in terram,* &c. *Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur?* Dixi autem de præsenti: quia cum de futuro non constet nobis an Deus velit, possumus incendio, & hosti inuadēti, & infirmitati occurrere. Voluntati verò permissionis; quæ est de malo culpæ, quam Deus non facit, sed finit & permittit, cōformari minimè debemus, sed tum in nobis, tum in alijs, quantum possumus, peccatum vitare: quia *Vnicuique mandauit de proximo suo*: maximè verò, & ex officio debent pastores, & Reges peccatis publicis obuiam ire; & peccātes iusto supplicio punire. Voluntati verò cōsilij etsi maximè mereamur, si illi spōte acquiescamus, & illam amplectamur, si tamen illi non conformemur, non peccamus. Mēdicum aūt saltem consilia nō temnere, quia esset cōtemptus Dei, quasi malè, aut ignoranter consulentis: in qua re mirificè peccant Lutherani, qui non solū consilia non sequuntur, sed illa aspernantur, & confectantes illa traducunt. Postrema est voluntas præcepti, siue prohibitionis, qua Deus non præcipit & vult, nisi quæ bona sunt: neque prohibet nisi quæ non vult, & quæ nobis nouit pernicioſa esse: ideò præcepta facere debemus, & illis conformari, iuxta illud: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Erat autem voluntas Dei, vt omnes crederent in filium, & mādatis eius obtemperarent. Non debemus ergo facere voluntatem Dei permittentem, quam etiam dæmones, & reprobi faciunt: nec debemus id velle quod Deꝰ permittit, nisi & eodem modo & tine velis quo ille: nam & Iudæi quod Deus ad salutem nostram & mundi permisit, id est, mortem vnigeniti, voluerunt, ad obscurandam Christi gloriam ex inuidia & odio, quæ omnia Deus non vult, imò prohibuit ne fierent.

Quotuplici nomine Maria virgo sit mater Christi.

Cùm alij voluntatem dei faciētes peccent, alij verò illi resistēdo mereātur parētes quomodo Christi sint? *B. Aug. in Act. 4.*

Matt. 8. Psal. 142.

Vnde nobis innotescat voluntas Dei, vtque nos illi conformari debeamus.

Sap. 11.

Voluntati Dei enim resistere possimus? videbeamus.

Zach. 11. Pastorū, Regumque munus.

Voluntatem Dei non faciat qui quis sine peccato,

Instruimur ergo hoc loco: Si Christus matri renūtiauit, eum sibi matrem, fratrē, & sororem, dicendo, qui volūtatem Patris sui faceret, cur non & nos propter Christū possimus renūtiare parentibus nostris, vbi negotium salutis agitur? Non ita tamen, vt ait Ambrosius, vt obliuiscamur naturæ; sed vt potiùs naturæ honoremus autorem: non enim æquum est, tantam dignitatem, quanta est esse Dei fratrem, vel sororem & matrem, ob terrenorum parentū affectum amittere. Filius ergo aspirans ad perfectionem, siue ad religionem, vbi sibi obijcitur memoria parentū, aut fratrum; dicat, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Nobiles, qui laborant vt pompas nutriant, vel palatia fabricent, vel filias amplè collocēt, si desunt facultates, si tentantur ad vsuras, vel illicitos contractus faciendos; dicant, Qui sunt fratres mei, aut quæ sūt filiæ meę? Sacerdotes etiam & Episcopi, dum à parentibus rogantur, vt in filios eorum, siue seruos immeritos beneficia Ecclesiastica conferant; dicant: Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei, aut qui sunt serui mei? Iudices quoque, quorum est ius reddere litecontendentibus, dum à filijs, vel fratribus, vel vxore rogantur, vel etiam muneribus expugnantur, vt à recto iudicio declinent; constanter dicant: Qui sunt fratres mei, aut qui sunt filij mei? Idem dicat læsus iniuria, qui rogatus vt ignoscat, interpellatur à parentibus, ne quouis modo acquiescat, quòd sit in dedecus domus, vel familiæ, veniā dare; dicat intrepidè: Qui sunt fratres mei, & qui sunt cōsanguinei mei? Vtinam etiam Principes & Reges, quorum est vel Episcop. nominare, vel Magistratus con-

cum merito perficiat.

Cui verò voluntati Dei omninò sit obtemperandum.

Matt. 19. Ioan. 3. & alibi passim.

Quomodo facere Dei voluntatem debeamus.

Parentibus cur nobis renuntiādum, & quatenus.

B. Ambros.

quorum vox hæc Christi sit oportet: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei.

Reges ac Principes Christiani in honorum distributione, quid meritò cauebunt, si Dei voluntatem facere velint.

stituere, vel honores distribuere, non respiciant in eorum distributione ad carnem & sanguinem, aut ad importunas preces parentum, propter quod interdum indigni, siue inepti, aut saltem minùs idonei, omissis magis idoneis, præferũtur, & promouentur. Deinde instruimur, vt matres Christi efficiamur, Christum portando, & lactando, hoc est, verbum audiendo, & custodiendo. Portamus in ventre, quãdo fide concipimus: & vt solet esse molestum, & onerosum matri pondus ventris: ita nobis in principio grauis videtur Christus, sed paullatim sit iugũ suaue, & onus leue. Parimus autem Christum dilectione, & operibus bonis: & vt Iesus decem mensium spatium in vtero egit (nã à 25. Martij ad 25. Decemb. decem mensium partes attigit) ita nos seruando decalogum Legis, Christum in lucem edimus. Lactamus autem Christum vberibus, quando incipimus gustare illius dulcedinem, & bonitatem: nam tunc ille nostram fidem, & amorem gustat pro sua erga nos charitate. Sicque ad beatitudinem eius perueniemus, opera eiusdem Christi filij, ac parentis nostri secundum spiritum, qui cum Patre & Spiritu sancto beata fruitur immortalitate in æternis seculis, Amẽ.

Nos vt esse valeam⁹ matres Christi.

Matt.11.

Pariẽdi Christum quæ ratio, atque lactandi. *Exo.20.& se.*

TRACTATVS X.

In illa verba Lucæ 4. *Et venit Nazareth, vbi erat nutritus: & intrauit, secundum cõsuetudinem suam, die Sabbati in Synagogam: & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ Prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me,* &c.

ADuentum Domini in ciuitatem Nazareth, narratum à Luca, cap. 4. per anticipationem, vt ostenderet iustis de causis Dominum à visitanda patria sua abstinuisse; & ad priùs prædicandum, in alias ciuitates secessisse, Matthæus cum B. Marco ordinem tenens historiæ, narrat cõtigisse, postquam doctrinam suam in septem parabolis prope mare inchoatam tradidisset; quarum parabolarum expositionem in libro de parabolis explicandam seruamus. Quòd verò vnus & idem sit aductus in Nazareth, commemoratus à tribus Euangelistis, illud confirmat, quòd in omnibus referatur dixisse Dominũ, neminem Prophetam acceptum esse in patria sua. Et quia Luc cap. 4. dixit: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Ergo antequam Dominꝰ veniret Nazareth, iam clarum atque cõspicuum in edendis signis se reddiderat. Vnde fieri nequit, vt statim post debellatum Satanam à Domino in deserto, confestim illa historia acciderit, vt Lucas insinuare videtur. Idem etiam confirmat, quòd vt ait Marcus, egressus inde abijt in patriam suam: & sequebantur eum discipuli sui: igitur in hoc ingressu in Nazareth discipulos habebat. Cũ verò egressus est de deserto, superatis tentationibus dæmonis, necdum discipulos congregare cœperat.

Quod verò Marcus cap. 6. & Lucas cap. 8. inter parabolas illas, & aduentum in Nazareth, interponant transfretationem Domini in regionem Gerasenorum, quasi illo eodem die contigerit quo dictæ sunt parabolæ, deinde subijciant curationem dæmoniaci in illa regione; curationem item mulieris Hæmorrhoyssæ, ac resuscitationem filiæ Archisynagogi, non obstat, sed reuera omnia ista ante sermonem Domini in monte habitum contingerunt: ideò præcedentibus historijs nihil aliud subijciendum erat, quàm accessus Domini ad Nazarenos, quem Matthæus sermoni parabolarum sine aliquo medio adiunxit, quem Marcus post illas interpositas subdit, dicẽs: *Et egressus inde, venit in patriam suam*, per illam vocem Inde, significans Capharnaum, vbi verisimile est parabolas postremas à Domino dictas in domo. In describenda autem hac historia nõ tantùm Matthæus, qui breuiùs & distinctiùs, sed etiam alij duo Euangelistæ, qui fusiùs tractant hanc historiam, quædam addiderunt, quæ coniunctim explicanda sunt.

Ait ergo Matthæus: *Et factum est, cùm consummasset Iesus parabolas istas.* Ordo continuus rei gestæ videtur insinuari. Lucas autem huic historiæ præmittit. *Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam: & fama exijt per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in Synagogis eorum: & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus:* & reliq. Quæ quidem referẽda sunt ad illa omnia opera, quæ Christus post deuictum triumphatumq; Satanam, vsq; ad reditum in patriam est operatus. Cùm autẽ tentatus fuerit in Iudæa; eius abitum in Galilæam, regressum vocat, quia ex Galilæa venerat ad baptismum, ante quem nunquam dicitur de eo quòd in spiritu iret, vel quòd in spiritu duceretur: non quòd vnquam illi Spiritus sanctus abfuerit, à quo, vt Deo, Spiritus sanctus procedit; & in quo, vt homine iuncto Deo, erat plenitudo spiritus; sed non eò ire, ducive legitur, quoniam Iesus

Quando venerit Christ⁹ in Nazareth patriã suam, secundũ Matthæũ, & Marcum. *Matth.13. Mar.6.*

Lib.7.

Cuius ij tres Euangelistæ meminẽre, Christi aduẽtum in N. za

reth, effe... & eundo. *Luc.4.*

Matt. 8. quæ in nunc hi... storiæ ... bolis, ... pore ... runt illa

Matt.8.9.

Vnde C... stus eg... in N... uenit.

Christ... tana ... ad re... que N... facta ... rabilia. *Marc.1.*

Christ... tiones ... rint in ... profect... eius in ... læam, ... sum cu... minat Eu... gelista ... *Ioan.3. Esa.61.* C...

modo

Christus qua re dicitur regressus in virtute spiritus in Galilæam

Quam item ob causam fama de Christo ex illo memorata per vniuersam regionem illam. *Matth.3.*

Exod.34.

Orige. tom.2.

Christus cur in Synagogis frequenter prædicaret.

1.Cor.14.

Christus in Nazareth cur venit.

Christ⁹ quòd in Synagoga surrexit ad legẽdum, quid insinuauerit.

Act.13.

modo non se, sed vnumquemq; nostrum baptizatum agit: idque is facit, quod nos, qui in nomine ipsius baptizati sumus, facere possumus, & debemus, nempe in omnibus cogitationibus, actionibusque spiritu Dei agi.

Deinde dicitur fama exisse per vniuersam regionem de illo: vt ostendat, eos, qui spiritu Dei aguntur, & contempta propria fama, gloriam Dei quærunt, magnã famam & opinionem consequi apud omnes. Nam probitas lucem quãdam secum adfert, quæ homines, vel inuitos prodit: & non potest, ait Dominus, ciuitas abscondi supra montem posita: & sicut Sol, vbi primũ se mundo offert, latere non potest, cum à suis ipsius radijs prodatur: ita homines verè spirituales, qui ex ea, quam cum Deo habuerunt, consuetudine, plurimum lucis acceperunt, non possunt, etiamsi conentur maximè, in se illam abscondere: quemadmodum Moyses, cuius facies radiabat, etiamsi velamen super illam imponeret, splendor tamẽ eius etiam foras erumpebat. Origen. hom. 32. in Lucam. *Nunc magis*, inquit, *Iesus glorificatur ab omnibus, quàm illo tempore, quo tantum in vna prouincia cognoscebatur.* Tertiò describit Christum in Synagogis, ad quas certatim concurrebant Iudæi, maximè die Sabbati, vt edocerentur de diuina lege, & de venturo qui expectabatur Messia, solitũ prædicare: nam illo in loco doctiori cuiq; locus dicendi dabatur. Et cùm Christus diuinam illam, & prorsus cœlestem philosophiam depromeret, erat omnibus admirationi: vnde magnificabatur ab omnibus, adhucque quasi blandus erat Christus, nec tam durus increpator; & populus ad fastidium iam audierat Pharisæos.

Sequitur apud Lucam: *Et venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suã die Sabbati in Synagogam: & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esa. Prophetæ.* Cùm Dominus peragraret Galilæã, ne compatriotæ queri possent, quòd patriã & propinquos suos fastidisset, eo quoq; venit, vbi conceptus, non natus autem fuit Iesus, sed educatus ab eo tempore, quo regressus est ex Aegypto. Cùm ergo audisset alios de lege disserẽtes, surrexit & ipse, hoc gestu significans se quoq; spiritu afflatum habere quæ loqui vellet apud multitudinem: quem docendi morem ex institutione Pauli olim habebant Corinthij, vt scilicet vicissim audirent, & dicerent. Etsi fuisset alteri reuelatum aliquid, cedebat qui prior dixerat, & dabat locum successori. Et in actis Apostolicis legitur de Paulo & Barnaba: *Illi verò pertranseuntes Pergen, venerunt Antiochiam Pisidiæ: & ingressi Synagogam die Sabbatorum, sederunt. Post lectionem autem legis, & Prophetarum, miserunt Principes Synagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, Si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite.* Ita Christus in Synagoga surrexit ad legendum, ne esset suspecta doctrina, si occultè traderetur, & ne excusentur quòd non audierunt eum. *Datusq; est ei codex*; quod tunc ex more fiebat. Etsi verò Christus codice non egeret, cùm ipse codex esset, in quo erant omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi; accepit tamen, vt nobis studium sacræ lectionis cõmendaret, nec vereatur prædicator Euãgelicus habere ante oculos codicem, vt Christus & August. tract. 25. in Ioannem fecisse leguntur, ait enim: *Depositurus sum ego codicem istum: discessuri estis & vos vnusquisque ad sua.* Hæc ille. Ergo ex libro legebat: plus fidei enim damus lectis ex libro, quàm memoriter recitatis. Datus est autem non Talmud, aut alius liber, sed codex Esa. Prophetæ, non casu, sed diuina prouidẽtia ita disponẽte, vt in eo Propheta, qui maximæ erat autoritatis apud Iudæos, & qui cæteris omnibus apertiùs, & clariùs de Messiæ mysterijs locutus est, ita vt non tam vates, quàm Euãgelista dici possit, aduentum suum comprobaret. Per eundem Prophetam Philippus Euãgelista instruxit Eunuchum Candaces Reginæ: quẽ instructum, & credentem baptizauit. Eiusdem etiam Prophetæ testimonio præcursor Ioannes Baptista se, quis esset, prodidit, cùm dixit: *Ego vox clamãtis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias Propheta.*

Et vt reuoluit librum, inuenit locũ, vbi scriptum erat, Spiritus Domini super me. Cùm necessum esset, vt agnosceretur filius Dei, & Christus ille Iudæis promissus, vt per fidẽ in illum seruarentur; voluit vt Prophetæ ipsi, qui multis ante seculis illius aduẽtum prædixerant, etiam cùm aduenit, initium eius declarandi facerent. Locus autẽ quem protulit, capit. 61. habetur, & iuxta editionem Septuaginta productus est: qui magna facilitate exponi potest; quoniam quæcunque hic dicuntur, in Christo impleta esse, Euangelium testatur. Primò ergo ait: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me.* Quod ad Grammaticam spectat, ita est illa proposita clausula distinguenda: Spiritus Domini super me, eo quòd, vel propter quod vnxit me (id est, deputauit, & consecrauit) *ad euangelizãdum pauperibus misit me, vt mederer contritis corde*: quam rationem habent Hebræa, & Hieron. in Esa. ita interpretatur, & Theophyl. in Lucam scribit: *Quid autem scriptũ erat? Spiritus Domini super me, hoc*

Quare ad legendum surrexit.

Codicem ille cur sũpsit in manus dei sapientia. *Coloss.1.*

Aug. tom.9.

Cur traditus cur fuerit liber Esaiæ Prophetæ.

Act.8. Esaiæ de Messia perspicua testimonia. *Esa.53. Ioan.1.*

Esa.40.

Quo dei consilio factũ sit, Prophetæ vt de prædicti Messiæ, iam tãdem missi etiam initiũ declarandi facerent. *Deut.18.*

Illud; Spiritꝰ Domini super me, propter quod vnxit me, quomodo accipiendum ad literam. *Hiero. in Esa. c 61. 10 s. Theophyl.*

Christus ab Spiritu bis fuit vnctus, & quando. *Luc.1.*

Matt.3.

Qnib. rebus vnctio soleret adhiberi.

Gen.31.

Act.2.
Matt.3.

Olim vngerentur qui, & quare.

Messias Hebraicè, Christus Græcè, cur sic dictus Christus quia lis Sacerdos, Rex, & Propheta.
Mich.5.
Matt.2.

Psal.44.
Heb.1.
Quos vocet Dauid Christi consortes siue participes.
Spiritus sanctivnctio cur dicatur oleũ lætitiæ, seu exultationis.
1.Cor.4.

me, hoc est, consecrauit, constituit me vt euangelizarem pauperibus, hoc est, Gentibus, &c. Si ergo legatur: *Eo quòd*, vt Hebræa habent, verbum *Vnxit*, referendum est ad vnctionem, qua in vtero matris Dominus est vnctus, cùm diuina natura humanæ est vnita. Si autem legamus, propter quod, vt habent Septuaginta, verbum *Vnxit*, ad vnctionem, qua Christus à baptismo visibiliter est vnctus, id est, deputatus ad Euangelij prædicationem, quando descendit Spiritus sanctus super eum in specie colũbæ, referri debet: nam talis vnctio sub meritũ Christi cadere potuit: & quomodocunq; legatur, semper verbum *Vnxit*, vel *Misit*, coniungendum est cum sequentibus, non cum præcedentibus. Et metaphora vnctionis cum oleo, vel vnguento, spectabat ad ea, quæ Deo consecrabantur, templa, vasa, altaria, vt docet Moses instituens thymiama, Exod. 20. & ante eum Iacob, qui erigens lapidem in titulum, vnxit eum in consecrationem loci. Quemadmodũ autem Spiritus sanctus descendit super Apostolos in die Pentecostes, ita super Iesum Spiritus in specie colũbæ descendit in baptismo, & mansit super eum. Et vt olim Prophetæ, & nuntij Dei spiritu agebantur, ita & Iesus Dei Patris legatus est ad nos destinatus. Vngebantur autẽ de more olim Sacerdotes, Reges, & Prophetæ; qui vncti etiã propterea dicebantur, in typum Christi summa plenitudine spiritus vncti, qui ob id Messias Hebraicè, & Christus Græcè ab vnctione dicitur. Fuit autẽ Christus magnus sacerdos, qui solus potuit sua hostia & precatione peccatores Deo reconciliare: supremus rex Israel, siue Iudæorũ; quia eius est populum suum regere, & ad salutem eius pascere: solus valens omnes bonos præmio afficere, & vniuersos reprobos condigno supplicio punire. Fuit postremò insignis Propheta, qui Dei voluntatem explicauit, & legem sanctissimam tulit: cuius Prophetiæ, & Sacerdotij, & Regni participes efficiuntur quotquot Christo hærent. Nam scriptum est: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem; Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis:* consortes vocans Dauid homines, qui natura humana Christum attingunt, & in fide de spiritu eius trahunt: qui oleum lætitiæ dicitur, propter eius lenitatem, & quia vulnera nostra sanat, illuminatque tenebrosa corda nostra, & gustui dulces reddit Scripturas, & Christum ipsum, & Crucem eius, & reliqua omnia, quæ sine spiritu aspera prorsus essent, & amara. Serpit etiam paullatim, vt oleum, atque in omnes animi facultates se effundit. Dicitur & oleum lætitiæ, quòd ineffabili lætitia mentes credentiũ repleat, & pro Christo dura quęque, & extrema pati, glorioſum esse persuadeat. Vnde legimus in Actis, quòd *Ibant gaudentes* (Apostoli) *à conspectu cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

Act.5.

Euangelizare pauperibus misit me. Hi, pauperes spiritu, mites sunt atque mãsueti, quibus primũ Dominus euãgelizauit regnum cælorum. Hebręa enim vox Hanaijm, non solum pauperes, sed etiam mites, humiles, afflictos, & oppressos in sua significatione includit: quanquam Septuaginta verterint πτωχοὺς, hoc est, *Mendicis*, & Hieron. ex Hebræo vertit, mansuetis. Hoc testimonium euangelizandi pauperibus protulit Dominus, cùm duo ex discipulis Ioannis Baptist. ab eo missi interrogauerunt: *Tu es qui venturus es, &c.* & inter cætera illa signa quod ipse esset, posuit, quòd pauperes euangelizantur.

Pauperibus euangelizandi missus Christus nam. *Matth.* Hanaim brach. significat tenent. *Hieron. ca. 61.* *Matth.*

Cùm autem Euangelium propositum fuerit, vt prædicetur omni creaturæ: cur hoc dicit in Propheta, se missum ad euangelizandum pauperibus: perinde quasi ad diuites nihil pertineat Christi prædicatio? Respondetur, reuera ita esse: nam caussam diuitum quasi pro re desperata posuit Dominus, cùm dixit: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum.* Propter quod in sacra Scriptura diuites passim male audiunt: væ: & minæ illis intentantur; pauperes verò vbique Deo esse curæ memorantur: *Parcet*, inquit, *pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet: Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor: Edent pauperes, & saturabuntur, &, Oculi eius in pauperem respiciunt*, & similia multa. Homines verò diuitijs studentes, incumbentesque, toti affixi sunt terræ; cogitationes eorum, verba & facta terram sapiunt, & minus apti sunt Euangelio suscipiendo. Ideò cum prędicatio Euangelij promittitur, pauperum tantùm fit mẽtio: vnde frater Domini dixit: *Nónne Deus elegit Deus pauperes in hoc mundo diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se?*

Si Euangelium omnibus dicandum esset, non diceretur pauperibus euangelizandum. *Matth.* Pauperes quia male audiant Scriptura. *Luc.6.* *Psal.* *Psal.* *Psal.* *Psal.* Diuites male audiũt. *Iacob.5.*

Dices; Si pauperib⁹ regni æterni fit promissio, cur non potiùs diuites, quàm pauperes erant appellandi: cùm in æternum diuites sint futuri, isti autẽ ad momentum tantùm diuites sint, & paullò post æterna inopia laboraturi? Respondeo, Scripturæ sanctæ, appellationes dant pro vsu præsentis temporis, ideò eos, qui opibus abũdant, diuites: qui illis destituuntur, pauperes. *Diuites*, inquit Dauid, *eguerunt, & esurierũt: inquirentes autem Dominum, non minuentur*

Regni cœlestis cupidos fines diuitias pellere, quia pauperes minuere. *Psal.33.*

Pauperum felix, diuitum infelix conditio. *Ephes.5.*
Quid de ijs diuitibus sentiendum, qui diuitias suas cum pauperibus & egenis cõmunes efficiunt?

Quorum debitum pauperum Dominus exaudiat. *Psal.9.* *Luc.6.*

Christus quos venerit sanare contritos corde. *Psal.50.* *Psal.146.*

Verba Domini qualia, teste Ieremia. *Ierem.23.* Idem quam prædicauit captiuis remissionem, & quibus. *Zach.12.*

Mulier quã alligauit Satanas decem & octo annis à Christo soluta, quorum typus fuerit. *Luc.13.* *Supra 11.* *Ioan.8.* *Ibid.* *Rom.6.*

omni bono. Sed quid infelicius, quàm in maximis opibus semper esurire? Quid contrà beatius, quàm in summa inopia omnibus bonis abundare? Hæc dicta sint de diuitib. huius seculi, quos Paulus ita vocat, quorum studium simulachrorum cultum appellat. Quòd si qui sint diuites, qui diuitias ad omne bonum opus instrumenta faciũt, & tanquam res Dei, non suas, vt fideles dispensatores in pauperes distribuunt, ij proculdubiò diuites Euangelici sunt, non huius seculi: isti terrenis bonis minimè afficiuntur, quæ maximo ac singulari ad æternam comparandam salutem prædicantur esse impedimento. Isti ergo etsi multa possideant, pauperes sunt, nihil sibi habere videntur, neque his rebus diuites se esse arbitrãtur, sed cœlestes diuitias appetentes, quã pauperes sint, agnoscunt. Item qui bonis operibus se pauperes vident, etsi multa bona operentur, agnoscunt tamen paupertatem suam, & quid debeant, vident. De his dicitur: *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus*, dabuntur enim æternæ diuitiæ pauperibus his, qui non habent consolationem suam in diuitijs huius mundi.

Sequitur: *Sanare contritos corde.* Eos vocat contritos corde, quos ex animo peccasse, ac Deum offendisse pœnitet, de quibus: *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies*, & in alio loco: *Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.* Cùm enim prędicaretur aduentus regni Dei, deterrebantur conscij peccatorum suorum, & timebant Deum: his annuntiatur, scilicet sanatio, sicut non timentibus annuntiatur illa, vt timeant etiam ipsi, & sanentur. Nam verba Domini sunt quasi ignis; & quasi malleus conterens petram: vt inquit Ieremias: *Prædicare captiuis remissionẽ*, siue, vt Hebræa vox habet, libertatem. Illis scilicet, qui apud Limbum captiui sedebant, qui diaboli vinculis, ac peccatorum carceribus inclusi tenebantur: de qua Zacharias: *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua*: Deinde Iudæis præsentibus, qui legis prædicationi malè subiecti erant: & Gentibus, quæ ab idolis captiuatæ, malè illis seruiebant: figuratæ in illa muliere, quam alligauit Satanas per decem & octo annos, & soluit Christus in die Sabbati, & in illis spolijs, quæ fortior ab armato forti sustulit. Hanc captiuitatem, qua tenebantur à Satana Iudæi non intelligentes, audierunt à Domino: *Qui facit peccatum seruus est peccati*: &, *Si vos Filius liberauerit, verè liberi eritis*, & Paulus, *Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ.* Remissionem ergo peccatorum, & liberationem prædicauit Dominus, & contulit illam vtrique paralytico, & peccatrici. Et Zacharias vaticinatus est de hac redemptione, siue libertate, cùm dixit: *Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi*: & iterum de filio, *Præibis enim ante faciem Domini, &c. Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.*

Luc.7. *Supra.* *Ibid.*

Et cæcis visum. Hieronym. apud Esai. habet: *Et clausis apertionem*: siue iuxta Hebræã literã: *His qui vincti sunt, carceris apertionem.* Humanum enim genus cæco errorum carcere detinebatur: venit autem lux Euangelica, vt illucesceret, vt Zacharias ait, *His qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent*: & Esaias in alio loco: *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis*: & rursus alibi alludens ad hunc carcerem ait: *Dedite in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas: Vt diceres his qui vincti sunt, Exite, & his qui in tenebris, Reuelamini.* Hãc carceris apertionem Septuaginta verterunt, Cæcis visum: quam & lectionem secutus est Christus, & addidit, maioris expressionis gratia: *Dimittere confractos in remissionem*, vt Lucas testatur. Cæci, vocantur peccatores omnes, quos Christus lux mundi illuminare venit, sed præcipuè Gentes, de quibus Apostolus ait: *Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino.* Confractos vocat, metaphora sumpta ab illis, qui confracta ossa habent, id est, vires animæ debilitatas, & ad bonum imminutas: sicut ille, qui cecidit super petram, hoc est, illi, qui laborabant in seruanda lege, & fractos intelligebant se, & ita remissionem optabant; vel qui se de peccato in peccatum corruere, & omnibus membris ad bene operandum destitui intelligebant, & qui precari poterant: *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea*: quos Dominus refrigerauit, & consolatus est, dixit enim: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos.* Ideò paralytici, & manus aridæ in Euangelio curantur à Domino, in signum curationis eorum, qui in spiritu agnoscunt se confractos, & se Messia medico egere.

Cæcis visũ, seu clausis apertionem quam Christus prędicauit. *Esai 61.* *Luc.1.* *Esai 9.* *Infra 49.*

Cæcis visum quibus reddidit Christus. *Ioan. 8. & 9.* *Ephes.5.* Idem verò contractos quos dimisit in remissionem.

Prædicare annum Domini acceptum, siue, *annum piæ voluntatis Domini*, hoc est, prædicare verum annum Iubilæi, quo gratis offertur libertas, & sanitas, & salus his, qui se per fidem, & mansuetudinem dociles atq; sanabiles Deo exhibent. Vocatur autem ille annus Deo acceptus, quia Deo placuit in eo instaurare omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt: qui quidem annus veri

Psal.6.

Matth.11. Paralysis, manusque aridę curatione quid Dominus præsignabat. *Matt.9.* Annum Domini acceptum quem Christus prædicauit. *Colos.2.* Annus cur ille dicitur, Domino acceptus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.6. Esai.49. lubilæi, & placationis adhuc nobis viget, iuxta verbum Pauli: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Non est ergo, quod tam pretioso tempore, vel anno abutamur, cùm gratis offeratur remissio peccatorum; & in quo promissus erat Spiritus Domini in omnes, ita vt velut mare omnes impleret: cœlumque apertum est, vt nulli ingredi volenti aditus denegetur.

Ioel.2. Esa.11. *Et diem retributionis.* Vel idem est dies retributionis, qui annus acceptus, quia retribuere in Scripturis more Hebræo, tribuere significat, vt illud: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* id est, Quid tribuam pro his, quæ gratis, & clementer donauit? Ita etiam dicitur: *Retribue seruo tuo, & viuificabo me,* &c. Idem est ergo dies retributionis, ac, dies donationis, siue indulgentiæ. Et tempus aduentus Messiæ quibusdam est annus, quos longo tempore ad pœnitentiam expectat, quia vocati procrastinant, & tardè tandem cõuertuntur: quibusdam verò dies est (vt latroni in Cruce) qui quamprimum vocantur, vel hora prima diei, vel hora tertia, vocationi respondent, & fide pœnitentiam amplectuntur. Iuxta Hebraicam verò literam Hieronymus Esai.61. vertit: *Et diem vltionis Deo nostro.* Neque hæc litera prædicto sensui repugnat, si per vltionem intelligas vindictam, quam Deus fecit de peccatis, & dæmonibus, capitalissimis hostibus suis, quorum virtutem, & robur, in sanguine, & obedientia Christi debellauit, sumpsitque vindictam: siue per vltionem intelligas commutationem omnium peccatorum in iustitiæ & pietatis cultores, qui cùm priùs hostes Dei essent, per sanguinem Christi reconciliati, & pacificati, in amicitiamq; Dei restituti: qui cùm peccatis resistant, admissasque iniquitates dolore & fletibus diluãt, dæmonesque oderint, & illis aduersentur, Deus per ipsos vltionem sumit de inimicis suis. De hoc anno, vel die retributionis pulchrè prædixit Esaias cap. 63. Dies enim vltionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit: vbi vltionis annũ cum redemptionis tempore coniunxit. Non est verò aspernandus alter sensus, quo per diem retributionis intelligimus, diem iudicij instare his, qui annũ acceptabilem repellunt. Dabũt enim grauissimas pœnas, qui remissionem peccatorum accipere noluerunt: vt etiam hoc terrore iudicij peccatores ad pœnitentiam agendam, & annum Domini placabilem agnoscendum reuocentur. Est etiam annus retributionis iustis, qui bene egerunt: nam cœlum apertũ fuit per Christum, & merces siue retributio æternæ vitæ exhiberi cœpta. Et huc vsque recitauit Lucas Esaiæ locum. Et credendum videtur, Dominum totum illum Esaiæ contextum, qui ad Christum pertinet, legisse.

Quis dies retributionis ille sit, quem ille prædicauit. Psal.115. Psal.118. Ille dies instat cuius anni sit. Luc.23. Matt.20. Hæc lectio Hieronymi explicatur: Et diem vltionis Deo nostro. Coloss.2. Alter sensus. Coloss.1. & Rom.4. & 1.Cor.1. & alibi. Annus retributionis & peccatorib⁹ est, & iustis qualis.

Sequitur enim: *Vt consolarer omnes lugentes: Vt ponerem fortitudinem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum. Et ædificabunt deserta à seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, dissipatas in generationem, & in generationem,* &c. Vbi prædicit fructus, quos Ecclesia productura erat, & Christianos futuros quasi plantas, quas Dominus, vt fructum ferrent, posuit in Ecclesia, tanquam in horto voluptatis, vt homines inde glorificarent Patrem, qui est in cœlis. Sunt & reparatores collapsi orbis, instaurantes ruinas eius, quæ tam in Iudæis, quam in Gentibus à generatione in generationẽ contigerunt. Prædicit deinde metaphoricè, assumendas Gentes in Ecclesia ad docendum, ait enim: *Et stabunt alieni, & pascẽt pecora vestra: & filij peregrinorum agricolæ, & vinitores vestri erunt,* & quæ sequuntur.

Ecclesiæ ædificatio vaticinat. Esaiæ.

Subiungit Lucas: *Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit.* Rectè dicitur plicuisse librum, quẽ superiùs dixit reuoluisse, siue vt Græcè dicitur explicuisse, neque vsus fuit verbo aperiendi, & claudendi, alludens ad morem gentis Hebrææ, quæ adhuc in oblongis mẽbranis, quæ conuoluũtur ad lignum quoddam, legem scriptam habent. Cum ergo legendum erat, oportebat explicare volumen: & peracta lectione, rursus complicare: atque ex illa consuetudine libri sacri volumina appellata sunt: vnde illud, In volumine libri scriptũ est de me, id est, in lege Mosis. Fuit etiam olim ethnicis hic vsus voluminum multus, quod Prouerbium illud indicat: Ad vmbilicum librum perducere: erat enim vmbilicus lignum illud, circa quod rotabatur membrana, siue volumen. Dicitur autem Dominus, tradito ministro libro, resedisse; nam dum legeret, steterat, ob reuerentiam diuinarum Scripturarum quemadmodum hodie Euangelium dum canitur in Ecclesia, à stantibus, & detecto capite auditur, in quibusdam etiam prouintijs in principio sermonis omnes Euangelium ex ore prædicatoris primo loco propositum stantes audiunt; vbi verò incipit interpretari, sedent. *Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum.* Ex sola lectione conuertit in se totius Synagogæ oculos. Nam attentè legebat, & cum affectu, qui affectus in audientium etiam animos videtur penetrasse, &

Quidã quod Christus dicplicuisse librum.

Literæ volumẽ cur dic.

Psal.39

Iesum legere Esaiæ

Omnũ Synagogæ cur intendere Iesum

Act.8. Quomodo legendum, & audiendum quæ verbum Dei, exemplo Christi.

hoc idem vsu eueniret ijs, qui ex Euangelio, aut Pauli epistolis, aut alijs sacris libris in Ecclesia legunt, si ea quæ legunt, ipsi obseruarent, atque ex animo legerent, essetq; illa lectio concionis loco. Sed tantùm abest vt id plerique faciant, vt illud etiam his dici possit, quod Philippus Eunucho dixit: *Putas ne intelligis quæ legis?* quin & multi ne emendatè quidem legere sciunt: qui intolerabiles sunt abusus, & absurdissimi. Hodie autem sic comparatum apud homines est, vt dum proponitur verbum Dei, vix centesimus quisq; attendat quid, sed quis, & quomodò dicat, non intendendo in Iesum, cuius verba se audire, intelligere conueniebat, sed in hominem. Qui autem ex Deo est, verbum Dei audit, à quocunq; tandem, vel quomodocunque dicatur. *Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris.* Vide, quæso, Domini modestiam: non dixit, Hic ego sum, quem audiuistis in Esaia loquentem, ne videretur se se iactare: verùm quia opus erat, vt aliquando agnosceretur, & in eum crederetur, vsus est verbis quidem minùs apertis, sed quæ tamẽ idem significarent, & suo tempore intelligerentur: nam si rem aperte dixisset, cum nondum essent capaces, offensi fuissent potius quàm eruditi. Suo ergo exemplo nos instruxit, vt disponamus sermones nostros cum iudicio: neq; enim satis est, si res, de qua verba facturi sumus, sit suapte natura bona; sed videndum, si & temporis, & audientium ratio postulet, vt dicatur. Nam ob hanc caussam aiebat Dauid, se siluisse etiam à bonis, metuens ne & illa in calũniam raperentur ab aduersarijs. Omne enim verbum, etsi bonum, bene tamen non dicitur, nisi ad ædificationem fidei fiat, vt det gratiam audientibus, & Spiritum sanctum Dei non contristet.

Luc.2. Cur & Christus non plaudentibus eũ esse dixerit, de quo Esaias prædixerat, verũ & falsa.

Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius. Comprobantes veram esse Prophetię applicationem: erantque isti illi pauperes, quibus tunc Euangelizabat; & contriti illi siue cæci, qui sanitatem & visum recipere meruerunt. Omnes intellige, id est, pleriq;, quia mox subdit, quosdam in eo scandalizatos, vt referunt Matthæus & Marcus. Generabat verò eius oratio admirationẽ, quæ teste Cicer. in oratore, summa est dicentis gratiã & laus. Admirabantur, cum non dicerit, idque Deo imputabant, aut dæmoni: *Quomodo,* inquiunt, *hic literas scit, cum non didicerit?* Erant autem verba Iesu sale diuinæ gratiæ condita, & prudentiæ plena, & auditoribus accommodata, & magna animorum ad se trahendorum siti, magnęque charitatis ardore prolata. Erant præterea diuina & inculpata vita coniuncta, tantaq; vultus & oris dignitate, signorumque magnitudine confirmata, vt meritò auditores non maleuolos, aut malè affectos facilè raperent, atq; inflammarent, in alios; prorsus transformarent. Omnes itaque concionatores verbi Dei seriò, & instanter postulent portionem eius gratiæ aliquam sibi à Deo donari, vt ad ædificationem & fructũ prædicare valeãt: imò potiùs dent operam, vt Christus ipse linguam eorum soluat, & per eos tanquam organa sua Euangelizare velit, exemplo illius magni Pauli, qui dixit: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Ipsi ergo Christo, tùm per se, tum per Apostolos, tum per omnes verbi Dei legitimos ministros ad fidei ædificationem, & morum, institutionem loquẽti, cũ Patre, & Spiritu sancto adscribatur omnis laus, gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Altera caussa eorum admirationis, à tribus.

Concionatores, tales vt verè sint, à Christo quid petere debeant. 2.Cor.vlt.

TRACTATVS XI.

Tract.39.

In illa verba Matth.31. *Et veniens in patriam suam, docebat eos in Synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent, Vnde huic sapientia hæc, et virtutes? Nonne hic est fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria? & fratres eius,* &c.

MIrũ nulli esse debet, si quæ alios docemus, variè accipiantur ab auditoribus: & alij quidem admirentur, & ad cœlum vsque afferant, alij verò cum risu & cachinnis quali mera deliramenta suscipiant: nam & hoc Christo Dño contigit, quemadmodum Paulo Athenis resurrectionem mortuorum prædicanti, quidam quidem crediderũt, quidam verò calumniati sunt, dicentes: *Quid vult semini verbius hic dicere.* Fortassis autem hoc loco ijdem ipsi erant, qui probabant sermonem eius, & mirabantur, nec tamen de illo, vt debebant, conuenienter sentiebant. Offendebat enim eos generis, & familiæ humilitas: nõ ignota etiam vtriusq; parentis, affinium, & propinquorum tenuitas, non nihil autoritatẽ cœlestis doctrinæ minuebat. Viderant etiam, eum nihil aliud didicisse, quam artem patris fabrilem, nec vnquam triuisse scholas Pharisæorum, & legisperitorum: demirabantur vnde tanta cum autoritate facũdia, vnde testimonia Prophetarum tam sapienter produceret.

Non eadem semper auditorum verbi Dei dispositio, quin & sæpè contraria: & vnde hoc perspici possit. Act.17. & seq.

Porrò hanc historiam paullò latiùs Marcus narrat his verbis, cap.6. *Et facto Sabbato*

Mar.6.

cœpit in Synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph, & Simonis? Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Obscuritatem generis Christo obijciebãt, atque ob eam offensi impediebantur, quo minus in eius doctrina proficerent. Vides quantũ mali adfert illa opinio, quod opes, & externus iste splendor aliquid sit, neque vnquam vel cõmunem originem cogitare, communemq; exitum, vel vbi vera dignitas, verus honor, veraq; sit ista gloria, nó consideremus. *Nam omnes ex vno patre profecti sumus, oẽs æquè nudi ex vtero matris fundimur, & insimiliter factam decidimus terram, omnes eundem mortis exitum expectamus. Nihil*, inquit Apostolus, *intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus.* Offendebantur in ea re, quæ nullius esse deberet momenti, neq; obseruabant diuinam virtutem, quæ in eo ex admiranda doctrina, stupendisque factis spectabatur, quod & hodie frequenter accidit. Hominẽ enim in honore positum, & splendidum suspiciunt, & admirantur, etiamsi sit auarus, crudelis, omniq; vitio obsessus: alium verò summa vi ac virtute prædituũ, si pauper sit, despiciunt. Quod vir quidam sapiens indignatus, aiebat: *Locutus est pauper sensate, & nõ est datus ei locus. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbũ illius vsq; ad nubes perducẽt. Pauper locutus est, et dicunt, Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.* ¶ *Vnde huic sapientia hæc, & virtutes?* Mirantur de sapiẽtia, quam in scholis, & à præceptoribus nunquam didicerat, qua Scripturarum sensa recondita depromebat, qua ora aduersariorũ obturabat. Mirabantur etiam de virtutibus, id est, de signis, siue miraculis, quæ effecta sũt virtutis Dei, id est, summæ eius potentiæ. Et ita accipitur per metonymiam nomen causſæ pro nomine effectus. Non loquitur hic de virtutibus moralib. quæ & ipse quoque fortem, ac potentem reddũt animam: & idcircò Marc. addit: *Et virtutes quæ per manus eius efficiuntur.* Hæc autem admiratio ex ignoratione diuinitatis in eo latentis, & vnctionis sancti Spiritus proficiscebatur. Et quia defectiua est locutio vt notat Euth. sicut dicitur: *Vnde huic sapiẽtia hæc?* ita supplẽdum, vnde huic hæ virtutes? Nec erat iusta ratio admirationis: nam solet Deus pro sua bonitate susciture à terra inopem, & de sterc ore erigere pauperẽ, vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Ipse olim elegit pastores, quos summa sapiẽtia, & potestate edendi signa exornauit, vt Mosem. Nonne de Dauid scriptum est? *Sustulit eum de gregibus ouium: de post fœtantes accepit eũ, pascere Iacob seruum suum, & Israël hæreditatem suam.* Helias, atq; Helisęus agricolæ, & Amos pastor, non magno, neq; illustri loco nati, ad munus Propheticũ exercendũ, quod summa cum sapientia est coniunctum, & ad signa edenda quidam ex eis, & etiã ad mortuos suscitandos vocati sunt. Si ergo vel micã rationis habuissent Iudæi, non erat quod de Christo obscuro loco nato, vt ipsi putabant, mirarentur, si ad tantũ sapientiæ gradum, & operum diuinorum fastigium conscendisset. *Nonne hic est fabri filius?* Marc. ait: *Nonne hic est faber?* & vtrũq; verisimile est illos dixisse. Ecce quam destitutus erat Iesus omnibus rebus humanis, & sola virtute diuina, quæ in doctrina, & miraculis se exerebat, nitebatur: ars, mater, propinqui, & patria contemnenda. Sicut de Saule dicebant: *Num saluare nos poterit iste?* & despexerunt eum: & de Dauid quoq; dicebant: *Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Isai?* Cùm tamen Deus humilia respiciat, & alta à longè cognoscat.

Illud tamẽ annotauit Orig. nullibi Christum vocari fabrum, siue fabri filiũ ex sensu Euangelistæ, bene autem ex sententia, & calumnia vulgi. Hoc dictum Orig. alijs cogitandum relinquo, an verũ sit: nihil enim refert, dum apud parentes hæsit, si interdũ Ioseph laborantem in arte sua adiuuaret, vt inde fabri nomen acceperit. Faber dicitur Græcè Τέκτων: quæ vox, teste Suida, ad fabros tam lapidarios, quã lignarios extenditur: alij etiam ex nostris ad fabros ferrarios extendunt. Nam B. Hilarius & Beda fabrũ ferrarium faciunt. Ille quidem Can. 14. in Matt. dicens: *Planè hic fabri erat filius ferrum igne vincẽtis, omnem seculi virtutem iudicio decoquentis, massamq; formantis in omne opus vtilitatis humanæ:* Hic verò li. 2. in Mar. *Nã etsi humana*, inquit, *nõ sint comparanda diuinis: typus tamen integer est, quia pater Christi igne operatur, & spiritu. Vnde & de ipso tanquam de fabri filio Præcursor suus ait: Ipse vos baptizabit in Spiritu S. & igni: quia vasa ira, sui spiritus igne molliendo, in misericordiæ vasa commutat.* B. Thom. in Matthæum, Iosephum artẽ exercuisse lignariam, & non ferrariam tradit: quod non solùm testantur picturæ Ecclesiasticæ, & singularis fabrorum lignariorũ pietas, ac deuotio ad colendum & honorandum hunc sanctum, & liber de infantia Saluatoris (si quę tamen fides huic libro est habenda.) Quibus accedunt etiam Chrysin c. 1. Matt. & Aug. in ser. de Nat. Dom. & Amb. ser. 16. de Nati. Dñi. Verũ etiam illud præci-

Psal. 77.
1. Reg. 17.
Quos olim de infimis assumptos euexit Deus.
Infra 19.
Amos. 1.
Iudæorum magna insipientia.
Christi paupertas quanta.
Mar. 6.
Christi sapientiæ quæ & potentia
1. Reg. 16.
2. Reg. 12.
Psal. 138.
Origen. hom. 1. contra Celsum. 2.
Quam conuenienter Ioseph beatæ Virgini sponsus.
Τέκτων Græcè quid *Suidas.*
Prima opinio quidam est Hilarij, Bedæ Ferrarabilis.
Beda tom.
Deus Pater igne operatur, & Spiritu.
Matth. Rom. 2. Tim. 2.
Secunda opinio.
B. Thom. in cap. 13. Matth.
Illa quibusdam nititur testimonijs, ac fulcitur.

puè com-

Nazarei cur nihil in doctrina Christi proficerẽt *Sap. 7.*
Omnium hominum par, & æqua conditio.
1. Tim. 6.
Qua in re similes Christiani, Nazaræis meritò videantur.
Eccle. 13.
Pauperũ sapientũ apud vulgus misera conditio.
Mira Christi sapientia, & virtutes.
Nazaræorũ de Iesu sapiẽtia & virtutibus vnde ignoratio veniebat.
Euthym. c. 13. in Mar.
1. Reg. 2. & Psal. 112.
Cur minimè illi mirari debebant.
Matth 10.
Exo. 7. & seq.

puè comprobat, quod vbi vox fabri pro eo qui operatur in ferro, vel ære ponitur, semper ferè in Scriptura exprimitur addendo ferrarius. Vnde Genes. 4. *Tubal-cain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri*, quæ Græcè sic habẽt. Καὶ ἦν σφυροκόπος καὶ χαλκεὺς χαλκῶ καὶ σιδήρω. Simile quid obseruaui. 1. Reg. 13. 2. Paralip. 24. Esa. 44. & 54. Vbi verò faber est absolutè dictus, pro eo, qui lignum tractat, accipitur. Vnde Eccles. 38. *Omnis faber & architectus, qui noctem tanquam diem transigit, qui sculpit signaculo sculptilia.* Vbi Græca habent τέκτων, καὶ ἀρχιτέκτων. Et fabri lignarij est sculpere scalpello sculptilia in ligno. Et ne fortè acciperes pro fabro ferrario, subiungit: *Sic faber ferrarius* (Græcè χαλκεὺς) *sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri.* Sicut Esa. 50. *Ecce creaui fabrum sufflantem in igne prunas*, Septuaginta interpretes habent ἐγὼ κτησάμην χαλκεῖς φυσῶν ἐν πυρὶ ἄνθρακας. Et Sap. 13. Cùm irrisisset Salomon eos, qui colunt opera manuum hominum, aurum, aut argentum, aut lapidẽ inutilem, opus manus antiquę, subdit de fabro lignario: *Aut si quis artifex faber de silua lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem:* Græca habent ὑλοτόμος τέκτων. His adde vnum ex Hesiodi interpretibus, tractantem illa verba: Καὶ κεκμηὼς, κεκμηότι πρέπει, καὶ τέκτονι τέκτων, id est, Figulus figulo irascitur, & faber lignarius fabro lignario, scribit: Τέκτων δ' ἄρμα, ἀνὴρ δομεύς, καὶ ναυπηγὸς, καὶ ἁπλῶς λέγεται πᾶς ὁπόσοιν διακείρομεν ἁρμονίδας σανίδων ξύλων. Hoc est: *Faber lignorũ, structor domorum, fabricatorq; nauium est, & simpliciter dicitur quicunque aliquo modo est peritus operis lignea fabricandi.* Et Ioan. Gramatic. sub initium primi lib. Posterio. *Detecto ne*, inquit, *quemadmodũ τέκτων, hoc est, faber lignarius, rectum lignum à curuo dijudicat, amussi, vel rubrica vsus*, &c. Quod verò Suidas ad lapicidam extenderit hanc vocem, non propriè, sed καταχρηστικῶς, hoc est, abusiue intellexit: nam propriè lapicida, λατόμος dicitur, & ars incidẽdi lapides, λατόμια, & λαξός, & λιθοξός, ab expoliendis lapidibus appellatur: Sicut propriè τεκτονικὴ, id est, ars, & τεκτονικὸς, & τέκτων simpliciter, peritus artifex lignea opera fabricandi dicitur. Idcircò mirandum est quod Erasmus in suis annotationibus Laurentium Vallam notare voluerit, quod τέκτονα putauerit fabrum lignarium significare. Iustin. martyr in dialogo contra Tryphonem habet: *Et cum ad Ioannem veniisset Iesus, & Ioseph fabri lignarij filius haberetur, informis videlicet, quem admodum Scripturæ annuntiauerant apparens, faberq; adeò & ipse putaretur esse fabrilia namq; cum in hominibus esset faciebat opera, aratra, & iuga conficiens.*

Fabri lignarij proprium
Faber lignorum quorũ ille autor operum sit.
Ioan. Gram.
Suidas. Λατόμος, & λαξεύειν, quæ propriè
Contra Erasmum Rotherodamum.
Iustin martyr tom. 2.

Sed ad rẽ: non est dedignatus Filius Dei ad tam humilem artem se nostri causſa demittere, vt filiũ se à Deo missum ostẽderet eius cui dictum est: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, & vt cõsolaretur eos, qui ex manuum labore victum quæritant. Sed illud est omnino deplorandum, & lacrymis viuis prosequẽdum, homines qui eius fidem profitentur, tãtum ab illius imitatione abhorrere quem colũt, vt eos solum magnos arbitrentur, qui nihil agunt, otioſiq́ue tota die hac atq; illac discurrunt, iocis ac lusibus vacantes: remq; ignominiæ plenam existiment, si homines in artem aliquã, vnde honestè possint viuere, incumbant. Sed tantã superbiam atq; elationem ex summis ignorantiæ tenebris profectam puniet suo tempore Deus. Quadrat etiam hoc artificium Christo, qui ex Cruce sua arcam à diluuio peccati seruantem, vt alter Noë fabricatus est, & scalas nobis cõstruxit longe maiores illis, quas vidit Iacob dormiens, quibus ad cœlum pateret ascensus. Rectè etiã illi quadrat nomen fabri, quia fabricatus est auroram, & Solem, & parat nobis æternas mansiones in cœlo. Quanquam sit faber quidẽ generalis in omni materia operans, id est, in ferro, lapide, ligno, auro, & argẽto. Et quosdam ferro duriores, prorsusque in peccato obduratos suo spiritu emollit, suaq; lucis, & caloris participes reddit. In lapide operatus est, Gentiles saxa colentes, ad fidem cõuertendo, & vt fabricæ cœlestis Ierusalem congruant, expoliẽdo. In ligno verò, quod magis est tractabile, operatur Filius Dei, hoc est, in his, qui fidem habent in Deũ, nec longè absunt à regno eius. In auro verò & argento, quæ pretiosa sunt metalla, iusti, atque perfecti designãtur: conditq́; in honorem vasa aurea, & argentea, in quibus splendeat tanti fabri sapientia, & fiant accommoda vsibus domini, & ad omne opus bonum parata.

Nonne mater eius dicitur Maria? & fratres eius, &c. Contemptim de beata matre loquuntur: sed eadem lingua qua Christum filiũ despiciebant, despicatui habebant & matrem: neq; mirũ, si ignorato fructu, ignorabãt etiam arborem, quæ illum protulerat. Verùm vbi Iesus cognitus est, confestim inclaruit & mater. Fratres autem quatuor nominat: primo loco Iacobum, qui ab Apostolo ad Gal. 1. dicitur frater Domini: non ergo erat Iacobus Ioannis frater, isti enim erant filij Zebedæi, hic autẽ erat filius Alphæi. Secũdus, est Ioseph, qui inter Apostol. nó fuit, eius tamẽ facta est mẽtio Act. 1. quando simul cũ Matthia nominatus est, vt in locũ Iudæ alter eorum subrogaretur.

Et quem-

Quare Christus faber, aut fabri filius esse, aut haberi voluerit.
Gen. 3.
In hominũ contemptores, qui fabrili artificio, ac similibus alijs vitam sustentant.
Secunda ratio, cur Christus faber esse, & haberi dignatus sit.
Gen. 6. & seq.
Infra 28.
Tertia ratio.
Psal 73.
Ioan. 14.
Quod ferrũ, lapidem, lignum, aurum quoq; & argentum, diuinus opifex Christus: tractat, elaboretque.
2. Tim. 2.
Nazaræorũ in Iesu matrem maledicentia.
Hi fratres Domini, Iacobus, Ioseph, Simon, & Iudas, quales fuerint.
Gal 1.
Matth. 4. & 20.
Act. 1.

Et quemadmodum Iacobus frater Domini cognominatus est Iustus, ita ille Ioseph cognominatus est Iustus: ita vt etiam in cognomento illos fratres fuisse possis agnoscere. Tertius est Simon, quem quidam volunt fuisse Apostolum, de quo Matth. c. 10. ait: *Simon Chananæus*: quod Episcop. Abulen. meritò impugnat: quia ille erat natus in Cana Galilææ, vnde Cananæus dicitur; non autem à terra Chanaam, quia omnes Apostoli fuissent Chananæi: & Chanaam scribitur per Caph, cum aspiratione: hic verò Chananæus per Coph, & sine aspiratione: atque hic quidem erat in Nazareth natus & nutritus, vt hoc loco dicitur. Et creditur à quibusdam post mortem Iacobi primi Ierosolymorum Episcopi, fratris sui, in eius locum successisse. Nam Simonem Apostolum vnà cũ Iuda in Perside pro Christo occubuisse tradunt multi historici fide digni. Quartus in ordine est Iudas, qui ad differentiam Iudæ Iscariotis, dicitur Iudas Iacobi, qui vnam ex septem Catholicis scripsit epistolam: qui cognominatus est Lebbæus & Taddæus, isti erant Christi fratres. Sorores verò horum quatuor, quia non discurrebant vt fratres, dicuntur ab Euangelista, Apud nos sunt, quæ sorores Christi similiter vocantur. Et testibus Hippolyto martyre, & Nicephor. lib. 2. ca. 3. duæ erant, & Esther, & Thamar vocabantur.

Matth. 10. Alfon. Tost. in Matth. par. 3. quæst. 84. in cap. 13. Dupler Cana in Scripturis, & à quam illarum Simon & Iudas Apostoli, Chananæi sint cognominati.

Vbi passi.

Matt. 10. Mar. 3.

Sorores Domini quænã fuerint, cuiusque nominis. *Nicephor. Callist.*

Et scandalizabantur in eo. Ex inuidia, & contemptu generis nolente sibi alium præponi; ideò nec signa eum habere à Deo, sed à dæmone calumniabantur. Sed dubium magnum est, qua ratione aut specie consanguinitatis Christi fratres dicantur. Quia verò speculatio hæc ad Scripturas planiùs intelligendas, & ad veterum Patrum sententias, quæ in hac re variæ sunt, & diuersæ, pleniùs discernendas mirificè conducit, operæpretium esse existimaui de hoc articulo fusius luculentiusque disserere, vt aliquando polliciti sumus. Quod ergo isti dicantur fratres, & sorores Domini, vt hinc dicendi exordium sumam; hoc ad beatissimã Christi matrem referri non potest, quasi fuerint ex eadem matre cum Christo geniti, quia hoc summopere derogaret, & dignitati Christi, & virginitati matris, quæ tanquam articulus fidei in Ecclesia Catholica habetur. Deinde non dici potest, istos Iosephi spõsi virginis fuisse filios ex alia vxore, quam prius habuisset: nam hanc sententiam video plerosque Patres amplexatos fuisse, vt Eusebium lib. 2. cap. 2. hist. Eccles. Egesippum lib. de excidio Ierosolym. Sequitur illam Epiphanius lib. 2. hæres. 51. & li. 3. hære. 78. in Antidicomarianitas, vbi

Nazarei de Christo vnde scandalizabantur.

Qua ratione illi Apostoli, fratres Christi fuerint.

Primus sensus, impius & hæreticus.

Secundus sensus.

Egesippus. B. Epiphan.

ex priori vxore Ioseph sex filios habuisse memorat, qui fratres Domini in Euangelio vocantur, & octogenarium desponsasse sibi Mariam Virginem. Hoc idem sequitur Orig. in tomis super Matth. vbi scribit placere sibi hãc sententiam: quia primitiæ virginitatis virilis est Christus, & muliebris, est Maria. Nec plausibile sit, alijs, præter quam istis, virginitatis primitias adscribere. Idem tenet Theophylactus in c. Matth. 13. & 27. Euthymius in Matth. ca. 12. & Oecumen. in cap. 2. Act. Apostolicorum, & in epist. ad Galat. ca. 1. Chrysostomus in oratione de Annuntiatione Virginis Mariæ, quam Simeon Metaphrastes suo operi inseruit. Nicephorus Callistus lib. 2. hist. Eccles. c. 3. vbi etiam refert, Hippolytum martyrem eiusdem sententiæ fuisse autorem. Ex Latinis verò Patribus in hanc sententiam descendunt, Hilarius Can. 2. in Matthæum, Ambrosius lib. de instituenda Virgine, cap. 6. & in commentarijs in epist. ad Galatas cap. 1. & Caietanus ibidem. Et quanquam hi omnes conueniant, Iosephum filios ex alia vxore habuisse; non tamen vno & eodem modo naturali. Abdias ergo, qui vitas Apostolorum conscripsit, (si tamen huic libro aliqua sit danda fides, nam eruditi plerique illum reijciunt, vt supposititicium, & ab aliquo eius nomine confictum) ille (inquam) lib. 6. de historia beatorum Iacobi, Simonis, & Iudæ fratrum, tradit duos postremos esse filios ex parẽtibus Alphæo, & Maria Cleophæ filia, Iacobum verò Iustum & fratrem Domini, filium quidem ex eadem matre, sed diuerso patre, id est, Iosepho iusto, cui desponsata fuit Deipara Virgo: vnde & frater Domini appellatus est. Chrysostom. verò & Epiphan. atq; alij tradunt, Ioseph Mariæ sponsum ex alia vxore liberos suscepisse: qua vxore posteà repudiata, teste Chrysosto. vel secundum alios emortua, in castitate vitam traduxit; & liberos in disciplina & timore Domini educauit. Theophyl. verò in ca. 13. Matth. aliter tradit, his verbis: *Fratres habuit Dominus, & sorores, Ioseph filios, quos genuit ex vxore fratris sui Clopæ. Mortuo enim absque liberis Clopa, Ioseph iuxta legem vxorem eius accepit, & pueros procreauit sex, quatuor mares, & duas fœminas. Mariam, quæ dicebatur Clopæ filia secundum legem, & Salomen.* Ita Theophylactus.

Orig.

Theophyl. Euthym. Oecumen. Chrysost.

Nicephor. Hippolyt. Mar.

Ambros. Idem tom. 2. Caiet.

Abdiæ de fratribus Domini fabula.

Theophyli. de fratribus pinis.

Ioseph Virginis ipsum, præter Mariã Christi matrem nullam aliã coniugem habuisse.

Sed in primis, salua quæ tantis Patribus debetur honorificentia, hæc historia sua inconstantia se suspectam de veritate præbet, & magis ex probabili coniectura, quã certa historiæ fide ab istis asserta est: nullus enim probatus autor est, qui asserat, se præter Ma-

ter Mariam, aliam Iosephi vxorem vidisse, aut à certis testibus accepisse. Sed cùm in Euangelio fratres Domini legerentur, & religio vetaret filios Mariæ Virginis suspicari, Scripturæ expositoribus coniectandum erat, quo pacto fieri posset, vt veritas Euangelij cum perpetua virginitate Marię constaret: ita filios Ioseph ex alia vxore intulerunt, ac proinde Christi fratres non veros, sed qui putarentur, interpretati sunt. Sicut Ioseph ipse non erat verus pater, sed putabatur. Neque vana fuit horum coniectura, aut nulla ratione ad respondendum Hæreticis excogitata, sed probabiles habuit caussas Scripturis innixas. Quia Iacobus Episcopus Ierusalem, non diceretur peculiariter frater Domini, nec ille dixisset: *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te alloqui.* Nam si generali sanguinis coniunctione fratres definirentur, Iacobus & Ioannes filij Zebedæi tunc temporis intra domum cum Christo erant, qui illo modo Christi erant fratres. Ad hæc Marc. 6. dictum est à quibusdam: *Nonne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? Filius*, inquit, *Mariæ, & frater Iacobi, & Ioseph*, vt non ex Maria, sed ex Iosepho fratres intelligerentur. Habuit ergo illa opinio assertionis suæ caussas non improbabiles. Sed tamen si scriptores illi tam studiosi fuissent tuendæ pudicitiæ B. Iosephi, sicut fuerunt tuendæ virginitatis Sanctissimæ Deiparæ, vt quidam posteriores extitêre, proculdubio, salua vtriusque castitate, rationem adinuenissent exponendi sacram Scripturam. Deinde Hieronym. lib. 2. in Matth. reprobat hanc opinionem, tanquam ex apocryphis libris hausta: & rationem commodam, & Scripturis, nixã excogitauit, qua, seruata, & B. Mariæ, & Iosephi sponsi eius virginitate, fratres Christi dicerentur omnes, qui essent illi sanguine propinqui. Idemque lib. in Heluidium, virginem & continentẽ facit Iosephum sponsum Deiparæ, quemadmodum Augustin. serm. 14. de Natiuit. Christi, & Bernardus Homil. super *Missus est*, & Rupertus super Matthæum sententiam Hieronymi magis probans. Idem facit Hugo de Sancto Victore in Annotationibus super Epistol. ad Galatas, quæstio. 5. ac Beda, qui super 6. ca. Marci scribit: *Fratres quoque & sorores eius* (Domini scilicet) *secum esse testarentur. Qui tamen non liberi Ioseph, aut Mariæ iuxta Hæreticos putandi sunt, sed potius iuxta morem sacræ Scripturæ, cognati ipsorum sunt intelligendi, quomodò Abraham & Loth fratres appellantur, cùm esset Loth filius fratris Abrahæ.* Hæc ille. Idem etiam sentit B. Thomas 3. part. q. 28. art. vlt. Tertiò, manifestè Scripturæ porrigunt contrarium. Dicitur enim iste Iacobus Episcopus Ierusalem, Iacobus Alphæi, scilicet filius, quemadmodum Marcus cap. 2. refert Iesum, cùm præteriret, vidisse Leui Alphæi sedentem ad Telonium: vt ergo in eo loco Matthæum Alphæi, scilicet filium, ita conuenit interpretari, cùm dicitur Iacobus Alphæi, scilicet filius. Hæc est enim phrasis Hebræorum, apud quos cuius quisque sit filius, per Genitiuum describitur. Sic enim dicitur Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου. Sic Petrus vocatur Simon Ioannis, scilicet filius, quod vox Chaldæa Bar-iona, id est, filius Ioannis, clariùs repræsentat. Sic etiam Ioan. 13. Iudas Simonis, scilicet filius. Hæc autem regula fallit in Apostolo quodam, nempe Iuda. Nam Luc. 6. dicitur Iudas Iacobi, & similiter Actor. 1. vbi Iacobus non ponitur vt pater Iudæ, sed vt frater. Respondetur, ad hanc interpretationem de fratre, non de parente faciendam, cogit nos ipsa Scriptura: nam ipse Iudas in epistola sua Catholica ita exorditur: Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi; sed ad interpretandum Iacobũ Alphæi, scilicet fratrem, nullus Scripturæ locus expressus conuincit. Habemus ergo, & Iacobum filium esse Alphæi, nõ Ioseph: matrem verò Iacobi illã esse, de qua Matthæi cap. 27. & dicitur Maria Iacobi, & Ioseph mater: & Marcus cap. 15. magis explicans quis esset iste Iacobus, ait; Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome: ex quo constat, adhuc matrem Iacobi superuixisse. Illa autem Iosephi vxor esse non poterat; nisi duas simul vxores haberet: quod nulla ratio, vel historia tradit. Et, præterquàm quòd iniurium esset sanctissimæ Virgini, habere virum copulatum cum alia vxore, certè hominem pauperem, & qui vix vnam sustentare posset, duarũ coniugum onera subijsse, & imprudentiæ, & incontinentiæ argumentum esset.

Cùm igitur ex Scripturis constet, istos qui dicuntur fratres Domini, aliam matrẽ habuisse à sanctissima Deipara, aliumque patrem à sancto Iosepho sponso Virginis, profectò non potest constare quod prædicti autores dixerunt, istos fuisse filios Ioseph ex alia vxore. Quia verò Spiritus Sanctus præuidebat futuros Hæreticos, qui dicerent, hanc Mariam Iacobi minoris, & Ioseph matrem, esse vnam & eandem cum ea, quæ Saluatorem peperit, quæq; ex Ioseph marito Iacobum hunc Domini fratrem, & alios eius fratres genuisset: ideò Ioannes vltimus Euangelij conscriptor, cap. 19. dixit: *Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius,*

Luc. 3.

Quæ ratio quorundam optnãdi fuerit minimè improbabilis, Iosephũ ex alia vxore quam Deipara filios habuisse.

Secundũ argumentum. *Hier. tom. 9.*

Idem tom. 2. in princip. Aug. tom. 10.

Bernard. Rup. Tui.

Hugo de S. Vict.

Beda tom. 3.

Gen. 13. Supra 11. Thom. to. 13

Tertium argumentum.

Hebraismus Scripturis frequens. *Ioan. vlt. Matt. 10.*

Mariæ Cleophæ cum Maria matre Domini, cur memineri Euangelista Ioannes.

Ioan. 19.

eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Vocat Mariã Cleophæ iuxta morem Scripturæ; dicitur enim Græcè *Μαρια ἡ τῆ Κλωπᾶ.* Vbi vides, distingui inter matrem Domini, & sororem eius Mariam Cleophæ filiam: sicut Poeta ait lib. 6.

Phœbi, Triuiaq́; Sacerdos
Deiphobe Glauci,

scilicet filia: & quia soror erat sanctæ Virginis Deiparæ; ideò Ioseph, Iacobus, Iudas & Simon. fratres Domini vsitato more in Scripturis dicuntur, quo filij duorum fratrum, duarumve sororum, fratres nempe, vel patrueles, vel consobrini vocantur. Quartò in hanc historiam facit, quòd aut Ioseph aliã vxorem, ex qua illos prædictos filios suscepit, antequam B. Virginem duceret, habuit quæ posteà mortua est, vel repudiata, aut simul cum B. Virgine illam alteram priorem habebat, aut denique post mortem Deiparæ aliam vxorem duxit, ex qua alios filios suscepit: quodcunq; autem horum trium dictorum dederis (nec enim quartum membrum dari potest) maxima absurda consequi demonstrabimus. Si enim primum dixeris (vt videntur sentire Hilarius & Epiphanius) videlicet ex priori coniugio illos susceptos: hoc falsum est, & à veritate Euangelica alienum. Nam ista coniux, quam dicunt antè ductam, & posteà mortuam, non potuit esse alia à Maria Cleophæ sorore matris Domini: quæ ab Euangelistis mater dicitur Iacobi minoris, quæ adhuc tempore mortis Christi viuebat, & stabat iuxta Crucem Iesu cum Maria matre eius, quæ iamdudum antè, id est, per triginta tres annos fuerat Ioseph desponsata, vt traditur Luc. 1. Quòd si dicas: ea quidem viua, repudiata tamen, vt vult Chrysostomus, potuit Virgini coniugio copulari: vide qua ratione id defendere possis. Non enim conueniebat in primis Ioseph iusto viro & sancto, mulierem sanctã, & sanctorum filiorũ, qui Iesum sequebantur, parentem, Dominoq; sæpè ministrantem repudiare. Deinde legitimum illi non erat, ea viuente, B. Virginem eius sororem habere, quod Lege cautum erat, vt sequenti membro magis patebit. Quòd si secundum membrum amplexus, dicas Ioseph vno & eodem tempore vxores habuisse Mariam Domini matrem, & Mariam Cleophæ eius sororem: hoc certè falsum esse, apertè conuincitur. Nam etsi Iacob Patriarcha duas sorores simul in vxores habuerit, Liam & Rachelem; hoc tamen ex Diuina permissione, aut significatione factum est. Significabatur enim, Iudæorum Synagogam, & Ecclesiam Gentium vni Christo coniungendam: & si hoc aliàs contigit, licuit ante Legem, post Legem verò promulgatam non licebat. Sic enim cauetur Leuit. 18. *Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente.* Vel, vt alij interpretantur: *Vxorem cum sorore eius non accipies ad æmulationem vel ad lasciuiendum,* vt faciebant duæ vxores Iacob, quæ laborabant zelotypia inter se inuicem: quam Legem Hesychius & Radulphus, ac cæteri expositores de accipiente simul duas sorores in vxores interpretantur. Quomodò ergo Ioseph, qui tantum testimonium iustitiæ in Euangelio habet, ausus fuisset duas simul sorores in vxores accipere? aut quomodò parentes Mariæ, qui in Legis obseruantia, & Dei timore cõspicui erant, in tale coniugium consensissent? aut quo modo verum est (quod veteres Græci Patres tradunt) Sacerdotes ipsos Virginem Deiparam tradidisse Iosepho in coniugium; cùm Legem Dei non ignorarent; & quod maius est, dedisse illam Iosepho, non ad nuptias, sed ad custodiam pudicitiæ sanctissimæ Virginis? quomodò enim coniugato, & habenti ex alia vxore sex liberos, tutò commisissent sacrarium Spiritus sancti custodiendum? aut qua ratione ipsa beatissima Virgo in illas nuptias consensisset, vel potiùs ipse Spiritus sanctus custos sanctæ Virginis, ad consentiendum in tales nuptias impulisset?

Quòd si retrò dicas, mortua sanctissima Virgine, Iosephum hanc Mariam Cleophæ coniugem accepisse, ex qua sustulit illos, qui dicuntur fratres Domini: falsum esse demonstratur. Nam cùm B. Virgo per quindecim annos, aut plures, Christi morti superuixerit, qui potuit Ioseph iam seniculus aut decrepitus, nempe post 128. annos sororem Mariæ Virginis ducere, & Iacobum, & alios fratres ex ea gignere, qui iã grandæui erant, & à Saluatore nostro in Apostolos assumpti, testibus Euangelistis? Hæc autem ratio annorum Iosephi ex eo constat, quod Epiphanius tradit, Iosephum octogenarium iunctum fuisse Virgini matrimonio. Vides ergo, quocunque te vertas non posse elabi vim huius rationis. Quintò, falsum esse conuincitur quod Abdias li. 6. de historia Apostolorum tradit, Simonem & Iudam filios esse ex Alphæo & Maria Cleophæ filia, Iacobum verò Iustum & fratrem Domini ex eadem matre, diuerso tamẽ patre, id est, ex Iosepho, qui B. virgini desponsatus fuit. Nam id falsum conuincitur ex eo, quòd Iacobus dicitur filius Alphæi. Deinde cùm mater Iacobi esset superstes tempore mortis Christi, oporteret illam

Scripturæ sæpè fratres quos nominent.
Quartum argum. ab absurdis, & incommodis.
Hilarius. Epiphan.
Ioan. 19.
Soluitur triplex obiectio.
Chrysost. loco supradicto.
Secunda obiectio.
Gen. 29.
Infra 30.
Hesychius Radulphus Matth.
Tertia obiectio.
Maria Virgo quando & quo loco supervixerit.
Epiph.
Quomodo nuptiæ fuerint.
Luc. 1.

illam vel duos viros simul habuisse, quod est omnino illicitum; vel à priori repudiatam, secundo nupsisse Iosepho, qui rursus, illa repudiata, Mariam Virginem eius sororem duxerit: quod reprobatum est. Sunt rursus alij, qui aliam rationem excogitarunt propinquitatis horum, qui dicuntur fratres Christi. Tradunt quidem, sanctam Annam matrẽ diuæ Mariæ tribus viris diuersis temporibus nupsisse, tresque filias concepisse nomine Marias: vnde illud celebre carmen:

Anna solet dici tres concepisse Marias,
Quas genuêre viri Ioachim, Cleophas, Salomeq́;.
Prima parit Christum, Iacobumq́; secunda minorem,
Et Ioseph iustum peperit, cum Simone Iudam.
Tertia maiorem Iacobum, volucremq́; Ioannem.

Mantuanus verò in Fastis elegantiori carmine, non tam sensu suo, quàm alieno, ita scribit:

Anna, puerperio fortunatissima sancto,
Tres habuisse viros, & tres genuisse Marias
Dicitur, &c.

Et quanquàm hęc sententia peruulgata sit, & multorum scriptorum, maximè recentiorum, testimonijs confirmata: nonnullis tamen Catholicis de fide suspecta habita est, & parũ honorifica aut conueniens sanctitati Annæ, aut dignitati Mariæ Virginis eius filiæ, aut denique ipsi Christo, cuius gloria, gloria matris est. Fertur enim primò nupsisse Ioachimo, ex quo sustulit Mariam Virginem, quo mortuo nupsit Cleophæ, ex quo Maria Cleophæ nata est, quæ ex Alphæo genuit Iacobum minorem cũ alijs fratribus: quo rursus defuncto, nupsit Salome, ex quo nata Maria Salome, quæ nupta Zebedæo peperit Iacobum & Ioannem fratrem eius. Et ita constaret propinquitas Christi cum filijs Zebedæi, & filijs Alphæi in eodem gradu consanguinitatis. Hanc opinionem his rationibus quidã impugnant. Prima, quia non decebat, tantam, & tantæ sanctitatis matronam, post solutum Diuina gratia sterilitatis impedimentum, & post dignissimæ illius plantulæ fœturam, id est, Reginæ Angelorum, & Dominæ nostræ ortum, mortuo Ioachim, alterum maritum superinducere, & tot coniugales amplexus adamasse. Fertur Angelus dixisse Annæ de prole Mariæ per eam generanda: *Virum nunquam cognoscet, sed sola sine exemplo, sine macula, sine corruptione, sine virili commixtione, Virgo filium, ancilla Dominum, & gratia, & nomine, & opere Saluatorẽ mundi generabit.* Hæc ille: quomodò ergo Anna aliàm desiderasset prolẽ edita in lucẽ Virgine sancta? cũ præsertim in Scripturis illæ, quibus partus fuit diuinitùs annuntiatus, aliã nullam habuerint prolẽ? quemadmodum Sara ex Abraham præter Isaac habuit neminem, & Rebecca præter partum geminorum Esau & Iacob alios non peperit. Samson annũtiatus ab Angelo fratrem non habuit, sicut nec Ioãnes Baptista. Semper enim nuptiæ secundæ, etiam apud Gentiles, infimo loco habitæ sunt, & signum incontinentiæ. Vnde Dido apud Poëtam coniugium cum Aenea, culpam non semel vocat:

Si mihi non animo fixum, immotumq́; sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali, &c.
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.

& rursus.

Coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.

Vnde in Scripturis magnam laudem consecutæ sunt fœminæ, Iudith, & Anna Prophetissa, quæ post decessum virorum suorum nulla de integro inierunt cõiugia, sed in viduitate permanserunt. Paulus etiam. 1. ad Timoth. 5. viduas laudat, quæ vnius viri vxores fuerunt.

Secunda ratio: quia fingi videntur illorũ virorum post susceptam prolẽ per annum obijsse diem suum: quod quam sit rationi consonũ, aut antiquis historijs compertum atq; exploratum, prudentes lectores dijudicent. Certè Cleophas post Christi mortẽ superstes erat, nam vnus fuit ex his, quibus proficiscentibus in Emmaus Christus resuscitatus apparuit. Quomodò ergo potuit Anna tertiò nubere Salomæ post mortem Cleophæ, qui adhuc viuere inuenitur? His accedit, quòd Ioachim parens Virginis, tertio anno ablactationis filiæ suæ, & præsentationis in templum, adhuc viuebat: nam dicitur in eius historia, quòd B. Virginẽ Mariam parentes eius cõstituerunt in vno gradu templi: & licèt mortuus esset Ioachim, Anna tamen sanctissima, viduitatis luctu peracto, vix secundo, aut tertio anno maritum de integro acciperet. Egesippus etiam, vt habetur li. 3. hist. Eccles. iast. ca. 32. ita scribit: *Ex his igitur ipsis accusauerunt quidam Simeonem Cleophæ filium, tanquam esset de genere Dauid, & Christianus. Et ita martyr effectus est cum esset annorum centum viginti, sub Traiano Cæsare apud Atticum Consularem. Quòd aũt Simeon vnus fuerit ex ipsis auditoribus Domini, vel longæuitas eius indicio est, vel Euangeliorum fides, vbi etiam mater eius Maria, Cleophæ vxor refertur.* Hæc ille. Ex quib⁹ habes Cleophã dici patrem Simeonis; vel quod genuerit matrem eius Mariam Cleophe, vel quòd Maria Cleophæ, & Simeon Cleophæ geniti fuerint ex Cleopha. Sed tunc quod citat Egesippus, hũc Simeone esse filium Mariæ

Tertia sententia de modo, quo prædicti Apostoli fratres Domini potuerunt esse.
Ioan. Baptist. Mantua.
Eius opinionis absurda.
Multis rationibus impugnatur hæc sententia. Prima ratio.
Angeli verba ad Annam de prole Mariæ.
Genes. 2. Iud. 13. 1. Luc. 1. Gen. 25.
Secundæ nuptiæ quo loco semper habitæ etiam apud Gẽtes. Virgil. li. 4. Æneid.
Ibid.
Viduæ quæ diuinis celebratæ Scripturis. Iudith 8. Luc. 1.
Secunda ratio.
Luc. vlt.
Tertia ratio.
Egesip.
Simeonem Cleophæ filium Traianus martyrio cur affecit, teste Egesippo.

Dictum Egesippi, Simeonem videlicet Cleophæ filium fuisse, nō probatur.

Cleophæ, constare non potest: nisi dicas, Mariam Cleophæ, de qua Ioan. 19. dicitur, à viro sic dictam, vt Erasmus vertit, & Faber defendit, ea ratione quòd fœminæ solitæ sint denominari à viris suis, vt Olympias Philippi, Cleopatra Ptolemæi, Helena Menelai, Portia Catonis. Sed profectò hūc morem denominādi vxores Scriptura non seruat; sed à parentibus, vel à filijs eas sic denominat. Hæc enim ipsa, quæ à Ioanne dicitur Maria Cleophæ, à filio denominatur à Marco, Maria Iacobi minoris. Quòd si Cleophas & Alphæus erant nomina eiusdē viri, facilè omnia in veritate constarent.

Vxores Scripturæ vnde denominent

Vnde Hieronymus lib. contra Heluidium scribens, ait: Ne autem hūc putes Iacobum filium Zebedæi, lege Actus Apostolorum: iam ab Herode fuerat interemptus. Restat conclusio, vt Maria ista, quæ Iacobi minoris scribitur mater, fuerit vxor Alphæi, & soror Mariæ matris Domini, quā Mariam Cleophæ Ioannes Euāgelista cognominat, siue à patre, siue à Gentilitate familiæ, aut quacunq; alia causa ei nomen imponens. Si autem inde tibi alia atq; alia videtur, quòd alibi dicatur Maria Iacobi minoris mater, & hic Maria Cleophæ; disce Scripturæ consuetudinem, eundem hominem diuersis nominibus nuncupare. Raguel socer Moysi, & Iethro dicitur. Gedeon, nullis cautis immutati nominis antè prēmissis, subitò Hieroboal legitur. Ozias Rex Iuda, vicissim Azarias vocatur. Mons Tabor, Itabyrium dicitur. Rursum Hermon, Phœnices cognominant Sanior; & Amorrhæus cognominat eum Sanir. Eadem cœli plaga tribus nominibus appellatur, Nageb, Themā Darom: lege Ezechiel. Petrus, & Simon dicitur & Cephas. Iudas Zelotes, in alio Euangelio Thaddæus dicitur. Hæc ille in sensu.

Hieron. tom. 2. in principio

Consueuerunt Scripturæ eundem hominem diuersis nominibus nuncupare.

Deinde falsum videtur, Salomen duxisse Annam, quia Mar. 15. & 16. Salome non est Genitiuus masculini, Salomas Salomæ, sicut etiam Caiphas Caiphæ, Aeneas Aeneæ, Annas Annæ, quia hanc amphibologiam tollit litera Græca; dicitur enim non τῆς Σαλώμης in Genitiuo, quia sic indicaret, filiā esse Salomę parentis; sed absolutè in nominandi casu dicitur Σαλώμη fœminini generis, vt Helene, Penelope. Impugnat B. Thomas in cap. 1. epist. ad Galat. hanc Annæ trigamiam hac eadē ratione ex sententia Hieronymi: nec dicitur Salome Maria alicubi, nec debet suppleri, quanquàm possit, tametsi aliquando Doctores illā vocent Mariam Salome. Iosephus lib. 13. cap. 16. loquitur de Salome vxore Aristobuli: & lib. 16. c. 6. de Salome scribit inimica filijs Mariannes: & lib. 18. cap. 10. ait, quod Herodi magno ex Mariamme Hyrcani filia natæ sunt duæ filiæ. Harum altera Salampso nomine nupsit Phasælo Regis ex fratre Phasælo nepoti, idque ex ipsius patris autoritate; altera verò dicta Cypros, Antipatro, & ipsi nepoti Herodis ex sorore Salome. Egesippus lib. 1. de excidio Hierosolymitano, ca. 4. de Salome quadam loquitur, quæ pepigerat nuptias Silchoarabi; ergo nomen mulieris est: quomodò ergo fœmina Salome potuit nubere Annæ fœminæ? Salome ergo nomen est fœmininum, sicut Salomon masculinum; quare fictum videtur, quòd aliquis hic dicatur Salomas. Origenes hom. 35. super Matthæum ait, matrem filiorum Zebedæi dictam à Marco Salomen. Auctor oper. imperfecti hom. 35. in Matthæum super illud: *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi: Hæc est*, inquit, *Salome, cuius apud alterum Euangelistam ponitur nomen; verè pacifica, secundùm interpretationem, quæ filios genuit pacis.* Sic ille. Hæc autem Salome nunquam dicitur soror Mariæ in Euangelio, nec filia Annæ; nec eius filij Iacobus & Ioannes dicuntur fratres Domini, vt Maria Cleophe dicitur soror Virginis Deiparæ, & filij eius vocantur fratres Christi.

Eædem quibus in rebus idem obseruent.

Salomen esse mulieris, nō viri nomen.

B. Thom.

Ioseph.

Egesip.

Orig. 2 Tom. 1. D. Chr. Matth.

Salome soror

Fratres, mutuò ter.

Ad argumentum quo in contra ex Ignatio respondet B. quarto epist. 2.

Quod verò citatur ex B. Ignatio ex epistol. 1. ad Ioannem Apostolum & Euangelistam: *Sunt & hic multæ de mulieribus nostris Mariam Iesu videre cupientes, & quotidie à nobis ad vos discurrere volentes, vt eam contingāt, & vbera eius tractent, quæ Dominū Iesum aluerunt; & quædam eius secretiora percunctentur ipsam Mariam Iesu. Est & Salome, quam diligis, filia Annæ Ierosolymis, & quinque mensibus apud eam commorās*, &c. Vt demus veram esse hanc epistolam, quam quidam sine causa, meo quidem iudicio, reijciunt tanquàm notham & spuriam, etiamsi eius non meminerit Hieron. corruptè tamen citatur locus hic. Sic enim habet syncera lectio: *Est & Salome, quam diligis filia, anno Ierosolymis & quinq; mensibus commorans*: nihil ergo de filia Annæ, sed de tempore, quo per annum & quinque menses commorata est apud Mariam Iesu: & insinuatur per illam mansionē non fuisse Iudæam, sed Gentilem & Antiochenam. Et licèt vera esset lectio, quam citant, nihil adhuc euincerent: nisi ponas, vnam tantùm fuisse Salomen, & vnam tantùm Annam matrem illius, vt Salome esset eius filia: quod ridiculum videtur. Quartò euincitur, hanc historiam veritati non esse consonam: eo posito, quod tertiò nupserit Anna, certè ante Mariam Cleophæ, & Salomen Maria Virgo & nata, & nupta fuisset, & antè peperisset Maria, q̄ primis diebus suæ desponsationis concepit Filiū Dei

B. Ignatius Ioannem euangelistam epistolarum primū ponit da.

Quarta ab incommodis.

Maria Virgo quod tres Christus pent, & de coelo

in æta-

in ætate constituta quatuordecim annorū, vt communiter traditur, & vox ipsa Alma significat. Sequitur, filios Mariæ Cleophæ, & Mariæ Zebedæi longè fuisse Christo ætate iuniores, cùm earum matres secundo & tertio matrimonio genitę fuerint ab Anna, quæ si viduitatis lectū verecundiùs seruauit, vt decet sanctas & honestas fœminas, quæ saltem per annum (plus, minus) à nouo coniugio abstinere solent, & Ioachim triēnio post editam Virginem, & in templo presentatam adhuc viuebat; profectò rectè rationem ducendo, eliciet, Apostolos fratres Christi dictos, ac filios Zebedæi, iuuenculos fuisse, & vix 25. annum attigisse. Absurdum autem videtur, Diuinam sapientiā Apostolatus gradum penè pueris communicasse.

Quarta opinio de ratione item qua Apostoli iam dicti fratres Domini fuere. *Euseb. tom. 2.*

His ergo duobus vel tribus modis propinquitatis excluſis, dicimus, ea ratione dictam Mariam Cleophe sororem B. Deiparæ, qua vxores duorum fratrum se mutuò vocant sorores. Nam Ioseph vir Mariæ, & Cleophas, fratres sunt: vt Euseb. ex Egesippo lib. 3. hist. Eccl. c. 11. refert his verbis: *Omnes vno consilio atque vno consensu Simeonem Cleopæ filium decreuisse (cuius mentio in Euangelijs facta est) vt Episcopatus sedem susciperet. Consobrinus is secundùm carnem Saluatoris fuisse dicebatur: quia Cleopam fratrem fuisse Ioseph, Egesippus contestatus est.* Hæc Eusebius. Et ita Maria ista matertera Christi dici potest: nō quòd verè fuerit Marię Virginis germana; sed quòd soror habita sit, & dicta, quod duos fratres Cleopham & Ioseph in viros haberet. Hanc sententiam, in Ioan. cap. 19. confirmat Theophylactus, sic dicens: *Quomodò autem soror matris eius diceretur Maria Clopæ, cùm non habuerit alium puerum? Clopas frater fuit Ioseph, & cùm absque liberis mortuus esset Clopas (vt quidam dicunt) Ioseph eius vxorem duxit, & filios fratri peperit, quorum vna et nunc commemoratur Maria, quæ soror dicitur Deipara, hoc est, cognata. Solet enim Scriptura cognatos dicere fratres, sicut & Isaac de Rebecca dicebat, Soror mea est; quamus vxor eius esset.* Hæc ille. Sed profectò nec hic modus satisfacit: quia sic Ioseph duas simul haberet vxores, quod est indignum: & fingitur Clopas mortuus, qui tamen in Domini passione viuus erat. Proinde alij aliam producūt propinquitatis rationem ex Hippolyt. Portuensi Episcopo, quam inuenies apud Nicephorum Callistum lib. 2. cap. 3. quæ mihi non est vsquequaq; certa & explorata. Rursus præter hanc, alia producitur historia. Tradunt enim quidam, quatuor fuisse ex vno parente & ventre genitos, nempe Hismariam primogenitam, quæ genuit Elisabetham, quæ nupta Zacharię, peperit Ioannem Baptistam. Deinde frater Hismariæ fertur fuisse Salomon, qui genuit eam, quæ in Euangelio dicitur Salome, quæ nupta Zebedæo, peperit Iacobum, & Ioannem fratrem eius. Item soror prædictorū fuit Anna, quæ Virginem è Ioachim peperit, Virgo verò Christū. Quartus fuit Cleophas frater prædictorum, qui Mariam, quę Cleophe dicitur, genuit, quæ Alphæo iuncta matrimonio, peperit quatuor illos, Iacobum, Iudam, Simonem & Ioseph, quos Scriptura vocat fratres Christi, hoc est, fratres patrueles, siue consobrinos in tertio propinquitatis gradu. Hismaria ergo cùm esset annorum sexdecim, peperit Elisabetham, quo tempore Anna quatuor tantum annorum erat, quæ cum complesset 41. annum, & sterilis tanto tempore permansisset, tādem peperit Mariam: & ita Elisabeth septem & triginta annis excelsit Virginem sororem consobrinam suam; erant enim Elisabetha & Maria Virgo, filiæ duarum sororum prædictarum. Maria ergo Virgo, & Salome, & Maria Alphæi, siue Maria Cleophe, & Elisabeth, sorores erant inuicem consobrinæ. Et quia Anna fuit sterilis, nec vsque ad 41. annum peperit, & priùs natæ atque nuptæ fuerant Elisabeth, Salome, & Maria Cleophe, quàm diua Maria; ideò eorum filij ætate excedebant Christum: præter Ioannem Euangelistam, quem aliquot annis Christus excessit. Quòd si vrgeas; Cur filij Zebedæi & Salomes non dicantur fratres Christi; cum æquali propinquitatis gradu ab illo distarent, atque filij Mariæ Cleophæ & Alphæi? Respondeo (nisi coniectura me fallit) filij Mariæ Cleophę & Alphæi viuebant in Nazaretha, vbi etiam B. Virgo cum Iosepho Christum educauit; & ita propinquitas inter illos nota erat, vt dicerent Nazareni; *Nōne mater eius dicitur Maria.* &c. *& sorores eius nonne omnes apud nos sunt?* Filij verò Zebedæi, cùm essent piscatores, vel Bethsaidæ, vel Capharnaum, vel non longè à lacu Genesareth, in quo piscabantur (cum Petro & Andrea, quorum erant socij & participes in piscatura, vt dicitur Luc. 5.) habitabant: & ita non tam nota erat Nazarenis illorum quàm filiorum Mariæ Cleophæ propinquitas. Doctoribus etiam plerisque non est ignota hæc matris filiorum Zebedæi, siue Salomes propinquitas cum diua Virgine Maria, quam eius sororem nuncupant. Sic ergo inuenimus qua ratione fratres Domini dicantur in Euangelio, salua virginitate B. Virginis, & digamia Iosephi: quo modo etiam Maria Cleophe soror B. Virginis nuncupetur, salua

Quinta opinio cæteris probabilior. *Luc. 1. Mar. 15. & 16*

Cùm filij Zebedæi & Salomes æquali propinquitatis gradu ab illo distarent, atq; filij Mariæ Cleophæ, & Alphæi, cur tamen fratres Christi minimè dicuntur. *Matth. 13. Supra 4. Ibid.*

Theophyl.

Scripturæ cognatos de more fratres appellant.

Impugnatur illa etiam opinio, *Gen. 26.*

quoque trigamia B. Annæ parentis Mariæ matris Domini. Atq; hactenus de hac quæstione dictum sit satis.

Christus quare Prophetã se nominet.

Sequitur: *Iesus autem dixit eis: Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatẽ illorum.* Prophetam se nominat, quia ita eum populus appellabat; & Messias propheta futurus prædicitur Deuter. 18. & quia docebat ea quæ futura sunt de se, & Ecclesia sua, & circa beatitudinem, aut miseriam futuram. Ad hæc Dominus vniuersam propositionem de homine quacunque virtute prædito facere voluit, nempè quod in nulla regione minorem honorem habet quàm in patria sua: quod generale est circa quamcunq; virtutis speciem, pro qua homo mereatur honorem. Et Dominus posuit potiùs exemplum in Propheta, quia nihil ei magis videbatur conuenire, quantum ad ea, quæ de eo foris apparebant, quã esse Prophetam: nam Prophetæ à Deo instruuntur: ipse autem cùm literas non didicisset, docebat, & miracula edebat, quod aliqui Prophetarum egerunt. Quòd autem Propheta nullibi minorem honorem habeat, quàm in patria sua; manifestum sit in Christo, qui erat caput Prophetarum, & in alijs etiam. Nam Esaias, & Ieremias, & Daniel, maiori in pretio & honore habiti sunt apud exteras nationes, quã apud suos. *Quem enim Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuntiabant de aduentu Iusti,* vt ait Stephanus, Ieremiam Iudæi lapidauerunt; sed Aegyptij eum post mortem venerati sunt: & Alexander Magnus ossa Ieremiæ Alexandriam transtulit: & Chaldæi liberarunt eum in carcerem coniectum à Iudæis. Ita Daniel magno in pretio fuit apud Persarum & Chaldęorum Reges. Christus crucifixus est à Iudæis; sed à Gentibus in Deum receptus; & omni venerationis cultu adoratus. Et tamen ad literam hic de differentia vrbis Nazareth ab alijs locis Iudæorum loquitur; quia in nulla minorem habuit, quàm in Nazareth, ex qua erat oriundus.

Deut. 18.

Prophetam potius quàm aliũ aliquẽ Christus cur dicat non esse sine honore, nisi in patria sua.

Iserem. 1.

Prophetam non esse sine honore, nisi in patria sua, quibus fit exemplis per spicuum, ac manifestum. *Act. 7.*

Ratio autem cur Propheta, vel quiuis virtute conspicuus, minus honoris habeat in patria, quàm alibi, in primis est: quia homines spectant ad generis humilitatem & obscuritatem, & tales non putant clarere quenquam posse virtutibus: secus autem contingit extra patriam, vbi eorum cognatio ignota est; & sola probitatis magnitudo manifesta.

Propheta cur acceptus nõ sit in patria sua.

Deinde conciues agnouerunt in tenera ætate puerum aliquando, eis & virtutis merito, & dignitate minorem; ideò talem eũ considerare volunt, sicque contemnitur. Exteri verò, qui eum non puerum, sed virum primò agnouerunt, talem eum semper cogitant, & venerantur.

Secunda ratio.

Prætereà hoc fit ex inuidia, quia inuidus non honorat, sed detrahit & obscurat famam alterius: & tamen posteà ciues ciuibus potiùs inuident, quam extranei. Est enim inuidia, tristitia quædam concepta de aliena excellentia, vt proprium bonũ imminuit, atque offuscat. Bona autem exterorum & absentium non diminuunt bona nostra, nec eis nos comparamus: ac proinde nec inuidemus eis: secus bona præsentiũ quæ apprehendimus, vt gloriæ nostræ derogantia; atque ob hanc causſam qui vnius sunt artis, vel officij, sibi inuicem inuident, ac derogant. Ait autem in patria, & in domo, id est, cognatione ipsa (vt explicat Marcus) magis cognoscente & inuidente, quàm alij eiusdem patriæ non consanguinei.

Subdit autem: *Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.* Quemadmodum fides signa impetrat, & promeretur: ita incredulitas demeretur: ideò Dominus ne plus etiam damnarentur, abstinebat à signis. Marcus ait: *Et non poterat ibi virtutem vllam facere; nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum.* Hoc autem non ita interpretandum est, quasi Deus à nobis iuuetur fide nostra: quia enim eiusdem potestatis & virtutis est, vnum, & multa signa facere, potest, nobis incredulis, ea facere Deus; dicitur tamen non posse, scilicet decenter & conuenienter, quia ita decreuit, illa beneficia incredulis, ac proinde non dispositis, non conferre. Atque in hac significatione capitur interdum non posse, vt cùm Dominus inquit, *Non possunt filij Sponsi, quandiu cum eis est Sponsus, ieiunare:* id est, non est æquum & conueniens, siue decens: aliqua tamen facit, vt ostendatur potens ac misericors; & quia alij in eum crediturierant spectatores. Cùm verò ex signo sola Dei gloria quæritur, tunc miraculum fit, homine etiam non credente & inuito, vt coram Achaz: & ita curauit cæcum natum, & viduæ filium suscitauit, nemine rogante vel petente. Quando autem ad vtilitatem alicuius, requiritur eius fides; vnde Dominus dixit; *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat; Credo, Domine: adiuua incredulitatem meam:* Id est, si imperfecta est fides, perfice illam. In operaturo etiam miraculum fides necessaria est; hinc Dominus dixit, *Si habueritis fidem, sicut granum*

Iesus, cum omniscius esset, quomodo mirabatur Nazarenorum incredulitatem? *Ioan. 2.*

sinapis, dicetis monti huic, &c. Mirabatur autem Dominus, non tanquam rei ignarus; sed admirationis signo indicãs nobis, quàm esset detestãda Nazarenorum incredulitas, per quam homines ineptos, & minus capaces beneficiorũ Dei se constituebant. Quia ergo Dominus non quærebat gloriam propriam in operandis miraculis, nõ debebat sine vtilitate multa signa edere apud incredulos Nazarenos. Satagamus igitur, vt fidei lumen in corde nostro splẽdeat, precibusque Dominum rogemus, vti illud pro sua bonitate augeat atque perficiat; quatenus per illud Dei bonitatem, nostramque miseriam cernamus, & diuinis beneficijs obicem atque impedimentum vllum non ponamus, opitulante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre ac Spiritu sancto æquè glorioſus & beatus exiſtit in perpetuis seculis, Amen.

TRACTATVS XII.

In illa verba Lucæ 4. *Et ait illis: Vtique dicetis mihi hãc similitudinem: Medice, cura te ipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem: Amen amẽ dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis; multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Israël,* &c.

Ordo historicus.

QVæ hoc loco refert solus Lucas, continuãda sunt cum his, quæ paullò ante ex Matthæo & Marco diximus: neque in alio differunt, nisi quòd illi concisiùs, & breuiùs tradunt historiam, quam Lucas susiùs enarrat: quæ etsi pulchra multa ad literam contineat, libet tamen aliquantulum huius tractatus initio discurrere per cãpos allegoriæ, vt ostendamus, gesta Christi magnis grauida esse mysterijs. Quòd Christus legerit in Synagoga, significat eius prædicationem inter Iudæos. Quòd traditur liber Esaiæ Prophetæ, quid aliud indicat, quàm quod Dominꝰ legẽ & Prophetas explicuit? *Et incipiens à Moyse* (idem vt tradit Lucas) *& omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, qua de ipso erant.* Quòd declarauit illam prophetiam: *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me;* ostendit Dominus, aduentum suum, & annum placabilem Messiæ suo tempore, & in sua persona fuisse impletũ. Quòd, postquam legit, reddidit ministro librum clausum, insinuare voluit, quòd vsque hodie Scripturæ Iudęis ipsis non sunt apertæ; habent enim velamẽ ante oculos positum, cùm legitur Moyses, vt ait Paulus. Non habẽt etiam clauem Dauidis, id est, fidem in Christũ, sine quo nihil potest aperiri in Scripturis: ipse enim aperuit Apost. sensum, vt intelligerẽt Scripturas. Quòd aliqui magnificabant, alij verò reprehendebant, cómune est omnibus concionatoribus: & ex Iudæis nónulli in Christũ crediderunt, nonnulli verò in incredulitate permãserunt. Quòd petũt fieri signa in Nazareth, quæ facta sunt in Capharnaũ, illud demonstrat, quòd Iudæi signa petũt, & vellent apud se fieri quæ facta sunt apud Gentiles: maiora enim signa in Gentibus per Apostolos edidit, quàm quæ per se ipsum in patria sua, hoc est, inter Iudæos ediderat. Quòd Iesus Propheta non est acceptus in Nazareth, significat Iudęos nõ acceptasse Iesum in Messiam. Quòd mulier Sarepthana pauit Heliã, indicat quòd Gentilitas, quæ vidua erat, & sterilis, Christũ excepit, vt Dei filium & Messiam, & fide illum, bonisq; operibus pascit. Quòd Naaman Syrus solus sanatus est ab Helisęo in aqua Iordanis, pulchrè repræsentat, institutum à Christo baptismum sanctificasse, & sanasse Gentiles, ad quem susciendum sponte accurrerunt. Quòd Nazareni audientes hæc indignati sunt in Iesum, illud odiũ & liuorem exprimit, quem erga Christũ gestarũt, quòd relictis Iudæis, vocauit ad se Gentes. Quòd eiecerunt extra ciuitatẽ, illud significat, quòd ab eis eiectus extra portã passus est. Quòd duxerũt eum in superciliũ montis, super quem ciuitas illorum erat cõstructa, explicat mõtem Caluariæ, in quem baiulans crucem Christus est ab eis extra ductus. Quòd eum voluerunt præcipitare, quid aliud delineat, quàm quòd obiecerũt illi in Cruce opprobria & amarulenta verba, & dixerũt: *Si filius Dei es, descende de Cruce.* Quòd non potuerunt præcipitare, sed trãsiens per mediũ illorum inuisus effectus ibat, aptè denotat eius resurrectionem ex mortuis: quam illi non credentes, sed calũnijs atq; mendacijs obscurantes, transijt per medium illorum, hoc est, per Apostolos ad Gentiles, inter quos vt verus Messias, & filius Dei, & Saluator mundi glorioſus viuit & regnat, id est, caligantibus Iudæis. Sed hactenus dictum sit de allegorijs.

Allegoria huius Christi historiæ.

2. Cor. 3. Apoc. 3. Habere clauem Dauid, quidnam sit. *Luc. vlt.*

1. Cor. 1.

Quid Heliæ apud mulierẽ Sarepthanam figurauit hospitiũ. *3. Reg. 17. & seq.*

4. Reg. 5. Lepræ Naaman in aquis Iordanis mysterium curationis.

Matt. vlt.

Heb. vlt.

Matt. 27.

Infra 28.

Luc. vlt.

Accedamus ad literam. *Vtique* (inquit) *dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura te ipsum.* Causſa cur hęc dixerit Iesus, ex Marco intelligitur; ait enim: Et nó poterat virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibꝰ curauit: *Et mirabatur propter incredulitatem eorũ.* Videtur ergo ciues Nazarenos eadẽ impudentia qua illi gene-

Esa. 61.

Quorsum id: Vtiq; dicetis mihi hanc similitudinem Medice cura te ipsum.

ris obscuritatem obijciebant, etiam obijcere, cur non ea mirabilia signa ederet, quę alijs in locis ipsum fecisse audiuissent. Suntque hominum verba, qui promptiores erant ad obtrectandum vel irridendum, quàm ad credendum in eum. Verbum similitudinem, Græcè legitur παραβολὴν, & potius est prouerbium, vt ait Theophylactus, quàm parabola: quanquam interdum prouerbia parabolæ dicantur, quales sunt illæ Salomonis: quia in eorum vsu, vt plurimum, subsit occulta quædam collatio & similitudo: & sicut prouerbium dicitur interdum parabola, vt Ioann. 10. ita hic parabola vocatur prouerbium. Erat autem prouerbium vulgatum apud Iudæos, quod Medicis ægrotantibus dicebatur, autore Theophylacto; quasi dicat, Cura te ipsum. Solet enim dici; Charitas incipit à semetipso. Et quia Christus multis signis testabatur se à Deo missum in medicum, ac proinde curabat externas corporum infirmitates, quo testaretur se infirmitates spiritales animorum sanare; idcircò subdit: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Volunt illi dicere; Audiuimus prodigiosa quædam te patrasse in Capharnaum, vbi peregrinus eras, nec vllos consanguineos habebas: par ergo est, te in tuos esse beneficum: quod enim ciuibus tuis & cognatis præstare videris, tibi ipsi quodam modo præstas. Videntur autem verba hæc ex incredulitate profecta, quia dicunt, Audiuimus, non scimus: fac ergo, si potes, hic: quia si non potes, impotens es, & seductor: Si autem potes, & non vis, nobis inuides, & ingratus es patriæ tuæ. Petebãt ergo miracula, non ob salutem animarum, sed ob honorem carnis, ob nouitatem vel delectationem, vel curiositatem, vt Herodes Lucæ 23. Iniquè autem petebant miracula, quia nec ad salutem sunt necessaria; nec ad ingenerandam fidem, satis firma & valida existunt. Non sunt quidem necessaria ad salutem, vt constare potest in Samaritanis, qui citra signa crediderunt, & in latrone in Cruce conuerso, & in Indis Occidentalibus, qui Christi fidem, nullis penè visis miraculis, sunt amplexi, & in nobis omnibus qui fidem in Messiam retinemus, tametsi alia ab his quæ in Euangelio perleguntur, non viderimus. Quòd etiam non sufficiant fidem efficere, multa indicant. Pharaonem enim Aegypti Regem decem signa terribilia visa ad fidem non emollierunt. Pharisæi conspectis tot signis Christi non solùm non crediderunt, verum etiam indurati sunt magis. Quòd si dicas; Iesus noluit facere miracula in Nazareth: eã igitur non amabat, nec honorare volebat. Sed profectò hoc non consequitur: quia patriã suam in mysterio annuntiationis, & educationis honestauit, domũ illam Lauretanæ virginis in perpetuũ reseruans miraculum; illustrauit habitando in ea vsque ad triginta annos; exornauit titulo Crucis triumphali; vocatur enim frequenter Iesus Nazarenus. Tamen etsi miracula apud Nazarenos non ederet, non propterea auxilium sufficiens, & necessarium ad salutem ipsorũ illis denegauit, sicuti nulli hominum vbicunque & inter quoscunque viuat, tale adiumentum subtraxit: nisi Deus vellet seipsum negare, quod nunquam faciet: vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. De reliquis verò donis, quæ ad auxilium diuinæ gratiæ necessarium, vel ad salutem non spectant, Deus facit pro suo beneplacito & voluntate: dat enim cui vult; & negat cui vult, citra vllam iniuriam: vnde inquit in Euangelio, An non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Vt enim pater omnes filios, quos habet, diligit, & de necessarijs illis vult esse prospectum; cuidã tamen, aut quibusdam maiora dilectionis argumenta, pro sua voluntate, ostendit: Pastor quoque etsi omnium ouium suarum curam gerat, peculiari tamen quodam affectu quasdam ex illis diligit, atq; gubernat: simili ratione Deus, qui omnia prouidentia sua regit & moderatur, nulliq́ue suam opem ad salutem necessariam denegat, peculiaribus tamen beneficijs quosdam prosequitur, de quorum numero sunt signa & miracula quę edebat, quæ nec omni loco, nec omni tẽpore, nec apud omnes operari voluit. Quod sapiẽtia magna disponit: tum vt virtute & verbo Dei, non signis nutriamur; tum vt fides nostra amplioris sit meriti; tum deniq;, quia perinde est cum signis, vel sine signis ad fidẽ peruenire, modo illa persuadeãt: quem admodum nauigãti perinde est ad portum peruenire vel remis, vel vento; & infirmo grauiter laboranti assequi sanitatem medicina, vel exercitatione corporis.

Quamobrem non debebãt Nazareni signa petere, vt crederent. Primùm, quia videbant in ipso perpetuũ miraculum, quòd Legem & Scripturam interpretaretur, cùm tamen scirent eum non didicisse literas, Ioannis 7. Deinde audierunt multa per eum edita miracula, quæ qui non credit, minus crederet præsentibus: qua ratione Deus nobis signa non ostendit, quia satis habemus in Euangelio innumera Christi miracula. Item, quia Spiritus eos intus ad credendum non amabat, nec honorare volebat. Sed profectò hoc non consequitur: quia patriã suam in mysterio annuntiationis, & educationis honestauit, domũ illam Lauretanæ virginis in perpetuũ reseruans miraculum; illustrauit habitando in ea vsque ad triginta annos; exornauit titulo Crucis triumphali; vocatur enim frequenter Iesus Nazarenus. Tamen etsi miracula apud Nazarenos non ederet, non propterea auxilium sufficiens, & necessarium ad salutem ipsorũ illis denegauit, sicuti nulli hominum vbicunque & inter quoscunque viuat, tale adiumentum subtraxit: nisi Deus vellet seipsum negare, quod nunquam faciet: vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. De reliquis verò donis, quæ ad auxilium diuinæ gratiæ necessarium, vel ad salutem non spectant, Deus facit pro suo beneplacito & voluntate: dat enim cui vult; & negat cui vult, citra vllam iniuriam: vnde inquit in Euangelio, An non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Vt enim pater omnes filios, quos habet, diligit, & de necessarijs illis vult esse prospectum; cuidã tamen, aut quibusdam maiora dilectionis argumenta, pro sua voluntate, ostendit: Pastor quoque etsi omnium ouium suarum curam gerat, peculiari tamen quodam affectu quasdam ex illis diligit, atq; gubernat: simili ratione Deus, qui omnia prouidentia sua regit & moderatur, nulliq́ue suam opem ad salutem necessariam denegat, peculiaribus tamen beneficijs quosdam prosequitur, de quorum numero sunt signa & miracula quę edebat, quæ nec omni loco, nec omni tẽpore, nec apud omnes operari voluit. Quod sapiẽtia magna disponit: tum vt virtute & verbo Dei, non signis nutriamur; tum vt fides nostra amplioris sit meriti; tum deniq;, quia perinde est cum signis, vel sine signis ad fidẽ peruenire, modo illa persuadeãt: quem admodum nauigãti perinde est ad portum peruenire vel remis, vel vento; & infirmo grauiter laboranti assequi sanitatem medicina, vel exercitatione corporis.

Quamobrem non debebãt Nazareni signa petere, vt crederent. Primùm, quia videbant in ipso perpetuũ miraculum, quòd Legem & Scripturam interpretaretur, cùm tamen scirent eum non didicisse literas, Ioannis 7. Deinde audierunt multa per eum edita miracula, quæ qui non credit, minus crederet præsentibus: qua ratione Deus nobis signa non ostendit, quia satis habemus in Euangelio innumera Christi miracula. Item, quia Spiritus eos intus ad credendum

Prouerbia cur interdũ parabolæ dicantur.

Theophyl.

Prouerbium illud: Medice cura te ipsũ, quibus familiare.

Nazarei quid his verbis postulabant: Quanta audiuim' facta in Capharnaum, fac & hic in pattia tua.

Signa & miracula ad salutem non esse necessaria, vnde cõstet. *Luc. 23.*

Ioan. 4.
Luc. 23.

Non etiã necessariò signa fidem generare.
Exo. 7. & seq.
Refellitur hoc dictum: Signa non edidit Christ' apud Naza-

dendum mouebat, sed ei resistebant. Præterea nonnullos quoque ibi sanauit, impositis manibus, & si fidem inuenisset, plura fecisset. Denique obseruauit hoc semper Dominus, ne signa faceret in gratiam tentantium, quibus semper ostendit Crucem, vt Christus Matth. 12. petentibus signa de cœlo, dedit signum Ionę prophetæ, & Paulus 1. Cor. 1. Iudæis signa petentibus obijcit Christum crucifixum; & coram Herode petente signa tacuit.

Matt. 12.

Luc. 23.

Secundò obijcies; Cur ergo Dominus fecit tot signa in Capharnaum? Respõdeo, id datum esse multorum qui erant in ea, fidei. Nam illorum qui deferebant paralyticum, & per tectum funibus demittebant, fidem vidit; & paralytico dixit: *Confide fili;* Sanauit seruum Centurionis, de quo, *Non inueni tantã fidem in Israël.* Curauit & filium Reguli, de quo dicitur: *Credidit ipse, & domus eius tota.* Sanauit & socrum Petri febricitãtem, sed ex fide rogantibus alijs pro ea, & ita plerosque alios. Nazareth verò ingrata erat beneficio incarnationis in ea peractæ, & fidem habere in Iesum, respiciendo ad eius genus & propinquos, & pueritiã eius, impediebatur: vnde Marcus capit. 6. dixit: *Et non poterat ibi vllam virtutem facere; nisi quòd paucos infirmos impositis manibus curauit;* quod intellige, vt explicuimus, ex decoro, siue ex iustitia debita; non enim decebat, vt incredulis hæc beneficia communicaret. Nam hac ratione medicus, alioqui doctrina atque experientia instructissimus, de infirmis, qui sibi parere recusant, dicere solet; Non possum sanare hunc infirmum, non ex defectu sapientiæ medici, sed infirmi parere medico respuentis: quẽadmodum & sigillum forte nõ potest imprimere figuram suam in cera ob eius duritiem. Potest tamen Deus signa facere incredulis ipsis inuitis, quia nostra actio nihil confert diuinæ potestati, vt edat signa: qui enim potest pauca miracula facere, potest & multa, imò omnia, quia ad quodlibet necessaria est infinita virtus. Sed pauca edidit apud Nazarenos, vt aiunt Chrysost. & Hieron. ne maiori condemnationi redderet eos obnoxios.

Cur tot fecit Dominus signa in Capharnaum, & quę nam.

Matt. 9.
Supra 8.

Ioan. 4.
Matt. 8.

Tertiò obijcies; Cur ergo conqueritur Dominus Matthæi 11. de ciuitate Capharnaum: in qua tot edidit signa sine fructu, & Chorozain, non edidit autem super Tyrios, & Sidonios, & Sodomam, in quibus fructum magnum fecisset, iuxta illud: *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida; quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in te, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cœlum exaltaberis? vsque in cœlum descendes? quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, fortè mansissent vsque in hanc diem.* Videtur ergo, quòd illis, si credidissent, iniustè sint subtracta miracula; istis verò, magis vt damnarentur, collata. Respondeo: Dici non potest illis subtracta miracula propter reprobationem Dei antiquam, vt quidam dicere videntur: nam quomodo ad Tyrios & Sidonios reprobatos misisset Apostolos ad prædicandum; vt constat ex actis Apostolicis capit. 21. & de prophetia Dauidis loquentis de Christi Ecclesia: *Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic?* Sed tantùm, quia non adstringebatur. Non enim Deus facit omne quod potest: quia cùm sit virtutis infinitæ, omnes omnia dona ex æquo haberent: cùm tamen vnusquisque donum habeat ex Deo vnus quidem sic, alius verò sic: & vni dedit quinque talenta, alij verò duo, alij vnũ: & sæpe pluribus talentis ditati, suo vitio pereunt; alij verò pauciora talenta accipientes seruantur. Proinde apud Esaiam non ait: *Quid potui facere vineæ meæ, & non feci?* Sed, *Quid est quod debui facere?* ac si diceret, Quid potui cum æquitate, & congruentia facere, quod non feci? Non ergo quicquid potest Deus operatur; sed tantùm facit quod decens est, quod iustitiæ, & sapientiæ eius conuenit. Habebant Tyrij & Sidonij naturæ lumen cum aliquo gratiæ sufficientis auxilio, quo negotiari poterant ad salutem: Iudæis verò, qui in Capharnaum, & alijs ciuitatibus habitabant, non operabatur signa ideò, vt maiorem damnationem incurrerent. Absit hoc à Christo, qui est Saluator omnium hominum, maximè fidelium. Nam signa data sunt infidelibus, vt credant, quorsum enim alias Iesus miraretur de incredulitate eorum, vt ait Marcus, si ipse eam suis signis intenderet? Sed quia potiùs fidem quærebat; ideò illa operabatur, quemadmodum Centurio, paralyticus, & Regulus, alijsque credebant, vt sic disponeret Nazarenos ad credendum: nam vel ob vnum solum seruandum Christus prædicasset, & signa edidisset: quemadmodum vni Samaritanæ prædicauit, quam sine signis ad fidem perduxit: quomodo etiam è cõtrario signum sine prædicatione Chananææ cõtulit, quam etiam ad magnam fidem promouit. Vnde Paulus dicebat de Christo: *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Ita enim pro omnibus mortuus est, vt non minùs illi debeamus, quàm si pro vno aliquo nostrum mortem subijisset: & ita pastor vnam ouem errantem quærit, & mulier sapiens pro vna

Christi impotẽtia faciendi signa in Nazareth patria sua, qualis videri potest.

Cui rationi nititur, vt Deus hominem ad credendum aliter ad obtinendum facere miracula possit.
Chryso. ho. 49 in Matth. Hieronym.
Obiectio quorundam ex his quæ dicta sunt.

Quæ ratio fuerit non faciendi miracula in Tyro & in Sidone, vt Dominus dixit.

Act. 21.
Psal 86.

1. Cor. 7.
Matt. 25.

Esa 5.
Expenditur ita: Quid est quod debui facere vineæ meæ, & non feci.

Luc. 19.
In eos qui Christũ aiũt Nazarænis, & alijs signa nõ fecisse, vt maiorem damnationem incurrerent.
1. Tim 4.
2. Cor. 14.
Matt. 8.
Infra 9.
Ioan. 4.
Ibid. & seq.
Matt. 15.

Gal. 2.
Christi mortem quanto pro omnibus amore, & charitate sustinuit.
Luc. 15.
Ibidem.
Gen. 9.

drachma iuuenienda euertit totā domum, & Dominus pepercit ciuitati Segor, ob vnum iustum Loth seruandum.

Prophetæ cur inglorius tantùm in patria sua. *Matt.13.*

Ait autem, Amen amen dico vobis, quia nemo Prophetæ acceptus est in patria sua. Addit Marcus, *in domo & cognatione sua*; & pro verbo: *nemo Prophetæ acceptus est*, legit, *nemo Prophetæ contemptus est, nisi, &c.* Nam ciues memores conditionis præteritæ, & obscuritatis generis, vitę in pueritiā exactæ, & errorum adolescentiæ conténunt. Vnde de Christo aiebant; *Nónne hic est fabri filius?* Item ex inuidia, facilè enim patimur extraneos nos præcedere, non tamen compatriotas. Ideò Ioseph à fratribus venditus, ab Aegytijs honoratur: sic Moses à contribulibus obiurgatur, & lapidibus obrui tentatur, qui tamen magnus erat Pharaoné: ita Abraham in Chaldæa à conciuibus patitur: Iona, qui parum apud Iudæos proficiebat, misso ad Niniuitas, ad primi diei allocutionem, tota ciuitas cum Rege & Principibus ad pœnitentiam est conuersa. Nascitur etiam hoc ex familiaritate, quæ, vt dici solet, parit cótemptum, & sua cuiq; naturaliter vilescūt. Solent homines non tam rerum magnitudinem, quàm raritatem admirari: quotannis vinum ex aqua fit, dum humor terræ ingrediens in vinum conuertitur; sic ex paucis seminibus ingentes segetes nascuntur. Et tamen frequentius est in ore hominum quod fecit signum, cùm aquam in Cana Galilææ in vinum conuertit: & cùm ex quinque panibus satiauit quinq; millia hominum: & hæc quotidiana miracula & consueta nemo ferè miratur. Cernimus quotidie quandam in Sole resurrectionem, & in nobis, dum excitamur à somno, nec hoc quisquam miratur, vt Lazari, & adolescentis suscitationes raras & insolitas. Ob hanc causſam Prophetæ minori erant in honore in patria sua, ob quotidianam, quā cum eis habebant consuetudinem: qui etsi diuina oracula prædicarent, ob copiam tamen & frequentes conciones eos contemnebant, ac fastidiebant: vbi verò ad exteras Gentes proficiscebantur, in magna reuerentia habebantur eorum dicta.

Gen.37. Infr.41. & se. Exod.2. Infra 17. Ioan. 3. & se.

Homines, vt pote stupidi, & inducti, quid magis soleant admirari. *Ioan.2. Infra 6.*

Infra 11. Luc.7.

Cur Deus opt.max. Prophetam nolit esse acceptum in patria sua. Altera causa.

Hoc etiam ex parte Dei rationes suas habet. Id enim ita constituit Dominus, vt confundatur sapientia mundi, quæ magis dictaret credendum esse suis magnis, quàm paruis alienis. Quis enim crederet, mundum à paucis Galilæis, & cótemptibilibus secundùm seculum viris, atque piscatoribus, ad Christum reuocandum? quod tamen magna cum Dei gloria effectum est. Alia etiam inde vtilitas sequitur. Ministerenim verbi Dei hac ratione redditur magis expeditus ac liber à parentibus, & propinquorum cura & familiaritate; ob quā causſam Apostoli ferè vniuersi ad prædicandū extra patriam destinati sunt. Nó est autem fugienda patria, vt quis extra plus honoretur, sed bene vt tutius se extra eam in virtute conseruet, pendens à Deo sine suorum blanditijs, vel honore cognitus à Deo, & alijs ignotus.

Patria suā prædicator, & Deo seruiens volens tantùm ... te debet.

Patet etiam ex his quæ diximus, qua ratione nouatores Euangelij, siue hæretici Germani, veri Prophetæ non sint: quia accepti sunt in patria sua, à qua non exierunt foras ad prædicandum, vt Apostoli. Dicét fortassis, timore mortis se esse excusatos, quo minus ad nos veniant: sed tanti Euangelistæ debebant verbū Christi ante oculos habere: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Deberent etiam Euangelicam veritatem vita ipsa habere chariorem. Nam cùm Christus veritas sit, vt ipse testatus est: mori pro veritate non est aliud, quàm mori pro Christo.

Secuti ... Hæretici ... præsertim ... manos, ... phetas ... non esse ... de coel ... Hæc ex ... tio illo ... quàm ... ac trem ... Ideo no ... ttiam ... quimus ... imus ... dum, ... mori ... mus. *Matt.10.* Mori ... ritate, ... 1.Ioan.3. In illud ... dem: ... uerfano ... clinamu ... fugimus ... hi alieni ... Christ ... trina, ... plo, fac ... que ag ... Ioan.8. Act.3. Matt.18. Germa ... rum ... euangel ... rum, ... animus ... rabilis. Ijdem ... præcla ... cet Ap ... tum ... res eos ...

Dicent forsitan; Christus interdum se substraxit; Paulus fugit per sportam demissus per muros ciuitatis Damasci; Christus item instruxit Apostolos dicens: *Cum persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam.* Sed profectò isti se ad tempus subduxerūt propter Christum: sed tandem paullò post omnes pro veritate prędicata, & pro Christo occubuerūt. Nullus autem horum magistrorum tanta fuit præditus charitate, vt relicta Germania ad nos proficisceretur instruendos, & periculo vitæ, si quod esset, se exponeret propter Christi gloriam, atque eius doctrinam illustrandam. Sed si qui erant ex illis inter nos, qui eorum opinionibus, infecti essent, illi se in pedes dederunt ad Germanos, & sola fuga ad desertores religionis, se egregios Apostolorū imitatores præstiterunt. Cùm autem nihil fuerit gloriosius in Apostolica functione, quàm per totum orbem discurrere, & sanguinem pro Christi Euangelio fundere: nullus inter eos est inuentus (quanquam se Apostolos, atque Apostolica autoritate defungentes iactent) qui in ea Christi Apostolos sit consectatus.

Tertia ... lorum ... sio qua ... infirma ... non cog ... præsenti ... tis in scr ... nostrum ... do præ ... mus. Apostol ... cto pra ... cebat ...

Dicent tertio; Satis scriptis nostris innumeris, & propriè infinitis mundo prædicamus. Verùm profectò non satis est scripto docere: opus enim est priùs vitæ exemplo, quam verbo, vel scripto prædicare: magna etiam hominū pars literas ignorat, vt possint per eorum libros addiscere Euangelicam veritatem. Apostoli etiam nunquam ferè aliquos scriptis docuerunt, quos priùs vitæ exemplo, vel verbo non instruxissent:

vnde vel Romani, ad quos scripsit Apostolus, Petri, & Barnabæ Apostolorum Romæ degentium, viua voce Euangelium erāt edocti. Imò Christus ipse, qui deprædicando per vniuersum orbem mandatum dedit, de conscribendo Euāgelio verbum ad Apostolos legitur feciſſe nullum.

verbe Christi videlicet, præceptoris exemplū imitantes. *Matt.vlt. Marc.vlt.* Naturęis negata beneficia ciuibus suis, alienis quibus testę Christo, olim fuerint concessa. *3.Reg.17. Luc.vlt.* Quibus se Christus exē plo facilè tuetur. *Matt.22. 3.Reg.17. Ioan.10. Psal.81. Matt.9. Cap.6. 3.Reg.17. 4.Reg.5.*

In veritate dico vobis, Multæ viduæ erāt, &c. Priùs respondit Dominus Pharisæis; ostendendo iustè esse subtracta beneficia conciuibus suis: modò probat duorum Prophetarum exemplo, Heliæ, & Helisæi beneficia ciuibus denegata, piè collata fuisse in alienos. Libenter autem, & frequēter Dominus tuetur se exemplis, & dictis Prophetārum, vt hoc loco, & quando accusati discipuli, quòd vellerent spicas in Sabbato, exemplū Dauidis produxit: & cùm filium Dei se dixit, allegauit verbum Prophetæ: *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes*; & cùm accusaretur quòd cum publicanis, & peccatoribus ederet, obiecit verbum Prophetæ: *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Nota est ex sacris literis historia viduę Sareptha-næ excipientis Heliam, & historia leprosi Naamam Syri sanati ab Helisæo in aquis Iordanis. Cœlum vocat Dominus, aerem, in quo coguntur nubes, vt inde demittatur pluuia. Dicitur autē metaphoricè cœlum claudi, cùm non dantur, quæ inde dari consueuerunt: sicut aperiri, cùm dantur. Tempus annorum trium, & sex, quo dicitur cœlum clausum fuisse, nō dicitur ex Scriptura veteris Testamenti, vbi hæc historia traditur, sed Dominus æterna sua cognitione agnouit, qua nullum præteritum est illi ignotum; vel ex antiqua traditione apud Iudęos peruulgata accepit Dominus, propter quam traditionem Iacobus cap.5. epistolæ suæ tradit nó pluisse tempore Heliæ annos tres, & menses sex. Accepit Helias à vidua paupere hospitium, & eleemosynā dedit Helisæus diuiti Naaman: quia vult, pauperes de paucis, quæ habent, communicare alijs: & diuites bene vtētes facultatibus plura accipere. Helias accepit ab alienigena, Helisæus contulit alienigenæ. Est autem mirabilis Dei prouidentia per talē viduam volentis alere Heliam, imò per coruos alioqui rapaces, immisericordesque: quia bonos, & malos potest mouere pro suo beneplacito ad tribuendum. Proinde nullus daturus eleemosynam diffidat, nullus item accepturus. Intelligat etiam omnis pascēs Christum in paupere, quod ab eo, quem breui tempore pascit, sit pascendus in ęternum. Particula, Nisi, in vtroque exemplo accipienda est pro, sed tantùm: non enim exceptiuè potest accipi, cùm id quod excipitur, non contineatur sub eo, vnde fit exceptio.

E quo cœlo dicit pluuiæ à Domino. Cœli claudi, celeritate apę quid sit. Vide annotationē de sex mē ses quo clau sum eſt cœlū per Heliam, Cap.18. con ... nit.

In vidua Heliæ hospite, & in Naamā Syro ab Helisæo curato quid fuerit adumbratū.

Iuxta spiritū verò, in vidua, & Naaman Syro, gentiles designātur, in quos Christus beneficia, miracula, oracula, & sanitates, relictis Iudæis, contulit; quibus cùm priùs esset clausum cœlum, nulla pluuia gratiæ, aut cognitionis diuinæ ad eos descendit, donec Helias noster ad nos descēdit, vt verbo suo & Eucharistia pasceret, & vt instar alterius Helisæi mundaret nos à lepra peccati in lauacro regenerationis, ita vt restituatur caro nostra, quasi caro pueri: quia reducit nos ad statum innocentiæ, & facit, vt quasi modo geniti infantes, rationale sine dolo lac appetamus.

Quid verò Helias & Helisæus figurauerint. *Tit.3. 1.Pet.2.*

Habemus etiā hic quod mores nostros informet. Nam Helias, qui Dominus Deus interpretatur, Christum designat, qui non mittitur, nisi ad animā viduam consolationibus & delicijs sponsi destitutam; & ad illum miris desiderijs, & orationib⁹ suspirantem. Hæc aūt nō inuenitur nisi in Sarepta Sidonis. Sarepta incendium significat; Sidon venationem, & significat animam, quę per desiderij incendium venatur Deum. Et hoc, quando clausum est cœlū annis tribus & mensibus sex, ita vt non plueret Dominus, pluuiam scilicet voluntariam, & dona gustus spiritualis super terram: quo tempore spatio aptè magna tribulatio spiritus exprimitur, si Antichristus tāto tempore regnaturus est. Venit ergo Christus ad talem animā, ab ea quidem pascendus, sed magis vt eam pascat, ita vt non desit in domo conscientię eius farina cognitionis Dei, & oleū amoris. Helisæus etiam, qui interpretatur Domini salus, Saluatorem denotat, qui sanat Naaman Syrum à lepra. Interpretatur aūt Naaman pulcher, vel motum præparās, quia pulchra est anima, quod ad naturā eius attinet; & per meditationem prępărat se ad voluntatem Dei. Syrus aūt interpretatur decipiēs, vel excelsus, vel maledictio eorū. Debet enim à peccato sanctificatus dæmonem decipere; & excelso animo ad æterna aspirare; & solet talis ab iniquis maledici: *Nos* (inquiunt) *insensati vitam illorum æstimabamus insaniam.* Atque ex his patet, quomodo sanetur anima gustu spirituali destituta in Helia viduæ: & quomodo, quod ad peccatum attinet in Naaman Syro. Fides itaq; viduæ, & Naaman Syri illa in se fieri signa promeruerat: qua cùm Nazareni careant, iustè apud eos signa non fecit.

Helisæi, Naamanq; interpretatio nominum.

Syrus verò quid interpretetur. *Sap.5.*

Et repleti sunt omnes in Synagoga ira, hæc audientes. Bene Comicus dixit:

Obsequium amicos, veritas odium parit. Et Propheta: *Odio habuerūt corripientem in porta; &*

Nazarænorū in Iesum excandescētia, ingratianimi vitio plenissima. *Terent. in Andria, scena 1. act.1. Amos 5.*

loquentem perfectè abominati sunt. Et Sapiés: *In Synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira.* Rursus: *Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur.* Ciues Domini Iesu rependunt pro saluberrimis monitis furorẽ, & iram. Nil magis salutare est homini, quàm animi morborum curatio: & miseri mortales cuncti bus indignãtur. Si cuius corpus ægrotat, quæritur medicus, aperitur morbus, pharmaca, etsi amara & insuauia, non recusantur demum; pretium laboris & curationis medico persoluitur: Vbi verò ægrotat animus, præcipua hominis pars, celamus medicum quantum possumus, qui si eos adeat, negant se ægrotare, & pro labore ac studio quod adhibet medicus, vt sanetur, rependunt maledicta, & obtrectationes atq; odia. Intelligant quoque cõcionatores verbi Dei, & vitiorum insectatores, quales auditores Christus, vitia reprehendens habuerit, & intelligant non esse discipulum super magistrum, verùm consolentur seipsos: quia sicut nihil in Christum potuerunt, ita nec contra eius imitatores valebunt.

Ecclesi. 16. *Prou. 15.*

Animo ægrotantium infelix conditio.

Quid consolari possit, ac debeat concionatores, si ne fructu cũ arguũt auditores, ac reprehendunt. *Matth. 10.* *& alibi.*

Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem. Primò ira facit surgere cum impetu ad vindictam: vnde ab eũdo dicitur ira: & cùm quis placatur ab ira cõcepta, dicitur redire ad se ipsum. Eijcit etiam lumen rationis; vt rectè sit dictum:

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Præcipitatque omne salutare consilium; vt rectè Poeta dixerit:

Furor, iraq; mentem
Præcipitant.

Ira vnde dicta: hæc quales in Iesum reddidit Nazaræos.

Cato. Iræ effectus.

Deinde ingratissimi eiecerunt eum extra ciuitatem, quam nobilitauerat, & peiores in hoc fuerũt Genesarenis, qui post porcos amissos, & præcipitatos in mare, præ timore tantæ potestatis, supplices eum rogarũt, vt discederet ab eis: isti autem impudentiores, eum extra ciuitatẽ eiecerunt. Aque ita facto ipso verùm esse comprobarunt prouerbium quod Christus dixit; Nemo Propheta acceptus est in patria sua: & ipsos esse tales, quales sub Helia, & Helisæo patres ipsorum fuerunt, nempe inimicos Prophetarum, & seruorum Dei. Ad eundem modum homines fermè omnes facimus: nam cùm nos ira succensi repellimus accusatores nostros, vel reprehensores, facto ostendimus ipsos veraces esse. Omnis autem ciuitas, cuius regimen & gubernatio ad Christum non respicit; Christum à se ejcit, quemadmodũ domus, in qua non est Domini agnitio, aut timor.

Virgil. 2. Æneid.

Nazarei in Iesum quàm Genesareni, quanto facti sunt deteriores. *Matt. 8.*

Iesum nos quoq; quando eijcere videamur extra ciuitatẽ, Nazarætũ instar.

Et duxerunt illum vsque ad supercilium mon-

Nazarei Chri-

tis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Apertè se produnt demonis filios, qui ad se præcipitandũ Christum hortatus est, cùm dixit: *Mitte te deorsum.* Sed isti eo peiores diabolo, quòd ille nonnisi verbo, isti autem facto præcipitare tentarunt. Sciebat sanè Christus, quòd hoc dicto commouendi essent ad se præcipitandum, neque proinde tamen abstinuit: tum quia vt homo id nescire debebat: & vti optimo argumento poterat, quòd si non tunc ob prauam dispositionẽ & indignationem conceptam, alio saltem tempore robur & põdus habiturus erat; tum quòd Christus, etsi vt homo id sciret, dixit tamen quia dicendũ erat, ne ipse suæ causſæ vnquam, & eorum auxilio defuisse videretur; & vt detegeret, quã illi parũ idonei essent, quibus adhuc virtutes & miracula ostenderentur, qui tam peruersè bene dicta interpretabantur; tum vt ostenderet hic actus, quòd non fauor suorum alijs eum cõciliasset, nec ipse longè à patria sua abfuisse dici posset; denique volebat prædicatoribus verbi Dei constare, non esse erubescendum etiam illusoribus prædicare, vt sapientia Dei iustificetur: quemadmodũ corripientibus fratribus attenti esse debemus, etiamsi emendationem minimè speremus, vt Deus iustificetur, ne dicant, sibi non esse dictũ, sed illis semel admonitis, redeundum est, vt olim Magi per aliam viam. Nam sanitates, quæ alijs conferuntur, prodesse eis potuerunt, qui nunc eijciunt. Ad hæc signa, quæ fiunt in patria, minus habent autoritatis apud alios: nam suspicantur homines nõ esse vera miracula, sed fingi fauore ciuium, & suorũ. Exurgit etiam quandoque quidam furor à cognatis & propinquis aduersus eos, qui signis contradicunt. Hoc autem Dominus minimè quærebat, ne doctrina suorũ fauore & nõ potius diuino fulta videretur; ideò conducebat autoritati suæ prædicationis, nostræ fidei, & aliorum saluti promouendæ, quòd Christus à suis repelleretur.

Noluit autẽ Dominus mortẽ præcipitij accipere, dejiciendo se de monte Deitatis, vt dæmon voluit, qui primus seipsum præcipitauit de cœlo; sed exaltari in Cruce, vt omnia traheret ad se. Noluit in Nazareth mori, sed in Ierusalem: quia non capit, siue non conuenit Prophetam perire extra Ierusalem; non in illius supercilio montis, sed in monte Caluariæ; non vt in Sabbato illo, sed in die Paschatis, quem magnũ Sabbatũ appellat Ioan. in quo verus agnus figuratus immolatus est. Etsi aũt præcipitatio non sit secuta, illi tamen, quod ad attinet, præcipitarunt. Hodie etiam multi ex se

stũ de mo-
præcipitan-
volẽtes, qu-
re diabo-
iotes.
Matt. 4.

Cũ hoc Ch-
stus mãifi-
ignotare vo-
cinus fam-
cur ei
nõ occa-

Exempl-
quale co-
natorib-
stus hoc fa-
cto dedit
Luc. 7.

Matt. 2.
Quamo-
in patria
tutes &
quę suã-
nus hab-
autorita
habeant.

II. nus

Quam-
stus p-
tio in-
nolit.
Ioan. 5.
Isaiæ 42.
Luc. 23.
Matthæi
& seq.

Ioan. 19.

Octo ho-
num ge-
modo C-

Christum

stum præcipitantium.

Christi mors ab eius solo nutu & arbitrio pẽdebat. *Ioan. 10.*

Iesus quomodo transiens per medium illorũ ibat. *Genes. 19.*

Albert. Beda Venerab. Alb. Magn. Lyranus.

Matth. 17. Quia Christi per medium transitus nos deceat. *Psalm. 21.*

Iesus quoq; transc per medium quorũ tulerat insidias, & quare.

Homines qui non transeunt, sed hærent huic mundo.

Christum præcipitant, qui spiritum suorũ extinguunt, vel qui exemplo alios scandalizant, ac retrocedere cogunt. Item qui proponunt arduas quæstiones, nec soluunt. Qui item dictis Christi glossas inueniunt, vt verba eius eludant, vel ab illis obseruandis elabantur. Cumque nos verba Christi præcipitemus, ipse tamen à nobis exit, nostroque errore nos præcipitatos relinquit. Cõcionatores item, qui egregiè dicunt, sed nõ faciunt, Christum præcipitant suo modo. Peccatores item, quorum intentio ima est, & in creatura amplectenda fistit, Christum præcipitant. Dantes item indignis beneficia, vel ea vendentes; quid aliud agunt, nisi quòd Christum præcipitant?

Iesus aũt transiens per medium illorum, ibat. Palam declarauit Christus, nihil posse contra eum malitiam hominum, nisi ipse se præbeat sponte occidendum: atque hac vindicta contentus fuit mansuetissimus agnus Iesus, nempè reliquisse illos, quos cõperit insanabiles, qui vel nutu poterat eos præcipitare. Transiuit ergo per medium illorum, vel ad tempus excæcando illos, ne viderent transeuntem, quemadmodũ Angelus ciues Sodomæ Genes. 19. vel circumdedit se nubecula obtegente ipsum, vt cùm eum ascendentem nubes susceperit ab oculis spectantium; vel vt testantur Beda, Albertus, & Nicolaus de Lyra, adhæsit in saxo supercilij illius montis, quod Domino cessit non secus, ac si fuisset cera mollis & blanda quæ recipit sigillum: & adhuc in hodiernum vsque diem forma totius corporis Christi cernitur, atque in eo sacellum est constructum sub nomine Saltus Domini; Vel denique Iesus vsus est dote subtilitatis, vt cùm de matre integra editus est in lucem; quomodò etiam gustum quendam dotis claritatis ostenderat in Transfiguratione; dotis verò agilitatis, quando ambulauit super mare. Trãsijt ergo Christus per medium quærentium extrema (nam in circuitu impij ambulant) vt daret exemplum progrediendi in virtutibus: sed non videbatur, quemadmodum nec nunc quidem videtur à Iudæis in vniuerso mundo ad ipsum conuerso, nec videtur ab hæreticis in Eucharistia, vel in Ecclesia sancta Dei, vel in pastoribus, & doctoribus eius, quia oculos clauserunt veritati. Non videtur etiam Christus in pauperibus à diuitibus & opulentis. Et quia Christus transit, non vult suos creaturis hærere, vel sæculo huic immorari: ideò homines sensui, genioque vacantes, nolunt Iesum videre; sed vel Mahometum, vel Lutherum, qui non transeunt, sed hærent huic mundo. Tu ergo, si sapis, à præcipitio liber eris, modò transeas per creaturas, non curando hominũ dicta, vel facta; aut eorum honores, vel opprobria. Ex his autem, prudens lector, disce, quam vtilis sit tribulatio, & persecutio: per illam enim ejcimur extra ciuitatem huius mundi, ita vt dicamus; *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Deinde cogit nos ascendere in montem perfectionis, quemadmodum arca Noe aquis diluuij eleuata fuit. Præterea facit transire, vt Hebræos, & veros peregrinos, non adhærendo bonis temporalibus quę nos demergant. Adhæc, facit transire per mediũ virtutum, nõ declinando ad dexteram, vel ad sinistram. Insuper reddit hominem inuisibilem sagittas iaculantibus; & sagittæ paruulorũ fiunt plagę eorum. Postremò, si qui sunt, qui nos persequuntur, præcipitant potius seipsos, quã nos, qui debemus cũ Christo capite sursum erecto, hoc est, ad gloriã Dei Patris mortem perpeti Crucis, suppeditãte Domino nostro Christo Iesu, cui cũ Patre & Spiritu sancto par est gloria, maiestas, atq; imperiũ, in sęculum sęculi, Amen.

Quos parit fructus tribulatio, ac persecutio, iustis, ac perfectis.

Hebr. 13.

Genes. 8.

Psalm. 63.

TRACTATVS XIII.

Tract. 41.

In illa verba Matth. 10. *Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immũdorum, vt ejcerent eos, & curarent omnem lãguorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem discipulorum nomina sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, &c.*

PAulò ante hæc præmittit Matthæus in fine capite 9. quæ lucem his quæ propõsita sunt, adferre videntur, nempe: *Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat* (vel, ejciat) *operarios in messem suam.* Hæc igitur primo loco explicanda sunt, vt causam intelligamus, cur Dominus ad prædicandum Apostolos destinauerit. Cùm ergo vidisset Dominus turbas se docentem, ac prædicantem sectantes, non potuit non commiserationis affectu duci erga illas; quia erant vexati, & iacẽtes sicut oues non habentes pastorem: id est, erant afflicti à proprijs concupiscentijs, & vitijs suis, in quibus contabescebant, partim à dæmonibus, qui plurimos eorum corpore obsidebant; partim à doctoribus, qui ipsos negligebant, aut corruptè instituebant; itaq;

Quæ proposita sunt, vnde pẽdere videantur, meritò proinde his posterius explicanda.

Quid est q; turbas miseratus est Dominus: quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.

tanquam oues errabundæ non habentes pastores à quibus edocerentur, in sordibus suorum peccatorum iacebant: quanquàm vexati dici possint, labore eum sequendi; & quia pauperes iacebant in agris, siue dispersi erant, vt habet litera Græca, ac si nullus de eis curaret: ideò prospexit illis de prædicatoribus, ne tantùm Christum insequendo circuirent. Aliàs autem misertus est fami, & ægritudinibus, erroribusque, docens eos multa, vt habes Marc. 6. Sed quia hic nihil prospexit de bonis temporalibus, videtur quòd Domini commiseratio propter illa non fuerit. Hinc miraculo de robore, & cibo non eis consuluit: tum ne sine necessitate hoc faciens, non videretur homo; tum ne illi sequerentur ob panem; tum vt assuescerent cruci, & non viderentur fauore humano conuersi ad Christum. In deserto autem non poterat humana vi prospici, quia Deus iubebat stare columnam nubis, & ignis, vbi non ferebat vllum fructum, vt dicitur Ierem. 2. & quia populi circumstantes hostes erant. *Et ait illis, Messis quidem multa.* Messem metaphoricè vocat Iudæos congregandos in aream Ecclesiæ, & tanquam paratos vt ad fidem colligantur; quia iam in eis disseminata erat fama miraculorum eius. Exiuit enim fama eius in vniuersam Syriam. Et alludit ad Ioannis Baptistæ verba, qui dixerat; *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum; paleas autem comburet igni inextinguibili.*

Operarij autem pauci. Non ait, Pauci sunt Sacerdotes, vel Scribæ, & Pharisæi, sed pauci operarij, qui vita & moribus saluti animarum inuigilent: nam, teste Apostolo, omnes quæ sua sunt quærunt: non quæ sunt Iesu Christi: paucissimi enim sunt veri fideles que operarij, siue Episcopi, siue Doctores, qui ex animo & syncero affectu propter Dei gloriam, & zelum animarum negotium Euangelicum agant, & labores propter animas Christo lucrifaciendas sustineant. *Rogate ergo dominum messis.* Pater æternus in primis dominus messis est, cui metitur, & in cuius horrea colliguntur quoscunque Euangelica capit prædicatio, vt ipse in messem suam mittat iuxta cor suum operarios: nam licèt Deus Pater proposuerit eos mittere, & tempus iam aduenerit; vult tamen orari à Sanctis, vt quod facturus est, eorum precibus accedentibus impleatur: quia magna res est operarius, & nobis magis quam sibi vtilis. Et verbum *eijciat*, siue Græcè ἐκβάλῃ, id est, extrudat, vel eijciat, ad maiorem vehementiam positum est, vt etiam vel inuiti cogantur quidam ad Sacerdotij, & Episcopatus munera subeunda: quemadmodum & in parabola quadam dictum est seruo vocanti ad conuiuium: *Compelle illos intrare.*

Potest etiam dici Christus Dominus messis, quia eius est area, & quia eos misit Ioann. 4. *Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introijstis*; &, *Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem*; id est, dispositi, nempè Samaritani, ad fidem, & conuersionem. Et hoc dixit Apostolis, ne animo consternarentur, videntes iam priores dispositas Gentes, & tantùm superesse gaudium metentium. Etsi enim Dominus respectu nostri seminauerit; respectu tamen aliorum antiquorum metebat. In hoc enim est verbum verum (id est, in vobis impletur) quia alius est qui seminat, & alius est qui metit: quanquam eadem die nunc & seminetur, & metatur. Et quia tempus est metendi, donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: propterea iubebat tunc pro eis mittendis vt orarent. Et solus ipse, & Ioannes Baptista, dicuntur operarij pauci: nam Apostoli nunc primùm missi sunt.

Nec est sensus, orandum esse pro duodecim Apostolis, vt essent maiori virtute præditi, quia loquitur tantùm de numero: nec quòd vltra eos mitteret septuaginta duos, quia nunc missi sunt: & Luc. 10. quando sunt destinati, tûc etiam oratum est pro operarijs. Nec loquitur de Pentecoste, quia post illam operarij indies crescunt. Ergo loquebatur de paucitate quæ tunc erat: & orare iubebat pro mittendis Apostolis, vel pro omnibus operarijs vsq; ad iudiciũ. Etsi autem missis Apostolis duodecim, & septuaginta duobus discipulis etiam turbæ secutæ sint ad mortem vsque Christum, vt Matth. 14. 15. & 20. profuit tamen hæc missio, tum ne tot illum sequendo laborarent; tum vt curarentur per Apostolos, & docerentur. His tamen prædicantibus sequebantur populi Christum, quia pauci erant, & quia paruæ excellentiæ in docendo, & signis edendis respectu Christi, in cuius nomine illi miracula operabantur.

Etsi verò Christus dixerit: *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*: sed audi quid sequatur: quia ego ad Patrem vado, id est, post Ascensionẽ meam. Et non semper prædicabant, sed citò redibant ad Christum, vt essent testes vitæ eius, vt dicitur Act. 1.

Christus autem primò solus debuit prædicare,

Quare Christus nũc turbis temporalia non contulit beneficia.

Exod. 13. Num. 9. Ierem. 2. & seq.

Messis multa Domino quæ nam illa.

Matth. 3.

Operarij cur pauci, & qui sint. *Philip. 2.*

Quis ille Dominus messis mittens operarios in messem suã.

Rogare cur eum debeamus, vt mittat operarios

Hæc lectio Græca: Vte-

Cur primum Christus solẽ debuit prædicare.

Matth. 10. & seq.

dicare, vt discipuli instituerentur, & daretur vnum caput, ad quod homines traherentur: & ante mortem missi Apostoli ad prædicandum, vt tolleretur, vel minueretur labor turbę; & vt interim Apostoli exercerẽtur in munere Apostolico; & vt posteà intrepidè auderent prædicare, vt ea ratione conciliarent sibi aliquam autoritatẽ, & constaret eos missos à Christo, qui ipso Christo viuente prædicarunt.

Narrationi prędictę, missionem Apostolorum ad prædicãdum proxime iungendam, vnde constet. *Marc. 6. Luc. 9.*

Inserendam hoc loco missionem Apostolorum ad prędicandum, manifestũ redditur, non solùm ex eo quod Marcus interrationẽ aduentus Domini in Nazareth, & commemorationem decollationis Ioannis Baptistæ describit missionem illam, sed ex eo etiam quòd Marcus & Lucas post descriptam admirationem Herodis de fama Iesu, subiungunt Apostolos redijsse, & cum illis Dominum secessisse in desertum locum: quem secessum Matthæus factum scribit ob id, quòd Dominus audisset occisum in carcere Ioannem. Occisio ergo Ioannis accidit illo tempore, quo Apostoli missi fuerunt ad prædicandũ: quam missionem præcedunt quæ capit. 9. Matthæus scribit de circuitu Iesu per ciuitates, & castella, & quomodò videns turbas, misertus illarum sit. Cuius circuitus meminit etiam Marcus apertè, & Lucas capit. 8. in principio: post quem circuitum, interpositis quibusdam quæ prius cõtigerunt in principio cap. 9. ponitur Apostolorum missio.

Matth. 14. Quo tempore Herodes Ioannem decollauerit.

Ait ergo Lucas cap. 8. *Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates, & castella, prædicans, & euangelizans regnum Dei; & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erãt curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus, Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis.* Sic habemus apud Lucam, quæ hoc loco inferi debent, & explicari, quanquàm propter claritatem minimo negotio explicationis indigere videntur. Circuitus ille Domini per ciuitates, & castella, significat sitim & ardorem Leonis nostri de tribu Iuda, quærentis quem salutariter deuoret. Aderant Apostoli comites, & testes vitæ, & doctrinæ, quam ipsi per vniuersum orbem circumeuntes dissemināturi erant post Christum in cælos assumptum. Tertiò sequebantur illæ sanctæ mulieres, quæ opibus, & nobilitate, & honestissimæ vitæ exemplo omni exceptione maiores erant, quas ob id Dominus vel voluit, vel permisit se sequi, vt ministrarent de facultatibus. Quartò aduerte, primariam fuisse Mariam Magdalenam, quæ insinuatur fuisse Galilæa, sicut & reliquæ curatę à spiritibus malignis à Christo. Et quod dicitur, quòd ab illa exierant septem dæmonia; intelligamus fuisse ad literam vera dæmonia, quæ exire dicuntur, cùm expelluntur: sicut peccata propriè nõ exeunt, sed remittuntur. Et quia præterito imperfecto dicitur quòd ministrabant de facultatibus; innuitur quòd longè ante cõuersionem peccatricis hæc sancta mulier hoc munere sancto fungeretur.

Quid circuitus Domini per ciuitates & castella significaret. *Apoc. 5.*

Mulieres illæ ex ac religione, quas Christus memini erat Dominum sequebãtur. Maria Magdalene vnde

Iam sequuntur verba cap. 10. *Et conuocatis*, inquit, *duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum.* Ordo iste continuus videtur à Matthæo præscriptus. Conuocauit igitur eos, vt mitteret ad prædicandum, de quo Marc. 6. Luc. 9. est sermo; non autem vt eligeret eos ad Apostolatum, quæ electio multo antè facta fuerat, vt habetur Marc. 3. & Luc. 6. Et licèt in loco Marc. 3. dicatur collata ista potestas: vel anticipatio est, vel in hac missione iterum renouata. Quod verò tradit, dedisse illis potestatem spirituum immundorum: intellige super, vel contra spiritus immundos, vt apertè traditur Luc. 9. Græcè apertè legitur, πρὸς ἀκαθάρτων πνευμάτων, id est, contra spiritus immundos. Est autem hæc potestas, non qualitas aliqua, aut virtus existens in creatura: nam esset infinita, atque illa præditus, quoties vellet, signa ederet; cùm tamen non semper illa Apostoli perficerent, vt constat Luc. 9. ergo data est illis fides, siue gratia gratis data, quam habens, & petens à Deo, Deus signa edebat: de qua Matth. 17. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.* Et Ioann. 14. *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.* Marc. vlt. *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur* (id est, credentes hæc signa edere poterunt) *In nomine meo dæmonia eijcient*, id est, inuocato nomine Iesu, non Deo solo, vel Deo Abraham, quia signa fiebant vt agnosceretur Christus, & inclarescret nomen eius: quòd si potestas edendi signa finita esset, non verè confirmaret veritatem Euangelicam à Deo profectam, cùm alius præter Deum miracula possit operari. Et tamen Deuter. 18. ponit Deus illam, tanquã necessariam probationem, & ita Christus innuit Ioan. 5. & 10. se Deum: *Opera*, inquit, *quæ ego facio, testimonium perhibent de me.*

Congruum autem visum est, hanc potestatem communicari discipulis, tum vt cõfirmarent doctrinam Christi; tum vt alliceret auditores; tum vt subleuaret à labore deferendi

oriunda; eadem quibus fuit à dæmonijs liberata.

Eius antiqua Christi sequela, in eũque beneficentia. *Luc. 7.*

Quare Apostolos ad se duodecim Christus conuocauit.

Quòd electionẽ Apostolorũ Marcus cũ missione ad prædicandum coniungit: quare id fecit.

Apostoli quã acceperint potestatem spirituũ immundorum.

Potestas signorum quid nam sit.

An hæc illis hærebat perpetuò, necne

Marc. 16. Cur in nomine Iesu ab Apostolis fieri signa debebant, vt ipse prædixerat.

Quare cõueniens fuerit potestatẽ signa edendi Apostolis cõmunicari.

deferendi à grotos ad Christum; tum vt illustraretur Christi potestas, qui non solùm per se, sed per discipulos signa edebat.

Quando figura fecit Helisæus tantummodò.

Quòd si obijcias, Helisæum Heliæ discipulũ signa fecisse: responderi potest, quòd Helia manente inter viuos, nulla miracula edidit Helisæus: sed cùm raperetur Helias, petijt ab eo Helisæus vt oraret Deum, vt eiusmodi potestas transiret in illum: quod & impetrauit, etiamsi Helias dixerit illum rem difficilem postulasse, nescions an Deus eam concederet: vt habes 4. Reg. 2. cùm tamen Christus viuens non orando, sed per modum imperij, Apostolis hanc potestatem tribuerit edendi signa. Nomen etiam Christi nõ solùm per discipulos, sed etiam per extraneos inuocatum signa edebat, vt habes de Iudæis exorcistis Act. 19.

4. Reg. 2. Helisęum, in se fieri duplicẽ Heliæ spiritum postulando, rem difficilem postulasse; cur dixerit Helias.

Act. 19. Qui Apostolis in Ecclesia succedẽt, eandẽ quam illi potestatem signa faciẽdi cur minimè sortiãtur.

Quòd si rursus interroges, cur hæc potestas Apostolis collata in prædicatores & Prælatos Ecclesiæ, qui vicem Apostolorũ gerunt, non transierit: respondeo, quòd omnes, qui credunt in Christum, & fidem habent, id est, confidentiam, sine vlla hæsitatione, edere possunt signa, vt habes Mar. 11. & 16. Matth. 21. Iacobi. 1. & Ioan. 14. sed quia illa fides inter gratias gratis datas à Paulo connumeratur. 1. Corinth. 12. vbi inter alia, gratia sanitatũ ponitur: Deus eam non dat, nisi pro necessitate, vel vtilitate magna Ecclesiæ. Nunc verò eiusmodi potestas, vel fides, non est necessaria, neq; Ecclesiæ vtilis: nam cùm signa ad confirmationem Fidei fiant, atq; illa sit hodie confirmata & indubitata apud omnes; miracula nõ essent ad vtilitatem, sed ad solam curiositatem. Deinde nõ solùm non prodessent Fidei, sed illam potiùs infirmarent: sicut cũ quis habet aliquid in iudicio idoneè probatum, si rursus velit idem probare, reddit negotium suũ suspectum: quod sanè prudenter non fieret. Ita stultum esset & laboriosum, rem probatam velle nouis probationibus reddere dubiam & cõtrouersam: & ita fides dignitatem suam amitteret, & reduceretur ad eum statum, in quo erat, cùm nondum confirmata esset. Quòd si apud aliquam gentem nouis signis confirmaretur Fides; idem oporteret apud omnes homines fieri, quia illi, apud quos non confirmaretur, iustè dubitarent, & ita rursus per totum orbem edenda signa noua essent, vt stabiliretur Fides, quod periculosum esset & laboriosum: cùm sine his fides sit radicatissima; & quod radices iam egit, stultum esset eradicare, vt iterum plantaretur. Ad hæc fidei meritum per signa minueretur: constat enim, maiorem esse fidem, qui non visis signis crederet: quare Dominus dixit, *Quia vidisti me, Thoma, credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Expostulabatque cum Iudæis, *Nisi signa, inquit, & prodigia videritis, non creditis.* Quòd si dicas, in principio Ecclesiæ non debuisse signa edi, ne amitteretur meritum fidei: respondeo, non esse simile: fuisset enim fatuus, si quis ea, quæ Christus & Apostoli prædicabãt, sine vllis signis & prodigijs credidisset. Nam etiam Deus Iudæis concesserat, ne crederent alicui Prophetæ tanquàm ab eo misso, nisi signa suæ missionis ostenderet: vt dicitur Deutero. 18. Ita ergo totus mundus excusatione dignus esset, Christi fidem non recipiendo, si miracula edita non fuissent. Nunc autem secus est, vbi doctrina Christi suscepta est, & per totum mundum credita. Postremò constat, signa edita ingẽtia & innumerabilia pro religione Christiana. Nam cùm omnes Gentium historiæ scribant, gentem Christianam aliquando cœpisse; fides autem maximè sit difficilis, tum vt fide suscipiatur, tum vt quæ fieri mandat, opere præstentur; & ab his bonis sensus, quæ sub aspectum cadunt, ad bona spiritalia, & cœlestia, de quibus intellectus nihil cognoscit, inuitet & alliciat, atque pro illis possidendis professores fidei duros cruciatus & tormenta omnes cuiusuis sexus, & gradus, ætatis & conditionis homines propè innumerabiles sustinuerint: verisimile non est, homines talem fidem sine signis suscepisse; aut si suscepe-

Ioan. 20.

Supra 4.

Signa Ecclesiæ præsentia necessaria non fuerunt ea etiam non sunt vera Ecclesia tracta, ne mendacium

Quare

strema

runt, aliud consurgeret nõ minus, sed maius miraculum, vt docet Augustinus, totum mundum huic tam altæ fidei, & tam difficili legi collum subdidisse absque vllis prorsus signis & miraculis. Accedit his, quòd hæc lex supra mille & quingẽtos annos hactenus stetit. Quòd si ab homine profecta fuisset, iamdiu obsoleuisset, & dissoluta fuisset, iuxta illud Gamalielis consilium: *Quoniam si est ex hominibus cõsilium hoc, aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere.* Ad Iudæos verò conuertendos signa non sunt necessaria; cùm Scripturæ sufficiant: Paganis autem, ad hoc vt derelinquant idola, satis est ipsa ratio, & lumen naturæ, & sanctitas ipsius legis Christi, æquitasque, & tractus internus Spiritus sancti, qui maximè est necessarius. Quanquàm interim non repugnet aliqua signa addi ad fidei corroborationem apud hos, qui fidem nunquam audierunt, neque eorum progenitores, vt constat apud Indos Occidentales: non tamen tot, neque tanta signa, qualia ab initio nascentis Ecclesiæ edita sunt. Neque etiam Catholicæ fidei stabilitati derogat, aut illam

B. Aug. lib. 22. de ciuit. Dei cap. 5. Christiana legis diuinitas.

Act. 5.

Iudæos Ethnicos conuertendos signis non indigere.

Signa mod cur fiant, quarenus Secunda tio.

Quid si certæ alicui nationi signorũ vim Deus non alteri tribueret.

Tertia ratio.

Quibus de causis nunc huiusmodi signorum potestas non sit Ecclesiæ necessaria. Secunda ratio ab exemplo iudiciali.

in dubium

in dubium reuocat, quòd interdum Deus miracula faciat ad sanctitatem alicuius viri declarandam, & illustrandam: nam talia signa directè ad fidem stabiliendam non faciunt, sed obliquè, quatenus hanc fidẽ profitentur, qui tanta sanctitate prædíti fuerũt vt signis à Deo editis comprobarentur, ac commendaretur. Et talia sunt signa, quę ad inuocationem Sanctorum, vel Martyrum in quibusdam basilicis illis dedicatis, vel in locis, in quibus eorũ corpora, vel reliquiæ reconduntur, plerunque fiunt.

Signa in Sanctorum gratiam qualia Christi? opentur.

Vt ejicerent eos. Intellige extra obsessos, nõ autem in abyssum, vt fecit Christus. Dicuntur autem spiritus immundi, quia mali sunt, & omnis malitia, immũditia quædam est, iuxta illud; *Quis potest dicere, Mundum est cor meum?* Deinde ad differentiam spirituum cælestium, qui maxima puritate nitent ac splendent. Ad hæc quòd quidam spiritus sint, qui ad immunditiam & turpitudinem obscœnam homines incitãt, & ad eam exercendam se ministros exhibent. Vnde & incubi, & succubi vocantur: de quibus Augustinus lib. 15. de ciuit. Dei, ca. 23. Non dicit Euangelista, Apostolis tradidisse artem sanandi; sed, virtutem: nec enim sic Christus tradit virtutẽ, sicut homo homini artem: sed dicere Christi, est re ipsa facere, & exhibere. Et languor, dicitur grauis, & periculosa infirmitas, quæ penè hominem reddit deploratum: infirmitas verò quemuis morbum significa. Et tam potestas ejiciendi spiritus, quàm sanandi omnem languorem, signa erant non pascendæ curiositatis, sed Diuinæ beneficentiæ argumenta, & salutis promouendę nostra subsidia. Etsi enim Deus, qui omnia ex nihilo condidit, posset sua potentia absq; vllis adminiculis totum mundum, atq; omnes homines moderari: verùm pro sua sapientia, vt omnia magis coalescerent, & amplius Dei bonitas agnosceretur, alijs alia munera cõcredidit. In cælestibus habet Angelos, per quos multa operatur: ita & in terra, quod ad spiritualia attinet, delegit Apostolos, Prophetas, & Doctores; per quos populum erudiret: quod tamẽ solus ipse sua illuminatione potest præstare. *Duodecim autem Apostolorũ nomina sunt hæc.* De hoc numero multa diximus superiore quodã huius libri tractatu. Hic tantùm annotandũ, D. Hieronymum suspicari, neq; hoc vacare mysterio quòd post vndecim miracula duodecimo loco potestas signorum Apostolis conceditur: & Augustinus lib. 50. Homiliarum, ho. 45. de eo quod scriptum est in Actibus Apostolorum, *Quod Petrus circa horam sextam in cœnaculum*, &c. pulchrè de hoc numero in

Luc. 8. Cur dicãtur spiritus immundi.

Prouerb. 20.

Incubi, & succubi quinam Augustino.

Aug. lib. 15.

Apostoli à Christo sanã dinõ artem, sed virtutem accepêre. Languor & infirmitas differunt.

Cùm Deus pro sua sapientia, & virtute per se ot bẽ regere & administrare valeat, Angelorum tamẽ atque hominum cur vtitur ministerio.

Tract. 28.

Hieronym. in Matth. to. 9.

Aug. to. 10 Alter. 19.

A Domino cur electi

hunc ferè modum philosophatur: *Non frustrà Dominus duodecim habere voluit: & ita numerus ille sacratus est, vt in locum vnius qui ceciderat, non posset nisi alter ordinari. Quare duodecim Apostoli? Quia enim quatuor sunt orbis partes, & totus orbis in Euangelio vocabatur. Vnde quatuor Euangelia conscripta sunt, & totus orbis in nomine Trinitatis vocatur, vt congregetur Ecclesia: quatuor ter dicta, duodecim fiunt.* Hæc ille. *Primus, Simon qui dicitur Petrus.* Christus adhuc viuens non statuit hunc Apostolorum ordinem, quia Euangelistę nõ discordarent in eo narrando, nec quærerent quis eorum esset maior: nec est ordo meriti amplioris, quia Deus hunc tantùm nouit, qui ponderator est spirituum. Et Ioannes videtur maior Andrea secundùm Chrysostomum, qui tamen illi postponitur: & Iacobus frater Domini ponitur inter vltimos, qui tamen erat de eximijs, & præstantissimis. Neque est ordo secundùm vocationem ad Apostolatum, quia omnes eadẽ hora electi, & vocati ad Apostolatum sunt, vt tradit Marcus cap. 3. & Lucas cap. 6. Sed videtur ordo vocationis ad discipulatum: vnde Andreas præponitur Iacobo & Ioanni fratri eius hîc & Luc. 6. qui tamen Marc. 3. & Act. 1. postponitur vtriq; ob meritum. Philippus & Bartholomæus ita simul ponuntur in Euangelio: sed Act. 1. interponitur Thomas, fortasis ob meritum. Philippus autem vocatus ad Domini familiaritatem (Ioan. 1.) iterum ad discipulatum vocatus est, post Iacobum tamẽ & Ioannem; qui propterea illi præferuntur, quia Matthæus ordinem temporis videtur secutus, postquam Andream præposuit Iacobo & Ioanni. Quod hîc dicitur, Thomas & Matthæus, Marcus cap. 3. Matthæum præponit Thomæ, quemadmodum Lucas ca. 6. Act. 1. Thomas & Bartholomæus præponuntur Matthæo. Quãquàm quòd hîc ponuntur Philippus, & Bartholomæus ante Iacobũ Zebedæi, & Ioannẽ, aliter in Græcis codicibus habetur: nam priori loco ponuntur Iacobus & Ioannes post Petrum, & Andream, quo loco statuuntur Marc. 3. & Luc. 6. vt verisimile sit mendum irrepsisse vitio scribarum, quod in correcta editione nullum iam apparet.

Iam de singulis aliquid dicẽdum. *Primus* (inquit) *Simõ qui dicitur Petrus.* Solus Petrus describitur primus, non tantùm quòd primo loco enumeretur, sed etiam quia dicitur primus, id est, præcipuus, & potissimus. Non est enim nomen, quod Grammatici vocant Ordinale, quia sequeretur, secundus, tertius, quartus, &c. Et quoniam omnes Euãgelistę primo loco, & primum vo-

duodecim, secundũ Augustinum.

Quis ordo Apostolorũ ille, quẽ Matthæus assignat.

Primus sensus, sed falsus. *Ioann. 1. & Marc. 3. & Luc. 6. Matth. 18. & Luc. 22. Prouerb. 16. Chrysost. ho. 33. in Matthæum circa medium, tom. 2.*

Secũdus sensus, qui & ipse minimè constat.

Tertius videlicet intentus ab Euangelista.

Petrus. Apostolorum cur dicitur primus.

De Petri primatu quid senserint veteres Patres. *Cyprian. Epiphan.*

cant; voluerunt nos docere, ad Christianá religionem maximè spectare, nosse primatum Petri; nullúsque esse momenti nosse ordinem aliorum Apostolorum inter se, quem ordinem, vt vidimus, videntur neglexisse. Agnouerunt hunc Petri primatum veteres Patres: Cyprianus ad Quintum; *Petrum autem Dominus primū elegit.* Epiphanius in Anchorato; *Ipse Dominus constituit Petrum primum Apostolorum.* Gregorius in Ezechielem; *Primus in Apostolatum Petrus vocatus est*; & Ambrosius in posteriorem ad Corinth. *Prior secutus est Andreas Saluatorem quàm Petrus, & tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus.* Sic ille. Dicitur etiam Petrus Græca voce, cùm Dominus Syriacè dixerit Cephas, quæ idem significat quod petram, siue fundamentum, & caput aliorum. Ponitur autem nomen antiquũ Simonis, vt vndiq; notus esset. Interpretatur porrò Simó, obediens: quia vt tradit Aristoteles lib. 3. Politico. *Necesse est, futurum Principem subditum fuisse. Nec enim benè alios regere potest, qui benè subesse non nouit.* Benè etiam dicitur, *Qui dicitur Petrus*; ad differentiam Simonis Cananæi à patria sua, quæ est Cana Galilææ. Binos mittit Dominus, vt ait Marcus, sicut & Septuaginta duos binos misit, teste Luca: ideò per paria à Matthæo nominantur: atq; hoc fecit in cõmendationem fraternæ charitatis, in mutuam cõsolationem, mutuāq; custodiam operum, & doctrinæ. Væ enim soli, quia cùm ceciderit, nó habet subleuantem se: &; *Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma.* Deinde in certiorem prædicãdæ veritatis contestationem, quia in ore duorum, vel trium stabit omne verbum; idcircò Petro iungitur Andreas: *Et Andreas frater eius.* Quidam putant nomen esse Hebræum, vel Syriacum: quod non videtur verum, quia Iudæi nomina propria Græcorum, imò etiam Romanorum vsurpabant, postquàm illis Græci, & Romani dominari cœperunt. Et ita Chrysostomus docet, Andream à virili morum nobilitate nomẽ esse sortitum. Significat enim Andreas, virilem, siue fortem: ac dicitur frater Petri, ad honorem, & Maiorem eius notitiam. *Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius.* Ad differimen alterius Iacobi Alphęi. Ioannes autem non exprimitur filius Zebedæi, quia nullus erat alius Ioannes, à quo distingueretur. Et causa nominum non fuit secuta appellationem, vt videlicet Simon dicatur obediens, quia ex obedientia secutus sit Christũ: quia antè Simon dicebatur. *Philippus.* Etiam nomen Græcum est, & bellicosum significat: quãquam alij ex Hebræo dicant significare os lampadis. Constat illum bellũ indixisse dæmonibus, & idololatris, atq; os eius verba ignita, quæ tanquàm lampades corda illuminarent. *Et Bartholomæus.* Pauper Galilæus fuit, & sine literis secundùm aliquos. Ideò fabulæ à quibusdam putantur quòd de Regia stirpe prodierit. Et simile dicendum de Thoma. Nos verò, vt superiùs aliquot rationibus, & cõiecturis ducti, existimamus esse Nathanaelem virum eruditum in Scripturis. *Thomas, & Matthæus publicanus.* Cæteri Euãgelistæ præponunt Matthæum Thomæ, vt diximus, sed Matthæus modestiæ causa illum sibi prætulit. Et eiusdẽ virtutis est quod subdit, *Publicanus*: qua confessione docuit nos Deo gloriam dare, qui venit peccatores saluos facere, & relictis peccatis, sequi Dominũ Iesum. *Et Iacobus Alphæi.* Scilicet filius. Vnde Luc. 5. *Et post hæc exijt, & vidit publicanũ nomine Leui, sedentem ad telonium.* Vnde Euthymius existimat, Iacobum, & Matthæum fuisse fratres. Sed profectò hoc Scriptura non subticuisset, quemadmodum de alijs: sed illud colligit, quasi vnus tantùm Alphæus esse posset. *Et Thaddæus.* Hic, teste Hieronymo, trinominis est: dicitur enim Iudas, & Thaddæus, & Lebbæus, non quidem alio Scripturę loco, sed hic tantùm iuxta Græcam literam dicitur, *Et Lebbæus qui cognominatus est Thaddæus:* & Iudas Iacobi vocatur Luc. 6. & Act. 1. non filius, sed frater, vt declarat in epistola sua Canonica, vbi in principio ait: *Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi.* Vnde qui putarunt illum filium Iacobi, decepti sunt. Interpretatur autẽ Iudas, siue Thaddæus, laudans, siue confitens; Lebbæus verò, quod hic nomini Thaddæo Græcè præponitur (dicitur enim, Lebbæus, qui cognominatus est Thaddæus) significat corculũ, siue fortẽ: etsi Plinius scribat Catos Corculos apud Romanos cognominatos, qui sapiẽtia præstarent. *Simon Chananæus.* De Cana Galilææ; ideò non erat ille, qui dicitur frater Domini de Nazareth Matth. 13. & Mar. 6. & scribendũ est sine aspiratione, & scribitur Luc. 6. & Act. 1. *Simon qui vocatur Zelotes*, & deducitur à verbo קנא. quod est ζηλόω, id est, zelare; non autem descendit à Chananæis, sicut descendit mulier Chananæa: quia omnes isti Galilæi erãt, & non comederent discipuli cũ eo, nec audiretur à Iudæis Chananæus, nec admittebatur ad Iudaismũ Deut. 20. Gabaonitæ autẽ, qui ex Chananæis ducebant originem, serui erant Iudæorum, vt habetur Iosu. 9. & 1. Esdr. 2. ideò nó possent prædicare. Chananæus etiá cũ aspiratione denotat mercatorem. Vnde vel Græcè primus dicitur Κανανίτης, secũdus verò Χαναναῖος, sicut Hebraicè legitur כנעני

Cur Dominus Apostolos miserit binos. *Eccles. iiij. 4.*

Prouerb. 18.

Secunda ratio.

Deut. 19. & Matth. 18.

Andreas qua le nomen sit, secundũ aliquos, sed falsò. *Chrysost. vbi supra.*

Andreas quid sonet, idem quare frater Petri nominetur.

Iacobus videlicet maior, cur dicitur filius Zebedæi, nõ autem Ioannes frater eius. *Ioan. 1.*

Philippus Græcè quid, & Hebraicè.

Ridiculum

Antonij Nebrissen. de Simone Cananæo, quod nõ fuerit vertendus Simõ Zelotes, ridicula annotatio.

Ridiculum autem videtur, quod Antonius Nebrissensis in vna ex quinquagenis suis annotauit, Simonem Cananæum non fuisse vertendum Simonem Zeloten, quẽadmodum nec pro Platone Athenienśi latus Minerualis, nec pro Gregorio, Theodoro, & Phrontisco, liceret vertere, Vigilantius, Deodatus, Prudentius. Nam nominum propriorum significationes & etymologiæ in aliam linguam nõ sunt vertendæ: quod diligenter seruarunt Septuaginta Interpretes. Sed non considerauit se non agere cum interprete nostro, sed cum ipso B. Luca, qui per Spiritum sanctum scripsit, & qui per eum zelum huius Apostoli, id est, dilectionem Christi consortij impatientem ad eius laudem significare voluit, Nam simili ratione Simonem, quem Dominus vocauit Cepham, semper Lucas vertit non Cepham, sed Petrum. ¶ *Et Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum.* Hoc perpetuum est in omnibus Euangelistis enumerantibus Apostolos, vt Petrus primum locum obtineat, Iudas proditor verò postremum: quemadmodum inter septem Diaconos nominatur primus, Stephanus, vltimus, Nicolaus aduena Antiochenus. Vt quemadmodum certissimè constat, Iudam ob eius atrocissimum scelus in postremum esse locum reiectum, sic ex alia parte non minùs constet omnibus Petrum ob eius excellentem primatum omnibus vbique anteponendum. Nec post Principem Apostolorum alius videbatur maiori honore dignus quàm Andreas frater Principis: ideo post Petrum secundo loco ponitur Andreas apud Matthæum. Et Iscariotes non est casus Genitiui, sed Nominatiui: dicitur enim Græcè Ἰούδας Ἰσκαριώτης. & Græcè additur iota in principio, sicut etiam Hebraicè, quod Latini omittunt, & ישישכר significat virum mercedis, siue occisionis; vt videatur Iudas cognomine suo tanto facinori respondere, quod patrauit. Sunt qui putant illum à tribu Issachar, & ortum, & nomen habere. Hieronymus verò putat, à viculo quodam cognomen eius deductum: & vt dicitur Ioann. 13. erat filius Simonis. Reliqua verò, quæ ad Iudam spectant, & cur illum Dominus in Apostolorum elegerit. 27. Tractatu explicata sunt.

Quamobrẽ sic eum vocauerit Euangelista Lucas.

Luc. 1. Quo loco, atque ordine semper Iudã Iesuocem Euangelistæ recenseant. *Matth. 26. Act. 6.*

Quo consilio id fecerint.

Andreæ primum cur locum à Petro Euangelistæ assignent.

Iscariotes quid significet. *Matth. 26.* Iudas ille, secundum aliquos, vnde ortum, & nomen sortitus sit.

Altera opinio, quæ Hieronymi est.

Vt autem testatur Marcus capit. 6, misit illos binos ad prædicandum, vt intelligerent negotium esse, cui vnus obeundo par esse non posset, & quisque intelligeret opera alterius se indigere: & ne hospites illos expulisse, aut non fuscepisse viderentur multitudine grauati, non omnes simul in vnum locum, vt plura loca adirent. Deinde quòd vt bini boues mundum araturi, & Euangelicum semen sparsuri erant: tum quia vt bigæ erant per mũdum vniuersum Christum circumlaturi. Debebant etiam geminam Christi naturam, & duplex charitatis præceptum, in quo lex Euangelica sita esset, Euangelizare, duplicemque Christi aduentum annuntiare. Ad hæc, quia dictum est: *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*, vt vehementius esset Christus cum Apostolis, voluit eos esse binos. Præterea, vt humilitatis essent amatores: minor enim gloria ad duos diuisa venit, quàm si ad vnum integra veniret. Postremò, vt dæmonis impressiones, & hominum insultus, & carnis petulantia minus eos inuadere possent: minus quippe audent pugnatores duos aggredi, quàm vnum: nam vt habet Prouerbium: *Neque Hercules contra duos.* Simili ratione septuaginta duos Discipulos binos misit. Sed post Resurrectionem Domini, cùm inquit: *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ*, non iam binos, sed singulos, & solitarios misit, vt magis possent sufficere vniuerso orbi Euangelio replendo: quod magis diuisi præstare poterant quàm coniuncti. Erant enim Spiritu sancto repleti, nec ita aliorum adminiculo indigebant, vt à principio: quanquam post Christi mortem omnes simul manserint per duodecim annos antequam diuiderentur per vniuersum orbem: quo tempore etiam, ob honestatem, Petrus & Ioannes ascenderunt in templũ, & missi fuerunt vnà in Samariam, & Paulus & Barnabas ad prædicandum Gentilibus destinati fuerunt. Non ita tamen credendum est, Apostolos ad prædicandum destinatos solitarios, quin secum habuerint aliquos ex discipulis Domini, tanquam comites peregrinationis, & ministerij, quorum opera interdum vtebantur, vt constat ex Petro, & ex Paulo: & simile censendum est de reliquis. Quod autem Petro, & filijs Zebedæi nomen immutauerit, cum qui dicebatur Simon, Cepham, siue Petrum vocans, sicut filios Zebedæi Boanerges siue בני רגש quod est, filios tonitrui, vt dicitur Mar. 3. ratione, & mysterio non vacat. Voluit namque illos tanquam præcipuos, & magis familiares proprijs nominibus illustrare, vt agnoscerent quales futuri essent, & ipsi scirent se Dominum habere: nam domini est seruis nomina imponere, vt fecit Adam cum animalibus, & Nabuchodonosor cum tribus pueris Hebræis: quemadmodũ & fecit cũ Paulo, qui

Quare Apostolos Christus miserit binos ad prædicandum.

Secunda ratio. *Psalm. 18. & Rom. 10.*

Tertia ratio.

Quarta ratio. *Matth. 18. & alibi.*

Quinta ratio.

Sexta atque postrema.

Prouerbium vetus. *Li 4. 12. Mar. vlt.*

Cur verò Apostolos post resurrectionẽ suam misit Dominus ad prædicandum solos. *Act. 2.* Apostoli, à morte Domini, quandiu Iudæis prædicauerint, antequam Gentibus Euangelizarent. *Act. 3. Infra. 8. Infra. 13.* Apostoli quomodo soli & singulares in mundum fuerint destinati.

Ioan. 1. Mar. 3. Luc. 6. Quod Petro, ac filijs Zebedæi Christus nomen immutauerit, cur id factum sit.

Seruis nomina imponere, cuius sit. *Gen. 2. Dan. 1. Act. 13. Gen. 17.*

nte dicebatur Saulus. Et primum cum Abraha patre omnium credentium fuit factum, cui propterea nomen mutatum est. Interpretatur enim Abraham pater multitudinis, siue multarum gentium; ita Petrus pater est credentium in Euangelio, cuius fidei & confessioni de Christo standum est. Et Ioannis quidem capit. 1. Christus intuitus Simonem dixit de futuro: *Tu vocaberis Cephas*: dedit autem illi, & rem, & nomen Petræ, quando cum cæteris ad Apostolatum est vocatus, vt ait Marcus capit. 3. cũ verò Matth. 16. illi dixit: *Tu es Petrus*, iam erat Petrus, id est, constans & solidus in fide. Filios verò Zebedæi filios tonitrui vocauit: vel quia magnificentissimè prædicauerunt, vel quia tonitrua quædam mundo sonuerunt, terrorem tum hæreticis, tum idololatris incussérunt: vel quia secundùm phrasim Hebræam, vt docet Euthymius, sicut filius iniquitatis dicitur filius iniquus, & filius perditionis, perditus, & filius pacis, pacificus, ita filij tonitrui, qui tonant, hi enim diuina tonarunt dogmata, vel filij tonitrui, id est, Christi, cui vni singulari amore adhæserunt. Est autem Christus tonitru cum luce & horrore de cœlo tonans, & vox pluuiæ nuntia: talis fuit Dominus, qui de cœlo ad nos venit non sine luce doctrinæ splendentis, & horrore, & metu, quem miraculis incutiebat, & tanquam vox pluuiæ diuinæ gratiæ, quam in omnes largiter effundebant, prænuntia. Iustum autem est, vt nos tantorum discipulorum doctrina, tanquam tonitru quodam, tandem excitemur, & de peccatis nostris per illud admoniti metum concipiamus, & lucem hanc cælestem lætis cordium oculis perspiciamus, & ad diuinam gratiam suscipiendam præparemur: vt ita & nos filij tonitrui reddamur, conferente hoc nobis Domino nostro Iesu Christo qui cum Patre & Spiritu sancto æqualem possidet gloriam, & honorem atque imperium, in sempiternum, Amen.

(:)

Abrahæ nominis interpretatio.

Petrus qualis pater, in Euangelio: Petri nomen quando fuerit sortitus, quid sonet.

Matth. 16.

Filios cur Zebedæi Christus filios tonitrui nominauit.

Euthym.

Psalm. 82. Ioan. 17. Matth. 10.

Aliter sensus.

Tonitru quare Christus dici possit.

Nos quoque filij tonitrui quemadmodum efficiemur.

TRACTATVS XIIII.

Tract. 12.

In illa verba: *Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens, In viam Gentium ne abieritis; & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues, quæ perierunt, domus Israël. Euntes autem prædicate, dicentes, Quia appropinquabit regnum cælorum, &c.*

Matth. 10.

CVm Apostoli ad prædicandum, tanquam legati destinentur, & ne inter se discreparent ab eodem præceptore missi ijsdem omnes mandatis astrinxit. Ac primo loco ea mandat, quæ sunt veluti capita legationis, vt intelligant legantis voluntatem, & ab ea non recedant. Tota verò officiorum vis consistit in his tribus: vt contẽptoribus verbi Dei non prædicent, quales tum erant Gentes & Samaritani; Deinde vt prædicent instare Euangelium populo Dei, cui promissus erat Christus; Tertiò, vt hanc prædicationem miraculis & charitatis operibus confirment, idque gratuito.

Ait igitur: *In viam Gentium ne abieritis; & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis.* Hoc præceptum magna fuit cum ratione coniunctum. In primis, ne Iudæi recusarent, eũ in Messiam recipere: nam si primò prædicassent Gentibus, & ab illis tuisset Christus receptus, eũ postea Iudæi respuissent. Deinde, vt ignis à lignis siccioribus accendi solet, & ab illis ad humidiora ligna progreditur: ita prædicatio Euangelica à Iudæis lege Moysi magis instructis & catechizatis initium sumere debuit, & ab eis ad Gentes magis alienas, & hospites testamẽtorum, vt ait Apostolus, peruenire debuit. Ad hæc, voluit Dominus, vt Apostoli, dũ ipse viueret, eum imitarentur, qui dixit: *Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel*: Ita illos voluit, se viuente, illis tantũ prædicare, vt hic dicitur. Præterea voluit Gentem Iudæorum & legem præ alijs honorari; vt ipsi essent primitiæ Euangelij, vt de Sion exiret lex, & verbum Domini de Ierusalem in vniuersum orbem, quanquam Iudæi ingrati essent tantæ prærogatiuæ: imò post mortem Domini mandatum est illis, vt primò Iudæis, deinde Samaritanis, postremo Gentibus prædicarent. Sic enim legitur Act. 1. *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Hoc autem præceptum ab illis plenè seruatum est. Nam

Apostoli munus: eadem omnes, mala accepta à Christo. Summa quæ data sunt legationis, & capt.

Christus prohibuit Apostolis in via Gentium ire, abirent.

Secunda pars tio.

Tertia pars

Quam pars tio.

Esa. 2.

Act. 1.

Hanc legem Christi quamdiu Apostoli conseruarint.

per duo-

per duodecim annos inter Iudæos hæserunt prædicando, antequam ad Gentes dispergerentur, quo tempore Ecclesia Ierosolymitana primum colauit præsentibus omnibus Apostolis, vt eius instar cæteras per vniuersum orbem diuisi fundarent, & regerent Ecclesias. Et Act. 13. cùm prædicarent Iudæis, & illi respuerent verbũ Dei, dixerunt ad illos: *Vobis primium oportebat loqui verbum Dei sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in salutem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.* Et Actor. 11. scandalizati Iudæi, quòd Petrus prædicasset verbum Dei Cornelio Centurioni, expostulabant cum eo: *Quare* (inquiunt) *intrasti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?* & quæ sequuntur. Vt ergo scandalum vitaretur Iudæorum, ex quibus colligendi erant prædicatores ad Gentes destinandi, prius eis prædicandum fuit, quàm Genti, quæ saluari poterat sine hac prædicatione, vt in lege naturæ. Vnde elicere possumus, secreto Dei cõsilio fieri, vt quibusdã regni Dei ad tempus denegetur promissio, quibus tamen nõ in vniuersum negata à Deo est, sed ab æterno præordinata est diuinitus. Nam simili ratione B. Paulus prohibitus est à Spiritu prædicare in Asia, & Bythinia, & missus in Macedoniam, vt habes Actor. 16. qui tamen posteà mirabilem fructum in Asia fecit, disputans per biennium in schola tyranni cuiusdam, ita vt omnes qui habitabant in Asia, audirẽt verbum Domini, Iudęi atque Gentiles: vt traditur Act. 19.

Vox *Gentium*, in sacris literis, opposita est Iudæis & Israëlitis, vnde Ecclesia Gentium, & Paulus Gentiũ Apostolus contra Iudaicam Ecclesiam distinguitur. Et quod ait: *In ciuitates Samaritanorum ne intraueritis*: ad prædicandum intelligendum est, non ad transitum, vel ad cibos necessarios emendos, vt habes Ioann. 4. & Luc. 9. Christus tamen, qui sub hac lege non erat, rogatus à Samaritanis, illis prædicauit, Ioan. 4. sed ante legem hanc latam, nam ante vincula Ioannis illis prædicauit Dominus, Ioann. 4. & postea cœpit prædicare in Galilæa, vt habes Matth. 4. Tantum ergo prohibentur prædicare Samaritanis, ne Iudæi offenderentur prælatis sibi Samaritanis, cùm Samaritani semper eos persecuti fuerint. Non tenebant tertiò omnia dogmata quę Iudæi, sed tantùm quinq; libros Moysis & circumcisionem; habebant & aliud templum distinctum à Ierosolymitano. Dicebant etiam Iudæos errare in sacri-

Act. 13. Iudæorum in Christum & Apostolos ingratus animus atque obstinatio. *Esa. 49.*

Act. 11.

Quare dẽ Dei consilio in totum populũ nõ quidem denegetur, verum differatur regni Dei promissio.

Gentes quomodò accipiantur in sacris literis.

Apostoli Samaritanis prædicare quatenus prohibentur.

Iudæos inter & Samaritanos cur miserit conuenire.

Samaritanorum diuortium à Iudæis.

Ad quas oues perditas colligendas Apostoli ire iubentur.

Oues illę cur perditæ.

Iudæi Gẽtes quomodo compellarent. *Psalm. 78. Ezech. 34.*

2. Timoth. 2. Matth. 25.

Quod regnũ cœlorum appropinquasse, Apostoli prędicabant.

Hoc cur debuit prædicari.

dicari

dicari debuit, vt homines allicerentur, & traherentur ad Euangelium, & vt differentia promissionum Christi, & veteris legis apparerer: & cũ hoc prædicabant pœnitentiam, vt habetur Mar. 6. (*Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent*) Fugam vitiorum, & virtutes ad regnum præparantes. Sed exprimitur regnum, quia alia ad hoc, de quo erat Iudæis dubium, & in quo ab Scribis & Pharisæis differebat eorum prædicatio, quæ etiam non erat de ceremonijs legis, referenda sunt. Quanquam dici potest, quòd expectarent Iudæi tempus, in quo Messias esset regnaturus in tempore, in quo & ipsi cum eo habituri essent rerum omnium imperium: Dominus verò cupiens auocare à terrenis, præcepit prædicari regnum cœlorum, quasi dicat, Instat Messias Rex cælestis, leges ferens cœlestes, ciues efficiens cœlestes, & opes cœlestes promittens. *Appropinquauit*. Non vos illi, sed illud vobis: non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam ad nos accessit. Non est nobis ascendendum in cœlum, vt inde deducamus, nec est descendendum ad infernum, vt ad nos adducamus: sed propè est verbũ regni in ore & in corde. Et nota, Apostolos, Christum Dominum, & præcursorem eius, à pœnitentia, & prædicatione regni cœlorum initium prædicandi sumpsisse, vt intelligas, vno & eodem spiritu incessisse, & conformes in doctrina extitisse, vt ex diuersitate & repugnantia probat Aug. in li. de ciuita. Dei, Philosophorum sapientiam falsam: & hæreticorum nostri seculi inconstantia, & contradictio in prædicatione, euincit ipsorum dogmata esse falsa.

Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite. Tertium præceptum à solo Matthæo in missione Apostolorum expressum, positum tamen à Luca in missione septuaginta duorum discipulorum. Euangelij prædicatio nõ est in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in virtute Spiritus sancti, & potentia signorum, & hominum beneficentia. Et per infirmos intellige eos, qui morbo, aut corruptione humorum laborant, vel aliquo sensu, seu membro orbatos. Lepræ morbus exprimitur, quia frequentior inter Iudæos, & periculosior, ob contagionem: sicut etiam arreptitij multi eo tempore erant, vt illis eiectis, Christi gloria, & Euangelium inclaresceret. Atque his signis firmabatur doctrina Apostolorum, liberabantur turbæ à labore adeundi Christum, & vtilitate alliciebantur ad Euangelium. Protestate aũt suscitandi mortuos non leguntur tunc vsi fuisse, sed post Pentecosten, quare neque frustra data est. Alia autem signa facere poterant, nempe illa eadem quæ Christus Ioann. 14. & quæ credentes Mar. 16. & quæ patres Veteris Testamenti, ideo ait: *Mortuos suscitate*. Imò infra cap. 17. dicitur: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis*: & alibi, *Omnia possibilia sunt credenti*. Hæc autem tantum hoc loco explicata fecerunt Apostoli Christo viuente, & hæc sufficiebant ad confirmationem doctrinæ, & vtilitatem petentiũ, quia alias tantum ex curiositate peterent. Potestque Christus conferre fidem ad vnum tantum genus signi, & non ad aliud: si autẽ ad omnia miracula dedisset potestatem, vt imperfecti ad inanem gloriam mouerentur, vt contigit septuaginta duobus discipulis Luc. 10. possent etiam virtute signorum abuti, & hominib. nocere, vt cùm dixerunt Iacobus & Ioannes: *Vis dicimus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos* (sicut Helias fecit) Luc. 9. Conueniebat autem, vt Christus se maiorem Apostolis ostenderet: ideò dum viueret, sibi soli plenitudinem edendorum signorum seruauit. Christo autem in cœlos ascendente, quia non erat comparatio inter Deum & Apostolos, nec perfugium ad eum, dedit eis potestatẽ omnia signa faciendi, quæ ipse faciebat, vt habes Ioan. 14. Non poterant autem Apostoli facere ex potestate sibi aduersus spiritus immundos data, vt cessarent à tentando: quia Satanas tentauit Iudam, & alios expetiuit, vt cribraret sicut triticum: poterãt tamen ab aliqua regione aliquos dæmones pellere, vt Angelus Raphael ligauit Asmodæum dæmonem in deserto superioris Aegypti, ne noceret Tobiæ vxorem ducenti, Tob. 3. & de Andrea Apostolo legitur, quòd dæmones quosdam excluserit de quadam regione, ne ibi nocerent. Non poterant autem Apostoli dæmones in abyssum mittere, quod solus poterat Christus, ideo tota legio dæmonum timuit, & rogauit ne mitteret eos in abyssum, Luc. 8. quia Dei prouidentia dispositum fuit, vt homines tentent.

Addit verò B. Marcus, Apostolos vnxisse oleo infirmos, ac sanasse illos: quod proculdubio à Christo Domino acceperunt, quemadmodum aqua esse baptizandos homines. Sed hæc vnctio, sacramentalis non erat, qualis est Vnctio extrema, qua vtitur Ecclesia, erat tamen signum quoddam ac præludium eius, quia Apostoli nõdum sacerdotes erant, vt illa vti possent. ¶ *Gratis accepistis, gratis date.* Quartum mandatum

Cum etiam Apostoli pœnitentiam prædicarent, cur tantum regni cœlorum fit mentio.

Iudæi quale regnum expectabant.

Regnum cœlorum quare dicitur (nobis scilicet) appropinquasse. *Tit. 3. Deut. 30. & Rom. 10.*

Ioannes, Christus, & Apostoli cur idem regnũ cœlorũ prædicauerint. *Matth. 3. Infra. 4. B. Aug. li 18. de Ciuita. Dei cap. 41. tom. 5.*

Euãgelici argumenti dignitas atque præstantia. *Luc. 10. 1. Cor. 2.*

Apostoli quos curabant infirmos. Leprosos, cur ijdem mundare præcipiuntur, & dæmones eijcere.

Apostoli mortuos quando suscitauerint.

Mar. 9.

Hęc tas quatuo gnorum nera C stus vic cur Ap lis con non om

Luc. 9. 4 Reg. Apostoli quando nimodar Christus rationem gnorum tulerit.

Idem qu uerint in mones po state. *Ioan. 13. Luc. 22.*

Apostoli quo iuxta firmos ole vngebant qualiter illa fuerit.

datum à solo Matthæo positum. Non ignorabat Dominus semen verbi Dei suffocari à diuitijs, & præuidebat futuros quosdam, qui omnia, etiam ipsissima spiritualia propter solum quæstum & dicerent, & administrarent: sciebat etiam istam legationem summopere ad quæstũ facere posse. Quid enim non daret ægrotus pro recuperenda sanitate, aut quid non largirentur parentes pro suscitandis filijs suis? Ideo disertè, & expresso mandato vitium auaritiæ, & Simoniæ prohibet, dicendo, Gratis accepistis, scilicet doctrinam, & fidem edentem, scilicet doctrinam, & fidem edentem signa: ideo subdit, Gratis date, & humiliamini, & ne sitis auari. Quanquam autem simili non deberent signa facere; tamen ne Deo non possent signa facere; tamen Deus hortatur, ne velimus facere etiam illud, quod sine illo facere non possumus. Quemadmodum Balaam. Num. 22. ad Balac respondit: *Ecce adsum: nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo?* Ad hęc Deo se à Christi veris ministris subtrahente, dedecus esset Christi non habentibus facultatem signa edendi. Poterant autem signa pro pecunia fieri, quemadmodum & prophetare, vt constat de Balaam qui dicitur ariolus, & Michææ. 3. de alijs eius temporis Prophetis. Giezi, & Simon Magus virtutem medendi cœlestem, in lucrum, & auaritiam conuertere cogitarunt: sed hic audit à Petro: *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Deo existimasti pecunia possideri*: ille verò lepra Naaman infectus est, quæ cùm morbus sit contagiosus, plures Simoniæ peccato inuolui intelligendum insinuauit. Non possunt autem vendi spiritualia, quia res spiritualis non potest terreno vllo pretio compensari. Dicitur enim de Sapientia: *Melior est cunctis opibus pretiosissimis, & omne desiderabile ei non valet comparari.* Deinde quia id solum vendi potest ab aliquo, cuius est dominus: iam spiritualium gratiarum nemo est dominus, sed merus dispensator, iuxta illud: *Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Ideo Hælisæus à Naamã Syro noluit accipere munera, quæ illi non videbatur offerre vt pretium, sed tanquam grati animi testimonium, dicebat enim: *Obsecro vt accipias à seruo tuo*: & tamen cum illi vim faceret, penitus non acquieuit Helisæus. Quia autem signum infiniti est valoris, atque Dei est, & non ministri, & vilescéret pecunia æstimatum, & ministri vacarét potius auaritiæ, quàm doctrinę, & ostenderetur planè non esse Dei, qui non eget nostris, & vt auditores magis benevoli redderentur, qui maximè ædificantur, vbi gratis ministerium spirituale verbi Dei, & Sacramentorum impenditur. Propterea tam arctè præcipitur Apostolis, vt quę gratis acceperunt, gratis dent. Legimus quosdam pictores illustres quædam insignia opera fecisse, quæ cùm maiora esse censerent, quàm vt vllo pretio comparari valerent, illa potius donasse, quam vendidisse. Plato libr. 3. de Republica, Aesculapium Apollinis filium extitisse refert, atque auro inductum esse, vt hominem pecuniosum cum extrema ægritudine opprimeretur, in vitam restitueret, & propterea fulmine percussum. Et Tertullianus noster in Apologetico ait: *Pindarus Aesculapium canit auaritiæ merito, qua medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum.* Hinc Hippocrates medicinæ artis princeps, suos discipulos iureiurando adigebat, vt infirmos, & ægrotantes gratis curarent, & mederentur, cùm tamen pharmaca simplicia, & naturæ non excedentia vires adhiberent. Quanto magis vbi diuina sunt dona? quæ si quis contendat vendere, similis sit adamantem pretiosissimum vili vendenti obolo. Qui ergo emit, nec gratis dat, bis peccare deprehenditur: & emendo, & vendendo. Vnde quidam falsè dixit de quodam:

Vendere iure potest: emerat ille prius.

Et cum inquit: *Gratis accepistis*, innuit, donum miracula faciendi sub vllum meritũ non cadere. Ideo qui illud accepisti, ne credas tuis te meritis habere, ob id procul sit à te ista superbia. Si verò illud non habueris, ne credas tuo vitio, aut culpa carere: non enim propter merita dantur, sed in Ecclesię vtilitatem.

Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Quintum præceptum est. Non solùm his verbis instituit præconem Euangelicum per diuersa loca ratione Euangelij peregrinantem, sed etiam in ciuitate manentem: quod ex eo videtur colligi posse, quòd absolutè ait: *Nolite possidere aurum, neque argentum*: & mox addit: *Neque peram in viam, neque duas tunicas, neque calceamenta*: quasi possessio auri, & argenti semper sit prohibita: gestatio autem peræ in via ad tempus tantum. Quanquam alij, probabilius fortasse dicunt, Dominum hæc prohibuisse tantum dum proficiscerentur ad prædicandum.

Quòd si quis miretur, quid sibi velit hoc præcepto Dominus, & cur vetuit discipulos circumferre viaticum, cùm constet etiam ipsum Dominum cibos circumtulisse, & pecuniam per discipulum Iudam, qui loculos habebat. Præterea quòd diuites aliquot, & honestæ fœminæ sequebantur

eum

Apostoli gratis quod acceperant, cur gratis dare iubentur. *Matth. 13.*

Quid acceperant Apostoli gratis.

Secunda ratio non dandi gratuita nisi gratis.

Quo pretio prophetarunt.

4. Reg. 5. Act. 8.

Quod Giezi Simoniaco adhæsit lepra Naamã, Helisæi mandato, quid insinuatum sit.

Spiritualia aut vendi ne queant. *Prouerb. 8. & Sap. 7.*

Secunda ratio.

1. Cor. 4. 4 Reg. 5.

Helisæus cur Naaman à se curati munera recusauit.

Psalm. 11.

Pictorũ quorundam munificentia.

Plato. Aesculapius quare fulmine percussus.

Tertullian. in Apologetico. ca. 14. tom. 2. Hyppocratis, & discipulorum eius in ægros beneficentia.

Diuina ac spiritualia vendentes, quid facere videantur.

Quo verbo Christus signorũ vim, incomparabile donum Dei esse significauerit.

Ministri Euangelici paupertas quanta debet esse de Christi mandato.

Cur missi Apostoli ad prædicandum, sine pera & calceamentis. *Ioan. 12. & 13.*

Luc 8. & Mar. 6. Christi in eos prouidentia.

eum ministrantes ei de substantia sua. Verum Dominus his verbis solicitudinem eximit, & expeditos esse iubet nullis onustos sarcinis: promittens se semper curaturum vt inueniant pios homines, quorum liberalitate sustententur. Nam cur eos posliderc, aut ferre noluerit, ostendit, cùm ait: *Dignus enim est operarius cibo suo*, indicans hæc ab illis ipsis, quibus Euangelium annuntiabant, eis deberi tanquam stipédia militantibus, tanquam fructum vineæ plantatoribus eius. Voluit etiam docere, paupertatem ipsam, maximam authoritatem Euangelio quod prædicabant, conciliare. Suspicimus item, & adoramus eos, qui opes tã magnificas, quib. alios ditant, tam liberaliter largiuntur: admiramurque eos, qui quam omnes fugiunt paupertatem, ipsi vt prædicãt, ita & amant, & amplectuntur. Tum etiam, quia gratis dantes, minus sunt oneri populo illud accepturo. Vnde Paulus, ne quem grauaret, manibus suis sibi victum quæritabat. Amplius, quia studium pecuniæ sicut etiam ministerium prædicandi, totum requirit hominem, & in vno eodem simul esse nó posũt, & quo quis magis vni vacat, eo minus alteri incumbit. Ad hęc, quo magis prædicator curã sui à se reijcit, & à Deo totus pendet, eo plus eius Dominus susci-

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta & quinta ratio. *2. Thess. 3.*

Sexta ratio.

Psalm. 54. & 1. Pet. 5. Matth. 11.

pit, cui melius est niti, quam nostræ prouidentiæ: *Iacta*, inquit Psaltes, *super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Neque sanè prꝫterquam à pauperibus, Euangelium dignè prædicari potest.

Pecuniam in zonis gestare quibam solebant. Quid zonæ olim erant. *Sueto. ca. 16.*

Spartian.

Miles qui timeat. *Lamprid.*

Portare ęs in zonis quid.

Illud verò: *Neque pecuniam* (aut æs) *in zonis vestris*: alludit ad consuetudinẽ antiquorum. Zonæ enim, erant vt sacculi oblongi, pleni pecunia pro viatico, & ita nó tam est cingulum, quam marsupium. Scribit Suetonius, Vitellium Imperatorem zonã aureorum plenam circumdedisse. Et Spartianus ait, Piscẽnium illum Imperatorem iussisse, ne milites nummum vllum aureum, vel argenteum in zonis ferrent. Lampridius de Alexandro Imperat. testatur, dixisse: *Miles non timet nisi vestitus, calceatus, & satur, & aliquid in zonula habens.* Vel in zonis vestris inquit, pro eo quod est, in crumentis, vel bursis, quæ de more zonis alligari solent. Et per aurum, argentum, & æs, omnem monetam significat, quòd ex his trib. metallis soleat cudi moneta: & primò quidem ex ære, deinde ex argento, postremò verò ex auro, vt docet Plin. excusa est. Peram autem intellige, qua viatores panẽ, & obsonij aliquid solent gestare, vt sit loco penus. Et in illa intellige lenticulam vinariam prohibitam, cum eadem propè sit ratio potus atque cibi. ¶ *Neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.* Duas tunicas non vetat ad arcendum frigus, sed plures circumferre prohibet, quam in præsentia opus habeant ad induendum, ne multitudine vestium sibi in longum tempus velint prospicere; vel ad splendorem, atq; delicias mutatorijs vti. Nam festinatio eorũ, vt per vniuersum terrarum orbem spargerent semina doctrinæ Euangelicæ, nõ patiebatur curã hanc habere. Vnde Christus pluribus indumentis vsus fuit, ex eo quod milites diuiserunt vestimenta eius in quatuor partes, præter sortitionẽ vestis inconsutilis. Duæ ergo sunt tunicæ, siue duæ vestes, quæ eiusdẽ speciei sunt, vt vna induamur, alteram seruemus, vt loco prioris cõmutemus, quæ prohibentur: de quib. Ioannes dixit: *Qui habet duas tunicas, det non habẽti*, quia scilicet eis dabuntur, cũ indigebunt (sicut panis non portandus erat in pera) ne dubitarent hæc illis defutura, vt qui scirẽt per quadraginta annos in deserto non esse Iudæorum vestes attritas, vel calceamenta pedum vetustate consumpta.

Quod ergo ait Marcus, ne induerentur duabus tunicis, vt non solùm significetur prohiberi circumferre vestes mutatorias, sed etiam ne simul duabus induerẽtur: dicendum est, non prohibuisse vti tunica, & pallio, sed ne duabus eiusdem speciei tunicis, vel vestib. vterentur, & nunc hac, nunc illa vicissim induerentur tunica: nemo enim simul duabus tunicis vti solet, maximè dum peregrinatur, & iter instituit.

Cùm verò prohibet calceamenta, & virgam: videntur Matthæus & Lucas dissidere à Marco, apud quem virgam illis concedit Dominus, & vt calceẽtur sandalijs. Sed ad illud de calceamentis respõderi potest, Dominũ prohibuisse non tantùm duas vestes, sed etiam duo calceamẽta mutatoria; nam manifestè Marcus asserit missos cum calceamentis sandaliorum. Nisi velis dicere, sandalia nomine calceamentorum non venire, & apud Matthæũ calceos integros prohiberi, vt Augustinus docet. Sunt autẽ sandalia soleæ tantùm, quę pedi alligebantur: & Petri vna solea Romæ ostenditur: & Act. 12. dicitur Petro: *Subliga te sandalia tua*, sic. n. Græcè clarius legitur, quod Latinè: *Calceate caligas tuas.* Quanquam B. Hieronymus in Esa. caput 20. sandalia, quorũ meminerũt Septuaginta Interpretes, interpretetur esse caligas, quæ sunt tibiarum teguméta. Idem tamen in Mattheum scribens, intelligit in totũ calceamenta prohibita: *Et Plato* (inquit) *percepit duas corporis summitates non esse velãdas, nec assuefieri molliciei capitis, & pedum.* Sic ille. Tamen propriè erant Sandalia, calceamẽta fœminarum. Vnde Iudith. cap. 10. *Induit pedes sandaliis*, & cap. 16. *Sandalia eius rapuerunt oculos eius.* Et Comicus: *Vtinam tibi committigari videam sandalio caput.* Sed hic pro calceamento virorum accipitur. Et quia dicitur Mar. 6. & Acto. 12. quod subligarentur, constat magis esse pedum, quàm crurũ calceamenta: vnde Græcis ὑποδήματα à subligando ipsa calceamenta dicuntur.

Quod ad virgam attinet, putat B. Augustinus, nó idem significare apud Marcum, quod apud Matthæum Euangelistam, & Lucam: sed apud hos corporaliter accipi debere pro re vulgò ad iter necessaria, qualis est baculus ad defensionem; apud illum verò spiritualiter pro potestate Apostolis concessa, quam gestabant, vt indicem potestatis Dominicæ: de qua Apostolus: *Quid vultis? in virga veniam ad vos? &c.* Similiter vir ille sanctꝰ intelligit, Matthæum de calceamentis veris locutum, Marcum de mysticis, nempe quibus significetur, nec Euangelium tegendum, nec terrenis fidendum: propterea quod sandalia supernè pedem non contegant, infernè tellurem contingere non permittant. Rupert. Abbas Aug. imitatus, apud Matth. & Lucam interpretatur virgam dominationis, qualis est Regum, & gentium; quam suis discipulis non concedit Christus: apud Marcum verò, virgam pastoralis officij, quod est per charitatem solicitè vigilare super gregem, & animarum curam gerere, quam illis cõcessit. Euthy. putat, diuersis temporibus Dominum præcepisse ea, quæ hic referuntur, & apud Lucã: postea verò mitigata præcepti autoritate, propter imbecillitatem eorum permisisse, vt sandalijs pedes armarent aduersus iniuriam saxorũ, & veprium, & baculo vterentur ad fulciendam corporis lassitudinem: & hoc narrari à Marco. Sed hoc mihi verisimile nõ videtur, quia vno & eodẽ tempore narrantur hęc esse dicta à Christo, vt testantur Matthæus, & Marcus. Caietanus existimat, virgã ad defensionẽ prohibitam, baculum verò ad sustentationem concessum. Quia Dominus Luc. 22. quando reuocauit hoc præceptum, concedit etiam ex tunica distracta gladium emi, quem hic opponit virgæ à se olim prohibitę: non enim virgam ad alleuiationem itineris denegaret, ne onerosiorem efficeret profectionem, sed expeditiorem. Ideo Marcus, ne malè intelligerentur dicta per Matthæum, prænunciare volens, sicut scripsit, sandalia pro calceamentis concessa, ita concessit virgam ad sustentationem: quæ διὰ τοῦτο dicitur, διότι μὴ ὑποδήματα μόνον βαδίζειν, id circo dicitur, non solùm calceamenta ad ambulandum, sed etiam virgam.

Quarta solutio, probabilior.

Vnde Apostolos constare possit ea Domini præcepta seruasse. *Act. 5. Infra. 22.*

Cum baculo & pera, & calceamentis quæ præterea Apostolis concessa, vel prohibita debent intelligi.

Luc. 22.

Mar. 6.

Matth. 10. Luc. 10.

Baculũ, imò etiam gladium Apostolis ad quem vsum Dominus concesserit.

Gen. 32.

Exo. 4. 4. Reg. 4.

Euseb.

1. Thess. 2.

1. Cor. 9.

Gg cumdu-

Philip. 4. Quotiam hoc: Dignus enim est operarius cibo suo.

cunducendi, à qua alebãtur, & Paulus à Philippensibus subsidia accepit Romæ in carcere constitutus.

Dignus enim est operarius cibo suo. Possent Apostoli petere à Domino; Vnde ergo victum habebimus, si nec alimenta, neq; pretium ad illa comparanda nobiscum portare possumus? nunquid ex emendicato viuendum est nobis? Hanc quæstionem præueniens Dominus, ostédit eis, eo ipso quod pergunt tanquam operarij Euangelici, ferunt secum vnde viuant. Nam dignus est operarius cibo suo. Non quod Apostolis tanquã operarijs debeatur cibus quasi merces operis, quia aduersaretur hic sensus præcepto superius dicto: *Gratis accepistis gratis date*: & infelix valde esset Apostolus sui operis expectans cibum pro mercede: sed sensus est, Si operarius dignus est cibo suo vt mercede, quanto magis vobis ministrantibus spiritualia, & mercedem temporalem nõ expectantibus, debetur cibus pro sustentatione? Nihil ergo præter victum, & vestitum debetis recipere, nec vobis vnquam deerit, ideo dixit: *Cibo suo*. id est, victui necessarijs, non autem vt diteſcat, iuxta illud: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Et sicut operarius est dignus stipendio, ita otiosus, & non laborans, indignus est stipẽdijs Ecclesiæ. Et dicitur, *Dignus est*, id est, licitum est, & ius habet vt accipiat, non autẽ, vt necessariò accipere debeat: quia Paulus gloriatur in eo, quod manibus suis victum sibi, & necessaria compararet: quod simpliciter maiorem videtur perfectionem spirare. Et sic etiã humilius, & submissius vos geretis, eorum adminiculo egendo, quibus prædicatis. Non autem dicitur dignus, quasi cibo vendat spiritualia, aut laborem prædicandi: nam vbi duo sunt coniuncta, vno vendito, vẽditur alterum, vt traditur. 1. q. 2. c. Cum autem. Plus etiam præmij taxaretur quàm cibus, & recepissent mercedem suam: sed dicitur quod est debitũ, siue dignum, tum ex Christi institutione, tum ex debito morali, & naturali, quo laborãti pro communi bono sustentatio nõ est deneganda, non pro labore ipso, sed vt laborare possit. Vnde & Luc. 10. dicitur debita merces, ait enim: *Dignus est operarius mercede sua.* Est enim hoc iustum, & debitum, non vt distinguitur aduersus illicitũ, sed vt differt à gratuito. Hanc doctrinam acutè, & eleganter docuit Gregorius, qui homi. 17. in hæc Lucę verba ita habet: *Considerandum est, quòd vni nostro operi duæ mercedes debẽtur: vna in via, altera in patria: vna quæ nos in labore sustentat, alia quæ nos in resurrectione remunerat. Merces itaque, quæ in præsenti accipitur, hoc in nobis debet agere, vt ad sequentem mercedem robustiores reddatur. Verus ergo quisq; prædicator non ideo prædicare debet, vt in hoc tempore mercedem recipiat, sed ideo mercedem recipere, vt prædicare subsistat. Quisquis namque ideo prædicat, vt hic vel laudis, vel numeris mercedem recipiat, æterna procul dubio mercede spoliatur.* Et Augustinus. libr. 2. de sermon. Domini in Monte: *Sicut autem omnes militantes accipiunt annonam, & stipendium: sic omnes Euangelizantes accipiunt victum, & tegumentum. Sed non omnes propter salutem Reipublicæ militant, sed propter illa quæ accipiunt: Sic & non omnes propter salutem Ecclesiæ ministrant Deo, sed propter hæc temporalia, quæ tanquam annonam, aut stipendia consequantur, aut propter hæc, & propter illud.* Sic Augustinus, accipiens nomen stipendij & mercedis abusiuè pro victu cũdaria illa, & adiuncta mercede, quæ simpliciter ad vitam sustinendam adiungitur à Domino.

Quem sensum habeat.

Operarius quo dignus sit cibo suo, & quomodo.

2. Thess. 3.

Operarius qua ratione non sit dignus cibo suo. *Matth. 6.*

In quamcunque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit. Sextum præceptum de eligendo hospitio. Post introitum debebant interrogare: quia in via loqui non debebant, vt dicitur Luc. 10. Hospes autem bonæ vitæ, & famæ quærendus erat; tum ne Apostoli infamia laborarent apud infamem hospitantes, tum vt ab eo assiduè pascerentur, & acciperent beneficia, tum doctrinæ, tum curationum: talisque dignus erat cui offerrent salutando pacem. Noluit autem Dominus patefacere quis esset bonus, ostendendo cor eorum sub aliqua similitudine, quia sine signo fieri poterat, vt ipsi interrogando humiliarentur, & alij de eorum cura ædificarentur, & nos exemplum haberemus, qui non debebamus corda interna hominum spectare; & vt meritò pœnitus censeretur indignus signo excussionis pulueris, ostensus post non receptos Apostolos. Eratq; admirandũ, quòd boni sensus per mouerentur ad acceptandum, malis ea non reciperent. Et ideo, etsi ab initio quærentes per famam falli possent, quia certè fama est fallax: tamen quando dicebant, Pax huic domui, non poterant iam falli, quoniam Christus promiserat quòd si ille esset dignus, reciperet eam: si non esset dignus, repelleret. Et licet Christus Apostolis concesserit, vt scirent quid responderent, & quid facerent, etiam non cogitando neque addiscendo: quia cùm essent viri indocti & idiotæ, nihil scirent respondere ad interrogata curiosorum, ne pereiret eorum authoritas & prædicatio: hospitium tamen poterant inuenire citra reuelationem, interrogando quis in ciuitate dignus esset.

Hic cibus cur merces dicitur apud Lucam. *Luc. 10.*

B. Gregor. tom. 2. Merces duplex debetur vni nostro operi, teste Gregorio.

Christus

Matth. 9.

Apostoli cur vsi tantum hospitio ciuitatis hæreticæ habebantur.

Chry. tom. 4.

Christus autem quia perfectus erat, & notus omnibus, quandoque comedebat cum Publicanis, & peccatoribus.

Et ibi manete, donec exeatis. Intellige donec egrediamini ab illa ciuitate, vel castello, non mutando hospitium, sed prædicando etiam in plateis, vt scribitur Luc. 10. alias pauci conuerterentur, & doctrina tantum domi ministrata redderetur suspecta; mutare autem hospitium, leuitatis haberetur, & voracitatis, contristaretur que is, qui eos primus hospitio susceperit, occurreretque fortè malus indignus tantis hospitibus: quia Deus benedixit Laban propter Iacob, & domui Putiphar propter Ioseph. Vnde non poterant acceptare conuiuia; quia dicitur: *Edentes quæ apud illos sunt*: nam si admitterent conuiuia, magis arguerentur edacitatis: & propter conuersationem in sumendo cibo præcipiebat, ne transirẽt de domo in domum. Recipiens autem hospitio alios, vel daturus illis eleemosynam, nõ debet inquirere, vel eligere quis sit magis, aut minus dignus, nam tali scrutinio minueretur hospitalitatis meritum, & excluderetur bonus. Neque est periculum malum recipere, sed potiùs meritũ, quanquàm ad arctam & nimiam familiaritatem non sint homines facilè excipiendi, nisi prius illos cognitos habeamus atq; exploratos. Vnde Ecclesiastici 11, dicitur: *Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim sunt insidiæ dolosi.* Quare Chrysosto. homil. 11. in epist. ad Hebræos in fine ait: *Quiescamus*, inquit, *ab hac absurda curiositate, & diabolica, & perniciosa. Si enim in clero electum se esse dicat, si Sacerdotem nominet, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiscussa cõmunicatio est. Circa maiora periculum vertitur: non enim das, sed accipis. Si verò pro nutrimento postulat, nihil examines. Inquire quomodo Abrahã hospitalitatem, circa omnes transeuntes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, nunquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis repulisset: sed quoniam omnes suscipiebat, suscipiebat & Angelos. Non enim ex vita accipientium à te mercedem tibi retributurus est Deus, sed ex voluntate tua, liberalitate multa, ex misericordia, ex bonitate.* Hæc ille.

Quis verbo Domini Apostolis interdixit, ne admitterent conuiuia & quã ob rem?

Hospes aliquis quid facere debet.

Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes, Pax huic domui. Septimum præceptum, quid faciendum inuento hospitio. In pace omnia bona comprehendunt Hebræi, & per eam omnis creatura assequitur suum finem: vult ergo Dominus, vt ipsi priores domum salutent, & per humilitatem præueniant alios honore & benefaciendo, vt plus ipsi impenderent illis spiritualia, quam acciperent ab eis corporalia. Eratque salutatio tunc vsitata, significabaturque pax non humana, sed diuina inter recipientes & receptos. Et optant Apostoli & precantur, non autem dant pacem, id est, gloriam, & omnia ad eam pertinentia: nec exaudiebantur nisi pro his qui digni erant, saltem secundum præsentem iustitiam, & vel pro patre familias, vt Zachæo, quia reliqui non concurrebant ad mouendum corda. Fortè etiam permouebat alios, qui resistendo efficiebantur indigni: alij autem mouebantur vt rogarent Dominũ, vt maneret apud se, quemadmodum habes de Samaritanis Ioan. 4.

Apostoli quã pacem hospitibus exoptarent.

Et siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam. Si autem nõ fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos. Id est, si habitantes in domo fuerint digni, quod Deus præstet illis hoc beneficium pacis quod vos petitis. Vnde Luc. 10. habetur. Et si ibi fuerit filius pacis, id est dignus tanto Dei munere, veniet siue requiesceat super illũ pax vestra: Id est, Deus infundet pacem, quam vos precamini: quia vos illam non potestis dare, sed solum petere: *Si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos*: scilicet nõ perdetis meritum de pace desiderata, licet nemo eam recipere dignus fuerit: perinde enim constabit meritum vestrum, ac si recepti prædicaretis. Nam meritum non pendet à fructu, qui à solo Deo est, sed à cura quæ à nobis impenditur, Deo præueniente, pendet. Hinc repulsus, qui ex maiori charitate & labore voluit prędicare, potest magis promereri, quam receptus ex paruo amore prædicans, imò quàm ipse receptus ex æquali charitate: modò ex patientia dedecoris & expulsionis maior sit, quã labor eius, qui receptus est & prædicauit: secus si minor, vel æqualis, quia minus, vel æquale meritum comparabit. Is autem qui non recipitur, alibi, vel in alio opere potest mereri.

Quid est: Siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax super eam.

Illud verò. Si autem non fuerit digna, reuertetur ad vos, quid significet.

Demus igitur operam, vt sine discrimine omnib. benefaciamus, omnib. operam nostram impendamus, omnibus verbum Dei prædicemus, & spiritualia subsidia cõferamus, certi, nostrorum operum meritũ magnum futurum apud Deum, etiamsi in multis labores nostri & conatus ipsorũ vitio & culpa non sint futuri fructuosi. Nam vt Apostolus scripsit: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*: nõ dixit secundum fructum, quem præstare & operari in animabus solus Christus potest: cum quo Patri, vnà cum sancto Spiritu, sit gloria, imperium, honor, & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Prædicator repulsus, an receptus, sit maioris meriti apud Deum.

Ad omnimodam beneficentiam adhortatio.

1. Cor. 3.

Tract. 43.

TRACTATVS XV.

In illa verba: *Et quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, &c.*

Euangelistæ scopus.

POSTQVAM Dominus Apostolos instruxit, quam rationem victus & vestitus in profectione ad prædicandum tenere deberent, & à quibus essent hospitandi, & hospites ad quos diuerterẽt, quomodò pacifice salutãdi: iam pœnas proponit, quibus essent mulctandi illi, qui propositum Euangelium respuerint. Ait ergo: *Et quicunq; non receperit vos.* Hoc est octauum & postremũ præceptum Apostolis à Christo missis ad prædicandum datum. Id est, si omnes interrogati, siue simul, siue seiuncti, digni non fuerint vos recipere, neque voluerint audire sermones vestros, exeuntes excutite puluerem de pedibus. Nam si esset vnus aut alter indignus recipere, & audire, non erat tam acriter tota ciuitas punienda, vt traditur Mar. 6. & Luc. 9. & 10. Et ad literam excutiebant puluerem, vt habes Actor. 13. Paulum & Barnabam fecisse, & Luc. 10. Exeuntes in plateas dicite, Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quoniam appropinquauit in vos regnum Dei. Atque ita si quis primum eos malus excipiebat hospitio, vel si etiam ab aliquo receptos, principes, vel tota ciuitas, siue maxima eius pars eos eijcerent, licet aliqui pauci audirent, vt Acto. 13. vel quando nullum fructum facerent, vt Matth. 11. cùm dixit Dominus: *Væ tibi Chorozaim, &c.* excutiendus erat puluis. Excussio autem fiebat in signum, quòd eos non recipientes, nec audire volentes damnandi erant, ob id Christus inquit: *Tolerabilius erit terræ Sodomorum, quam illi ciuitati.* Vt ergo manerent inexcusabiles, vt testificarentur quòd eiecissent eos, excutiebant puluerem super eos: vt terra vos vestra condemnet, accusetque vos salutem vestram repulisse, in die iudicij: quia omnis creatura insurget contra insensatos, & vel ipse puluis, vt traditur Mar. 6. Luc. 9. Deinde ad significandum, quòd nihil cum eis commune volebant habere, vel puluerem, rem minimam: vnde Luc. 10. Dominus ait: *Exeuntes in plateas eius, dicite, Etiam puluerẽ qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos*: vel ad innuendum, quòd Apostoli nihil profecerant in eis laborando & prædicando. Vnde Hilarius: *Totum quod illius vrbis est, excusso puluere pedum relinquitur: nihilque sanctitatis de insistentium Apostolorum vestigijs mutuatur.* Tum vt significarent, nihil se ab eis accipere velle, ne cibum quidem, vel potum vt etiam puluerem excuterent. Hinc Hieronym. ait: *Puluis excutitur de pedibus in testimonium laboris sui, quod ingressi sint ciuitatem, & prædicatio Apostolica ad illos vsque peruenerit. Siue excutitur puluis, vt nihil ab eis recipiant, ne ad victum quidem necessarium qui Euangelium spreuerint.* Sic Hieronymus. Et quanquam excutiendus esset puluis pedum per collisionem solearum: interdum tamen excutiebant vestimenta, vt Paulus Actorum 13. fecit: ait enim ibi Lucas, *Contradicentibus autem eis, & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos; Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego ex hoc ad Gentes vadam:* & ita hæc ceremonia non longè distabat ab illa Pilati, qua vsus est, cùm lauit manus coram populo. Erat ergo puluis proiectus signum hominum proiectorum: puluis enim sumus, in puluerem reuersuri, cibus à serpente vorandus. Quando verò erat vna sola domus; vt in agro: in eam fiebat excussio; ideo hic fit mentio de domo: quòd si plures, in totam vrbem, vt Marc. 6 & Luc. 10. perhibetur. Et primò excussio fiebat in platea, vbi erat concursus hominum. Sed quia à platea ad portam ciuitatis aliquid adhærebat puluer is; vt vitaretur omnis communio, fiebat iterum extra excussio, vt hic, & Marc. 6. & Luc. 9. scribitur. At qui vi eijciebantur, puluerem excutere debebant, dicentes mala eis ventura, & propè esse regnum Dei, vt narratur Luc. 10. Similiter si permissi manere, posteà eijcerentur prædicantes, vt habes Actorum 13. Si autem non eijcerentur, & tamen ab aliquibus prædicare prohiberentur, non debebant tacere: quia nunquam propter minas, vel verba, à prædicatione cessarunt Apostoli, qui dicebant; *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.*

Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum. Genitiuus est pluralis numeri Sodomorum, sicut Ierosolymorum, vt & Gomorrhæorum, quia Latinè non dicitur Gomorrhæ Gomorrhorum: ideo Interpres dixit, *Gomorrhæorum.* Et de Sodomis frequenter ponitur exemplum in Scripturis; Deutero. 29. Threnorum 4. Sap. 10. quia insignior erat alijs quatuor ciuitatibus, & sola fuit in crimine illo infando intentato, Angelis apud Loth hospitio susceptis. Additur Gomorrha, quia magna erat ciuitas, de qua Esai. 1. & Deuteronom. 32. Adama & Seboim rarò nominatur, vt Deutero. 29. Segor verò non est combusta, Gen. 19. Solent autem Prophetæ iniquitatem populi Iudaici comparare cum peccato Sodomorum. Hinc Ieremias Threno. 4. ait: *Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum; quæ subuersa est in momento:* & Ezechiel cap. 16. *Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ.* Et infrà: *Iustificasti sorores tuas* (scilicet Sodomam & Gomorrham) *in omnibus abominationibus tuis quas operata es.* Ita in hunc sensum hic Dominus loquitur. Nicolaus de Lyra tradit, pluribus vitijs infectam fuisse ciuitatem Sodomorum, nempe superbia, auaritia, luxuria & otio: de quibus Ezechiel. 16. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius; & manum egeno & pauperi non porrigebant.* Comparantur ergo hic negantes cibum Apostolis, quantum ad auaritiam, & non quantum ad alia peccata: quia comparatio fieri debet in his, quæ sunt eiusdem generis. Et ita grauius erat subtrahere alimoniam Apostolis, & prædicatoribus, quàm alteri pauperi. Sed hæc profectò non esset conueniens comparatio: quia minimum peccatum Sodomitarum fuit, manum pauperi non porrigere: cùm tamen Sodomitæ famosi essent in luxuria, & non in auaritia: ideo cùm absolutè dicatur de grauitate peccati eorum; necesse est intelligere illud, in quo erant famosi: & in auaritia aliæ gentes fuere fordidiores & auidiores. Deinde quoniam Matth. 11. Dominus comparat peccatum Capharnaum cum peccato Sodomorũ, dicens; *Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi:* & tamen nullum vitium Sodomorum in eodem genere poterat comparari peccato vrbis Capharnaum, quam Christus non increpuit, nisi quia audita prædicatione eius, & visis miraculis, pœnitentiam minimè egit: quia nemo Sodomitis prædicauit, *Pœnitentiam agite*, ideo non est peccatum eorum simile: cùm tamen Christus dixerit, *Remissius erit terræ Sodomorum.* Ergo comparantur hic vrbes repellentes Apostolos, Sodomæ & Gomorrhę, quantum ad magnitudinem peccatorum; & non quantum ad inhospitalitatẽ solam, & auaritiam. Possunt ergo hæc peccata vrbium istarum inter se dupliciter conferri: vel circa multitudinem, & quòd omnia conferantur omnibus; vel quod vnum peccatum alteri conferatur. Primum, maiora erant peccata vrbium repellentium Apostolos, quàm Sodomorum. Nam isti non receperunt Apostolos hospitio, sed excluserunt eos: cùm tamen Angeli hospitium Sodomis inuenerint, Genes. 11. Deinde prædicationem Apostolorum isti non receperunt: Sodomitis autem nemo prædicarat: & ita grauius isti peccabant. Item si conferamus vnum vitium alteri, etsi crimen Sodomiæ sit grauissimum ex genere suo: simpliciter tamen grauius est crimen idololatriæ in eo, qui Deum cognouit, & recessus à fide, & aperta contumelia facta Christo. Peccatum item Sodomæ carnale erat, & in carnis naturam: repellere verò Christi ministrum, diabolicum, & contra benignitatem sancti Spiritus; ac ob id ex suo genere grauius. Ideo absurdum non est, peccatum repellentis prædicantem, vt non annuntietur verbum Christi, grauius esse vitio Sodomorum; maximè addita circunstantia, quæ reddit illud minus excusabile, quod scilicet nemo prædicauit Sodomis, vt conuerti possent: isti autem oblatam prædicationem & salutem repulerunt. Et ita dixit Dominus; *Si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque ad hanc diem.* Peccatum ergo prædicatores Christi repellentium, & persequentium, grauius est in genere suo peccato Sodomorum: cùm alia crimina sint eo deteriora, vt asseritur Thren. 4. *Maior*, inquit, *effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum.* Eusebius verò in Catena citatus, exponit, grauius esse peccatum istorum, quàm Sodomorum, quia inter eos aliquis bonus fuerit, scilicet Lot, quia Angelos excepit; inter istos autem nemo bonus inuentus est, qui Apostolos hospitaretur. Sed hoc probaret, plures peccatores esse huius ciuitatis, quam Sodomæ, sed non maius peccatum: & tamen magnitudo pœnæ magnitudinem culpæ consequitur, non multitudinem peccantium. Ad hæc Christus hoc dixit, non solùm quando nemo in vrbe reciperet Apostolos; sed etiam quando multi eorum reciperent, & audirent eos, si plures essent qui reciperentur, eos excludentes de vrbe. Nam Paulus & Barnabas à multis excipiebantur attentè audientibus prædicationem eorum Actor. 13. quia ta-

Apostolos non recipiẽtium pœna.

In quos excutiendus erat puluis.

Apostoli cur excuterent puluerem de pedibus.

Sap. 1. Secunda ratio.

Tertia ratio.

Gen. 19. & seq.

Quo modo remissiùs erit pœnæ Sodomorum, &c. in die iudicij, quàm ciuitatibus Apostolos non recipientibus.

Prima solut. Lyrani.

Quæ fuit iniquitas Sodomæ, teste Propheta.

Improbatur dupliciter. Hæc solutio.

Alters solut. probabilior.

Tertia solut. Eusebij. *Euseb. in Catena aut. D. Thom. in Matthæum tom. 15.*

Gen. 19. Non probatur illa duplici ratione.

Matth. 11.

Acto. 13.

men maiores ciuitatis eiecerunt eos, excussérunt pulueréem super illos. Ergo tolerabilius erit Sodomis, quàm vrbi expellenti Paulum prædicantem. ¶ *In die iudicij.* Id est, die resurrectionis vniuersalis, quia tunc tota pœna corporum videbitur, etsi nunc ex parte animo patiantur Sodomitæ. Sed nondum cum Christus loquebatur, patiebantur repellentes Apostolos, qui in suo iudicio particulari plus puniti sunt.

In quo die iudicij remissius erit Sodomis, quàm Iudæis incredulis.

¶ *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.* Prædicit Dominus labores, & tribulationes, quas Apostoli perpeti debebant, ita vt quemadmodum ad prædicandum lucri cupiditate permoueri non debebant, ita nec aduersitate terreri. Hoc autem Dominus fecit: tum vt ostenderet prouidentiam suam, & rerum præscientiam, & nil posse illis euenire, quod ipse non præuiderit, iuxta illud: *Et nunc dixi vobis priusquam fiat; vt cum factum fuerit, credatis.* Deinde, vt nullus suspicetur propter imbecillitatem magistri hæc eis superuenire mala: quia cum ipse ea præuiderit, poterat illa excusare, si vellet. Videtur ergo, quòd prudens, & sciens miserit Apostolos ad ista mala propter se toleranda. Tertiò, vt Apostoli minimè turbarentur, quasi quid inopinatum, aut repentinum accideret; & ita facilius illa tolerarent. Nam vt Gregorius Magnus ait, minus iacula feriunt, quæ præuidentur. Et quia quę hic narrantur aduersa Apostolis, non euenerunt in illa prima missione ad prędicandum, sed omnia prospera, & pro votis; vnde dixit: *Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil:* & quia dicitur, *In testimonium illis, & Gentibus*, constat illos etiam ad Gentes iuisse. Ad illam ergo præcipuam posteriorem emissionem, qua post ipsius resurrectionem destinati sunt per vniuersum mundum ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, sermo iste, qui sequitur de persecutionibus grauissimis videtur referendus: vt quidam prudenter admonuerunt. Vnde dicitur: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.* Id est, Ego emittam vos post Pentecosten: cuius missionis hic est typus. Vnde quæ hic monita, & consilia tradit Christus, siue præcepta, ad illos post Pentecosten missos spectare intelligenda sunt: præter illa, quæ Dominus reuocauit instante morte sua, Luc. 22. Vt etiam quod de aditu ad Gentes, & Samaritanos prohibuit, postea in vniuersum orbem emittens reuocauit. Ob eam causam Dominus post Resurrectionem emittens Apostolos ad Euangelizandum per omnes terræ partes, nulla alia peculiaria præcepta tradidit, quæ in ministerio prædicationis essent seruanda: quod intelligeret, hæc ipsa, quæ hic tradit, illis posse deseruire, vt quæ sint maximè accommodata.

Quare Christus Apostolis dixit: Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos. *Ioann. 14.*

Secunda ratio.

Tertia ratio.

B. Greg. hom. 35. in Euang. ini. tom. 2.

Iacula præuisa minus feriunt. *Luc. 22.*

Vnde constare possit nũc primum Apostolos non solùm Iudæis, sed & Gentibus Euangelizasse. *Marc. vlt.*

Quando potissimum (vt quidam acutè animaduerterunt) missi Apostoli fuerint sicut oues in medio luporum. *Act. 2. Luc. 22.*

Mar. vlt.

Ait igitur: *Ecce ego mitto vos.* Quasi dicat; Confidite, quia ego qui mitto, dabo vobis virtutem ad ea toleranda: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Sic etiam dixit Moysi: *Perge, ego ero in ore tuo.* Ego etiam qui mitto vos, & vobiscum sum, dabo amplissimum præmium, & remunerabo vestram patientiam. ¶ *Sicut oues.* Luc. 10. ait: *Sicut agnos.* Et dicendum est, quòd Christus vel dixit vtrumque, ad magis exprimendum, sicut etiam Esai. 53. dicitur: *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet*, & neuter expressit vtrumque, sed Matthæus oues, & Lucas agnos: vel secundum Augustinum, Euangelistæ non tam ad verbũ, quàm ad verborum sensum attendebant: ideo interdum omittunt quædam verba Christi, & alia æquiualentia in significatione apponunt. Volebat Christus significare, se mittere Apostolos inermes, nulli vim inferre valentes; ideo potuit nominare agnos, vel oues. Sicut oues ergo, quia ouis malum patitur, sed non infert: ita prædicator Euangelij nulli malum adferre debet, sed aliorum infirmitates tolerare. Deinde propter patientiam, quæ docet in aduersis non murmurare: quod ouibus maximè conuenit, quæ cùm occiduntur, non clamant, sed obmutescunt, vt tradit Esaias capit. 53. sicut Christus, qui cum malediceretur, nõ maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Et vt tradit Aristoteles libro de natura animal. *Omnium ingeniosissimum, quem admodum aiunt, simplex ac stultum: siquidem est omnium quadrupedum inertissimum.* Sic ille. Tales esse debẽt Euangelicę perfectionis professores, qui sibi non debent prospicere, sed animo simplici committere se pastori suo regendos. Tertiò, vt indicet conditionem pastoris: quia Apostoli pastores erant, immò supremi Principes Ecclesiarum: ad pastorem autem pertinet patienter se habere ad subditos, vt non sit tanquam Dominus, sed tanquam sanctitatis speculum, & exemplum. De quo Petrus; *Neque vt dominantes*, inquit, *in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Et Gregorius: *Si quando zelus rectitudinis exigit, vt erga subditos sęuiat, furor ipse de amore sit, non de crudelitate, quatenus & iura disciplinæ foris exhibeat, & intus paterna pietate diligat, quos foris quæsti*

Quid est ce ego mitto vos. *Matth. 10.*

Exod. 4. Christus dixerit, Ego ero vos sit ues, vt thæus, ubi vt Lucbet, sicut gnos mittit lupos Altera ratio. *Augus.*

Apostoli te sicut & agni debebant.

Secunda ratio.

1. Pet. 2. Aug. de ciuit. Dei lib. 22. cap. 22. tom. 2. Quinimmo cunctis lõgè

Tertia à pastoficio.

1. Pet. 5.

Greg. hom. 17. in Euangel. sub. tom. 2.

insequendo castigat. Et paulò antè: *Multi cum regiminis iura susciperint, ad lacerandos subditos inardescunt. Terrorem potestatis exhibent, & quibus prodesse debuerant, nocent. Et quæ charitatis viscera nõ habent, domini videri appetunt, patres se esse minimè recognoscũt, humilitatis locum in elationem dominationis immutant.* Hæc ille: Deniq; ait: *Sicut oues in medio luporum.* Videlicet vt permaneatis inter persecutores, eos oues efficientes: vnde magis gloria mea illustrabitur. Vnde Chrysostomus in hæc verba scribit: *Non fecit hic dicendi finem, sed inexpugnabilem virtutem suam ostendens, quamuis aduersus lupos essent iturí: nec simpliciter aduersus lupos, sed in medium luporum, omnem ramẽ mansuetudinem eos habere iubet: nec id solùm, sed columbæ quoq; simplicitatem: sic enim virtus eius maximè patere potest, si lupi superabũtur ab ouibus, quæ cùm in medio luporum sint, & hinc atque illinc morsibus luporum lacerarentur, non modò non deficerent, sed lupus in naturam ouium transmutaretur. Maius certè atque admirabilius est mentem atque animum aduersariorum cõmutare, quàm gladio ipsos superare: præsertim cùm duodecim numero ibi essent, qui aduersus cæteros omnes homines, qui lupos atrocitate vincebant, mitterentur.* Hæc Chrysost. Per lupos verò designat illos, qui tanquam veritatis hostes vesano furore in Apostolos desęuituri erant, vt Hilarius docet: vel Scribas, & Pharisæos, qui primi eos persecuti sunt, vt habes Act. 4. 5. & 8.

Superioris furor erga subditos exercendus, vt Magnus docet Gregorius, vnde erit.

In imperiosos & asinos pastores.

Quarta ratio & postrema, cur scilicet Apostoli esse debeãt, sicut oues in medio luporum Chrysost. ho. 34. in Matthæum, tom. 2.

Apostoli quoque, vt Chrysostomus docet, simplices sicut columbæ esse debebant.

Quos inter lupos Apostoli oues, & agni esse debebant. *Hilarius in Matth. Cant 10.*

Serpẽtis prudentia, & astutia.

Genes. 3.

Quare Christus Apostolos voluit esse prudentes

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Matth. 10.

Prædicatori quãdo minuendũ fugiendũ sit persecutio.

Quarta ratio

¶ *Estote ergo prudentes sicut serpentes.* Inter animãtia nihil est prudentius, aut astutius serpente: vnde Genes. 3. serpens dicitur callidior cunctis animantibus terræ, vel prudentissimus, vt habent Septuaginta duo Interpretes, φρονιμώτατος: quod etsi præcipuè de Satana sit accipiendum, tamen etiam de naturali serpente, in cuius specie Satan apparuit, intelligi valet. Prudentia necessaria erat Apostolis ad persecutiones tolerãdas, vt hoc ipsum quod humanitus poterant, facerent: quod verò per se nó possent, à Deo expectarent. Deinde, ne ipsi per imprudentiam essent occasio persecutionis contra se concitandæ. Ad hęc quantum ad fugam, vt intelligant, an omnes repellant eos, & persequantur: nam tunc non debebant se periculo obijcere, ne eos occidãt sine fructu, sed seruanda illa regula Domini; *Cùm persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam.* Quòd si aliqui velint audire verbum Dei, & iniuria fiat nomini Christi, si prædicator fugiat; tunc intrepidè permanendum est, & pericula nó sunt detrectanda. Prætereà, est quædam prudentia necessaria ad respondendũ aduersarijs, quia interdum summas quasdam cautelas adhibebant Apostoli, vt

se à persecutione eriperent: sicut cùm Paulus, cui insidias moliebantur Pharisæi ac Sadducæi, concitauit inter eos seditionem, dicens, *Pharisæus sum, filius Pharisæorum:* & ita orta seditione inter eos, soluta est multitudo. Iterum cùm Præses Romanus eum flagellare vellet, vocauit se ciuẽ Romanum; & sic cessauit torquere eum. Iterum Iudæis accusantibus Paulum, cùm videret eorum malitiam, appellauit ad Cæsarem, & illuc missus est; & ita euasit insidias Iudæorum. Alias cùm in vinculis esset, & comperto quòd ipse esset innocens, voluerunt eos de carcere dimittere. Et tunc ipse eis dixit, *Cæsos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occultè nos eijciunt? Non ita; sed veniant, & ipsi nos eyciant. Nũtiauerunt autem magistratibus lictores verba hæc. Timueruntq; audito quòd Romani essent: & venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant vt egrederentur de vrbe.* Simili prudentia vsus est Christus, quando interrogatus à Senioribus, & Principibus Sacerdotum; *In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem,* &c. illis noluit respondere; sed quæsiuit ab eis, *Baptisma Ioannis vnde erat? è cælo, an ex hominibus?* Itaque nihil respondit, sed clauum clauo trusit.

Act. 23. Serpentina Pauli prudẽtia frequẽter exhibitia.

Supra 22.

Infra 25.

Supra 16.

Quod verò dicit, *Sicut serpentes*, non intelligas virtutem prudentię moralem (quę solùm hãbentis intellectum est, vt dicitur libro. 6. Ethicorum) in serpentibus, vel in vllis brutis inesse; cùm in illis nec intellectus sit, nec aliqua virtus: sed dicuntur largè habere prudentiam, quatenus imitantur hominem in quibusdam operibus prudentiæ. Quemadmodum apparet in formica, quæ vim habet sibi prospiciendi ad vitam: vnde Prouerb. 6. scribitur: *Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & addisce sapientiam,* id est, prudentiam. Et quia in serpente inuenitur aliquid astutiæ; ideò hortatur nos, vt serpentis exemplo simus prudentes. Est enim in primis species prudentiæ, quòd cùm homines natura dissideant à serpentibus, diligenter cauent serpentes ne cicurentur, & ne cum hominibus domesticum contubernium agant: ideò nolunt audire incantatorem, quia timent eius verba sibi fore perniciosa. Hinc Dauid: *Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Ita Apostoli debebant esse prudentes, vt cùm sciant impijs naturale esse odium aduersus verbum Dei, non contrahant familiaritatẽ cum eis, & ab illis sibi caueant vt serpentes ab hominibus, neque audiant colloquia illorum praua, quæ corrumpunt bonos mores. Deinde & alia

Christi serpẽtis prudẽtia.

Matth. 21.

Illud: Estote prudentes sicut serpentes, quomodo accipiendum sit. *Aristot. lib. 6. Ethic. cap. 6. tom. 2.*

Formicę prudentia qualis.

Serpẽtis prudentia quæ-nam illa.

Psalm. 57.

Apostolis quorũ homi num cauenda familiaritas erat.

1.Corinth.15. Prædicator quam etiam imitetur serpentis astutiam.

est prudentia serpentis, de qua Hieronymus: *Serpentis astutia ponitur in exemplum: quia toto corpore occultat caput, & illud in quo vita est, protegit. Ita & nos toto periculo corporis vita est, protegit. Ita & nos toto periculo corporis caput nostrum, qui Christus est, custodiamus, id est, fidem Christi integram & incorruptam seruare studeamus.* Habet & aliam prudentiam serpens, quòd strictas rimas eligere solet, per quas transiens veterem pellem exuat: quod prædicatori conuenit, quatenus per angustam viam incedere debet, & veterem hominem omnino deponere. Hinc Augustinus libro Euangelicarum quæst. secundum Matthæum: *Estote ergo prudentes sicut serpentes: ad cauendum malum in capite custodiendo, quod est Christus. Nam serpens totū corpus pro capite obijcit persequenti. Vel quòd per angustias se coarctans veteri tunica exutus innouetur. Quod imitantur quibus dictum est, Intrate per angustam portam, cùm vetere homine exuuntur. Nam si cauendum malum ita moneret, vt violenter resistendū esset malis, nō supra dixisset; Mitto vos sicut oues in medio luporum. Simplices autem sicut columbas esse voluit, ad nulli nocendum. Nam hoc genus auis nullum omnino animalium nocet, non solum grandium, contra quæ vires non habet, sed etiam minutißimorum, quibus etiam perparui passeres aluntur.* Hæc ille. Colligit serpens totius corporis venenum in gutture, quo, cū opus sit, habeat in promptu, vnde se defendere possit: ita Doctor Euāgelicus doctrinam veritatis semper in promptu habere debet, vt instar salutaris cuiusdam veneni (quod vbi cor attigerit, hominem facit sibi, ac mundo salubriter mori) diffūdat in eos, qui veritatis sunt hostes. Denique vt docet Remigius: *Pulchrè Dominus prædicatores prudentiam serpentū monet habere: quia primus homo per serpentem deceptus est. Ac si diceret; quia hostis talis fuit, ad decipiendum; vos prudentes sitis, ad liberādum. Ille laudauit lignum, vos laudabitis Crucis virtutem.* Hæc ille. Sed primum est magis literæ consonum: quia vt serpens cauet incantantem, nolens eum audire: ita Apostoli hominum blanditias, & insidias cauere debebant. Vnde post hæc verba subdit: *Cauete autem ab hominibus: id est, prudentia vestra in hoc sita est, vt caueatis ab hominum dolis, minis, & promißis.*

Mira columbæ innocentia.

Quanta proprietas serpētis Euangelico imitanda Doctori.

Prædicatores demum cur Christus velit esse prudētes sicut serpentes, teste Remigio.

Genes.3.

¶ *Et simplices sicut columbæ.* Simplices interdum vocamus homines insçios, & imperitos: quo modo hic non sunt accipiendi. Quia esse insçium, vel imperitum, malum est, nec conueniret cū eo, quod dixit; Estote prudentes sicut serpentes: non stant autem simul prudentia, & imperitia. Et si de simplicitate, id est, ignorantia, esset sermo, non dixisset, sicut columbæ; quia columbæ non sunt insipientes, & alia animalia sunt magis imperita, vt asinus, & equus, & mulus, & struthio, quem Deus priuauit sapientia; quia nescit fouere oua, vt traditur Iob.39.

Simplices vulgo qui dicantur.

Quibus denegatur malus lumbus. *Psalm.37.*

Ergo simplicitas idem est quod syncera, id est, sine dolo, & fuco: quia simplex dicitur, quasi sine plica, scilicet non habens duplex cor, ita vt foris vnum ostendat, & aliud mente gerat, tales dolosi sunt. Simplices autem, etiamsi sint maximè prudentes, non dissimulant tamen, nec decipiunt, sed quod mente gerunt, hoc etiam ore, & gestu exprimunt. Tales debebant esse Apostoli, vt neminē decipere vellent. Sed quia qui prudentes sunt, solent plerunq; illa vti ad malum, vt alijs noceant; ideò illa vocatur astutia, & non prudentia, vt ait Philosophus in Ethicis. Ideò ne prudētiam in astutiam nocendi alijs conuerterent, subdit: *Et simplices sicut colūbæ.* Nam cùm dixisset, *Estote prudentes sicut serpentes*, & serpens non solùm mala caueat, sed etiā mala inferat; putare possent Apostoli, quòd liceret eis mala inferre persecutoribus: quare addēdum fuit: *Et simplices sicut columbæ*: quia columba non struit dolos, aut insidias, amaritudinis felle caret, vnde ira proficiscitur; non opponit se, nec insequitur eos, qui iniuriā inferunt, aut qui pullos surripiunt: sed vindictam velle, & malum machinari alijs, ad irā pertinet. Et hoc Dominꝰ dixit, quia adhuc illi erant imperfecti, & vellēt nocere persecutoribus suis; cùm etiam nolentibus benefacere nocere voluerint: sicut Luc.9. petebant ignem de cęlo descendere super Samaritanos, qui nolebāt dare eis cibos. Colūba vnguibus, & rostro armata videtur, verè tamē illa arma ad nocendū non sunt: ita & in prædicatore Euangelico zelus est, & iusta indignatio contra peccata. Potestatem habent; sed illa potestas non est ad destructionem, sed ad ædificationem. Colūbis perpetui gemitus pro armis dati sunt: vtinam omnes, qui Euangelicū ministerium pertractant, propter peccata aliorum ingemiscant. Denique prudentia, & simplicitas coniuncta esse inter se debent: serpentes, ne decipiamini; columbæ ne decipiatis. Prudentes, in bono; simplices, in malo: vt aiunt Basilius, & Remigius. Simplicitas absq; prudentia facilè potest decipi: prudentia absq; simplicitate posset facilè decipere, vel nocere. Verba Basilij in quæst. compēdio explicatis, hæc sunt: *Prudens quidem vt serpens is est, qui in doctrina tradenda ita se moderatur, vt adhibita circumspectione, moderationeq;, qua ratione id & fieri, & facilè fieri possit, omnia faciat, vt audientium animos ad auscultandum*

Prudens qui Basilio sicut serpens, & simplex vt columba.

habeat paratos. Simplex autem vt columba, qui ne simpliciter quidem de vlciscendo eo, qui sibi aduersarius sit, cogitat, potiusquàm in instituto suo benè de illo merendi perseuerat, ex præcepto Apostoli sic dicentis; Vos autem nolite deficere benefaciētes. Ad prædicationem enim discipulos mittens Dominus, hæc ipsis mandat, vbi & sapientia opus erat ad persuadendum, & patientia aduersus insidiatores: vt videlicet quemadmodum in paradiso serpens & blandiore aspectu callidè ad primos parentes accessit, & verborum probabilitate eos auertit à Deo, ac peccato subiunxit, ita nos quoque & personæ, & loci, & idonei ad agendum temporis rationem habeamus, & omnibus modis sermones in iudicio disponamus, vt à peccato homines auertamus, & ad Deum reducamus, & in tentationibus patientiam vsq; in finem teneamus, sicut scriptum est. Hæc ille: vbi Basilius alludit ad serpētem, qui Heuā seduxit.

1.Thess.3.

Genes.3. Satanæ serpētis astutia.

¶ *Cauete autem ab hominibus.* Quasi dicat; Ad hoc dixi, *Estote prudentes sicut serpentes*, vt caueatis ab hominibus. Malè audit hoc nomen hominis in Scripturis: *Non sapis*: inquit Christus Petro, *quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum*: & Apost. *Nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* & significat eos, qui humano spiritu prædīti, diuinis consilijs reluctātur, qui peiores sunt ipsis dęmonibus. Et ita qui inter eos maximè versatur erant, monet Apostolos, vt sibi ab eis cauerent, ne circumuenti ab hominibus, suæ lęsionis caput prodant, & perdant. Nam legationis caput perunt prædicatores, vt Herodes Ioannem. Et si ab hominibus cauendum illis, ergo & primo loco à se ipsis: ideò subdit: *Nolite cogitare quomodò, aut quid loquamini.*

Pſal.111. Luc.21. & Iacob.1. & alibi.

Apostoli cur cauere debeant ab hominibus.

Matth.16. 2.Corint.3.

Tradent enim vos in Concilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos: & ad Præsides, & ad Reges ducemini, &c. Id est, propterea vobis ab hominibus cauendum est, quod in vos conspirabunt, & tanquam Reipublicæ, & legum aduersarios, tam in foro Ecclesiastico, per concilia, & Synagogas significatos, & ciuili, per hoc quòd ducemini ad Præsides, & ad Reges, tanquam impios, & humanæ naturę pestes de medio vos auferre machinabuntur: non furtiuo, aut clanculario iudicio, sed publico, & manifesto. Ducemini autem ad mortem, postquam flagellauerint vos: quia Iudæi non habent causam sanguinis. Et Reges, vocat illos, qui pro Romanis regnabant, vt Herodes, qui occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio. Præsides, appellat Iudææ procuratores à Romanis missos, siue alios in alias prouincias destinatos: & moris erat Romanis, interficiendos prius flagellari, vt cum Christo factum est. ¶ *Propter me.* Id est, hæc tanta mala & pericula non accident vobis propter merita vestra, sed mea tātùm causa: sed vt ego in omnibus meis semper victor fui, ita in vobis vincam. ¶ *In testimonium illis, & Gētibus.* Id est, vt testemini me operibus, & ipsa vita, & fidem vanā non esse doceatis, quā ita defenditis: miracula etiam, quæ in eo temporis articulo positi edetis, testificabūtur prædicati articuli veritatem, vt illi Reges sint inexcusabiles, atque illi contra vos testantur corā Regibus, quibus trademini. id est, præsentabimini. Quod verò dicit, *in testimonium Gentibus*: vel ad prędicationem postremam est referendum, qua prædicarunt Gentibus; vel si ad hanc priorem, prę-sides & magistratus, erant Gentiles, vtpote Romani: ideò de illis apud quos accusandi erant, fit mentio.

Matth.24. A quibus maximè cauendum hominibus.

Apostoli quę grauia erant ab hominib⁹

Quomodo in testimonium illis, & Gētibus ista passuri erāt.

Quo modo ad vtramque missionē Apostolorū ad prædicādum hoc valeat ac commodari.

Quum autem tradēt vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis, &c. Verbum, Cogitare, Græcè Μεριμνᾶν, significat anxiè, & solicitè curare, siue cogitare: quia imperiti erāt Apostoli, & timidi morti se exponere metuerent, & vilesceret eorum fides: ideò monet, ne quid anxiè, & solicitè, & quasi cum diffidentia quadā cogitēt, quia sic magis gloria Christi innotesceret: nullus quippe humana sapiētia præditus omnia nouit, nec omnia in habitu cognita occurrunt in actu. Prohibet autē cogitare, quando tradūtur, ne essent valde soliciti. Si enim tātum innueretur assistentia, cùm nō haberent tempus cogitandi, vt exponit Nicolaus de Lyra, sufficeret dicere, *Dabitur vobis quid loquamini*, cum vos tradēt: sed dicitur, *Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini*: Ergo nō licebat eis cogitare etiā cum tempus haberent cogitandi. Ad hæc alioqui nihil significaretur, nisi quòd Apostoli humanitus facerent quod possent, & quòd in quibus nō possent, Dominus prouideret eis: & ita nō esset peculiare aliquod priuilegium, si quando traderentur Regibus, & præsidibus, vbi erat maius periculū, maiorque turbatio. Ergo opus est aliquid speciale hic Dominum prouidisse, vt eius verba insinuant, & quòd absoluerit eos ab onere cogitandi. Nam si Apostoli, cū tempus haberent cogitandi, iuberentur cogitare, & quod Deus suppleret, quando non occurreret locus cogitandi; redderentur valde soliciti ad cogitandum quid responderent; & ita minus essent audaces in confessione fidei. Ideò expediens fuit, vt auferret ab eis solicitudinem cogitandi quid, vel quomodò responderent, cùm tunc potissimum causa Christi ageretur. Apostoli verò cùm extra id discrimen cogitarent: ea quæ euangelizabant, partim per

Quid si Apostolis tēpus cogitandi daretur.

Tēpore traditionis dum taxat Apostolis nō esse cogitādū. quid responderēt, ex duobus ostenditur. *Nicol. de Lyra.* Secunda ratio.

Quę Apostoli prædicabant, vnde didicerant.

doctrinam acquisitam habebant, nam viderant omnia gesta Christi, & audierant doctrinam ipsius, & ita per hanc eruditionem humanam scire poterant quid prædicaturi essent; de qua dixit Petrus; *Non possumus quæ vidimus, & audiuimus, non loqui*; partim per habitum sapientiæ infusum ab Spiritu sancto in die Pentecostes, quo omnem scientiam necessariam ad prædicationem fidei, & defensionem eius, acceperunt, de qua Apostolus ad Galat. 1. testatus est: *Notum vobis facio fratres, Euangelium quod Euangelizatum est à me, quia non est secundùm hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici; sed per reuelationem Iesu Christi*; Partim verò per peculiarem illustrationé siue reuelationem, quam prædicando accipiebant, quia dicebant multa quę non proposuerant dicere; & ad illa non sufficiebat habitus reuelationis infusus in die Pentecostes.

Act. 4.

Supra 2.

In prædicatione igitur, in qua non est timor Regum vel Præsidum, potest quis præmeditari, & non promittitur hæc assistentia; sed prædicabant, vt diximus, vel acquisita à Christo, vel infusa ab Spiritu sancto, quæ habitu manebant, vel quæ Spiritu actu illustrante inter prędicandum accipiebant, si quando præmeditata non occurrebant. Deus igitur in duobus reuelabat Apostolis quid dicerent: scilicet, vt quando fidem confitebantur ante Præsides; vel in prædicatione, quando aliquid actu illis reuelabatur. Nos verò non est quòd ex reuelatione expectemus quæ euangelizaturi sumus; sed vult Deus, vt studio Sacræ Scripturæ, & doctrina peritiorum discamus. Vnde Paulus Timotheum hortatur, *Attende*, inquit, *lectioni, exhortationi, & doctrinæ*; Et, *Omnis Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, &c.* Apostoli ergo, & illi centum & viginti, in quos descendit Spiritus sanctus in die Pentecostes, diuina ex reuelatione fidem habuerunt, & prædicauerunt: reliqui verò eorum æquales nequaquam ex reuelatione, sed ex doctrina & studio. Et hoc cum ratione & æquitate coniunctum fuit: quia Apostoli Principes erant Ecclesiæ, & ideò illis conueniebat tantum priuilegium. Deinde ob euidentiam: quia ea quæ à Deo reuelantur, certiora sunt, quam quæ homines per doctrinam acquirunt: ideò Apostolos in doctrina oportuit esse firmiores, vt impossibile esset eos errare: quod non contingeret, si ab alijs discerent, vel solo studio niterentur. Ad hæc, Christus acceperat viros idiotas, & qui nihil prorsus scirent, vt ipse eos institueret: & quia illis incumbebat necessitas prędicandi (væ enim illis erat, si nô euangelizarent) ideò opus fuit, vt eos diuinitus instrueret, vel imperitos & idiotas prædicatores haberet. In nobis autem non sic est: quia nemini imponitur ex necessitate offícium prædicandi, nisi cui Ecclesia iniunxerit; quæ imponere non debet, nisi viris peritis & doctis, qui sine reuelatione aliqua prædicare possint. Prætereà etiam si Apostoli vellent addiscere, non habebant à quo, ex quo Christus ab eis discessit: quare oportuit, vt per infusionem illi omnia haberent. Hinc Apostolis Christus inquit: *Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*: ac proinde in illis illustratio interior ex necessitate erat, quia non poterant aliter scire; nec aliunde haberent quod prædicarent. Nos autem idoneè habere hæc per doctrinam possumus, ideò non est necessaria reuelatio. Postremò Christus voluit assumere Apostolos, viros rudes & imperitos, vt constaret toti mundo, quòd eius doctrina non introducebatur vi sapientiæ, vel eloquentiæ humaniæ; sed per Diuinam virtutem, vt 1. Corinth. 1. dicitur: *Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes*. Si autem discerent Apostoli ab aliquo, vel studio & lectione librorum prædicarent, putaretur opus esse humanum, nec esset ratio digna admiratione. Nunc autem videntes Petri constantiam & Ioannis, comperto quòd homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur, vt habes Actorum 4. ideò sine humano studio, vel doctrina debuerunt per reuelationem instrui. Secus autem de nobis est: quia fides non est nunc recens introducenda, vt eius prædicatores tali excellentia præditi sint, de qua orbis admiretur: ob quam etiam caussam prædicatores miracula hodie non faciunt. Hinc iuxta communem regulam, nulli prædicatori reuelantur ea, quæ prædicat, sed quilibet debet humanitus se præparare, quantum potest, & tunc Deus dirigit linguam eius, iuxta illud: *Hominis est animam præparare, & Domini gubernare linguam*: quod non vetat, quin Deus interdum peculiariter illustret mentem prædicatoris, interdum sapientiam infundendo: quia non est abbreuiata manus eius, quam uis perinde in fine necessaria non existat, atque in principio eius. Nobis autem bono animo euntibus ad confitendum Christum coram Regibus, reuelabit quid sit respondendum: quia eadem caussa est communis cum Apostolis, licèt non ex vi verborum, nec adstringimur ad cogitandum, sicut illi.

1. Cor. 1.

Ecclesia monet ut quæ discas prædices.

Quomodo

Item 2.

Quomodo & præcedens

1. Cor. 1.

Cur Apostoli dicuntur Ecclesiæ principes.

Primum

Ecclesia

Quę in prædicatiõe quę dicẽda sunt, cuiquam prę meditari licet.

Doctores modò euangelici prædicationẽ suã quibus è fontibus hauriãt 1. Timoth. 4. 2. Timoth. 3. Apostoli cur à Deo, & non ab hominib⁹ discere debuerint.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quod

Quod verò ait Petrus; *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est, Spe, & Fide*: non loquitur Apostolis, quia Petrus ad eos non scribebat, nec eos docebat, sed aduenas dispersionis Ponti, & Galatiæ. Vel dici potest, quòd etsi in confessione Fidei ante Reges, & Præsides, nihil deberent cogitare: tamen quando loquebantur alijs fidelibus, vel alijs eos non persequentibus, cogitare debebant quid loquerentur: quia tunc non fieret eis reuelatio, cùm non esset necessaria, vt docet Chrysostomus.

Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Quod ait: *Non estis vos qui loquimini*, intellige, à vobis inueniendo quæ dicitis; sed Spiritus dabat, illuminando interius, sapientiam, & linguam accommodam; sed non formabat voces, vel mouebat organa, sicut dæmon facit in arreptitijs, sed ipsi erant qui loquebantur, & poterant tacere cùm vellent: ipsique internum verbum concipiebant, & vt id exprimerent, mouebant organa. Dæmones verò, qui in arreptitijs, vel in serpente, vel asina Balaam voces formabant, ipsimet loquebantur, & non obsessi, vel serpens, vel asina. Secus hic, quia prius dicitur homo loqui, quàm Spiritus, qui tantum dat os, & sapientiam, cui non possunt resistere, & contradicere, cuncti aduersarij nostri. Et sicut Caiphas dicitur nô locutus à semetipso; sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit quòd Iesus moriturus erat pro gente: ita quia Deus dabat Apostolis quid loquerentur, dicebatur ipse loqui, & non illi; cùm tamen illi loquerẽtur. Sicut Actorum 2. *Loquebantur Apostoli variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.*

Hunc igitur Spiritum ambiamus, illumque nobis ascisce re nunquam non petamus, vt tanto præsidio fulti, & quid, & quomodo prædicandum sit, accipiamus, & quid in confessione Fidei ante Reges & Præsides prudenter respondendum sit, sufficiat nobis. Ita enim fiet, vt triumphum de hoste reportemus, & glorioſè, si opus sit, pro veritate Euangelica occumbamus: quod cùm omnibus Apostolis contigerit, possunt & prædicatores tantum donum, si diuinitus detur, apertis vlnis amplecti, gratia, & misericordia Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto semper viuit, & regnat, in sæcula sæculorum, Amen.

TRACTATVS XVI.

Tract. 44.

In illa verba Matth. 10. *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficient; & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quum autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam, &c.*

Persecutiones quales & quãtas, Euãgelici ministri, teste Domino, perpessuri sint.

DESCRIBIT Dominus magnitudinem, & vehementiam persecutionũ, quas Euãgelij præcones propter Christum ab aduersarijs perpessuri erant: prædixit enim persecutiones, quæ erant exoriturę, vt homines iura omnia humanitatis, & alias necessitudinum arctiores coniunctiones obliti, & filij in parentes, & parentes in filios insurgerent: quæ omnia, vt superiori tractatu diximus, ad posteriorem emissionem Apostolorum post resurrectionem à Domino factam ad prædicandum per vniuersum Orbem maximè intelligẽda sunt: cùm in priori illa ante mortem nihil aduersi sustinuerint.

Tradet quomodo frater fratrẽ in mortem, & pater filium.

Qualis hæc quãtaqi persecutio.

Parentes quinam in filios insurrexerit, & filij in parentes. *B. Gregor. tom. 2.*

Alit ergo: *Tradet autem frater fratrem in mortem.* Id est, accusabit eum ad mortem ante Præsidem, quòd Christianam religionem sit amplexus; & pater filiũ, & patrem filius. Durissima erat hæc persecutio, cùm pater maximè diligat filium: & beatum Chrysostomum accusauit pater eius Polemius. Interdum etiam ipsi parentes animaduertebant in filios, vt ex historijs Ecclesiasticis Martyrum constat: vt Gregorius lib. 3. dialog. capit. 31. scribit de Hermenigildo Rege Gothorum, quem pater Leuuigildus pro Fide necauit: & contra filij in parentes, vnde Luciam consortem Geminiani accusauit filius eius ad mortem, quòd Christiana esset. Nec mirum id esse debet, quoniam Deuteron. 13. præcipit Dominus, vt fratrem, vel filium, vel filiam, vel vxorem exhortantem, & dicentem, *Eamus, & seruiamus dijs alienis*, non audiamus, neque auscultemus, sed statim interficiamus. Et Zachar. 13. *Et erit, cum prophetauerit quispiam vltrà, dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eum, Non viues: quia mendacium locutus es in nomine Domini: & configent eum pater eius, & mater eius, &c.* Et hæc lex hodie seruatur in crimine hæreseos; ne, dum quis per falsam misericordiam homini indulget, in Christianam Rempublicam sit crudelis. Hoc autem Diuina prouidentia

Parricidium quod lex Domini præcipiat.

Vbi hæc lex etiam obseruetur apud Christianos.

ita dispo-

Cur filij in parentes chri contra & in filios insurgeret.

ira dispositum fuit: Nam etsi Gentiles errarent in multitudine deorum, putabant tamen quòd cultus eorum esset salus ipsorum: & per deos starẽt, ideò ad tantam immanitatem filij in parentes, & contrà, concitabantur. Hinc post irruptiones Gothorum, & Vrbem captam, plurimus erat rumor inter Romanos, ob susceptũ cultum Christi, & coemptum religionis antiquæ, Romanum imperium inclinasse, ac debilitatum fuisse. Ob quam causam Augustinus edidit libros De ciuitate Dei; docens, feliciora fuisse tempora Romanorũ post Christi religionem, quàm anteà. Paulus etiam Orosius eiusdem Augustini, sanctissimi Patris, hortatu, libros edidit De Ormesta mũdi, vt probaret, nõ solum Vrbi, sed toti orbi melius fuisse post Christi religionẽ susceptam, quàm priùs. Ideò insurgent primũ parentes in filios, tanquam in destructores religionis, per quàm hactenus orbis & vrbes steterãt. Deinde persecutores Christianorum putabant se bene agere: quia zelo Deitatis agebantur, quam alteri, quàm verò Deo tribuere minimè patiebantur. Vnde Paulus tãtopere sæuiebat in Christianos à principio: & Christus dixit: *Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo.* Et addit: *Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neq; me.* Postremò id permittebat Christus ad gloriam doctrinæ suæ, & ita permittebat corda principum illi contradicere, & repugnare; vt veritas, & sanctitas eius magis declararetur; & ne videretur fauore Principũ aut Regum introducta. Prædixit autem hæc Dominus, vt se omnia scire, atque illis se posse occurrere, si vellet, ostenderet: sed nolle, quia sic nobis magis expediret. Deinde, vt Apostoli magis cauerent, & consolarentur, & ostenderetur futuris sæculis, quanta sit puritas & bonitas Euangelicæ doctrinæ, quæ cum tanto rigore in orbem introducta est, vt etiã si filij in parentes, & parentes in filios, ad eius extirpationem sæuirẽt. Pulchrè autem Hieronymus in hæc verba ait: *Hoc in persecutionibus fieri crebrò videmus: nec vllus est inter eos fidus affectus, quorum diuersa fides est.*

Quid Augustinus in libris de ciuit. Dei, & Orosius de Ormesta mũdi suadere conati sint.

Secunda ratio huius tantæ persecutionis.

Actor. 9.

Ioan. 16.

Tertia & vltima.

Et eritis odio omnibus hominibus. Hyperbolicè dicitur hoc, vt notat Euthymius, pro, maximæ parti hominum. Et hoc indicat, prædicationem Lutheranorum, quæ accepta est omnibus hominibus voluptuosis, à Deo non esse. Hoc autem factum est, in primis ad ostendẽdam virtutem diuinam, vt nihil humanitus factum videatur in acceptatione Euangelij. Nam illud per homines dicitur fieri, quod fauore hominũ fit. Qui autem alicui odiosus est, nullum in eo fauorem habet; Professores autem nominis Christi propter hoc omnibus hominibus in uisi erant; ideò hominum fauore religio Christi non est plantata. Deinde putabant homines Christi cultu religionem deorũ, per quam mundi status seruabatur, destrui atque euerti: & cum apud omnes homines esset aliquis cultus, cui repugnaret Christi doctrina, necessum erat, vt Christiani omnibus hominibus essent odiosi: nam nulla Gens erat, quæ proprios deos coleret, quæ alterius Gentis cultum detestaretur. Iudæi etiam, qui dispares erant in cultu, & in agnitione Deitatis à Gentibus, non tamen accusabant, aut insectabantur cæteros: at religio Christiana omnes Gentium deos detestatur, imò etiam ipsi ritui Iudaico repugnabat. Hinc lex Christi toti mundo à principio inuidiosa extitit & exosa; quòd omnes alias religiones abrogaret. Ad hæc, diabolus valde cõcitabat omnes homines aduersus Christi cultores: videbat enim per Christi doctrinam cultum suũ per totum orbem destrui, & animos hominũ de vinculis peccatorum, quibus colligati tenebãtur, liberari: hinc magno furore Principes & terrarum dominos concitabat aduersus Christianos.

Cur hæc Dominus Apostolis mala prædixerit euentura.

Subdit: *Propter nomen meum.* Gaudendũ igitur cùm vituperamur in benefaciendo, secundùm illud; *Ibant gaudentes (Apostoli) à conspectu concily, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Sed dolendum tamen, salutare nomen in odio esse, ac timendum de malitia nostra, quòd tanta sit, vt hoc dulcissimum & salutare nomen odio habere possimus. Præterea vult nos ita bonos patientesque esse, vt nihil aliorum malorum nos offendat, nisi quòd Christi nomen feramus: nõ vult ergo nos, nisi ob scelus nostrum, odio haberi.

Hieronym. to. 9.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Verbũ *Perseuerauerit*, Græcè est, *Sustinuerit*, siue expectauerit ὑπομείνας, & *Sustinuerit*, siue expectauerit intelligit sustinentia per perseuerantiam intelligit sustinentiam; siue patientiam laborum, qui propter fidem, & religionem Christi retinendam, tuendamque suscipiuntur. Alioqui perseuerantiæ virtus in propria phrasi, hominem persistere facit in bono, contra difficultatem, quæ prouenit ex ipso actu virtutis: constantia verò, siue patientia, factum firmiter persistere aduersus difficultatem, quæ proficiscitur ab extrinsecis impedimentis quibuscunque. Præuidebat autem Dominus ob magnitudinem tentationum quosdam à proposito confessionis Fidei scopo, & constantia casuros; ideò nos admonendos putauit, vt in ea perfle-

Apostoli quomodo futuri odio omnibus hominibus secundum Euthymium.

Ratio huius odij quadruplex adfertur.

mus. Quasi dicat; Non oportet laborum, malorumque, si multa, diuturnaque videantur, tædio deficere. Neque enim res tantas aggressos esse laudabile fuerit, sed absoluisse. In Cruce ergo perseuerandum: nec enim est via ad cœlum, nisi per Crucem. Christum aliorum manus à Cruce soluerunt.. Perseuerat verò vsque in finem, qui ad mortem vsque in confessione Christi permanet, iuxta id; *Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronã vitæ.* Salus etiam quæ promittitur perseueranti, tanta est, vt propter eam nihili pendenda sint quæcunque, vel grauia tormenta, quæ homines inferre possunt, secundùm illud Apostoli; *Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

Cùm autem persequentur vos in ciuitate ista; fugite in aliam. Ostendit, qua ratione se gerere debeant in tribulationibus, & præcipit, vel permittit vt interdum fugiant: quia adhuc nõ erat tempus, vt ipsi occiderẽtur, quousque fides propagaretur; & vt ostendat quòd homo non debet se ingerere ad mortem, & tentare Deum, & alios ad peccatũ impellere: quia mors per se bona non est, nec propter se expectanda: cùm autem fructuosa existit, & per illam habetur fructus vitæ æternæ, vel fugitur vita turpis, & indigna, experti potest. Hinc Iudas Machabæus Princeps Gentis Iudæorum, fortiter dixit: *Melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ, & Sanctorum.* Et quatenus per fugam declinantur mala, & persecutiones, doctrina hæc non tam est præceptum, quàm licentia, & permissio, non tantùm ad Apostolos, sed ad omnes spectans Christianos: quatenus verò per fugam prædicatio indignis subtracta, dignis profertur, non solùm permissio est, sed magis præceptum ad Apostolos, & Apostolis similes, id est, prædicatores pertinens: & hoc loco Dominus magis videtur spectasse ad hoc secundum, vt per fugam Euangelium latè spargeretur. Absolutè enim non dixit, Fugite: Sed; *Fugite in aliam ciuitatem,* vt scilicet in ea prædicetis Euangelium. Rectè tamen Augustinus, & alij Patres intellexerunt, Dominum fugam suis fidelibus suo exemplo, & doctrina permisisse in tempore persecutionis: qua de re peculiariter Augustinus loquitur epist. 180. ad Honor.

Ad hæc, ostendit Dominus his verbis, quàm pretiosa sit vita hominis in conspectu Dei, cùm pro ea seruanda doceat eos vitare pericula. Hinc Psaltes; *Dedisti metuentibus te, significationem, vt fugiant à facie arcu, vt liberentur dilecti tui.*

Postremò, vt ostendat quòd homo non debeat Deum tentare manẽdo in periculo, cùm euadere potest: ideò iussit vt fugerẽt, licèt ipse posset eos in ciuitatibus liberare, vt exponit Augustinus contra Faustum. Et præceptum de vna ciuitate in aliam fugiendi, pro illo maximè tempore fuit, quo prædicarunt inter Iudæos, dum Christus viuebat, vt docet hoc loco Hieron. & Euthymius, & textus ipse euincit, quia sequitur: *Non consummabitis ciuitates Israël, donec veniat filius hominis.* Idem putauit Tertullianus in libro de fuga in persecutione (quem Hieronymus libro de Scriptoribus Ecclesiasticis aduersus Ecclesiam scriptum esse testatur) præceptum hoc de persecutionis fuga omninò temporale fuisse, sicut & alia præcepta, quæ hic dantur Apostolis, vt, de pecunia, & pera; &: *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis,* esse contendit; sicut & illud: *Non consummabitis ciuitates Israël, donec veniat filius hominis*; quia intra terminos Iudææ continebatur. Addit Tertullianus: *Rutilus sanctissimus martyr cùm toties fugisset persecutionem de loco in locum, & periculum (vt putabat) nummis redemisset, post totam securitatem qua sibi prospexerat, ex inopinato apprehensus, & Præsidi oblatus, tormentis dissipatus: credo pro fugæ castigatione de hinc ignibus datus, passionem quam vitarat, misericordiæ Dei retulit.* Sic ille. Cuius sententiam secutus est Hieronymus, dicens: *Hoc ad illud tempus referendum est, cùm ad prædicationem Apostoli mittebantur: quibus & propriè dicitur; In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: quòd persecutionem timere non debeant, sed declinare.* Item Chrysostomus: *Non de his persecutionibus* (inquit) *dicit, quæ post Crucem fuerunt, sed de his quas ante Crucem, & passionem habuerunt: quod significanter expressit, dicens: Non enim obibitis ciuitates Israël, donec venerit filius hominis.* Hæc illi.

Sed reuera, & Scripturæ, & Sanctorum Apostolorum, & Martyrum exempla, & veterum Patrum exponentiũ sententiæ ad omnem ætatem hoc præceptũm euincunt spectare, maximè tamen ante passionem vim habuit suam: quia si quæ orta fuit persecutio, illam Apostoli fuga euaserunt.

Probatur etiã hoc ex eo, quòd hoc præceptum ponitur potiùs inter ea, quæ pertinent ad secundam legationem post Resurrectionem, & Pentecosten: idcircò Augustinus, & alij ad omnes quodammodo hoc præceptum, vel permissionem pertinere arbitrantur; sicut & illud quod sequitur: *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Ex illis autem præceptis ibi traditis, quædam ipse

Idem. to. 6. li. 22. cont. Faustũ. c. 36. propè init. Hier. in Matt. ca. 10. to. 9. Euthy. ca. 19. in Matt. Tertull. to. 2. Hieron. to. 1. circa fin. Tertullia. de libro de fuga in persecutione quid senserit D. Hiero.

Rutilius martyr sæpe persecutionẽ fugiens, tãdem ex inopinato apprehensus quas pœnas dederit, teste Tertull.

Hieron. loco suprà dicto.

Chryso. ho. 35. in Matt. to. 2.

Præceptũ illud fugiendi in aliam ciuitatem tempore persecutionis, omni ęta te locum habere.

II. argum.

Matt. 10.

Matt. 10. Marc. 6. Iesus abrogauit, vt de sacculo, & pera, & illud: *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum, &c.* quia dixit: *Euntes in mundum vniuersum*, & reliqua: vt hoc de fuga in persecutione, ratio ipsa, & exẽpla Sanctorũ interpretantur semper constare.

Tertull. dicto lib. de fuga in persecutione. Ridet Tertullianus versiculum Græcum: *Qui fugiebat, rursum prœliabitur.* Sed ei? veritas versiculi nõ semel spectata fuit. Cæterùm si sanctos Patres consulas, videbis doctrinam Tertulliani esse falsam.

Grego. Nazi. orat. 24. to. 2. Hinc Gregorius Nazianzenus Oratione in laudem Cæsarij ita scribit: *Malis igitur temporibus cedit* (id est, Cæsarius tempore Iuliani Apostatæ) *in eoque legi nostræ obtemperat, quæ præcipit, vt oblata quidem occasione veritatis caussa periculum adeamus, nec fidei pietatem per animi ignauiam deseramus: cæterùm quamdiu licet, pericula ipsa ne excitemus: siue id ea ratione præscribat, quòd animabus nostris metuat; siue quòd earum exitio occurrendum putet, à quibus nobis periculum vitæ creatur.* Clemens quoque Alexandrinus libro Stromatum explicans id: *Quando vos persecuti fuerint in hac ciuitate, &c. Non suadet,* inquit, *fugere, tanquam malum sit persecutionem; nec vt mortem extimescentes, iubet nos eam fuga declinare.* Vult autem nos nulli esse autores, neque alicuius mali caussæ adiutores, nec nobis ipsis, nec ei qui persequitur nec ei qui interimit. Ac subdit; *Is est, qui, quantum in se est, aduuat improbitatem eius qui persequitur. Quòd si etiam ipse caussam præbens, feram planè irritet, similiter etiam si præbeat aliquam pugnæ caussam, vel damni, vel iudicij, vel inimicitiarum; is occasionem peperit persecutionis.* Et Origenes tom. 2. Commentar. in Ioannem, vbi explicat illud: *Iesus autem non iam in palàm ambulabat: Præclarũ est,* inquit, *eum, qui in certamen de Iesu professione descenderit, non recusare confessionem, nec dubitare mori pro veritate. Non minùs tamen etiam hoc præclarum est non dare caussam tali periculo, &, vt ita dicam, tentationi, sed omni ratione ei obsistere: non solùm quòd incertus est nobis eius euentus, verum etiam ne caussa simus cur scelestiores sint, maioribusq; peccatis se contaminent ij, qui non re, profusionis sanguinis nostri rei sient, si ea quæ in nostra potestate sunt facientes, eos, qui vitæ nostræ insidias parant, vitemus atque fugiamus. Futuri sunt autẽ in grauiore supplicio opera nostra, si nosmetipsos amantes, neque illis consulentes, nos morti offeramus, cùm ad hoc non præcurrerit necessitas.* Hæc ille in sensu. Idem lib. 1. contra Celsum, qui fugam in persecutione, quam docet Christus, impugnabat: *Vitæ constantia,* inquit, *nullo pacto instituit, intempestiuè aut temere adeũda esse pericula, &c.* Exemplum Aristotelis affert, qui cùm ob dogmata quædam sua Athenis excessisset Chalcidem, amicis respondebat: *Ex Athenis recessimus, ne caussam demus Atheniẽsibus secundò scelus committere, quale in Socratem commiserunt, neue contra philosophiam iteratò impietatis coarguantur.* Hæc ille. Accedit Athanasius in Apolog. de fuga sua, cuius hæc sunt verba: *Nam & in Lege ciuitates refugiorum erant, proijs, qui ad eadem quærebantur, vt aliquo modo persecutorem euaderent. In consummatione porrò seculorum, quum aduenisset illud ipsum verbum Patris, quod Mosi antea locutum fuerat, rursus præceptũ fugiendi condidit. Quum vos (inquiens) persecuti fuerint in ciuitate istâ, fugite in aliam; paullòq; post subiecit. Quũ videritis illam abominationem desolationis, quæ dicta est per Danielem Prophetam, consistentem in loco sancto, qui legit, intelligat; tum qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto est, ne descendat, vt aliquid tollat ex ædibus suis: & qui in agro est, ne retrorsum se conuertat ad vestimenta. Hoc quũ scirent Sancti, ad eam normam vitam suam temperauerunt. Quæ autem in præsentiarum præcipit Dominus, ea quoq; ante suam in carne cõuersationem locutus est in Sanctis, & hoc genus formæ, institutiq; hominibus perfectitudinem conciliat. Nam quod Deus immiserit, faciendũ est. Ideoq; & ipsum verbũ propter nos homo factum, voluit, quemadmodũ & nos, quum quæreretur, & cùm persecutionem pateretur, fugere & insidias declinare. Decebat enim eum, vt esuriendo, sitiendo, patiendo, ita quoque ipsa ratione fugiendi, ostenderet se carnem gestare, & hominem factum esse. Simul enim vt natus erat, atque etiam dum puer esset, per Angelum Iosepho mandauit, vt excitatus puerum assumeret, & matrem eius; futurum enim esse, vt quæreret Herodes animam pueri. Idem, mortuo post modum Herode, metuens Archelaum, in Nazareth secedit. Deinde etiam tum quum sanata arida manu, se Deum ostendebat, consiliumq; fuit occidendi à Iudæis iniretur, non ignarus insidiarum, ex ijs locis recessit. Siquidẽ ex eo Lazarum è mortuis excitasset, ab illa deinceps hora (vt refert Euangelium) consilium inierant, vt eum occiderent, quapropter Iesus non palàm obambulabat inter Iudæos, sed abijt ad locum vicinum deserto. Ac deinde cum dixisset Saluator: Antequã Abraham fieret, ego sum; Iudæis tollentibus lapides, vt in eum mitterent, ipse abscondit se, & exiuit de templo, & transiens per mediũ eorum, euasit. Num cùm ista videant, vel potius audiãt (nihil enim vident) qui (quæso) non quemadmodum scriptũ est, æstuet incendijs, dum contraria ijs quæ Deus fecit, & docuit, & voluit, & loquuntur. Iesus enim in martyrio Ioannis, corpore illius à discipulis humato, re audita, nauigio se inde in desertum abduxit. Dominus igitur quemadmodum fecit, ita & docuit. Iam vereor, ne isti, non*

Christum obmetum mini mè fugisse.

intra conuitia hominum, suam exprobrandi libidinem sistant, sed vlterius insania sua euecti, etiam Domino Deo timiditatem obijciãt. Sed quis eos sic insanientes ferat? Melius est, vt de ignoratione Euangelij malè audiant. Sed enim caussa istius modi recessionis & fugæ, quam Euangelistæ in Saluatore commemorant, proba & vera est: & consentaneum est, vt eam quoq; in fuga Sanctorum versatam fuisse arbitremur. Quæ enim humanitus de Saluatore scripta sunt; ea par est ad commune genus hominum referri. Nam & ille nostrum corpus gestauit, & humanam imbecillitatem ostendit. Hactenus ex his sanctis Patribus, antiquis & doctis, in sententiam Tertulliani, fugam in persecutione negantis, sit actum. Hoc autẽ Christi præceptum conueniẽs erat propter multa. Primò quidem, quòd non deceret aliquem pro confessione nominis Christi interfici, antequã Christus, non tantùm primus ac primogenitus Martyrum, sed etiam primogenitus mortuorum: ideò instante persecutione Apostoli fugere debebant. Deinde, vt ad meliora tempora seruarẽtur, in quibus eorum mors esset fructuosior: nam prædicaturi priùs toti orbi erant Euangeliũ, & postea morituri. Hinc Christus sæpè fugiebat & subducebat se è manibus volentiũ eum interficere: vt habes Ioan. 7. 8. & 10. quia nondum venerat hora eius: ita ergo Apostoli cauere debebant persecutionem, fugiendo. Adhæc fuga sua in alias ciuitates vtiliS erat, vt in ea spargeretur semen Euangelicum. De fuga autem Pastorum, siue Episcoporum, qui persecutionem patiũtur, ita statuẽdum est. Nam vbi aperta est persecutio, vt illa, quæ ab hostibus fidei fit; tũc aut solus Prælatus ad mortem quæritur, aut simul cum toto clero, vel subditis. Si primo modo solus quæritur propter fidem, & subditi ex eius fuga tuti non erunt; debet potiùs manere, & gloriosè pro Christo, & grege suo occumbere; quàm se subtrahẽdo illos reddere infirmos, vt nõ videatur esse mercenarius, sed pastor bonus ponens animam pro ouibus. Si autem eo recedente, tuti manere possent subditi, neq; eorum fides infirmaretur; potest se subtrahere, & seruare ad alia tempora, in quibus magis valeat prodesse subditis: quemadmodum si valeat pater quæratur propter personatum solus pater quæratur propter personatum sine respectu filij, potest fugere; cùm ex fuga, nulla ignominiæ nota nomini Christiano inuratur. Sin verò Prælatus cũ subditis simul quæratur ad mortem, non debet Pastor deserere suas oues, sed vel cum eis manere, vel cum eis simul fugere cogitur, quia eius præsentia illis est necessaria: si tamen creditur, quòd quibusdam clericorum supplentibus Episcopi vicem, possit Ecclesia manere, manebunt ij, & pastor cum cęteris fugiet, vt ad alia tempora seruet se, & non laceretur Ecclesia simul in omnibus membris suis, sed quibusdam sublatis de medio, alij remaneãt, qui possint Dominico gregi prospicere: quod certè ad charitatẽ, & prudentiam spectat, & meliùs sic agere videntur, quàm si grex & pastor simul se exponant periculo: qui tamen sic fugiunt, si relictos in persecutione contingat occidi, redire coguntur, vt Ecclesiæ prospiciant, ne grex Dominicus deseratur. Et idem dicendum videtur, cùm persecutio à Deo infligitur, vt tempore pestis, quæ quædam est cœlestis ira, neque satis est, vt prælati moneant subditos, vt exeant de locis illis pestiferis, & quòd alibi erũt cum eis: quòd si noluerint, non arctantur se morti exponere propter illos, ibidem manẽdo. Quod verum non est: nam multi propter necessitates humanas, vel quia alibi victum non habent, manent in locis illis, ideò cum illis debebunt permanere. Nam, vt ait Augustinus ad Honoratum: *Cùm omnium, id est Episcoporum, clericorum, & laicorum, est commune periculum; ij qui alijs indigent, non deserantur ab his, quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant; aut, qui habent remanendi necessitatem, non relinquantur ab eis, per quos illorum est Ecclesiastica suppleda necessitas: vt aut pariter viuant, aut pariter sufferant, quod eos paterfamilias volet perpeti, &c.* Ita Augustinus. Et ita si manent cum ouibus, sorte dirimenda est quæstio qui remaneant, & qui non. Si verò persecutio non sit ab hostibus fidei, sed à subditis; si omnes mali sunt, & non speratur eorum correptio, potest eos deserere, maximè si putat cum alijs maiorem se fructum editurum. Hinc B. Gregorius ait lib. 1. dialogorum, cap. 30. quòd B. Benedictus deseruit quosdam monachos. Sin verò speratur eorum conuersio, vel non omnes sunt mali, sed mixti, quidam boni, & quidam mali: non debet eos deserere, sed cum patientia expectare conuersionem illorũ, neque propter multos malos boni pauci sunt deserendi: vt dicitur 7. qu. 1. cap. Suggestum: & cap. Scisciteris. Et hactenus de Pastoribus.

Cur decuit hanc Apostolis legem dari, fugiẽdi videlicet de vna ciuitate in aliam.

II. ratio.

III. ratio. Pastoribus quando & quomodo fugiendum imminente periculo.

Boni pastoris officium. Ioan. 10.

Pestis tempore fugiẽdum Pastoribus quando.

Aug. epi. 180. tom. 2.

B. Greg. to. 2.

Si autem sermo sit de subditis, & priuatis, an liceat eis fugere, nec ne, dicendum est, quòd sicut nemo tenetur se offerre ad confessionem fidei, ita traditus & captus in persecutione fidei, siue sit perfectus, siue imperfectus, debet confiteri cõstanter nomen Christi: quia quicunque negauerit eum coram hominibus, à Christo negabitur corã Angelis Dei; & Apostolus: *Corde*

Subditi fugere an possint in persecutione, & pestilẽtia.

Marc. 8.

Rom.10.

creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem. Imò qui hic captus est ad confitendum fidem, etiàm si possit occultè fugere, id tamen sibi non licet, præsertim si sit scandalum fidei, aut aliorum fidelium, vt testatur Episcop. Abulensis, quia contemneretur fides in cordib⁹ infidelium, & infirmaretur in mentibus credentium. Hinc Paulus Act.16. noluit recedere de carcere iudicibus iubentibus, ne videretur fugere; sed dixit vt venirent illi, & publicè eum educerent: quod & factum est. Hoc autem intelligo ita verum esse, nisi cum Deus miraculo aperit alicui carcerem ad fugiẽdum, vt Petro Act.12. vel ad declarandam potestatem ipsius, vt iterum se publicè ostendat. Vnde Act.4. Apostolos in carcere positos à Iudæis Christus per noctem eduxit, & sequẽti die publicè se exhibuerunt. Quòd si subditus in persecutione nondum est captus, vel etiam est captus: aut est imperfectus, & licitè potest etiã ex carcere fugere, eo quòd ex fuga sua non sequitur fidei detrimentũ, nec deserit aliquos, quibuscũ cogatur manere: isti non tantùm fugiendo non peccant, sed etiam nonnullum meritũ habent, quia conscij suæ fragilitatis timent Christũ negare, vt alios fecisse intelligũt vi tormentorum, ob laborem fugæ pro Christo; & quia res suas diripi, & perire permittunt, volentes magis illas, quã Christum perdere. Si autem vir sit perfectus, & in specie ab infidelibus, qui nos persequuntur, incognitus; ei tunc licèt fugere, sicut fecit Christus fugiens Herodem in Aegyptũ, qui nesciebat quis esset, & ignorabat an fugisset, vel an delitesceret inter paruulos, quos interficiendos mandauerat. Si autem cognitus sit persecutoribus, neque quæritur præcipuè propter fidem, sed ex odio personali, fugere potest, vt Paulus per muros Damasci demissus in sporta. Quòd si principaliter quæratur propter fidem, quia est vir excellens in doctrina Christiana, & eius vitæ exemplo animantur cæteri: si non timetur scandalum, potest fugere, vt fugiebat Petrus à fidelibus qui Romæ erant, vt se Ecclesiæ seruaret, exoratus extra vrbem: cui Dominus factus obuius, illũ iussit redire. Quòd si timetur scandalum, & contẽptus doctrinæ ab infidelibus, vel imbecillitas fidei in credentibus, debet morti se exponere. Si autem persecutio sit generalis ad mortem, & in totam regionem; non licet viris perfectis in vita & doctrina præstantibus recedere, vt prædicatoribus & similibus, licèt non sint pastores: quia sua fuga cæterorum fidem infirmarent; & apud infideles contemptui, & sannis illam exponerent.

Abulẽs. super hoc. ca. q.111.

Priuatus quis piam quãdo debet fugere persecutiones.

Quis fugiendo etiam persecutiones, mereri apud Deũ valeat.

Viri perfecti & cõstantes, quando licitè fugiant. *Matt.2.*

Act.9.

Petrus quando fugerit in persecutione

Quando fugere non debent, viri scilicet perfecti

Amen dico vobis, non cõsummabitis ciuitates Israël, donec veniat filius hominis. Nouè admodum dixit; *Non consummabitis*, supple, fugiendo oẽs ciuitates; ac si dixisset: Non omnes ciuitates perlustraueritis, neq; perfeceritis, neq; finem illas perambulãdi consecuti eritis, donec filius hominis veniat. Putat aũt Francisc. Titelman. hũc loquendi modum talem esse, ac si de magna ferculorum copia proposita dicam tibi: Si de singulis vel modicum gustare volueris, dico tibi, Non cõsummabis omnia hæc fercula, donec ad nauseam satieris.

Dupliciter autem exponitur hic locus: vno modo de aduentu Domini ad iudiciũ. Et sensus est: *Non consummabitis ciuitates Israël*, hoc est prædicatio facienda Iudæis ad postremam conuersionem eorum, non finietur vsq; ad diem iudicij: nam priùs conuertentur omnes Gentes, & deinde vniuersus Israël saluus fiet: atque ita exponit Hilarius. Et Augustinus libr. 2. in epistolam Gaudentij intelligit, Dominum hac sententia promisisse vsque ad finem seculi loca non defutura, in quæ se recipiant prædicatores. De quibus Dauid: *Aedificabuntur ciuitates Iudæ, & inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.* Rupertus quoque Tuitiens. intelligit non tantùm de ciuitatibus Israel carnalis, sed de omnibus ciuitatibus fideliũ, qui sunt Israel spiritualis: & ita vsq; ad diem iudicij fore aliquas ciuitates, ad quas confugere possint. Oportet enim prædicari Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus Gentibus; & tunc veniet consummatio.

Alius sensus est de aduentu Christi post resurrectionem: *Non*, inquit, *consummabitis*, prædicando ciuitates Israël, donec filius hominis suscitatus ad vos veniat; qui mittat è Iudæa vos ad Gentes, vbi non semper fugere oportet. Nam post mortem præcepit illis: *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ*; cùm priùs dixisset, in hac videlicet Apostolorũ legatione: *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis.* Quia ergo non consummabitis, non oportet confugere ad Gentes, vel repetere ciuitates, à quibus fugientes recessistis, vel cessare à prædicatione Euangelij. Atque ita intelligit Chrysostomus, & videtur magis ad rem hic sensus. In primis, quia Christus loquebatur ad tollendũ Apostolis terrorem, quo confugerent, postquam discurrissent per omnes ciuitates Israel: prædicatio verò quæ nunc fit, & vsque ad diem iudicij fiet, nihil pertinet ad Apostolos. Ergo de aduentu Christi, qui factus est eis viuentibus, oportet in-

Hęc Dom. locutio qualis sit: Non consummabis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis.

Francisc. Titelm. in loc.

Duplex sensus illius verbi: Non consummabitis, &c.

1. sensus. *Rom.11. B. Hilar. can. 10. in Matth. à med. Aug. lib. 2. in Psal. 56.*

Rupert. Tuit. in Matt. lib. 8. à me.

Matt.24.

Alter sensus textui obijcitur.

Mare. vlt.

Matt.28

Chrysost. hom. in Matt. tom.2.

tet intelligi; nam dixit: *Non consummabitis.* Quòd si de aduentu iudicij fieret sermo, diceret; Non consummabuntur, scilicet per alios. Deinde dixit, Israël; & tamen nunc non fit prædicatio in ciuitatibus Israel, quę non sunt, sed Israel dispersus est inter Gentes: habebant autẽ ciuitates tempore Christi, quousque per Romanos euersa est Ierosolyma, & reliquię Iudæorum dispersæ sunt. Ad hæc dicitur: *Donec veniat filius hominis*; quod si de aduentu ad iudicium intelligas, non est verum, quia post iudicium nemo saluabitur: ergo ante illud consummabitur tota prædicatio facienda Israël. Verba Græca habent, ὐμῶν πολίσεις τὰς πόλεις τῦ Ισραὴλ; id est, Non sacris initiaueritis, vel Non sacra docebitis ciuitates Israël. Est enim τελεῖν, non solùm perficere, & absoluere, sed initiare sacris, res diuinas facere, diuinis ceremonijs imbuere: vnde τελετὴ mysterium, sacrificium, ceremonia. Idcircò Erasmus malè vertit, Perambulaueritis, & melius noster interpres vertit, *consummabitis*: vt Hebr.2. Autorem salutis eorum, per passionem consummari; & Psal. 105. *Et initiati sunt Beelphegor*; id est edocti, & imbuti ceremonijs illius Idoli. Et sunt verba Domini ista: *Non perficietis ciuitates Israël*, prædicentis, non præcipientis, vel prohibentis.

Dicitur autem in scripturis *Dies Domini*, vbicunq; effectum aliquem singularem operatur, vt operatus est in primo aduentu, & in resurrectiõe, de qua dixit: *Audistis quia ego dixi vobis, Vado, & venio ad vos*; Et: *Iterũ autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum*, vt in excidio fecit Ierosolymitano. Dies etiã iudicij, dicitur dies Domini, sicut etiam dies mortis nostræ: *Ideò & vos*, Christus inquit, *estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.*

Non est discipulus super magistrum. Tribus nominibus se hic Dominus vocat, nempè Magistrum, Dominũ, & Patrem familias: & totidem vocat Apostolos, nempè discipulos, seruos, & domesticos, postea tamen ad altiorem gradum eos perduxit, illos appellans amicos, Ioan.15. Ostensa igitur magnitudine tribulationis futuræ, hortatur Apostol. ad eius tolerantiã, tum exemplo sui, tum ex consideratione diuini iudicij, in quo omnia manifesta fient, de quo subdit: *Nihil enim est opertũ, quod non reuelabitur.* Tertiò ex meditatione diuinæ præscientiæ, & prouidentiæ, de qua re subiungit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus*, & reliqua. Quod ad primum igitur spectat, ait: *Non est discipulus super magistrum.* Quod etsi Luc.6. ad ostendendũ, neminem esse eiusmodi in sapientia, dictũ sit; & propterea ibidem adijciat: *perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius*; hic tamen de prærogatiua honoris intelligendum est. Vnde si magister humiliat se ad aliquid agendũ, vel ad iniurias tolerandas; dignũ est, vt discipuli ad illa se eadem deijciant atq; demittãt. Vnde Christus dixit: *Si (ergo) ego laui pedes vestros, Dominus & Magister: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, &c.* Et ita Christus inuitat discipulos, assimilando eos sibi in tribulationibus. Est enim decus grande, alicui excellenti viro similem se reddere, & maximè Christo: vt exponit Hilarius.

An verò discipulus possit esse super magistrũ in sapientia, dubiũ est: vt plurimum tamen asserendum est, discipulũ præceptorem suum non excedere, licèt quandoq; id contingat. Vel dici potest, Hoc licèt in genere verũ sit, vt nunquã discipulus sit maior magistro, scilicet quãdiu discipulus est, interdum tamen contingit, magistros à discipulis superari: verũ hoc non est, inquantum discipuli sunt, & doctrinã à magistris acceperunt, sed ex ingenio suo, vel aliunde, & ea ratione non sunt discipuli: sicut & seruus nunquã est maior domino suo, quamdiu seruus est, licèt contingat maiorem fieri, quando fuerit liberatus de seruitute: vt Chrysost. hoc loco ait.

Si patremfamiliàs Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? Hodie Beelzebub Græci perpetuò dicũt Beelzebul; cum tamen Beelzebub Hebraicè & Latinè legatur. Porrò Baal apud Hebr. generale nomẽ est idolorũ, quæ colebãtur ab idololatris in locis vicinis terræ Iudæorũ, & credibile est nominis huius originem esse à Iouebelo, secũdo Babyloniæ Rege, cuius filius Ninus templũ Belo patri, & matri Iunoni, & Reæ auiæ, & statuas in medio oppidi Babyloniæ erexit, vt scribit Berosus; atque hanc fuisse primam idololatriæ occasionem tradunt Hebræi & Latini scriptores. Positis autem statuis, & in aliorum honorem, nomẽ quidem Baal mansit omnibus cõmune, additis autem alijs vocibus ad discernendũ, vt, Beelphegor, quod idolum erat Moabitarum; quod Hieron. in ca.9. Oseæ interpretatur idolum tentiginis, habens in ore scilicet pellem, vt turpitudinem genitalis & virilis partis ostendat, vt Priapus apud Romanos. Est enim Phegor, quasi dicas, Os pellis: quanquã alij deriuatum putant à verbo פער Pahar, quod est, aperuit. Vt sit Beelphegor idolum, seu dominus apertionis, quod qui illi sacrificabant, secreta natium distenderent: Beelzebub verò, interpreta-

Posteriot hic sensus confirmatur triplicitèr.

Consummate ciuitates Israël, quid.

Τελῶ, Græcis duo significat.

Erasmus.

Quid illud Prophetæ: Et initiati sunt Beelphegor, &c.

Dies Domini in Scripturis variè accipitur. *Ioan 14. infra 16.*

1. Thess. & alibi.

Luc.12.

Triplex Domini, & Apostolorum appellatio.

Apostoli tribulationes tolerare debebant qua ratione de causa.

Quæstio discutitur: Nõ est discipulus super magistrũ

Ioan.13. Apostoli in quonã similes Christo.

Hilar. can 10 in Matth. Quomodo verum sit, nõ esse discipulũ super magistrum.

Chrysost. ho.35. Beelzebub, seu Beelzebul quid Hebræis.

Vnde ductũ hoc nomen: ptima quoq; idololatriæ iucunabula quæ fuerint. Berosus vetus autor.

Beelphegor quid erat. *Hieron. to. 6. init.*

Altera Beelphegor denominatio.

Beelzebub, quid sonet. *Matt.12.*

Christum Iudæi cur Beelzebub vocauerunt. *Euthy.c.19.in Matth.*

tur idolũ muſcæ; quod ſpurciſſimum fuit apud Acharonitas, vt habes 4.Reg.1. Princeps dæmoniorũ dicitur in Euãgelio. Etſi autem nullibi in Euangelio legatur Chriſtum à Iudæis vocatum Beelzebub, veriſimile tamen eſt, vt ait Euthym. & hoc conuitium iactatum fuiſſe, vt hic ſermo oſtenderit. Vel fortaſſis vocatum ſe eſſe ait Beelzebub, quia amicum illius ipſum vocarunt, dicentes: *In Beelzebub principe dæmoniorum, ejcit dæmonia.* Si ergo Patremfamilias dehoneſtauerunt, imponendo quòd habeam dæmonium, quòd ſim magus, quòd vtar virtute Principis dæmoniorũ Beelzebub: quanto magis vos infamabunt, & conuitijs inauditis laceſſent: atq; ita geſta martyrum teſtantur, magiæ crimen, & dæmonũ conſortium credentibus fuiſſe imputatum.

Quorſum id: Ne ergo timueritis eos. Nihũ enim eſt opertũ, quod non reueletur, &c.

Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertũ quod non reueletur. Alia ratione corroborat diſcipulorum animos ad tolerãtiam aduerſitatum. Nolite ergo timere, ſi vobis ingentia crimina, & opprobria imponãtur: quia hoc, vel hic ſuo tempore, vel ſaltem in iudicio detegetur. Solent enim homines valde timere infamiã, vel mala pati: quia omnes homines proni ſunt ad credendũ mala, quę de eis ſparguntur. Adhæc ſi quis mala patitur, creditur illa meruiſſe: & ſæpè qui patitur, plus dolet de læſa fama, quàm de malo quod tolerat. Hinc Boetius de conſol.lib.1. proſ.4. vltimã eſſe ait aduerſæ fortunæ ſarcinam, quòd cùm miſeris aliquod crimen affingitur, quæ perferunt, meruiſſe creduntur. Ita nũc Apoſtoli dolere poterũt, quòd multa cõtra eos fierent tanquã malefactores, in quo non ſolùm patiebantur, ſed etiã valde infamabantur. Sed Dñs conſolatur eos dicẽs, quòd nõ occultaretur veritas huius rei, & cõſtaret eos viros bonos fuiſſe, & eorum perſecutores peſſimos; & hoc non tantũ in die iudicij, in quo Dñs illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit conſilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuiq; à Deo ſed vel interdum etiam hic, quia plerunque perſecutores conuertebantur ad fidem, & detegebant ſuas fraudulẽtas perſecutiones.

Vltima aduerſæ fortunæ quæ ſarcina, teſte Boetio.

Quid eſt: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine.

1.Cor.4. Mos Scripturarum.

Et quod dicit: *Et occultum, quod non ſciatur*; repetitio eſt eiuſdẽ ſententiæ ſub alijs verbis, quod ſæpè fit in Scriptura, ad maiorem explicationem. *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine.* Id eſt, quod vobis ſolis ſecretè trado, publicè prædicate: *Et quod in aure auditis*, id eſt, quod dico vobis ſecretò quaſi ad aurem, ita vt huiuſmodi ſermonibus dictis ad Apoſtolos nullus intereſſet alienorum: *Prædicate ſuper tecta*, nimirum prædicate publicè. Erant enim tecta, pro more Paleſthinę regionis, planities domorum in parte ſuperiori, quæ æqualia erãt, & plana, & non acuta, & in illa ſolebant homines conuenire ſolatij & voluptatis gratia: & ita per tecta ſignificantur loca publica, vt exponit Rabanus. Hinc Deuter.22. ſcribitur: *Cùm ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum; ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente*; & Iudic.16. ludente coram Principibus Philiſthæorum Samſone in tecto, & ſolario domus illius, tria ferè millia virorum & mulierum ludum Samſonis ſpectabant. Et eſt ſenſus; Non ſolùm ſecreta, quæ dicunt homines, reuelanda erunt, ſed etiam iſta, quæ ego dico vobis velut in tenebris, aliquando dicentur palam. Vnde Lucæ 12. hæc ſententia repetitur, & dicitur: *Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis.* Per metaphoram ergo & hyperbolem dicitur in tenebris & in aure dici, quod priuatim docetur; in lumine verò, & ſuper tecta, quod palam & publicè. Si verò obijcias, Chriſtum nihil priuatim docuiſſe qui dixit Ioan.18. *Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in Synagoga, & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil.* Reſpõdet Hilarius, propterea Dominum locutum in tenebris: quia omnis ſermo eius carnalibus tenebræ ſunt, & verbum eius infidelibus nox eſt. Remigius interpretatur: Quod in tenebris dico, id eſt, inter Iudæos incredulos, vos dicite id lumine, id eſt, prædicate fidelibus. Vel vt gloſſa explicat; Quod dico in tenebris, in eſt, vobis, dum adhuc eſtis in timore carnali, dicite in lumine, id eſt, cum fiducia veritatis, quando eritis illuminati à Spiritu ſancto. Verùm hæc omnia ad myſticos ſenſus ſpectant. Chriſtus enim verè multa docuit diſcipulos in ſecreto: nam Mar.4. ſeorſum diſcipulis ſuis diſſerebat omnia, & quando ſolus erat, quærebant ab eo multa, Marc.7. & quod habetur in Ioan. à 13.c. vſq; ad 18. ſolis diſcipulis in menſa prædicauit. Cùm ergo ait: *In occulto locutus ſum nihil*; intellige de doctrina publica ad omnes, ſub qua non intelligitur doctrina priuata Apoſtolorũ: & quia noui erant, vtpotè qui nunquã prędicauerant, & timerent, vel non auderent publicè prędicare ea quę ſecretè acceperãt, dat eis facultatẽ euulgandi. Putarent enim fortaſſis, non omnibus eſſe publicãda, quia illis dixerat Chriſtus: *Quia vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum, illis autem non eſt datum.* Ideò edixit vt publicè dicerent, nihil occultantes. Non tamen per hæc verba aſtrinxit eos ad ſemper publicè prædicandum, quia poterant familiariter & ſecretò quoſdam docere, ſi maior eſſet temporis, & loci opportunitas: quemadmodũ ipſe Chriſtus, qui publicè docebat in templo, & in Synagoga, interdum etiam in priuato docebat.

Domorum tecta quibus in Paleſtina fiebant.

Rabanus.

Apoſtoli ſuo tempore prædicauerant, quæ dicenda erant per tecta.

Si inocculto Chriſtus locutus eſt nihil, quæ tenebrarum? quebatur Remigius. Gloſſa.

Alteri magis modo.

Matth. Apoſtolis do primo docẽdam prædicandum.

Prædicatorũ qualis doctrina eſſe debet

Debent igitur qui Apoſtolico munere euangelizandi funguntur, illud maximè curare, vt clancularias deuitent & angulares doctrinas, quales ferè ſolent eſſe Hæreticorum, & eorum qui nouas reuelationes, neque Sacris literis, atque pietati conſonas, neque ſatis notas & receptas in Eccleſia opiniones imprudenter atque impudenter in vulgus proferre ſolent. Prædicatio verò ſuper tecta, eleganter deſignare poteſt apertam & claram doctrinam, velut ſunt res, quæ ſuper tecta exponuntur. Significat etiam, Euangelicam prædicationem eſſe ſuper tecta, id eſt, ſuper omnia, quæ tectis tegi ſolent, & Euangelicum præconem omnia humana eſſe prætergreſſum, & prædicationem noſtram verè coram Deo teſte fieri: quod minimè ignorauit Paulus, cùm dixit: *Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſyncerit ate, ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.* Pulchrè etiam dicitur: *Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta*: id eſt, Si vultis magnum fructum edere apud auditores, id, quod in ſecreto orationis, auditis, publicè prædicate. Nam illud maiori cum feruore charitatis proponi ſolet, quod à Deo immediatè accepimus: idcircò enim Apoſtoli orationi & prædicationi inſtabant, vt per orationem à Deo acciperent, quod verbo alijs prædicarent. Beati ergo, & ter felices concionatores verbi Dei, ſi lectioni Sacrarũ literarum, & ſtudio ſacrorum Doctorum aſſiduas & feruentes preces ad Deum adiungant. Nam ita auditores magis permouebunt, & minùs ſibi ipſis euangelizantibus tribuendum eſſe ducent, Chriſtique gloriam magis illuſtrabunt, cui cum Patre, & Spiritu Sancto eſt compar gloria, maieſtas, & imperium, Amen.

Prædicatio ſuper tecta duo ſignificat.

1.Cor.2. Apoſtoli, vt ait B. Petrus, orationi ſimul, & prædicationi verbi cur inſtarent. *Act.6.*

TRACTATVS XVII.

Tract.45.

In illa verba: *Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potiùs timete eum qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro? Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus.* &c.

PErgit Dominus alia ratione confirmare diſcipulorum ſuorũ animos ad conſtanti & intrepido animo euãgelizandum, nempe ex conſideratione Diuinæ prouidentiæ & conſilij: tum quia homines parũ poſſunt miniſtros Dei offendere, cum corpori tantum nocere valeant: tum quia homines nequeunt pro arbitrio ſuo & libidine malum inferre, ſed quãtum Diuina prouidentia illis permittit, quæ non niſi quantum ferre poſſunt homines permittere ſolet: atque hinc homo conſolationem non mediocrẽ captat, quod intelligit quicquid ſibi mali inferatur, nonniſi Deo ſciente, & volente ſibi contingere, etiamſi alioqui magna ſit nocendi cupiditas. *Nolite*, inquit, *timere eos qui occidunt corpus.* Nouè dixit, *Occidunt corpus*, pro eo quod eſt, nocent vita priuando: quia propriè homo, nõ corpus, vel anima occiditur. Quia ergo parum poteſt homo nocere, neq; id ſine Deo, ideò nõ eſt timendum, vel parum timendum ab his, qui paruum malũ inferre queunt: Deus autem, qui maximum malum inferre poteſt, maximè timendus eſt. Deinde ſic intelligi poteſt; Neminẽ timere debemus, niſi Deũ, tanquam qui à ſe ipſo poſſit malũ magnum inferre, cùm ſolus valeat nobis quod voluerit malum inferre: cæteri autem non poſſunt, niſi quatenus permittuntur à Deo: vnde dicitur Amos.3. *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit?* quaſi dicat, nullũ. Et hoc etiam literæ deſeruit, quatenus ponit exemplum de paſſeribus. Tertiò intelligi poteſt, non ita timendos eſſe homines, vt propterea ceſſare debeamus ab eo, quod Deus velit: qui ſenſus ſatis literæ congruit. Nã aliqua prudẽter facere omittimus propter timorem humanũ, ſcilicet ea, quæ non ſunt ſimpliciter ad ſalutem neceſſaria: quæ verò talia ſunt, propter hominum timorẽ omittenda nõ ſunt, ne Deum offendamus, & digni æterna pœna, quam Deus poteſt nobis inferre, reddamur. Et ita Chriſtus præmonebat Apoſtolos, ne à prædicatione hominum cauſa deſiſterẽt, quia grauiora mala incurrerent, ſi deſiſterent, nempe æternam pœnam, quam prædicando, quia ſolum ab illis poterat eis corporis mors inferri. Neq; auſertur hic timor venturæ aduerſitatis, ſed potiùs datur quædam conſolatio ad faciliùs eã tolerandam. Nam etiãſi Deus prouidentiam rerum humanarũ non haberet, homo homini pro libidine ſua noceret, & ita doleret qui patitur, quòd ſubditus ſit hoſtis ſui voluntati. At verò Deo habente prouidentiam rerum omniũ, intelligimus, vnũ alteri malũ inferre non poſſe, niſi quantũ definierit Deus; ita vt hoc facere

Cur Apoſtoli, & prædicatores non debeant timere eos qui corpus occidunt.

Occidere corpus, quid

Alter ſenſus illorum verborum.

Tertius ſenſus.

Nil Apoſtolis mali euenturum abſq; Diuina prouidentia.

Propriũ Diuinæ prouidentiæ quid etiam. *Sap. 8.*

potiùs videatur ipse, quâ homines, qui pœnæ huius ministri sunt. Deinde, cum prouidentia omnia dirigat in finẽ, & ipse Deus bonus sit, necessum est, vt omnia referat ad bonum aliquod: & ita prouidentia aufert rationem mali ab aduersis quæ nobis accidunt: quia quicquid euenerit, bonum erit; licèt malum videatur. Vt enim potio, etsi gustui amara, bona est, quia ad sanitatẽ instituta est: ita aduersa omnia, de quib. Paulus ait: *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Non igitur his verbis ademit à nobis omnem timorem, cùm doceat timendum esse eum, qui potèst animam perdere; sed eum tantùm amorẽ dissuasit, quem ex prima transgressione concepit homo, qui instar cæcorum metuit nõ metuenda, & quæ verè metuenda sunt, non metuit. Vilipendit etiam Dominus corporis mortem, quòd videlicet corpus infinitis penè obnoxium malis, per se erat moriturum, ac planè iam ex se mortuum est. Et interfectores non tam vitam auferre possunt, quàm mortem accelerare: imò hoc ipso quod occidunt, non sunt timendi. Si enim in tormentis detinere possent, non occidendo, timendi essent: quo verò magis torquent, eo breuiùs è tormentis absoluũt. Nolite timere, quia causa vobis sunt vt offeratis Deo, quod maximum habetis. Nam si magnus est Abraham, qui obtulit Deo filium suum: quantus est qui se ipsum offert: Ad hæc, etsi corpus occidant aduersarij, animam tamen, quæ immortalis est, occidere non possunt, imò nec vitam animæ, quæ per gratiã est, auferre, nec mittere in damnationem æternam, quæ est mors secunda. Imò Deus ipse etsi eam etiam possit in nihilum redigere, aut in gehennam mittere, non tamen occidere per peccatum, quod est mors animæ. Homo tamen infelix, etsi non valeat eam in nihilum redigere, potest tamen per peccatum occidere: quia anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Si quis ergo timendus est, tu tibi timendus es, tu tibi es tumulentus hostis, qui te peccato inquinare potes, & à Deo auertere.

Aduersa quatenus bona sint.

Quem Apostoli timorẽ à se debebãt abijcere.

Mors corporis, atque interfectores cur minime timendi.

Gen. 22. Secunda ratio.

Sed potiùs timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. Ad timorem Dei exhortantur omnes Scripturæ: *Initium sapientiæ, timor Domini:* ideò malum non est Dominum timere, vt Hæretici oblaterant. Imò qui sine timore sunt, vt deplorati in Sacris literis proponuntur: *Non est,* inquit, *timor Dei ante oculos eorum.* Et quod dicitur hic perdere, Græcè est repudiare, vt vir adulteram reijcit vxorem: quemadmodum Assuerus Reginam Vasthi, propter superbiam repudiauit. Et dicitur posse perdere, non tamen velle, quia nos id eum facere cogimus. Non ergo exhortatur ad timorem seruilem, qui non est in charitate, sed vult immoderatum illum timorem mundi reprimi cõsideratione, & timore eorum malorũ, quæ solus Deus infligere potest: qualis timor etiam in eo esse potest, qui Dei habet charitatem, si modò non præcipuè ob illorum malorum timorem à malo sibi temperet, & bonum operetur. ¶ *Nonne duo passeres asse veneunt?* Probat neminem posse Apostolis nocere, nisi Deus permiserit; quoniam omnium rerum curam gerit. Et assumit exemplũ de rebus minimis, id est, passeribus. Si ergo passeres adeò curæ Deo sunt, vt sine eius voluntate vnus ex illis nõ cadat; quanto maiori curæ estis vos, quorum etiam capilli omnes numerati sunt? Nemo ergo vestrum cadet sine Dei voluntate. ¶ *Asse veneunt.* Hoc est, vilissimo pretio venduntur: nam hic Matthæus vsurpat vocem Latinam, & ab asse cõponit vocabulam Græcam ἀσσάριον, & significat minimã monetam, siue minimum assem, qui ab illo asse magno distinguitur, quorum decem efficiebant denarium: in vno autem asse multa erant æra minuta, quæ hic dicit Græcum Euangelium Assaria. Testatur autem Budæus, aliquando apud Romanos ob penuriam asses factos sextantarios, & vnciales etiam posteà; adeò vt as magnus habens libræ pondus, diuideretur in sex, vel duodecim assiculos paruos. Et ἀσσάριον secundum Euthymium, non assem significat, cum sit eius diminutiuũ, sed genus minimi nummi, & oboli. Et expende verbum illud, *Nõ cadet sine Patre vestro*; quasi diceret, Pater vester est, non passerculorum: qui ergo posset minorẽ vobis curam impendere, quam passerculis?

Deus animã etsi in nihilũ redigere, nõ tamen occidere, homo verò etsi non in nihilũ redigere, occidere tamen potest. *Exech. 18.*

Psal. 100. & Eccl. 1. Dominum timere non esse malum, vt Hæretici pernegant. *Psal. 13.* *Rom. 3.* Deum & animam, & corpus perdere in gehennã, quid. *Esther 1.*

Quòd verò Luc. 12. scribitur: *Nonne quinque passeres veneunt dipondio?* Græcè legitur, duobus asserculis: sed cum dipondius duos asses significet, interpres noster vertit, *dipondio.* Sed vt hic mẽtio fit de asserculis paruis, ita dipondius ad duos assiculos paruos, non ad magnos asses referri debet. Et si quæras, quomodò concilientur, vbi apud Matthæum sermo est de duobus passeribus qui veneunt vno assiculo, & apud Lucam de quinq; passeribus, qui veneunt duobus assiculis? Respondendum est, vel bis Dominum de prouidentia loquentem diuersa produxisse exempla; vel si semel tantùm, potuit simul vtroq; exẽplo vti, etsi à diuersis Euangelistis narrentur; vel Euangelistæ magis curarunt de sensu, quàm de verbis.

Quòd verò inquit, *Non cadet super terram,* &c. intellige per mortem: nã ita solent auiculæ morientes de aëre, vel arboribus in terram concidere. Chrysostomus tamen in hunc locum, & alij legunt, *In laqueum,* vnde in mortem veniunt. Theophylactus, & Euthymius etsi legant, in terram, sed tamẽ de laqueo interpretantur. Erat autem magna copia passerculorum in Palæstina; & ideò vili pretio veniebant, & vsus frequens illorum erat ad sacrificiũ pro pauperibus. Et quod Apostolus dicit: *Numquid de bobus cura est Deo?* & Hieronymus in cap. 1. Habacuc; *Absurdum est ad hoc Dei deducere maiestatem, vt sciat per momenta singula quot nascantur culices, quotve moriantur: quæ cimicum, & pulicum, & muscarum sit in terra multitudo, quanti pisces in aqua natent, et qui de minoribus maiorum præcedere debeant,* non intelligas ita, vt Paulus, & Hieronymus negent, Dei prouidentiam ad boues, & passerculos, & quæuis alia minutissima, vilissimaque animalia, extendi: sed ostendunt, hominis potissimùm habere prouidentiam, ad quem omnia animalia, & creata Deus retulit. Neque vilescit Diuina prouidẽtia, ex eo quod tam vilia, & parua curet: quia à se prodeũt, & in se conseruantur.

Quare posse diabolum perdere simplicit. perdere. *1. Ioan. 4.* Quẽ ad timotem. Omnipotentis nos Christus adhortatur.

Curetia nil timet debebat postoli.

Assis quadrans eius pars. Asses cucti olim maximæ sestertij, & vnciales. *Budæus. Asse. Euthym. 19. in Matth.* Quid est cere, nolite passerem dere: hoc est nolite Deo solo Conuenit hic locus Matthæi duobus passeribus venientibus cum alijs Matthæi quinq; passeribus veneunt dipondio. *Luc. 12.*

Chryſ. hom. 35. in Matth. tom. 2. Theophyl. Euthym. ſupra product.

Quare Dominus ad oſtenſionem Diuinæ prouidentiæ, de paſſeribus exemplum attulerit. *1. Cor. 9.* *Deut. 25.* *Hier. tom. 6.*

Paules & Hieronym. Deũ de bobus, ac de minimis animalculis habere prouidentiam negãtes, quo modo iſtercipiendi ſint

Quomodo capilli capitis noſtri omnes numerati ſint: & quid numeratio iſta ſignificet. *Sap. 11.* Diuinæ ſcientiæ magnitudo.

Quæ ferè à nobis numerari ſoleant, quæ minimè *Iudic. 16.*

Dan. 3.

An omnes capillos recepturi ſimus in reſurrectione, nec ne. *Luc. 21.*

Paſſeres non cadant in ram.

Augustini ſimile. *Auguſt. l. 22. de ciuit. Dei. cap. 19. tom. 5.*

Horum verborũ: Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt, intelligentia *Hieron. in ca. 10. Matth. à med. tom. 5.*

Luc. 12.

Cyril. circa finem libri, tom. 1. Pſal. 1.

Hæc capitis noſtri numeratio capillorum quid myſticè.

Expenditur hæc lectio Græcorum: Omnib⁹ qui confitebitur me coram hominibus.

Chryſ. hom. 35. in Matth. cap. 10 tom. 2 Theoph. ibi. Euthy. ibid. ca. 29. à medio.

Gustini est in promptu de vase recenter facto, si fractum reducatur in massam, vt ex eadem tota massa rursus fiat vas eiusdem figuræ: quia quicquid fuit priùs in vase, est nunc, sed in alio loco. Resurget ergo quisq; cum integris membris, & cum omnibus capillis, qui ad corporis decorem & ornatum pertinebunt, resecatis omnibus superfluis.

Quòd si obijcias: *Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.* Respondet Hieronymus hoc loco: *Derident intelligentiam Ecclesiasticam in hoc loco, qui carnis resurrectionẽ negant, quasi nos & capillos qui numerati sunt, & à tonsore decisi, omnes dicamus resurgere: cũ Saluator non dixerit: Vestri autem & capilli capitis omnes saluandi sunt. sed, numerati sunt. Vbi numerus est, scientia numeri demonstratur, nõ eiusdem numeri conseruatio.*

Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Nimirum non est quòd timeatis, aliquod malum posse vobis inferri ipso nesciente: nã vos meliores estis, siue, vt Lucas ait, pluris estis, scilicet maioris valoris, quã multi passeres, imò plusquam omnes passeres, imò omnia ratione carẽtia animantia: quia ea omnia homo excedit dignitate speciei. Cyrillus, siue potiùs Origen. in Leuit. lib. 8. citat hunc locum Matthæi, & interpretatur allegoricè in hunc modum: *Quia iusto (sicut scriptum est) omnia quæcunq; faciet, prosperabuntur, & folia eius non decident. Hinc & discipulorum Domini etiam capilli capitis dicuntur esse numerati: hoc est, omnes actus, omnes sermones, omnes cogitationes eorum seruantur apud Dominum, quia iustæ, quia sanctæ sunt.*

Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus. Hoc ad rem maximè spectat: perinde est enim, ac si dixisset: Cum tanti vos faciat Deus Pater, idque meo, hoc est Filij sui nomine, nullis omnino minis deterreamini, quo minus me liberè confiteamini coram omnibus hominibus, testificando quod ego sim ille vnigenitus Dei Filius, &c. Et ita hic partim præmio, partim pœna stimulat ad cõfessionem; quia confitentes se coram hominibus, coram Patre ipse confitebitur; negantes verò se, negabit. Quod verò ait: *Omnis ergo qui confitebitur me corã hominibus:* Græcè est, *Quisquis confitebitur in me:* quod Chrysostomus, ac Theophylactus expendunt, & notant potiùs dictum in me, quàm me, quod idem sit ac dicere, mea virtute, siue à me adiutus. Quòd si recipimus illud quod sequitur, *Confitebor & ego in illo* (Sic enim Græcè legitur, ἐν αὐτῷ) idem est, ac si diceret, à grato animo ipsius motus. Hoc etiã ex Chrysost. producit Euthymius, vt tamen ipse malit accipere in me, quã me; & in illo, pro, illum: nam profectò in me, & in illo,

illo, ex idiomate Hebræo descendit. Certè Syriacum Euangelium, quod creditur à nonnullis ipsum Matthæi Hebræum Euangelium, habet: *Quicunque ergo confitebitur in me coram hominibus.* Vt vel ex hoc loco appareat, interpretem Græcum (quisquis ille fuit) ex hoc fonte Syriaco vertisse Euangelium in Græcum, etiamsi hanc cóstructionem in alio loco, quam in isto, & Luc. 12. non viderim. Et fortassis præpositio, *In*, vacat; vt sæpè solet. Et verbum Confitendi, quod est יודה apud Hebræos semper cum Datiuo construitur. Qui verò interpretantur: *Qui consentiet in me coram hominibus, consentiam & ego in eo, vel cum eo corã Patre meo,* ex eo quod ὁμολογέω non tantùm est confiteri, vel profiteri, & assentiri, sed etiam conuenire, consentire, & congruere: quod construitur cum Datiuo, vel cum præpositione *in*: & repugnat etiam verbum negandi, quod Dominus opponit confitenti; & alibi dicitur: *Et confessus est: & non negauit.*

Vnde constare possit Græcum Euangelium ex Syriaco fuisse translatũ.

Ea quorundam interpretatio: Qui consentiet (pro confitebitur) in me coram hominibus, &c. cur minimè probetur.

Ioan. 1.

Non est autem hic sermo de confessione Sacramentali, quæ est confessio peccatorum, sed de confessione Fidei, qua ore Christum profitemur. Et quia dicit, *Coram hominibus*, cùm confessio Sacramentalis in occulto fiat; & quia qui confitetur fidem, Dei laudes enarrat, nihilq; ibi pro se petit: profectò apud Deum meretur, si orans tantùm, & pro se postulans, merito non caret. ¶ In persecutione autem interrogatus, & non confitens Christum, grauiter delinquit; quia se Christianum non esse innuit, vel quia Fidem ludibrio expositam, & contemptibilem reddit. Vnde illud, *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet*; &cæt. In persecutione autem non interrogatus, non cogitur confiteri Fidem, quia nemo debet se ingerere ad martyriũ. Est tamen magni meriti, & perfectionis Christum sic cõfiteri: & ita zelo Fidei multi Martyres ad confessionem se ingesserũt. Extra persecutionem verò quæsitus, debet confiteri; non quæsitus autem, quandoque lege tenetur confiteri, sicut & dicere; *Credo in Deum*: sed pastor ex officio id debet, sicut & prædicare. Et ait: *Omnis ergo.* Quæ non tã illatio est, quàm continuatio, vt Luc. 12. *Dico autem vobis, Omnis quicunque*: id est, qualiscunque ille sit, cuiuscunque nationis, conditionis, ætatis, & sexus, siue ante, siue post baptismum, siue peccator, siue iustus. Vnde latro in Cruce Christum Regem cõfessus, audiuit: *Hodie mecum eris in Paradiso*: & B. Petrus Christum Filium Dei professus audiuit: *Beatus es Simon Bar-iona.* Et licèt in his Domini verbis sermo sit ad literam de oris testimonio, quo testamur ipsum esse Christum, ac Deum, præsertim apud impios ac infideles: Vnde Mar. 8. additur: *In generatione ista adultera, & peccatrice*: tamen etiam generaliter intelligi debet de testimonio omnis veritatis, quod ore fit, & de testimonio operis quo testamur nos Christum agnoscere pro Domino nostro, ac Deo.

Quæ coram hominib. facienda præcipitur, quænam sit illa confessio.

Luc. 12.

Quos Christus se confitentes videatur confessus coram Patre suo.

Confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est. Hæc Christi confessio, approbatio quædam est in die iudicij, vbi dicet electis: *Venite benedicti Patris mei*, &c. *Esuriui enim*, & reliqua: quam laudem, & approbationem consequitur remuneratio æterna. Ideò dicitur: *Coram Patre*: quia præmiũ beatitudinis à sola beata Deitate completur. Quòd si dicas, Christum multos confitentes negaturum, vt pote illos qui dicent: *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus?* & sequentia: dicendum est, illos voce tantùm, & non opere confessos fuisse: nam in moralibus, magis exemplis, quàm sermonibus creditur, vt ab Arist. traditur in Ethicis: vnde illos confitentes vocat operarios iniquitatis.

Christum quando nos confiteri, & quando non confiteri debeamus.

Luc. 9.

Matt. 10.

Christus confitebitur & ipse quemlibet se confitentem coram Patre suo.

Infra 12.

Quos Christus se omnibus confitentes negaturus, sit.

Supra 7.

Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Negat in primis Christũ, qui se Christianum esse negat, vel Christum Deũ non esse, sicut Petrus negauit Christum: *Non noui hominẽ*, inquit. Deinde qui malè sentiunt de Christo: sicut hæretici, qui etsi Christũ non negent, prauè tamen in quibusdam de eo iudicant. Tertiò illi, qui etsi verbo confiteantur, factis tamen negant, vt ait Apostolus. Quartò, *Qui suorum, & maximè domesticorum, curam non habent*: nam tales fidem negant, & infideli sunt deteriores, vt idem Apostolus ait. Quintò auarus, quia auaritia est idolorum seruitus, eodem Apostolo teste. Etsi verò quælibet istarum negationũ graue sit delictum, & pro qualibet earum comminatus est apud Patrem se negantem fore: præcipuè tamen de prima hic est sermo, quia illa fit voce, & publicè coram hominibus: nam postremæ negationes sine voce fiunt, & in operibus consistunt: *Negabo eum* (inquit) *coram Patre meo.* Quemadmodum confiteri coram Patre, est euehere in dignitatem, quam comprehendere solus Pater potest: ita negare corã Patre, est, summis illis bonis, atque æternis, quæ Pater, & Angeli possident, spoliare, & in sempiternam gehennæ miseriam detrudi, quam solus Deus comprehendit, cum dicet: *Tunc cõfitebor illis, Quia nunquam noui vos.*

Christum qui negant.

Matt. 25.

Tit. 1.

1. Tim. 5. Ephes. 5.

Christum qui negant qui male

Matth.

Quibus dicitur, ne arbitrẽtur, Christum venisse pacem mittere in terram.

Esa. 9.
Ephes. 2.

Quam pacẽ Christus nõ venit mittere in terram.

Psal. 72.

Sap. 14.

Hæreticorũ autor pacis quis ille.

1. Ioan. 4.
Hieron. in ca. Matt. 10. to. 9

Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram, &c. Præmonet ministros Euangelicos, vt non solùm ab extraneis, sed etiam à domesticis, & cognatis sustineãt persecutiones, nec propter illas à prædicatione quouis modo desistant. Et docet se non venisse pacis gratia inter homines componendæ, qui tamen princeps pacis dicitur ab Esaia, & pax nostra à Paulo vocatur, & pacem intrantes in domos precari docuit Apostolos. Loquitur itaque de quadã mundana pace, quæ Deo bellum infert, de qua loquitur Dauid, cùm ait: *Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns*: & de qua filius eius Salomon: *Et non sufficerat*, inquit, *errasse eos circa Dei scientiam, sed & in magno viuentes insciti bello, tot, & tam magna mala pacem appellant.* Cùm autem hæc pax opus sit diaboli, & Christus venerit ad soluendũ opera eius, rectè ait: *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Vnde Hieronymus hoc loco: *Ad fidem Christi totus orbis contra se diuisus est, vnaquæque domus, & infideles, & credentes habuit, & propterea bellum missum est bonum, vt rumperetur pax mala.* Sic ille. Vnde Christo prædicante, & intrante in Ierusalem, commota est vniuersa ciuitas. Et prædicatio, quæ non turbat homines, & instar gladij non separat credentes ab incredulis, vana est: quemadmodum & gubernatio pastoris, qui non exerit gladium spiritus, & potestatis suæ contra nocentes, & contumaces, inanis est.

Matt. 27.

Quæ sit prædicatio Christi.

Luc. 12.
Heb. 4.

Quem gladium venit Christus mittere in terrã, & quomodo.

Esa. 8.

Vocat autem hic gladium; siue vt Lucas ait, separationem, verbum Dei, quod teste Apostolo, penetrãtius est omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Hoc gladio qui ictus est, seruatur, qui verò illi resistit, moritur. Viuens autẽ vi amoris Christi, ab alijs omnibus separatur. ¶ Dicit autem se eum gladium misisse, ea loquẽdi ratione, qua Deus dicitur excæcare, & indurare, & aggrauare, nempe quòd fieri permittat. Deinde, quia etsi Christus nõ fecerit istam diuisionem, fuit tamen eius occasio nonnulla: nam si ipse non prædicasset, & prædicari mandasset, nõ fuisset ista discordia, & mundus maneret concors in cultu dæmonum: vnde ex prædicatione Christi infideles sumpserunt occasionem belli. Nam etsi concordia in pertinentibus ad statum vitæ politicæ conseruat amicitiam, & discordia in illis generat odium, Gentes tamen putabant sibi tolli id, vnde omne bonum eorum pendebat, id est, idôla sua: Iudæi verò putabant nouum Deum induci, vnde etiam fidelis ad infidelem non est vera amicitia; Quare Apostolus suadet: *Nolite iugum ducere cum infidelibus*: ideò insurgebant parentes in filios, & filij in parentes.

Quæ etiam ratione Christus gladium miserit in terram.

Concordia quibus in rebus conseruet amicitiã.

Quot inter vera non sit amicitia.

2. Cor. 6.

In hanc Christi sententiã: Non veni pacem mittere, sed gladium, quid Simon Magus, quid Iudæi hisce re sint ausi.

Matt. 5.
Esa. 9.

Hæreticorũ in eadem cõtra Ecclesiã blasphemia.

Ex his verbis: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium*, Simon Magus, vt scribit Clemens lib. 2. Recognitionum, cœpit calumniari Dominum, & doctrinam eius, asserens hunc sermonem pugnare cum eo quod supra dixit: *Beati pacifici*: & Iudæi, qui etiamnum nobis obijciunt, Messiam fore Principem pacis, nostrum verò Christum ex professo ferere bella, cùm dicat se non venisse, vt mitteret pacem, sed gladium: ignorantes quam pacem Dominus profligauerit, & quam nobis è cœlo attulerit. Hæretici nostri seculi abutuntur & ipsi hoc testimonio, dum contra Orthodoxam Ecclesiæ Catholicæ sententiam, & contra legitimos magistratus pugnant, spoliantes & profligantes innocentes, pios sacerdotes & religiosos Monachos è suis monasterijs & sacerdotijs exturbantes, & omnia pro sua libidine tumultuosè innouantes, nullis alijs oraculis, aut signis se ipsos commendantes, quàm quòd Christus dixit: *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Quasi verò id non liceat dicere latronibus, & piratis, & sceleratis quibuscunque pacis communis perturbatoribus: *Veni enim separare hominem aduersus patrem suum*, &c. Ecce effectum gladij verbi Dei: nam sæpe contingebat, vt credente filio; & non parente, filius separaretur à patre, & filia à matre, & nurus à socru. ¶ *Et inimici hominis, domestici eius.* Tanta est enim huius gladij spiritualis virtus, quem Christus venit mittere in terram, vt arctissimas coniunctiones, & hominum consociationes dissoluat. Vnde planè proditur, virtutem Euangelicam diuinam esse, quæ omnia naturæ vincula dirumpat. Hæc autem verba sumpsit Dominus ex Michæa, vt vel ab ipsis Prophetis habeamus, Messiã sua lege colligationes eorum, qui malè coniuncti erant, diffuncturum. Quod verò inquit: *Et inimici hominis domestici eius*: illud, *Et*, tanquam caussa accipiendum est: nam inimici hominis illi habendi sunt maximè, qui familiaritate nostra & consuetudine vtuntur.

Cur inimici hominis sint domestici eius.

Mich. 7.

Illud etiam considera, dixisse Dominũ: *Veni separare filium filiam & nurum*, non ait, veni separare patrem, matrem & socrum: non enim mirabile erat, si pater contra filium insurgeret, id est, maior contra minorem: at quòd filius & maximè filia, contra matrem insurgant, & ab eis separentur, & quòd nurus à socru, ac proinde ab eius filio, sponsoq; suo seiungatur, id sum mæ efficaciæ

Quare Christus dixit se venisse, vt separaret filiũ, filiam, & nurum.

Secunda ratio eius dicti

ficaciæ est. Hinc Luc. 12. *Erunt ex hoc quinq; in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres.* Voluit etiam iudicare, iuniores faciliùs recipere Euãgelium, quàm ætate proiectos. Nam iuuenes qui minus maculati sunt, & minus seculo immersi faciliùs aperiũt cordis sui fores, quàm senes duri, & qui, vt dici solet, callum in hoc seculo obduxerunt. Ideò ait Psaltes: *Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomẽ Domini*, vbi priùs iuuenes inuitantur, quàm senes, & bis iuuenes, semel senes ad laudes Deo decantandas. Habemus pariter ex hoc loco, filios in negotio Euangelico inuitis & reluctantibus parentibus se perfectioni mancipare legitimè posse. *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus.* Ne quis arbitraretur inimicitias aduersus patrem, aut matrem exercere, esse indignum: hæc verba subiunxit. Quisquis ergo patri, aut matri, aut filio, aut filiæ, aut cuicunque alteri in amicitia me posthabuerit; ille non est me dignus: id est, in eo consortio, & nomine; neque meretur me habere hospitem in terra, neque testem in iudicio, neq; remuneratorem in cœlo: & aptè, digneque priuatur ipso Deo, qui pluris fecit patrem, aut matrem, aut filium, quàm Deum. Atq; his verbis explicauit quod Lucæ 14. dixit: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suũ, & matrem, & vxorem & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam; non potest meus esse discipulus.* Vocat enim Dominus odio habere, minus diligere: ne quis existimet, Dominũ, qui honorare parentes præcepit, odio illos haberi mandasse. Odio ergo prosequendi sunt parentes, quantum ad vitium, ad quod impellunt, vel exhibendo opera quasi odio habentis, illisq; non complacẽdo. Sed magna est & perfecta hæc doctrina, quæ & inimicos diligit, & parentes odio haberi præcipit. Et ne quis incredulus Iudæus calumnietur Dominum propter hoc dictum, sciat Moysen de hoc ipso gladio locutum esse Deuteron. 33. vbi benedicens Leuitis, ait: *Qui dixit patri suo & matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt: iudicia tua, ô Iacob, & legem tuam, ô Israël.*

Iuuenum, & senum diuersa conditio. *Psal. 148.*

Amans patrem, aut matrem plusquam Christũ, vt non sit illo dignus.

Odisse patrẽ suum, & matrem, Christi discipulus quomodo debet.

Mosaicę quã conformis hæc Domini doctrina.

Amet parentes plusquã Deum quis.

Amat autem parentes plusquam Deum, qui propter eos non vult suscipere Fidem, vel propter eos differt in aliud tempus. Nã etsi obediendum sit parentibus: non tamen vbi quicquam contra Dominum præcipiunt. Vnde Paulus ad Ephes. 6. ait: *Obedite parentibus vestris in Domino*, id est, cùm eorum præcepta diuinis non repugnant: vnde non repugnantibus parentibus beneuo Te-

faciendum est, vt dicitur ad Gal. 6. & 1. Petri. 2. præcipitur: *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum.*

Parentũ obedientia quatenus

Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Non tantùm patri, aut filio, sed etiam nobismetipsis præponendus est, & amori vitæ propriæ Christus. Et Crucẽ metaphoricè vocat cruciatũ quemuis, & tormentum, siue præparationem patiendi mortem quamcunque pro Christo, vt Christus pro nobis pati paratus fuit. Et subiungit: *Et sequitur me*, vt ab exemplo sui ipsius crucifigendi nos cohortetur, Christus est aspiciendus: est enim autor fidei, & consummator Iesus, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confusione contempta: &, *Qui passus est, nobis relinquens exemplũ, vt sequamur vestigia eius.* Deinde, vt ostendat rationem subeundæ Crucis esse propter Christum. Et plectitur eadem pœna qui Christum non accipit, atq; ille, qui plus amat patrem, quam Christum. Neq; enim satis est ferre Christum, vt quis sit dignus Christo, nisi sequatur Christum, ambulans sicut ille ambulauit. Ideò opus est habere ignem in corde, quo sacrificium mortificationis nostræ Deo combustum offeramus, nam neque Abraham filium sine igne sacrificauit. Vnde Paulus scribens ad Corinthios ait: *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam* (ecce sacrificium crucis nostræ: & subdit de igne, quo consummandum est hoc sacrificium) *Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Et Lucas addit: *Tollat crucem suam quotidie*: quia in singulos dies homo debet esse paratus ferre mortẽ illatam pro nomine Christi, aut saltem carnem macerare, & cruce legis Christi affligere, iuxta illud Apostoli: *Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.* Et ait, *Crucem suam*: quia cuiusque propria Crux est, quicquid Dominus causſa Euangelij, aut seruandæ legis suæ ferendum præcipit.

Quam veluti Christũ sequi debeamus

Cur Christũ sequi debeamus

Qui inuenit animam suam, perdet illam, &c. Quia Græcè habetur ψυχην, id est: *Qui inuenerit*, & illi opponitur membrum sequens: *Et qui perdiderit*, &c. ille videtur animam suã inuenire, qui deserto Euangelio, & abnegato Christo, placauit iudicem, effugit carcerem, euasit crucem, & mortem: sed reuera perdidit eam, quia mittit in æternũ supplicium. Rursus qui adhæret Euangelio, & fortiter se, ac constanter periculis omnibus, & mortibus obijcit, ille quidem videtur hominibus subire vitæ dispendiũ, cum tamen vitam æternam lucrifaciat. Et animam vocat, vt plerunque accipitur in No-

Hebr. 1. Petri Christi sequenda.

Quousque summus sit Christ. imitatio

1. Ioann.

Gen. 22.

1. Cor.

Luc. 9. Crucem bis ferendã quotidie

2. Cor.

Inuenit qui, & perdit animã suã

Petendæ animæ & carnem ueniæ

Quid sit hoc loco animã inuenire, quid perdere *Ioan. 10. Matth. 16. Mar. 8. Luc. 9. Ioan. 12.*

uo Testamento, vitam ipsam, de qua dictũ est: *Animam meam pono pro ouibus meis.* Inuenire autem animã hoc loco, significat velle seruare animam, & esse alienum à cruce, & mollem, & iocundam vitam agere: cuius oppositum perdere est. Et ita intellige similes sententias: *Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: Et qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eã*; & illam; *Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

Sorites quid.

Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit, &c. Sorites, est genus argumentationis, quo coaceruatione vocũ necessariò cohærẽtium, id quod volumus, probamus: quo vtitur Dominus hoc loco, vt confirmet discipulos, ne despondeant animum, cùm audient se ab omnibus, etiam proximè sibi coniunctis, non tantùm à cognatis atque affinibus, & amicis, verum etiam ab ipsis parentibus esse destituendos: ne animo consternati dicerent; quò itaque ibimus, aut quis nos recipiet, si tales eijciãt? Ad hæc veluti respõdens, promittit se effecturum, vt omnium bonorum hominum, & religiosorum domus sibi pateãt. Et quia superiùs prædixerat pœnam negantium hospitium, iam præmium ipsos excipientium declarat. Tum à dignitate personæ receptæ, Quia recipiendo vos, recipient me; & idcircò eum qui misit me, scilicet cum Patre, & Spiritu sancto: quemadmodum Abraham, & Lot fecisse legimus, cùm reciperent Angelos hospitio. Tum à mercede, quia recipiens Prophetam, non alia ratione, nisi quia Propheta est, efficitur particeps meriti Prophetæ, vtpote fouens Prophetam in officio suo: non quidem tantam mercedem, quia maius est meritũ, maiorq; merces Prophetæ, quàm recipientis ipsum, sed sicut particeps fit meriti, fouendo Prophetam, ita particeps erit & mercedis Prophetæ, & ita mercedem prophetæ recipiet, id est, de mercede Prophetæ; vel talẽ mercedem, ac si esset verus Propheta. Neque opus est controuertere, an recipiens Prophetam eo nomine, parem cum eo mercedem recipiat. Meritum enim ex charitate mensuram suã & pondus habet. Si maiori charitate recipit Prophetam, quam ille prædicat maiorem quàm Propheta accipit; si minori, minorem, si pari parem. Nam & in religione, vbi sacerdotes sunt, qui vacant sacrificio, precibus, & verbo Dei, & laici alij qui illis ministrant, profectò ad se inuicem opera sua, & merita communicant: & quo maiori quis charitate præditus est, eo maiori mercede est remunerandus.

Quorsum id *Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, &c.*

Gen. 18. *Infra 19. Heb. 13.*

Quomodò recipiens Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiat.

Meriti mensura, & pondus vnde sit.

Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, amẽ dico vobis, non perdet mercedẽ suam. Hoc verbo diluit multorum falsas excusationes, qui paupertatem causantur, quo minus sint hospitales, & benefici in discipulos Domini, & pauperes. Sed quotusquisque adeò est inops vt non possit dare calicem aquæ frigidæ? Dominus enim non tam respicit quantitatem muneris, quam animũ dantis, vt exemplum viduæ Deo in Gazophylacium duo æra minuta offerentis, & à Domino commendatæ ostendit. Alexandro Regi cum omnes munera offerrent, nec rusticus aliud haberet, obtulit aquam in manibus collectam, vt tradit Q. Curt. Et Græcè, vt Euthy. notauit, tantum dicitur, poculum frigidum, quia vt Latinè dicentes frigidam, aut calidam, intelligimus aquam, ita Græcè dicentes poculum frigidum, aut calidum, intelligimus aquæ. Et potum aquæ frigidæ, ait secundùm Hieron. ne & in calida paupertatis ex penuria lignorũ occasio tolleretur. Ergo etsi lautè nõ suscipiat, Deo tamen respicit eius animum. Et dum manifestè non apparet contrarium, magis meretur recipiens falsò dicentem se esse Prophetam, quam recipiens virum bonum, & simplicem: quia primum putat magis pertinere ad Deum, & maiorem honorem ex maiori desiderio ei exhibet: secus si non sit maior honor, aut ardentius desiderium. Si aũt nescitur, non magis meretur recipiens, quam alius. Et ideò Dominus hic ostendit aliam esse mercedem recipientis iustum, & aliam recipientis Prophetam: nam si nõ differrent merita recipiẽtis ex diuersitate susceptorum, sed eadem esset merces recipientis Prophetam, & recipientis iustum, Christus inter illa non distingueret.

Mira Christi erga seruos suos, vel minimo afficiunt beneficio, remunerandi cura, atque diligentia. *Luc. 21.*

Q. Curtius.

Euthy. ca. 19. in Matth.

Potum aquæ cur frigidæ dans, dicitur non perdere mercedem suam. *Hiero. tom. 9.* Prophetã in nomine Prophetæ an iustum in nomine iusti recipiens, maius habeat meritum apud Deum.

Quan doæqualis meriti sit vterque recipiens.

Sequitur: *Et factum est, cum consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, vt doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum.* Emissis à se discipulis ad prædicandũ, ipse solus aliò diuertit ad docendum, quia messis erat multa, & ne videretur non esse bonum prædicare, non debuit vsq; ad mortem cessare à prædicatione. Quod dixit: *In ciuitatibus eorum*, Iudæorum, non, discipulorum intellige, de quibus paullò antè loquebatur, id est, ad ciuitates, vel loca, de quibus Apostoli originem traxerant: quia non hærebant in vno aliquo loco, sed discurrebant per totam terram Israel. Vnde volentibus eum detinere, dicebat: *Quia & alijs ciuitatibus oportet me Euangelizare regnũ Dei: quia ideò missus sum. Cũ consummasset præcipiens.* Phrasis est Græca, pro eo quod est, Cum finem fecisset præcipiendi: non quod

Cap. 11. Quare Christus, Discipulis ad Euangelizandum destinatis, ipse solus aliò Euangelij causſa contendit. *Matt. 9.* In quibus Christus ciuitatibus prædicauerit.

Luc. 4. Phrasis qualis ista: Cum consummasset præcipiẽs

omnis prædicta sint præcepta, cum ibi sint malorum prædictiones, & bonorum promissiones.

Christus quã fugax otij.

Subdit: *Transijt inde*, id est, à loco, in quo dederat præcepta illa, separans se ab Apostolis, vt semoti à præceptore sui periculũ facerent. Nec interim Christus otiari voluit, aut otiosus desidere quasi emissis vicarijs securus: sed similiter & ipse ad opꝰ prædicationis, ad quid alios emiserat, se accinxit. Et quod dicitur: *In ciuitatibus eorum*, potest referri ad Apostolos, vt sit sensus, Christum in eis ciuitatibus prędicasse, in quibus Apostoli priùs prædicauerant. Vel in ciuitatibus eorum, scilicet Iudæorum, quia nõ semper relatiuum ad proximam rem refertur, sed ad aliquid remotius, & non satis aliquãdo expressum, vt Psal. 98. vbi de Moyse, Aaron, & Samuele loquens, ait: *Deus tu propitius fuisti eis, & vleiscens in omnes adinuentiones eorum*: vbi relatiuum, Eorum, nõ respicit illos tres dictos, sed Iudæos, qui tempore illorum trium fuerunt.

Relatiuum in Scripturis quæ referat interdum.

Nihil autem refert Matthæus de his, quæ Apostolis missis ad concionandum euenerunt: tantùm Lucas subdit: *Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes vbiq;*: vbi cõpendiose, de more, narrat quid fecerint Apostoli. Quo loco videre est Euangelicæ historiæ scriptores ab omni ambitione alienos extitisse: qui si reprehẽdendi venirent, propterea reprehẽdendi essent quòd multa, eaq; insignia prætermiserint, quam quòd operam dederint, ne nihil eorum omitterent, ne dicam, amplificarent: quod maximum est indicium hominũ, qui & conscij essent sibi veritatis quam prædicabant, & tantam se rerum habere copiam agnoscerent, vt nihil referre existimarent, si multa, etiam data opera, omitterẽt: quod non facile in alijs historicis inuenies, qui si quem scribendo laudare volunt, non ea solùm quæ certa sunt, scribere curant, sed venantur quę veri aliquam similitudinem habeant. Mar. c. 6. paullò vberiùs hunc egressum Apostolorum describit his verbis: *Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multo ægros, & sanabantur*. Vbi vides in primis Apostolos prædicasse, & prædicationẽ subsequentibus signis confirmasse: sicut & post resurrectionem fecisse testatur Marc. c. vlt. quod tamen neque Ioannes Baptista, neq; quisquam Pharisæorum, vel Scribarũ potuerũt facere. Deinde quod hic dicitur, prædicasse, vt pœnitentiam agerent, etiamsi neq; apud Marcum, neq; apud Matthæũ dicatur Dominus id præcepisse: tamen ex eo quòd mandatum est illis vt prędicarent regnum cęlorum, satis intellexerunt in illo includi præceptum prædicandi pœnitentiam: nam ita Ioannes Baptista ac Christus prædicarunt: *Pœnitentiam agite*.

Euangelicæ simplicitas historiæ. *Luc. 9.*

Euangelistæ cur eam simplicitatẽ velut affectauerint.

Aliorum proprium historicorum.

Apostolorũ prædicationem quibus signis confirmaret Dominus. *Ioan. 10. Matth. 7.*

Vnde acceperint Apostoli, vt pœnitẽtiam prædicarent.

Matth. 3. Infra 4.

Quod tertiò additur de oleo quo vngebant: hoc non ex proprio capite Apostolos inuenisse statuendũ est, sex ex Christi mandato, & traditione. Nec erat naturale pharmacum, nam quomodò illo mederi potuissent omnibus morbis, sed ex virtute supernaturali assistente: tùm vt declararetur hac ratione, Apostolos Messiæ esse legatos, qui ab vnctione sic dictus est: deinde vt sanitas corporalis ostẽderet iam adesse tempus, qui hominum mentes sanare posset, & vellet. Et verbum: *Sanabantur*, Græcè profertur actiuè, *Sanabat*, nempe oleum: atque ita intelligimus quòd oleo vtebantur ad sanandum, non ad Sacramentum Extremæ vnctionis ministrandum, vel Chrismatis, quo liniuntur baptizati in vertice. Qui enim Sacramentum aliquod ante Baptismũ ministrassent? aut quomodò ipsi, nondum sacerdotes instituti, Sacramentum Extremę Vnctionis, quod à solis presbyteris ministratur adhibuissent? Cõstat etiam quod statim sequebatur sanitas: alioqui virtus olei sanantis cognita non fuisset, quæ non solet esse primarius effectus Sacramenti alicuius. Nec est verisimile, Apostolos illo oleo tantum vnxisse infirmos, & lecto decumbẽtes, sed omnes quouis morbo laborãtes, vt leprosos, cæcos, paralyticos. Quidquid ergo Theoph. & Bed. super Marc. dicant, Apostolos vsos illa vnctione, de qua Iaco. 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ*, non fuit tamen illa ob rationes prædictas. Erat tamen illud oleum typus quidem, & præludium olei Crismatis, quo in Baptismo inungũtur fideles ad luctandum cum Dæmone, Carne, & Mundo, & olei Extremæ Vnctionis, quo non solum à peccati reliquijs, sed etiam ab infirmitate subleuantur ægroti, & si opus sit, corroborantur ad extremos mortis agones fortiter sustinẽdos. Probabile tamen est ab hac vnctione Apostolorum, nostrã qua vtitur Ecclesia, initiũ sumpsisse: sicut etiã impositio manuum Sacramentalis, quæ in plerisq; Sacramentis adhibetur, originem desumpsit ab impositione manuum, qua Dñs languidos curauit & de qua dixit Apostolis; *Super ægros manus imponent, & bene habebunt*: quia sanitas corporis, typus erat, & vmbra sanitatis spiritualis. Erat etiam symbolũ diuinę gratiæ, quam Messias mundo attulit: nam ipse primus plenus fuit oleo exultationis, vt illud in omnia membra diffunderet sua, iuxta dictũ illud: *Oleum effusum nomen tuum*.

Olei illud Apostolici symbolum. *Psal. 44. Heb. 1. Cant. 1.*

Est e-

Christi priuilegium: Christꝰ quoque quid fecerit.

Quid quod Apostoli prædicantes eijciebant dæmonia, & ægros sanabãt

1. Cor. 15.

enim nomen Filij Dei, Messias, siue Christus, id est, inunctus, hoc est, plenitudine gratiarum refertus.

Postremò aduerte, inter alia signa, præcipuè Apostolos eiecisse dæmonia, & curasse ægrotos, ad significandum prædicatione Euangelij quidem pelli dæmones non tantum de corporibus, sed etiam de animabus, posteà verò corpora nostra ab omni infirmitate fore liberanda, quando mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc induet incorruptionem, oleum illud perfectæ, & consummatæ gratiæ, id est, gloriæ, præstãte Christo Iesu Domino nostro, cui, & per quem est Patri simul ac sancto Spiritui, honor, gloria, & imperium in sempiternum, Amen.

TRACTATVS XVIII.

Tract. 46.

In illa verba: *In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu. Et ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo, &cæt.* de quo habetur Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9.

Quemadmodum inter se conueniant Matthæus, Marcus, & Lucas de verbis Herodis cum audisset de mirabilibus Domini, vel de ipso narrationis ordine. Prima solutio.

IN hac historia, quæ post missionem Apostolorum ad prædicandum narratur, ferale nobis sanctissimi viri, & Præcursoris Domini spectaculum proponitur. Vbi dubium occurrit circa Euangelistarum narrationem. Quomodò scilicet Matth. scribat, Herodem dixisse pueris, hoc est, famulis, Iesum esse Ioannem Baptistam à morte suscitatum, quod & Marcus, eum post aliorum sententias scribit affirmasse: cùm Lucas dicat eum hæsitasse, & hæsitando dixisse: *Ioannem ego decollaui: quis est autem iste, de quo ego talia audio?* Huic dubio triplici responso satisfieri potest. Aut enim dici potest, priùs quidem hæsitasse, ac deinde confirmatum affirmasse Iesum esse Ioannem: & negasse quidem, cùm loqueretur vulgo, eum esse Ioannem, ne ad eum concurrentes, contra se seditionem concitarent; affirmasse autem seorsum famulis suis, quibus confidenter conscientiam suam, atq; timorem aperuerit. Probabile enim est, illum iã magis timuisse, ne Ioannes ex mortuis suscitatus, & potentia auctus, vehementiùs ipsum argueret. Aut secundò dicendum, verba Herodis apud Matthæum & Marcum pronuntianda esse per modum hæsitantis, & interrogantis; vt sit sensus, Num hic est Ioannes Baptista? num hic quem ego decollaui, surrexit à mortuis? Aut tertiò, quòd ferè eodem recidit, intelligenda esse verba Herodis apud Matthæum, & Marcum dicta esse per ironiam. Sic enim intelligit B. Hieronymus in commentariolis in Marcum, qui illi tribuuntur.

Secunda solutio.

Tertia solutio. *B. Hieron. to. 9.*

Circa quem Marcum aduertendum est, quòd cùm in principio huius historiæ legamus: *Et dicebat, Quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis*, Augustinus lib. 2. de consen. Euangelist. in numero multitudinis legit, *Et dicebant*, vt non ad Herodem referatur, sed ad aliquos de turba: quæ lectio magis congruit narrationi Lucæ, & ordini etiam apud ipsum Marcum. Quomodò enim alioqui conuenit, vt post expressam semel sententiam ab Herode de Iesu, deinde aliorum sententijs interpositis, inferatur: *Quo audito, Herodes ait*. Illa enim verba satis significant aliorum sententiam tantùm superiùs positam: & B. Thomam legisse: *Dicebant*, constat ex eius commentario, quo exponit: *Scilicet aliqui de turba*. Beda etiam legit, *Dicebant*, tribuens hæc verba non Herodi, sed Iudæis: & tamen omnes Græci codices habent verbum singularis numeri ἔλεγεν, & editio vulgata correcta, quo ostendatur, hæc verba tribuenda Herodi: tum quòd non præcedat mentio de alijs, quibus tribuantur, tùm quòd hæc verba apud Matthæum Herodi tribuantur. Et quia hic fit mentio mortis, & decollationis Ioannis, Matthæus, & Marcus obiter per recapitulationem captiuitatis eius, & coniectionis in carcerem meminerunt: quod quia à nobis aliàs est expositum, nos hic supprimemus, reliqua verò diligenter sunt ad literã excutienda.

B. Thom. in Matth. 10. 14. Bed. in Marcum, cap. 25. initio, tom. 5. Alterius lectionis in singulari numero perpensio: & dicebat, quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis.

Ait igitur Matthæus: *In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis.* Quale fuerit illud tempus, superiùs, si bene memini, est explicitum: non enim fuit proximum ipsi missioni Apostolorũ ad prædicandum, quia opus erat aliquanto tempore, vt Rex posset famã Iesu audire. Erat autem tempus paschatis tertij, & postquam Iesus iam per vnum annum prędicauerat in Galilęa. Et mirum esse non debet, si tam tardè hoc nouit Herodes: quia tyranni solent esse negligentissimi, & omnium postremi in his quæ ad salutem faciunt: & Ion. 3. postquam Niniuitæ crediderant Domino, peruenit verbum ad Regem.

Quo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu.

Quales fere tyranni esse soleant diuinis in rebus.

Quod verò dicit: *Herodes Tetrarcha*: nimirum nõ propterea quod regnum patris sui Herodis Ascalonitæ esset diuisum in quatuor Tetrarchias, non erat Rex, vt notauit Caiet. quia in hac eadem historia Matth. dicitur Rex, & Mar. ait: *Et audiuit Rex Herodes* &c. Erat enim Tetrarchia, potestas Regiæ dignitati non absimilis, vt Pli. dixit. Et sub-

Herodes hic eũ esset Rex, quare dicitur Tetrarcha. *Caietan.*

Plin. li. 5. c. 28.

dit per parenthesin Marcus: *Manifestū enim factum est nomen eius.* Verbum, *Nomen eius,* declarat Matthæus dicendo, quòd audiuit famam Iesu: atq; hanc famam intellige post decollationem Ioannis, vt verba Herodis testantur: *Ipse surrexit à mortuis.* Varia fuit olim, vt Tertullian libro de Resurrectione carnis est autor, quorundam de anima opinio, cùm alius sic, alius aliter sentiret. Nihil esse potest post mortē, Epicuri schola docuit. Ait & Seneca: *Omnia post mortem finiri, etiam ipsam:* alius sub dubio reliquit, mortalis esset, an immortalis, vt quidā ex nostris Arist. tribuebant. Sed Platonici immortalē animam esse, cōstanter tenuerunt, imò adhuc etiam in corpora remeabilē affirmarunt: & non in eadem, vel saltem non in humana tantùm corpora, vt Euphorb. in Pythagorā, Homerus in Pauonem. Et vt quidam cum ratione suspicantur, hæc opinio ex eo nata erat, quòd audissent ex Scripturis resurrectionem mortuorum: & cū ad immortalitatem corporum peruenire non possent (nā Pharisęi de generali ad immortalem vitam resurrectione dubitabāt, Matth. 22. non de suscitatione ad vitā mortalem: nam legerant in Scripturis, Heliam & Helisæum quosdā suscitasse, & videbant Christum mortuos suscitantem) existimarunt animas ab vno corpore in aliud transire, quem transitū vocarunt *παλιγγενεσίαν, & μετεμψύχωσιν*, id est, iteratam generationem, & iteratam animationem, & Ioseph. lib. 2. de bel. Iud. c. 7. hunc errorem tribuit Pharisæis, dicens: *Animam quidem omnem incorruptam esse dicūt, transire autem in alia corpora solas bonorum; improborum autem interminabili supplicio cruciari.* Idem quoq; testatur: *Essenos animas bonas vltra Oceanum degere, vbi eis sit reposita perfruitio. Illic enim esse regionem, quam Oceano oriens Zephyrus, & leniter aspirans amœnat: malis autem animabus procellosa loca, & hyberna deputata esse, plena gemitibus.* Augustin. porrò li. 22. de Ciuita. Dei, c. 22. ex M. Varronis libris, quos conscripsit de gente pop. Rom. hæc verba refert: *Genethliaci quidam scripserūt esse in renascendis hominibus, quam appellant παλιγγενεσίαν Græci. Hanc scripserunt consici in annis numero quadringentis quadraginta, vt idem corpus, & eadem anima, quæ fuerant coniuncta in homine, aliquando eadem rursus, rede, ant in coniunctionem.* Hactenus ille. Atque in hac sententia fuit Herodes, qui Iudæus erat (imò Iudæi in Talmud trāsmigrationem animarum asserunt, quā ipsi Hebraicè vocant Ghilgul) audiens enim Christum tanta mirabilia facere, animam Ioannis in Christi corpus remigrasse existimabat. Tam crebra enim erant Christi signa, & tam euidentia, vt nemo posset causſari commētitia: tam salutifera, vt nullus calumniari posset, ea per malos dæmones geri. Rursus alij, sumpta coniectura ex Malachiæ vaticinio, dicebant, Iesum esse Heliam, cuius reditus promittitur ante diē Domini magnum & horribilem. Alij rursus negabant Heliam, cuius apud Iudæos summa erat autoritas, sed vnū quempiam ex mediocribus Prophetis qui reuixisset: quorum sententijs auditis, Herodes perstitit in sua sententia, imò inquit, *Ioannem ego decollaui.* Similis locus habetur Matt. 16. *Quē dicunt homines esse, Filium hominis? At illi dixerunt, Alij Ioannē Baptistam, alij autem Heliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis.* Et subdit, quòd *Virtutes operantur in eo.* Nō est Græcè *δυνάμεις*, id est, virtutum, & sanctæ vitę merita: vt quidam interpretantur, sed *δυνάμεις*, id est, virtutes, siue miracula: & operātur, non est passiuum, id est, fiunt, vel patrantur, sed actiuum *ἐνεργοῦσι*, id est, agunt, & efficaces sunt, vel vim suam per illum exerunt. Quia enim discipuli Christi, & Christus ipse signa edebant, putabat Herodes illa virtute Ioannis edi, quanquàm parum acutè id dictum esse videatur: quia Ioannes Baptista in vita sua nunquam edidit signa. Quantus autem fuerit Ioannes Baptista, illud ostendit, q̄ viuus creditus fuerit Christus Luc. 3. vbi verò mortuus est ipse Dominus Iesus creditus fuerit Ioannes Baptista à morte suscitatus.

Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadē, &c. Hæc superiùs explicata sunt, neq; nunc aliud succurrit nisi quod Euangelista non omnia Christi gesta narrat, nisi quæ tantū necessaria, & vtilia sunt ad salutem. Hinc narrat, quòd ederet, & dormiret, vt verus homo haberetur: quid verò alij mali, vel sancti, vel agerent, vel dicerent, nōnisi quatenus ad Christum faciunt, narratur. Propterea de Ioanne Præcursore plura, quam de B. Virgine, etiam sanctiore, scribuntur, vt constantia Ioannis ostenderetur, sanctitas atque exemplum. Nescitur tamen quando præcisè sit occisus, quia non narratur principaliter mors ei⁹: sed existimatur post primum annum prædicationis Christi decollatus, fieriq; potuit, vt Herodes sponte miserit in carcerem, nolēs occidere, vt molestiam reprehensionis fugeret, & castigaretur Ioannes, & placaretur mulier, & ne ab eo occideretur, quia arguebat Regem, & dixerat Herodi: *Non licet tibi habere vxorē fratris tui.* ex quibus verbis colligitur, quòd non erat repudiata: & licèt esset, non liceret eam accipere iuxta legem Leui. 18. Non arguebat

Tertull. p. 2. De anima opiniones Philosophorum diuersæ.

Euphorbus. Homerus. vnde nam opinio transmigrationis animorum profecta videatur.

Pharisæi quā negarent resurrectionē mortuorum, teste Euangelista.

Παλιγγενεσία, & μετεμψύχωσις, quid sit. *Ioseph.*

Idem. Essenorū de animis bonorum, & malorum opinio.

Aug. tom. 5.

Genethliaci palingenesiā quot annis absoluerent.

Sententia Herodis de anima.

Ghilgul Hebræis quid.

Triplex Christi signorum conditio.

Malach. 4. Iesum esse quidam Heliam existimarent, quā negarent.

Quomodo accipiendum Et virtutes operantur in eo.

Herodis lidus.

Ioan. 2.

Quantus fuerit Ioannes Baptista.

Quare Euangelista de Christo commemorarent.

Lucilius de Ioanne Baptista, de Virgine Deipara mentionem non fecerunt.

Ioannes quando decollatus.

Idem ab Herode quare coniectura vincula.

guebat Herodiadem, quia ipse Herodes abstulerat fratri suo vxorem, & quia non licebat illi repudiare virum, sed contrà viro vxorem. Atque hoc loco expende, Episcoporum esse, publica Principum peccata liberè taxare, & reprehendere, & non timere gladium, vel carcerem: quia qui peccata aliena dissimulant, sua faciunt, & communicant operibus eorum malignis, vt ait Apostolus: vt meritò dixerit Dauid: *Et ab alienis parce seruo tuo.*

Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. Marcus latiùs hæc tractat, dicens: *Et cùm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus & tribunis, & primis Galilææ. Quumque introiisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus.* Diē opportunum vocat, vt significet, Herodiadem in fidiatam fuisse Ioanni: vel opportunus fuit dies iuxta Dei prouidentiam, qui diem impij Regis natalem opportunum iudicauit neci Ioannis, vt crudelitas plures habeat suæ nequitiæ testes. Origen. hom. 8. in Leuit. & Hieronym. hoc loco scribunt: *Nemo ex omnibus sanctis inuenitur, diem natalis festum, vel conuiuium in eo magnum egisse, præter Pharaonem, & Herodem: quorum vterq; profusione humani sanguinis ipsam festiuitatem natalis sui cruentauit. Ille enim præpositum pistorum, hic sanctum Prophetam Ioannem obtruncauit in carcere. Et de die natiuitatis scriptū est apud Ieremiam, & Iob: Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, Conceptus est homo.* Hæc illi ad sensum. In secundo tamen lib. Machab. c. 6. legimus diem natalem Regis Antiochi, dicitur enim: *Ducebantur autē cum amara necessitate in die natalis Regis ad sacrificia,* &c. Romani etiam plerique scriptores meminerunt diei natalitij, vel Principum, vel sui, vt Cicero, & Martialis. Diem ergo natalitium, cùm in peccatis, & ad miseriam mundi nascamur, celebrare non expedit: signum enim est immoderati amoris vitæ huius. Secus in his, qui sancti nati sunt, qualis est Christus, & B. Virgo, & Ioannes Baptista, & in his qui renati sunt, & ad Ecclesiam triumphantem peruenerunt. De die natalitio Herodis ab eo celebrari soliti meminit Ioseph. lib. 15. antiquit. cap. vlt. vbi diem natalis sui refert incidisse in diem dedicationis Templi à se instaurati: sed ille qui parens fuit huius Herodis Antipæ, non fuit Tetrarcha, sed Rex totius Iudææ. Aderant magnates regni Herodis, quo conuiuium honestaretur, & vt Petrus Chrysologus ser. 174. *Bene,* inquit, *cœnam (scilicet fecit) quia non luci. sed tenebris addictus est hic natalis, in quo noctis filius natus est, non diei, sed noctis.* Filia autem Reginæ docta erat saltare, & dæmon curabat, vt placeret, & honoraret conuiuium, & vt magnum quid ei promitteretur ac præstaretur. Vnde idem Petrus ait: *Serpens tunc latebat in fœmina, quæ reptans gressibus flexuosis, lethale toto corpore virus effudit: vt discumbentium mentes furor, venenum corpora sauciaret, homines verteretur in bestias, nec vino iam tales, sed sanguine potarentur, nec pane rabidi, sed carnibus vescerentur humanis.*

Vnde cū iuramento pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo. Fusiùs & clariùs Marcus: *Pete à me quod vis, & dabo tibi: & iurauit illi, Quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium regni mei.* Temulentum promissum iureiurando confirmauit; & vilem saltationem puellæ, & tam breue oculorum solatium, tanto præmio dignum existimauit, nempe dimidio regni sui. Et tales Herodes multos est hodie inuenire, qui pro vilissima delectatione & voluptate audent montes aureos, etiam cum iuramento polliceri: & sanctius seruant huiusmodi promissum, quam baptismi, vel aliud sanctum votum. Fuit ergo temerarium Herodis iuramentū, & vini potentia effusum: sed peius fuit, quod illius religione se astringi putauerit. Iurauit enim miser, dum quicquid honestatis est & virtutis, abiurat.

At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ. Hęc eadem, sed latiori sermone Marcus recensēt: *Quæ cùm exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit, Caput Ioannis Baptistæ. Quumque introiisset statim cum festinatione ad Regem, petiuit dicens, Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* Verè dictum est, *Non est ira super iram mulieris*: timebat Herodias perdere Herodem, & reddita Philippo viro suo legitimo, metuebat occidi: propterea incesta mulier nihil cunctata caput Ioannis Baptistæ puellæ petere suggessit: vnde constat, puellam nihil cogitasse de occisione: & statim redijt cum festinatione, ne populus impediret: & color erat iurisiurandi religio, & principes astantes, quasi consentiētes. Quid ergo peteret luxuria nisi castitatis interitum, pudicitiæ necem, mortem sibi semper contrarię sanctitatis? In illud autem verbum: *Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ,* rectè scribit ibidem Chrysologus: *Si caput viri, iuxta Apostolum, Christus, iam tunc nouello ore antiquissimus serpens Christi Domini tendebat ad mortem. Volo vt des mihi in disco caput Ioannis: iam tunc auidus draco, & in serui capite Christi Domini degustabat sitiens passionem.* Sic ille. Et non contenta eius morte, caput, tanquam præclarū donum, sibi dari voluit, tùm vt certior fie-

Herodi cui nimirū licebat habere Herodiadem vxorem fratris sui. *Leuit. 24.* Episcopi in quo Ioannē Baptistam imitari debent. *1 Tim. 5. 1. Ioan. Psal. 8.*

Diem cur opportunum Marcus nominet cædis Ioannis.

Qui soli in Scripturis diem suum natalem celebrauerint. *Orig. tom. 1. Hieronym. in Matth. 10. 1. Gen. 40. Iob. 3. & Iere. 20.*

Secundum exemplum.

Tertium exemplum.

Cic. ad Attic. Martial. Natalis sui qui celebrāt diem, quid testentur.

Quorum memoria in Ecclesia dies natalitij celebrentur. *Ioseph.*

Quid est quod natalis sui non (prādium, sed) cœnam fecit Herodes. *Pet. Rauenn.*

Herodiani conditiones conuiuij iocelissimæ.

Herodis plena temeritate promissio, ac iuramentum.

Quos habeat imitatores Herodes.

Herodias cut peti iussit ab Herode caput Ioannis Baptistæ. *Eccles. 25.*

Quare cum festinatione ad Regem ingressa puella, illud postulauit.

Elegās Chrysologi de capite Ioannis allegoria. *Serm. 174. 1. Cor. 11.*

ret cædis eius, tum vt illuderet ei capiti, cuius lingua erat reprehensa: tùm denique vt sese eius conspectu satiaret atque oblectaret dono maiore dimidio regni Herodis.

Et contristatus est Rex: propter iusiurandum autem, & eos qui pariter recumbebant, iussit dari. Hieronym. in Heluid. atq; hoc loco docet, ea scribere, quæ vulgus existimat, licèt reuera falsa sint, consuetudinis esse Scripturarum. Sicut Ioseph, ab ipsa quoque Maria appellabatur pater Iesu, ita & nunc Herodes dicitur contristatus, quia hoc discumbentes putabant. *Dissimulat enim*, inquit, *artis suæ malitiam artifex homicida, cum tristitiam in facie, & latitiam haberet in corde. Ideò vulpes est à Domino appellatus.* Et Ioseph. li. 18. antiquitat. ca. 7. asserit ab Herode Ioannem interfectũ, quia timebat, ne eo autore defectionem à se populus moliretur. Idem Euseb. lib. 1. histor. Eccles. c. 11. Sed certè non sunt verba Hieronymi sic interpretanda, vt ad veritatem historiæ sit satis, si ea quæ vulgus vera putat, cùm falsa sunt, historicus affirmet. Sic enim periclitaretur plerunque veritas historiæ. Sic enim diceretur, Herodẽ turbatum, & omnem Ierosolymam cum illo, nõ re, sed opinione vulgi; & Christum mortuum, sed ad vulgi existimationem. Alius est ergo, & magis sanus sensus verborum Hieronymi. Sunt enim dupliciter falsæ vulgi opiniones: quædam non nisi verbis falsis exprimuntur, vt, Christum esse Ioannem Baptistam, vel Heliam, Ieremiã. Et quod dixit insipiẽs in corde suo, Deum non esse: & huiusmodi opiniones, autores sacri ita referunt, vt non ex se, sed vulgi nomine, vel sub impiorum persona retulisse videantur. Vt est illud: *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus.* Et illud: *Dixerunt impij cogitantes apud se non rectè, Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis.* Et infra: *Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.* Aliæ verò sunt vulgi opiniones, falsæ illæ quidem, sed ijs verbis expressę, quæ in sensu aliquo vulgari veræ sunt, vt Ioseph essę patrem Christi, qui tamen verè & sine falsitate dicebatur pater: tùm quia nutricius, tùm quia matris maritus, vnde & priuignus, dicitur filius vitrici: in huiusmodi vera lex historiæ est, vulgi opinionem sequi. Ita Christus etsi nullam habuisset interiorem admirationẽ, cùm speciem admirantis exhibuit, dicitur admiratus Matth. 8. vt ait Bed. in Luc. Sic Matthæus & Marcus Herodem contristatum dicũt, quod tristitiam præ se tulerit in vultu: in quem sensum Christus quoq; hypocritas vultus simulantes, tristes vocat. Et Christus, si B. Thom. credimus, aliquo modo interiùs est admiratus, & Herodes etiam cõtristatus: quia peccatores simul in vitijs contristantur, & exultant. Quòd autẽ verè sit contristatus, etiam illud probat, quod Marcus paullò antè refert: *Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum, & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat.* Nec obstat, quòd Herodes dicitur vulpes Luc. 13. sed non semper vulpes simulat, non enim cùm canes fugit, simulat se timere, & fugere. Et cùm ait Euangelista, quòd Herodes viso Iesu gauisus est valde, & quòd à multo tempore desiderabat videre eum, & sperabat ab eo signum videre: nunquid cùm hæc faciebat, simulabat? Vnde Euthym. in hæc verba: *Et contristatus est Rex*, ait: *Contristatus est, tum quia magnum virũ occisurus erat, tum quia multitudinem in suum odium concitaturus.* Eodem modo exponit Theophyl. Hæc latiùs disputaui, propter verba Hieronymi, & propter Caietan. qui existimant simulasse illum tristitiam.

Propter iusiurandum autem, & eos qui pariter recumbebant, iussit dari. Rudis ætas vim iuramenti, & voti nesciebat, vt constat Ios. 9. vbi filij Israel decepti sunt ab habitantibus in Gabaon. Idem etiam constat ex voto emisso à Iephte, & iuramento promissionis Herodis. Et vehemens ac immoderatus affectus, auctus ex solicitudine Herodiadis à se amatæ, & prætextus iurisiurãdi, & astantium magnatum corona, in caussa fuerunt vt populum non timeret, vt olim timebat. Simile est de Iudæis dicentibus: *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo:* qui tamen posteà in die festo Iesum Crucifixerunt. Populus Ioannis sanctitati fauebat, etiam post mortem, vt habetur Matthæi. 21. sed non insurrexit in Herodem, qui maximè fauorem Romanorum sibi conciliabat. Et hic, & astantes erant potentes: & iuramentum prima facie erat sacrosanctum: & quia Dominus compressit eos ne insurgerent. Quid ergo fecisset, si petisset ab eo, vt à regno excederet, vel vt matri suæ effoderentur oculi, aut imperasset vt omnino recederet ab eius cõsuetudine: impleuisset ne quod illa petijsset? *Misit ꝙ, & decollauit Ioannem in carcerem.* Non expressit quem miserit: verùm Marcus explicauit, dicens: *Missoq; Spiculatore*: qua voce & Græcus textus vtitur Marc. 6. dicens, Ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα. Codex quoque Syriacus ab illa voce non abhorret paullò mutata. Est autem hæc vox Latina, significans stipatores, & regij corporis custodes, ab spiculo gerendo dictos. Erat autem

Hieron. to. 2. & 9. in princ.

Caput Ioannis in disco Herodias cur sibi dari petiuit.

Ficte Herodem, non vere contristatum fuisse, vnde Hieronym. nititur comprobare *Luc. 2. Infra 13. Ioseph. Euseb. tom. 2.* Hieronymi dictum quomodo verũ sit. *Matt. 2.* Vulgi opiniones falsæ duobus modis possunt intelligi. *Infra 6. Psal. 13.*

Sap. 2.

Christi admiratio qualis fuerit.

Bed. in Luc. l. 2. c. 23 tom. 5. Matt. 6.

B. Thom. Matth. 14.

Pron. 2. Vere Herodis tristitia de suo mendacio, ac obscuro quidem mendacio. Ad illud opponitur vulpes quæ latitat in foueis. *Luc. 13.* Quare tristitiam simulauerit Herodes. *Euthym. in Matth.* *Theophil. ibid.*

Videtur olim licere iuramentum vi quod agitur se.

Iud. 11. Vt ausus fuerit Herodes in Ioannis cædem consentire, cum apud populum Iudæum *Matth. 21.* Quamuis Ioannes tum viueret, non de nu Herode liberum

Spiculator quæ dictio sit quid significet.

Spiculator vnde dictus

Iosue 9.

Ioannes cur in carcere decollatus: caput eius in disco iussum asseri. *3. Reg. 21. Dan. 13. Matt. 26. Act. 6.*

Ioan. cur occidi permissus.

Idem vnde mortuus sit, cũ pro Christo minimè occubuerit.

Triplex veritas, quæ in Ioanne diuinitus, & pauperitas quanta, secundũ Ambros.

Ambros. lib. de Nabuthe Iezrahelita, c. 5. pen. tom. 4.

De capite Ioannis absciso Euangelio quæ minus authentica.

Filiæ Herodiadis quæ saltauit miserabilis interitus.

Simeon Metaphr.

Salutationem salutationi Herodis & capiti, vnde reprehensibilis dictus.

Chrysologi testimonium, & Herodiadẽ reprehensa.

Petr. Rauen. serm. 174. Psal. 115.

Ioannis encomium.

Ioan. 5. Matt. 5.

Quàm indignus venia Herodes.

Ioan. 1. Esa. 40. Gen. 4.

Hieron. to. 2.

Fuluiæ M. Antonij vxoris insaturabilis crudelitas.

Hieron. to. 9. Flaminij Romani ducis alterum crudelitatis exẽplum nõ impune.

Herodes Herodiasq; & puella saltatrix quanto crudeliores videri possẽt.

autem mos receptus eo tempore, morti adiudicatos nonnisi militũ opera interficere: hinc legimus Christum Dominum à militibus flagellatum, sentibus coronatum & in crucem tandem actum. Decollatus est in carcere, ob timorẽ, & vt statim daret, vt promiserat, caput. Et quia non erat caussa manifesta decollandi, nisi surgerent falsi testes, velut in Naboth & Susannam, & in Christum, & Stephanum surrexerunt: asferri iussit caput, vt se obseruasse iuramentum ostenderet, & vt illa postulauerat, ne differretur munus expectatum, & ne ministri nollent iussa exequi.

Permissus est autem tantus sanctus ita interfici, vt magnum sibi meritum compararet, & videatur quanto supplicio plectendi sunt impij, & veritas fidei, pro qua obijt, pateat. Et quia pro veritate vtili mortẽ subijt, planè martyr est, vt etiam Ecclesia in precatione, qua in die decollationis eius vtitur, apertè martyrem vocat. Est autem triplex veritas: vitæ, iustitiæ & doctrinæ. Vitæ quidem, quando viuimus iuxta legem Dei: iustitiæ verò, quando est recta distributio præmij, & pœnę, contra quam agitur commissione, vel omissione, quia omitti interdum potest: Doctrinæ verò, quando credimus, & docemus quæ credenda, & docenda sunt.

Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & illa dedit matri suæ. Pulchrè Ambrosius libro de Nabuthe, inquit: *Diues erat, qui sibi ad mensam caput Prophetæ pauperis iussit asferri, & aliud, vnde saltatrici pramium solueret, non inuenerat, nisi vt pauperem iuberet occidi.* Sic ille egregiè. Quòd autem caput per puellam allatũ, & matri suæ datũ, suspirium ante illã emiserit, & præterrore illa moribunda ceciderit, & spiritũ exhalauerit, & conuiuium verè sit in tragœdiam funestam cõmutatum, apud nullum probatum autorem legi: vnde & apocryphũ esse censeo. De filia autem Herodiadis quæ saltauit, scribit Simeon Metaphrastes in commentario de sancto & martyre præcursore Ioanne Baptista: *Cùm ad quendam locũ proficisceretur, & tempore hyemis oporteret eam flumen traijcere quoniam erat glacie concretum, id transibat pedibus: cùm aũt glacies non sine Dei numine omnino esset disrupta, ipsa quidem vsque ad caput defluxit misera, tunc quoque veluti saltans laniationibus nõ in terra, sed in aquis, caput verò & glacie confractum, & validè amputatum relinquitur super gelu. Admirabile indicium Dei iudiciorum. Et caput illud infame, & sceleratum propositum erat spectaculum omnibus, ea quæ fecerat, in memoriam reuocans spectatoribus.* Sic ille. Scribit autem in hæc verba Petrus Rauennas: *Cur in disco, cur pretiosè gestas, quem viliter (lego viliter) occidis, nisi quia, pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius? Hoc ipsum quod vis, non agis, quomodo ipsa vis: quia agit de superna ratio aliter quàm vis: illo quidem tunc ferali antro, non aula Regis, rabies tũc fera pastum suum credidit, cum caput martyris vidit: totum suũ sensit, cum liquorem sacri sanguinis sitiens, aspexit: ferculum crudelitatis suæ toto ore, totis faucibus contendit, & conatur absorbere. Sed Ioannes venit in sublimi positus, vt lucerna super candelabrum, tenebras vt fugaret, dicente Domino: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Venit Ioannes vt iudex in tribunali resplendens, vt qui arguit adulterũ, exponeret, & damnaret homicidam: & qui piè viuens incestum vocarat ad pœnitentiam, reseruauerat ad veniam, homicidium etiã damnaret occisus. Quam, quæso, meretur veniã, qui in morte Ioannis ipsam pœnitentiã tam crudeliter interemit? Gratias cucurristis, Herodes, Herodias, nomina nõ affectione sociata, sed crimine: quæ vocem intercipi posse stultissimè credidistis, Ego sum, inquit, vox clamãtis in deserto. Vox occidi nõ põt, sed magis clamat angustijs corporis absoluta. Sic vox Abel in suo iam effusa sanguine magis sonat, magis penetrat, magis pertendit ad cœlum.* Aurea hæc, & planè diuina Petri Chrysologi sententia. Porrò Hieronymus in Apologia aduersus Russinum: *Fecerunt hæc Fuluia in Ciceronem, & Herodias in Ioannem, quia veritatem non poterant audire, linguam veriloquam discriminali acu confoderunt.* Sic ille.

Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud: & venientes nuntiauerunt Iesu. Docebat Ioan. in carcere positus, discipuliq́ue ei ministrabãt, & aderant fortè, quando caput fuit oblatum Herodiadi: quæ postquam satiata est, fortasse illud eis restituit: licèt Fuluia, vxor M. Antonij, caput Ciceronis abscissum, quòd linguam habebat, à se in vindictam discriminali acu transfixam mensæ apponere solita esset, vt impudicissima fœmina, & sanguinis sitibũda, tali se spectaculo oblectaret. Scribit hoc loco Hieronymus: *Legimus in Romana historia, Flaminium ducem Romanum, quòd accumbenti iuxta meritriculæ, quæ nunquam se vidisse diceret hominem decollatum, assensus sit, vt reus quidã capitalis criminis in conuiuio truncaretur, à censoribꝰ pulsũ curia: quòd epulas sanguini miscuerit, & mortẽ quamuis noxij hominis in alterius delicias præstiterit, vt libido, & homicidiũ pariter miscerentur. Quãto sceleratior Herodes & Herodias, ac puella, quæ saltauit in pretium sanguinis, caput postulat Prophetæ; vt habeat in potestate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat.* Hactenus ille. Discipuli aũt etiam post mortẽ fidem magistro seruarunt: nam

Ioan. Bapt. vbi sepulcus. *Theophyl.*

sepeliérunt illum honorificè in monumento. Sepultum est autem eius corpus, vt tradit Theophylin Sebaste Cæsarea: venerabile autem eius caput primùm in Emesam repositū fuit, sed postea in varia loca translatum: de quibus hic differendum non est.

Discipuli Ioannis cur venerint ad Iesum mortem eius nuntiantes.

Venerunt autem discipuli magistro Ioáne orbati ad Iesum, vt eum in magistrum acciperent: sicut probabile est magistrum hos illos docuisse, qui omnes ad Iesum mittebat. Deinde, vt humanitus sciret de amico suo, quem exitum in carcere habuisset, ac vt sibi prospiceret, & ab Herode caueret: vnde eo audito, Iesus secessit in locum desertum seorsum. Renuntiauerunt etiam quòd Herodes de Iesu diceret, quòd esset Ioannes suscitatus: vt exponit Theophyl.

Theophyl. Vnde Iesum constat mortuo quoque Ioannis adfuisse. *Act.7.*

Asserunt quidam ex reuelatione, quòd vt Dominus Iesus adfuit natiuitati Ioānis, ita etiam & morti eius adfuerit, in qua verus est natalitius gloriæ dies. Nam si alijs Sanctis morientibus interdū Iesus adfuit, vnde & Stephanus vidit cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei, mirū esse non debet, si tanto sancto morienti, & carne, & sanguine sibi coniuncto, & hoc ipsum votis summis exoptanti, ad eius consolationem assistere dignatus fuerit. Crassa fuit, & supina conuiuarum patientia, quia nullus ausus est Regem à tam nefario opere reuocare. Ita Reges plerunque impia, & iniusta audent, quia tales habens cóuictores, vel ministros & consiliarios, qui præ metu, vel non audēt reprehendenda reprehendere, vel à crudelitate Regum animos deducere. Sed ob tantùm facinus iusto Dei iudicio Herodes punitus est, priuat⁹ regno & exilio pulsus Lugdunum Galliarum. Tribunis quoq; ac toti exercitui Herodis, qui Christū illusit veste alba, Dei indignatio interitum attulit, cùm Areta Rex, ob iniuriam filiæ, quæ legitima erat vxor Herodis, illatam, bellum Herodi intulit, quo eius exercitū dissipauit: quod iusta Dei indignatione accidisse Iudæi crediderunt, vt Ioseph. lib. antiqu. testatur.

Herodianorum conuiuarum inhumanitas.

Quas dederit pœnas hic Herodes Ioānicida. *Luc.23.*

Ioseph. lib.18. antiq.c.10. Huius historiæ de morte Ioannis documēta quinque.

II. docum.

Prou.15.

Iam verò, prudēs lector, ex hac pulchra historia expende, vter magis fuerit in carcere, Ioannes, an Herodes. Si enim homo magis est mens, quàm corpus, profectò Herodes in carcere à muliere vinctus erat, id est, à concupiscentia & dæmone; Ioannes liber, cuius conuersatio è carcere corporis liberatur, cui⁹ lingua & vita è carcere Christum prædicat. Deinde conuiuatur Herodes, sed cum principibus & primatibus Galilææ: cóuiuatur & Ioannes, sed cum Christo, & sanctis Angelis: quia *Secura mens* (ait Sapiens) *quasi iuge conuiuium*; suus cibus (vt Christi olim) erat facere voluntatem Dei, & Christum prædicare. Tertiò, erat dies natalis Herodis, sed ille natus est in peccato secundùm carnem. Erat & Ioannes in vero natali gloriæ, in quo sibi vitā comparauit, sicut ille mortem æternā acquisiuit. Quartò, Herodes amputauit caput suum, non Ioannis, imò Ioannes saluauit caput suum, id est, Christum & mentem, quam iste, de collando Ioannem, perdidit. Quintò, vide tragœdiam: quia caput mulieris, vir est; hic autē viri, id est, Herodis caput, mulier est. Estque Herodes in hoc actu, typus Iudæorum amputantiū caput præcursoris, id est, fidē quæ peruenit gratiam. Audi iam verba Chrysologi alloquentis Herodem: *Ecce eo die quo tu finisti tuū, ille sibi natalem cœlitùs conquisiuit: quia quando tuus ortus mersit in finem, tunc illius finis ortus est in natalem. Iustus enim tunc incboat viuere, cùm pro Christo meretur occidi: transfertur ista morte vita martyris, non aufertur: morte magis claruit, qui ob hoc mortuus est, vt viueret in æternum. Ecce tu iaces in morte; Ioannes viuit occisus. Tu fucatam murice purpuram perdidisti, Ioannes cruore suo fulgenti purpura semper gloriatur indutus. Tui conuiuæ nunc participes efficiuntur in pœnis, Ioannes cœlesti mensa cum choris vescitur Angelorum. Ille audit cœlestem iugiter symphoniam, tu audis inferni semper gemitum & stridorem. Ille meretricis tuæ, saltatricis tuæ addictus in pretiū, nunc regno, nunc præmijs cœlestibus honoratur: tu mercedem sententiæ tuæ cum tua filia in tartaro percepisti. Vestimentum Ioseph, cùm adulteram fugeret, dereliquit; Ioannes, ne videret adulteram, ipsum proiecit & corpus. Ioseph, ne adulterium faceret, libens carcerem suscepit: Ioannes, vt argueret adulterium, eremū carcere commutauit. Ioseph somnia dum reuelat, euasit ex morte: Ioannes vt Dei filium reuelaret, suscepit & mortem. Ioseph dum panem præparat temporalem, ex auro torquem meruit, & honorem: Ioannes, vt ostenderet cœlestem credentibus panem, martyrij torquem meruit ex cruore. Meritò in natis mulierum cunctis maior est hic Ioannes: qui nō solum adulteras arguit, sed & licita mulierum consortia virginitatis amore calcauit. Et si Ioānes tantus, Ioannes talis, tanta eremo separatus à fœminis fœminarum pericula non euasit, quis est qui inter fœminas viuens, euasurū se sine labore maximo, maxima sine cautione confidit, nisi is qui sancto alitur Spiritu?* Hactenus ille, & eleganter & prudenter. Studeamus ergo fœminarum cōsortia vitare; temulentiam & ebrietatem fugere, ne in tales & tantas calamitates incidamus, quales Herodes incurrit. Nullus erat Regi tā amicus, qui rem tam nefariam interpellaret, & postea miramur, si Reges aliquādo nefaria audent, qui nonnisi tales conuiuas mensis suis adhibēt;

Ioan.4. III. docum

IV. docum

1.Cor.11. V. docum. *Ibidem.*

Petr. Chr. serm. Natalis Herodis & finis natalis pulchrum parato.

Elegāter de Chrysologo Ioannē cōponit cō Patriarcha Ioseph. *Gen.39. Infr.40.&c.*

Matt.11.

Cur fœminarum vitare consortia beatus.

Prou.29. Eccl.10. Præpositorū & Regum bonorum munus, quod.

& in consilium non admittunt, nisi vel timidos, vel impios, vel adulatores. Sed vt dici solet, *Similes habent labra lactucas*: &, *Princeps qui libēter audit verba mēdacij, omnes ministros habet impios.* Et, *Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Decet ideo seriò, & quotidie preces fundere ad Deum, qui tales præpositos & Reges nobis conferat, qui gloriæ Dei in primis, & communi bono vacare velint: vt ita in terris nobis referant Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Genitore, sanctoq; Spiritu vnà cuncta disponit secula, per æui omnia spatia, Amen.

Incipiunt historiæ tertij anni prædicationis Christi.

LIBRI QVARTI
TERTIA PARS.

TRACTATVS I.

Tract. 47.

In historiam Petri Christum confitētis apud Cæsaream Philippi: de qua Matthæi 16. Marci 8. & Lucæ 9.

Quem ordinem habebit propositā de narratione disceptatio.

IN hac pulchra historia, quæ per Hæreticos nostri temporis multis & magnis controuersijs agitata fuit, duo potissimū, tanquam præcipua capita ad religionem Catholicam spectātia, accipere, ac differere, operepretium esse duximus. Alterum est, quid sit Iesus ex ore Petri; alterum, quid sit Petrus ex ore Christi: ex quo Ecclesiæ veritas, vnitas, stabilitas, & perpetuitas in fide, & charitate, & iustitiæ operibus pendet: proinde non leuiter aut oscitanter, sed diligenter & accuratè, inuestiganda & excutienda sunt.

Euangelistarum in hac narratione consensus.

Ait ergo Matthæus: *Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis?* Marcus paucula quædam explicatiùs tradit; ait enim: *Et egressus est Iesus & discipuli eius castella Cæsareæ Philippi, & in via interrogabat discipulos suos, dicēs eis, Quem me dicunt esse homines?* Lucas sic ait: *Et factū est, cùm solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & interrogauit illos, dicens, Quem me dicunt esse turbæ?* Ex quibus omnibus posset confici hic textus: *Et egressus est Iesus & discipuli eius in partes & castella Cæsareæ Philippi. Et cùm solus esset orans, & in via, interrogauit discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filiū hominis?* Quod igitur ait Matthæus, *Venit Iesus*, Marcus explicat, quòd egressus, scilicet ex illis partibus Bethsaidæ, vbi cæcum illuminauerat, vt dicitur Marc. 8. Si verò legamus, *Ingressus*, vt lectio Latina habet, idem est dicere, Venisse in partes Cæsareæ; &, *Ingressus in partes Cæsareæ.* Partes verò, vocat Marcus castella, siue, vt Græcè legitur, in vicos, siue pagos Cæsareæ Philippi: vel partes vocat regiones vicinas Cæsareæ. Ita etiam Cicero ad Atticum lib. 5. vsurpauit. *Sine te* (inquit) *non esse nobis ullas partes tenendas propter Antonium.* Dicta est autem Cæsarea olim, Lais, vt Iudicum 18. postea autem dicta est Lesem-dan, eo quòd filij Dan pugnauerunt contra eam, & possederunt, vt traditur Iosue 19. licet esset in tribu Nephthali; diciturque Dan simpliciter, quæ termin⁹ est Aquilonaris terrę Chanaan, sicut Berfabea, terminus Australis: vnde cum termini terræ Chanaan assignantur, frequenter dicitur, à Dan vsq; ad Berfabee. Eratque ad radices montis Libani sita, ad ortumq; Iordanis, qui ex duobus fontibus simul coniunctis efficitur. Dicta est autem Cæsarea Philippi, à Tetrarcha Philippo, ob Tiberium ita eam appellante. Hæc eadem à Rege Agrippa prolatis pomœrijs exornata, mutato nomine, in Neronis honorem vocata est Neronias, vt autor est Ioseph. lib. 20. de antiq. cap. 8. Græci autem Panœada vocant, nunc dicitur Balneas. Alia verò est Cæsarea Palæsthinæ, per quadraginta leucas ab hac distans, quæ sita est in littore maris: quæ cum olim turris Stratonis diceretur, ad honorē Octauiani Augusti reędificata, & aucta ab Herode Ascalonita, Cæsarea vocata est, vt tradit Iosephus. Huius Episcopus fuit Euseb. Pamphili, Cæsariensis dictus. Distat autem à Ierusalem hæc posterior Cæsarea per viginti leucas, sicut prior per quinquaginta duas & per vndecim à Sidone. Et ad magis faciendam fidem de re ipsa, locū signauit, non autem quasi fides, quam hic Apostoli sunt confessi, fundanda esset à Gentibus, quia à Iudæis est fundata; nec quasi timerent confessionem de Christo facere in terra Iudæorum, quia hæc erat etiam terra Iudæorū. Et quia hæc confessio secreto facta est, & non coram Iudæis, vbique fieri sine periculo poterat: & vt ait Marc. *In via facta est*, dum proficiscerētur in partes Cæsareę Philippi, & separato Christo ad orandum, vt scribitur Luc. 9. vt scriò Christum promisisse intelligamus, Petro primatum, & secretam fuisse confessionem intelligamus; & quasi tunc pro Petro rogauerit, ne deficeret fides eius. Est autem hoc loco pulchra quædam, & minimè silentio tegenda allegoria: quam etsi Hæretici, pro more suo, sint despecturi, aut derisuri, Catholici tamē illam, vt potè veram, & fidē ædificantem, li-

Quænam illę partes.

Cæsareæ Philippi nomina antiqua.

Cęsarea Philippi vnde hoc nomen accepit: eius aliæ appellationes.

Cæsarea Palæsthinę quæ sit, eius situs, nomē aliud, ab Ierusalem interuallum. *Ioseph.*

Locū cur expresserit Euangelista cōfessiōnis Petri.

Quare secreta fuit illa cōfessio.

Elegans huius historiæ allegoria.

Vnde Iesus sit egressus in partes Cæsareæ Philippi.

tem, libéter sunt amplexuri. Aduerte ergo Dominum post multiplicationem panum, & increpationē Pharisæorum, quod peterent signa de cælo; & post damnatā doctrinam illorum, tūc describi venisse in partes Cæsariæ, id est, post cōuersionem Iudæorū per Apostol. significatam in illa septem panum multiplicatione, & terram Iudęorum desolatam, Dñs adijciens oculū prouidentiæ ad Gentes, venit in principem vrbē, & dominā Romam, à qua cæteræ vrbes orbis audire professionem fidei cælestis deberēt. Roma enim verè Cæsarea erat, & verè Philippi, id est bellicosa: in quo regni eius fortitudo significatur, quæ in ferro apud Danielē est figurata. Venit ergo in partes Cæsareæ Philippi in Barnaba, Paulo, sed præcipuè in B. Petro Apostolorū principe, vt ibi suum principatū collocaret, & ferrum cederet piscatori: ideò Petro recedēti ex vrbe occurrit Dñs, interrogatusq; à Petro: *Domine, quo vadis? Vado*, inquit, *Romam iterū crucifigi*; significans, debere illum ibi morte oppetere pro Christi gloria; & ibi cathedram suam constituere. Romæ aūt ventilantur opiniones hominū de Christo, id est, hęreticorum, & stat Petri confessio, id est, Papæ sententia, & à nullo requiritur cōfessio, nisi à Petro. Vnde Leo Papa in illa verba: *Tu es Christus filius Dei viui*, rectè ait: *In vniuersa namq; Ecclesia: Tu es Christus filius Dei viui, quotidie Petrus dicit: & omnis lingua quæ cōfitetur Dominum, magisterio huius vocis tribuitur. Hæc fides diabolum vincit, & captiuorū eius vincula dissoluit.* Hæc ille. Cùm ergo facta his dictis concordent, nescio cur hæc allegoria, vlla vel apparenti ratione reprobari possit.

¶ *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Interrogat Christus: non quod hominū opiniones illum laterent; sed vt occasio discipulis præbeatur aperiendi nobis propriam sententiā de Christo; & vt opinio falsa turbæ monstretur, etiamsi præclarè sentiret, quòd ad minus putarēt esse aliquem insignem Prophetā ex mortuis, & nos videam⁹ Iesum, christi nomen signis suis cōparasse; & vt præstet exemplū omnibus, maximè aūt Prælatis & superioribus, vt interrogent & quærant quid homines de ipsis sentiant, vt vel si quid per ignorantiam peccant, vel per surreptionem, corrigant, vel, si rectè ambulant, contendant quotidie proficere in melius, & se ipsos virtutibus superare.

¶ *Homines.* Non bestiæ & hostes capitales, vt Pharisæi, nec vos dij, sed reliqui omnes: non enim tantùm est vnus status, vel varij, & diuersi, humano spiritu & sensu præditi, homines dicuntur, quos Luc. cap. 9. turbas vocat: nam volebat rem supra hominum captum constituere, quòd scilicet esse filius Dei: non interrogat de sensu Pharisęorum, qui non humano, sed diabolico sensu pronuntiabant esse illū seductorem, & dæmonium habentem.

¶ *Filium hominis.* Non vt vitet laudem & iactantiam, dixit in tertia persona: quia nonnulli textus habent, & Epiphan. in Anchorato legit cū Cyril. lib. 12. in Ioan. *Quem me dicunt homines esse filiū hominis?* & quia infra dicit: *Vos aūt quem me esse dicitis?* Syriacum quoq; Euangeliū eandem lectionem sequitur: sed ex more consuetudine loquendi sic se Dñs vocabat. Turbæ autem cōfessio exigitur, quia bona erat, etsi non æqualis, ideò ex hac, quā non sunt imitati discipuli, conuenienter ascenderūt prę clariùs turba sentientes. Confundunturq; Iudæi, talem, id est, ad minus Prophetam, crucifigentes. Turbę aūt cōfessio videtur præpolita, quia excludenda erat, & viam facere debebat maiori confessioni ab ea differenti. Pharisæi taciti sunt, quia manifestè Christum oderant.

At illi dixerunt, alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Qui Ioannem Baptistā putabant, illi Iesum & Ioan. eodem tempore viuētes non viderunt, quemadmodum Herodes, qui Iesum Ioannem putabat: non quia baptizaret, quia Iesus non baptizabat, sed discipuli eius, vt tradit Ioan. 4. & tales nesciebant Christū baptizare, quia ex signis tantū notus erat, quæ Ioannem resurrectione fortiorem factum edere putabat: & quia sanctior, & maior habebatur; propterea præponitur, quemadmodum Helias Ieremiæ. Qui verò Heliam putabant, in eo nitebantur, quòd esset vēturus ante diem Domini magnum: sed falsum quod illo tempore. Neq; verùm est quòd existimarūt Heliam, quia trāsiui Iordanem in typum Baptismi: quia illam figuram nesciebant Iudæi, & leuis similitudo. Qui verò Ieremiam existimabant; hoc est, quia peculiaris aduocatus erat genti Iudæorum, vt scribitur 2. Mach. 15. non autem quia dicitur: *Prophetā in Gentibus constituite, & antequam exires de vulua, sanctificaui te*; quia Iudæi id ignorabant de Christo. Et verbum *Sanctificaui*, secūdùm Iudæos idem est, ac destinaui mente ad prædicandum: quemadmodū Exod. 19. & Ios. cap. 3. & 7. *Sanctificamini in crastinum*; id est, estote parati. Iosephus filius Gorion, qui Hebraicè descripsit historiam Iudaicarum rerum, à captiuitate Babylonica vsque ad Pilatū, tradit rationem, ex qua colligimus, quare de aduentu Ierem. esset apud Iudęos opinio. Ait enim: *Ieremias cùm arcam abscondisset (de quo etiam 2. Machab. 2. habetur) non sciet*

Vrbis Romæ excellentia, etymon, eius figuræ. *Dan. 7.*

Romā Christus quando venit.

Ibi quæ opiniones de Christo dijudicentur. *Leo I. serm. 2. in anniuersario die assum. sua ad Pontif.*

Fidei de Christo à Petro cōfessæ virtus.

Christus cur interrogauit, homines quid de seipso sentirent.

Pastores quā do interrogēt exemplo Christi.

Homines qui nam illi, qui de Christo minus rectè sentiebant. *Ioan 7. Infra 8. Sup. 7. & ali.*

Christus esse filium hominis appellauit. *Epiphan. Cyril. capitum. 1.*

Plebis confessionem prius Apostolo Domino quisitum.

Iesum Ioan. Baptistā esse quasi existimabāt.

Alij vel an Heliā, Christum p tiuit. *Malac. 4. 4. Reg. 2.*

Quare Ieremiam.

Ieremias

Quomodo Ierem. fuit sanctificatus.

Ioseph. filius Gorii. lib. 10.

Ierem. de & Helia uentu ve nium.

sciet homo, neq; cognoscetur locus, donec veniam ego, & Helias Propheta famulus Domini: tunc restituemus arcam in locū suum intra sancta sanctorum. Sic ille. Quod verò aiunt: *Aut vnum ex Prophetis*, Luc. expressiùs ait: *Quia Propheta vnus de prioribus, vel antiquis surrexit*; nam futuri non erāt sub numero. Opinio aūt quòd Iesus esset Christus, quia non erat plebis firma sententia, sed sub dubio, non recensetur. Vnde Matt. 12. dicebant: *Nunquid hic est filius Dauid?* & Ioan. 7. *Nunquid verè cognouerūt Principes, quia hic est Christus?* & Luc. 7. *Propheta magnus surrexit in nobis:* & Ioan. 6. *Quia hic est verè Propheta qui vēturus est in mundu*; & in die Palmarum, cùm cecinerūt, *Hosanna filio Dauid*; & postea nō permanserunt in sentētia. Vnde Ioan. 6. *Quod ergo tu facis signū, vt videamus & credamus tibi?* Chananæa verò, & cæcus natus non faciūt opinionē, quæ narranda esset. Cōmuniter aūt non senserunt de Iesu, quòd esset Christus: tum ob Pharisæos, qui non ita aduersabantur Ioanni atq; Iesu: proinde de eo credebant quod esset Christus Luc. 3. Deinde, vt docet episc. Abulens. hoc erat, quia Christus non concurrebat cum illis ad credendū, ne impediretur passio Domini: & ideò hic indixit Apostolis silentium. Sed profectò hęc ratio nō satis est solida: nam quomodo alias culpa esset, ipso non concurrente, non credere, & quare eos Iesus incredulitatis argueret?

Vos autem quem me esse dicitis? Interrogat Apost. vt confitendo mereantur, & in confessione cōfirmentur, & nos eorum sententiam & fidē agnoscamus, imitemurq; atque sequamur. Vos ergo, qui supra homines & turbas esse debetis, & in schola mea per tot annos versati, turbas sapiētia excellere debetis: qui sal terræ & lux mūdi vocati estis, quē me esse dicitis? Non inquit, Quem dicitis esse filiū hominis? sed me, vt ab humanis eleuaret eos ad diuina. Vnde Hierō. in hæc verba: *Vos autem quem me esse dicitis? Illis*, inquit, *quia homines sunt humana opinantibus: vos qui estis dij, quem me esse existimatis?*

Respondēs Simon Petrus, dixit. Solus Petrus respondit, non alij: quòd si dicas, respondit pro omnibus; ait enim Chryso. *Quid igitur Petrus, omniū Apostol.os, vertex consortij totius? Cùm omnes interrogati essent, ipse solus respōdit.* Sed sobriè intellige dicta horū Patrum: nō enim respondit, tanquā qui omnium mentem sciret, aut qui tanquā procurator eorū, mandatū respondendi haberet; sed vt præstantior, & feruētior cæteris, & Deo ita disponēte, quia summus Pontif. & pastor Ecclesiæ futurus, cuius fides ab omnib. sectanda esset: quia vnica est tantū fides. Alij tamen eandem fidē habebant: alioqui & ipsi depromerent suā fidem, & Christus quęreret, & increparet eos, & non pręciperet omnibus vt tacerent. Pro se solo ergo respondit: & non ait, vt alias, *Domine ad quē ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus, & cognouimus quia tu es Christus filius Dei*; solus beatus prædicatur, & Christus dixit ei: *Caro & sanguis non reuelauit tibi*, id est, nullus hominū vel Apostolorum. Alij aūt tacendo approbarunt sententiam, quemadmodum Matt. 26. loquēdo cōprobarunt, quod ipse ante alios dixerat, nempe: *Et si oēs scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor*: & subdit post ea: *Similiter & omnes discipuli dixerunt.* B. Cyrill. in Ioan ita scribit: *Et quando Saluator discipulos interrogauit dicēs: Quem me dicunt homines esse? cùm iterū post responsionem ab eis quæreretur; Vos aūt quem me dicitis esse? vt princeps, caputq; cæterorū primus exclamauit: Tu es Christus filius Dei viui.* Hæc ille, indicās Petrum etiā ante hanc fidei suæ cōfessionem esse primū, principemq; & caput aliorū, id est, talem à Christo fuisse designatum, tum in nominis Cephæ impositione, tū in eo quod in Apostolatu primū ipsum esse voluit; hic tamen apertiùs & firmiùs eadem primatus autoritas tribuitur.

Tu es Christus filius Dei viui. Professus est his verbis filiationē Christi cum Patre naturalem, & qua Patri est consubstantialis; non autem adoptiuam aliquā quamuis excellentē, vt oēs Patres vno consensu docēt. Propterea meritò Erasmus, qui illam vocauit in dubium, dicendo eum vocatū filium Dei, singulari more, vel amore, quòd homo esset excellentibus Dei donis prędituś, meritò reprehensus à Catholicis fuit. Nam si illud verum esset, Ecclesia in fide Ariana, vel ea minori firmata fuisset: & beatitudo in confessione Christi hominis tantū posita esset, quæ communis esset hominibus & turbis, qui eum hominē habebant: & ita sentientes nihil plus Christo tribuerent, quàm qui illū existimabant Ioan. Bapt. Heliam, aut Ierem. Hoc ergo impio sensu, & Ariano excluso, dicamus Iesum filium naturalem Dei hoc loco confessum à Petro. Non autem id elicitur ex particula illa *Viui*, quia scilicet dicitur filius Dei viui, vt Caiet. existimauit: *Quia naturalissimum est*, inquit, *viuentibus, vt talia sunt, sibi simile in natura producere.* Sed debilis est consideratio. Quia si in ea vis & pondus confessionis consisteret, non esset omissum, vt non necessarium ab alijs Euangelistis Mar. & Luc. Deinde hæc ratio instātijs perimitur: nam apud Oseam dicitur: *Et erit in loco, &c. vbi eis dicetur, filij Dei viuentis* (scilicet estis vos) neque

tamen

Quare vnum aliquem ex Prophetis alij Christum opinabātur.

Vulgi opinio quòd Iesus esset Christ⁹, cur hic minimè recēsetur *Matt. 21. Supra 15. Ioan. 9.*

Qui ob causam cōmunis olim opinio non facit, Iesum esse Christum. *Epist. Abul. in Matth. 16. cap. 9.*

Ratio quorū dam minimè probabilis.

Quid Apost. de se quid opinētur Christus interrogat quod sciebat? Quāti & qua lis erāt Apostoli. *Matt 5.*

Hieronym. in Matt. to. 9.

Solus cur Petrus respōdet, cū tamen omnes Christum interrogasset. *Chryso. ho. 55. in Matt. to. 2.*

Altera ratio verior, & accōmodatior.

Cæteri Apostoli quid de Christo sentirent. *Ioan. 6.*

Cyril. li. 12. in Ioan. c. 64.

Petri primatus vnde colligitur. *Ioan. 1.*

Petrus Christum quē esse filium Dei sit confessus.

Contra Eras. Roterodam.

Nisi Christus Dei filius esset Patri consubstātialis, quid inde.

Dei cur viui filius nominetur Christus, ratio Caietani satis infirma.

Osea 1.

tamen nos naturales filij Dei sumus. Et adiectiuum, *Viui*, in obliquo positum non denotat illã, vt sic dicam, formalitatẽ, quam denotaret in recto: quemadmodum si quis dicat: Hic est filius Platonis Athenien sis, non tamen quatenus Athenien sis est, eum genuit. Dicitur ergo, *viui*, ad differentiam falsorum deorũ, qui non viuunt in seipsis, sed in opinione hominum tãtùm: vnde de illis Propheta pronuntiat: *Simulachra Gentium, argentum, & aurum; opera manuũ hominum. Os habẽt, & non loquentur. Oculos habẽt & non videbunt.* Id est, non viuunt. Alia ergo sunt validiora & fortiora, & primò quidem, quòd cum articulis quatuor Græcè dicitur: Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος: Id est, *Tu es ille Christus, ille filius illius Dei, illius viuentis.* Nimirum cũ multi sint Christi & filij Dei, vnde scriptum est: *Nolite tangere christos meos*; & rursus: *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes*; tu tamen es ille eximius & singularis Christus, optimus & maximꝰ hominum, & non vt alij per participationem: tu ille eximius & præstãtissimus Dei filius, id est, naturalis, & nõ vt cęteri per adoptionem: & tandẽ cùm plures sint dij, tu tamen filius illius es, illius qui verus est, & viuus Deus, quomodo scilicet hoc nomẽ Dei minimè cõmunicatum est creaturæ: denique cùm quælibet persona in diuinis verus sit Deus, tu non es filius cuiuslibet personę diuinæ, sed illius, quæ est prima persona, ad Patris videlicet personã respiciẽs, ad quem ratione principij primò pertinet quòd viuat, cùm sit fons & origo vitæ aliarũ personarum. Trinitas verò origo est, & finis verus creaturarũ omnium. Deinde illud ex alijs Scripturis euincimus. Nam filius Dei, singulariter filius Dei naturalis designatur. Vnde Ioan.20. dicitur: *Hæc scripta sunt, vt credatis quia Iesus est filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius*; non est autem vita, nisi credamus filium Dei naturalem. Deinde Ioan.9. exigens fidem à cæco nato, dixit illi: *Credis in filium Dei? At ille ait, Credo Domine. Et procidẽs adorauit eum.* Ad hæc Matt.3. dicitur, *Hic est filius meus dilectus.* Et Ioan.5. *Persequebãtur Iudæi Christum, eo quòd Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo*: quoties ergo se filium Dei vocabat, dicebat patrem suũ Deum; quod tantundem erat, ac dicere, se æqualem Deo: vt Catholici contra Arrianos annotarunt, & Paulus ad Hebr.1. dicens: *Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Ergo filius Dei, & filius meus, naturalem filiationem designant. His accedit quod dicitur Ioan.19. *Nos legem habemus, & secũdum legem debet mori, quia filium Dei se fecit*; non autem quòd se adoptiuum faceret, dignus fuisset morte; cùm omnibus dictum sit, *Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes.* Postremò Lucæ 1. vocatur filius Altissimi, Ioann.3. Filius vnigenitus, & ad Roman.8. Filius proprius appellatur, & 1. Ioan.5. Filius verus: ex quibus omnib⁹ colligimus, nomine filij Dei, naturalem, aut consubstantialem Patri intelligi filiũ. Quem sensum reddunt omnes patres, & tota Ecclesia sic intellexit: est enim consuetudo optima legum interpres, vt tradit Iurisconsultorũ regula. Libet subscribere verba B. Leonis ser.2. in natiuitate Apostolorum Petri & Pauli: *At vbi* (inquit) *quid habeat discipulorum sensus, exigitur, ille primus est in Domini confessione, qui primus est in Apostolica dignitate. Qui cùm dixisset: Tu es Christus filius Dei viui, respondit ei Iesus, Beatus es Simõ Bar-iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. Ideò beatus es, quia Pater meus te docuit, nec opinio te terrena fefellit, sed inspiratio cœlestis instruxit: & non caro & sanguis, sed ille me tibi, cuius sum vnigenitus, indicauit. Et ego, inquit dico tibi, hoc est, sicut Pater meus tibi manifestauit diuinitatem meã, ita ego notam tibi facio excellentiam tuã.* Idem in hom. de Transfiguratione docens ait: *Petrus Apostolus per reuelationem summi Patris corporea superãs, & humana transcendens, vidit mentis oculis filiũ Dei viui, & confessus est gloriam deitatis.* Hactenus ille. Euthym. etiam interpretans illud quod præcepit discipulis, vt nemini dicerent quòd ipse esset Christus, exponit, id est, quòd naturalis filius Dei esset, sicut Petrus confessus est, ac subdit: *Necessarium siquidẽ erat, vt hoc ab ipso Patre reuelaretur; ab ipso autem filio per mortẽ confirmaretur; & à solis discipulis cognosceretur, vtpotè qui populoribus perfectiores erant, & cõmunes orbis magistri: populares verò id nunc scire noluit vsque ad resurrectionẽ suam à mortuis: ne si nunc discerent illum naturæ esse Dei filiũ, & naturã Deũ, postea videntes eũ ignominiosè contumelijs affectum, & indigna passionem, ac acerbè interemptum, offenderentur; & rursum ad priorem incredulitatem recurrerent, aggreq; ab ea reuocarentur.* Hæc illi.

Sed ait Erasmus hunc sensum de cõsubstantiali filiatione Petrũ non habuisse. Sed hoc dicitur quidem, at nõ probatur. Nam si non habuit sensum quòd esset filius Dei naturalis, ergo illud habuit, quòd esset adoptiuus, quia inter adoptiuum & naturalem mediũ dari nequit: at hic sensus falsus est, & hæreticus, quẽ docebat Arius. Ergo confessio Petri, & Arij vna fuit: sed hunc sensum Petrus habuit ex reuelatiõe Patris; iniquè ergo damnatus est Arius, confitens illud quod Petrus. Quòd si quis dicat,

II. ratio vera atque legitima.

Psal.115.

Filij consubstantialitatẽ cum Patre vnde hoc loco lector optime deprehẽdas.
Psal.104.
Psal.81.
Ioan.10.

Propriũ primæ personę, Patris scilicet, in diuinis.

Qui loci præterea Euãgelici Christũ Dei filiũ nominantes, ar guãt necessariò naturalẽ, non adoptiuum.

Psal.2.

Petrum confessum esse Filium Dei, non cogitando an esset naturalis, an adoptiuus: egregia profectò esset confessio, & congrua reuelationi Dei, & digna beatitudinis præmio. Certè Ecclesia hora dici prima inuocat Christum Deum, cũ ait: *Christe Fili Dei viui, miserere nobis*; & in Litanijs, *Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis*: vbi simul & Filius, & Deus dicitur, & ab eo, vt à Deo, petitur misericordia. Et ita naturalem cõfessi sunt, qui eum Filium Dei agnouerunt, vt Nathanael Ioan.1. qui tanto perè à Christo laudatur, & Martha Ioan.11. & iterum Petrus Ioan.6. & nautæ qui exierunt de naui, qui adorauerunt eum, dicentes, *Verè Filius Dei es*, Matth.14. & Centurio, qui in Cruce clamauit; *Verè Filius Dei erat iste.*

Iam explicanda est altera vox, *Tu es ille Christus.* Ita vt huius nominis vis, & plena atque eximia significatio singulariter tibi conueniat. Nã olim Sacerdotes, Reges, atq; Prophetæ inungebantur, vt Aaron Sacerdos, Saul, atque Dauid, Reges vncti sunt, & singulariter de Helisæo propheta legitur quòd fuerit vnctus. Eget enim mundus Sacerdotio, vt oblatione placari possit Deus. Eget Regia potestate, si enim nõ sit in omni congregatione qui legem ferat, & qui, quod iustum est, administret, continuò perit cõgregatio: oportet etiam esse prophetam in Regno, quia multa Dei nutu aperiuntur ad regimen necessaria, quæ humana sapientia coniectari nequeunt: quare nonnulli Reges erant etiam prophetæ, vt Dauid, & cum ipsi hoc dono destituerentur, non deerant serui Dei veri & Prophetę qui supplerent. Illa autem inunctio significabat abundãtiam gratiæ, qua & præstare cæteris debebant Sacerdotes, vt qui inter Deũ & homines erant mediatores. Deinde Reges, qui ad aliorum regimen constituebantur, sapientia abundantiori indigebant: vnde quidam sapienter dixit; Magistratus virum ostendit. Ad hæc Doctores & scientes diuinorum, qui prophetæ dici possunt, necessarij sunt: quia qui ad docendum alios diuina constituitur, ipse super alios scientia excellere, & abundare Dei gratia debet. Sed hæc omnia eximiè, & excellenter Iesus complexus est: ipse enim Sacerdos, Rex, & Propheta simul est: nec qualiscunque Sacerdos, sed qui vnica oblatione consummatus, seu expiauit in æternum sanctificatos: nec qualiscunq; Rex, sed à Deo electus, & cuius regni sit nullus finis futurus: nec qualiscunque propheta, sed magnus, & qui in sinu Patris omnia vidit, & penetrauit; & posteà docuit atque enarrauit nobis. Hæc autem officia redimendi mundum, regendi, atque docendi, puræ creaturæ, siue illa Angelica sit, siue humana, quadrare nequeunt Sacerdos erat, includit opus redẽptionis: ergo & Deus erat. Et si Rex est, in hoc quòd regat Ecclesiam, quam redemit, Deũ etiam esse illum oportet. Si etiam Propheta est, & ille insignis, qui relicto Mose, audiendus erat: ergo plusquam homo erat: ergo Deus erat. Et attentè expende, quòd Marcus & Lucas omittunt verbum, *Filius Dei viui.* Petrus enim tantũ dixit, *Tu es Christus*, apud Marcum & Lucam: vt agnoscas sub ea voce Christi, cùm certus, & eximius significetur, ipsam diuinitatẽ includi. Vnde Theophylactus expendit cum articulo dictum: *Tu es Christus ille Dei.* Dicitur ergo cum articulo, *ille Filius Dei*, quod non adoptiuum, sed naturalem, & vnigenitum denotat. Et certam personam designat articulus cuius sit filius, & non alterius, quod ostendit Christum esse Deum: nulla enim creatura potest dici filius primę personę in diuinis, quin sit etiam secundæ & tertiæ: solus Iesus ita est filius Patris, vt non sit Spiritus sancti, vel sui ipsius filius. Et quod dicit, Illius viuentis: id est, eius qui potest punire incredulos, & de honestãtes Filium, cùm ipse solus viuat. Significat ergo potentiam & fortitudinem super omnes vox illa Viuus: vnde Deus iurare consueuit, *Viuo ego, dicit Dominus.*

Respondens autem Iesus, dixit ei, Beatus es Simon Bar-iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Annotat in primis Theophylactus, Marcum hanc Petri beatificationem silentio suppressisse, ne videretur in gratiã magistri sui dixisse. Verùm hæc ratio parum solida videtur: quia etiam Lucas illam prætermisit, qui tamen non putatur eius fuisse discipulus. Ex fide autem beatus pronuntiatur Petrus, primum quidem in spe, nondum tamẽ in re: quia fides in spem videndi Deum facie ad faciem inducit, in ipsam tamen visionem perfectam nequaquam introducit: & hæc est spes, quæ non confundit. Ex fide enim iustificatus, operari quis potest, ad hanc mercedem beatitudinis obtinendam certa spe: vt qui seminat, beatus est in spe fructus colligendi, & qui scriptus est hæres in testamento, præsertim filius, beatus dicitur; nam via denominatur à termino, ad quem tendit. Vnde, teste Apostolo, generatio dicitur natura, quòd sit via ad illam tendens, & Neapoli, Porta Nolana dicitur, qua Nolam proficiscimur. Ita fides, quæ quoddam principium ad assequẽdam beatitudinem est, beatitudo dicitur, & hominem in diuinum quoddam principium transfert, de quo ait Ioannes: *Dedit eis potestatem*

Matth.17.

Marcus & Lucas hanc eandem referẽtes historiã, cur tacuerint illud verbũ Matthæi: Filius Dei viui. *Theophyl.*

Christ⁹ quatenus filius illius viuentis appellatur.

Theophylacti de beatitudine Petri à Marco prętermissa, ratio minus ac commoda.

Petrus Christum filium Dei viui confitens, quomodo beat⁹. *1. Corinth.13. & 1. Ioan.3.*

Ephes.2.

Fidei effect⁹.

Ioan.1. Quid: Caro, & sanguis nō reuelauit tibi.

Galat.1.

1.Corinth.15.

Tertulliano quid sit caro, & sanguis hoc loco. *Tertul. part. 1. propesinem.*

Felicitas æterna quanta sit, quibus tantùm subsidijs comparabilis.

Psal.93.

1.Corinth.2. Ioan 6.

Explicatur hoc verbum: Simon Bar-iona. *Ioan.21. Hieronym. tomo 9.*

Ioan.1.

Ben-iona quid sonet.

Euthy.ca.16.

Matth.3.

filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: hinc dicitur: *Quia caro & sanguis non reuelauit tibi.* Vbi caro & sanguis, hic hominem ex carne & sanguine constantem significat: & Paulus in eodē sensu dixit; *Continuò non acquieui carni & sanguini*; Id est, meæ fidei Euangelicæ non secutus sum hominum, vel consanguineorum sententiam. Et rursus cùm ait, *Caro & sanguis regnū Dei possidere non possunt.* Id est, homo qui solùm ducitur carne & sanguine in cognoscendo, & operando, nō assequetur regnum Dei. Designat ergo hoc loco hominem purum, siue parentem Petri secūdùm carnem humana minimè transgredientem: sic enim Tertullianus in libro contra Praxeam per carnem & sanguinem patrem terrenum & carnalem intelligit, vt opponatur Patri cælesti. Ab homine ergo puro, quicunq; ille sit, non potest venire ille ad beatitudinem assequendam doctrina; ex sensibus enim illa doctrina accipitur: at felicitas hæc omnem superat sensum & cognitionem hominis, & ad eam comparandam adaptantur Spes, Fides, & Charitas, quæ humanam superant facultatem. Nemo enim potest credere Deum verum, & hominem, esse Iesum; neque potest quis dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, neque sperare æterna illa bona, neque diligere Deum super omnia, & super seipsum; nisi infunderentur Fides, Spes, & Charitas in cor hominis. Propterea enim beatus dicitur, quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eū: quia animalis homo non potest percipere ea quæ sunt Spiritus Dei; & Dominus ait; *Omnis qui audiunt à Patre, & didicit, venit ad me.*

Simon Bar-iona. Iona, per contractionem, vniusq; syllabæ omissionem, pro Ioanna scriptum est, quomodò post resurrectionem apud Ioannem c.21. dicitur, *Simon Ioannæ*, siue *Ioannis*, vt notauit Hieronymus in Matthæum, quanquàm reuera ibi iuxta Græcam veritatē nō dicatur filius Ioannæ, sed filius Ionæ: vt Ioan.1. dicitur, *Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Et dictio cōposita est ex Syra lingua & Hebræa, nam Hebraicè diceretur Ben-iona, & significat filium columbę: erat enim nomen Patris Iona, vt testis est Euthymi⁹, qui colūbam significat. Vt ergo tu filius es Ionæ naturalis, ita & ego Filius Dei vnigenitus & naturalis: nec tantùm es filius Ionæ naturalis, sed etiā filius colūbæ, id est, inspiratus à Spiritu sancto ad credendum, qui in columbæ specie apparuit. Beati etiā quicunq; sub hoc nomine continentur, id est, quibus eorum nominum significatio congruit, vt sint Simones, id est, audientes & obedientes verbo (fides enim ex auditu est) & vt sint filij Ionæ, id est, columbæ, siue Spiritus sancti.

Sed obijcies primū; Si fides in nobis gignitur ex auditu, & auditus est ex prædicatione hominis, qui est caro, & sanguis, & ille reuelat mysteria, nā & ipse Christus homo Petro se reuelauit Deum per verba & miracula: quomodò ergo nō reuelauit Petro caro & sanguis, si Christ⁹ est homo? Respondeo; Prædicator verbi credenda proponit, & illa credibilia efficit his, qui aliqua principia ponūt & fatētur. Vt v.g. Dei prouidentiam, signa; Scripturas veteres; Patrū historias; legis Christianæ puritatem: vitæ sanctimoniā, quæ omnia ad persuasionē faciūt, vt assentiat auditor; sed non aliter, nisi intus lumen diuinū existens affulgeat, quo talia illustrentur, & credibilia mentri fiant, quemadmodū prædicantur. Ad hæc prædicator Euangelij, si verè sit prædicator, non est cēsendus caro & sanguis: quoniā nō humana exprimit, sed diuina, & nō vt homo, sed vt propheta illustratus à Deo loquitur: in quo munere omnib. excelluit Christus.

Alterum dubium est; Cur solus Petrus à Domino beatus prædicatur, cùm alij plerique eandem fecerint confessionem? vt Nathanael, Ioan.1. Et qui de nauicula exeūtes dixerunt, *Verè Filius Dei es.* Et Ioan.6. Petrus idem confessus est, nec tamen beatus pronuntiatus. Et Martha Ioan.11. idem dixit. Respondent quidam de Nathanaele, quòd etsi ijsdem verbis vsus est, non tamen eodem sensu, quo Petrus protulit, quia Petrus naturalem, ille adoptiuum intellexit. Et profectò fallax est ratio Caietani: quia hic dicitur Viui, non ibi; quod insi ātia perimitur, vt supra diximus. Chrysostomus verò illud de Nathanaele ex eo accipit, quia vocauit eum Regem Israel, quasi non esset Rex totius mundi. Verùm illa appellatio, quæ vera erat, & de regno spirituali intelligebatur, nihil obstabat eius diuinitati. Vnde Michæas; *Ex te exiet Dux, qui regat populum meum Israël.* Et pueri cecinerunt Domino; *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israël.* Ad hęc Nathanael ad id credendum motus fuit, quòd Dominus ei dixerit, *Ecce verus Israelita, in quo dolus non est*: nam nosse cor hominis, solius Dei esse videtur. Nec rursus obstat, q. Dominus dixit, *Quia dixi tibi; Vidisse sub ficu, credis: maius his videbis.* quia ex his potius perfecta eius virtus laudatur: absolutè enim dicitur, Credis; & verba sunt laudationis, non increpationis;

Qui prætetei Christum filium Dei esse fuerint confessi. *Matth.14.*

Ioan.4.

Matth.3.

Ioan.1. Matth.17. Matth.3. Ioan.1.

Matth.4.

Ioan.11.

Matth.27.

Hieronym.

Cur nec Christus quare non dixerit beatos, nisi Petrum.

Leman.4.

increpationis; & quia ex minori signo credidit, promisit ei maiora ad confirmandum eam fidem, quòd missurus esset Angelos ascendentes & descendentes supra Filium hominis; quod indignum erat videri ab eis fieri in hominem non existentem Deum. Ideò dicendum est, nihil absurdi esse, confiteri, quòd Nathanael crediderit eum verum Deum, cùm is esset in quo dolus non esset; &, vt fatetur Chrysostomus, signa diuinitatis vidisset, & designauit ei certum & eximium Dei filium. Mirum etiā esse non debet, quod qui in naui adorauerunt, & cōfessi sunt verè Filium Dei, habuerunt eandem fidem, vidētes ei cessisse ventos, & fluctus, & mare superbum. Ad hæc Samaritani dicentes, *Ipsi audiuimus, & scimus, quia hic est verè Saluator mundi*, quomodò non cogitabant ipsum Deum? & illi qui audierunt Christum in sanatione paralytici probantem se Deum, & habentem potestatem remittendi peccata? & cùm Petrus Ioan.6. in omnium persona inquit, *Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Filius Dei*, sic enim Græcè habetur, & ita Chrysostomus legit. Et in nuptijs, quando crediderunt in eum discipuli eius: & cùm vox de cælo audita est, *Hic est Filius meus dilectus*; & Ioannes Baptista, *Hic est qui baptizat in Spiritu sancto*: Et, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: quæ omnia ostendunt eum Deum, etiam cùm dæmones clamabant Filium Dei, sanctum Dei, & vnus eorum dixit, *Dic vt lapides isti panes fiant*: Martha etiam, dicente Christo, *Ego sum resurrectio & vita, &c. Credis hoc? ait illi, Vtique Domine ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc mūdum venisti*, siue, vt lectio Græca habet, *venturus erat*. Porrò Centurio, qui Dominum vidit expirantem, à signis confessus est eius diuinitatem: *Verè*, inquit, *Filius Dei erat iste*: vt eo loco Hieronymus apertè confitetur. Si ergo hoc, Filius Dei significat in Scripturis, quamobrem Erasmus disseruit, discipulos Christi, imò etiam Petrum Apostolorum Principem mysterium Deitatis ignorasse vsque ad diem Pentecostes? Cùm ergo quæritur, cur solus Petrus prædicetur beatus ab hac fide; Respondemus; Nonne etiam dictum est de Abraham quòd credidit; & reputatum est illi ad iustitiam; & tamen ante ipsum, & posteà multi crediderunt? Dictum ergo de Abraham, vt typo iustificatorum omnium; & in illo de omnibus iustificatis: vt declarat Apostolus Romanorum 4. Ad hunc modum beatus dicitur Petrus ob cōfessionem, & exertam atque explicitam fidem Deitatis Christi; vt sit exemplum omnibus fidem confitentibus, & in illo credentes & confitentes, beati similiter prædicentur.

Sed Pater meus qui in cælis est. Pater essentialiter accipi potest pro ipso Deo, vel personaliter de prima tantùm persona; vt confirmet dictum Petri, *Tu es Christus Filius Dei viui*; ac vt denotet distinctionem inter Patrem & Filium, quā non notaret, si diceretur filius Spiritus sancti, qui etiam non erat eo tempore detegendus vsque ad diem Resurrectionis, quando dixit, *Euntes docete omnes Gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Vnde Matthæi.11. cum dixit; *Nemo nouit Filium nisi Pater; neque Patrem quis nouit nisi Filius*: ibi etiam Spiritus sancti non meminit. Si autem diceret, sed Deus qui in cælis est: vel innueret, se non esse Deum, vel se sibi testimonium perhibere intelligeremus. Quoniam ergo à Deo Optimo Maximo, & maximè à prima persona, quæ à nulla procedit, & reliquæ ab eo procedunt, omne bonum nostrum proficiscitur; & omne verum lumen eorum, quæ ad salutem nostram spectant, à Patre luminum descendit, in cuius gloriam omnia Christus operatus est; seriò nobis laborandum est, vt illum fide agnoscamus; ore constanter confiteamur; operum bonorum officijs colamus, glorificemus atque promereamur, suffragante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre & Spiritu sancto omnis est gloria, honor & imperium per sæcula, Amen.

Cur Patrem Christus dixerit se esse filium Dei viui, Petro reuelasse, non Spiritum sanctum.

Matth.vlt.

A nobis Dei Pater quid requirat.

Iacob.1.

TRACTATVS II.

Tract. 47.

In eandem Petri confitentis historiam, Matthæ.16. in illa verba: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiā meam.*

Quid significet hoc verbum: Et ego dico tibi.

Hieronym. in Matth. tomo 9.

HACTENVS, quid sit Christus, ex ore Petri propterea à Domino commendati vtcunque intelleximus; iam quid sit Petrus, & quantæ dignitatis in Ecclesia Dei, Christus eius confessionē remunerās, declarat. Ait itaque, *Et ego dico tibi.* Id est, vt Hieronymus rectè exponit, Quia tu mihi dixisti, *Tu es Christus Filius Dei viui*: & ego dico tibi, non sermone cassō, & nullam habente efficaciam, sed solido, & firmo. Et dico tibi: quia meum dixisse, fecisse est. Et significanter in Syriaco Euangelio geminatur pronomē, dicēdo, *Et ego ego dico tibi.* id est, Ego ipse, qui iuxta tuam fidem, & confessionem homo tantus sum, & Deus sum, *Quia tu es Petrus*, Id est; sicut hoc nomen à me habuisti, vt nomineris Cephas,

Nomen Petri quid significet.

Ioan.1.

Luc. 22.

Quid obseruandum in Christi promissis. *Hieron. tomo 9.*

Petrum, non Cepham eum vocauerit interpres.

Iudæi olim quo vterẽtur sermone. *Ioan.1.*

Cephas, vel Cipho, Syriacè quid.

Simoni Barionę quando Petri nomen fit inditum.

Albert. Pighius in apologia contra Bucerum. Ioseph.

siue Petrus, sic à me habuisti, & habes huius nominis integrum, & plenam significationem: quæ nihil est aliud, quàm soliditas, & constantia confessionis fidei. *Ego enim rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Quod Dominus dixit, nó tam propter hoc quod tunc erat Petrus, quàm propter id quod futurus erat. Sic enim verba Domini sæpè accipienda sunt. Nam quod futurum est ab eo iam decretum, vt præsens est illi. Quod expendens B. Hieronymus, scripsit: *Prudens lector consideret illam beatitudinem in futuro promissam, non in præsenti datam: quam si statim dedisset, nunquam in eo prauæ confessionis error inuenisset locum.* Ita ille Pater doctissimus. Quod idcircò produxi; ne hæreticus obijciat, Petrum hic vocatum beatum, paulò pòst à Domino nuncupatum Satanam. Petrus, non erat nomen antiquum, quia sic tantùm Simon vocabatur: neque fuit à Christo impositum, quia Græcũ est, non Hebræum, vel Syrum, quibus linguis tantùm vtebãtur Hebræi. Literati quidem inter eos Hebræum idioma intelligebant, Syriaco autem sermone, quasi pro trito & materno omnes vtebãtur. Sed Christus Syriacè dixit, Cephas, vel Cipho, quod saxum siue firmitatem, & fortitudinem, siue principatum fundamenti significat. Nam Hebraicè petra dicitur Ceph, Syriacè Cepha: & vbi in Hebræo est סלע Selag, id est, petra, vt Psalm. 39. & Num. 20. in Chaldæo legimus Cepha semper. Sed vt seruaretur allusio nominis Syriaci, ab interprete dictus est Petrus. Vnde Ioann. 1. ait Dominus illi: *Tu es Simon, tu vocaberis Cephas,* & Euangelista addidit de suo, *quod interpretatur Petrus.* Illo ergo loco promissum est Simoni nomen Petri siue Cephæ, Marc. verò 3. imposuit Simoni nomen Petrus, quando duodecim in Apostolos elegit: hoc verò loco ostendit non tantùm nomen, sed etiam nominis significationem, propter solidam, & stabilem fidei confessionem illi cõuenire, vt aptum sit fundamentum Ecclesiæ, & omnium qui Ecclesiæ inseruntur. Quidã ex nostris eruditus, & strenuus in Hæreticos scriptor, allegat Iosephum De Bel. Iud. dicentem, scopulosum quendam collem, vnde ciuitas tota Ierusalem posset spectari, dictum esse Cepha. Neq; tamen certum Iosephi librum, aut caput allegauit. Certè lib. 6 De Bel. Iuda. c. 3. huius collis ferè in principio meminit, & eum asserit vocatum Scopon. Vnde in eam cogitationem veni, illũ fortasse libros de Bello Iudaic. Hebręos legisse (vt ipse Iosephus testatur in Procemio tales prius Hebraicè scripsisse) aut ab aliquo, qui eos Hebraicè scriptos legerat, admonitum fuisse, illum scopulum Hebraicè, siue Syriacè dici Cepha. Idéq; Iosephus lib. 11. Antiquit. cap. 8. persuadere videtur, his verbis: *Progressus est,* inquit, *Iaddus cum Sacerdotibus vsque ad locum, qui dicitur Sapha quæ vox speculam significat: quòd ibi & vrbs, & templum in prospectu sit.* Sic ille, rectè ex Hebræa voce etymologiã deriuans. Est enim צפה speculari, vt Græcè scribens aptauit congruum nomẽ scopos, ita Hebraicè scribens, aliud vicinum, & proprium nomen Zapha, vel Cepha idem accommodauit. Et proculdubio posterior hic locus ex Antiquitatib. declarat priorẽ de Bello Iudaico.

Idem.

Sapha qui apud Iosephum.

Quæ si vera sunt, vt videntur, profectò pulchrè hac voce, Petri, & successorum eius describitur officiũ. Ipsius enim munus est, robore suæ fidei, & soliditate confessionis Ecclesiam sustinere, & ex tantæ cathedræ principatu, quasi ex specula quadã circumspicere quomodò quisque credat, & quomodò operetur. Neq; mirũ est, Simonem dictum Petrũ, petram, vel saxum: quia etiã Ioseph Genes. 49. dicitur lapis: ait enim Iacob: *Inde pastor egressus est, lapis Israël,* id est Ioseph, qui est fortitudo Israel. Euseb. Cæs. in Chronico suo meminit Regis cuiusdam Aegypti, cuius nomen erat, Lapis loquens; & alterius Regis Cretensium, qui absolutè dictus est Lapis. Quemadmodum etiam de Domino ait Apostol. *Petra autem erat Christus:* qui & lapis abscissus de monte sine manibus dicitur à Daniele, & à Dauide, lapis reprobatus ab ædificantibus.

Quod ad Græcam linguam attinet, sciẽdũ est, vt Phauorinus notauit, Masculinè, & Fœminine dici πέτρος quidẽ κοινῶς, πέτρα verò Αττικῶς. Vnde Euripides, vanum lapidem dixit κύματα πέτρα. Quod idcircò annotauimus, ne quenquam offendat, quòd primò dicitur masculinè Petrus, ac posteà fœminine: *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*

Quia verò magnis cõtentionibus ab Hereticis nostri sæculi decertatum est de sensu legitimo horum verborum; propterea paulò pressiùs, & luculentius hæc verba tractanda sunt. Augustinus igitur tract. 124. huius loci per Petrã intelligit ipsum Christum à Petro cõfessum, qui à Paulo dicitur Petra, & Fundamẽtum, præter quod nemo aliud ponere potest. Vocatur etiam lapis angularis Matthæ. 21.

Alter sensus est, vt per Petram intelligamus fidem: vt tract 10. super epist. Canon. Ioannis tradit August. vel fidei confessionem, quam hic professus est Petrus, vt testantur Chrysost. & Theophyl. Chrysost.

Petri, & cessorum officium.

Quod Christus petram elegerit nouum, & alienum à vsu Scripturæ loquendi.

Euseb. Cæs. in Chron. Exod. 2. Daniel. 2. Psalm. 117. & alibi passim.

Hæc masculinè nemo ad hunc modum dicturus es Petrus super hanc petram ædificabo. *Phauor. Euripides. Eorum si quis vtatur ita tia. Prim. Sedu.*

August. tract. 1. Cornelius. Supra 3.

Secund. sus eruditus & alibi. mo eodem.

etiam

Chrysost. homil 53 & 83. in Matt to. 2. Theophyl. Theodor. part. 1. Ambros. tomo 1.

Hilar.

Tertius sensus.

Iidem sensus quatenus inanes fiat, & Papisticis fautoribus videantur.

1. Corinth. 3. Matth. 24.

Psalm. 38.

Matth. 7.

etiam in homil. de Pentecoste scribit: *Super hanc petram, Non ait: Super hunc Petrum: non enim super hominem, sed super fidem ædificauit Ecclesiam.* Et Theod. in 2. c. Cant. in illa verba: *In foraminibus petra,* petrã appellat fidei pietatem, & veritatis professionem, etiam allegatis verbis huius Euangelij, atq; Ambros. in epist. ad Ephes. (si tamen verus eius fœtus sit) c. 2. super illud: *Super ædificati supra fundamẽtum Apostolorum & Prophetarum: Prophetæ enim,* inquit, *disposuerunt: nam Apostoli fundamenta iecerunt. Vnde dicit Dominus ad Petrum: Super istam petram ædificabo Ecclesiam meam, hoc est, in hac catholicæ fidei confessione statuo fideles ad vitam.* Et Hilarius lib. 6. de Trinit. *Super hanc,* inquit, *confessionis petrã ædificatio est Ecclesiæ.* Hæc illi. Tertiò per petram alij intelligunt ipsum Petrum Christum confitentem, de quo dixerat, *Tu es Petrus:* atq; hunc sensum plurimi, & grauissimi Patres cõstanter tradunt. Et quanquàm hæc varietas interpretationum nõnihil genuinum sensum obscurare videatur, tamé, si rectè literam inspiciamus, hos omnes sensus mirificè in vnum cõuenire videbimus. Nam si quis primum sensum retinere velit & asserere, Ecclesiam fundatam esse super Christum; verum quidem dicet: nam fundamẽtum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: sed non satis idoneè, aut firmè docebit, nam sic nec vbi sit Ecclesia scire queas, & quod prædixit Christus, futurũ esse, Lutherus dicet, Ecce hic est Christus; Caluinus, Ecce illic est; Anabaptistę dicent apud se tantùm esse Ecclesiam: idem Iconomachi, & Iconoclastæ contendent: idem denique sentiẽt omnes Hæreses quæ Christum amplectuntur & confitentur. Quid ergo aliud quàm commẽtitia erit Ecclesia, cuius nec fundamentum, nec ædificium agnosci posset? Idem præterea absurdum planè sequeretur, si fidem, vel confessionem fidei intelligamus per petram: nam hanc certatim omnes sectę, & hæreses ad se trahunt, & quælibet gloriatur se germanam & synceram fidem habere, & extra se veram fidem non inueniri. Et ita isti sensus cùm cuicunque sectæ aut hæreticæ cõgregationi fauere videantur, nec veri existimãdi sunt. Tertius etiam sensus, si ita intelligatur, vt super personam Petri, qui homo est suapte natura, firmata sit Ecclesia, eliceretur absurdus, vt scilicet super hominem, id est, rem vanissimam, & de qua dixit Propheta, *Verumtamẽ vniuersa vanitas omnis homo viuẽs,* Deus Ecclesiam suam construxisset: quod esset facere Christũ similem homini stulto, qui ædificauit domum suam super arenã. Idem omninò absurdum sequeretur, si per Petrũ intelligamus, non tantùm eius personam, sed omnes Pastores & Episcopos, qui in partem solicitudinis vocati sunt, & Ecclesiarum suarum fundamenta existunt, vt quidam ex Patribus exponunt: nisi quòd hũc vltimum sensum aliquod maius inconueniens sequeretur, nimirum tot esse Ecclesias Christi, quot fundamenta, si super quẽlibet pastorem ædificata est Ecclesia; quod est reddere Ecclesiam ignotam, & mathematicam, cum quilibet posset ad se nomen Ecclesiæ trahere. Idem absurdum colligeretur, si iuxta sententiam Origenis in hæc verba, petra esset quis Christi discipulus ob fidem & cõfessionem eandem cum Petro, vt etiam indicat Chrysost. homil. 55. & 83. in Matthæũ. Falsus præterea est sensus Lutheri, intelligentis, & exponentis per hanc petram, ipsam Ecclesiam. Nam huic sensui repugnat ipse contextus præcedentium & sequentium: repugnat & ratio ipsa: postremo aduersatur illi Patrum traditio. Primò enim repugnant quæ præcedunt, vbi sermo est de Petro, cui dixit, *Beatus es Simon Bar-iona,* id est, Tu mihi dixisti, *Tu es Christus Filius Dei viui, Ego dico tibi, quia tu es Petrus & super hanc petram.* Nota pronomen, *tu,* & nomẽ à Christo impositum Petri, quia nomine à natiuitate dicebatur Simon. Et nomen patris carnalis Ionæ, vel Ioannis: reuelatio etiam illi soli facta, & non alijs ostẽdit quòd de Petro loquitur: nullis quippè apertioribus ac magis certis verbis poterat ostendi, quòd ad illum esset sermo. Ad hęc nec pluribus, nec euidentioribus circunstãtijs hæredes à tabellionibus publicis denominantur vel scribuntur, quàm Petrus hic sit denominatus, ac designatus. Idem probant sequentia verba: *Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunq; ligaueris, &c.* illum enim solum adhuc alloquitur. Repugnat deinde rectæ rationi ille Lutheri sensus: Quia sequitur in primis, ædificabo Ecclesiam meam: ergo Ecclesia super Ecclesiam esset ædificata: & idem esset simul respectu eiusdem fundamentum, & ædificium. Præterea nulla esset certa Ecclesia, cùm quisq; ex credentibus sit fundamentum. Ad hæc omnis hæretica congregatio se posset pro Ecclesia gerere, si ille sensus esset verus, essetq; à Christo Dei sapientia inducta Principum multitudo. Ad extremum reclamat huic sensui traditio Patrum, quæ vnum Petrum agnoscit post Christum, & sub Christo Ecclesiæ fundamentum, in his verbis. Inter quos Tertullianus erit nobis nunc instar multorum, qui libro De pudicitia ita scripsit contra hæc Hæreticorum

Orig. tract. 1. in Matth. tom. 2. Chryso. hom. 55. in eundem tom. 2.

Lutheri petram, ipsam Ecclesiam interpretantis sensus impugnatur quadrupliciter.

Prim. argu. à textu.

Secund. arg. ab eodem.

Tertium à ratione.

Quartum & vltimũ, à Patribus.

Tertull. pa. 2.

figmenta:

figmenta: *De tua nunc*, inquit, *sententia quæro, vnde hoc tuis Ecclesiæ vsurpes. Si, quia dixerit Petro Dominus: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, tibi dedi claues regni cælestis: Vel, Quæcunq; alligaueritis vel solueritis, erunt ligata vel soluta in cælo, idcirco præsumis & ad te deriuasse soluendi, & alligandi potestatem, id est, ad omnem Ecclesiam Petri propinquam: qualis es euertens atque commutans manifestam Domini intentionem personaliter hoc Petro cõferentem: Super te, inquit, ædificabo Ecclesiam meam, & dabo tibi claues, non Ecclesiæ: Et quæcunque solueris, vel alligaueris, non, quæ soluerint, vel alligauerint. Sic enim & exitus docet. In ipso Ecclesia extructa est, id est, per ipsum, ipse clauem imbuit: Vides quam: Viri Israelitæ, auribus mãdate quæ dico: Iesum Nazarenum, virum à Deo vobis destinatum, & reliqua. Ipse denique primus in Christi baptismo reseranit aditum cælestis regni, quo soluuntur alligata retro delicta; & alligantur quæ non fuerint soluta.* Hæc ille; quæ apertissimè tenebras Hæreticorum confutant. Hoc sensu omninò reliẽto, vt falso & fallaci, de primis alijs tribus prædictis quis illorum reliquis præstet, diligenter inspiciendum est.

Matth.18.

Act.2.

Matth.3.

Cùm itaque omnes isti sensus, inutiles sint, & Hæreticis congregationibus faueãt; verba autem Christi, sicut & leges omnes rectè, & sapienter conditæ, ita interpretandæ sint, vt vtilitatem aliquam contineant, dicendum est, necessariò Dominum Iesum non simpliciter ædificare Ecclesiam suam super personam Petri, vt homo nudus est, sed super Petrum fide solida Christum cõfitentem: nam hæc verba post confessionem Petri de Christo petra, à Domino remunerationis loco dicta sunt. Vnde postquam dixit, *Tu es Christus Filius Dei viui*: audiuit à Domino, *Beatus es Simon Bar-iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est*: Vbi, quod carnis & sanguinis est, id est, naturæ nudæ humanæ, excludit Dominus; & addidit quod supra naturã est, nempè reuelationem Patris cælestis, per quam ille agnoscens, & confitens Christum, & per illam stabilitus & firmatus, dignus factus est, qui nomen Petri acciperet, vt aptum efficeretur saxum, siue fundamentum ad sustinendam Ecclesiæ fabricam; propterea subiunxit, *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*; id est, super te me ipsum corde credentem; & ore confitentem. Huius autem ædificationis ratio fides est Christi: quicunque enim vult ædificari in domũ Ecclesiæ, oportet vt in Christum Filium Dei credat: at quomodo credat de Christo quæ vera sunt, nisi audiat? Fides enim ex auditu est: sed à quo quis audiet, nisi ab eo, qui accepit reuelationẽ Patris? hic est Petrus, vt hic dicitur. Ideò Hæretici, dicentes se accipere reuelationem per Scripturas probè intellectas, nihil aliud moliuntur, nisi quòd seipsos fundamentum Ecclesiæ faciunt. Oportet enim in hac Ecclesiæ ædificatione statuere certã personã, de qua certò cõstaret habere illũ reuelationẽ à Patre, & à qua, quid sit Christus, discere habeant omnes & audire. Hic est Petrus, quem nõ instruxit caro, aut sanguis, sed Pater, vt alij ab eo audiant in omni dubio quid oporteat credere. Ita vt Petrus sit caput externum, influẽs in omnem Ecclesiam & in omnia eius membra. Primò quidem fidei soliditatem, deinde reliqua omnia necessaria ad sustinendum ædificium.

Quod Petrum, & reliquos Apostolos intellexisse, ipsemet Petrus apertè testatus est. Nam Act.15. cùm controuersia de legalibus orta esset, surgens Petrus dixit ad eos: *Viri fratres, Vos scitis* (pondera verbum, *scitis*) *quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere*: at quos vocat dies antiquos, nisi illos, quando Dominus Iesus misit per Angelum Cornelium Cẽturionem, vt baptizaretur à B. Petro, quem vbi audiuit, & cecidit Spiritus sanctus in audiẽtes eius verba, iussit baptizari. Atq; hoc inquit Petrus nihil deferens Paulo præsenti, qui electus erat à Domino Apostolus Gentium, cùm ipse peculiariter esset Apostolus circumcisionis: nihil etiam deferens Iacobo, qui etiam aderat, & qui ratione loci, cùm esset Episcopus Ierusalem, debuisset ante Petrum loqui. Etsi enim vnum & solùm bonum pastorem libenter Christum agnoscamus, quem caput & fundamentum primarium Ecclesiæ profitemur, & qui solus sufficiat ad Ecclesiam suam regendam, & in vnitate seruandam; cæterùm sicut ipse est, qui Sacramenta perficit, & baptizat in Spiritu sancto, & remittit peccata, & verus Sacerdos, qui sese obtulit in ara Crucis, & qui sua virtute conuertit panem & vinũ in suum corpus & sanguinem: & qui loquitur & prædicat per Apostolos, & per Ecclesiam, secundum illud: *Qui vos audit, me audit*. tamen, quia cum suis fidelibus non erat perpetuo corpoream præsentiam exhibiturus ministros elegit, per quos prædicaret & cõficeret Sacramenta; ita eodem modo etsi ipse sit caput & gubernator, Ecclesiæ ordinem & vnitatem seruans, sed cùm subducturus esset corporis sui præsentiam, vnius vti ministerio voluit, per quem vnitas hæc retineretur, cui præ cæteris nominis

Actor.10.

Super Petrũ Christũ confitentem, nõ autem super Petri personam, Ecclesiam Christi ædificari, vt quidã interpretantur.

Ecclesiam super Petrum cõfitentem, quę nam ædificandi ratio.

Rom.10.

Quàm vanũ illud Hæreticorum: Nos ab Scripturis probe intelle

fui consortium & potestatem dedit. Christus enim petrarcha est, siue primaria petra, & Simoni nomen Petri dedit, & super eum promisit superædificandam Ecclesiam: & quod promisit, compleuit, cùm dixit, *Pasce oues meas*: nam ea quæ magnifica & excelsa sunt, ne, cùm dantur à Deo, propter suam magnitudinem non credantur à nobis, solet Deus prius polliceri: quemadmodum incarnationem ex Virgine, & prædixit, & promisit per Prophetas; ita Transfigurationem antequam præstaret, sicut & Eucharistiam, Passionem, Mortem, Resurrectionem, Ascensionem, Spiritus sancti missionem, antequam fierent, pollicitus est. Ita etiam de primatu Petri fecit: nã illum hoc loco verbis de futuro vtens, apertissimè promisit: at Ioan.21. verbo imperatiuo promissis stetit, cùm dixit, *Pasce oues meas.* ¶ Est igitur verus & legitimus huius loci sensus: *Tu es Petrus*, & super te (quasi saxum firmum) me confitentem ædificabo Ecclesiam meam: atq; ita hic sensus comprehendit illa tria supra posita, & Petrum, & confessionem Fidei, & Christum. Rursus secundus sensus ab hoc non abhorret, dicendo, per petram significari fidem, siue confessionem Christi: non enim simpliciter super fidem, & confessionem Christi constituta est Ecclesia, sed super Fidem, & confessionem Petri de petra: nam ita nõ erit varia, aut diuersa fides, siue confessio Christi, si vni certæ personæ affigatur, nempè Petro. Vnde Chrysostomus & Theophylactus hunc sensum expresse tradunt. Sic enim ait Theophylactus: *Remunerat Petrum Dominus, mercedem illi dans magnam, quòd super eum ædificauit Ecclesiam. Quia enim confessus erat eum Dei Filium Petrus, dixit quòd hæc cõfessio quam confessus est, fundamentum erit futurum credentium, ita vt omnis homo extructurus fidei domum, hic iacturus sit fundamentum.* Hæc ille. Vbi vides, non tantùm super Petri cõfessionem, sed etiam super Petrum ædificatam Ecclesiam: & pro eodem accepit, Ecclesiam esse fundatam super Petrum, & supra illius fidem & confessionem. Chrysostomus verò cum primò dixisset: *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, id est, super fidem, atque confessionem.* Posteà subdit: *Ego tibi dico, Tu es Petrus, & ego super te ædificabo Ecclesiam meam, ego tibi dabo claues regni cælorum.* Sic ille. Rursus tertius sensus non erit absurdus, si rectè intelligatur: Non quòd super Christo simpliciter constructa sit Ecclesia: nam vt pulchrè docet Ambrosius in illa verba: *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus* (si tamen eius sint illa commentaria) *omnis hæresis obtendit nomen Christi, & Christum se, pro suo dogmate tuendo, habere iactat: sed vera, & probata intelligentia est, quòd Ecclesia sit constructa à Deo super Christum, confessum tamen à Petro, & non ab alio quoquam: atque ita perinde est dicere: Super te confitentem Christum, ac, super Petri confessionem de Christo factam, vel super Christum confessum à Petro.* Ad hæc, quartus ille intellectus, quòd Ecclesia sit ædificata super quemlibet pastorem, & Episcopum, qui Ecclesiæ suæ ad tempus est fundamentum externum: quod nonnulli ex Patribus dixerunt: ad sensum bonum, & Catholicum recipiendus est. Quicunque enim Episcopus sub Petro, siue eius successore, atque illius obedientia oues sibi commissas gubernãs, vnum est cum Petro, & vnam cum eo fidem, & confessionem tuetur; & propterea nomine fundamenti dignus est. Et vt singulari priuilegio Petri, quo illi hic promittitur, super eum Ecclesiam ædificandam, tanquam super solidum fundamentum, non derogauit quòd Apostoli dicantur fundamenta Ephes.2. & Apocalyp.21. quia omnes Apostoli idem sentiebant in fide cum Beat. Petro, & in controuersijs de fide ipse potissimum erat audiendus; & cæteri per eum corrigendi, si in aliquo aberrassent; quanquam ob assistentem Spiritum sanctum illos peculiariter dirigentem, errare in fide minimè poterant, sicut nec ipse Petrus, pro cuius fide, ne deficeret, singulariter rogauit Dominus: poterant tamen Episcopi, qui in regimine particularium Ecclesiarum Apostolis, & non in Apostolatu successerunt, vel in priuilegijs illorum particularibus errare, qui per Petrum corrigi debebant: ita etiam successori Petri, & Christi vicario, & primario fundamento, quicunque ille fuerit, vel quocunque tempore, non derogat, alios Ecclesiarum pastores, & Episcopos fundamenta Ecclesiæ dici, post eum tamen, & sub eo, vt hac ratione vnitas Ecclesiæ constet. Quicunque verò à Petri fide dissident, atque ab eius obedientia se separarunt, vt Orientales Patriarchæ & Angliæ, & Germaniæ plerique Episcopi, non credentes, super Petrum confitentem Christum, Ecclesiam esse à DEO ædificatam, nihil credunt; hæretici sunt, schismatici sunt, & tanquam membra putrida à corpore CHRISTI, quod est Ecclesia, separata.

Iam verò si vlterius pergas, quis nam ex his tribus sensibus, quos in vnum Catholicum conflari posse diximus, magis sit suauis,

Ioan. vlt. Magna Christus beneficia nobis præstanda, cur soleat antè polliceri.

Claues regni cœlorum Petro promissæ, quando primùm à Christo fuerint datæ.

Tres prædicti sensus quomodo in vnum apte coalescant.

Secũdus sensus, de petra scilicet significante fidem, & confessionem Christi. *Chrysost. homil. 55 tom. 2. Theophyl.*

Tertius sensus, super Christum æternus Ecclesiam constituam, quatione constet. *Ambros. in cap. 3. prioris ad Cor. to. 3.*

Vt verus etiam ille sensus sit, super quemlibet pastorem Ecclesiam esse ædificatam, asserentium.

Apostoli si Ecclesiæ fundamẽta sunt, super Petrũ cur dicitur Ecclesia ædificata?

Luc.22.

Quid de eorum fide sentiendum sit, super Petrũ confitentem Christum Ecclesiam esse à Deo ædificatam, qui non credunt.

Ephes.2. & Coloss.1. Priorem intelligentiam illam: Super

hãc petram, id est, super Christum à Petro cõfessum, ædificabo Ecclesiã meam, minus proposito seruire.
Prima ratio.

uis, & genuinus, literæque ipsi magis congruens: dicendum est, primum illum sensum de Christo, non tam ad rem esse.

Primò, quia illud pronomen Hanc, refert aliquam petram præcedentem; nulla autem præcesserat immediatè, nisi Petrus. Non enim Petr⁹ Christo dixerat, Tu es Petra, vt ad illam referri possit verbum Hãc, sed dixerat, Tu es Christus.

Secunda ratio.

Deinde, illud relatiuum ad aliquod præcedens ad oculum, vel ad aurem demonstratum referri debet: ad oculum nullam petram ostenderat: ad aurem demonstrata nulla alia fuit quam Simon filius Iona, cui dixit; *Tu es Cephas*, id est, Petrus, siue petra.

Confirmatio rationis.

Et confirmatur hic sensus: quia si dixisset Dominus, Tu es Petra, & super hanc Petrã, vel, Tu es saxum, & super hoc saxum ædificabo Ecclesiam meam, dubium non esset quid referret illud Hoc, vel illud *hanc*: Ita, cum Dominus Syriaca lingua dixerit, Tu es Cipho, & super hoc cipho Ecclesiam meam, satis manifestè elicitur, Petrum esse ipsam petram. Vnde Hieronymus in epistolam ad Galatas ait: *Non quòd aliud significet Petrus, aliud Cephas; sed quòd quam nos Latine, & Græcè petram vocemus, hanc Hebræi & Syri propter linguæ inter sè vicinitatem Cephan nũcupent.* B. Augustin. linguæ Hebraicæ ignarus putauit aliud esse Petrum, aliud petrã. Tamen lib. 1. Retract. cap. 21. concedit, Simonem Petram hic vocari: sed liberum reliquit lectori, vt vel Christum, vel Petrũ intelligat esse illam petram: quem sensum tamẽ omnes ferè Patres amplectuntur. Ex verbis ergo illis: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo, &c.* rectè quidem, sed secũdariò colligitur Christum esse petram, quia Simonem Christus petram efficere non posset, nisi ipse verè, & per essentiam esset petra multo excellentius, quam ipse Petrus, qui gratia, & participatione Christi talis est. Euangelista ergo, vel quisquis ex Hebræa lingua Matthæum in Græcum transtulit, vertit Petrus potiùs quàm petra, non quòd aliud significet, sed quòd viro aptius videretur nomen conuenire in forma masculina.

Hieronym. in ca. 2. epist. ad Gala. tomo 9. Petrus & Cephas idem sunt.
Aug. tomo 1. initio.

Vnde Christus Simonẽ, Petram facere potuerit.

Quarta ratio.

Ad hæc, si de Christo petra esset sermo, diceretur: Et super petrã, & nõ, super hanc petram: & dixisset, ædifico, & non in futuro, ædificabo. Ab initio enim mundi Ecclesia super Christum cœpta est ædificari: *nam Iesus Christus heri, & hodie; ipse & in secula.* Nec valet, si quis dicat; Cur non dixit Dominus, Et super te ædificabo? quia hoc est in primis velle docere loqui Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ abscõditi. Deinde dicerem; Si Christus esset hæc petra, cur Christus non dixit, Tu es Petrus, & super me petram ædificabo? Ex præcedentibus quoque & sequentibus solet legitimus verborum sensus colligi: præcesserat autem, *Tu es Petrus*, & sequitur: *Et tibi dabo claues*: Ergo verba intermedia (*& super hanc Petram*) de Petro sunt accipienda: maximè quia Dominus pro gloriosa Petri cõfessione voluit ei aliquid remunerationis loco repẽdere. Et nihil magni, aut noui Petro contulisset, si per petram Christum exponas, quia Petrus ex reuelatione petram nouerat Dominum Iesum Filium esse Dei, & super eum primò Ecclesiam locari.

Ecclesia super Christũ quando primum cœperit ædificari.
Hebr. 13.
Huic obiectioni dupliciter respondetur: Qua

Præterea plus est cõtra germanum sensum, si quis pronomine tertiæ personæ demonstret seipsum, quam aliam personam. Augustinus etiam huius sensus autor libro primo Retract. capit. 21. his verbis illum refellit: *In hoc libro* (scilicet contra epistolam Donati hæretici) *dixi in quodam loco de Apostolo Petro, quòd in eo tanquam in petra fundata sit Ecclesia, qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosij, vbi de gallo gallinaceo ait: Hoc ipsa petra Ecclesiæ canente, culpam diluit. Sed scio me postea sæpissime sic exposuisse quod à Domino dictum est: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: vt super hanc intelligeretur, quem confessus est Petrus, dicens, Tu es Christus Filius Dei viui, ac si Petrus ab hac petra appellatus, personam Ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petram ædificatur, & accepit claues regni cœlorum. Non enim dictum est illi, Tu es Petra, sed, Tu es Petrus. Petra autem erat Christus, quem confessus Simon, sicut eum tota Ecclesia confitetur, dictus est Petrus. Harum autem duarum sententiarum quæ sit probabilior, eligat lector.* Hæc ille. Vbi vides, B. Augustinum nõ perstitiose in illo sensu intelligendi per petrã Christum, sed illum reuocasse, & in arbitrio lectoris constituisse, an Christus, an Petrus veniat accipiendus.

re Christus dixit: Tu es Petrus, & super te ædificabo Ecclesiam meam. *1. Cor. 1. Coloss. 2.* Commodus Scripturas intelligendi modus, quinam.

Quintam in hunc sensum licet sensum. Super hanc petram, nempè Christum ædificabo Ecclesiam meam. *Aug. tom. 1. initio.* Augustini retractatus.

Obijcitur adhuc Augustinus, qui tract. 124. in Ioannem: *Petrus*, ait, *Apostolus propter Apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum propriè pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus, idemque primus Apostolus: Sed quando ei dictum est, Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris, &c. quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis: vniuersam significabat Ecclesiam.* Et sermon. 13. de verb. Domini: *In illo vno Apostolo, id est, Petro, in ordine Apostolorum primo, & præcipuo, in quo figurabatur Ecclesia.* His Augusti. testimonijs Hæretici

1. Cor. 10. Exod. 17.

Quibus verbis Augustinus (secundum Hæreticos) Petri primatum negare videatur. *Aug. tom. 1.*

Idem tom. 10. tractat.

abutun-

Augustinum propositis in verbis Petri primatum aperte confiteri.

abutuntur, asserentes, verba hæc quę Petro dicuntur, in illo dicta esse ad Ecclesiã, quia Petrus Ecclesiæ gerebat personam. Quod verum est, & apertè confitemur: sed propterea nullũ ibi significari primatum Diui Petri in verbis Augustini, constanter inficiamur. Quia in primo testimonio, ait *Propter Apostolatus sui primatum*: & in secundo, *quia vnus & idem primus Apostolus est.* Itaque à secunda veritate non rectè negatur prima, cùm vtramque Augustinus affirmet. Primum enim cuiusque corporis vel naturalis, vel politici, vel mystici membrum, caput est, & rectè tale dicitur: & ob rationẽ illam primatus totũ reliquum corpus meritò in se recolit, & repræsentat.

Vlteriorem Patrum intelligentiam de petra fidẽ vel cõfessionem Fidei significante, minùs quoque Euangelico satis textui conuenire.
Gen. 49. 1. Cor. 10. Psalm. 117.

Secundus etiam intellectus de fide, vel confessione fidei, minus germanus, ac syncerus videtur. In primis quòd in Scripturis non sit consuetum fidem, vel eius confessionem, petram vocare per metaphorã: quemadmodum metaphoricè Ioseph dicitur lapis Israëlis, & Christus petra, lapis reprobatus ab ædificantibus, & lapis angularis. Imò Deus ipse plerunque petra vocatur iuxta idioma Hebræum: nam Psalm. 17. vbi dicitur, *Dominus firmamentum meum, & refugium meũ, & liberator meus: Deus meus adiutor meus; & sperabo in eum*, iuxta Hebræum habetur: *Dominus petra mea, propugnaculum meum, eruptor meus: Deus meus, rupes mea: illo nitar.* Per eandem metaphoram Simon dictus est petra, siue saxum.

II. argum.

Deinde fundamentum, vt ratio docet, debet cohærere cum ædificio sicut caput cum membris. Si igitur fundamentum est ipsa fides, cum sit res merè spiritualis, non conueniret eum ipsa Ecclesia, quæ ex hominib. corpore, & sensu, siue ratione constantibus conflatur.

III. argum.

Ad hæc, si fides esset petra, non diceretur beata persona Petri. Fides etiam Petri iam non est, atque idcircò non potest esse fundamẽtum, nec cuiusuis alterius, ne sint tot fundamenta Ecclesiæ, quot fideles: & supra hanc fidem cuiuslibet membri potuissent, & adhuc possent portæ inferi prævalere.

IV. argum.
Fidem Christus non habuit, & quare.
1. Cor. 13.
IV. argum.
Hebr. 11. & seq.

Præterea si fides esset fundamentũ, Christus, qui illa caruit, fundamentum esse non posset: quia plenam visionem habebat, quę euacuat omnem fidem.

Item ædificari super fidem Christi, vel fidei de eo confessionem, non est quid nouum, vt illud promittat in futurum Christus, cùm illud ab initio seculi (vt testatur Apostolus in epistola ad Hebræos) factum sit: ad hoc nouum est, & quod de futuro promittit Christus, quòd in fide Petri, & confessione eius de Christo, ædificanda sit Ecclesia. Nam & Ioannes Baptista id confessus est, cùm dixit; *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: &, *Ante me factus est, qui prior me erat*: & Nathanaël, *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël.* & homines post sublatam tempestatem, & sedatum ventum adorauerunt Deum, dicentes, *Verè Filius Dei es.* Et Martha Ioann. 11. confessa est idem quod Petrus. Super Christum ergo, vel super fidem in Christum, ab initio mundi fuit, & in finem vsque erit ædificata Ecclesia: nil ergo noui Beato Petro promitteretur.

Ioan. 1. Ibidem. Ibidem.

Matth. 14.

VI. argum.

Ad hæc subiungit: *Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et tibi dabo*, ait. Nunquid Christo, aut fidei in illum promittit claues? aut Petrus Petro? de quo ab initio in finem semper est locutus sine vlla interruptione: *Et quodcunque*, inquit, *solueris, vel ligaueris*: vt frustrà hæc torqueantur ad quippiam alienum. Nulla mentio in Christi sermone, vel sui, vel fidei: non dixit, Ego sum Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Non dixit; Fides qua tu, Petre, me dixisti Filium Dei, Petra est, & super hanc Petram. Ergo Catholicè, & rectissimè dixeris, Super Petrum fidelem, & veram Christi fidem fratrum nomine confitentem, Christi Ecclesiam ædificandam. Opus ergo est illam fidem, super quam dicunt fabricatam Ecclesiam, in aliquo subiecto sitam esse, quia fidem illam genericam humanam, quòd Christus sit filius Dei viui, habuerunt Hæretici omnes, & præsentes habent Lutherani, Sacramentarij, & Anabaptistæ. Vt ergo Petro datæ sunt claues regni cœlorum ab eo, qui habet clauem Dauid, & aperit, & nemo claudit; ita super Petrum ædificata est Ecclesia militans, vt eius molem sustineat, ab eo, qui per naturam suam est vniuersalis Ecclesiæ fundamentum. An non licet Christo quod velit facere de suo? Est ergo vna, & eadem potestas, sub nomine fundamenti, vel petræ, & sub nomine clauium significata. Hinc Beatus Augustinus sermone 29. de Sanctis: *Petrus dignus fuit, qui ædificandis in domo Dei populis lapis esset ad firmamentum, columna ad sustinendum aculum, clauis ad regnum.* Sic Beatus Augustinus,

Hæretici quam habeant de Christo fidem.

Apoca. 3.

Matth. 20.

Aug. tom. 10. Petrus quib⁹ lapis sit, columna, & clauis, teste Augustino.

Cum ergo apertis verbis soli Petro promissę sint claues regni cœlorum, qua fronte negari potest promissio Ecclesiæ superædificandæ illi facta; aut cur ait, *Tibi dabo claues*, nisi vt significetur, præcedẽtia Christi verba ad eundem spectare sermonem? Illi ergo priores sensus, quia præcipuè non

attrin-

attingunt Petrum nisi ex accidenti, quatenus nempe Christus confessionem à Petro accepit, non quatenus confessio fidei de Christo intelligitur facta à Petro, inferiores sunt, & minus ad rem quàm postremus sensus, qui præcipuè, & per se per verbum illud, *Super hanc Petram*, intelligit Petrum confitentem Christum. Et quod addidit: *Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*, *Et*, pro *Quia* accipi potest, more Hebræo, vt sæpè alias accipitur. Vt sit sensus, Hoc nomen tibi impono, vt dicaris Petrus à Petra: quia super te, tanquam super solidam petram ædificaturus sum Ecclesiam meam. Sic alibi quando Angelus dixit, *Vocabis nomen eius Iesum*, subdit; *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum*. Ita quoque cùm Genes. 17. dixisset, *Non vltra vocabitur nomen tuum Abram; sed appellaberis Abraham*, statim subintulit: *Quia patrem multarum Gentium constitui te*: hoc enim significat nomen Abraham, patrem multitudinis. Ita, tu Petrus, quia super te vt solido saxo ædificabo Ecclesiam meam: quia vt ait Salomon, *Rex sapiens stabilimentum populi est*. Quòd si fides Abrahæ meruit vt Abraham fieret pater multarum gentium, cur Hæretici non credunt, insignem Petri fidem principatum omnium Dei Ecclesiarum promeruisse, siue vt fieret pater, & rector multarum Ecclesiarum, quæ semen sunt spirituale Beati Petri Principis Apostolorum? Fuit enim illustris Petri fides, & confessio de mysterio totius sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis, & Ecclesiæ Christi sibi incorporandæ: dixit enim, *Tu es Christus Filius Dei viui*: Filius porrò non est sine Patre, de quo subiunxit Dominus: *Sed Pater meus, qui in cœlis est*. Professus est etiam Spiritum sanctum, à quo vnctus est Christus homo, vt alio loco dixit idem Petrus; *Quem vnxit*, inquit, *Deus Spiritu sancto, & virtute*: & per Spiritum sanctum reuelatum est Petro, quòd ipse esset Christus Filius Dei viui. *Nemo enim potest dicere, Dominus Iesus; nisi in Spiritu sancto*. Hæc ergo tanta fides Petri excellenti beatitudinis præmio compensari digna fuit. Atque hic intellectus traditione, quæ certissima est Scripturarum interpres, & consensu omnium Patrum confirmatur. Vt enim incipiam ab Euthymio capite vigesimotertio, in Matthæum, inter Græcos, & ab eo ad alios antiquiores ascendam: *Tu es*, inquit, *Petrus; vt qui post abnegationem, fidei petra futurus es; vel tanquam iam prudentia firmus. Itaque super hanc firmitatem ædificabo Ecclesiam meam, siue te ponam fundamentum credentium: Ecclesia enim, fideles sunt. Hoc autem dixit, excitans eius prudentiam ad artem pascendarum ouium.* Idem, vt superius ostendimus, ex Theophylacto comprobatum est: & in Luc. 22. *Post me Ecclesiæ petra es, & firmamentum.* Damascenus libro de Barlaam & Iosaphat: *Princeps Apostolorum Petrus fidei petra.* Et Theophanes cognomento Cerameus, Episcopus Tauromeniæ in Sicilia, in sermone de Sanctis Apostolis: *Ego verò dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Tu*, inquit, *qui Petrus es, petra fies fidei Verbi, & Ecclesiæ firmatæ fundamentum, ac ædificationis spiritualis primus aditus. Super hanc enim confessionem fundamentum Ecclesiæ stabit. Tali nempe petra ac rupe collocata, reliqua dogmata firmè, ac tutè ædificabuntur.* Theodoretus libro Diuinorum decretorum prope finem, capite de Pœnitentia, agens in Nouatum, adducit textum Euangelicum; *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam*, & ait: *Quòd si hæc dicunt facta esse ante Baptismum; discant, primum Ecclesiæ fundamentum fuisse labefactatum, & à diuina gratia confirmatum. Cùm ter enim magnus negasset Petrus, mansit primus suis lacrymis curatus.* Idem docet scribens in Cantica Canticorum: *In Petro Apostolorum Principe Dominus in Euangelijs se Ecclesiam suam ædificaturum promisit.* Beatus Cyrillus Alexandrinus libro secundo, capite duodecimo, in Ioannem, super illud: *Tu vocaberis Cephas*, ait: *Nec Simon fore iam nomen sibi, sed Petrus prædicit: vocabulo ipso commodè significans, quòd in eo, tanquam in petra, lapideque firmissimo; suam esset ædificaturus Ecclesiam.* Idem libro duodecimo, in Ioannem capite Sexagesimoquart. *Petrus vt Princeps, caputque cæterorum, primus exclamauit: Tu es Christus Filius Dei viui.* Et in illud; *Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: Postquam, me negato, plorauerìs, & pœnitentiam egeris, corrobora fratres tuos, cùm te Principem Apostolorum deputauerim.* Gregorius Nazianzenus in oratione de moderatione in disputationibus conseruanda, sic inquit: *Vides quemadmodum ex Christi discipulis, magnis videlicet omnibus, & excelsis, atque electione dignis, hic petra vocetur, atque Ecclesiæ fundamenta fidei suæ credita habeat, ille impensius ametur, & supra pectus Iesu requiescat, ac reliqui discipuli posthaberi se tranquillo animo ferant?* Beatus Basilius libro secundo, contra Apologeticum Eunomij: *Hinc est, vt cùm Petrum, nomen videlicet hoc audiamus, non substantiam eius intelligamus (Dico autem substantiam, materiale illud subiectum, quod eo nomine nequaquam significatur) sed earum pro-*

priet-

His verbis: Et super hãc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quis insit Hebraismus.

Matth. 1.

Rom. 4.

Abraham quid sonet.

Sap. 6.

Quàm singularis & excellens B. Petri fides extiterit.

Act. 10. Esai. 61. & Luc. 4.

1. Cor. 12. Patrum Græcorum autoritate eadem veritas confirmatur.

Certissima Scripturarum interpres quæ.

Euthym.

prietatum, quæ circa ipsum inspiciuntur, sensum concipimus. Ilico enim per hanc vocem intelligimus Ionam, qui fuit ex Bethsaide, Andreæ fratrem, qui ex piscatore in Apostolatus ministerium vocatus est. Qui quoniam fide præstabat, Ecclesiæ commissam sibi ædificationem suscepit: quorum omnium nihil substantia est, aut subsistentia intellectu comprehensa. Idem homilia de Pœnitentia: *Petrus tertiò abnegauit, & collocatus est in fundamento.* Et infrà: *At Petrus dixerat iam antea, & beatus pronuntiatus fuerat: dixerat, Tu es Filius Dei excelsi, & vicissim audierat se esse petram, ita laudatus à Domino: licet enim petra esset, non tamen petra erat vt Christus, vt Petrus petra erat. Nam Christus verè est immobilis petra, Petrus verò propter petram. Axiomata nusquam sua Iesus largitur alijs. Largitur autem ea non euacuatus, sed nihilominus habens lux est. Vos estis lux mundi: inquit, Sacerdos est, & facit Sacerdotes. Ouis est, & dicit, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Petra est, & petram fecit. Quæ sua sunt, largitur seruis suis.* Et in capite secundo, Esaiæ, cum dixisset, Ecclesiam super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ædificatam, subdit: *Vnus ex his montibus fuit Petrus, quem petram appellant propter firmitatem maximam fidei, & infractum robur animi ad non cedendum ictibus tentationum, & periculorum, super quam petram promisit Dominus ædificare Ecclesiam suam.* Hactenus ille. Chrysostomus præterea, quæ superius allegata sunt, frequenter dicit super Petrum ædificatam Ecclesiam. Ait enim homilia secunda, super Psalmum Quinquagesimum. *Audi quid Petro dixerit Christus columna, & fundamento fidei, qui ob robur confessionis vocatus est Petrus, dicente Domino, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Idem homilia quarta, de verbis Esaiæ: *Quid autem Petrus basis Ecclesiæ; ille vehemens amator Christi; ille sermone indoctus, & Rhetorum victor; ille imperitus, qui tamen Philosophis obturauit os; ille qui Græcanicam sapientiam non aliter quàm aranearum telam dissoluit, qui terrarum orbem peragrauit, qui sagenam misit in mare, & piscatus est orbem?* Idem homilia tertia in caput primum Beati Matthæi: *Sic etiam Petrus ait; Exi à me Domine, quia homo peccator sum; & propterea factus est Ecclesiæ fundamentum.* Idem homilia septima, ex varijs locis Matthæi (& habetur tomo secundo.) *Eligitur ergo Petrus, super quem fundata est Ecclesia, & Iacobus, qui primus de Apostolis martyrio coronatus est; & Ioannes, qui virginitatis est exordium.* Beatus Epiphanius in libro qui inscribitur Anchoratus: *ipse autem Dominus*, inquit, *constituit eum primum Apostolorum, petram firmam, super quam Ecclesia Dei ædificata est, & portæ inferorum non valebunt aduersus illam. Portæ autem inferorum sunt hæreses, & hæresiarchæ.* Et infrà: *Hic est, qui audiuit ex ipso; Petre, pasce agnos meos: cui concreditum est ouile.* Idem in hæresin 59. *Sanctus ille Petrus, summus Apostolorum, qui verè nobis factus est firma petra fundans fidem Domini, super quam ædificata est Ecclesia per omnes modos. Primum quidem, quia confessus est Christum Filium Dei viuentis, & audiuit: Super hanc Petram firmæ fidei ædificabo Ecclesiam.* Et paulò post; *Sed & hic firma petra ædificationis, & fundamentum domus Dei factus est, in eo quòd abnegauit ipsum, & rursus conuersus est, & à Domino inuentus, ac dignus factus vt audiret; Pasce oues meas.* Athanasius cum alijs Aegyptijs, & Thebæis, & Libycis Episcopis in Alexandrina Synodo congregatis ad Felicem Secundum Papam epistolam scribens, ait: *Ipsa* (scilicet Apostolica sedes) *firmamentum adeò fixum & immobile percepit, quoniam formam ipsam vniuersorum titulorum lucidissimam Dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes vertuntur, sustentantur, releuantur. Et sicut (in Christo) Christiani (ita) & in petra (id est, Christo) Petrus Petri renouantur Ecclesiæ. Tu es enim (sicut diuinum veraciter testatur eloquium) Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ, id est, Episcopi, qui Ecclesiam sustinere, & proprijs humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ, tibique claues regni cœlorum commisit, atque ligare & soluere potestatiuè quæ in terra, & quæ in cœlis sunt, promulgauit. Tu profanarum hæresum, & imperitorum atque omnium infestantium depositor, vt Princeps & Doctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ immaculatæ fidei existis.* Hæc ille. Vides his paucis verbis quàm multa comprehendat Athanasius; & quomodo Episcopum Romanum Ecclesiæ Catholicæ Episcopis tanquam caput & iudicem præferat. Origenes libro prim. Commentariorum in Matth. vt refert Eusebius libro sexto, historiæ Ecclesiasticæ cap. 18. *Petrus verò, super quem Christi fundatur Ecclesia, duas tantummodò epistolas scribit, à quibus à nonnullis & de secunda dubitatur.* Et homilia sexta. *Vide quantam potestatem habet petra, super quam ædificatur Ecclesia, vt etiam iudicia eius maneant firma, quasi Deo iudicante per illa.* Idem super capit. 6. epistolæ ad Roman. *Idcirco denique & in lege hoc dicitur primum mandatum esse, & in Euangelijs super cætera omnia de charitate mandatur. Et Petro cùm summa rerum de pascendis ouibus traderetur, & super ipsum velut su-*

per fun-

Ioann. 1. Ibidem.

Idem homil. de Pœnit. eodem tom. Matth. 26.

Quæ sint portæ inferi.

Ioann. 21.

Idem.

Luc. 22.

Ioann. vlt.

Athanas.

Petrus Ecclesiæ sacer vertex: alij eiusdem tituli, ex Athanasio.

Orig. tom. 2.

Euseb. tom. 1. Idem Orig. Ibidem.

Idem ibidem.

per fundamentum fundaretur Ecclesia, nullius confessio virtutis alterius ab eo nisi charitatis exigitur. Idem hom.5. super Exodum: *Vide magnitudinem Ecclesiæ fundamento & petræ solidissimæ, super quam Christus fundauit Ecclesiam, qui dicatur à Domino, Modica, inquit, fidei quare dubitasti?* Quæ ergo Origenes in Tractatu in hunc locum, quem Erasmus fecit Latinum, scripsit, negans super vnum Petrum ædificari Ecclesiam; pié interpretanda sunt, & ad sensum aliorum locorum, in quibus syncerè textum exponit, explicanda sunt: videlicet vt nos omnes adhortetur, vt per imitationem Petri studeamus & nos fieri petra, hoc est, viui quidem lapides, ex quibus Ecclesia ædificatur. *Petra est enim,* inquit, *quisquis Christi discipulus est, ex quo biberunt de consequente eos petra.* Hippolytus Martyr oratione de consummatione mundi ait: *Princeps Petrus fidei petra.* Postremò B. Dionysius Areopagita in epistola ad Timotheum (si tamè eius sit,) ita scribit, *Beatum Paulum Petro mortui vicino dixisse; Pax tecum, fundamentum Ecclesiæ; pastor ouium ac agnorum:* duos Euangelij locos de primatu Petri intelligens & explicans. Ita citat Antoninus in Chronico tit.6. cap.4. §. 2.

Idem tradunt Patres Ecclesiæ Latinæ. Et incipiam à B. Bernardo, qui libr.2. de consideratione, ad Eugenium, ita scribit: *Age, indagemus adhuc diligentius, qui sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu Princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alij cœli ianitores, & gregum pastores: sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius præ cæteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modo ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor, &c.* & ibidem subdit: *Petrum è naui egressum, & mare perambulantem signum fuisse sui singularis Pontificij. Nam non nauim vnam, vt quisq; suam, sed seculum ipsum accepit gubernandum. Siquidem aquæ multæ, populi multi.* Et libr.3. *Appellatur de toto mundo ad te, id quidem in testimonium singularis primatus tui. At tu si sapis, non primatu gaudebis, sed fructu.* Idem epistol. ad Eugenium: *Altiorem locum sortitus es, sed non tutiorem sublimiorem, sed non securiorem. Terribilis prorsus, terribilis est locus iste. Locus, inquam, in quo stas, terra sancta est: locus Petri est: locus Principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius. Locus illius est quem constituit Dominus domui suæ, & principem omnis possessionis suæ.* B. Gregorius epist. ad Eulogium Episcopum Alexandrinum libr.6. Registri epist.37. *Suauissima mihi Sanctitas vestra multam in epistolis suis de sancti Petri Apostolorum Principis cathedra locuta est, dicens quòd ipse in ea nunc vsque in suis successoribus sedeat. Et quidem ego indignum me esse non solùm in honore præsidentium, sed etiam in numero stantium agnosco. Sed cuncta quæ dicta sunt, in eo libenter accepi, quòd ille mihi de Petri cathedra locutus est, qui Petri cathedram sedet. Et cùm me specialis honor nullo modo delectet, valde tamen lætatus sum, quia vos sanctissimi quod mihi impendistis, vobismetipsis dedistis. Quis enim nesciat sanctam Ecclesiam in Apostolorum Principis soliditate firmatam, quia firmitatem mentis ex arte in nomine, vt Petrus à petra vocaretur? Cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo claues regni cœlorum. Cui rursus dicitur: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Iterumque: Simon Ioannis, amas me? Pasce oues meas.* Idem lib. 4. epist.32. ad Mauricium Augustum, vbi agit de Ioanne Episcopo Constantinopolitano, qui sibi nomen œcumeni, siue vniuersalis, arripuerat: *Cunctis,* inquit, *Euangelium scientibus liquet, quòd voce Dominica sancto & omnium Apostolorum Petro Principi Apostolo totius Ecclesiæ cura commissa est. Ipsi quippe dicitur: Petre, amas me? Pasce oues meas. Ipsi dicitur: Ecce Satanas expetiit cribrare vos sicut triticum, & ego pro te rogaui, Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ipsi dicitur, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam,* &c. Leo Papa sermo.2. in anniuersario die assumptionis suæ ad Pontificatum: *Solidatas illius fides, quæm Apostolorum Principe est laudata, perpetua est. Et sicut permanet quod in Christo Petrus credidit; ita permanet quod in Petro Christus instituit.* Et infrà: *Sic enim præ cæteris est ordinatus, vt dum petra dicitur, dum fundamentum pronuntiatur, dum regni cœlorum ianitor constituitur, dum ligandorum soluendorumq; arbiter, mansura etiam in cœlis iudiciorum suorum definitione præficitur, qualis ipsi cum Christo esset societas, per ipsa appellationum eius mysteria nosceremus.* Idem sermon. 3. assumptionis suæ ad Pontificatum: *De toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum Gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisq; Ecclesiæ pastoribus præponitur: vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes sint, multi q; pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Magnum & mirabile, dilectissimi: huius vnæ consortium potentiæ suæ tribuit Diuina dignatio: & si quid cum eo commune cæteris voluit esse,*

Idem tom.1.

Matth.14. Quo sensu Ecclesia non esse super Petrum ædificatam, Origenes pronuntiauerit.

Hippol. martyr.

Dion. Areo.

Bernardus. Romani Pontificis prærogatiuæ ex B. Bernardo.

Quid Petri è naui egressus, incessusque super aquas significauerit.

Matth.14. Apoc.17. Idem.

Idem epist. 137.

Gen.28.

Psalm.99.

B. Greg. tom.2.

Sanctis Patribus Petrus adhibitus

Luc.22.

Idem

Idem

Quid Moyses Locutus ego

Principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quicquid aliis non negauit. Et infrà exponens verba illa: *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram: Hoc est,* inquit, *sicut meus Pater tibi manifestauit diuinitatem meam; ita & ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus: id est, cùm ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis qui facio vtraque vnum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.* Beatus Augustinus in sermone de cathedra S. Petri sic ait: *Institutio solennitatis hodiernæ à senioribus nostris cathedræ nomen accepit, ideò quòd primus Apostolorum Petrus hodie Episcopatus cathedram suscepisse referatur. Rectè ergo Ecclesia natalem sedis illius colunt, quam Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit, dicente Domino, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petrum itaque fundamentum Ecclesiæ Dominus nominauit, & ideò dignè fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod Ecclesiastici ædificij altitudo consurgit. Vnde conuenienter psalmus qui lectus est, dicit: Exaltent eum in Ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudet eum. Benedictus Deus qui exaltari in Ecclesia hoc præcepit, quia dignum est vt fundamentum hoc in Ecclesia honoretur, per quod ad cœlum ascenditur. Quòd natalis ergo cathedræ hodie colitur, Sacerdotale honoratur officium,* &c. Idē lib.contra quinque Hæreses. *Neque Hæretici intelligunt in Petro petram; & datas illi claues.* Idem in Psalmum 69. scribit: *Et Petrus qui paullò ante confessus erat eum Filium Dei, & tu illa confessione appellatus erat petra, supra quā fabricaretur Ecclesia, paullò pòst, Domino dicente de futura passione sua, ait, Absit Domine, propitius esto tibi, non fiet istud.* Idem docet serm. 124. de tempore: *Petrum* (scilicet negantem) *paullulum Dominus subdeseruit, vt Ecclesiæ rectori futuro ignoscendi peccatoribus quædam regula poneretur. Totius corporis morbum in ipso capite curat Ecclesiæ, & in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem, in ipsa confessionis Christi crepidine, in ipso immobilis fidei fundamento, in Petro scilicet.* Hæc ibi. At Tractat.7. in Ioann. *Petro dicente, Tu es Christus Filius Dei viui, ibi Dominus nominauit petram, & laudauit firmamentum in ista fide.* Idem lib.1. Retracta.cap.21. vt superiùs est allegatus. Atque hæc solidiora sunt, vtpotè populo in prædicatione proposita; quam quæ sibi & musis canens retulit ad Ecclesiam & petram Christum. Hieronymus lib.1. contra Iouinianum. *Super Petrum fundatur Ecclesia, licèt id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & coacti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto, schismatis tollatur occasio.* Idem epistola ad Damasum: *Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior: super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio.* Idem in cap.2. Esai. *Hæc domus ædificata est super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, qui & ipsi montes sunt quasi imitatores Christi. De hac domo & Ierusalem Euangelista conclamat, dicens: Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui. Vnde & super vnum montium Christus fundat Ecclesiam, & loquitur ad eum, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Idem in cap. 14. Ezechielis: *Apostolus autem Petrus, super quem Dominus Ecclesiæ fundamenta solidauit, ascendit in cœnaculum,* & reliq. Idem in Dialogo seu libro primo aduersus Pelagianos: *Quid Platoni, & Petro? Vt ille enim Princeps Philosophorum, ita hic Apostolorum fuit, super quem Ecclesia Domini stabili mole fundata est, quæ nec impetu fluminis, nec vlla tempestate concutitur.* Idem in epistola ad Marcellam: *Si igitur Apostolus Petrus, super quem Dominus fundauit Ecclesiam, & prophetiam, & promissionem Domini illo tempore completam memorauit,* &c. Idem in hæc verba Matthæi: *Sicut ipse lumen Apostolis donauit, vt lumen mundi appellarentur, cæteraq; ex Domino sortiti sunt vocabula: ita & Simoni, qui credebat in petram Christum, Petri largitus est nomen. Ac secundum metaphoram petræ rectè dicitur ei; Ædificabo Ecclesiam meam super te.* Hæc ille, constanter illum locum de Petro interpretans. Verùm quid, quæso, miraculi est, si illum admittit in tituli consortium, cui officij dignitatem communicat? cui potestatem facit remittendi, & retinēdi peccata; quod est solius Dei? Paulinus ad Seuerum: *Petra est Christus. Bibebant enim de spirituali sequente eos petra: petra autem erat Christus. Etiam discipulo suo huius vocabuli gratiam non negauit, cui dicit; Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Ambrosius serm.47. de fide Petri Apostoli: *Fidelior factus est?* (scilicet Petrus) *postquam fidē se perdidisse defleuit, atque ideò maiorem gratiam reperit, quàm amisit. Tanquam bonus etiam pastor tuendum gregem accepit, vt qui sibi antè infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipse sibi interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret.* Denique

bi quia tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Epist.2.

Cyriat.3.

Aug. to.10.

Sanctis Patribus Petrus adhibitus

Idem to.6.

Idem to.8. Matth.16.

Idem cap.57. quæ incipit: Quamuis vehemēter, &c. edit tomo.

Exod.12.

Gen.8.

Idem tom.5. Ephes.2.

Psalm.124.

Idē eod.tom.

Act.10.

Idem to.3.

Idem to.2. ep. quæ incipit: Testimonia de Ioannis Euang. &c.

Idem to.9. Matth.5.

Infrà 9. Pauli epist. 4. ad Seuerum, prope finem.

1.Cor.10.

Exod.17.

Ambros.to 3. circa finem.

Petrus cur petra secundũ Ambrosium appellatus.

pro solennitate deuotionis Ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quòd primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem, molemq; contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur. Idem in illud Luc. 22. *Rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: Eidem autem,* inquit, *supra dicenti: Tu es Christus Filius Dei viui, respondit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorũ. Ergo cui propria autoritate regnum dabat, huius fidem firmare non poterat? Quem petram dicit, firmamentum Ecclesiæ indicauit.* Hæc ille, lib. 4. de fide, cap. 2. Idem in cap. 9. Lucæ: *Petra est Christus. Bibebant autem de spirituali sequente petra: petra autem autem erat Christus. Et discipulo suo huius vocabuli gratiam non negauit, vt ipse sit Petrus, quòd de petra habeant soliditatem constantiæ, fidei firmitatem. Emitere quoque vt petra sis. Itaq; non extra te, sed intra te petram require.* Idē ser. 68. de natali sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli: *Primum ergo signum mirabilium suorum Petrus fecit claudo pedum restituendo vestigia. Diximus frequenter ipsum Petrum à Domino nuncupatũ, sicut ait: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Si ergo Petrus petra est, super quam ædificatur Ecclesia, rectè prius pedes sanat, vt sicut in Ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta cõfirmet.* Idem in hymno Ecclesię, quem B. Augustinus lib. 1. retract. cap. 21. citat: *Hoc ipso petra Ecclesiæ Canente, culpam diluit.* Idem lib. 2. de vocatione Gentium cap. 11. qui liber à quibusdam tribuitur Prospero: *Quis ergo ambigat, quis ignoret hanc fortissimam petram, quæ ab illa principali petra communionem & virtutis sumpsit, & nominis, hoc desiderium semper habuisse, vt ei moriendi pro Christo constantia donaretur?* B. Hilarius super Psal. 131. in illa verba: *Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: Cùm quadam de passione sua locutus (scilicet Christus) ad discipulos fuisset, & Petrus tanquam indignum hoc Dei Filio detestatus esset, Petrum, cui superius claues regni cœlorum dederat, super quem Ecclesiam ædificaturus erat, aduersus quam inferi portæ nihil valerent, qui quæ in terris, vel soluisset, vel ligasset, ea in cœlis, vel soluta apersisterent, vel ligata. Hunc itaque tali conuitio detestantem hoc Sacramentum passionis excepit: Vade post me Satana, scandalum mihi es. Tanta enim ei religio fuit pro humani generis salute patiendi, vt Petrum primum Filij Dei confessorem, Ecclesiæ fundamentum, cœlestis regni ianitorem, & in terreno iudicio iudicem cœli, Satanæ conuitio nuncuparet.* Idem libr. 6. de Trinitate: *Beatus Simon,* inquit, *ædificationi Ecclesiæ subiacet.*

Idem ibid. act. 3.

Quod Petri primum signũ fuerit curatio claudi, quid mysterij habeat eodem autore.

Idem. Aug. to. 1. prope initium.

Idē Ambro. to. 2. prope init.

B. Hilar.

Matth. 16.

Petrus ædificationi Ecclesiæ subiacere, ait Hilarius.

Idem.

Idem.

Cyprian.

Ioan. 6.

Vnden Petrus facerdotalis exorta sit, teste Cypriano.

Idem.

Ephes. 4. & alibi.

Idem.

Aug. to. 4.

Idem. Aug. to. 4.

Gal. 2.

Idem.

Ioan. 7.

Ecclesia fontem habet aquæ quæ eidem illi omnino certent.

Idem Cyp. 1. Pet. 2.

Idem.

Ioan. xii.

Act. 3.

Idem.

Idem Petrus ædificationi Ecclesiæ subiacet. Idem super hæc verba Matth. 16. *O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesiæ fundamentum, dignaq; ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. O beatus cœli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium præiudicata autoritas sit in cœlo: vt quæ in terris aut ligata sint, aut soluta, statuti eiusdem conditionem obtineant, & in cœlo.* Cyprianus libr. 1. epist. 3. ad Cornelium Papam: *Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia, vnus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait, Domine, ad quẽ ibimus? Et infrà de quibusdam ait: Nauigare audent & ad Petri cathedram, atque Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est.* Idem lib. 1. epist. 8. *Deus vnus est, & Christus vnus, & vna Ecclesia, & cathedra vna super petram Domini voce fundata.* Idem libr. 4. epistol. 9. *Loquitur illic Petrus, super quem ædificanda fuerat Ecclesia: docens quia etsi contumax ac superba obedire nolentium multitudo discedat, Ecclesia tamen Christi iustorum non recedit, & illi sunt Ecclesia, & plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens.* Idem in epistola ad Quintum, cuius verba citat Augustinus lib. 2. de baptismo cap. 1. his verbis: *Cyprianus in epistola ad Quintum ita loquitur: Nam nec Petrus, inquit, quem primum Dominus elegit, & super quem ædificauit Ecclesiam suam, &c. Ecce vbi commemorat Cyprianus, quod etiam nos in scripturis sanctis didicimus, Apostolum Petrum, in quo primatus Apostolorum, tam excellenti gratia præeminet, aliter quàm veritas postulabat, de circumcisione agere solitum, à posteriore Apostolo Paulo esse correctum.*

Idem ad Iubaianum: *Petro primùm Dominus, super quem ædificauit Ecclesiam, & vnde humanitatis originem instituit, & ostendit potestatem ipsam dedit, vt id solueretur in cœlis quod ille soluisset in terris.* Et infrà: *Clamat Dominus, vt qui sitit, veniat, & bibat de fluminibus aquæ viuæ, quæ eius venis refluxerunt. Quis venturus est qui sitit? Vtrùm ne ad Hæreticos, vbi fons, & fluuius aquæ vitalis omnino non est? an ad Ecclesiam, quæ vna est, & super vnum, qui claues eius accepit, voci Domini fundata est?* Idem sermone de bono patientiæ: *Petrus, super quem Ecclesia Domini dignatione fundata est, in epistola sua ponit, & dicit, Christus passus est pro nobis, &c.* Idem Tractatu de habitu virginum: *Petrus etiam, cui oues suas Dominus pascendas, tuendasq; commendat, super quem posuit, & fundauit Ecclesiam, aurum quidem sibi esse, & argentũ negat, sed se dicit gratia diuitem esse.* Idē Tractatu de simplicitate prælatorum: *Hoc*

(id est,

(id est, hæreses) *eò sit fratres charissimi, dum ad veritatis originem nõ redimur, nec caput quæritur, nec magistri cœlestis doctrina seruatur. Quæsi quis consideret, & examinet, tractatu longo, atq; argumentis opus non est. Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum, Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincent eam: Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Super vnum ædificat Ecclesiam, & illi pascendas oues mandat. Et quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat, Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, &c. tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem, sua autoritate disposuit. Hoc erant vtiq; & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris, & potestatis: sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt Ecclesia Christi vna monstretur.*

Ioan. 20.

Tertull. to. 10.

Idem to. 2.

Gen. 17.

Petro cur nomen mutatũ fuerit Tertulliano.

Dist. 46. 1 Cor. 10. Psal. 117. & Matth. 21. & sæpe alias.

Clem. Rom.

Petę primitiæ electionis Domini. Ioan. 1.

Anacl. Pap.

Tertullian. lib. de præscription. Hæreticorum: *Latuit aliquid Petrum ædificãdæ Ecclesiæ petram dictum, claues regni cœlorum consecutum, & soluendi, & alligandi in cœlis & interris potestatem?* Adde quæ superiùs produximus ex libro de Pudicitia. Idem libr. 4. in Marcionem: *Mutat & Petro nomen de Simone, quia & creator Abrahæ, & Sarę, & Ausee nomina reformauit, hunc vocando Iesum, illis syllabas adijciendo. Sed & cur Petrum? An quia & petra, & lapis Christus? Itaq; effecit auit charissimo discipulorum, de figuris suis nomen communicare.* Sic Tertullianus. Clemens Romanus ipsius Petri discipulus, & in Pontificatu successor, epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, sic scribit: *Notũ tibi facio, Domine, quia Simon Petrus, qui vere ex fidei merito, & integra prædicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiæ definitus est, qua de caussa etiam Domini ore cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini, Apostolorum primus, &c.* Anacletus Pontifex & martyr, & ab ipso Petro presbyter ordinatus, epist. 3. ait: *Hæc verò sacrosancta & Romana Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiæ potestatem super vniuersas Ecclesias, ac totum populi Christiani gregem assecuta est, sicut ipse B. Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meam.* Synodus Chalcedonensis act. 3. *Petrus Apostolus est petra, & crepido Ecclesiæ Catholicæ.* Sex. Synodus act. 18. proponit edictum Constantini Quarti Imp. pro illa synodo, & ait: *Hæc Petrus, qui & petra fidei, & princeps Apostolorum, intemerata seruauit.* Ita interpretantur reliqui Pontifices, vt Nicolaus I. in 8. Synodo generali, act. 1. Marcellus, Iulius, Pius, Gelasius, Symmachus can. 2. Leo IX. qui Germanus fuit, libro contra Michaelem Constantinopolis Patriarcham, vbi ait: *Taliter sancta Ecclesia super petram, id est, super Christum, & super Petrum Cephan, filium Ioannis, qui prius Simon dicebatur, ædificata est, quòd inferi portis, disputationibus scilicet Hæreticorum, qui vanos ad interitum ducunt, non esset vllatenus superanda.* Sic ille. Cùm igitur tam præclara vtriusq; Ecclesiæ lumina tanto consensu hanc expositionem tradant, non nisi impudentissimæ superbiæ est, aut supercilij impudentiæ, & criminis hæreseos notam euadere non posse, qui illam, vt Catholicam, & omni exceptione dignam non reciperet. Pulchrè enim dixit Hieronymus in epistolam ad Galatas: *Quicunq; aliter Scripturas intelligit, quàm sensus, & spiritus efflagitat, à quo scripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.* Et in illud Prouerb. 3. *Ne innitaris prudentiæ tuæ,* scribit: *Innititur suæ prudentiæ, qui ea, quæ sibi agenda, vel dicenda videntur, Patrij decretis præponit.* Et Clemens epistol. 3. ad Ecclesiam Ierosolymitanam: *Oportet ab eo intelligentiam accipere Scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit, vt ipse possit ea quæ accepit, competenter asserere.* Et Leo Pontifex in epistola ad vniuersos Episcopos Prouinciæ Viennensis: *Hanc petræ istius sacratissimam firmitatem Deo (ut diximus) ædificante constructam, vinis impia vult præsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere, faciendo cupiditatibus suis, & id, quod accepit à veteribus, non sequendo.*

Martel. Iulius. Pius. Gelasius. Symmachus. Leo IX. Pontifices Romani.

Hæretici quos ducant ad interitum.

Hieron. in c. 1. ad Galat. to. 9.

Idem to. 7.

Prudentia humana cum diuinam, teste Hieronymo. Item Rom.

A quonam oporteat intelligentiam differe Scripturarũ, teste Clemente.

Leo Pont. epist. 8. prope initium.

Pauca tamen Hæreticorum argumenta, quæ huic sensui contradicunt, soluenda sunt: & finem huic Tractatui imponemus. Primò aiunt, respondisse pro alijs Simonem, & omnes cùm essent interrogati, peccassent tacendo. Sed quia apud Marcum. c. 9. interrogati de tractatis in via, sine peccato tacuerunt: & Petro præueniente eos tunc, & modò, non peccarunt, quia tacitè consenserunt eius confessioni. Nec inconueniens apud Lutheranos esset, asserere, peccasse Apostolos, maximè eo tempore, quo nondum erant in fide stabiliti. Impia ergo est vox Lutheri: *Ibi Simon non erat Simon, & Petrus non erat Petrus.* Simili certè sycophantia Mercurius ille apud Plauti Amphitrionem persuasit seruo Sosiæ, ipsum Sosiam non esse. Sed vide impudentiam, quod clara voce expressit Euangelista, hoc est, Petrum respondisse, negat Lutherus, quod suppresserit, vt apertè expressum asseuerat.

Hæreticorũ in contrariũ proponuntur argumenta, atq; soluuntur.

Primum argumentum.

Lutheri impiæ, ac blasphemæ in Petrum voces.

Secundi argumentum.

Secundò obijciunt, non fuisse beatum, quia paullò post Satanas dicitur. Verùm sicut ex fidei feruore laudatur, ita ex sapientia carnis vituperatur: quemadmodũ Apostolus Corinthios laudat in aliquo, & vituperat in alijs, ait enim: *Laudo vos in hoc? non laudo.* Simili etiam argumento, quia beatus hic dicitur, negaretur esse, vel dici potuisse Satan.

1. Corint. 11.

Tertium argumentum.

Tertiò obiectant, Petrum fidem non habuisse, quia increpauit Dominum passionem suam prædicantem. Sed certè cum fide incarnationis Filij Dei sibi reuelatæ hæsitabat de non reuelatis articulis, inter quos erat ille passionis, & mortis Domini, quam indignã Filio Dei existimabat: ideò seorsum precatur valentem sibi propitiari: *Propitius, inquit, esto tibi.*

Matth. 16.

Quartum argumentum.

Quartò, Petrus negauit: ergo non erat beatus, nec firmus. Respondemus: Tunc cùm confessus est, firmus erat in fide, & in Dei confessione de futura promissione firmior: in negatione autem licèt intus habuisset fidem non solidus, nec ob eã occultatam, sed palam confessam, & ædificantem, erat Petrus beatus, iuxta illud: *Credidi, propter quod locutus sum.* Quemadmodum Dauid primò erat secundùm cor Dei, non tamen in adulterio, & homicidio subsecutis: & Iudæorum aliquando dicuntur beati oculi qui vident quæ vos videtis: & illis postea dicitur: *Oculos habentes non videtis?*

Psal. 115. 1. Reg. 13. 2. Reg. 11. & seq. Matth. 13.

Quintum argumentum.

Quintò, Petrus non est fundamentum vel petra, sed Christus: neque caput, sed membrum.

Respondemus, quòd vt Christus est lux, & pastor, & fundamentum suapte natura, & potestate: ita participatione Apostoli fuerunt lux, pastores, & fundamenta. Quæ enim sua sunt, alijs libenter communicat, vt ex Patrum sententijs superiùs allegatis constare potest, atq; adeò ex his Scripturis, in quibus continetur, Christũ vsque ad incommunicabile nomen suum suis tribuisse. Nam cùm ipse sit natura Deus, & Filius Dei, dixit tamen: *Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes.* Et Augustinus edisserens illa verba Psalmi 86. *Fundamenta eius in montibus sanctis*, in hunc modũ scribit: *Nam vt nouerimus quia fundamẽtum Christus, & primum, & maximum: Fundamentum inquit Apostolus, nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quomodo ergo fundamenta Prophetæ, & Apostoli? Et quomodò fundamentum Christus Iesus, quo vltetius nihil est? Quomodo putamus, nisi quemadmodum apertè dicitur Sanctus sanctorum, sic figuratè Fundamentum fundamentorum? Si ergo Sacramenta cogites, Christus Sanctus Sanctorũ: Si gregem subditum cogites, Christus Pastor pastorum. Si fabricam cogites, Christus Fundamentum fundamentorum.* Hæc ille. Non sunt ergo duo fundamenta Christus, & Petrus: sed Petrus primus est qui Christo coniunctus, & ædificatus, fundamentum est aliorum credentium: & non in omnibus, sed in his tantùm, quæ externa sunt: nam in internis ipse Christus est, qui adhuc operatur: ipse sanctificat & baptizat & dimittit peccata: ipse viuit, & regnat. Et quanquam Petrus respectu CHRISTI non sit fundamentum, sed ædificatio, nec sit caput, sed membrum præcipuum: tamen respectu nostri & caput est, & fundamentum. Eadem ratione Papa, vt particularis est persona, filius Ecclesiæ Dei est: vt verò Papa est, caput est Ecclesiæ, quam regit. In externis autem, vt in ministerio prædicationis & Sacramentorũ, & decisione dubiorum emergẽtium, primus summus minister, & ab omnibus audiendus est Petrus. Et quemadmodũ Rex & Prorex non sunt duo capita, sed vnum primarium Rex, & alterũ vicarium Prorex, & horum non sunt tribunalia distincta, sed vnum & idem tribunal vtriusque: ita Petrus & Christus non sunt duo capita, sed Christus primarium, Petrus vicarium caput: & Petri tribunal in Ecclesia ab illo Christi distinctum non est.

1. Cor. 3. Prophetæ & Apostoli Ecclesiæ fundamenta sint licèt, Christus tamen Fũdamentum fundamentorũ. Dan. 9.

Christi quæ propria sint, non Petri in Ecclesia.

Qua ratione sit caput & fundamentum Petrus.

Sextò argumentatur Lutherus, & quærit, an Petrus sit pars Ecclesiæ, an non. Si sit pars, ergo cùm sit fundamentum, idem supra se ædificaretur.

Sextum argumentum.

Respondeo, quòd est pars Ecclesiæ, quemadmodùm fundamentum est pars perficiens cum pariete, & tecto ædificiũ. Nec obstat, eundem sibi subesse: nam Papa, vt priuata persona est, subest sibi vt Papa est: quemadmodum Carolus V. Rex Hispaniarum est, & subest sibi vt Imperator est. Manet igitur hic locus Domini luculenter, atque accuratè expensus, tot rationibus ex textu ipso confirmatus, & tot Patrum testimonijs roboratus, & ab Hæreticorum importunis argutijs, & cauillis vindicatus, ad gloriam beati Petri, & illius, cuius ipse vices gessit, magni Principis Domini nostri Iesu Christi, totius cum Patre & Spiritu sancto immortalitatis autoris, ac potestatis, in secula, Amen.

Petrus quomodo sit pars Ecclesiæ, eademq; vt præsidens mul ac subsit.

TRA-

Tract. 49.

TRACTATVS III.

Super illa verba: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*

Ordo huius disputationis, & partes.

SVNT & hæc quę sequũtur, magna diligẽtia excutienda: & primò quidem explicandum, quę sit quas hic vocat portas inferi; Deinde quid referat illud relatiuum, *Aduersus eam*; Tertio loco, quomodo non præualuerint in Petrum, qui ad vocem ancillæ negauit: Quarto, quomodo cùm sit in crucem actus Petrus non dicatur præualuisse in eum portas mortis, quæ illam mortem machinatæ sunt; Postremò quemadmodum verum sit, in Ecclesiam, à qua multi per hæresim defecerunt, vel in successores Petri, non præualuisse portas inferi, cùm multi proponantur Pontifices, qui illam sedem Petri rexerunt, & ab hæreli alieni non fuerunt.

Matth. 16. Ioan. 21.

Portæ cœli quenam sint & quare sic dicantur.

Ad primum dicendum est: E regione ponit Dominus portas inferorum, clauibus, quibus aperiuntur portæ regni cœlorum. Et vt Christus est porta æternæ gloriæ, de qua dixit Propheta: *Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam*: & rursus: *Ego sum ostium: Per me si quis introierit, saluabitur.* Et de Beata Virgine singulariter canit Ecclesia:

Psal. 117. Ioan. 1.

Tu Regis alti ianua,
Et porta lucis fulgida:
Vitam dat tamen per Virginem
Gentes redemptæ plaudite:

Nam vt per illã ad nos ingressus est Christus, tanquam per ianuam quandam, clausam tamen, vt docet Propheta Ezechiel; ita per eam, vt singularem aduocatam, & generis humani matrem pientissimam, & fautricem, nobis patet aditus ad regnum cœlorum: & vt Apocalyp. 21. Apostoli sunt duodecim fundamenta ciuitatis cœlestis, ita sunt duodecim portæ, vt ibidem subdit: etiamsi non exprimatur, Apostolos esse illas duodecim portas, quòd per illas ingressus pateat ad regnum cœlorũ. Sunt autem portæ vrbium munitissimæ, nec carent propugnaculis firmissimis: hinc fit, vt nomine portarum quoduis potentiæ munitionis genus designetur. Ideò metaphoricè per portas inferorum in plurali, significantur potentes aliorum duces, qui alios suis persuasionibus, suggestionibusve, aut interminationibus & supplicijs ad gehennam pertrahunt: qui vt portæ æreæ, vel ferreæ, muniti sunt in Christum, alioſq; temere iudicant, vt olim iudicium fiebat in portis: quæ, sicut portæ inferorum, ita portæ mortis dici possunt: de quibus: *Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Et vt portæ cœli sunt pars cœli, ita portæ inferorũ, partes sunt ipsius gehennę: tales sunt dæmones oẽs, consilia eorũ, cogitationes, artes, technę & machinæ, quibus nos petunt: tales sunt omnes hæretici & scismatici, per quos tanquam per ora sua quædam & portas euomit Satanas pestiferæ hæreseos venenum, quo nos à fide Orthodoxa & Catholica abducat. Atque hæ quidem portæ ad excipiendum homines apertæ sunt: ad egrediendum verò semper sunt clausæ, iuxta illud Poetæ:

Psalm. 9.

Ęę portę quibus tantùm pateant.

Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est:

Virg. li. 6. Aeneid. sub init.

Et non est (inquit Sapiens) *qui agnitus sit reuersus ab inferis*: & pauci sunt qui ab hæresi vel schismate resipiscant. Et quemadmodum pacis tempore Romæ templi Iani portæ claudebantur, ac rursus cùm bellum Romani indicebant, aperiebantur: in hunc modum cùm aurea pax floret in Ecclesia, istæ portæ inferorum clausæ sunt: quando verò bellum imminet, vel externum à Turcis & tyrannis, vel ciuile & domesticum ab hæreticis, istæ portæ aperiuntur.

Sap. 2.

Quando portæ inferi sint clausæ, quando apertæ.

Iam secundò dicendum, quò tendat illud relatiuum: *Aduersus eam.* Nam, vt Origenes annotauit, anceps est sermo, quid per pronomen; *Eam*, referatur. Et quanquam parum referat dicere non præualituras in Ecclesiam, siue in petram Christũ siue in Petrum confitentem, cùm hæc tria mutuò se cõsequantur: suauius tamen est, & literæ congruentius, vt intelligamus idem referri per eam, quod intelleximus per illud, *Super hanc petram.* Et hoc insinuatur ex eo, quòd Christus remuneraturus confessionem Petri tertiò repetita coniunctione *Et*, dixit. Primùm enim Dominus asseruit: *Et ego dico tibi quia tu es Petrus*: Deinde adiunxit: *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Tertiò addit: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam*: Postremò subiunxit: *Et tibi dabo claues regni cœlorum*: Vbi vides ex præcedentibus & subsequentibus sermonem accipiendum esse de Petro. Nam quid mirum quòd in Christum nihil præualeant? aut quid noui, in Ecclesiam vniuersalem supra petrã fundatam, neq; infernum, neq; mundum præualere potuisse? Nouum autem, & mirabile est, quod à solo Christo, Deo & homine, qui promisit, & præstari potest,

Illud relatiuum, aduersus eã, quid referat. Orig. tract. 1. in Matth. tom. 2.

Alter sensus accommodatior.

Portæ inferorum quæ nam illa.

Vbi fiebat olim iudiciũ.

quòd in Petrum, & eius successores, aut contra eius cathedram, aut potestatē portæ inferi nihil præualuerint, ob assistentiā Spiritus sancti illam immobilem & incōcussam ad omnes Dæmonis & Mundi assultus, & impressiones reddentem. Quòd si contra eam nihil possunt, consequenter neq; contra Ecclesiam super eam ædificatam, neque contra Christum ædificatorē. Quod Epiphanius in libro, qui inscribitur Anchoratus, confirmat his verbis: *Ipse autem Dominus constituit eum primum Apostolorum, petram firmam, super quam Ecclesia Dei ædificata est, & portæ inferorum non valebunt aduersum illam. Portæ autem inferorū sunt hæreses, & hæresiarchæ. Iuxta omnem enim modum in ipso firmata est fides, qui accepit clauem cælorum, & soluit in terra, & ligat in cælo. In hoc enim omnes quæstiones, ac subtilitates fidei inueniuntur.* Hæc ille, confirmans portas inferi nihil posse in Petrum. Ad tertium: Non sequitur, portas inferi præualuisse in Petrum, quòd ad vocem ancillæ negauerit. Respondemus enim, nondum tunc Petrū fuisse pastorem, candidatum tamen ad pastoratū quem accepit post resurrectionem Domini, confitemur. Quod expressè tradit ex Græcis quidem Euthymius hoc loco, ex Latinis autem Hieronymus, qui in hoc caput scribens ait: *Lector prudēs inquiret, quomodò post tantam beatitudinem: Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. nūc audiat: Vade retro me Satana, scandalum mihi es: aut quæ sit tam repentina conuersio, vt post tanta præmia Satanas appelletur. Sed si consideret qui hoc querit, Petro illam benedictionem, & beatitudinem ac potestatem, & ædificationem super eum Ecclesia in futuro promissam, non in præsenti datam intelliget. Aedificabo, inquit, super te Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebūt aduersus eam, & dabo tibi claues regni cælorū: omnia de futuro. Quæ si statim dedisset ei, nunquam in eo prauæ confessionis error inuenisset locum.* Hæc Hieronymus. Neque ad Ecclesiæ soliditatem necessaria erat Petri confessio eo tēpore: nam etsi Petrus negaret, Christus, qui summus Pontifex erat, confirebatur, & ita Ecclesia solida, & sine periculo erat. Nec sat quòd corde crederet Petrus: quia super fidem solius cordis, præsertim negatam, non ædificatur homo. Quòd ergo articulum passionis non crederet, mirum non est: Deus enim non aliter se habuit cum mundo, ac se habeat proponens conuiuium splendidum inuitatis, in quo non omnia simul fercula apponūtur, sed hæc primo loco, & illa secundo, & sic deinceps: vt omnia degustari possint, & ne fastidium & satietatem ingerāt. Sensim enim aucta est fidei cognitio, & multa nota sunt beatis, quę nondū nobis comperta sunt: multa item explorata nos habemus, quæ maioribus nostris cōperta nō fuerunt. Hinc Christus dixit: *Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò.* Ita quidem Petrus instructus erat de Incarnatione Domini per reuelationē Patris, nondum autem de arcano mortis ac passionis, quam dedecere putabat Filium Dei: sicut nec de Resurrectionis articulo fidem habebat, vt dicitur Ioan. 20. Quod ergo dici solet, eum, qui vni articulo non credit, factum esse omnium reum: intellige de reuelatis & confessis in Ecclesia articulis, qualis nondum erat iste. Nec dicas satis tunc Dominum hoc mysterium detexisse: quia Petrus atq; alij Apostoli necdum affectu carnis spoliati, dictū Domini, vt fidei articulū non accipiebant, quia erat verbum hoc absconditū ab eis. Si rursus obijcias, dictū esse illi à Domino: *Tu es Petrus*, id est, solidus: quod non fuit, cū tertiò negauit. Respōdeo, sic intelligendum esse verbum Domini: *Tu es Petrus*, id est, eris post confirmationē firmus in fide profitenda. Quia enim Christus Deus est, oculo suo æterno omne tempus ambit, & quod futurum erat, simpliciter sibi iam præsens erat: & propterea dixit: *Tu es Petrus*. Et ita intellige: *Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua*, id est, post confirmationem, & ita vt alij tuum errorem sequi non possent: vnde ad tempus potuit deficere, vt Marcellinus, & Dauid, qui erat vir secundum cor Dei. Simili ratione quæ in secunda missione Apostolorum per vniuersum orbē illis euenere, in prima missione, vt annotauit Hieron. qua missi sunt ad prædicandum per Iudæam à Domino prædicta sunt: vnde illud: *Tradēt vos in Cōcilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos*, &c.

Quòd si vrgeas, Petrum post adeptum Pontificatum, non ambulasse ad veritatem Euāgelij, ac propterea reprehensum à B. Paulo: Respondemus fuisse defectum moralem, non fidei, vt rectè Tertullian. his verbis intellexit: *Cæterum si reprehensus est Petrus, quòd conuixisset ethnicis, postea se à conuictu eorum separabat personarum respectu, vtique conuersationis fuit vitium, non prædicationis.* Sic ille. Nō ergo præualuisse in eum portas inferi non deprehēdes, sed potius aliquid profeciſſe, re maturius pensata, Petro dante exemplum humilitatis, & Paulo confidentiæ & libertatis erga maiores libere corripiendos.

Ad quartum dicimus, Non ideò quod Petrus mortem crucis sustinuerit pro Christo,

B. Epiphan.

Si portæ inferi non prœualuerunt aduersus petrā, cur Petr⁹ ancillæ voce cō territ⁹, Christū negauit. *Matth. 26.*

Euthym. c. 26. in Matth. Hier. in 9. Matth. 16.

Ioan. 16.

Illud: Qui vno articulo non credit, factus est omnium reus: nim re⁹ quo modò ver sit. *Iaco. 2.* Ad illud: Apostoli nondū mysterii passionis à Christo didicerāt. *Luc. 18.*

Petrus quomodo firmus & cōstans in fide si Christum ter negauit. *Matth. 26. Luc. 22.*

1. Reg. 13.

Hieron.

Matth. 10.

Si Petrus firmus Petra erat, cur eum Paulus reprehendit quòd non ambularet ad veritatem Euangelij. *Gal. 2. Tertull. in*

Quod Petri, atque adeò mūdus, Christi passionis mysterū ignorauerint, non esse mirandum, quo quis exēplo cognoscet.

Mortē Petri nequaquam

portas inferi in Ecclesiam prœualuisse.

Quomodo in Ecclesiam portæ inferi non prœualuerunt, si multi Christi fidem deliquerunt? *Ioan. 10. 2. Tim. 2.*

Ioan. 10.

1. Tim. 4.

1. Ioan. 10.

Luc. 18.

Romani Pōtifices, si illi vnquam à Fide defecerūt qua ratione defecerint.

Christo, portas inferi prœualuisse in eum sicuti nec cùm Paulus pro Christo est decollatus: imò si hoc est prœualere, in Christum ipsum prœualuissent: qui tamen sua, & suorū morte potiùs illas prostrauit atq; cōtriuit. Ad postremū dicendū, quod deficientibus multis à fide, portæ inferi in eos prœualent: non autem in fidē, vel Cathedrā Petri, neq; in fidē peculiariter electorum: quibus promissio facta est, *Et non rapiet eos* (scilicet oues) *quisquā de manu mea*: & Paulus: *Firmū fundamentū Dei stat habens signaculum hoc, Cognouit Dominus qui sunt eius.* Nec eò tēdit Christus, vt asserat nullum à fide retrocessurum: cùm contra prædicat Apostolus: *Ego scio quoniam intrabūt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.* Et in alio loco: *Spiritus manifestè dicit quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum*: & Ioannes: *Filioli, nouissima hora est. Et sicut audistis quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti sunt.* Et Dominꝰ in Euāg. *Verū tamē Filius hominis veniens, putas inueniet fidē in terra?* Quòd verò Pōtifices Romani & Petri successores à Fide defecerint, facilius quidē est asserere, quā firmis historicorum testimonijs cōprobare: si tamen quisquā vnquā talis fuit: respondemus, vnumquemq; ex Romanis Pōtificibus bifariam considerari posse. Vno quidē modo quatenus priuata persona est: & quatenus talis est, nihil inconuenit, si errores in fidem concipere, & tenere possit: quatenus verò Vicarius est Iesu Christi, & Petri successor, cathedramque eius publicè moderatur, & fidē prædicat, siue dubia emergentia autoritate sua definit, quem alij sequi debeant; quatenus talis, inquam, est, & consultò & seriò dogmata Fidei decidit, credimus, ac indubitata fide asserimus, illum in his, quæ eiusmodi sunt, errare non posse, non quidem à se ipso, ob assistentem illi Spiritum sanctum, & ob Ecclesiam vniuersalem, quæ pastoris sui vocem audire præcipitur, ideò illo errante, tota Ecclesia erraret; & ob preces à Christo fusas pro Petro, & eius successoribus: *Ego*, inquit, *rogaui prote, vt non deficiat fides tua*, & propter hanc certissimam Domini pollicitationem: *Et portæ inferi non prœualebunt aduersus eam*: non sunt autem vanę aut cassæ promissiones Christi, sed vt ipse dixit: *Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Hoc etiam decebat, diuinam sapientiam, quæ vt sapiens architectus solidum fundamentum domus

Vade Romanus Pontifex habeat, vt errare nō possit.

Luc. 22.

Promissionū Christi firmitas atque constantia. *Matth. 24.*

suæ ponere debebat, ne flumina in illam illisa, aut pluuia de cœlo descendens, aut venti irruentes illam dissipare possent.

Supra 7.

Quòd si quisquā fuit Pōtificum (quod mihi nondum satis probatum & compertum est) qui falsa dogmata crediderit, vel asseruerit, ille profectò ex quorundā sententia, quæ cum multis viris doctis communis est, Papa non fuit, Vicarius Christi non fuit, successor Petri non fuit: quam primum enim (inquiunt illi) fidem amisit per hæresim animo conceptā, & ore proditam, desijt esse membrū Christi: quòd membrum non est, proculdubio neq; caput Ecclesiæ est, neq; locū Christi gerere potest: sed in eum, tanquam iam diuino iure de gradu deiectū, procedere potest Ecclesia, vt eum depositū, & ab omni honore, & potestate spoliatum declaret. Et ita nunquam datur, neq; dari potest Romanus Pontifex errores publicos prædicans, aut definiens: nam ex quo id tentat efficere, ipse se omni potestate & Pontificatu priuatum prodit.

Quid de ijs Romanis Pōtificibus sentiendum, qui fidem vnquā amiserint.

Quòd autem Romanus Episcopus in fide errare nequeat, ex his Scripturarum locis deducitur, quos posuimus supra, & quos Patres multi ita intellexerunt & exposuerunt, & experientia ipsa non obscurè demonstrat. Videmus enim multos Patriarchas Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Alexandrinæ, Ierosolomitanæ, & Antiochenæ, hæresiarchas extitisse, & illas sedes à Fide defeciſſe: solam Romanam Sedem singulari Christi priuilegio stantem in fide, oculis nostris cernimus, atque hoc in plusquam ducentis triginta Pontificibus per annos propemodum mille & sexcentos. Hoc ipsum etiam Patres confirmant. Audi quid scribat Bernar. ad Innocētium epist. 190. *Oportet ad vestrum referri Apostolatum pericula quæque & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim, quæ de fide contingūt. Dignum namq; arbitror, ibi potissimùm resarciri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua sedis. Cui enim alteri aliquando dictum est: Ego pro te rogaui, Petre, vt non deficiat fides tua?* Hieronymus ad Damasum de Romanis ait: *Profligato à sobole mala patrimonio apud vos soboles incorrupta Patrum seruatur autoritas.* Et li. 3. in Russinum: *Attamen scito Romanam fidem Apostolica voce laudatam, istiusmodi præstigias non recipere, etiamsi Angelus aliter annuntiet, quā semel prædicatum est, Pauli autoritatem munitam nō posse mutari.* Russinus in parua expositione Symboli: *Verùm priusquam incipiam de ipsis sermonū virtutibus disputare, illud nō importunè*

Papam in ijs quæ Fidei sunt, errare non posse, multis ostenditur.

Ecclesię, quænam à Fide defecerint.

Bernar.

Luc. 22. Hieron. epist. 57. tom. 1. Idem tom. 2.

Gal. 1.

Russin. apud B. Cyprianum.

commendandum puto, quod in diuersis Ecclesijs aliqua in his verbis inueniuntur adiecta. In Ecclesia tamen vrbis Romæ hoc non deprehenditur factum, pro eo vt arbitror, quòd neque hæresis vlla illic sumpsit exordium, & mos ibi seruatur antiquus, &c. Cyrill. in lib. Thesauror. citatus à B. Thom. in catena aurea in c. 16. Matth. *Secundùm hanc Domini promissionem* Ecclesia Apostolica, Petri ab omni seductione hæreticæ, circumuentione manet immaculata, super omnes præpositos & episcopos, & super omnes primates Ecclesiarum & populorum in suis Pontificibus in fide plenissima & auctoritate Petri. Et cùm aliæ Ecclesiæ, quorundam errore sint verecundatæ, stabilita inquassabiliter ipsa sola regnet, silentium imponens, & omnium obturans ora hæreticorum: & nos necessario salutis, non decepti superbia, nec vino superbiæ inebriati, typũ veritatis, & sanctæ Apostolicæ traditionis vnà cum ipsa confitemur, & prædicamus. Cyprian. lib. 1. epist. 3. *Nauigare audeat & ad Petri cathedrã atq; Ecclesiã principalẽ, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum.* Sic ille. Expende, quòd ad Romanos Pontifices perfidia habere non possit accessum. Irenæ. lib. 3. aduersus hæreses. c. 3. *Sed quoniam valde longum est in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximè & antiquissimæ, & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam sententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio.*

Romanæ principatum Sedis alias super omnes vrbes quoque Pontifices & agnouisse & literis testatum reliquisse.

Hoc etiam priuilegium Sedis Apostolicæ multi Pontifices Romani & agnouerunt, & scriptis suis prodiderunt. Iulius enim Papa in epist. ad Athana. dicit: *Sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata permansit, Domino prouidente, & B. Petro Apostolo opẽ ferẽte in futuro manebit sine vlla hæreticorũ insultatione, atq; firma & immobilis omni tẽpore perfistet.* Leo Pap. ser. 3. assumptio. suæ ad Pontificatũ: *Cõmune erat omnibus Apostolis periculũ de tentat one formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebãt. Quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere: Et tamen specialis à Domino Petri cura suscipitur, & pro fide Petri prõpriè supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratia ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur.* Et in illa verba: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam: Hæc*, inquit, *fides diabolum vincit, & captiuorũ eius vincula dissoluit. Hæc erutos mundo, inserit cœlo, & portæ inferi aduersus eam præualere non possunt. Tanta enim diuinæ soliditate munita est, vt ea neq; hæretica vnquam corrũpere prauitas, nec pagana potuerit superare perfidia.* Ad hæc Leo IX. epist. ad Petr. Antiochen. *Nimirũ*, inquit, *solus est ille* (scilicet Petrus) *pro quo, ne deficeret eius fides, Dominus & Saluator asserit se rogasse, dicens: Simon Simon ecce Satanas expetiuit vos, &c. Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius vsq; in seculũ seculi: sed cõfirmabit corda fratrũ varijs concutienda fidei periclitationib. sicut vsq; nũc cõfirmare nõ cessauit.* Gelas. ad Anast. Imper. *Vna est Christiana fides, quæ est Catholica. Catholica autem veraciter illa est, quæ ab omnium perfidorũ, atque ab eorum successorũ consortibus syncera pura, immaculata communione diuisa est, hoc est, quod Sedes Apostolica magnopere taxauit: vt quæ mũdi est radix, Apostolica gloriosa cõfessio, nulla vmquam prauitatis, nulla prorsus cõtagione macularetur.* Omitto quæ Mar. in epist. ad Athan. & omnes Episcop. Aegypti scribit, vbi Ecclesiã Romanã semper immaculatã mansisse docet, & in futurũ prædicit, B. Petro Apostolo opẽ ferente, firmã & immobilem omni tẽpore mansurã esse, quia Dominus Petro nõ defuturã promisisset. Et Euseb. Papa, vt habetur 24. q. 1. c. *In sede Apostolica*, & quæ Xistus. c. *Memor sum*, & Agatho in c. *Quoniã Agatho*, & Inno. III. in c. *Maiores*, de Baptismo. Audi quid Nicol. I. dicat, vnicũ in omni virtutum genere exemplũ, vt testatur Plat. in VIII. Syno. act. 1. *In Sede Apostolica immaculata semper obseruata est religio, in qua est integra, & vera Christiana soliditas.* Et Leo IX. li. contra Michaelem Constantinopolitanum, tractando illa verba: *Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua: Erit ergo quisquã tantæ dementiæ, qui orationem illius, cuius velle est posse, audeat in aliquo vacuam putare? Nonne à sede principis Apostolorum, Romana videlicet Ecclesia, tam per eundem Petrum, quàm per successores suos reprobata & conuicta atque expugnata sunt omnium hæreticorum commenta, & fratrum corda in fide Petri, quæ hactenus nec defecit, nec vsque in finem deficiet, sunt confirmata?* Sic ille. Neq; mirum esse debet, si Episcopi Roma. ipsi iura sui Põtificat⁹ prodan t,

Pro vno Petro cui Dominus rogauerit, vt non deficeret eius fides.

Idem ser. 2. in die assumptionis suæ ad Pontificatum.

Leo IX.

Luc. 22.

Gelasius. Vna Christiana fides quæ Catholica.

Marcus.

Euseb. Papa Xistus.

Innoc. III. Nicol. I. Platina.

Leo IX.

Quæ causa Paulum impulerit scribere.

dant, & priuilegia suæ cathedræ defendãt. Nam vt Apostolus Paulus suum iactabat Apostolatum, cùm eius ministerio pseudoapostoli detraherent: vnde dicebat ad Corinthios: *Non sum liber, non sum Apostolus? nonne Christum Iesum Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in Domino? Etsi alijs non sum Apostolus, sed tamen vobis sum, nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino.* Ita opus fuit Pontifices Romanos suã tueri dignitatẽ & potestatẽ, quã in discrimen venire propter hæreticorum pertinaciã quotidie videbant: ideò toties, & à tot Pontificibus, nõ solùm sine scandalo, sed etiam cum magno apud Deum merito, suæ sedis excellentiam & primatum super vniuersas Christi Ecclesias extulerunt: iudiciorum in his quæ ad fidem, & Ecclesiarum regimen spectant, nunquam fallens, & indeficiens robur semper sibi vindicarunt: Et vt Paulus dixit: *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Quæ & loquimur*, &c. Vbi vides, propriũ esse Apostolorum, & eorum, qui in eorũ locum successerunt, agnoscere munera, quæ à Deo habent, & illa in aliorum vtilitatem proferre.

commẽdare Corinthijs Apostolarũ, & Romanos Põtifices suũ Põtificatum super omnẽ Ecclesiam.

1. Cor. 9.

Quòd si quisquam obijciat illud, quod Iudæi Christo obiecerunt: *Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.* Respondere possunt Pontifices: *Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum. Etsi iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me, Pater:* Nam de hoc priuilegio Pontificum testantur Scripturæ per quas loquitur Pater, Filius & Spiritus S. Præterea si vnus aut alter hæc de se pronuntiasset, posset fortasse de veritate suspectus haberi, &, vt dici solet: *Testimonium vnius, testimonium nullius:* Verùm cùm hæc sedis Petri priuilegia à tot Pontificibus Romanis, qui vitæ sanctitate, excellentia doctrina, & signorum operatione, & martyrio claruerunt, toties decantentur, meritò tanquam vera, & omni acceptione digna à nobis recipienda sunt. Ad hæc, si quid alienum à Scriptura docerent Romani Põtifices, dubium non est, quin statim multi præclari Doctores, & magni viri, qui in Ecclesia Dei semper floruerunt, illis reclamassent atque restitissent: si Paulus in re tam parui momenti restitit in faciem Petro, & reprehendit eum. Quoties etiam alij Episcopi hæreses dissemin arunt, videmus multos Catholicos contra illos insurrexisse, & se illis opposuisse pro Fide Catholica propugnanda: Romanis verò Episcopis talia & tanta de sua sede prædicantibus, Doctores & Ecclesiæ lumina nõ solum non contradixerunt, sed etiam eorum sententias suis scriptis, tanquam certissimis testimonijs, comprobarunt atque commendarunt, & cæteros aliter opinantes tanquam hæreticos, & pessimè de fide sentientes condemnarunt: quemadmodum in præcedenti Tractatu, & in præsenti, productis multorum doctorũ sententijs, liquidum & exploratum reddidimus.

Propium Apostolorũ quid.

1. Cor. 2.

Romani Põtifices, Ecclesiæ item Patres atq; Doctores, quomodo eos hãbuerint, qui sibi nomen vniuersalis Episcopi temere vsurpãt

Remanet igitur inuiolabile, & penitus firmum Sedis Apostolicæ iudicium in his quæ ad fidem & regimen Ecclesiæ spectant, ab omnibus Catholicis magna veneratione audiendum, atque amplectendum, tanquam iudicium per eum loquentis Domini nostri Iesu Christi, cùm quo æternus Pater atque Spiritus sanctus perfectissimè gaudent atque lætantur, per omnem æternitatem, Amen.

TRACTATVS IV.

Tract. 50.

Super illa verba: *Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.*

Matth. 16.

MVLTA & in hac sententia explicanda dubia, propter hæreticorum importunitatem, diligenterque tractanda atque dissoluenda sunt. Ea est enim veritatis natura, vt quo magis oppugnatur, eò magis rutilet & splendescat, non secus atque aurum igni probatum, fulgentius, & defœcatius redditur. Dicemus igitur, cur hæc potestas Petro data, clauium nomine sit significata, & plurali voce expressa: Deinde an istæ claues in sua plenitudine perinde ad omnes Episcopos & sacerdotes spectent, atque ad B. Petrum, siue successorem eius; Tertio loco differemus, an ligare & soluere sint actus adæquati ipsarum clauium, an verò seiuncti & distincti; Quartò, an sub clauibus includitur aliqua potestas in bona temporaria; Postremò, producenda sunt quæ hæretici obijciunt, vt probent claues datas esse Ecclesiæ, & non soli Petro.

Ordo huius tractationis.

Quod ad primum igitur attinet, claues, instrumentum sunt, quo domus, vel

Quid clauiũ nomine significetur.

tem-

templum,vel carcer, vel scrinia, vel cellaria clauduntur: vel aperiuntur: vnde per traditionem clauium intelligitur traditio possessionis apud iurisconsultos, vt habes in l. *Claubus*, ff. de contrah. emptio. Et Esai. 22. *Et erit in die illa, vocabo seruum meum Eliacim filium Helciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatē tuam dabo in manu eius: & erit quasi pater habitantibus Ierusalem, & domus Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.* Hæc ille. Vbi apertè declaratur, per clauem intelligi potestatem, & actus clauium adæquatos esse, aperire, & claudere. Et dicitur clauis domus Dauid, id est, templi Dauidis consilio extructi, vel Ecclesiæ & familiæ Iudæorum, quæ à Dauide denominatur parente Messiæ. Solebat autem clauis super humeros gestari à clauigeris: & significatur onus prælationis, siue pondus potestatis. Non est autē quòd hæretici indoctis persuadeant, non esse hoc loco sermonem de potestate, sed tantùm de scientia, iuxta illud Luc. 11. *Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ*: nam etiam illo ipso loco clauis scientiæ non est scientia, sed potestas interpretandi Scripturas, vel fides, qua diuina scire possumus, quia subdit: *Non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis.* Ergo si prohibeant introire ad fidem, & ad Christum, potestatem habebant. Et hoc Lucæ, cum illo Matthæi congruit: *Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorū ante homines. Vos enim non intrastis, nec introeuntes finitis intrare.* Et hoc loco, postquam dixit: *Tibi dabo claues regni cœlorum*, subdit, explicans eius facultatis actus: *Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* Et quia regnum cœlorum tanquam domus quædam est, quæ indignis clauditur, bonis autem aperitur; ideò cogitandum est, qua ratione, & claudi, & aperiri possit.

Vbi gestarēt clauē de more Iudæi.

Apocal. 3.

Clauis dom⁹ Dauid quæ nam illa.

Claues regni cœlorum, vt hæretici nugantur, non esse clauem scientiæ, probatur.

Matth. 23.

Quod vt meliùs percipias, præmittendum est, cœlum post peccatum generi humano clausum fuisse; in cuius rei signum eiecti sunt de paradiso primi parentes, & adhibitus Angelus custos cū gladio flammeo atque versatili. Vni autem tantùm Christo, & soli, legimus in baptismo cœlos apertos fuisse: quanquam tunc veriùs aperti sunt, quando perfecto baptismo sanguinis in cruce per passionem suam intrauit vt summus Pontifex in Sancta sanctorum: vt Apostolus inquit. Fuit autem clauis aperiens obedientiæ meritum, & patientia, & humilitas, sicut clauis claudēs fuerat inobedientia Adę, superbia, & nolle contristare suas delicias: atque ita scriptum est: *Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriā suam?* Meruit autē Christus, vt aperirentur cœli: non tantùm sibi, cui semper patuerunt, sed etiam omnibus qui intrarent in illos, & ipsum qui est regnum nostrum, induerent. Omnibus ergo clausum est cœlum, qui non sunt in Christo, & tales sumus omnes natura: necessum est igitur intrare in Christum, vt cœlum nobis aperiatur. Ingredimur autem in Christum fide, & Sacramento. Fides enim est ex auditu, & auditus à prædicatione verbi Dei: Ergo clauis primo est potestas prædicandi verbum Dei, quæ hic Petro promittitur: nemo enim potest legitimè prædicare, nisi mittatur, & consequenter potestas discernendi verbum verum à falso, & doctrinam Catholicam à fallaci: quæ potestas secundùm sui originem in Christo Domino fuit, sed hic Petro loco sui data, sic tamen vt eam alijs posset delegare, cùm ipse non valeat esse vbique, ac docere nec propterea dominiū sed vsus tantùm clauium transferebatur ad alios. Similiter etiam per Sacramenta ingredimur in Christum: quorum legitimum vsum & ministerium Petro tradidit, & per eum omnibus alijs Episcopis, & sacerdotibus: ita vt si qua incidat de fide quæstio, vel de Sacramēto administrando, Petri solius, vel successorum eius sententiæ ab omnibus fidelibus standum sit.

Luc. 24. Idem quibus introeundum cœlum promeruit.

Duobus modis in Christum ingredimur. *Rom. 10.*

Dixit autem in plurali, *Claues*, quia duplex est Ecclesiæ potestas. Altera quidem Ordinis, quæ confertur per aliquam certam consecrationem ad conficienda, & ministranda Ecclesiæ Sacramenta; altera verò est iurisdictionis, ad moderandos & regendos Christianos populos, sine vlla exteriori ceremonia, solo Dei verbo, vel hominis vicem Dei gerentis concessa. Et prima quidē potestas super corpus Christi verū est, sicut secūda super corp⁹ Christi mysticum. Rursus potestas Ordinis, siue Sacramentalis bipartita est: nam altera dicitur Scientiæ, quæ est discernendi facultas, altera verò Potestatis, quæ dici potest clauis iustitiæ, siue ligandi & soluendi. Et prima quidem clauis scientiæ necessaria est, quia perspicua cognitio caussæ anteire debet iudicium, nisi velimus inferenda sententia turpiter aberrare. Secunda clauis interdum exequitur actum suum sine iustitia, & propterea vocatur clauis potestatis, Longè autem diuersa est scientia, & clauis scientiæ: nam scientiam

Quæ clauis Christus Petro promisit.

Christus cū dixerit: Tibi dabo claues regni cœlorum.

Duplex potestas ordinis, & iurisdictionis, quæ nam illa.

Potestas ordinis, duplex Scientiæ mirum, & potestatis.

Clauis scientiæ quæ sit illa, & potestatis.

Cur ratione reclusum cœlorum claudi, & aperiri possit. *Gen. 4. Matth. 3.*

Christ⁹ quando primum regnum cœlorum aperuit, & quibus clauibus. *Hebr. 9.*

multi

multi docti habent, qui sacerdotio carēt: multi autem clauem scientiæ habent sine scientia, vt indocti sacerdotes. Est ergo clauis scientiæ, potestas prius inquirendi & cognoscendi mores alienos, & peccata subditorum, antequam feratur iusta sententia per clauem potestatis. Clauis autē potestatis, est facultas & autoritas ferendi sententiam de aperiendo, aut claudendo alicui regno cœlorum. Similiter hæc potestas dicitur clauium in numero multitudinis: quia vna est aperire cœlum, & claudere infernum, altera verò è conuerso claudere cœlum, & aperire infernum; perinde ac si vnius, & eiusdem ostij duæ essent distinctæ claues, altera ad vsum tantùm aperiendi destinata, altera verò tantū ad claudendū. Altera verò est potestas iurisdictionis externæ spectans ad forum publicū, sicut prior ad secretū: quæ rursus bipartita est: nam includit in se potestatē inquirēdi, & cognoscēdi peccata publica Christianorū; deinde etiā facultatē æquā sententiā ferendi, siue iudicandi & corrigēdi, diciturq; gladius spiritualis, siue excommunicatio, & mucro Episcopalis, siue clauis, quia per illā aperitur, vel clauditur Ecclesia. Et possunt haberi hę posteriores claues ab eo, qui non haberet priores claues, quemadmodū constat de electo Prælato nondum sacris ordinibus initiato; sicut priores claues possunt haberi sine posterioribus. Et vt ad priores claues ordinis spectat prædicatio, & interpretatio Scripturæ, & distributio Sacramētorum, vt autoritas Baptizandi, Confirmandi, Ordinandi, conficiendi Eucharistiā, Vngendi infirmos, & cœlebrandi Matrimonia: ita ad posteriores claues spectat visitare diœceses, punire rebelles, excōmunicare obstinatos, legatos mittere, ad Synodum vocare, & ibi facta confirmare, causas reseruare, vel reseruatas relaxare, dare indulgentias, pœnas fori pœnitentiæ mitigare, vel mutare, vota quæcunque commutare; hæreticos, & eorum scripta damnare, declararare canonicos libros Scripturæ, approbare libros Doctorum, Religiones confirmare, Episcopos & ministros Ecclesiæ instituere, beneficia Ecclesiastica distribuere, tēporalia bona ad sustentationem ministrorum applicare, exigere decimas & annatas, canonizare Sanctos, indicere certis dieb. ieiunia, instituere dies festos, qui celebrentur, & similia permulta. De qua potestate ait Paulus de se; *In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia.* Et iterum: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Ac rursum, *Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Et de hac ipsa dicitur, *Tibi dabo claues regni cœlorum: &, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus: &, Pasce oues meas.* Vsus tamen priorum clauium in Sacramento pœnitentiæ exerceri non potest sine posterioribus clauibus: quia potestas soluendi & ligandi in foro conscientiæ exerceri efficaciter in quenquam non potest, nisi per claues iurisdictionis habeat aliquis subditos, in quos potestatem acceptam exercere valeat: quemadmodū etiam tu gladium habeas ad scindendum, si tamen materia scindenda absit, scindere profectò nequaquam poteris.

Quæ sit potestas iurisdictionis, & quotuplex.

ordō, & iurisdictio quæ se inseparabiles nō sint.

Ordinis & iurisdictionis propriæ functiones.

1. Tim. 5.

Matth 18.

Ioan vlt.

Potestas Ordinis qua ratione absque potestate iurisdictionis esse nequeat.

Secūdo dubio satisfacimus, si dicamus has claues alia ratione esse in Deo Patre, & Filio, & Spiritu sancto; alia in Christo, alia in Petro, alia in Episcopis, & alia in Sacerdotibus. In Deo enim eminentissimè sunt, & illam potestatem à se ipso habet, non recipiendo eam ab alio, nec ab alio pendendo. In Christo verò sunt tanquam in filio fideli in domo sua, cui data omnis potestas in cœlo, & in terra, & cui Pater omne iudiciū dedit. Et habet duas claues vniuersè: quia in vniuersum, omnium hominum bona & mala, quæ sunt causa aperiendi vel claudendi cœlum, cognoscit. Idem quoq; firmiter, ac immobiliter possidet has claues, quia eius volūtas coniuncta est diuinæ iustitiæ; & propterea hæc in eo potestas irreuocabilis est: de quo Apocalyp. 3. dicitur: *Hæc dicit Sanctus & verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.* Et rursus cap. 1. *Habeo claues mortis & inferni.* In Petro verò claues sunt tanquam in ministro, sed in sua plenitudine, & à nullo limitari aut coarctari possunt, de quo Christus inquit, *Quodcunque ligaueris, erit ligatum: & quodcunque solueris, erit solutum.* Et ita nullibi legitur Christus claues tradidisse præterquā soli Petro. Quia enim Dominus vt Rex promisit se suam Ecclesiam, in qua regnaturus erat, super illū ædificaturum, commodè ergo nunc Petro Regem illum cęlestem confitenti promittit se sui regni claues daturum, id est, supremam in regno suo autoritatem, & potestatem.

Claues regni cœlorum aliter Deus, aliter Christ⁹ homo habēt, & exercent in Ecclesia.

Heb. 1. Matth vlt. Ioan 5.

Eas claues quomodo Petrus habeat.

Quod si fortè obijcias, alijs quoque dictum esse: *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ;* &, *Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo;* &, *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, Accipite Spiritum*

De potestate iurisdictionis Pauli vota.

2. Cor. 10.

1. Cor. 4.

Parē & æqualem atq; ipsi Petro Christus potestatem Apostolis qualē dedisse videatur.

Marc. vlt. Matth. 18. Ioan 20.

sanctum:

Christus dū viueret, vnus ipse cui habuit claues regni cœlorum.
Mar 3.
Luc.6.

Ioan 21.
Quid significauit Christus Petro cū dixit: Pasce oues meas.

Quid egerit Christ⁹, cùm Petro tradidit claues regni cœlorū.

Qua lege Apostoli, quā habebant, à Christo potestatem acceperint.

Heb.6.
Psal.109.
Si Petrus Ecclesiæ summus pastor, & Pontifex cū quomodo Christus Pōtifex est in æternum.

Petri propriæ, & Christi in Ecclesia functiones quæ sint.

Apostoli Matth. vlt. à

sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Dicendum est, quòd verus clauium dominus fuit semper Christus, vtpotè summus Sacerdos, & Rex: & tamen dum in terris egit, voluit ipse prædicare, & docere. Et quia bonum erat habere adiutores, elegit duodecim Apostolos, quibus dedit potestatem, quam tantus Magistratus requirebat. Et dum ipse vixit, non erat vnus Apostolus alio maior: sed omnes pari consortio muneris & honoris præditi erant: sed recedens à nobis, vni Petro, vt hic promisit, vniuersam tradidit potestatem in clauibus significatam, cùm dixit, *Pasce oues meas:* quod aliud non significat, quàm, Do tibi claues regni mei, id est, supremam potestatem administrandi regnum meū in terris. Necessum enim fuit, vt Christus abiturus ad Patrem, aliquem in terris designaret, qui omnibus esset præfectus: sicut & necesse est vt Rex profecturus in regionem longinquam, vni alicui relinquat regni gubernacula, penes quem sit summa potestas, si velit regnum suum à seditionibus esse liberum. Hoc modo fecisse Dominus videtur, cùm dixit, *Pasce oues meas.* Ita vt omnis potestas alijs collata à Domino non quidem tolleretur, sed sub potestate Petri redigeretur: vt accidit cū Papa succedit alteri Papæ defuncto: qui enim inueniuntur in dignitate, & potestate, non amittunt eam, sed sicut priùs erant sub Papa qui excessit, ita postmodū sub illo qui succedit. Sic Apostolorum omnium potestas, viuēte Domino, qui verus, & summus erat Pontifex, sub illo erat: illo autem à nobis recedente, ac Petro loco sui substituto, omnium autoritas recidit sub Petro.

Nec tamen Dominus desijt esse Pontifex in æternum: nam munera quidē Pontificia, quæ externam & corpoream operā requirerent, Petro exercēda suauiter delegauit, per hominem scilicet mortalem, & non ampliùs per se immortalē, vel per ordinaria miracula, quæ fidem quodam modo tollerent: quæ verò internè fiunt, ipse per se operatur. Vt verb. gra. prædicatio, & doctrina externa fit à Petro; at illustrationem mentis & infusionem donorum, internamq; operationem quę sub aspectum non cadunt, operatur Christus per Spiritum suum. Simili ratione in Sacramento, externa præstant homines, virtutem verò, & gratiam ipse Dominus largitur.

Deinde respondemus ad argumenta Nam prædicatio illa, & baptismus, quem

præcepit Christus Matth. 28. erga nōdum Christianos exercebatur; super quos non est propriè iurisdictio: quia nihil ad nos spectat (vt ait Apostolus) de ijs qui foris sunt, iudicare. Verba verò illa: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* de potestate Ordinis, qua in foro conscientiæ poterāt absoluere, sunt intelligenda; si tamen accedat iurisdictionis potestas, vt explicat B. Thomas, quam à Petro susceperunt. Vnde illa eadem ferè Domini simplicibus Sacerdotibus dicuntur, dum ordinantur; quos tamen nullam habere iurisdictionem constat. ¶ Verba verò illa: *Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo,* quæ ad Apostolos à Domino dicta sunt; neque ostendunt iurisdictionem tunc à Christo datam, quia de futuro sunt sicut & illa; *Tibi dabo claues regni cœlorum;* nec etiam ostendunt promissam; quia non dicit Dominus, Vobis dabo, sicut dixit Petro; sed tantùm prædictionem continent eius quod futurum erat, vt haberent potestatem ligandi & soluendi etiam in foro exteriori: nam in eo loco de tali potestate sermo est. Hæc autem prædictio impleri potuit Christo per Petrum dante illis iurisdictionem, licèt per se ipsum proximè non contulisset, Soli autem Petro dictum est: *Tibi dabo claues,* &, *Pasce oues meas.* Nam etsi multa Dominus dedisset Apostolis, nunquam tamē illa sine Petro dedit. Quæ verò Petro singulariter dedit, etiam in aliorum præsentia, soli tamen Petro conuenire intelliguntur. Et licèt ius clauium, & pascendi à Domino, & ad reliquos Apostolos transierit: per Petrum tamē transiuit, per quem Dominus alijs contulit, quicquid alijs non negauit, vt Leo Pontifex testatur. Et cùm loquimur de plenitudine clauium existente in Petro solo; de potestate iurisdictionis, nō de potestate Ordinis haberi sermonem volumus. Quippe in baptismo conferendo, & Eucharistia conficienda, & alijs administranda, & in similibus tantundem potest simplex Sacerdos, atque Pontifex: quemadmodùm in potestate Consecrationis, & Ordinationis ministrorum tantundem potest Episcopus, etiamsi titularis existat, quantum ipse summus Pontifex. Nisi quòd potestas Ordinis in cæteris Sacerdotibus, & Episcopis restricta est ad certam diœcesin, extra quam sine noua facultate legitimè ea vti non possunt: potestas verò Ordinis in summo Pōtifice, ad omnes Christi fideles se extēdit; qui propterea dicitur Ordinarius Ordinariorū. Potestas verò iurisdictionis eius suprema

Christo missi quas docere omnes gētes, atq; prædicare.
1. Cor. 1.

Illa Domini verba Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, vt sint appiendā.
Ioan. 20.
D. Tho. in 4. 20. Ioan. in 14. & alibi passim.

Illud quo Quæcunq; ligaueritis per terram &c quæ sit sum habet

Petri primatum.

Ioan. 21.

Leo Papa serm. de [illegible] In qua pote state Petr maior re quis Apo lis ran fuerit.

Quales in Episcopis, & Sacerdotib⁹ quālis vsus in summo Pontifice? potestas Ordinis. Roman. Pontifex cur vi

exiſtit,

Universidade de Lisboa Biblioteca Nacional

cenit Ordinarios ordinariorum.

Summus clauium minister Petrus, ipsi eiusque successores.

Papæ, & illa Episcoporū potestas iurisdictionis qualis meritò videatur.

Quid per ligandi & soluendi actus significetur.

Ligandi, soluendiq; actū ab illo claudendi, & aperiendi esse diuersum, ob quinque.
Esa. 22.
Apocal. 3.
Matth. 16.

Nisi aliter foret, quid inde.
Infra 18.

exiſtit, & in plenitudine sine vlla vel causę, vel personæ restrictione, aut limitatione, aut indulgentiarum concedendarum arctatione (nā sic est in omnibus Episcopis, & Prælatis Ecclesiæ) & ideò omnem aliorū iurisdictionem longè superat & antecellit. Etsi ergo tam in Petro, quàm in cæteris Episcopis potestas clauium per modum ministerij sit, sicut in Christo per modum excellentiæ, & in Deo tanquam in eius autore atque fonte: tamen Petrus atque eius successor minister est supremus, Christique Vicarius plenitudinem clauium habens; reliqui omnes non nisi restrictè, quod attinet ad locum, & personas, & causas. Et accidit Petro, & aliis Prælatis curam animarum habentibus, quod Abbati, & Monachis contingit interdum. Nam quisq; Monachus clauem tenet, qua possit cellam suā aperire, non autem alterius: Abbas tamen, qui præfectus est illis, vna & eādem claui, tùm suam, tùm omnes aliorum cellas aperire potest, & solet, cæterorum verò Monachorum Abbatis aperire potest nemo.

Ad hunc modum cogitandum de Papa, & Episcopis: quisque enim Episcopus in sua diœcesi clauem habet, qua ligare, & soluere potest suos, sed non eos, qui sunt extra suam diœcesim: Papa tamen generalem clauem habet, qua potest quicquid alij possunt, & multa præterea quę alij nō possunt, cùm & ipsimet Episcopi sub ipso Petro, tāquam oues sub pastore, esse debeant.

Expediuimus secundum membrum: accedamus ad tertium. Dicimus quoddā extitisse, qui ligandi, & soluendi actus ad Hebraismum referant: vt perinde sit ligare & soluere, atque claudere, & aperire. Videtur enim, quod clauditur, ligari, vt qui includitur in carcerem: contrà verò, cui aperitur, solui, vt accidit ei, qui de carcere liberatur.

Mihi tamen probabiliùs videtur, actum aliquem partialem clauium explicari per actus ligandi, atque soluendi: tum quia ligare, & soluere, nō sunt actus adæquati clauium, sed longè illis inferiores: tùm quia Dominus Esai. 22. & Apocal. 3. declarat, actus clauium esse, claudere, & aperire: tùm quia Dominus, sicut dicendo, *Tu es Petrus, & super hanc petram,* nouo symbolo designauit eandem potestatem, adiungendo cū illa coniunctione, &: *Et tibi dabo claues regni cœlorum:* ita nunc cum eādem coniunctione, Et, subdendo: *Et quodcunque ligaueris, vel solueris,* vnum actum clauium demonstrasse videtur. Tùm denique, quia si ligare, & soluere; tantundem esset atque claudere, & aperire, cùm Dominus dixerit Apostolis: *Quecunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; solueritis super terrā, erunt soluta & in cœlo:* proculdubiò claues eaidem de eādem plenitudine Apostolis dedisset: quod tamen verum nō est, & propterea ab omnibus Catholicis meritò negatum. Propriè ergo illi actus claudendi & aperiendi, ad doctrinam Fidei & Sacramētorum videntur pertinere: per hos enim primò, & propriè aperitur cœlum, & patet aditus in regnum cœlorum, quod est Ecclesia, quia per illos tollitur quodcunque impedimentum, excludens ab ingressu cœli, siue culpa sit quæcunque, nempe aut originalis, aut lethalis, aut venialis: tollitur reatus pœnæ cuiuscunque, siue æternæ, siue temporalis, qui vel Sacramento, vel sine illo per viam indulgentiæ obtineri potest. At ligare, & soluere, potiùs ad ea, quæ iurisdictionis sunt in vtroque foro pertinere videntur. Ligat enim Pontifex, cùm legem condit, aut sententiam de tribunali pronūtiat vel absoluens, vel condemnās. Duplex enim tantummodò vinculū inuenitur in Scripturis homines ligans coram Deo, nimirum peccatū, & præceptum. Hinc Prouerb. 5. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* De altero dicitur Eccli. 6. *Vincula illius, alligatura salutaris,* vel, vt Græca habent, *filum hyacinthinum.* Neq; videtur hic actus leges ferendi, vel ligandi, & soluendi ad clausuram, aut apertionem cœli propriè pertinere. Duæ enim sunt primariæ, ac summæ potestates in Papa, nempe Pontificia, ac Regia, quantum attinet ad spiritale regimen, & his meritò coniungitur Prophetia: & ideò Papa est summus Pontifex, & summus Rex. Et ad eum, quatenus Pontifex est, pertinet aperire cœlum: quod sit verbo, & Sacramēto: ad eum verò, quatenus Rex est, pertinet ligare, & soluere pro iustitia cuiusq; & meritis. Ideò B. Petrus regale Sacerdotium vocauit hunc Ecclesiæ primatum. Potestatem autem clauium quibus cęlum aperitur, vel clauditur, necessariò consequi debet regia potestas, vt ij, quibus apertum est, se in officio contineant, & viam pergant, quam semel ingressi sunt. Quæ ergo sunt Ordinis, siue ad doctrinam fidei, siue Sacramentorum spectent, vni Pontifici sub hac ratione competunt: & talem potestatem vocauit claues. Secundum verò potestatem Regiā expressit per ligare, & soluere: quæ pariter suam scientiam requirit, & complectitur omne iurisdictionis officium, vt potestatem excommunicandi, puniendi, & absoluendi, condendi Canones & decreta; distribuendi beneficia, & Episcopatus; cognoscēdi causas Episcoporum, inquirendi, & visi-

Regnum cœlorum quod nam illud.

Duplex vinculu in Scripturis inuenitur.

Duplex potestas in Papa, Regia videlicet ac Pōtificia, & quę nam proprię cuiusq; functiones sint.

1. Petr. 2. & Exod. 18
Regale Sacerdotium de quo Petrus, quodnam illud sit.

Quibus verbis potestatē Ordinis, & potestatē iurisdictionis expresserit Christus.

In quibus sita sit iurisdictionis potestas.

tandi, conuocandi Concilia siue generalia, siue particularia, prout causa postulauerit, illa transferendi, dissoluendi, confirmandi, in eorum decretis dispensandi, vel in totum abrogandi. Denique reliqua omnia, quæ ad potestatem iurisdictionis spectant, & quæ superiùs expressimus, actus ligandi & soluendi intelligimus. Et quod dixit: *Quodcunq; ligaueris, erit ligatum: & quodcunq; solueris, erit solutum*, sic est accipiẽdum, quomodo si à Rege iudici à se constituto diceretur: Quandocunque absolueris, absolutum habeo: & quandocunq; condemnaueris, condemnatum habeo: & quicquid statueris, statutum habeo. Non enim iudici huic potestatem dare intelligitur absoluendi, vel condemnandi, & statuendi pro sua voluntate, & libidine, sed secundùm iustitiæ æquitatem, & secundùm merita subditorum, & vtilitatem eorum. Quæ potestas etsi Apostolis Matt. 18. fuit collata, siue cõferenda prædicatur: primò tamen Petro, & sub illo, & per illum aliis data est. Claues autem ita Petro sunt commendatæ principaliter, non vt in illo maneant, & cum illo recedant, sed vt per illum in alios deriuentur, vel ampliùs, vel strictiùs, prout ratio postulauerit: sed in successores, qui eius cathedram Canonica electione ascendunt, in tota sua plenitudine, quemadmodum illas habuit beatus Petrus, cõferuntur. Alioquin Christus Dominus non prospexisset Ecclesiæ suæ in perpetuum, si, quod beato Petro datum est, cum ipso extingueretur. Et aduerte, quòd nõ omnia, quæ ad Romanum Pontificem spectant, possunt alteri delegari, vt quod pertinet ad Prophetiam, cùm de veritate doctrinæ determinandum est; aut quod de certa personarum conditione agitur, vt de canonizatione Sanctorum, aut reprobatione Hæreticorum, aut cõfirmatione alicuius nouæ Religionis: in quibus Põtifices errare haud possunt, quòd eorum error ad totam Ecclesiam, quę eius iudicium sequi debet, diffunderetur, & propter preces Christi rogantis vnicè pro fide Petri: reliqui verò omnes, qui hanc peculiarem Christi assistentiam, & Spiritus sancti protectionem non habent, errare possunt: vnde vel Concilia Generalia & Oecumenica hanc grauissimam autoritatem decidendi Fidei & Sacramentorum controuersias à seipsis non habent, sed à suprema potestate Romani Pontif. illis coniuncta: nã sine Romani Episcopi autoritate, & ei⁹ in illis præsidentia, Concilia neq; cogi possunt, neq; legitima sũt, nec generalia, sed acephala; neq; alicuius est firmitatis aut roboris qđ in eis definitur, nisi eius autoritate confirmetur.

Qualis hæc Domini locutio videatur: Quodcũque ligaueris, erit ligatum; & quodcunque solueris, erit solutum.

Qua Petrus lege acceperit claues regni cœlorũ.

Sũmus Pontifex quã cõmittere alteri suam potestatem, seu iurisdictionẽ non possit.

Luc. 22.

Conciliorũ etiam generaliũ tota autoritas ac potestas, vnde sit, ac pẽdeat.

Quarta dubitatio dissoluitur, distinguẽdo, triplicem esse in Romano Pontifice potestatem. Primam quidem, qua vniuersalẽ habet potestatem in animas omnes promouendas in vitam æternam, per verbum, Sacramentum, leges sanctas, indulgentias, & alia omnia munera spectantia ad potestatem iurisdictionis. Hanc potestatem qui negaret, iniurius esset verbo Christi, quo illi claues regni cœlorum, & confirmandi fratres officium, & ouium pascendarum curam contulit, & præfecturam.

¶ Altera potestas est Pontificis, quę directè respicit temporalia bona, quã habet Pontifex, & in vrbem Romam, & in Picenum agrum, & Romandiolam, quam vocant, & reliquas ciuitates Italiæ, quę suæ ditioni sunt adiectę, quas habet ex donatione Constantini, vel Caroli Magni, vel Mathildis Comitis, vel aliorũ Principum, in quibus Pontifex non minus, quàm Reges terreni, verè regnat & dominatur, & omnia alia, quæ ad iustitiam ministrandã spectant, exercet: quanquã non deceat illum per seipsum hæc iudicia tractare, & sanguinẽ fundere; sed per alios ministros, & iudices superiores, & inferiores, omnes tamen sibi subditos, huic muneri satisfacere. Etsi autẽ eiusmodi imperium, & ditionem temporariam possidere non sit simpliciter necessarium vt quis sit verus Papa, & verus Pontifex, quia tã Christus Dominus & Petrus, quàm primæui illi Pontifices huiusmodi tẽporarias ditiones non agnouerunt, nec his præsidiis mundi muniti fuerunt: tamẽ magnis rationibus constat, Deũ voluisse progressu temporis Sedem Vicarij Iesu Christi illis bonis exornari: tum vt illis præsidiis humanis munita esset Sedes Apostolica, nec cuiuis hæretico vel schismatico Principi ansa porrigeretur insurgendi in Christi Vicarium, si pauper esset; tum vt haberet vnde compesceret motus insurgentium in Ecclesiam seditiosorum & rebellium; tùm vt Pontifex præberet tam Episcopis diligenter pascendi oues, quàm Regibus rectè gubernandi, & administrandi regna exemplum: tùm denique quia cùm temporaria bona ad spiritualia referenda sint, & homines istarum rerum splendore moueantur, cùm cognitio nostra ortum habeat à sensibus; vtile visum est, Ecclesiam Catholicam tẽporalibus facultatibus instruere, vt Christiano populo maiestatem quãdam repræsentans, maiori haberetur in pretio & veneratione. Vt interim omittam, Principes Christianos seipsos spoliasse, vt Ecclesiam locupletarent; quod non tantùm diuino instinctu, sed etiam ipsorum Pontificum

An summus Pontifex habeat ecclesiam ac dominia in bona fortunæ.

Triplex Romani pontificis potestas põtifica.

Luc. 22. Ioan. 21.

Quorum tenere & largitione Principum habeat quicquid habet dominii temporalis, & status.

Quib⁹ decessis, grauibus quidem illis & magnis, Romanus debuit Põtifex temporalem quoq; habere dominatũ.

Vnde fuerint adducti Principes Christiani, sæculare vt illud dominiũ Apostolicæ Sedi contribuerent.

persuasionibus animati perfecerunt, sancti etiam Pontifices acceptârunt; & ne vllus vel inuaderet vel alienaret, prohibuerunt. Vnde Augustinus epist. 50. ad Bonifacium Comitẽ, Constantini Imperatoris laudat religionem, quòd Ecclesiam huiusmodi donationibus locupletauerit: & latiùs id prosequitur Tract. 6. in Ioannem. Hæc de secunda potestate.

Tertiam potestatẽ habet Summus Pontifex in totum terrarum orbem à Christianis inhabitatum, & Principes seculares, Reges & Magistratus tẽporales, qui Christi legem profitentur, in quos omnes habet regimen, vt vocant, obliquum, siue indirectum: nam illis tanquam ouibus suis ipse velut pastor præcipere potest, & non tantùm rogare, vel exhortari (quod quiuis priuatus potest) vt potestatem suam & vires imperij ad salutem animarum, & regnum Christi, & Euangelium promouendum conuertant. Cui Pontificis præcepto, tanquam Christi verbo, habent Principes obedire; & si resistant, potest eos tanquam cõtumaces punire; & si in Ecclesiam, & Christi gloriã aliquid moliantur, potest eos imperio & regno priuare, vel eorũ ditiones alteri Principi tradere, & eorum subditos ab obedientia illis debita, & iuramento facto absoluere: vt verum sit in Pontifice Romano illud verbum Domini dictum ad Propheram Ieremiam cap. 1. *Ecce dedi verba mea in ore tuo: Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna: vt euellas & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.* Atque hac potestate sæpius multos vsos fuisse Pontifices, atq; illos quidẽ sanctissimos, & doctissimos, his, qui legerunt Ecclesiasticas historias, ignotum non erit. Atque hæc potestas necessariò consequitur legitimum vsum clauium regni cœlorum; confirmationem fratrum & pasturam ouium. Illam deniq; rei ipsius natura indicat. Nam cùm corporea bona ad spiritualia, tanquam digniora, sint instituta, & ad illa & corporea & temporaria bona referantur, cùm Pontifex in animas & spiritus potestatem habeat: sequitur vt & obliquè (quoniam spiritualia sine temporalibus non possunt cõsistere) in regna & ditiones autoritatem habeat. Nam Papa quatenus pater spiritualis est, potest dirigere Regum potestatem ad Christi gloriam promouendam, & ad vitam æternam consequendam: & ad hunc Catholicum sensum est referendum, quod Ecclesia in solennitate B. Petri canere consueuit: *Tu es pastor ouium, Princeps Apostolorũ, tibi tradidit omnia regna mundi*, scilicet, quæ Christum profitentur, & proinde Christi Vicario obedientiam præstare debent.

Quod autem in bona temporaria directum dominium, vel regimen non teneat, ex Scripturis, & Patribus, & rationibus colligitur. Nam in primis id colligitur ex illo verbo: *Tibi dabo claues regni cœlorum*, non dicit regni terrarum: nihil ergo hæc verba spectant ad terrenam potestatem. Confirmare etiam fratres, & pascere oues, officia tantũ sunt spiritualia. Et confirmatur, quia Petrus dixit: *Argentum & aurum non est mihi*. Præterea à Apostolis Dominus inquit: *Reges Gentium dominantur eorum; & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.* Quibus verbis etsi Christus spiritualem potestatem in oues sibi subditas non detrahat, tollit tamen imperium, quale solet esse in Regibus cum fastu, & potentia, & tyrannide coniunctum.

Ad hæc in Scripturis sacris distinguuntur officia Cæsaris, & ministrorũ Dei. *Reddite*, inquit Dominus, *quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Item in literis Sacris laudatur Regum potestas, tanquam à Deo descendẽs, & illis obedientiam legitimam præstari præcipit. Ait enim Petrus; *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Regi præcellenti; siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* Et Paulus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Et infrà: *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi damnationem acquirunt.* Si autem ad Ecclesiasticos, vel ad Romanos Pontifices spectarent ditiones temporales iure diuino, profectò Apostoli non scripsissent, vt fideles obedientiam Regibus suis præstarent, sed illam eis non deberi persuaderent, & ipsis Regibus prædicarent, vt Sacerdotibus cederent.

Idem etiam traditione Patrum comprobari potest. Et inprimis Bernardus ait libro 1. de consideratione, ad Eugenium: *In criminibus, non in possessionibus potestas vestra: quoniam propter illa, & non propter has, accepistis regni cœlorum claues præuaricatores vtique excluduri, non possessores.* Et sequitur: *Quænam tibi maior videtur & dignitas & potestas, dimittendi peccata, an prædia diuidendi? Sed nõ est comparatio. Habent hæc infima & terrena iudices suos, Reges & Principes terræ. Quid fines alienos inuaditis? Quid falcem vestram in alienam messem extenditis? Non quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippè potioribus occupatis.* Hęc ille, asserens ad Pontifices Romanos regimen temporalium

Papæ dominium in temporalia, nisi obliquum esse tantummodo, tripliciter ostenditur. Primum argumentũ ab Scripturis. Act. 3. Matth. 20.

Matth. 22.

1. Petr. 2.

Rom. 13.

Secundum arg. ab autoritate Patrũ. Bernard.

B. Aug. tom. 2.

Idem tom. 9.

Qualẽ summus Põtifex in Reges, ac Principes, atque adeo in vniuersum Christi populũ potestatẽ habeat ac iurisdictionẽ.

Papæ potestas quib⁹ fetè Domini verbis expressa apud Ieremiam.

Papæ huiusmodi super Reges etiam ac Principes potestatem quam diximus, quomodo vel natura ipsa persuadeat ac doceat.

bonorum, & cauſarum ſecularium minimè ſpectare: agnoſcens tamen in illo obliquam gubernationem. Libro 4. eiuſdem operis Pontificem compellat, his verbis: *Quid tu denùo vſurpare gladium tentas, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? Quem tamen iuſtum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic: Couerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo & ipſe: tuo forſitan iuſſu, etſi non tua manu euaginandus. Alioquin ſi illo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apoſtolis: Ecce gladij duo hic; non reſpondiſſet Dominus: Satis eſt: ſed Nimis eſt. Vterque ergo Eccleſiæ, & ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis: ſed is quidem pro Eccleſia, ille verò & ab Eccſia exerendus eſt: ille Sacerdotis, is militis manu: ſed ſanè ad nutũ Sacerdotis, & iuſſum Imperatoris. Et de hoc aliàs.* Idem Bernardus lib. 2. nõ ſolùm fatetur eſſe in Romano Pontifice ſacerdotalem Aaronis poteſtatem, ſed eam quoque politici principatus iuriſdictionem, quæ fuit in Samuele iudice, in Moyſe duce, in Melchiſedech Rege & Sacerdote: quæ profectò hanc quam tuemur obliquã gubernationem Papæ ſuper omnes Reges complectuntur. Ad hæc B. Gregorius lib. 7. epiſt. 1. ad Sabinianum Diaconum, agens de Malco Epiſcopo, qui ferebatur in cuſtodia pro ſolidis interfectus, ita reſpondit: *De qua re vnum eſt quod breuiter ſuggeras ſereniſſimis dominis veſtris, quia ſi ego ſeruus eorum in morte Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diuiſa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miſcere formido.* Vides religionem Gregorij, putantis ad ſe non ſpectare cauſſas ſanguinis, aut ſe bellis immiſcere? B. Auguſtinus tract. 6. in Ioannem: *Quo iure defendis villas?* (Eccleſiæ ſcilicet) *diuino, an humano? Reſpondeant, Diuinum ius in Scripturis habemus, humanum ius in legibus Regum. Vnde quiſque poſſidet quod poſſidet? Nonne iure humano?* Et infrà: *Iure tamen humano dicit* (ſcilicet quiſque) *Hæc villa mea eſt, hæc domus mea, hic ſeruus meus eſt. Iure ergo humano, iure ergo Imperatorum. Quare? Quia ipſa iura humana per Imperatores & Reges ſeculi Deus diſtribuit generi humano.* B. Ambroſius lib. 5. epiſtolarum epiſt. 33. ad Marcellinam ſororem: *Mandatur denique: Trade baſilicam. Reſpondeo, Nec mihi fas eſt tradere: nec tibi accipere, Imperator, expedit. Domum priuati nullo potes iure temerare: domum Dei exiſtimas auferendam? Allegatur, Imperatori licere omnia, ipſius eſſe vniuerſa. Reſpondeo: Noli te grauare, Imperator, vt putes te in ea quæ diuina ſunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus. Scriptum eſt: Quæ Dei, Deo: quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum.* Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes refert, Hoſium Cordubenſem, ſenẽ verè ſanctum, dixiſſe Conſtantio Imperatori ſolicitanti ad defectionem à Fide: *Quid tale, inquit, à Conſtante actum eſt? aut quis ibi Epiſcopus relegatus? aut quando iudicijs Eccleſiaſticis interfuit? aut quis ipſius Palatinus vim adhibuit, vt contra aliquem ſubſcriptio fieret? Vt idem valens cum ſuis aliquid colligat: habeatq́, quod obijciat? Deſine, quæſo, & memineris te mortalem eſſe: reformida diem iudicij: ſeruate in illam diem purum: ne te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed potius ea à nobis diſce. Tibi Deus imperiũ commiſit: nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit: & quemadmodum qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ; ita & tu cane, ne, quæ ſunt Eccleſiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius ſias: Date (ſcriptum eſt) quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ Dei, Deo.*

Hoc ipſum teſtati ſunt ipſimet Pontifices. Nam Nicolaus Papa epiſtola ad Michaẽlem Imperatorem ait: *Denique hi, quibus tantùm humanis rebus, non diuinis præeſſe, promiſſum eſt; quomodo de his, per quos diuina miniſtrantur, iudicare præſumant, penitus ignoramus.* Et infrà: *Cùm ad verum ventum eſt, vltra ſibi nec Imperator Pontificatus iura arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vſurpauit: quoniam idem mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus actibus proprijs, & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit, propria volens medicinali humilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in infernum demergi: & vt Chriſtiani Imperatores pro æterna Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum imperialibus legibus vterentur: quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minimè ſe ſecularibus implicaret: ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet ſecularibus negotijs implicatus.* Idem in eadem epiſtola ait: *Romanam Eccleſiam ſolus ipſe fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ claui gero terrenti ſimul & cœleſtis imperij iura commiſit.* Quæ verba Nicolai, vel alludunt ad verbum Domini: *Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis:* vel intelligit cœleſtis imperij iura directè commiſiſſe; quæ verò terreni ſunt, non directè.

Et confirmatur, quia cùm inter poteſtatem temporalem & ſpiritualem indies oriantur diſſidiq; ergo relictum eſt à Chriſto tribunal, quod has controuerſias poſſit legitimè diſcernere: & non reliquit apud

Idem. Quã Bernardus ſummo Pontifici duplicẽ tribuat poteſtatem. — *Matth. 28.* — *Ioan. 18.* — *Luc. 22.* — *B. Greg. tom. 2.* — *B. Aug. tom. 9.* — *B. Ambr. to. 3.* Magni Ambroſij mira ſpiritus libertas. — *Matth. 22.* — *Athan. tom. 2. à medio.* Quid Hoſius quoque Cordubenſis imperator Conſtantio ad deferendam fidem ſolicitanti reſponderit. — *Rom. 13.* — Idem Romanorum Pontificum idem modo confirmatur. *Nicolaus Papa* — *1. Tim. 2.* — Quatenus Imperatoris poteſtas Pontificia ſubeat, atque contra, Pontificia rationi ſubeat poteſtate. *2. Tim. 2.* — *Idem ibidem.*

apud laicos, quia neſciunt ſpiritualia, & conſequenter proportionem temporalium ad ſpiritualia: ergo huiuſmodi iudiciũ penes Pontificem erit, cuius ſententię, cùm eſt quæſtio an hoc, vel illud ſit contra ſalutem, ſtandum eſt, modò non apertè erret, vel faciat in fraudem modò etiam non negligat temporalia, vt cogat ad conſilia, ad quæ non arctantur laici. Si autem eſſet quæſtio, an hoc vel illud expediat bono ciuili, & neutrum eſſet contra ſalutem animarum, ſtandum eſſet Principi, & Papa nõ deberet ſe in hoc immiſcere. Innocentius III. in capite *Nouit Deus*, de Iudiciis, aſſerit, iudicare de feudo (ſic enim loquitur) ſpectare ad Reges, non ad ſe: ſed decernere de peccato, ad ipſum pertinere. Et idem in capite *Per venerabilem.* Qui filij ſint legitimi, dicit ſe non habere poteſtatem ſuper Regem Franciæ in temporalibus, etſi ſe illi ſponte ſubdere potuerit. Idem in titulo De maioritate & obedientia, capite *Solitæ*, aſſerit, ad firmamentũ cœli, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ, feciſſe Deum duo magna luminaria, id eſt, duas inſtituiſſe dignitates, quæ ſunt, Pontificalis autoritas, & Regalis poteſtas. Sed illa quæ præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, maior eſt: quæ verò carnalibus, minor: vt quanta eſt inter Solem & Lunam, tanta inter Pontifices & Reges differentia cognoſcatur. Hæc ille in ſenſu.

Hanc doctrinam de regimine obliquo Põtificis in omnes Principes terrenos, agnoſcunt, & tradunt, Ioannes Turrecremata libro 2. De poteſtate Eccleſię, capite 114. Caietanus in lib. De autoritate Pontificis, & altero De comparatione Papæ & Concilij dominus Franciſcus à Victoria in relectione De poteſtate Eccleſiæ. Sotus lib. 4. De iuſtitia & iure, quæſtio. 4. articul. 1. ſunt & plerique alij, & Theologi, & Iuriſconſulti idem aſſerentes. Vnde poteſtas temporalis non pendet ab ea Pontificis, vt cæteræ ſpirituales poteſtates ab ea pendent. Et vt poteſtas Principum ſecularium pendet ab ea Imperatoris: nam Papa per poteſtatem ſpiritualem quam habet, non poteſt dare Regiam poteſtatem quam non habet, poteſt tamen illam dare in ordine ad ſpiritualia, vnde & Imperatorem coronat, valetq́ue illius vſum moderari, ita vt vitam æternam reſpiciat, leges ſanctas ad regendum condendo, & in multis controuerſiis declarando quid ſit peccatum, & quid non ſit peccatum, cuius rei iudicium per ſe ſibi competit.

Idem etiam confirmatur rationibus. Quarum prima ſit: quoniam Chriſtus aliam Petro non contulit poteſtatem, quam illam, quam ipſe habebat, Dominus autem dixit, *Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non eſt hinc.* Ac rurſus: *Quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos?* Id eſt, Non veni vt ius adminiſtrem in ſecularibus cauſis. Cùm ergo Chriſtus huiuſmodi poteſtatem non habuerit, nec Petro illam tradidit. Deinde Reges ante Chriſti aduentum habebant ſuam poteſtatem temporalem, & Chriſtus eam ab illis non abſtulit; ſed per ſe, & per ſuos obedientiam, & tributa eis præſtari præcepit: & contra Herodem timentem regno ſpoliari, canit Eccleſia:

Non eripit mortalia,
Qui regna dat cœleſtia.

Eripuiſſet illis profectò regna temporaria, ſi dominium illorum directum contuliſſet Petro & ſucceſſoribus. Præterea ſi Pontifex verbo Chriſti inſtitutus fuiſſet Dominus & Rex, in vniuerſa regna temporaria rectam poteſtatem haberet, profectò Epiſcopi ſuæ diœceſis verum quoque haberent dominium temporale: quòd ſi iſtiratione Epiſcopatus nihil terrenum poſſident, neque Pontifex aliquam rectam gubernationem ſuper Reges ſeculares habebit. Amplius, grauiſſima eſſet ſarcina, duraque prouincia, tùm Papæ, tum Epiſcoporum, ſi temporalia adminiſtrarent, vel quæ vniuerſi orbis ſunt, Pontifex, vel quæ ſuæ cuiuſque diœceſis, Epiſcopus, cùm vnaquæque poteſtas totum requirat hominem, & Apoſtolus dicat: *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus; vt placeat ei cui ſe probauit:* vnde vel Apoſtoli munus miniſtrandi menſis viduarum, etſi plenum eſſet charitatis, quia tamen temporale erat, & à miniſterio verbi Dei impediens, prudenter detrectarunt. Item, quia nullus Pontificum hactenus ſe geſſit pro Rege temporali, nec verba Chriſti ad eos dicta, talem poteſtatem continere intellexerunt, ſed tantùm ſpiritualem: neque eius eſt confirmare aliorum regna, vel cauſſas merè ſeculares atque profanas ad ſe per appellationem deuoluere, vel deuolutas acceptare; quod tamen facere debuiſſent, ſi verba Chriſti ad Petrum dicta, ſingularem poteſtatem in temporalibus comprehenderent. Adde etiam, Pontifex Maximus in lege naturæ apud Romanos, & in lege Moyſi apud Hebræos, nulla poteſtate temporali præditus erat; imò ſuberat ipſe Regibus, vt conſtat apud Iudæos, & Conſulibus apud Romanos: quanquam Melchiſedech poteſtatem haberet ſuper ciuitatem

Quarum rerũ iudicium penes ſummum Pontificem ſit, nõ penes Principem, & contrà. — *Innoc. III.* — *Idem.* — *Duo luminaria mundi, magnus, & minus quid myſticè ſint.* — *Idem.* — *Ioan. de Turrecrem. Caietanus.* — *D. Franciſcus à Victoria. Sotus.* — *Quo iure Papa eligat, & coronet Imperatorem.* — *Rationibus idem dogma firmatur.* — *Ratio prima.* — *Ioan. 18.* — *Luc. 12.* — Secunda ratio. — *Matth. 2.* — Tertia ratio. — Quarta ratio. — *2. Tim. 2.* — *Act. 6.* — Quinta ratio. — Sexta ratio. — *Gen. 14.* *Hebr. 7.*

Salem, cuius erat Rex, & Machabæi ditionem temporalem coniunctam cum Sacerdotio haberent: sed id non erat ex vi Sacerdotij, sed ex eo quod non repugnet, habentem supremã potestatem spiritualem, fungi etiam temporali: quemadmodũ successor Petri Romæ, & in terris sibi subiectis, quas patrimonium Ecclesiæ vocant, merũ, & mixtum habet imperium: verùm id non est ex vi Papatus, sed ex donationibus Principum Ecclesiæ Romanæ factis. Accedit, quòd si imperiũ terrenũ illis verbis Christi ad Petrum dictis esset diuino iure traditum & comprehensum, falsum esset omninò, quod circumfertur de donationibus, vel Constantini, vel Caroli Magni, vel Mathildis Comitis, piæ fœminæ, vel aliorum Principum: non enim fuissent donationes, sed restitutiones: & quæ illis nondum donata sunt, iniustè ac per vim detinerentur, & mala fide ab aliis possiderentur. Quæ omnia cùm sint absurda, & à ratione, & Ecclesiæ consuetudine aliena, elicimus, Pontificem Romanum ex vi Pontificatus sui, & clauium promissarum directam aliquã potestatem, vel actionẽ temporalem non accepisse: quanquam ex iure diuino Papa, sicut reliqui Apostoli ac Episcopi, ius habeat ad alimenta, quibus honorificè sustentur: dignus est operarius mercede sua. Ius etiam habet, vt Imperatori, quem ipse elegit, & coronauit in protectorem Ecclesiæ, præcipere possit, vbi opus sit: quia ad hoc ipse Imperator, dum coronatur, iuramento se astringit: in cæteros autem Principes & Reges terrenos nonnisi obliquam, & quam vocant, indirectam, gubernationẽ habet, vnde Sacerdos vetus interdum determinabat causas temporales, Deuteron. 17. ergo idem etiam obliquè poterit modò Papa.

Septima ratio.

Luc.10. Matth.10. Aliam in Imperatorem, aliã in Reges & Principes habet sũmus Pontifex iurisdictionẽ.

Neque probant in contrarium, Papam esse vniuersi orbis dominum, licèt potestate eiusmodi non vtatur. Primò, quia Christus fuit Dominus vniuersorum, & dedit oues Petro, & eum misit, vt erat missus à Patre: ergo & Petrus vniuersorum Dominus fuit. Sed primò id non sequitur: quia Christus Deus, & Redemptor, & potestate abuti non valens, plus potuit, quàm communicauit, vt condere, & tollere Sacramenta: & poterat remissionem peccatorum, & gratiam sine illis conferre. Deinde falsum etiam est, quòd Christus habuerit potestatẽ regni temporalis, quia nec hæreditate habuit regnum temporale, cuius mulier Virgo Maria non erat capax, nec alio humano titulo, nec habuit finem temporalem, nec vsum potestatis temporalis, qui dixit: *Regnum meum non est de hoc mundo*; aut, *Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos?*

Obiectiones in contrariũ diluuntur. Obiectio I. *Hebr. 1. Ioan. vlt. Suprà 20.* Quam Christus sibi potestatẽ retinuerit, nec dederit vlli.

Christũ vnde cõstet nullum temporale dominium habuisse. *Ioan. 18. Luc. 12.*

Deinde idem (inquiunt) non probatur per hoc quòd Ecclesiæ est iudicare de peccato: ergo cùm in causa ciuili pars vna peccet in aliam, & illa non corrigatur, deuoluitur ad Papam omnis causa ratione peccati, & correctionis fraternæ. Sed ad hoc dicitur, quòd in multis causis, vtrùm aliqua sit iniuria, pendet ex ipso iure ciuili; ideò non spectat per se ad Papam, sed in foro ciuili terminatur; ea autem ibi terminata, si pars altera non obediat, potest, haberi accessus ad Papam, & tunc non est iudiciũ ciuile, in quo tantùm quæritur satisfactio: Papa autem quærit animæ correctionem. Nõ potest tamen Pontifex hoc iudicio vti in fraudem, vel impedimentum potestatis ciuilis: falsum tamen est quòd Papa nõ possit excommunicare ob peccata in legem Naturæ; sed tantùm ob ea, quæ in fidem, vel Sacramenta, vel Euangeliũ fiunt; quia Paulus 1. Corinth. 5. excõmunicat Corinthios ob incestum. Ideò errârunt in hoc Ockam lib. 6. Dialogorum, cap. 8. & Ioannes Gerson lect. 4. de vita spirituali.

II. Obiectio.

Ciuiles causæ quatenus ad Papam pertineant.

Ob peccata quænam excommunicare summus Pont. possit.

Error Ockã & Ioannis Gerson.

Tertiò non obstat verbum illud: *Ecce duo gladij hîc. Satis est*: quia de corporalibus gladiis est sermo ad literam. Vt enim cùm est sermo de Martha & Maria in Euangelio, ad literam de piis illis & religiosis fœminis verba fiunt, etsi per allegoriam explicentur de vita actiua, & contemplatiua: ita hîc ad literam sermo est de gladiis corporeis, etsi iuxta spiritum intelligi possit de gladio corporeo & spirituali: quòd si de spirituali gladio esset sermo, satis, vt ex Bernardo explicuimus, vtrumq; habet gladiũ, quia alterum per se, alterum per alios Principes distringit. Et hactenus de hac quæstione sit dictum.

III. obiectio. *Luc. 22. Luc. 10.*

Bernard. lib. 4. de consid. ad Eugen.

Ad postremum, contendit Lutherus, claues non vni Petro, sed toti Ecclesiæ esse collatas. Quod his argumentis euincere conatur. Primò, *Claues & pastura nõ sunt aliud quàm prædicatio: quam omnes habent, & nõ tantùm Petrus.* Sed falsum est: vt enim Sãcti docent, & vsus habet, non tantùm prædicat Petrus, sed autoritate ordinis & iurisdictionis omnia potest, quæ ad iurisdictionem faciunt, & non tantùm prædicare, sed etiam leges condere, ministros ordinare, causas decidere, Concilia indicere, excommunicare, priuare Sacerdotio vel Episcopatu, absoluere ab excommunicatione, declarare articulos Fidei, hæreses damnare, & similia iure suo potest. Deinde argumentatur: *Nihil habet Petrus, quod alij Apostoli nõ habent.* Sed falsum est: nam ipsi soli promissæ

Lutheri, & suorum, quibus probantur eque ipsi Ecclesiæ, ac Petro data claues regnicolorũ, obiectio diluuntur.

Secundum argum. *Luc. 22.*

claues regni cœlorum, in præsentia aliorum: ipsi soli dictum, vt confirmet fratres: ipse inter omnes electus, vt pascat oues Christi. Tertiò arguit: *Augustinus* (inquit) *in Psalmum 108. ait, Petrum esse typum Ecclesiæ, vt Iudas Iudæorum est: aliàs Scripturæ non haberent illustrem sensum: ergo Ecclesiæ datæ sunt claues, non Petro, vel successoribus eius, nisi fortè per Ecclesiam.* Sed profectò potiùs oppositum sequitur. Vt enim dicta aliis Apostolis, ipsis, & per eos, & in eis ad alios extenduntur, & illis conueniunt: vt, *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Et, *Euntes docete omnes Gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Et, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Et, *Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. Vos qui secuti estis me in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim:* & quæ de Iudæis intelligi voluit, maximè Iudæ conueniunt: qui quia primatum inter malos gerebat, typum eorum tenet. Ita Petro maximè conueniunt quæ Ecclesiæ, & successoribus. Ita vt Augustinus velit, non solùm Petro conuenire, ne claues cum eo finirentur, sed etiam eius successoribus: non autem negat conuenire Petro, neque illa Ecclesiæ acephalæ congruere asserit. Sic enim sensus esset absurdus, nempè Ecclesiam ædificandam super Ecclesiam; vel Ecclesiam ædificandam super fidem Ecclesiæ: quòd pariter esset absurdum. Quia si esset Ecclesia, vel eius fides, iam esset ædificata. Tempore ergo horum verborum Apostoli in Dei prædestinatione erant reliquæ Ecclesiæ fundamenta super CHRISTO ædificandæ: & cùm essent pares, vt seruaretur vnio, soli Petro post resurrectionem data est super omnes etiam Apostolos potestas loco Christi. Ideo quod ait Augustinus super Ioannem, & in sermone Apostolorum Petri & Pauli, non Petrum, vt vnus homo est, sed vt vnitatem, Claues accepisse: non excludit eum accepisse, sed non accepisse eum vt vnum, id est, ita, vt in se manerent viuente, & cum mortuo expirarent Claues; sed vt personam publicam; ideo communicari successoribus magistratum.

Ioan. 21. Tertium argum. *August. in 8.*

Quæ verba Christi Apostolis dicta, ad illorum quoque posteros pertineant. *Marc. vlt. Matth. vlt. Ioan 20. Matth 18. Infra 19.*

Iudas malorũ typus, Petrus bonorũ.

Christus à morte reduius qualem Petro potestatem contulerit.

Ioan. 21.

August in 9.

Idem tom. 10.

Quartum argum.

Quartò, *Pro omnibus Petrus confessus est: ergo alij etiam Claues acceperunt.* Imò potiùs ipse, quia pro aliis respondit, & pro omnibus, id est, ad omnium vtilitatem Claues accepit.. Et licèt alij essent confessi, Deus non arctaretur omnes remunerare eo præmio, cuius non omnes sunt capaces: secùs de remuneratione gloriæ. Quemadmodum non omnes credentes sunt patres Gentium, sed tantùm Abraham: non enim meritis hæc, sed Dei beneplacito respondent. Quemadmodum enim dicitur visio, & loquela homini attributa, sed non per omnia membra cernit, sed per oculos tantùm; nec per omnia loquitur, sed solùm per linguam: & tamen loquela, & visus in beneficium totius hominis collata sunt: ad eum modum Claues quidem collatæ sunt à Christo in beneficium totius Ecclesiæ, & in salutem cuiusuis membri Christi facere possunt, non tamen sitæ sunt in quolibet fideli, ita vt quilibet priuatus, vel muliercula, possit absoluere, vel ligare: quia id deforme esset, & absurdum, & à sapientia Christi longè alienum: sed tantùm in Episcopis & Sacerdotibus, & alijs Ecclesiæ ministris positæ sunt, earum tamen plenitudo, & summa autoritas in vno Petri successore inueniretur, non vt sibi retineat, sed vt in alios deriuet, & vt alios omnes Clauibus vtentes, vel restringendo, vel amplificando moderetur. Et propter hanc supremam autoritatem diffundendi hanc potestatem in alios, atque illam corrigendi, & moderandi, soli Petro inter Apostolos Dominus Claues contulit. Et vt Germania dicitur habere Imperium, in Carolo V. tamen, ita Ecclesia Claues in Petro. Sicut claues domus datæ patrisfamiliâs, familiæ dari dicuntur, quas tamen claues familiæ dominus non omnibus, sed certis personis distribuit, in vtilitatem tamen totius familiæ. Et vt Dominus dixit Iudæis: *Et vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gens sancta*, quia populus Israël Sacerdotes habuit, & Reges, nec tamen omnes erant Reges, aut Sacerdotes: ita de clauibus datis Ecclesiæ dicendum, quas Dominus non immediatè Ecclesiæ, & omnibus per eam, ac ob id Petro contulit. Cùm enim Ecclesiæ existenti tempore Christi ex hominibus constanti sint Claues donatæ: si Petrus non proximè habuit à Christo: ergo nullus, atque ideo nec Ecclesia accepit. Si omnibus immediatè, ergo etiam Petro, cui, vt supremo pastori futuro, illas contulit. Et de his satis.

Gen. 17. Rom. 4. Quonam, bone lector, exẽplo cognosces, claues in Ecclesiæ beneficium à Christo collatas, vni Petro, non aliis tãummodò conuenire.

Idem ternis aliis quoque exemplis ostenditur.

Exod. 19. 1. Pet. 2.

Ecclesiæ qua Christus cõditione contulerit claues.

Supereſt, vt pauca verba Textus explicemus.

Tibi, inquit, *dabo*. De futuro dixit, *Dabo*, quia promisit claues, quas Ioan. 21. dedit: nam quando Christus hîc erat, ipse munera Pontificis exercebat, aliis vocatis in partem solicitudinis, nec opus erat tunc alio capite: ipso autem recedente, mansit caput in seipso, quantum ad inuisibilem charismatum

Quare, Dabo, Christus inquit, non Do, claues regni cœlorũ.

Ioan. vlt.

His verbis Dominus Petro: Quodcunque ligaueris & quodcunque solueris super terrã, quàm amplã conferat potestatem. Qui eam restringere ausi sunt, qua illi ratiõe, sed leui admodũ & infirma fuerint adducti.

rismatum infusionem, in quo nemo ei succedit; & in Papâ quantum ad visibilia munera Ecclesiæ exercenda, quem propterea post resurrectionem instituit. Põdera verbum: *Quodcunque ligaueris: & quodcunque solueris*: nullis enim finibus, vel limitibus circumscribitur Petro collata potestas. Propterea stultum videtur, quòd quidam illam potestatem ampliſſimam suis decretis humanis in dispensando restringere & circumscribere voluerint, zelo quidem ducti contra quosdam abusus, qui ex huiusmodi dispensationibus oriuntur aliquando: non considerantes, abusus tribuendos esse hominibus, non ipsi potestati à Christo æterna Dei sapientia collatæ: neque aduertentes in tanta præceptorum positiuorum sylua, & numerosa fideliũ multitudine multas causas incidere, in quibus legitimè & iustè, atque adeò cum charitate sit dispensandum, citra quam dispẽsandi facultatem non esset idoneè prospectũ Ecclesiæ à Domino Iesu: & propterea illam in circumscriptam Petro contulit, etiamsi non ignoraret, eius prætextu nonnullos abusus orituros. Ita enim fecit hominem libertate præditum, etiamsi sciret multos libero arbitrio abusuros: nam vel minimus defectus in caussa prima, qui contingeret nullam potestatem dispensandi tribuendo, deterior est, quàm innumeri defectus in caussis secundis, si contingat illas sua abuti potestate.

Quid mysterij copula illa: Erit ligatum & in cœlis.
B. Cypria. B. Hilarius can. 16. in Matth. 2. Cor. 10.

Erit ligatum & in cœlis. Ponderanda est coniunctio illa, Et in cœlis, vt Cyprianus libro 1. epistola 2. expendit, & Hilarius, & alij permulti Patres; licèt textus Græci modò illam non habeant. Nam sententia à Petro pronuntiata rata habetur in cœlis, si tamen non sit in destructionem, quia habet potestatem tãtùm in ædificationem; quod aliis verbis solet dici, *Clauo non errante*: quia necessariò præcedere debet iudicium quodcunque, caussæ exacta cognitio, vt intelligat quis sit dignus absolutione, & quis non. Et propterea in foro pœnitentiæ necessariò debet præcedere sententiam Sacerdotis discussio & exploratio caussę, & pœnitentis ingenua, & accusans se ipsum confessio.

Christus cur addidit illud verbum: Super terram. Animis qui purgantur, qua ratione suffragia impendantur.

Quidam autem referunt verbum, Super terram, ad omnes qui ligantur, vel soluuntur: quos oportet esse in terra, ita vt qui non sint in terra, sed in inferno, vel in cœlo, vel purgatorio, non possint ligari, aut solui: & tamen manifestum est, indulgentias conferri existentibus in purgatorio, sed per modum suffragij, & non autoritatis: & post mortem solet interdum

Quare præcepit Christus Apostolis, vt nemini dicerent ipsum esse Christum, secundũ Ambrosium.
Ambro. lib. 6 Lucam, in verba. tem.

damnare Ecclesia hæreticos, & eorum libros & memoriam, & iubet corpora de sepulchris exhumari: sed isti quantum ad aliquid sunt super terram, id est, quod attinet ad famam, & corpus: quocircà in illis plecti possunt.

Aliæ rationes Patrum, apud B. Lucæ.
Luc. 9.

Sequitur apud Matthæum: *Tunc præcepit discipulis suis vt nemini dicerent, quia ipse esset Christus.* Quare autem hoc prohibuerit, Ambrosius hoc loco nonnullas caussas attulit, nempè vt fallat Principem mundi: vt declinet iactantiam; & doceat humilitatem, ac subdit: *Prohibentur Apostoli euangelizare eum Dei Filium, vt euangelizarent posteà crucifixum.* Hæc ille. Alij alias caussas addũt, nempè ne impediretur passio. Sed certam, & apertam rationẽ tradidit Lucas his verbis: *At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc: dicens, Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus*: & reliqua. Vbi caussam prohibitionis aperit fuisse, quia si populus audisset hunc esse verum Messiam, & per consequens, quod maius est, vtpote magis nouum, ipsum esse Filium Dei; & eundem posteà viderent capi, & crucifigi, ac mori, non potuisset fieri quin scandalizarentur, illum Deum esse credentes, quem viderent mortuum. Sed non est ita difficile credere eum esse Dei Filium, quem constat deuicta morte resurrexisse. Ideo post resurrectionem minimè arctabantur ad hoc secretum seruandum. Quod ergo Dominus apud Matthæum præcepit, vt nemini dicerent, quia ipse esset Christus, intelligendum est, ne dicerent Iesum (quod est nomen proprium in circumcisione positum) esse illum CHRISTVM Dei, vt Marcus & Lucas tradunt, id est, Messiam à Deo missum. Noluit etiam dignitatem Messiæ per Apostolos prædicari, dum viueret; ne Iudæi magi, indignarentur, neque crederent verbo illorum, cùm Filio Dei illam miraculis & signis comprobanti, non crederent. Multa etiam de Messia scripta erant, quæ nondum impleta erant, & propterea nolebat publicè nomẽ Messiæ prædicari: sed vbi omnia impleta sunt, tunc voluit à discipulis, & à turbis in ingressu solenni acclamationem Regiam Messiæ. Quando autem Dominus misit Apostolos ad prædicandum, non prædicabant Iesum esse Messiam; sed regnum cœlorum appropinquasse. Etsi enim illis dixerit: *Ad Præsides, & ad Reges ducemini propter me.* Et rursus: *Omnis qui confitebitur me coram hominibus.* Respondemus tamen cum Origene, & Hieronymo, Apostolos in prima sua missione nõ predicasse apertè

Explicatur dictum Christi, Apostolis ne cui dicerẽt ipsum esse Christum.
Luc. 2.

Quod Apostoli à Christo primum missi prædicauerint.
Matth. 23. Supra 10.

Ibidem. Ibidem.

Origen. in Matth. tract. 1. in 23.

Hieronym. in Matth. tom 3.

Iesus quibus dixerit ipsũ esse Christũ.
Ioan. 4.

Ioan. 9.
Hæc ratio cur inepta: idcirco Iesus vetuit dici ipsum esse Christũ, ne passio impediretur.
Luc. 19. cap. 26.

Luc 22.
Vtilia documenta quatuor, historia in ista cõtenta.
Matth. 7.

Iesum esse Christum, sed pœnitentiã agendam, & appropinquasse regnum Dei: & si quid de Iesu prædicarunt, nihil aliud dixisse, quàm eum esse virum potentem opere & sermone. Quæ verò dicuntur de confessione nominis Christi, pertinebant ad secundam post resurrectionem Domini missionem. Ipse autem Christus, qui lege sua non arctabatur, sine vllo inconuenienti dixit Samaritanę fideli & deuoræ, & cum Iudæis commercium non habenti: dixit præterea cæco nato. Non videtur autem verum quòd si dixissent, impediretur passio: quia in Dominica Palmarum die non solùm acceptauit nomen Messiæ, sed etiam dixit: *Si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Et adiuratus à Caipha, apertis verbis se Messiam, & Filium Dei confessus est, nec propterea fuit impedita eius passio, sed potiùs accelerata. Ideo non libenter dicebat, quia ei non credebant, vt Lucæ cap. 22. *Si dixero vobis, non credetis.*

Elicimus ergo ex hoc loco, magna prudentia esse dispensandum verbum Dei, ne contingat Sanctum dari canibus; aut margaritas proiici ante porcos. Ex his igitur latiùs disputatis debemus maximam reuerentiam & honorem præstare omnibus Sacerdotibus claues habentibus, sed potissimùm maximo, & summo Sacerdoti, qui Christum nobis in terris repræsentat. Debemus etiam eius præceptis libenter obedire, tanquàm præceptis CHRISTI. Postremò preces ad Deum pro eius incolumitate & sanctitate fundere, vt verbo & exemplo pascat oues suas. Nam ita olim pro Petro in carcere existente oratio fiebat sine intermissióe ab Ecclesia ad Deum, tanquàm pro capite suo, & non tantùm potestate & autoritate, sed etiam vita, vigilantia, & doctrina referente Christum Dominum nostrum, qui cum Patre & Spiritu sancto glorioſissimè viuit, & dominatur, atque gubernat vniuersam creaturam, omnibus seculis.
Amen.

act 12.

TRACTATVS V.

Trac. 51.

IN Quo demõstratio fit, Christum Dominum reliquisse Ecclesiæ suæ vnum Pastorem vniuersalem perpetuum, & summum, qui esset eius Vicarius, atque illum certo loco affixisse, nempè vrbi Romæ, seu Romanæ Ecclesiæ.

OCCASIONE eorum quæ his præcedentibus tractatibus de Petri potestate disseruimus, hunc laborem libenter assumimus: & propter Hæreticos confundendos, & propter veritatem Catholicam magis illustrandam: vt demonstremus, Petrum supremam autoritatem à Christo accepisse in Ecclesiam: eamque successoribus suis in Ecclesiam Romanam canonicè intrantibus quasi hæreditariam reliquisse. Non est autem animus reliquos locos Euangelij, qui de primatu Petri loquuntur, fusiori sermone persequi, quemadmodum hunc præsentem persecuti sumus, quia hoc esset actum agere: nam illud; *Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*; item illud, *Pasce oues meas*; suis locis exactè discutiuntur, ad quos consulendos lectorem mittimus. Interim demõstrare aggredimur, Christum Dominum à nobis discedentem, vnum pastorem, vniuersalem, perpetuum & summum, nempè Petrum, qui esset eius Vicarius in terris, illumque se gessisse pro pastore, ac summo Pontifice, & talem à reliquis Apostolis cognitum, & veneratum. Deinde ostendendum, potestatem istam summi pastoris Petri certo cuidã loco applicasse, atq; illum locum vrbem Romam esse voluisse: in qua Petrus per vigintiquinque ferè annos sedit, illamq; sanguine suo, & morte illustrauit. Has duas veritates postquàm firmis argumentis, & rationibus demonstrauerimus, finem huic tractatui imponemus.

Huius causa digressionis quæ fuerit.

Eius partes.

Luc. 22.

Ioan. vlt.

Quod vnus tantũ à Christo datus sit Ecclesiæ pastor.

Prima ratio.
Philosophorum 3.

Homer. Iliados lib. 2.

Lucanus lib. 8.

Quod attinet igitur ad primum, Christus discedens, vnum tantùm dedit nobis pastorem, nempè Petrum, Ioan. 21. quia potestas summa præterquàm in vno esse non potest, & malè esset in pluribus: quia vt testatur Aristoteles 12. Metaphysic. ex Homeri sententia: *Non est bona multitudo Principum*, ait ille:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς.

Et quidam alius dixit;

Nulla fides regni sociis; omnisq; potestas
Impatiens consortis erit.

Aptiorẽ gubernationi vnitatẽ magis esse, quã multitudinẽ vnde cõstet.

Gubernatio etiam, tam spiritualis, quàm corporea, hac ratione præsertim exercetur, vt subditorum vnio & pax seruetur. Hanc autem vnitatem & pacem facilius efficit, & conseruat vnus, quàm multi præpositi: quia vbi vnus est præpositus, non nisi vnica erit gubernandi ratio, & iudicium: vbi verò plures sunt, ibi quot capita, tot sententiæ, & non nisi casu conueniunt in vnam sententiam: id autem, quod

per se est, fortius est & nobilius, quàm id quod per accidens. Proinde Apostoli cùm de diuersis rationibus gubernãdi disseruerint, monarchicum regimen, quod vnius est tantùm Principis, siue Regis, aliis omnibus & aristocratiæ, & democratiæ prætulerunt. Deinde præstat esse vnum Principem, quàm plures: quia maior est libertas subditorum populorum vni tantùm, quàm pluribus dominis subiici: propterea Deus maximè liberum, & voluntarium volens esse populum suum, vnicum nobis constituit Principem in spiritualibus. Neque verum est, quòd obedire pluribus, sit maior libertas: cùm manifestè sit maior seruitus, & subiectio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Ad hæc, cùm pastorem summum sapientia, pietate, ac prudentia, aliisque virtutibus conspicuum esse oporteat, vt Apostolus in epistola ad Timotheum docet; faciliùs profectò est vnum aliquem pium, & prudentem pastorem inuenire, quàm plures. Præterea in omni lege semper fuit vnus summus Sacerdos, vt in lege Naturæ Melchisedec, in lege veteri vnus Aaron; in cœlo vnus Deus summus omnium Monarcha; tempore quo Dominus vixit, vnus tãtùm Christus fuit; in corpore, vnum caput, cui cætera membra obediunt; in œconomia, vnus tantùm paterfamilias; in ciuitate, vnus Præfectus; in regno, vnus Rex; in exercitu, vnus Imperator; in naui, vnus nauarcha: inter facultates animi, vna voluntas, quæ cæteris imperat; inter virtutes, vna Charitas; in religione, vnus Præpositus Generalis: atque ita fieri oportuit, vt esset vnus tantùm, & supremus Pontifex iuxta verbum Domini: *Et fiet vnum ouile, & vnus pastor*; & Prophera prædixit, *Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.* Quæ verba etsi de Christo prænuntientur; in illo tamen intelligimus Petrum vnicum pastorem, & successorem, de quo dixit; *Fiet vnum ouile, & vnus Pastor*: nam de seipso non dixisset, *Erit, qui iam erat.* Est ergo iuris Diuini, vt vnus sit Ecclesiæ supremus Pastor, pater, & rector. Vnde Ecclesia efficere non potest, vt nullus sit Papa, sed vt gubernentur oues CHRISTI per parochos, Episcopos, Metropolitanos, Primates, & Patriarchas tantùm: quia in apertum Christi mandatum peccaret, quo instituit, vnum esse supremum Ecclesiæ pastorem. Nullo ergo modo Ecclesia abstinere potest sede vacante, à noui Pontificis electione, & Spiritus sanctus pro sua bonitate non permitteret Ecclesiam suam in talem, ac tantum errorem incidere. Simili ratione hæresis esset manifesta, asserere, quòd ad pacandam, & sopiendam discordiam inter Constantinopolitanum & Romanum Episcopos, posset vnus eorum Papa Occidenti præfici, alter verò Orienti, & quòd neuter illorum esset alteri subditus: similiter si totus orbis fidem Christi esset amplexus, quòd vnus præficeretur vni hemisphœrio, & alter alteri. Quia Christus vnicum caput, & singularem tantùm monarchiam instituit: & sicut est Saluator omnium hominum, siue illi ad Orientem Solem spectent, siue ad Occidentem, siue in nostro hemisphœrio viuant, siue in altero nobis oppolito: ita Vicarius eius, qui eum refert in terra, vnus tantùm esse debet, quia repugnat esse duos, & vtrumque summum, cùm Christus vnum tantùm summum cõstituerit. Potest quidé legatos de latere cum plenitudine potestatis per vniuersum orbem destinare; non potest tamen vel supremam à se abdicare potestatem, vel aliis sua ita delegare, quin meritò ab ipsis ea auferre, si subsit causla, valeat, & si ab illorum sententia appelletur, causlam cognoscere possit, ac debeat. Hoc etiam expediens erat ad vnitatem fidei retinendam, & Ecclesiæ vnionem seruandam; ne tot sint fides, vel Ecclesiæ, quot capita suprema. Nam si modò sub vno pastore, & capite tot sunt hæreses, & schismata, profectò plures multò positis pluribus Pontificibus exisserent.

Orientalis Ecclesiæ, & Occidẽtalis, atq; adeò vniuersi orbis, si Christianus esset, quare nisi vnus tantũ Pastor esse possit, non autem duo.

1. Tim. 4.

Quinta ratio pro vnitate Pastoris supremi.

Secundò, hic Pastor non tantũ est summus, sed etiam vniuersalis, id est, omnium Christi fidelium, omniũ diœcesum, & omnium pastorum. Vnde Ioan. 21. dixit bis, *Pasce agnos meos*, qui filij sunt ouium; id est, Græcos, siue Gentiles, siue subditos Ecclesiæ tuę particularis, & subditos aliorum pastorum. Præcepit etiam vt pasceret oues, quæ matres sunt agnorum, id est, reliquos omnes pastores. Ideo Petrus primus prædicauit inter Iudæos, & Gentes, & successor eius dicitur Oecumenicus, & Pastor, siue Episcopus Ecclesiæ Catholicæ, & Ecclesia Romana Catholica dicitur propter Pastorem.

Pastor Ecclesiæ debuit esse vniuersalis, ob duo.

Act. 2. & seq.

Tertiò, voluit hunc pastorem perpetuum esse, quia non tantùm Petro contulit hanc potestatem, sed omnibus successoribus eius canonicè intrantibus. Nec enim Ecclesia illam potestatem Pontifici cõfert, sed Christus illam per se Petro, & in illo omnibus successoribus, quos legitimè nominauerit Ecclesia. Quemadmodum enim in embryoné iam dispositum, & organis distinctum, Deus per se infundit animam

Quibus de causlis idem perpetuus Pastor futurus erat.

Summus Pontifex à quo creatur tantum modò.

Summus Ecclesiæ pastor qualis esse debeat. *1. Tim. 3. & Tit. 1.*

Quarta ratio *Gen. 14. & Hebr. 7.* *Num. 17. & seq. & alibi.*

Quæ omnes administrationes nõ nisi habeant vnum Rectorem ac Principem.

Ioan. 10. Ezech. 34.

Oues Christi per quos pastores, summo tamen Ecclesiæ pastori subiectos, gubernentur, tantùm reganturque.

mam rationalem, & homo tantùm potest disponere materiam ad illam excipiẽdam: ita Ecclesia tantùm potest personam nominare, cui nominatæ & legitimè electæ Deus per se tradit potestatem. Quòd autem voluerit magistratum Petri esse perpetuum, inde probatur: quia quæ Petro contulit, non propter ipsum Petrum, sed propter amorem ouium suarum & beneficium, & vtilitatem illarum impertiuit. Dona enim huiusmodi, quæ gratis data dicuntur, propter alios conferuntur, vt tradit Apostolus: *Vnicuique datur manifestatio Spiritus, ad vtilitatem*: quemadmodum donũ prædicandi, potestas absoluẽdi, munus linguarum, gratia sanitatum, operatio miraculorum, & huiusmodi. Quia ergo oues Christi post Petrum manserunt per plures, quàm per mille & quingẽtos annos, & permanebunt vsque ad consummationẽ seculi, ideo magistratum in futurum duraturũ instituit. Propterea cùm Christus dixit; *Pasce oues meas*; vel, *Confirma fratres tuos*: Petro, & in eo omnibus successoribus, loquitur. Quemadmodum cùm quis insignia, & possessionem alicuius dignitatis, vel magistratus, qui non est tantùm pro se, sed pro successoribus, accipit. Atque hic modus loquendi vsitatus est in Scripturis. Nam vt potestas baptizandi, & prædicandi deriuata est ab Apostolis in alios; ita illa Petri summa potestas in successores transfunditur: in cuius rei typum Exod. 27. & 28. dicitur: *Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filijs Israël*: & de Iuda inquit Propheta, *Et Episcopatum eius accipiat alter*: Ita etiam Heuæ dictum est; *In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*; quod ad vniuersas mulieres spectat. Et primò parenti dictum est: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Et, *Puluis es, & in puluerem reuerteris*: quod tamen ad vniuersos homines extenditur: in vno ergo multis loqui consueuit Sacra Scriptura.

Prima ratio.

1. Corint. 12. Dona Dei esse gratuita in Ecclesiæ vsum, & vtilitatem constituta.

Ioan. 21. Luc. 22.

Psalm. 108.

Act. 1.

Gen. 3.

Ibidem.

Ibidem.

Deinde certum est, oues multò plures numero futuras post defunctum Petrum, quàm illo viuente, nam indies numerus Christianorum augebatur: ergo in futurum magis egebat Ecclesia pastore, quàm primæ illæ oues, quæ fuerunt sub Petro: maximè quia oues non tam spirituales futuræ erant, & obedientes: & venturi etiam Pontifices, siue pastores, non debebant tanta sanctitate fulgere, quanta Petrus & Paulus, qui primitias Spiritus acceperunt; & ideo plus indigebãt duce, & pastore, quàm à principio, vbi recens traditio, & pauciores causlæ; cùm modò etiam de beneficiis, & de hæresibus, & temporalibus rebus sint innumeræ causlæ.

Secũda ratio propter perpetuitatem Romani Pontificis summi Ecclesiæ pastoris.

Tertiò, quia traditio Patrum ita nobis illas Scripturas ad Petrum dictas interpretata est, alioqui præualuissent in petrã portæ inferi: nam à Petro in hunc vsque diem ita ratum & creditũ est à Catholicis, & tali fide victi sunt aduersarij.

Tertia ratio.

Quartò, quia in Synagoga, vbi tot erãt Prophetæ, & tot modi consulendi Deum, & grex paruus, & plura in lege ipsa apertiùs explicata & decisa, quàm in Euãgelio, perpetuus erat summi Pontificis magistratus: si ergo ibi erat vnus Pontifex, multò magis nunc, vbi grex est amplissimus, & pauciſſima in Euangelio, & Apostolicis literis determinata, & maior sit Dei amor ad Ecclesiam, quàm ad Synagogam.

Quarta ratio

Quintò, Principes & Episcopi non sunt ita ad se inuicem ordinati, vt inter eos vnitas seruari possit, nec enim Reges omnes vnum Imperatorem agnoscunt: & Episcopi, sublato Papa, reducendi sunt, vel ad Metropolitanos, vel ad Primates, & Patriarchas suos: qui cùm plures sint, plures fides, & per consequens plures Ecclesias efficerent: & ideo sine vno capite Ecclesia vna constare non potest. Imò nec inter Hæreticos & Catholicos controuersia aliqua de fide terminari posset, quia Scriptura à quouis Hæretico trahitur ad suum sensum.

Quinta ratio

Postremò, Ecclesia non esset vna, vel sicut castrorum acies ordinata, sed esset velut Babylon quædam; & quiuis legislator meliùs nouisset instituere suam Rempublicam, quàm Christus; & periret Dei prouidẽtia de re nobiliori; & sanguis Christi, & suorum sine vtilitate vlla descendisset in corruptionem.

Vltima ratio *Cant. 6.*

Nec valet in oppositum dicere, quòd Christus est summus Pontifex, qui adhuc viuit, & regnat. Quia etiam Christus, quod ad personam attinet, tempore Synagogæ erat, & tempore etiam Petri, & tamen voluit tempore Synagogæ esse summum Sacerdotem, & post discessum suum voluit præesse Petrum Ecclesiæ. Neque verum est quod Christus per se resoluat quæstiones incidẽtes; quoniam id facit per suos ministros; ideo ait; *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi*: non dixit, Ecce ego solus sum. Adhęc, si ratio quicquam virium haberet, tollendi essent Principes & Reges terreni, imò Scripturæ ipsæ: quia Christus qui Rex est, & Scripturas condit, adhuc viuit. Sed hoc rationi aduersatur, quia Christus quæ eiusmodi sunt, miraculo agere noluit, sed per causas posteriores, & secũdas, & ministros suos,

Cũ Christus sit summus Põtifex, semper viuẽs ad interpellandum pro nobis, q d opus Romano Põtifice est? *Hebr. 7.*

Matth. vlt.

Altera solutio.

suos, quoniam hoc magis libertati bonitatis suæ, & naturæ nostræ, atque fidei conueniebat. Habemus igitur, Christum voluisse vnicum, vniuersalem, & perpetuum Ecclesiæ pastorem.

Quare summus debuit esse in Ecclesia pastor.

Luc. 22.

Ioan. 21.

Quartò, voluit illum esse summum, quia data est illi summa potestas spiritualis, quæ in terris reperiri potest: nō quidem æqualis Christo, qua longè inferior est, significata tamen in clauibus regni cœlorū, & in confirmatione fratrum, & pastura ouiū. Cæterùm hæc suprema potestas duobus arietibus impetitur: altero quidem ab Hæreticis: qui videntes hac potestate omnes machinas hæresum dissolui, & omnia rebellium & contumacium flagitia dissipari, omnibus modis conati sunt, quod ad se attinet, illam deprimere, atque de medio tollere. Sed portæ inferi non potuerunt prævalere in eam. Alij verò in aliud extremum incurrentes, illam potestatem, vel ignorantia, vel adulatione, vel alicuius temporarij emolumenti respectu, vel denique alio aliquo affectu permoti, illam euexerunt & exaltarunt; asserentes, Petri successorem dominum esse super vniuersa regna mundi. Quòd qua ratione verum sit, superiori tractatu explicuimus, Papam, dominum esse vniuersorum bonorum Ecclesiasticorum: cùm tamen sanctus Thomas doceat in 2.2. quæstione 100. artic. 1. ad 7. esse dispensatorem tantùm: & Paulus; *Sic nos*, inquit, *æstimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Sed media & regia via tenenda est, & veritas asserenda, Pontificem habere supremam potestatem spiritualem, quātum necessaria est & conueniēs ad gloriam Christi propagandam, & regnum Dei dilatandum, & Ecclesiæ ædificationem, & non in destructionem, vt Paulus dixit 2. Corinth. 10. quia in destructionem nō est potestas, siue potentia, sed potiùs impotentia, & defectus. Non enim possumus quicquam aduersus veritatem, vt Apostolus dixit; & Regula Iuris habet: *Id possumus, quod iure possumus.* Ex quo deducitur, Pontificem, articulorum Fidei, vel Sacramentorum numerum, vel ius ipsum naturæ minuere, vel augere non posse; nam hoc posse, esset fidei fundamentum tollere, & in destructionem Ecclesiæ tendere: sed illa omnia potest, quæ saluo fidei, & iustitiæ fundamento in ædificationem cedunt Ecclesiæ, & quæ ad Fidem, Spem, & Charitatem augendam spectant, & omnia, quæ ad extirpanda vitia faciunt. Denique hæc potestas in eo sita est, vt omnia ea, quæ inferiores omnes Episcopi possunt, siue sint ordinis, siue iurisdictionis, vt baptizare, absoluere, prædicare, ordinare ministros, & consecrare templa, & similia, illa eadem possit: & præterea peculiariter quædam alia, quæ ipse supra alios solus potest, vt, definire maiores fidei causas; vnire Episcopatus, vel diuidere; causas Episcoporum cognoscere, & eos debitis pœnis mulctare; transferre ex vno Episcopatu ad alium; determinare qui sint libri Canonici, & qui apocryphi, & quis sit sensus Scripturæ, vbi de illo est cōtrouersia; definire qui sancti sint in catalogum beatorum referendi; & qui rursus reprobandi, & anathemate percutiendi; approbare, vel reprobare religiones; Concilia conuocare, illis præesse, illa transferre, vel dissoluere, confirmare vel abrogare: potest beneficia instituere, & dispensare, tollere, & permutare; solus dare pensionem, admittere resignationem, & similia. Quod ad Principes spectat Christianos, potest curare, vt pax inter eos dissidentes seruetur, quatenùs pax est in ordine ad Deum: debet curare, ne populi subditi tyrannide opprimantur, vel Ecclesiastici priuentur immunitate, vel libertate Ecclesiastica. Quantum ad peccata, potest aliquorum criminum causas suæ cognitioni seruare, & seruatas, alicui ex priuilegio concedere: in quib⁹ alij Episcopi nihil possunt. Quod ad indulgentias attinet, in quibus omnes alij prælati sunt restricti, potest tertiam, vel mediam partem peccatorum remittere, vel plenariam indulgentiam, siue iubileum concedere. ¶ Circa leges, potest condere nouos canones, & conditos abrogare, si inutiles existant: potest etiam in omnes leges à se, vel antecessoribus, vel generalibus Conciliis conditas, si causa subsistat, dispensare. Amplissimè enim illi dictum est: *Quodcunque ligaueris super terram: & quodcunque solueris: erit ligatum, vel solutum.* Et ideo nec à Concilio, nec ab ipso Papa potest tolli, vel minui hæc potestas, quæ immediatè tributa est à Christo ad hoc, vt ea vtatur, vbi charitas præcipit, vel suadet: & res positiuæ eius ingenij sunt, vt plerunq; eueniant causæ, in quibus expediat, vt leges de illis latæ ab aliquo non seruentur, & illis in causis votum, vel iuramentū, quòd ipse Pontifex fecisset de non dispensando, non obligaret, quia illa nequeunt obligare contra charitatem: nec etiam posset obligare lex positiua lata à Papa, vel à Cōcilio, quia cùm positiua lex sit, in illam dispensare potest, & si charitas iubet, etiam debet.

Nec obstat quod producitur ex Veteri Testamēto, quia in illo præcepta quædam

leuia

Quo duplici, summā eius potestatem ariete impetant Hæretici, & Catholici.

B. Thom. tom. 11. part. 2. 1. Cor. 4.

Summa Pontificis Romani quænam potestas illa sit.

2. Cor. 10.

Infrà 13.

Rom. Pontifex quæ non possit, quæ possit.

Papa, in iis quæ ordinis sunt, siue iurisdictionis, quantam habet potestatem.

Quantum ad Principes Christianos.

Quātum ad peccata.

Quātum ad indulgētias.

Circa leges.

Rerum positiui iuris humani natura & vsus.

Eorum qui summū Pon

leuia erant, vt non edere carnes porcinas, & non facere opus seruile in Sabbato; & tamen nunquàm in illis dispensabatur, sicut nec apud nos in matrimonio rato & consummato, etiamsi causæ subsistant dispensationis. Respondemus, ad dispensationem requiri non tantùm potestatem, sed etiam causam, & quia in lege præcepta illa, licèt positiua, erant tamē diuina, ideo Sacerdotes non habebant potestatem dispensandi, quia homo nō est superior Deo: in lege autem libertatis Euangelicæ, vbi huiusmodi positiua per homines statuuntur, per homines etiam ex causa dispensari possunt; ideo dispensatur in nostris positiuis, nō autem in diuinis, quale est vinculum indissolubile matrimonij. In lege autem etsi non esset potestas dispensandi, supplebat tamē potestas interpretandi: hinc Machabæos in die Sabbati præliatos fuisse legimus. Iudæi etiam in die Sabbati extrahebant ouem vel bouem de puteo. Abimelech quoque dedit egenti Dauidi panes Propositionis: quia sapienter intelligebant eiusmodi præcepta in necessitate seruanda nō esse. Et ita dicerem de carnibus suillis, quòd vbi immineret periculum mortis Iudæo, si eas non ederet, posset in illis angustijs eis vesci. Nec contra est, quòd Machabæi prætulerunt mortem, quàm carnes porcinas gustare: quia longè diuersa est ratio. Cogebantur enim edere carnes porcinas, non quia egebant, sed in contemptum legis Dei pro eo tempore obligātis; & ideo lege tenebantur potiùs mortem oppetere, quàm edere. Deinde argumentantur: maius bonum esse præferendum minori; sed maius bonum est in paucis causis non dispensare, etiam cum causa subest, quàm in multis sine illa; ergo præstat nunquàm dispensare: & verisimile est quòd Christus Dominus nō dedit potestatem ad dispensandū in illis paucis causis cum tanta iactura & detrimento. Respondemus, falsum esse, quòd maius bonum sit nunquàm dispensare etiam cum causa, quàm sæpè sine causa: non enim est maius bonum, sed potiùs minus malum, quia, cùm causa postulat, non dispensare, malum est, & contra charitatem, estque absconde talentum à Deo datum, vt per id vsuras Domino reddat. Si autem ita pergant argumentari, Si minus malum est nunquàm dispensare cum causa, quam sæpè sine ea: ergo minus malum est eligendū: respondetur, non valere consequentiam, quia non est necessarium alterum eorum facere, cùm possit quis, & debeat, vbi est causa vrgens, dispensare; & vbi non est, nō dispensare. Ad id verò, quòd Christus Dominus non videatur dedisse potestatem ad dispensandum cum causa, vt maius malum fiat dispensando in paucis ex causa, & deinde in multis sine causa: respondeo, Dominum quidem dedisse potestatem ad dispensandum cum causa, non autem vt dispensaretur sine causa: & ideo bonum dispensandi cum causa ad Christum est referendum; malum verò dispensandi sine causa ad hominem: quia abutitur bona Dei potestate, ad bonum vsum cōcessa. Si autem potestatem necessariam ad dispensandum in causis illis paucis, quæ legitimam dispensandi causam habent, Dominus nō dedisset, possent homines hunc defectum vertere in Deum non dantem potestatem; minimus autem Dei defectus, qui absolutè est infinit⁹, & penitùs impossibilis, peior est quouis defectu hominis abutentis potestate: & ideo sapientior est Deus qui ita fecit, quàm homines qui videntur velle illi consilium præstare, & Pontifici, vti potestatem suam circumscribere velit. Consilium ergo sanum est, vt dispenset vbi subest causa; & nō dispēset, vbi abest: quia hoc omni ex parte bonū est, illud autem ex altera parte est malum: peccat enim omittendo necessarias dispensationes, licèt non peccat cōmittendo, sicut peccat admittendo dispensationes sine causa. Neque verum est in primis octo gentis annis in Ecclesia Christi nullā fuisse dispensationem. Qui enim hoc asserunt, ostendūt se parùm in veterum Patrū lectione, & historijs versatos. Nam ab initio semper dispēsatum est; nam & Paulus absoluit Corinthium per dispensationem, ne absorberetur à tristitia, quem antè Satanæ tradiderat in interitum carnis. Ipse etiam Apostolus Corinthios vt resipiscant, adhortatur, quo occasionem habeat mitiùs cum eis agendi. *Quid vultis?* inquit, *in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?* In virga venire, est, seueritate Ecclesiasticæ disciplinæ vti: in spiritu autem mansuetudinis venire, est eam disciplinam emollire, & de rigore illius remittere; quod dispensare est. Indulgentiæ etiam, quibus relaxabantur pœnæ iuxta Canones iniūctæ, dispensationes quædam erant. Crediderim etiam Canones pœnitentiales nuncupatos, postquàm peccatoribus peragēdam pœnitentiam præscripserunt, Episcopis integrum relinquere, vt iuxta eorum conuersionem possint, vel pœnitentiæ rigorem remittere, vel tempus assignatum abbreuiare. Cum neophytis etiam, ne durum eis iugum Domini videretur, & cum conuersis ab hæresi crebrò dispensabatur: cum his quidem, vt ordinari possent, & retinere

rificem non habere potestatem in Ecclesia dispensandi tradūt, argumenta diluuntur.

Leuit. 11. Exod. 20. & alibi pass.

Dispensario in aliquā legem duo exigit.

Gen. 2. Matth. 19.

1. Reg. 11. Matth. 12.

Fratres Machabæi cur mori elegerint, quā carnes edere porcinas.

Secundū argumentum.

Matth. 25.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Rom. Pontifex quatenꝰ à Deo potestatem acceperit dispensandi.

Dei vel minimus defectus quātum malū foret.

Quintum argumentum

In Ecclesia Dei semper dispensationes fuisse.

1. Cor. 5.

Suprà 4.

Ad Corinth. Apostolus quomodo in virga venire, vel potiùs in spiritu mansuetudinis volebat.

Quibus cum olim sæpe dispensabatur, & quare.

Matth. 11.

Similitudo ad comprobandā vnitatē pastoris & Vicarij Christi, satis quidem elegans atq; cōmuné. *Gen.25. 1.Reg.16. Psal.77. Ioan.10.*

Boni pastoris partes.

Ezech.34.

Quo modo pauerit Christus oues dū viueret.

Vnitas Christi, & Petri quāta in Ecclesiæ pastoratu.

Eius symbolum vnitatis in ordinibus Religiosorū.

suas Ecclesias cum illis, vt matrimonia illorū intra gradus prohibitos permanerēt. Et hactenus de potestate dispensandi. Rursus dixi vnicum pastorem, & Christi Vicarium: quia vt piscari, i sagoge quædam est ad primam conuersionem, & venari præludiū est ad prælium, vt constat in Ismaël, & Esau: ita pascere, præludiū est ad gubernationē: vnde Dauid de pastura ouiū deducens ait ad pascēdum & regendū populum Dei; vnde & Christus pastor dicitur in Scripturis: *Ego sum*, inquit, *pastor bonus*: & vt pastor ouibus potestate, & sapientia præstare debet, ita qui in Christi locum sufficitur, doctrina & vitæ sanctitate excellere debet, & morem boni pastoris pro grege suo vigilare, & in lupos & feras, & latrones decertare, famem, sitim, æstum, frigus pro illo sustinere debet: debet ante illum ambulare, vocare ad pascua Scripturarū, ad fontes aquarum, & vmbras, quibus recreētur: rursus tempore persecutionis oues reuocare, & in vnam caulam redigere. Debet virga potestatis terrere, voce, cantu, & fistula delectare, Sacramentis mederi, oratione custodire: debet item oues tondere, nō deglubere, & instar boni pastoris cætera officia sua præstare. Denique voluit illum esse suum Vicarium. Etsi enim quandiù ipse vixit apud nos, pastor fuit in terra, & quæ externa sunt, vt prædicationem, & ministerium Sacramentorum præstando; & recedens à nobis, quæ interiora sunt ipse adhuc præstat: quod ad sensibilem tamen præsentiam attinet, Petrum loco sui reliquit, qui verbo, & ministerio Sacramentorum incumberet, & Christum in terris repræsentaret: vnde non sunt duo fundamenta Christus & Petrus, non sunt duo capita, nō sunt duo pastores, non sunt duæ sedes vniuersales, sed vnū tantùm est fundamētum, & caput, primarium quidē Christ⁹ ipse, vicariū verò Petrus, & vnus pastor summus, quanquàm Petrus sub illo, & illū referēs, vna & eadem est sedes, Christi, & Petri, & idem tribunal: quemdmodum idem est tribunal Regis & Proregis, Episcopi & Vicarij, Principis & Iudicis: & in vniuersum vbi vnum propter aliud, ibi tantùm est vnum, & in corpore mystico possunt esse plura capita vnius corporis, subordinata inter se tamē: nam simplex Christianus habet super se parochum Sacerdotem, & Episcopum suum, & Archiepiscopum & primatem, siue Patriarcham eiusdē Ecclesiæ, & Legatum de latere à sede Apostolica missum, & Papam. Similiter etiam simplex religiosus Franciscanus multa capita habet, sed subiecta ad se inuicem, nempè Guardianum, Custodē, Ministrum Prouincialem, Ministrū Commissarium, Ministrum Generalem, Protectorē, & Papā. Propterea dum Paul⁹ dixit, *Fundamentum aliud nemo potest ponere*, de primario loquitur; cùm verò inquit, *Aedificati supra fundamentū Apostolorum, & Prophetarū*, de fundamētis secundariis est sermo. Proinde stultissimi sunt hæretici, q effutire nō cessant, *Quid opus est Papa? nonne satis est nobis Christus, summus Papa, & summus Pōtifex?* Respondeo, quòd nō sufficit, quia noluit, sed voluit adesse nobis visibilem pastorem, & sui Vicarium, cui subiiceremur, etiāsi ipse sit nobis præsens spiritu; quemadmodum etiamsi ipse sit Rex & summus Rex: & ad regendum sufficientissimus, voluit tamen multos habere sub se Reges & Principes & gubernatores, per quos nobis regimen & ius administrat, secundum illud: *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernūt. Per me Principes imperant, & potentes decernūt iustitiam.* Ita Christus summus pastor spiritualis reliquit vicarium loco sui Petrum, qui in his quæ ad fidem, & Sacramenta, & causas omnes spirituales spectant, Christū nobis in terris repræsentaret.

1. Cor. 3. Ephes 2. Quēmadmodū & cæteræ hæreticorum argutiæ Christus abunde nobis sufficit in Ecclesia: ergo Papa ab est necessarius, imò & superfluus

Prou. 8.

Quòd verò Petrus hanc potestatem in se agnouerit, ac proinde pro summo Pontifice ac Christi vicario gesserit se, Scripturæ ipsæ haud obscurè indicant; & traditio Patrūm manifestissimè docet. Nam ex Scripturis ipsis habemus, postquàm Christus se in cœlum recepisset, Petrum primò protulisse, & tractasse de eligendo successore Iudæ Apostoli: nam prospicere de ministris, & maximè summis, Pontificis tantùm munus est. Nec obstat quòd suffragia aliorum postulauerit: quia etiam Rex, qui potestate est superior, ab assistentibus sibi cōsiliariis sententias exquirit de aliquo ad præfecturam, vel magistratum eligendo. Papa etiam Romanus hoc Petri exemplo instructus, à Cardinalibus vota exigit in eligendis vel confirmandis Episcopis, vt prudenter omnia agat, & ne Deum tentare videatur. Primus Petrus prædicat in die Pētecostes, & aliorum Apostolorum patrocinium suscipit, & aduētum Spiritus sancti ex Scripturis declarat, & Scripturas exponit, & efficaci prædicatione tot millia hominū conuertit: quemadmodum cùm superstes erat Christus, & Apostoli sibi assisterent, solus prædicabat, solus signa edebat, & Apostolorum tutelam suscipiebat, Scripturas interpretabatur, & multi ad eius prædicationem conuertebantur. Princeps Petrus damnauit morte Ananiā & Sapphiram tanquā supremus iudex, ad quē iure spectebat punire crimina in Christi Ecclesiam admissa:

Petrum in hanc summā potestatē pastoralem sibi collatam agnouisse multis ostenditur.

Act.1. Si Petrus Ecclesiæ summus pastor erat, q̄ōalium Apostolorum in electione Matthiæ vota & suffragia requisiuit

Act 2. In quibus ita Act. Apostolo huiusmodi suum agnouerit primatum in Ecclesia Petrus atque exercuerit.

Act.5.

atque

Act.3.

Act.9.

Act.5. Mira virtus Petri.

Act.6.

Act.8. Romani Pōtificis munus præcipuum.

Petri sententiæ in Ierosolym. Concilio, autoritas suprema. *Hieron. tom. 2. sub finem.*

Act.10. & seq.

Petrus inter Apostolos, & discipulos qualis erat.

Mar.16.

atque eius sententiam miraculo consecuta est mors. Primus edidit signa, & sanauit claudum ex vtero matris suæ ad portam templi Speciosam mendicātem: & à morte suscitauit Tabithā discipulam, & cōfirmauit doctrinam Euangelicā, & edebat signa & prodigia, ita vt infirmos ponerent in lectulis, ac grabatis; vt veniēte Petro, saltem vmbra illius obumbraret quenquā illorū, & liberarentur omnes ab infirmitatib⁹ suis; quod est plusquā sudarijs, & semicinctijs, vt Paulus, vel tactu fimbriæ, vt Dominus, integram conferre hominibus sanitatem. Primus proposuit de Diaconis eligēdis; vt ipsi orationi & ministerio verbi liberè vacarent. Primus Gentibus prædicauit, & signa edidit, vt habet Act.10. sicut illi in lintei visione de cœlo demissi ostensum erat. Primus temerariam petitionē Simonis Magi confutauit, & Romam vsque veniens persecutus est: nam Pōtificis Maximi præcipuum munus est insectari crimen Simoniæ, & Simoniacos magnis pœnis plectere. Primus in Concilio Act.15. sententiā definitiuam protulit, quā reliqui omnes secuti sunt, paucis additis à B. Iacobo, quę ad Iudæos spectabāt: donec cōperta malitia Iudæorum in lege perstare volentiū, contemnerentur. Quòd verò sententia Petri præualuerit, testatur Hieronymus in epist. ad Augustinū, quæ incipit: *Tres simul epistolas*, vbi ait: *In sententiam eius* (id est Petri) *Iacobus Apostolus, & omnes simul presbyteri transierunt.* Et quod maius est, in eodem Concilio dixit, *Viri fratres, vos scitis quoniā ab antiquis diebus* (nempè cùm misit ad eum Cornelium baptizandum) *Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbū Euangelij, & credere*: quæ verba dicta in præsentia Pauli, mirificè eius primatum ostendunt. Prætereà Lucas Act. 1. refert: *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit.* Vt enim Christus in medio discipulorū loquebatur, ita Petrus in medio fratrum, siue, vt Græcè dicitur, in medio discipulorum: vt in Petro agnoscas alterum Christum cap.2. *Stans autem* (inquit) *Petrus cum vndecim.* Et infrà, *His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos*; quasi verò Petrus non esset Apostolus: significatur ergo Princeps, & caput Apostolorum: sicut cùm dicitur, Iesus cum discipulis suis, & Moyses cū populo; vt distinguatur caput à membris. Et cap.5. *Respondēs autem Petrus & Apostoli, dixerunt, Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* Idem etiam insinuauit Angelus, cùm dixit mulieribus, *Ite, dicite discipulis eius, & Petro.* Prætereà post mortem Christi videbis Ioannē Euangelistam indiuiduum comitem B. Petri: vnde cùm creatus fuit pastor Ecclesiæ, statim interrogauit? *Hic autem quid?* & Act.3. Petrus & Ioannes ascendūt in templum ad horam orationis nonā. Et Act.8. missi sunt, in Samariam Petrus & Ioannes: vt quemadmodum Ioannes Christo, dum vixit, indiuulsè hærebat, ita post mortem Petro perpetuò hæserit, agnoscēs Christi personam in Petri commutatam. Dum prætereà Petrus esset in carcere, oratio fiebat ab Ecclesia sine intermissione ad Deum pro eo, quasi pro suo pastore, in qua Ecclesia Apostoli continebantur. Ad Petrum videndum ascendit Paulus Ierosolymam, vt ipse testatur ad Galat.1. & mansit apud eum diebus quindecim: non discendi gratia, aut solatij humani, sed potiùs honoris deferēdi, vt capiti suo; quod vt signum Pontificatus & primatus sui agnouerunt, Chrysostomus, Ambros. Hieron. in illum locum, & Theodoritus in epist. ad Leonem Papam: quorum verba breuitatis causa sup primimus. Petrus per duodecim annos rexit Ecclesiam Ierosolymitanam, & Antiochenam Ecclesiam Græcam & Gentilem, Romanam verò per vigintiquinque: vt intelligas iuxta titulū Crucis Christi scriptū tribus linguis, Hebraicis, Græcis & Latinis, Petrum toti Ecclesiæ præfuisse, siue ex Hebræis, siue ex Græcis, siue ex Latinis collectæ. Vides igitur Petrum se pro Pontifice gessisse, qui toti Ecclesiæ præerat, & de ministris prospiciebat, & Ecclesias aliorum visitabat, etiam à se non fundatas, vt verus pastor earum; quod Paulus nō faciebat. Idē etiā confirmat traditio veterū Patrum, qui omnes vno cōsensu Petrum Principē Apostolorum, verticem Apostolorum, siue coryphæum vocant, in lib. de diu. nom. ca. 3. D. Dionys. vocat Petrum supremū decus, & antiquissimum Theologorū columen. Idem pluribus confirmare supersedeo, nec actum agere videar, & rem exploratissimā & compertissimam probare.

Ioan.21.

Act.12. Paulus cur ascēderit Ierosolymā videre Petrum.

Chrysost. in c. 1. ad Gal. to. 4. Ambr. ibid. tom. 5. Hieron. ibid. tom. 9. Quot annis Petrus Ierosolymitanā, & Antiochenā, quot verò Romanā rexerit Ecclesiam.

Ioan.19.

Quibus Petrum titulis Patres cohonestent, atq; ornent.

Dion. Areo.

Nec obstat in contrarium verbū Apostoli: *Qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis; operatus est & mihi inter Gentes*; ergo non fuit vniuersalis pastor. Respondemus enim, quòd etsi habuerit potestatē in totam Ecclesiam, exercitium tamē habuit peculiare & fructuosum inter Iudæos, in quo mirificè repræsentat Christū, qui etsi vniuersalis pastor esset, minister tamē fuit circuncisionis, prædicando & signa edendo apud Iudæos. Sed & Petrus curam vniuersarum Gentium habuit, quæ per eum conuerti debebant: vnde & Antiochiæ, & Romæ prædicauit: nec fuit specialis Episcopus Iudæorum, sed B. Iacobus frater

Hæreticorū contra Petri primatū obiectionib⁹ respondetur. *Galat.2.* Petrus qualis fuerit minister circuncisionis, idē & Gentium. *Rom.15.*

Domini. Neque propterea elicitur, caput nó fuisse: quia nec Christus Episcopus fuit Ierusalem, quæ ob ingrati animi crimé vastanda erat: sed pro tempore vt effuso sanguine Christi est honorata, ita à cósanguineo Christi Iacobo Episcopo eius recta est, atque illo Petrus, vt tãtùm Apostolus fuit, inferior erat. Secundò obijciunt, quòd non posset vnus Petrus omnes pascere. Sed pascit qui per alios pascit, vt Christus baptizabat per Apostolos, & Petrus, cui dictum est, *Baptizate omnes Gentes*, per alium baptizauit Cornelium: ita Imperator per suos regit Imperium, & Moses consilio Iethro regebat per septuaginta Seniores totum populum. Tertiò non obstat, quòd Paulus sine autoritate Petri prædicauerit. Sed satis est quòd illam habuit à Christo, sub Petro tamen, ideo Ierosolymam venit, vt cum eo conferret Euangelium: ad quem veniens, dicitur adductus à Barnaba ad Apostolos, vt crederetur discipulus, quia in Petro omnes Apostoli, & sub eo erant, cùm oues essent Christi. Quod verò dicit Paulus, *Mihi nihil contulerunt*, intellige in doctrina, sicut nec mihi Papa quicquam contulit; secùs in autoritate, quam cum minori doctrina habere poterat, causa enim fidei non ex humana ratione, aut sapientia, sed ex assistentia spiritus, & Prophetia indicatur. Quòd verò prius nominet Iacobum, quàm Petrum, cùm ait: *Cùm cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioãnes, qui videbantur columnæ esse*, nihil euincit, tum quia B. Chrysostomus in commentario eius loci videtur legisse, *Cephas, Iacobus & Ioannes*: tum quia Petrũ non considerauit tunc vt Papam, sed vt Apostolum; cui quatenùs Apostolus & Episcopus Ierusalem, præfertur Iacobus in Iudæorum gratiam, quemadmodum eius epistola Catholica præfertur illis B. Petri; vt Ierosolymitani designarẽtur priores in donis. Sic enim ex ratione, & non temerè variatur ordo Apostolorum, vt Ioannes apud Matthæum est sextus, apud Marcum quartus, apud Lucam verò tertius. Et quod ibidẽ ait Apostolus, illos tres Apostolos dexteras dedisse societatis Paulo & Barnabæ tanquàm fratres, non tollit Petri primatũ: quia cum hac humanitate stabat Petri præpositura. Vnde apud Ecclesiasticũ dicitur; *In medio fratrum rector illorũ in honore*. Et iterum, *Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis*. Et Isaac benedixerat Iacob, dicendo: *Esto dominus fratrũ tuorũ, & incuruentur ante te filij matris tuæ*. Et societas erat in prædicatione Gentiũ à Paulo, & Iudæorum à Petro: & Christus instituit, vt qui est maior, sit tãquàm minister: vnde & Papa se vocat seruum seruorum Dei.

Secunda obiectio. *Ioan 4. Matth. vlt. Act. 10.*

Exod. 18.

Tertia obiectio.

Gal 2. Act. 9.

Petrus, Iacobus, & Ioannes quatenꝰ Paulo, vt ipse testatur, nihil contulerint.

Chrysost. in c. 2. ad Galat.

Apostolorũ ordo apud Euangelistas (Petro excepto) vnde narretur.

Quartò obijcitur, Cócilium illud Act. 15. non fuisse indictum à Petro, ac proinde non fuisse summum Pontificem. Sed quia à nullo legitur indictum: vel ab eo, cuius est, id est, à Petro, vel à nullo, quod est absurdum, indictum fuit. Neque verum est quod ibi supprimatur nomen Petri: notum enim est quia erat primus Apostolus; & vt magis crederentur in eo definita, communi suffragio decreta sunt. Sicut magis creditur Papæ cum Concilio, vel Consistorio Cardinalium loquenti, quàm soli; vel Imperatori cum Principibꝰ, quàm soli Imperatori.

Quarta obiectio. Cur in Concilio Apostolorum Ierosolymitano Petri nomẽ fuerit suppressum, vt hæretici volunt.

Quintò obijcitur verbum Pauli dicentis de Petro: *In faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat*. Sed certè in eo facto nõ arguitur maior potestas Pauli, sed maior prudentia: quemadmodum quiuis Episcoporum, vel Cardinaliũ posset in aliquo negotio Papæ resistere. Vt interim missam faciam solutionẽ Hieronymi, quòd simulatè & fictè, & in faciem tantùm restiterit Paulus.

Quinta obiectio. *Gal. 2.*

Quare Paulus Petro in faciem restitit. *Hieronym.*

Sextò, mittitur Petrus cum Ioanne ab Apostolis Samariam: ergo non erat Papa. At certè non est missus quatenùs Papa erat, & pastor vniuersalis, sed quatenùs vel Apostolus, vel Episcopus, & non per modum imperij, sed consilij, & exhortationis: nec enim Papa semper gerit se pro Papa, sed interdum ad ædificationẽ demittit se ipsum. Missus est autem vt maior ad confirmandum, nó vt eorum Apostolus: quemadmodum ab Ecclesia Antiochena Act. 15. missus est Paulus, & Iosue 22. missus est summus Sacerdos, & decé Principes tribuum à tribubus: & Consul vel Imperator mittitur à Senatu, cùm opus est: sic Magi Reges missi ab Herode in Bethleem.

Sexta obiectio. *Act. 8.* Apostoli Petrum & Ioannem quà ratione miserint in Samariam.

Matth. 2. Act. 10. Act. 14.

Septimò, Petrus non permisit se adorari à Cornelio, quemadmodum & Paulus se Iconij prohibuit adorari; cùm tamen Papa permittat sibi adorationem, & externos honores exhiberi. Respondemus, Papam adorari, id est, cum veneratione coli, non vt Deum, sed vt Christi Vicarium, qui in eo est & adoratur vsque ad consummationem seculi: & ideo non prohibuit Cornelium adorare, sed quia multa & præclara Dei dona habebat, iussit eum iam surgere, & se hominem meminit, in aliorũ exemplum, maximè quia non erat edoctus Cornelius de Christo, & Petro eius locum tenente. Paulus verò prohibuit se adorari, sed sacrificio, quod solius Dei est propriũ: Papa autem pro se, & nos pro eo sacrificamus; vnde periculum non est ne se Deum

Septima obiectio.

Quas ob causas Petrus primum a Cornelio, deinde Paulus cum Barnaba à Lystrensibus vetuerint se adorari.

faciat.

faciat. Et hactenùs de priori veritate.

Apostolica sedes debuit certo aliquo loco consistere.

Iam ad secundam explicandam accedimus, quæ habet, hanc potestatem Petri non fuisse vagam & incertam, sed vni particulari sedi affixam & applicatam, ibique residere. Quod vt magis perspicias, bifariã posset se habere aliquis Præpositus Generalis, alicuius regularis ordinis, siue monastici instituti. Vno quidem modo, vagando & discurrendo, visitandoque in variis prouinciis domus, & Monasteria eius regulæ, cuius est Generalis: atque in hunc modum creantur Generales Ministri apud B. Francisci religiosos, & Generales Magistri apud Dominicanos. Alio verò modo Generalis Præpositus institui posset, vt certam tamen & definitam domum sui ordinis haberet: quemadmodum Generalis sancti Benedicti in Hispaniæ prouincia eligi nõ potest, qui Abbas non sit Monasterij Vallisoletani. Ita summus Pontifex institui potuit dupliciter: vel vt semper vagaretur, nullam sibi certam sedem assignando, vel ita vt certam Ecclesiam suæ cathedræ & potestati exercendæ applicaret: atque hunc secundum modum, vtpote diuinæ sapientiæ, & rationi magis consonum Christus Petro seruandum reuelauit. Nam si vaga esset hæc potestas, non esset ita communis ad eam accessus, quia nesciretur quò esset eundum, sicut vagantur fratres Franciscani quærẽtes suum Generalem; quòd absurdum esset; cùm necessarium sit, oues propter controuersias fidei, & lites Ecclesiasticas frequenter Pastorem consulere. Deinde non expediebat etiam ex parte Pontificis, qui si non haberet certum locum, cogeretur per orbem discurrere; quòd esset illi, & eius ætati molestum & contrarium; quia communiter senior & ætate prouectior ad illam dignitatem eligitur. Non conueniebat etiam eius dignitati, quia necessum erat, vt penes se haberet doctrina & morum probitate præcellẽtes viros, qi vix possent, discurrendo per totum orbem, sapientiam comparare, vel comparatam conseruare. Animus enim, vt ille dixit, quiescendo sit sapiens. Ad hæc incolumitati Pontificis minimè expediebat, qa periculosum fuisset illum circumire & discurrere, propter hæreticos. Tertiò, non expediebat ex parte electorum, ad quos spectat de successore eius prospicere: quia simili ratione cogerentur vagari; & similiter periculo essent expositi; vel ad Principum secularium (in quorum ditione, & terris versarentur) voluntatem fieret electio Romani Pontificis: quod summè absurdum videretur. Quartò, expediebat etiam pastoribus, vt cùm Pontifex vnam sibi Ecclesiam peculiariter regendam assumeret, aliis dare posset exemplum prædicandi, residendi, & cætera munera Episcopalia exercendi: quo fructu & exemplo priuarentur Episcopi, si semper Pontifices vagarentur. Quintò, hoc esset etiam odiosum, & cõtra rationé, & consuetudinem Iudæorum, habentium summum Pontificem in certo quodam loco, nempè in tabernaculo, Deut. 17. & contra morem Gentium habentium Romæ Pontificem Maximum; Euãgelium autem non spernit optimas consuetudines, sed per eas non trahit, & iuuat: quemadmodum vtitur aqua & pane ad munditiam & cibum spiritualem. Et hanc rationem secutus B. Petrus, vt testis est Clemens epist. 1. ad Iacobum, constituit vt in illis ciuitatibus, in quibus olim erant flamines, Episcopi instituerentur; & in quibus archiflamines, Archiepiscopi. Cùm igitur certa aliqua sedes constituẽda esset, & certus locus B. Petro assignatus: Diuina voluntate factum est vt sedes hæc, siue cathedra B. Petri, Romæ constitueretur. Nam si minima Apostolis suggerebat, quãtò magis hęc quæ tanti momenti sunt? Quoniam, vt referunt Egesippus libr. 3. de excidio Ierusalem ca. 2. & Ambrosius lib. 5. epistolarum, epist. 32. & Innocentius III. cap. *Per venerabilem*, Qui filij sunt legitimi, & B. Linus in martyrio B. Petri: *Dum Petrus vrbẽ fugiens de fidelium cõsilio exiuisset, vt se subduceret Neroni, occurrit illi Dominus, Cui dixit: Domine quò vadis? At ille respõdit, Vado Romam iterum crucifigi. Quo verbo excitatus Petrus ad vrbẽ redijt, quam Cruce, & sanguine suo decorauit, atq; ibi suam sedem perpetuò constituendam cognouit.* B. Marcellus in epistola ad Antiochenos tradit, Petrum iussu Domini Romam sedẽ suam transtulisse. Vnde subdit: *si verò vestra Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cesit sedi, nulla est quæ eius non sit subiecta ditioni.* Postquàm ergo Petrus primò in Ierusalem egisset vniuersalem Pontificem, vt etiam Græcis prædicaret, venit Antiochiam, atq; ibi Episcopum septem, vel quinque annis egit, quia metropolis erat, & huius primi discipuli vocati sunt Christiani: vbi intra decem dies supra decem millia hominum baptizauit. Et vt testis est Clemens libr. 6. Recognitionũ, manebat Petrus tribus mensibus in qualibet ciuitate, & relicto seminario Episcopi, qui fidem docebat, & Presbyterorum, qui mores informabant, & Diaconorum qui disciplinam, id est, cæremonias tradebant, ibat ad alias ciuitates, præmittens duodecim sacerdotes, qui bini, & sine strepitu ciuitatem ingrediebantur, & ciues

Prima ratio.

Quinta ratio

Euangelium optimas consuetudines haudspernit, verũ per eas homines trahit, & iuuat.

Clem. Rom.

B Petri Apostolorũ Principis constitutio.

Secunda ratio.

Christi apparitio facta Petro in vibe.

Egesippus. Ambros. to. 5. Innoc. III.

B. Linus.

B. Marcel.

Tertia.

Petrus vbi primum sederit, ac deinceps.

Act. 11.

Quarta.

Quandiu iis in ciuitatibꝰ vbi prædicabat, Petrus hærebat.

B. Clem. Rom.

Idem quot secum sacerdotes adduce

ret Euangelij causa.

ciues ad excipiendum verbum Dei à Petro disponebant.

Vbi ergo Antiochiam à peste Simonis Magi liberasset, deinde occasione eiusdem Simonis Romam venit, vbi Latinis prædicauit, & supra vigintiquinque annos Ecclesiam rexit. Hoc autem conueniens, & vniuersale beneficium fuit. Primò, quia maior Christi gloria est, vt eam mundi dominam subiugaret, quemadmodum dixit Esaias: *Quia incuruabit*, inquit, *habitantes in excelso, ciuitatẽ sublimem humiliabit, humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem: conculcabit eam pes, pes pauperis, gressus egenorum.* Hæc ille de vrbe Roma, & in septem collibus sita: quam humiliauit pes pauperis Petri, & pedes egenorum Petri & Pauli, Sibylla Erythræa de Christi discipulis verba faciens, ait: *Eliget sibi ex piscatoribus duodenarium numerum, vnumq; diabolum* (scilicet Iudam) *quodq; nõ in gladio, bello ve Aeneadem vrbem* (id est, Romam) *Regesq; subiyciet, sed in hamo piscantis.* Ecce quæ illa de Petro piscatore prædicit. Habetur autẽ hæc Prophetia Græcè & Latinè Venetiis in Téplo sancti Georgij Maioris, vt testis est Antoninus 1. par. tit. 3. cap. 9. Deinde, vt in ea omnium errorum capita destrueret: nam omnium falsorum cultum retinebat deorum, vt ita quæ erat mater erroris, fieret Magistra veritatis. Vnde conuerso Constantino Imperatore ad Fidem, mox per omnia regna Imperio subiecta licuit Christianis templa erigere, publicè prædicare, cultum Christianum palàm profiteri. Tertiò, hoc factum est, quòd in ea ciuitate esset maior ansa piscãdi animas, propter amplissimum Imperium, & multitudinem populorum eò confluentium: proinde optimè ibi sita est summa potestas spiritualis, quasi anima, vbi potestas corporalis, quasi corpus summa fuit. Quia enim Roma habebat orbis dominium, rectè ab vrbe Romana fides in vniuersum orbem diffunderetur, & sic potestas spiritualis inde deriuaretur ad alios, quemadmodum potestas temporalis. Et quemadmodum voluit in Ierusalem, Antiochia, & Alexandria esse Patriarchatus, ita Romæ constituit Papatum, vt maxima potestas sit in maxima vrbe, capite, & domina totius orbis. Quartò, quia ob situm communior erat orbi post Ierusalem, & ante illã respectu noui orbis. Est enim Roma in medio Europæ sita, ex qua facilis est aditus ad proximam Africã, & Asiam. Quintò, lingua Latina propter dominium Imperij Romani, & propter commercia cum Gentibus, communior erat & celebrior ad disseminandam Fidem.

Petrus Romæ cur sedere debuerit. Ratio prima à vaticinio Esai. *Esa. 26.*

Erythreæ Sibyllæ de Christi discipulis vaticinium. *Ioan. 6.*

B. Antonin. Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio. Europæ centrum Roma.

Quinta ratio

Sextò, quia gens Occidentalis simplicior est ad suscipiendam fidem, & robustior ad illam semel susceptam tuendam: quod experiẽtia ipsa constat, & autoritate Danielis, qui cap. 7. designat Imperium Romanum per bestiam terribilem, & fortem nimis, quæ dentes ferreos habebat. Et Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: Romanorum verò fides annuntiatur in vniuerso mundo. Historia etiam Ecclesiastica plures hæreses, & schismatica in Oriẽte principium accepisse demonstrat, quàm in Occidente, ibique sanctorum Patrum codices deprauatos, & Conciliorum canones furtim suppressos fuisse tradit. Septimò, Dei prouidentia admirabiliter splendet, quòd Petrus relicto Oriente venerit in Occidentem, & in vrbem Romam. Et quemadmodum Iacob cancellatis manib⁹ benedixit filios Ioseph, minori imponens dexteram, maiori sinistram: ita Deo placuit, Occidentis plagam, licèt in Fidei susceptione tempore esset posterior, dignitate tamen, & autoritate priorem esse, in eo quod Sedem Apostolicam perpetuò Romæ constituit. Christus enim moriens in Cruce, Occidentẽ respiciebat, vt Ecclesia fundata est in Occasu, id est, Christi morte, & respicit Occasum, id est, secundũ Domini aduentum; non autem respicit Orientem, id est, primum aduentum, velut Synagoga respiciebat.

Sexta ratio Occidentalis gens quàm ad suscipiendam Fidem sit, & ad illam semel susceptã retinendam. *1. Cor. 1. Rom. 1.*

Septima ratio.

Gen. 48.

An verò ab Ecclesia Romana transferenda sit Apostolica Petri Cathedra in alium locum, quem Deus probauerit, satis exploratum non est, atque hoc contingere posse, vt in alium locum transferatur, docet quidam recẽs scriptor. Quia antequàm Romanæ se applicaret Ecclesiæ, Ierosolymis & Antiochiæ fuit. Sed mihi probabilius videtur, vt ab eo loco non sit vnquàm dimouenda: tum quia præcepto Christi & reuelatione Romæ Cathedram affixit, vt Marcellus Papa testatur: tum quia in illo loco durauit supra 1570. annos, etiam tempore quo tyranni ad mortem Pontifices persequebantur: ergo etiam in futurum durabit; Tum quia plures patres & veteres Doctores ex his quos superiùs allegauimus, dum tractaremus illam sententiam: *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, testantur, hactenùs Ecclesiam Romanã in fide non defecisse, nec vnquàm defecturã: Tum denique, quòd in Veteri Testamento perseuerauerit ciuitas Ierusalem locus destinatus summo Sacerdoti vsque ad abrogationem illius legis, & destructionem Iudaicæ gentis: ergo & Romana Sedes durabit vsque ad consummationem

Petri Sedem nõ alio deinceps transferẽdam, quàm arguat supra mis. *tum in 4. ist. 2.*

Secunda ratio.

Marcellus Pa.

Vltima ratio

seculi.

Quãnã Dei prouidentia Romani Ierosolymam exciderint vrbem, atq; diuerint.

Vrbis Romę priuilegia, Apostolicæ, in ea Sedis perpetuitatẽ quęnam suo veluti iure sibi vendicẽt. *Rom. 15.*

Secundũ priuilegium.

Tertium priuilegium.

Almam hãc vrbem viri sanctissimi atq; doctissimi, honoris eius olim & religionis causa visitauerint.

Romanos Põtifices fuisse optimè nouisse primatum in Ecclesia, quem habent, vnde notum sit.

Illorũ de se testimoniũ

seculi. Et diuina prouidentia factum est, vt Romani destruxerint illam ciuitatẽ: quia hæredes illius summæ potestatis, quæ in ea fuit, & quæ ab antiquo subiecta est metropolitano Palæsthino, id est, Episcopo Cæsarensi ex Cõcilio Nicæno, vt occasio tolleretur Iudæis expectandi Messiam. Hoc etiam beneficium peculiariter sibi vẽdicat Ecclesia Romana. Quia si Christus minister fuit ciuitatis Ierusalem, vbi ille docuit, & mortem pro nobis subiit, ita magna gloria est vrbis Romæ, quæ duorum Apostolorum suorum (qui inter cæteros sunt nobilissimi, & primi) doctrinam habet, & sanguinem: neque hoc tantùm, sed vt Episcopus Romanus in perpetuum sit vniuersalis Ecclesiæ pastor, Christi Vicarius, & Petri successor. Habet consequenter illa vrbs doctorem summum, & cœli clauigerum, qui doceat, absoluet, dispenset, & ab omnibus scrupulis Fidei liberet: qui indulgentias cõcedat, & cętera ministeria Pontificalia pręstet: habet & aliud beneficium, quia ad Sedem Apostolicã, & B. Petri & Pauli Apostolorum limina maximi quique, sanctissimi, & doctissimi viri confluxerunt, & indies confluunt: quales fuêre Polycarpus, Irenæus, Athanasius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, diuus Benedictus, B. Frãciscus & Dominicus: adeò, vt propter illustre, & conspicuum sanctitatis exemplum, quod Ecclesiæ Summi Pontifices præstare coguntur, & illos qui sibi assistunt Cardinales, & propter sanctos viros, qui vndiq; ad illam conueniunt, Romana vrbs cęteris totius orbis ciuitatibus fidei & charitatis, & aliarum virtutum exemplum prælucere debeat. Prius ergo Petrus fuit Ecclesię vniuersalis summus pastor, quàm Romanus, imò prius Ierosolymitanus, & Antiochenus, quàm Romanus, & Ecclesia Romana ex adiuncto ab Episcopo suo habet quòd sit Catholica, & vniuersalis, & primaria Christi Ecclesia.

Quòd verò Romanæ Ecclesiæ Episcopi pro Vicariis Christi, & Summis pastoribus se gesserint, & ab Ecclesia pro talibus fuerint habiti, & cum veneratione cogniti, tam exploratũ & compertum est apud Catholicos; quàm certum est Solem lucere, aut Christum esse primarium & summũ caput, & pastorem Ecclesiæ: idque constat ex epistolis decretalibus Pontificũ, vt Clementis, Anacleti, Euaristi, Alexandri, Telesphori, Hyginij & Pij, atque aliorum, vt Leonis, Gelasij, Gregorij, qui verba Christi ad Petrum, quasi ad Episcopos Romanos dicta essent, interpretantur. Neq; propterea quòd in causa propria testificentur, reiiciendi sunt: quia spiritum Christi habebant, vt cognoscerent quę à Deo sibi donata sunt bona. Importunitas etiam hæreticorum, & rebellio schismaticorum eos cogebat ad asserendam, & vindicandam à calumniatoribus suam potestatem. Erant etiam testes dignitate præstantes, non plebeij; erant multi, non vnus, aut alter; erant vitæ sanctitate, & doctrinæ excellẽtia præstantes, plerique eorum martyrio coronati sunt pro Christo; sunt etiam in Conciliis vniuersalibus, & ab aliis Patribus approbati. Et si illi perniciosissimè vsurpassent quę aliorum sunt, id est, regimen totius orbis in spiritualibus, proculdubiò alij Patres, & Doctores reclamassent, atq; illis in faciem restitissent. Ad hæc, iudicum spiritualium & pastorum proprium munus est, dubia quæcunque, quæ circa fidem emergunt, & Scripturarum sacrarum veras interpretationes decidere, atq; explicare. Ita cum de hoc semper propter Hæreticos de potestate Papæ dubitatũ sit, necessariũ fuit, vt illa Cathedra ad hęc dubia decidẽda pronũtiaret sententiam, ad quam maximè spectabat hæc definire. Papæ autem est, quæ sit sua iurisdictio, iudicare; vt Regis, quæ sua existat: vt habetur in l. 5. ff. de iud. Quemadmodum in feudo dominus feudi est iudex, vt habetur in ca. *Cæterum*, de iudiciis. & ca. *Extrauagantes*, de foro competent. Sunt ergo Pontifices meritò audiendi in hac causa decidentes, qui à tempore B. Petri maiores fidei causas, & Episcoporum, ad se spectare docuerunt: Concilia Generalia sine eorum voluntate, & permissu celebrari, vel sine eorum confirmatione firmitatem aut robur habere non posse tradiderunt: excõmunicatos ab aliis Episcopis, vel Synodis absoluerunt; & ab aliis absolutos condemnauerunt, vt ait Gelasius: Appellatur ex toto orbe ad Pontificem Romanum, & ab eius sententia reclamare ad alium iudicẽ spiritualem, vel secularem, vel ad Concilium etiam Oecumenicum, pro flagitio semper est habitum: expulsos à sedibus suis, siue violentia Imperatorum, sine per iniquas Synodorum sententias, restituerunt, & restitui mandârunt, vt Athanasium Patriarcham Alexandrinum, Chrysostomum, & Ignatium, Constantinopolitanos, Theodoritum Cyrensem Episcopum, & innumeros alios per diuersas orbis prouincias, siue in Europa, siue in Asia, siue in Africa. Et ita supra mille & quingẽtos annos obtinuerunt maiestatem, & autoritatem suæ Cathedræ, Christo confirmante, & mirabiliter protegente illã Sedem, in quam tyrãni, Imperatores, Ethnici, Hæretici, Gothi, Vandali,

esse nihilominus omni fide, & acceptione dignissimum. *tom. 8.*

Pastorũ spiritualiũ proprium munus quod.

Romani Põtificis in concilia potestas & autoritas quanta sit.

Gelas. Papa.

Romana Sedes à Synodis olim condemnatos ac pulsos Patriarchas, & Episcopos, quos absoluerit, suisque sedibus restituerit.

Romani primatum Pontificis alioqui viri docti & eruditi, qui sint arrodere conati.

dali, Germani, Henrici, Ludouici, & Federici insurrexerunt, Præterea docti viri suis scriptis illam exagitarũt; vt Marsilius quidam Paduanus, Gerson, Ockam, Laurentius Valla, Erasmus, Lutherus, & alij eorũ discipuli, & sectatores. Superbi etiam Constantinopolitani Patriarchæ pro primatu & titulo Oecumenici & vniuersalis Episcopi, à tempore B. Gregorij cum Romanis Pontificibus decertârunt. Græci, qui nunc iacent sub immanissimo Turcarum tyranno, suæ superbiæ pœnas luerunt, eo quòd Ecclesiæ Romanæ semper rebellârunt. Et tamen maiores superbiendi caussas habebant quàm Germani, quia antiquitate, ingenio, eloquentia, doctrina, & Apostolorum præsentia illis præcelluerunt: habebant quatuor Sedes Patriarchales, cùm Latini vnam tantùm habuerint: Apud Græcos Apostoli diuersati sunt, & in fide Christi sunt antiquiores: Græcè scriptum est Nouum Testamentum: apud eos octo Generales & Oecumenicæ Synodi celebratæ sunt: cùm tamen nihil horum habeat Germania. Verè ergo dictum est, portas inferi non præualituras in petram Ecclesiæ Romanæ; cùm tamen nec ad horam Lucifer obtinere potuit sedem illam, quam ambiebat, Deo repugnante.

Græci Sedi Apostolicæ Romanæ rebelles, quid patiantur infelices.

Multò iustiores caussas Græcis esse, quã Germanis Romanã Ecclesiam superiorẽ non agnoscendi, atque venerandi.

Esa. 14.

Nec tantùm hęc fides de autoritate Romanæ Ecclesiæ cognita est à Pontificibus ipsis, sed etiam à Doctoribus veteribꝰ. Irenæus enim libro 3. cap. 3. contra Valentinianos, Ecclesiam Romanam, principaliorem vocat, ait enim: *Ad hanc Ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio.* Cyprianus lib. 1. epist. 3. *Nauigare audent & ad Petri Cathedram, atque Ecclesiam principalem.* Et multò antè: *Neq; enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut natæ sunt schismata, quã inde, quòd sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, &c.* Et loquitur de Summo Pontifice, vt constat ex præcedentibus, vbi de Summo Pontifice Veteris Testamenti agit, & de Christo. Nam alioqui si de Episcopis, & sacerdotibus in communi ageret, non diceret quòd vnus ad tempus sacerdos cogitatur. Ad hæc, nomen Ecclesiæ Catholicæ, Ecclesiæ Romanæ tantùm conuenire, docet idem Cyprianus libro quarto, epistola secunda: *Scripsisti etiam, vt exemplum earundem literarum ad Cornelium Collegam nostrum transmitterem, vt depositã omni solicitudine, iam sciret te secum, hoc est, cum Catholica ecclesia communicare.* Idẽ docet Beatus Augustinus, libro de agone Christiano, capite 30. & Gelasius Papa distinct. 15. cap. *Sancta Romana Ecclesia.* Et rursus Augustinus lib. 11. contra Faustum, cap. 2. *Vides in hac re quid Ecclesiæ Catholicæ valeat autoritas, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsq; ad hodiernum diem succedentium sibimet Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur.* Cyrillus Alexandrinus in libris Thesaurorum: *Sicut Christus susceptit à Patre esse Dux, & sceptrum Ecclesiæ Gentium ex Israël egrediens super omnem principatum, & potestatem, & super omne quodcunque est: vt ei cuncta genua curuentur: sic & Petro, & eius successoribus plenissimè commisit, & nulli alio quàm Petro Christus quòd suum est, plenè dedit, sed ipsi soli Petro dedit.* Et infra: *Vt membra maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorum Pontifice, ab eo quærere oportet, quid credere, & quid tenere debeamus: ipsum venerantes, ipsum rogantes præ omnibus, quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, ligare, & soluere, loco illius qui ipsum ædificauit, & nulli alij plenè quod suum est, sed illi soli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi Iesu Christo obediũt.* Hæc ille: quę etsi in libris suis non inueniãtur, mirum esse non debet, nam tradit Nicephorus in sua historia Alexandrum quendã librorum suorum deprauatorem habuisse Cyrillum. Et Demetrius Sidonius Græcus, qui tempore Concilij Florentini scripsit, contra Græcos hæc verba, tanquam germana, & syncera Cyrilli, refert, & in Græcos illa retorquet. Hieronymus disputans contra Luciferianos, ait: *Ecclesiæ salus in Summi Sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quædam, & ab omnibus eminens detur potestas, tot in Ecclesiis efficientur schismata, quot sacerdotes.* Prosper Aquitaniæ in egregio carmine aduersus ingratos, id est, Pelagianos ita fidem suam de autoritate Sedis Romanæ scripsit:

Iisdem namq; simul decretis Spiritus vnus
Intonuit, pestem subeuntem prima recidit
Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris
Facta caput, mundo, quicquid non possidet armis,
Religione tenet.

Sic ille: B. Ambrosius super illa verba Apostoli ad Timotheum: *Vt scias quomodò oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis,* ita scribit: *Scribo tibi, vt scias quomodo Ecclesiam ordines, quæ est domus Dei: vt cùm totus mundus Dei sit, Ecclesia tamen domus eius dicatur, cuius hodie rector est Damasus.* Idem in cap. 12. Corint. 2. *Denique prior secutus est Andreas Saluatorem, quàm Petrus, & tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus.* Optatus lib. 2. cõtra

Romanã Ecclesiam solã Ecclesiæ Catholicæ sibi nomen actitulum vindicare.

Idem.

Aug. tom. 3 Gelasius.

Aug. tom. 3

Cyrill. Alexand. in Psalm. 27 alibi.

Nicephor. hist. lib. 8 cap. 20. sub Dem. Sidonio.

Hieronym.

Prosper Aquitan.

B. Ambr. 1. Tim. 3

Idem Ioan. 3.

Optat. Epis. Milet.

Parme-

Athanasius tom. 4.

Parmenianum: *Vna cathedra est priuilegium vnius Ecclesiæ, & primum: ideò non adhærẽs vnitati Cathedræ, non adhæret vnitati Ecclesiæ Cathedra vna est, & negare non audes, scire te in vrbe Roma Petro Cathedram esse collatã, in qua sederat omnium caput Apostolorũ Petrus, in quo vno Cathedræ vnitas ab omnibus seruaretur, ne cæteri Apostoli singulas sibi quisque sedes defenderet, vt iam schismaticus esset, qui contra vnam Cathedram alteram sibi collocaret.* Hæc ille, vt citatur à Cusano Cardinali, & Episcopo Brixiensi. Athanasius scribens ad Marcum Papam: *Ob id vos, prædecessoresq; vestros, Apostolicos præsules, in summitatis arce constituit, omniumque Ecclesiarum curam habere præcepit, vt nobis succurratis.* Et infra: *Similiter & à sanctis Patribus est definitum consonanter, vt si quisquam Episcoporum Metropolitanum, aut comprouinciales iudices suspectos habuerit, vestram Romanam sanctam interpellet Sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi atque soluendi, & speciali priuilegio est super alios concessa.* Hęc Athanasius in sensu. Addo etiam testimonium Principum secularium, qui hoc priuilegium Sedis Romanæ suis scriptis cõprobârunt. Nam C. de summa Trinit. & Fide Cathol. l. 1. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius, ita sanciunt: *Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit imperium, in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat: quamque Pontificem Damasum sequi claret. Hanc legẽ sequentes, Christianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos verò dementes, vesanosq; iudicantes hæretici dogmatis infamiam sustinere, diuina primùm vindicta, post etiã motus animi nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, vltione plectendos.* Iustinianus in authentica: *Legum originem anterior Roma sortita est, & Summi Pontificatus apicem apud eam esse, nullus est qui dubitet.* Valentinianus ad Theodosium scribens, ait: *Beatissimus Romanæ vrbis Episcopus, cui principatum sacerdotis super omnes antiquitas contulit, locum habeat & facultatem de fide iudicare.* Idem etiam, vel ethnici nouerũt. Scribit enim Ammianus Marcellinus, vir à nostra religione alienus, in historia sua de Constantio Cæsare, quòd cùm iam cognosceret Athanasium è sua sede deiectũ per Synodum Episcoporũ, ardenti tamen desiderio cupiebat, illud cõfirmari per Liberium Episcopum vrbis Romæ. Intelligebat enim irrita fuisse omnia, quæ ab aliis acta fuissent, nisi Romani Pontificis cõsensus accessisset. His igitur paucis testimoniis contenti euincimus, omnes Patres, & veteres Doctores, atque Imperatores Romanos, hanc Petri authoritatem, & Romanæ Ecclesiæ Cathedram super vniuersas Ecclesias, & agnouisse, & omni veneratione amplexatos fuisse, & pro hæreticis habuisse omnes, qui illi contradicerent, aut reclamarent.

Principũ secularium de primatu Sedis Apostolicæ illustria testimonia.

Iustinianus.

Valentinianus.

Ammia. Marcel. lib. 15. circa medium.

Quòd verò Hæretici nostri seculi asserere, & scribere ausi sunt, Petrum nunquã Romæ fuisse, impudentissimum est mendacium, ex summa, & affectata ignoratione, siue potiùs ex insigni malitia depromptum: & nõ tantùm peccant in fidem Christo in Baptismo promissam, sed etiam in ipsam humanitatem & ciuilitatem. Inciuile enim est, propter vnum, aut alterũ fine ratione loquentem id negare, quod vniuersi Patres vnanimi cõsensu docuerunt. Sed huius rei veritatem meridiana luce clariorẽ, tùm Scripturis sacris, tùm Patrum scriptis, tùm rationum momẽtis alibi commodiùs probandam reseruamus. Illud certè nõ est dissimulandum, quod Functius in Chronologia sua fabulatur, Petrum nunquã Romæ fuisse: quod Lutherus, Caluinus, & Molinæus facilè permittunt in dubium vocari, licèt affirmare nõ audeant. Sed ante hos omnes Marsilius quidam Paduanus hãc fabulam commentus est: qui in Ludouici Bauari gratiam à Ioanne XXII. excõmunicati, & ab Imperio deiecti, librũ contra Romanos Pontifices scripsit: qui etsi belli maximi seminarium exiterit, ipse tamẽ Pacis defensorem inscripsit. Fide ergo integra primatum Ecclesiæ Romanæ, & autoritatem eius in singulas, & simul in vniuersas Christi Ecclesias amplectamur, atq; exosculemur, oreq; & scriptis profiteamur; vt non tantùm præsentibus, sed etiam posteris testatum & comprobatũ relinquamus hunc Fidei articulum, ex quo vnitas Ecclesiæ Christi, eiusque pax, & salus pendere dignoscitur, ad gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre, & Spiritu sancto perpetuo viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Hæreticorũ Petrum Romæ fuisse negantium, impium dogma confutatur.

Iab. 12. tract. 1. sub init. ꝙ Hoc quis primũ dogmatizauerit infelix & impius, ac turbulentus.

Sedis Romanæ primatũ agnoscere, ac profiteri quo studio, ac religione debeant vniuersi.

TRACTATVS VI.

Tract. 6.

In historiam de prædictione mortis suæ, & Petri in increpãdo Domino confidentia; & repulsa, quam à Christo accepit. Et habetur Matthæi 16. Marc. 8 & Luc. 9. *Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Ierosolymam, & multa pati à Senioribus & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumẽs eum Petrus, cœpit in-*

crepare

crepare eum, dicens: Absit à te, Domine: non erit tibi hoc, &c.

Scopus Euangelistæ.

POSTQVAM Dominus articulum diuinitatis suæ in mentibus Apostolorum confirmauerat, ita vt omnes crederent illum esse Christum Filium Dei viui, præmonuisset que eos, ne ipsum dicerẽt esse Christum, quia omnes credebãt idem quod Petrus, qui Petri verbo assenserunt incipit stabilire articulum verę suæ Humanitatis, per mortem in Cruce perpetiendã. Nam etsi apud mundum hæc duo, esse Filium Dei viui, & crucifigi, non rectè sese consequantur, apud Deum tamen hęc summa sapientia est: ideò ob Petri, & omnium Apostolorum confessionem statim mentionem facit mortis suæ, & Petrum illi repugnare atque aduersari: sed tandem Dominus eum repulit: vt intelligamus, illo duos articulos nihil inter se repugnantia aut contradictionis habere. Nam in natura diuina Dei Filius est, in humana verò natura passus est: ideò qui primus dictus est à Petro Filius Dei viui, à se ipso vocatur Filius hominis: quia in natura humana mortem sustinuit. Et vide quàm alienus extiterit Mahometus, omnium hominum impurissimus, à Christi cognitione, qui hæc duo principia in Christo negat. Asserit enim, Christum neque Deum esse, neque in Cruce pro nobis mortuum, sed quendam alium, quem fingit loco Christi crucifixũ. Sed hæc ille hausit ab extinctis & sepultis nostris hæreticis. Nam Ebion quidam Iudæus, & Cherintus, & plures alij dixerunt, Christum non esse Deum, & Basilides Apostolorum tempore, vt testis est Euseb. lib. 4. eccl. hist. ca. 8. negat Christum crucifixũ fuisse, sed Simonem Cyrenæum, qui angariatus est ferre crucẽ post eum. Idem post eum paullò pòst tenuit Marcio quidã hæreticus, à quo Marcitæ dicti sunt. Sed vbi erit prædicatio Pauli Apostoli, qui ait: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam?* & iterum: *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos; nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum.* Sed non erant Iudæi tam tardi, aut cæci, vt pro eo, quem vt hostem capitalissimum habebant, & cuius mortem ardentissimis votis sitiebant, alium cruci finerẽt suffigi.

Christũ esse Filium Dei, eundem & crucifigi, hęc duo inter se minimè repugnare.

Quibus autoribus vtrunque negauerit scelestissimꝰ omnium hominũ Mahometus.

Euseb. tom. 1. Matth. 27. Vnde corruat hoc dogma.

1. Cor. 1.

1. Corint. 2.

Ait ergo: *Exinde cœpit Iesus ostendere.* Id est, ob hanc causam quòd interdixerat illis ne se dicerent Christum. Dominus igitur discipulos præmonet, ne Messiam non moriturum putarent, vel nescientem mortem sibi instare, vel eam nolentem ac reclamantem, duriusque propterea Apostoli ferrent, quàm cùm resurrectionem prædixerat Iudæis. Vnde Matthæi 27. Iudæi ad Pilatum dicunt: *Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam.* Proponit autem illis non simpliciter mortem, sed necessariam mortem, dicendo quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati: necesse enim erat, posita DEI præuidentia & præordinatione, qua mortem filij decreuerat in salutem mundi: quæ tamen inuariabilis necessitas in omnibus diuinis actionibus inuenitur, neque tollit libertatem ex parte Christi, de quo dictum est, *Oblatus est, quia ipse voluit:* &, *Si posuerit pro peccato animam suam:* & ipsemet: *Potestatem habeo ponendi animam meam.* Neque tollit libertatem ex parte Iudæorum, quia consultatione & consilio præcedente, Ioan. 11. illam inferre statuerunt, alioqui non peccassent: & quærebant accelerare, ne impediretur, & accusabant se ipsos ignauiæ & negligentiæ, cùm dicerent: *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic,* & quæ sequuntur.

Qua ratione oportuerit pati Christũ

Esai. 53. Ibidem. Ioan. 10.

Iudæos liberè Christum occidisse.

Infrà 11.

Meminit profectionis suæ in Ierosolymam, vt ostendat se in particulari nosse locum, & modum, & à quibus mortem sustinere deberet, & quanto tempore mortuus in sepulchro manere deberet: atque ita liberiùs se pati indicaret. Nominat autem seniores, qui eum condemnârunt, vt constat ex Euangelistis, & Scribas, sub quibus Pharisęi intelliguntur, qui consilium inierunt, Ioan. 11. quemadmodùm Luc. 15. murmurabant Scribæ & Pharisæi, qui Matth. 9. dicuntur Pharisæi, & Marc. 2. Scribæ, quia similes in officio docendi, & accusandi Christum, vt Matth. 15. in quæstione de lauandis manibus ante esum ciborum; postremò principes Sacerdotum; vt in mortem Christi videas conspirasse ordinariam potestatem Ecclesiasticam in Sacerdotibus, & laicam in senioribus, & religiosorum & doctorum virorum in Pharisæis & Scribis, præter autoritatem Gentilium in Pilato nomine Tiberij procurante Iudæã, & potestatem regiam Iudæorum in Herode: vt ab omnibus occisus sit, qui pro omnibus viuificandis occidi voluit.

Christus cur dixerit oportere ipsum ire Ierosolymam.

Quare idem Seniores, & Scribas nominauerit, fuę nimirũ passionis, & mortis autores.

Omnis ordinis virorum in Christum cõspirasse.

Subiungit: *Et tertia die resurget:* Hoc miraculum est, & non tot hominibus notum, ac fuit ipsa mors: quasi diceret, Mors hæc nihil mihi nocebit, post tres dies resurgam: sic enim legit Marcus. Et intelligendum est post tres dies illum surrexisse, scilicet ab initio passionis, id est, à cœna & captura, vt Erasmus exponit. Vel, quod est ve-

Quomodò tertia die Christus resurrexerit.

Erasmus.

Ioan. 20.

Apollonius.

est verisimilius, legendum est, In tertia die resurget, quemadmodum dicitur apud Ioannem: *Et post dies octo,* id est, octauo die. Iurisperiti dicunt, cùm testes rediguntur ad cõcordiam, dicente alio illud factũ post bellum, alio ante bellũ, alio in bello interpretandum esse, ante bellum, scilicet perfectũ: post bellum, scilicet inchoatũ; vt sic verum sit quòd & in bello. Apollonius, Græcus autor, testatur præpositionem μετὰ cum accusatiuo significare non tantùm post, sed etiam In, & ita hîc verti poterat, vt factũ est, In tertia die resurgam. Certè in eundẽ modum dixerunt Pharisæi Matth. 27. *Iube muniri sepulchrum in tertium vsq; diem, quia ille impostor dixit, post tres dies esse resurrecturum.* Volentes significare, Dominum dixisse, quòd tertia die resurgeret: nã si tantùm post tres dies elapsos erat à morte excitandus, & nõ intra ipsos, quid opus erat illis tribus diebus muniri? tantùm quarto die fuisset muniendum. Intelligebãt ergo in ipso triduo illum excitandum.

Petrus cur Christũ assumpserit, & cœperit increpare eum, dicens, Absit a te, Domine, &c.

Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illũ, dicens: Absit à te, Domine, nõ erit tibi hoc. Petrus audacior erat, & Christi amantior cæteris, & cuius cõfessioni de Filio Dei naturali videbatur mors repugnare; ideò præueniens alios, seorsum ob reuerentiam, & apprehẽdens eum, quasi illi vellet aliquid secreti cõmunicare, cœpit eũ increpare, putãs fortasse, quod ex naturali ratione mors ei inuito esset inferenda, quia persequebantur eũ Iudæi, vel quòd ex scientia Astrologica esset illi mors prædicta: hinc suasit ne timeret. Et Petrus quidẽ suo nomine tantùm, non omniũ, eum admonuit: quia seorsum eũ assumpsit, & Christus illum tantũ reprehendit, & nõ alios. Peccauit autẽ Petrus, putans Christum errare, & irreuerẽter aliquo modo se opponens, sed nõ grauiter, & ex ignorantia, qua putabat, eũ ex diuina præscięntia non loqui sed ex errore, seorsimq; id fecit, Dominumq; vocauit, sicut maiorẽ minor increpare potest. At verò cognati Marc. 3. quia rudiores erant, corã aliis tenere voluerunt, & temerè furiosum eũ ducebant, vnde alij scandalizati dixerunt, Beelzebub habet: ideò illa correptio sine peccato grauiori non fuit. Etsi ergo actu Petrus sciret Iesum Filiũ Dei, ac proinde existimaret mortem eum non decere, tñ ob amorem & turbationẽ non sinentem deliberare, nescisse inferre, quòd non poterat errare: quemadmodũ nos plerumq; principiũ medium argumentationis habemus, conclusionem tñ quę ex illo deducitur, ignoramus; quia non adhibemus animum ad connexionẽ. Cœpit ergo ei dicere: *Absit à te, Domine,* vel, vt Græcè legitur, *Propitius tibi sis, Domine,* ἵλεώς σοι κύριε: *Misericorditer tibi, Domine,* vel, *Parce tibi, Domine: age tecũ misericorditer.* Admonet Euth. cum Domino Petrum increpandi figura, qua vti consueuerunt, qui indignè ferũt amicum absurda loquentẽ, fuisse vsum, id est, Noli timere: quia non eueniet tibi, Vel, non potest euenire, quia Deus es. Vel melius, etsi posis, quatenus homo es, voluntariè mori, rogo tamen confidenter, ne saltem propter nos hoc facias, sed propitius esto tibi, qui Dominus es mortis & vitæ, etiamsi Iudęi sint parati inferre: vnde Petrus fidem deitatis habebat, non autem mortis & resurrectionis, quia nondum promulgati erant vt articuli: & vitari modo dicto poterat mors, vel per Iudæorum pœnitentiã: quare ex carneo affectu non accepit rem, vt firmam, ideò aliquo modo peccauit, sed non in fidem: quam amittit, qui articulum promulgatum non recipit.

Petrus quid significet dicens, Propitius tibi sis, Domine.

Apocal. 1.

Quid peccauerit Petrus hoc facto.

Quam fidem Petrus de Christo non habebat.

Amittat qs fidem.

Qualis error Petri fuerit, & vnde profectus.

Qui conuersus dixit Petro, Vade post me, Satana: scandalum es mihi: quia nõ sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. Marc. habet, *Qui cõuersus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicẽs, Vade retro me, Satana.* Primò Dominus audiuit Petrum, non dirigens vultũ in eum, sed postea ob acrimoniam direxit: & respiciens alios discipulos, vt discerent exemplo Petri reprehensi, ne tale quid cogitarent, & ne subitò respondens ad illum, vices ei reddere videretur. Nec obstat magistro cuilibet durius carpere discipulum, vt diligentiùs his quæ dicuntur, attendat. Annotauit Origenes semper salutare esse, quoties legitur Dominus ad aliquẽ se conuertisse. Vocat Petrum Satanam, quæ vox in scripturis interdum aduersantem verbo siue facto significat, de quo 3. Reg. 5. dicitur: *Nunc autem requiem dedit Dominus Deus mihi per circuitum: & non est Satan, neq; occursus malus:* Ita Petrus hic Domino aduersabatur verbo, atq; ei cõtradicebat, vt posset Satanas vocari. Interdũ Satanas nomẽ est principis dæmoniorum, vt cùm Dñs Tentatori dixit: *Vade post me, Satana:* interdum verò nomen est cõmune omnibus dæmonibus, quemadmodum vox diaboli, vt cùm dicitur: *Si Satanas Satanã eijcit, aduersus se diuisus est.* Hîc autẽ non videtur sic accipi, nisi fortè, quatenus suggessit quòd vellet Christũ non mori, hîc increpetur sub Petro; ita vt vox directa sit ad Satanam (vt exponit Hilarius) quod recitat hoc loco B. Hiero. sed reiicit illud vt improbabile: vel, quod fortè est probabilius, Petrus eum imitãs in aduersando & repugnãdo dicitur Satanas, sed nõ in modo peccandi, quia Petrus ex ignorãtia peccauit, vnde illi obijcitur: *Nõ sapis ea*

Quid est cur Christus conuersus, & respiciens in discipulos (vt Marcus habet, comminatus est Petro.

Origen. tract. 1. in Matt. 10. 2 Nomen Satan quot modis Scripturę vsurpare soleant.

Matth. 4.

Matth. 12. Satan quare Petr° a Christo vocatur.

B. Hilarius can. 6. Hieron. tom. 9

quæ

ea quæ Dei sunt, & ex amore optante ei vitã, & sine obstinatione, ideò tacet redargutus, & audit: *Vade post me*, vel, *Vade retro me*, id est, recede: nete ingeras in his quæ nescis; vel sequere & imitare, nõ præcurras spiritum meũ: Nam sequi Dominum, bonũ est, ait Orig. Neq; dixit absolutè: *Vade retro Satana*, vt dixit Satanæ Matth. 4. scilicet in abyssum. Vel sensus est, veni post me, id est, sequere me in cruce, quam pro me sustinebis. Sic enim Hilarius interpretatur.

Explicatur: Vade post me Satana.

Orig. loco supra dicto. Hilar. ibid.

Scandalum es mihi, id est, quod ad te attinet, impedimentum mihi præstas, impediens obediẽtiam, & maiorem gloriam meã, etsi me à proposito non abducas. Quia si de quolibet iusto scriptum est: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum*: quanto magis de Christo.

Quemadmodum erat Petrus scandalum Christo. *Psalm. 118.*

Quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. Carnẽ ac sensum adhibuerat Petrus in consilium, quare oppositus aduersarius Christo erat, & sapiens quæ hominũ sunt, vnde ex ignorantia deliquit: sed quia ignorantia pessima est in prælato, dicitur quòd erat ignoratio diuinæ dispositionis de morte sibi nondum reuelata: ideò eã pellit Dominus, etsi Petrus, quatenus homo erat, qui vult amico suo maxima bona, vt esse, & viuere, vt Aristoteles 8. Ethic. inquit, nõ malè iudicaret. Habet mundus noster multos Petros, qui sapientiores esse volunt Christo, & ei præscribere quid sit faciendũ: hoc tamẽ Petro deteriores, quòd admoniti nolunt resipiscere. Petro indignum visum est, Filium Dei occidi, sed admonitus resipuit: Basilides, Apelles, Marcus & Marcion, & multi alij, indignum ęstimabant Christum Dei Filium, vel nasci, vel cruci suffigi, vel mori: admoniti sunt, sed in sua pertinacia defuncti. Indignum videtur nostris Sacramentarijs, & prorsus horrendum facinus, quòd Christus noster sua carne, & suo nos sanguine pascat: sed nostrum non est nostris sensibus diuinę charitatis diuitias complecti, & pro nostro arbitrio statuere; sed per omnia verbo Dei cedere, & rationes nostras abiurare.

Cur Petrum Christus arguit insipientiæ, rerum diuinarum scilicet.

Philosoph. tom. 3.

Tunc dixit Iesus discipulis suis, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Durum visum est Petro, quòd ipse Dominus deberet pati crucem: conuocat igitur turbam cum discipulis, vt Marcus ait, quia communem doctrinè tradere volebat: & ita ferè alloquitur Petrum; Tu me reprehendis quòd crucem tollam: ego autem tibi dico, quia neq; tu, neq; quisquã saluabitur, nisi pro bono sectando, & pro veritate tuenda moriatur, si opus sit. Quam sunt hęc verba parum accommoda conciliandæ turbæ, aut discipulis. Tempus videlicet instabat, quo iam solus relinqueretur, & ipse testatũ relinqueret, quàm Dominus eorum esse vellet, quorum curam reciperet: vt videlicet si discipuli, turbæq; maximè, sequi voluissent, eis tamen fixum esset, nihil aliud ipsos agere, quam quod ipse voluisset. Itaque etsi vidissent eum in crucem agi, nihil obstarent, sed etsi vellet secum eos crucifigi, nihil potestati suæ relinquit: abdicare illos se totos voluit, & diuinæ voluntati se committere, vt perdendo seruent animam suam, quam seruando sine ipso perdidissent. In primis itaque ait: Si quis vult venire: liberum cuique id facio, nemini vim infero.

Quos Petrus imitatores habeat, Dominũ Iesum docere volentes.

Quare Christus ad se turbam cum discipulis conuocârit. *Marc. 8.*

Mira Christi in sectatores suos prouidentia.

Sed cur Dominus, quẽ sequi omnes debemus, liberum hoc nobis relinquit, quod debitum est? Respondeo: Sic prædictum erat, populum eius futurum spontaneum, in Psalm. 109. iuxta Hebræam literam. Sic item Iosue, qui Christum signabat, liberũ facit populo quẽ Deum sequi vellent, Iosue 24. quia scilicet Deus coactis seruitiis non delectatur, amore & charitate vult se coli, & ob id tantùm quia ipse præcipiat, & comminetur. Tria igitur petit, abnegare se ipsum; tollere crucem suam, & sequi se. Vt autem intelligas quid sit abnegare semetipsum, priùs disce quid sit abnegare alium. Qui enim abnegat alium, fratrem fortassis vel patrem, vel filium, vel familiarẽ, etiam si contingat eum flagellari, aut grauia pati, occidi, non aduertit, non dolet, nullo commiserationis affectu ducitur, tanquam ab eo alienatus: ita Dominus nos vult corpus nostrum despicere, vt siue flagella, siue tormenta, siue mors ipsa immineat, pro gloria Dei illi nõ parcamus, neque, vt Apostolus dixit, faciamus animam nostram pretiosiorem quàm nos ipsos, hoc est, vitam temporariam, quàm cõscientiam. Hieron. in præsẽtia scribit, quid sit abnegare seipsum: *Qui deponit*, inquit, *veterem hominem cum operibus suis, denegat semetipsum, dicens: Viuo autem non ego, viuit verò in me Christus, tollitq; crucem suã, & mundo crucifigitur. Cui autem mundus crucifixus est, sequitur Dominũ crucifixum.* B. Ambrosius lib. 2. de pœnitentia, ca. 10. explicãs quid sit seipsum abnegare, refert ex fabulis adolescentem quendam, qui mulierculam quandã deperibat, è patria sua in quendam locum profectum, animum, & mores suos exuisse, & aliam sanctiorem viuendi rationem magna cum constantia induisse. Hic cùm rediisset in patriam, mulierecula blanditiis solitis ad eum accesit: & ille cùm vultum prę se fecisset eius qui eam nunquã agnouisset, mulier admirata dixit? Nonne me nosti?

Cùm Christum omnes sequi omnino iure debeamus, cur id nobis Christus suadere non debeat.

Abnegare aliũ quid sit.

Act. 20.

Hieron. tom. 2. Quid sit abnegare seipsum. *Coloss. 3. Galat. 2.*

B. Ambr. tom. 2.

Abnegationis suæ exemplum in quodam adolescente Ambrosianum exemplum imitatione dignissimum.

nosti? Non, inquit ille: subiunxit fœmina expresso nomine proprio, Nonne tu talis es? Respondit, Non sum iam amplius ille; alius ab eo sum: indicans nimirum se in alium virum permutatum. Ita prorsus cũ carne nostra agendum est, quæ tanquam pellex quædam blanda ad peccatum nos solicitat: quam tunc abnegamus, quando eius appetitiones & cupiditates reprimimus, & cum ea tanquam cum ignota, & parum grata versamur. Et idem est abnegare seipsum, ac odisse animam suam, atque id quod Paulus ait, carnis curam non facere in desiderijs. Est autem procliue, se ipsum quatenus ad malum pronũ & propensum, odio sancto habere ex Dei amore. Abnegamus igitur impium quendam, & superbum hominem, Deoq; rebellem, cùm nos ipsos abnegamus. Mortuũ enim vult veterem hominem nostrũ, à quo perditi sumus, ne superstitem velimus interfectorem nostrum: eum autem, qui secundum Deũ quotidie creatur, charum habere debemus & magnifacere: vt hic viuat, abnegandus est ille, qui hunc quotidie perimit. Poterant Apostoli dicere, Domine, paucos habebis amicos; paucorum erimus piscatores, si hoc prædicandũ est. Imò sic capientur homines, in cruce traham omnes ad me ipsum, Ioannis. 20. qui alia ratione, aut ob aliud ad me venire volunt; non ad me veniunt, sed ad suas voluntates. Spectat Christus mortem: non dubitat sic loqui, & erit contemptor sui ipsius bonus Christi miles: sicut & in militia nisi quis seipsum abneget, nunquam miles strenuus erit. Erubescamus ergo, quoniam pro pauculis nummis, aut pro gloria humana milites faciunt, quod à nobis Christus exigit pro regno cœlorum: in eo autem quod maius est, procul dubio includit quod minus est, in abnegatione videlicet sui ipsius abnegationem cæterorum omnium, nempe filiorum, amicorum, honoris, domus, agri, diuitiarum, & similium.

Rom. 13. Nos ipsos cũ abnegamus, quale hominem abnegare videamur.

2. Tim. 4.

Vnica via, breuis, & cõpendiaria ad Christũ trahendi homines, abnegatio sui.

Abnegatio sui quas complectatur abnegationes alias.

Tollere crucem suã quid sit. *Luc. 9.*

Matt. 10.

Quam tollere crucem debeat vnusquisque.

Sequitur: *Et tollat crucem suam*, id est, bajulet, & ferat. Addit Lucas: *Quotidie.* Non ait meam, nam nemo tantis præditus est viribus, vt illam Christi ferat. Sed hęc expositio etsi vera, nõ tamen est satis firma: quia dixit Matth. 20. *Calicem quidem quem ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini.* Crux ergo hoc loco, pro persecutione, siue pro morte parata accipienda est, vt quilibet quotidie sit paratus ad moriendum pro Christo, si tempus, & locus, & causa expostulat: vt videlicet non refugiat dicere, aut facere, quod faciendum est, aut dicendum, Itaq; & fugere & obuiã ire morti parati quotidie esse debemus, sicut Christus ipse præcepit, aut si è re Christi esse iudicabimus: quemadmodùm illi qui olim portabant cruces quia non erant fixæ, vt nunc sunt publica patibula, sed portabantur, vnde Romani furciferos appellabant. Estque metaphora ab illa consuetudine sumpta, vt libẽter crucem tollamus, & non inuiti trahamur ab ea: & quoniam Deus illã mittit viribus cuiusq; commensuratam, propterea vocat illam, suam. Diuersæ enim sunt cruces, & variæ secundùm Dei bonitatem illas dispensantis: sed quęcunque contingat, siue magna, siue mediocris, siue parua, persuadeamus nobis nostram esse, ac proinde nobis ferendam cum auxilio illius, qui non patitur nos tentari supra id quod possumus; sed facit cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere vt Apostolus inquit: *Et quotidie*, ait: quia semper noua insurgit persecutio: & licèt non insurgat, tamen parati esse debemus quotidie, nec vnquam nos defunctos putemus labore & cruce, sed semper integram caussam habeamus: quod dicit, quia natura nostra auida est quietis & gloriæ, & vno opere perfecto, vellet reliquum vitæ tempus in quiete agere. Et vero Christi discipulo omnis dies adfert aliquid crucis, cui vel hoc ipsum crux est, quod cruce careat interdu. Non dixit Dominus, & tollat gladiũ suũ, quia poterat fortasse inuenire multos, qui vim aduersarijs inferre auderent, etiam suo ipsorũ periculo, vt videmus nostrorũ quamplurimos libenter militare in Turcas: sed quos vult patientia honestari, paucos inuenit, vt Gedeon in suis expertꝰ est: imò si Dominus dixisset, vt vteremur gladijs & viribus nostris, tũc non esset fidendum: nunc autem quando vult abnegare nosmetipsos, & crucẽ tollere, iam scimus totum opus suum esse, & sibi imputãdum quicquid euenerit. Deus enim incrementum dat, nos adiutores sumus. *Et sequatur me.* Multi sunt qui multa patiuntur, sed non quia Christum sequuntur, neque ad hoc vt Christum sequantur, velut ambitiosi, auari, obscœnis voluptatibus dediti, qui scientijs, aut artibus addiscendis incũbunt: quorum crux pro nihilo est, vt quæ sit sine fructu, sprето eo qui esse poterat. Christum autem sequitur, qui operam & studium ponit ad homines conuertẽdos, ad destruendum diabolum & opera eius, ad promouendum regnum Dei in se & in alijs: sequatur ergo in obedientia, & crucis deportatione.

Quorum exemplo crux cuique ferenda sit.

Crucem cur suam ferre quis debeat.

1 Cor. 10. Quare Crux ferenda quotidie est.

Quid quod non gladiũ, sed crucem nobis ferre præcepit Christus.

Iudit. 7.

Crucem ferentes Christus cur iubet se sequi.

Christũ qui sequatur.

Animam suã saluam facere quam volens quispiã, eam perdat. *Psal.118.*

Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Animam pro vita accipit, maximè sentitiuam, de qua Psaltes: *Anima mea in manibus meis semper*, id est, vita mea in periculo crebro versatur: qui hanc vult saluam facere, nolens quicquam pati pro Christo, sed frui hoc mundo; perdet eam in futurum, quia non inueniet eam ad gloriam, sed ad gehennã, in qua minimè vellet eam inuenire: quia homines desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis, & quod priùs in voluntate omnium posuit, dicendo: *Si quis vult venire post me*, iam his verbis ad salutẽ necessariũ esse indicat. Postquã igitur omnino moriẽdum est, glorioſum est & summè salutare, animã pro Christo profundere.

Apocal.9. Mori pro Christo quã sit honorificum.

Qui autem perdiderit animam suam propter me (addit Marcus, *& propter Euangelium*) *inuenet eam*, siue, saluam faciet eam. Vt priùs deterruit, ita nunc offert præmia, vt confirmet, & cohortetur. Et sibi Euangelium æquat: nam in eo est virtus, ad salutem omni credenti, siue propter æternam gloriam in Euangelio annuntiatam. In votis ergo esse debet, vitã pro Christo, & ipsius Euangelio ponere; tantum abest, vt ab ea re diffugiamus, Fateamur ergo peccatum nostrum, & oremus vt ipse nos regat: nam contrarij sumus nobis ipsis, & pereuntes putamus nos viuere, & viuentes existimamus nos mori.

Christus cur velit animã nostram nos perdere, non solũ propter se, sed etiam propter Euangelium.

Quid Dei regimine opus habeamus.

Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Hæc Domini verba non tam expositione indigent, quã imitatione. Nam exemp. grat. si alicui diceretur, Tu pauper es, & diu viues, quòd si volueris, in momento faciam te principẽ totius mundi, sed cum principatu aderit statim præsentanea mors; an non hic diceret, Quid mihi proderit mortuo fuisse principem? Si ergo præsens vita nobis charior est omnibus mundi diuitijs: quid de vita animæ dicendum, quæ perpetua est, & cœlestis? cùm corporis vita sit caduca & terrena? Solus Adam fuit mundi dominus, & ipse atque alij magni Monarchæ infelices extitere: & licèt hic quieti atque tranquilli, atque diuturno tempore vixissent, nihil esset præ animi detrimento, id est, amissione gratiæ Dei & gloria, seruitute peccati, ac dæmonis, iactura libertatis, reatu pœnæ æternæ, atque eius incursione. Quasi diceret Dominus; Non datur vita præsens pro æquali futura, quia tunc minus moueret, vt solùm habens esse intellectu: quemadmodùm mors principis re ipsa visã magis mouet, quàm in tragœdia acta: ideò ait vitam hanc nihil esse, præ illa.

Quàm verè dictũ sit, homini, si mundu lucretur vniuersum cum detrimento animæ, hoc nihil prodesse.

Gen. 1. & 2. Exemplum in Adam parente generis humani.

Aut quàm dabit homo commutationem pro anima sua? Ac si respondeat ei qui dicere poterat, Lucrabor mundum totum, deinde pro anima mea recuperanda aliquid dabo: sicut qui sic furatur in regenda prouincia, vt iudicibus & aduocatis corrumpendis habeat vnde det, & ipse nihilominus diues permaneat. Non hoc fieri hac in re potest: amissa semel anima, non habet pretium quo redimatur. Nam donec in hoc corpore sumus, habemus quo redimamus animam, nempe pœnitentiam, lacrymas, preces, & ieiunia, vt ait Theophylactus: illa autem semel amissa, nihil supereſt. Seruitus ergo corporis etsi pecunia redimi possit: non tamen illa animæ, quia Filius hominis iudex venturus est in gloria Patris sui, qui pecunia non egebit.

Quare homo nullã possit dare commutationẽ pro anima sua.

Anima quã do à nobis dimitti cupim. & quomodo.

Theophyl.

Subiungunt Marcus & Lucas: *Nam qui me erubuerit & sermones meos, hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.* Dixerat superiùs, Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? iam quid lucri facturus sit, qui nihil Christo præponit? ostendit Marcus ait. *Qui enim me confusus fuerit* (pro eo quod est: *me erubuerit*, vel puduerit) *& verba mea in generatione ista adultera & peccatrice; & Filius hominis confundet eum, vel de eo erubescet, cum venerit in gloria Patris sui, cum Angelis sanctis.* Alij mortis metu, alij rubore non audent Christum confiteri: & Dominus poscit, vt ipsum, & verba eius confiteamur in generatione adultera & peccatrice. Multi enim sunt qui etiam inter domesticos, Christum, & verbis, & factis abnegant; alij verò sunt, qui ore quidem fatentur, factis autem negitant; rursus alij, qui etsi in Ecclesia Dei & coram notis, & familiaribus Christum confitean tur, coram infidelibus tamen, id est, Paganis aut Iudæis, non audent mutire: & tales omne meritum suum amittunt. Exigit ergo Dominus apertam & constantem verbis, & factis, coram amicis, & inimicis confessionem, postquam ipse non confunditur vocari Deus noster, & Christus non erubuit se fratrem, & caput, & pastorem nostrum asserere, mortemque turpissimam, & opprobrijs plenissimam pro nobis viuificãdis sustinere. Qui ergo illũ hic confitebitur; confitebitur & eum Christus in gloria Patris: tũc scilicet, cùm infimi amicorũ non agnoscuntur, ne gloriæ splendori obstent. Tunc Filius hominis

Nihil Dei, aut Christi amori præponentiq; aut posponẽtium pretium aut præmi.

Salutaris Christum confitendi necessitas.

Tit.1.

Hebr.11.

Quale Christus exigit à nobis confessionem nomi.

Sap.2.

De iis, qui se confessi fuerint coram hominibus, quid Christ⁹ confitebitur coram Patre suo, & Angelis eius. *Sapient. 5.*

nis vos confitebitur: nam ostendet splendidissimos esse eos, quos emerit sanguine suo, vt dicat; En quos emi, vide Pater, an digni pretio eo sint: Videte Angeli, quos fratres parauerim: Videte dæmones, quos vincere non potuistis vestris machinis: Videte reprobi, quos habuistis aliquando in derisum, & in similitudinem improperij, & quorum vos insensati vitam æstimabatis insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est. Quæ est hæc tam glorioſa confessio, vt non veniat centum mortibus comparanda, si totidem quis sustinere posset, ne dum vnica & simplici, atque illa virtute, & gratia Dei tolerata? Qui negauerit Christum, negabitur ab eo: vnde fatuis virginibus dixit; *Amen dico vobis, nescio vos*: & sic perditur anima, quia Filius hominis venturus est, & erubescet, & pudebit eum talium. Et hi sunt, qui animam suam perdunt.

Eiusmodi quam sit glorioſa confessio.

Matth.25.

Animam suã qui perdant.

Sed mirum videtur, quòd cùm paullò antè Dominus prohibuerit Apostolis, ne se dicerent esse Christum, nunc ipsemet palam nobis loquatur se pluris esse, quàm de Messia vnquam Iudæi animo conceperint. Sed ipse Dominus sub lege non est: nouit quãdo debeat proferre sermonem.

Si nõ vult negati Christus coram hominibus, quid ergo Apostolis prohibuit ne se cuiquã dicerẽt Christum esse? Christus se Filium hominis cur soleat appellare.

Iam expendamus verba Matthæi: *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis eius: & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.* Hic se vocat Dominus Filiũ hominis, vt solet in magnis; ne propter illa verus homo non putetur, vt Humanitas Diuinitati coniuncta exaltetur: vt humilitas nobis commendetur, infimã naturam in tali ac tanta gloria profitens ac proferens: & quasi in tertia persona de se loquitur, vt sermo esset dubius: vt cùm dixerunt Iudæi, *Quomodò tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Et quis est iste Filius hominis?* Venturus est autem in gloria, ac ob id glorioſus reddere potest vnicuique, quanquam nunc vt infirmus, id non faciat. Gloria autem, & maiestas, apparatus est magnum ostendens eum, quem circũstant Angeli. Et gloria dicitur esse Patris, quia eadem est Patris, & Filij gloria, sicut substantia: ideò hic talem gloriam nequaquam à se, sed à Patrè, cùm vt Deus, tùm vt homo habebit. Veniet autem cum Angelis suis, in quibus apparatus tantæ maiestatis consistit, vt habes apud Danielem cap. 7. ait enim Salomon, *In multitudine populi dignitas Regis; & in paucitate plebis ignominia Principis.* Ideò executio iudicij, & gloria, vel confusio nostra corã talibus, quos

Ioan.12.

Christus cur se venturum dicat in gloria Patris sui.

Cur vẽturus cum Angelis sit Christ⁹ ad iudicandum.

Prou.14.

nostræ custodiæ ad ministerium salutis deputauit, & illis vel rebelles extitimus, vel obedientes, meritò consistet. Quòd si Christus Dominus Angelos sibi subiecit; multò magis & homines poterit subijcere, atque illos vel confundere, vel beare. Et in hoc se Deum indicat: quia nullius, nisi Dei conditoris, & gloriæ datoris sunt boni Angeli. Et subdit: *Et tunc reddet vnicuique secundum opera eius.* Id est, pro qualitate operum: bonis quidem reddet bona præmia: quanquam pro sua munificentia meritis illorum ampliora; malis verò, pro sceleratis, & impijs operibus reddet æterna supplicia, licet meritis illorum minora, inferioraque: quoniam vt remunerat supra merita, ita & citra demerita punit pro sua bonitate. Reprehenditur hac sententia eorum doctrina, qui in extollenda fide, & operibus hominum deprimẽdis, sunt immodici. Item illorum doctrina, qui in alienis virtutibus & benefactis fiduciam collocant, etiamsi illa non imitentur, vt olim Baptista dicebat; *Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abrahã; sed facite fructum dignum pœnitentiæ.* Denique docet, Deum citra personarum delectum omnes homines iudicaturum.

Hebr.1.

Infrà 2. Dei propriũ, & Christi.

Quid reddere vnicuique secundum opera eius.

Dei Op. Max. in remunerãdo munificẽtia, in puniẽdo misericordia, secundũ Theologos.

Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant Filiũ hominis venientem in regno suo. Tacitæ obiectioni respondere videtur. Diceret enim aliquis; Sed gloria tua longè hinc erit, nos autem interim perpetuam crucem feremus. Poterat respondere quod scriptum est; *Qui crediderit, non festinet* (scilicet quia non confundetur) *expectet eum.* Sed Dominus hoc tacet, & ait, Gloria mea tam lõgè non est, vt sint quidam de hic stantibus qui eam visuri sunt: ita vt qui nunc pro me mortem patiẽtur, & cum infamia perire videbuntur, paullò pòst eum glorioſum conspicabuntur: quia videtur gloria mea intra ætatem eorum, qui nunc viuũt. Non ergo erit perpetua infamia pro me morientium, aut vexatorum, sed citò erunt mecum in gloria, & apud Ecclesiam meam iam surgentem erit populus, apud quem sint in honore in hoc mundo. Ait ergo: *Amen dico vobis.* Vt vos fortiter præsilo præmio perdatis animas vestras, & alij timeant mundum hunc lucrari: in primo hoc aduentu gloriam meam quibusdam aliquo pacto ostendam, vt id quod creditis de gloria resurrectionis, videatis & aliquo modo experiamini, ac proinde corroboremini. Quia quod solùm intellectu apprehendimus, vt fide, non ita efficaciter mouet quia tantũ existit per intel-

Ex Domini verbo, quod reddet vnicuiq; secundum opera eius, quæ duo praua dogmata confutantur.

Matth 3. Gloria Christi, ac merces benefactorũ quã propinqua, ipsomet testante.

Esa.28.

Intellectualia bona cur minùs, sensibilia verò magis permoueant.

lectum: quod verò sensu percipitur, quia vere, & re ipsa sic habet, vehementer allicit, ac permouet. Hinc Paulus raptus vsq; ad tertiũ cœlum, dicebat; *Certus sum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, &c. poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro*, Et ait; *Nõ gustabunt mortẽ*, id est, nõ tolerabunt; indicans nos autem quasi bibendam vt calicem, qui citò & facilè, & cum auiditate bibitur ti gratia Dei adsit: hæc enim est Dei virtus, vt membra Christi perinde se habeant ad mortẽ, quemadmodum ipsum caput, qui est Dominus noster, de quo ait Apostolus; *Vt cum gratia Dei pro omnib. gustaret mortem.*

2. Cor. 12. Rom. 8.

Gustare mortem quid.

Heb. 2.

Quod ait; *Venientem in regno suo*, vel in regnum &, iv interdum accipi solet pro, in, in ipsa Græca lingua, non significat regnante in gloria aucta & pacifica, vt Ioannes qui diu vixit, quia hoc nõ est Christũ venire in Scripturis, nec regnum eius, nec ad propositum, quia erat sermo de gloria resurrectionis, & semper viderunt Ecclesiam in angustijs positam, maiusq; gaudiũ fuit videre Christum suscitatum; ergo vel loquitur de transfiguratione, in qua Euãgelistæ subiungunt impletã hanc promissionẽ Domini, vbi quidam tantum & citò viderunt ad confirmationem gloriæ quæ manifesta fiet in iudicio, licèt cæperit in resurrectione. Et quia non repugnat eandem sententiam habere plures sensus literales, potest secundò intelligi de resurrectione Domini, vbi quidam, hoc est, Apostoli, præter turbã præsentem, viderũt Christum suscitatũ in regno suo, hoc est, corpore glorioso; quãdo viderunt etiam alios ad testificandã eius resurrectionem suscitatos; & Ecclesiã tanquam Dei regnũ ad Christum conuersam, in qua credentes tanquã in regno suo regnant: sicut in trãsfiguratione, tanquam in imagine aduẽtus in regnum suũ apparuit in Moyse & Helia gloriosis effectis. Tertiò intelligi quidam putant de aduentu Christi in iudiciũ qui in Scripturis absolutè dici solet aduentus Domini, & de quo paullò antè dixit, *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui*, &c. Et tunc plenè veniet in gloria, & in regno suo: & tunc Ioannes viuus futurus existimatur (etsi falsò & ineptè) vt cũ Helia & Enoch de Christo testificetur, de quo ait, *Sunt quidam de hic stantibus*, accepto plurali pro singulari, vt quidam sentiunt. Marcus dixit, *Donec videãt regnũ Dei veniens in virtute*: Luc. simpliciter, *Donec videant regnum Dei*, id est, gloriam, & maiestatem diuinitatis, siue regnũ veniens in virtute, id est, potestate, sine qua nõ est ostensio gloriæ. Cuius vt participes effici mereamur, seriò obtinere contẽdamus, munere atq; concessu Iesu Christi Domini nostri cum Patre atq; Spiritu sancto in cœlo gloriosè regnantis, in secula seculorum, Amen.

Luc. 9. Tertius sensus.

Christum venientem in regno suo quidam de hic stantibus quando visuri erant. Matth. 17.

Quidam de hic stantibus quinã illi secundũ quosdam. Apocal. 11. cap. 9.

Videre regnũ Dei, quid.

Alter sensus. Infrà vlt. & seq.

Tract. 9

Euangelium in hoc capite recitandum. Luc. 9

Mat. 9

Concordia ab Euangelista facta declaratur.

TRACTATVS VII.

In historiam contentionis discipulorum pro primatu inter se certantium. Habeturq; Matt. 18. Mar. 9. Luc. 9.

In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Quis putas, maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum; & dixit, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum, &c.

IN huius historiæ narratione nonnihil inter se dissidere videntur Euangelistæ. Nam Lucas quidem refert discipulos cogitasse de primatu, eamq; cogitationem Dominum cognouisse; Marcus autẽ scribit, eos etiam inter se disceptasse. Rursus Matth. quidem dicit Apostolos ad Iesum accessisse, & interrogasse quis esset maior; Marcus verò asserit, eos à Domino aduocatos, & ab eo interrogatos, tacuisse. Tertiò quomodo ait Matthæus, *In illa hora*, cùm Petrus missus fuerit ad piscandum, & accipiendum staterem, vt solueret didrachma, & ita non potuit interesse isti disputationi: cùm tamen Marcus referat Dominum aduocasse duodecim discipulos? Sed his breuiter est satisfaciendum. Et in primis asserimus, nouum non esse, Euangelistas ob id sæpe videri non consentire, quòd vnam & eandem rem narraturi, diuersis eam introducant modis, vno supplente quæ alius prætermisit: vt in hac doctrina de humilitatis affectu fecerunt. Nam Lucas quidem principium tantùm contentionis cõmemorat, nempè cogitationem Apostolorũ, dicens Dominum illam cognouisse, quamuis illam cogitationem verbis etiam prodidissent, eo quòd eorum disceptationem non audiuisset; sed eam virtute suæ diuinitatis vidisse, qua cordium rimabatur secreta. Porrò Marcus caput disceptationis, hoc est, ipsam contentionem & Domini interrogationem, ad quam Apostoli siluerunt, recenset; Matthæus autem id, quod postremò gestũ est. Nam intelligi potest,

Mat. 9

Secunda solutio Theophylacti, quæ tamen reijcitur.

Tertia solutio & aptà pauca de ea.

discipulos ad interrogationem Domini silentes, posteaquam (vt habet Marcus) Dominus sedisset, & duodecim aduocasset, resumptis animis quæstionem quæ inter eos fuerat agitata, Domino proposuisse, vt qui scirent nihil posse esse illi occultum. Atque ideò rectè annotarunt quidam, illos, honestatis causa, mutasse quæstionem, vt cùm in via disceptassent quis eorum esset maior, nunc absolutè in tertia persona quærant, quis maior, hoc est, maximus esset in regno cœlorum. Ad verbum verò illud, *In illa hora*, respondemus, intelligendum esse perinde ac si dixisset In illo tẽpore; nam priùs Petrus piscatus est, & didrachma soluit, & vbi fecisset imperata, doctrinæ Domini interfuit, vt Marcus ait: etiam si illa omnia non vna hora confici potuerint.

Exsistit rursus & alia quæstio; vnde videlicet hæc nata fuerit quæstio de primatu inter discipulos, nempe duodecim, vt Marcus ait; nam septuaginta duo nõ quærerent, cùm se Apostolis non æquiparerent. B. Hierony. atque adeò nonnulli alij Patres testantur, ex eo quòd Dominus Petro præceperit, vt pro vtroque solueret censum, coniectasse, Dominum Petro primatum daturum. Sed huic posset obijci, vt notat Euthymius, quòd hæc contentio orta est in via, antequam præuenirent ad Capharnaum, & exactores peterent sibi pendi didrachmam, vel antequam Dominus quicquam præcepisset Petro de solutione. Theophylactus verò putat hanc contentionem inde exortam, quòd dæmoniacum siue lunaticum curare non valuerunt: nam tunc verisimile videtur super hoc contendisse, dicentibus quibusdã quòd non propter suam, sed alterius cuiusdam infirmitatem sanatus ille puer nõ fuerit; atque inde accensa lis est, quis eorũ esset maior. Sed profectò, si verum amamus, illa lis inter nouem tantũ Apostolos fuisset, & nõ inter duodecim, vt ait Marcus, quia tres Apostoli assumpti fuerant à Christo in montem, quando transfiguratus est; in reditu verò quamprimùm sanatus est puer à Christo: non ergo contendissent cum tribus Apostolis; qui expellere dæmonem non tentauerant. Rursus alij item hanc motam putant ex eo quòd Dominus in mõtem assumpsisset tres discipulos, & illis se transfiguratum ostendisset, & nõ alijs. Sed hoc mysteriũ transfigurationis cæteri Apostoli omnino ignorabant. Nam Christus illis tribus in descensu præcepit, vt id mysterium vsq; ad diem Resurrectionis suæ reuelarent nemini. Dicendum igitur, probabilius videri, quòd ex quo Dominus dixit Petro; *Tu es Petrus, & super hanc petram. Et tibi dabo claues regni cœlorum*, cæteri Apostoli exsistimarunt primatum regni cœlorũ sibi præreptum: atque hinc nata in filijs Zebedæi affectatio duarum primarũ sedium. Hanc autem cogitationẽ de primatu Petri, confirmauit factum Domini Petro mandantis, vt staterem argẽteum in ore piscis inuentum solueret pro vtroque, nulla aliorum facta mentione; atque ita controuersia in via orta post hoc factum magis accẽsa fuit, & irritatiores reliqui sunt facti Apostoli: vt egregiè notat Euthymius. Atque in hunc modum ratio Hieronymi & aliorum Patrum inuicta manet, quamuis Bucerus illam infringere intentarit, sed frustra. Nam quod de censu soluendo narratur, in ingressu ciuitatis Capharnaũ gestum est: solutio autem tradita à Domino de primatu, posteà accidit cùm domi esset, & separatim ad se discipulos aduocasset: qui interrogati, conscientia eos accusante ambitionis, cuius exemplum in Christo non viderant, tacuerunt. Sed Dominus, cognitis singulorum cordibus, vel ipsis quæstionem Domino proponẽtibus, vt Matthæus ait, antequam morbus increscesceret, curauit radicitus eijci. Nam morbi ab initio facilè curantur: vbi verò increuerint, curatu difficiles existunt. Dæmon autem, vt cribraret, tentauit de vana gloria; postquam de carne eos tentans non vicerat. Iam verba textus expendamus.

Quarta solutio veritati propinquior. Matth. 16.

Euthy. cap. 37. in Matth.

Qua ratione Hieronymi, atq; aliorum solutio prius assignata stare possit, contra Bucerum.

Quis putas, maior est in regno cœlorum? Quis putas, vnica dictio est, nam Græcè dicitur τίς, id est, quisnam. Et quia non dixerunt, Erit in regno cœlorum, sed *est*, videntur loqui de regno temporali Messiæ præsenti, vt ait Chrysostomus: quemadmodũm Act. 1. interrogantibus Apostolis, *Si in tempore illo restitues regnum Israel*; respondit, *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*, id est, quæ soli sibi cognoscenda reseruauit. Nec dubitant Apostoli hunc primatum à Christo pendere, quemadmodũm filij Zebedæi ab eo exigebant primas sedes: Dominus tamen de regno cœlorum, id est, gloria, & vita æterna, in qua regnant Sancti, respondit quo modo aliàs solitus est à terrenis & tẽporalibus ad cœlestia subuehere; vt cùm ab aqua Samaritanæ sensibili ascendit ad spiritualem.

Chrys. hom. 61. in Matth. 20. 2.

In quod cœlorũ regnum neminẽ Christus nisi humilẽ ingressũ esse denuntiat. Matth. 20. Ioan. 4.

Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Etli Græcè dicatur puerulum, siue puellum, legitur e-

Quàm inepta, & puerilis interpretatio dicentiũ, què statuit Iesus puerulum in medio discipulorum, vel se, vel Spiritũ S. indicasse

Satanæ erbrandi Apostolos occasio quæ fuerit. Luc. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nim παιδάριον, quòd est diminutiuum vocis παῖς, hoc est, puer; rectè tamen interpres vertit paruulum, qui & puerum, & puerulum significat, videtur autem hic paruulus propinquus fuisse. Quod ergo quidam interpretantur, vel se, vel Spiritum sanctum indicasse, literæ consonum esse non videtur. Nam Lucas ait, quòd apprehendit eum; & statuit illum secus se; & Marcus scribit, *Quem cùm cõplexus esset*, &c. vel iuxta Græcam literam, *Cùm accepisset eum in vlnas*, quod solet pueris infantibus fieri: quo actu siue complexu significauit quam auersaretur superbos; quamq; diligeret humiles spiritu atq; modestos. Fertur que hic puellus fuisse Martialis, Episcopus Lemouitarum, ab autore historiæ Scholasticæ: qui Gailiarũ Apostolus extitit, & duas Apostolico spiritu plenas epistolas, nempe ad Tolossanos, & ad Burdegalenses conscripsit; quæ nostra ætate in lucem prodierunt. Porrò quo magis ingeret et animis discipulorum hanc doctrinam, paruulũ illum statuit in medio. Nam exemplum à sensu deductam, rudia & inculta ingenia iuuat: hinc Prophetæ multa eiusmodi externa symbola ex præcepto Domini assumebant, quo rem facerent notiorem populo, & memoriæ illorum magis inderet: nam vel nudi, vel catenis ligneis circumplicati obuumbulabãt, vel vãsa transmigrationis in signum transmigrationis futuræ deportabant; imò etiam pseudoprophetæ id fecerunt, vt Sedecias. 3. Reg. 22. assumens cornua ferrea, & dicens, *His ventilabis Syriam*; & Hananias, qui catenam ligneam confregit ablatam de collo feremiæ, in signum quòd sic confringeret Dominus iugum Nabuchodonosor post duos annos, Ierem. 28.

Quis ille fuerit paruulus, & cuius gentis Apostol⁹. *Petrus Comest. ca 40.*

Iesus hunc paruulũ cur statuerit in medio discipulorum.

Veteres Prophetæ quarũ rerum symbola vaticinijs adhiberent.

Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Hoc est; Non me clam est, boni discipuli, quæ simul in via tractaueritis, nimirum quis vestrum præferendus olim sit in regno Dei: sed ego paucis ostendam quid sit in hac re sentiendum. Si cui animo insidet ambitio, si quis se tali munere vel honore dignũ existimauerit; hic profectò indignus erit: qui verò se cæteris viliorem æstimauerit, & se omnium seruum fecerit, & ministrum; hac se humilitate dignum faciet omni honore, & laude. *Nisi*, inquit, *conuersi fueritis*, ad diuina, à quibus per naturam nostram deprauatam auertimur. Quod ait, *Efficiamini sicut paruuli*, significat, non quidem ætate, quod perinde est impossibile, atque iteratò in ventrem matris introire, & renasci. Nec rursus paruuli imprudentia vel inconstantia, quæ illi ætati paruulorum annexa sunt, de quo Apostolus ad Ephesios, *Vt non simus paruuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrinæ*: sed paruuli seu pusilli quantum ad bonas paruulorum proprietates, qualis est innocentia ex virtute, sicut pueri ex naturæ defectu, simplicitas & credulitas ad diuina, nam pueri credunt quia magister dicit; ita in rebus religionis credendum, quia Christus dixit, qui se tot argumentis magistrum dignum fide ostendit, vt propterea non sit censendus leuis corde, qui citò ei crediderit. Habet etiam paruulus paruitatem: quam humilitate, & fiti submissione imitari possunt. Hinc Hieronymus exponit: *Non præcipitur Apostolis vt innocentiam habeant paruulorum; sed vt innocentiam, & quod illi per annos possident, hi possideant per industriam: vt malitia, non sapientia paruuli sint.* Sic ille. Et quanquam humilitas sola ad gloriam non sufficiat, sine illa tamen non habetur: de qua peculiariter fit mentio, quia contraria contentioni, & quia magis Deo hærere facit, à quo, & non ex nobis, est gloria. Nam vt per amorem Deo volumus bonum: ita per humilitatem ei subijcimur, vt dona cõferat, quæ superbia repellit: Quia *Nisi efficiamini* (inquit *sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum*, nimirũ quia estis elati. Nam mens Domini erat, eos ab appetendo primatu, & à contentione eius abducere, & adducere in virtutem oppositam; & illa sola erat humilitas, per quam maiora non appetimus, sed paruis contenti, de nobis minora profitemur. Si autem deliquissent Apostoli alio genere vitij, vt libidine, aut iniustitia, dixisset illis Dominus, Sine castitate non intrabitis in regnum cœlorum: vel, *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquã Scribarum aut Pharisæorũ non intrabitis in regnum cœlorum.* Hæc igitur ambitionis pestis, quæ olim in cœlo Angelos decepit, & in Paradiso nostros parẽtes perdidit, in regno cœlorũ Apostolos contaminauit; viros pauperes, rudes, & pilcatores; tam subtilis est, vt parcat nemini.

Quid est: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

Ineptus horũ verborũ sensus reijcitur, & aptus assignatur. *Ioan. 3.*

Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Non est sensus; Qui humiliauerit se ad eum modũ quo iste paruulus se humiliat, nondum enim humiliare se nouit paruulus, qui necdum nouit quid sit humilitas: sed sensus hic est; Quicunque studio virtutis humilitatis talis esse curauerit, qualis est hic puer conditione naturæ. Quia enim compuer conditione naturæ. Quia enim compuer diti in sapientia, eam arrogantia perdidimus, vult Deus vt salui efficiamur fide, & amore amplectentes Dei humilitatem in

Cruce ex tanta bonitate venientem, vt stultitia mundo videatur. Quicunque ergo vestrum quorum nemo est in iure gloriæ ob superbiam, hic maior erit alijs: etsi apertè non dicatur, quòd maiori humilitati detur maior gradus dignitatis in Ecclesia militanti, quia dari non solet; nec in triumphanti, quia humilitas non est maxima virtus, nisi fortè dicatur quòd virtutes sunt connexæ: atque hæc potius est fundamentum virtutum, & superbiã remouet, cui opponitur exaltatio. Et cùm ait, *Sicut paruulus iste*, intelligit non fictè, neque dolosè, quia pueri doli sunt expertes. Quicunq; se humiliauerit, namq; omnis qui se humiliat, exaltabitur: ergo & qui maximè se humiliat, maximè exaltabitur. Et benè ait, humiliauerit, quia non satis est verba, gestus, & vestes humiliare, quod hypocritæ faciunt, sed se ipsum, id est, cor & animum suum, vt quis de se submissè sentiat, & honores, & laudes huius mundi non appetat.

Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Citra humilitatem regnum Dei possidere non possumus: qui illam amplectitur, maior est in regno cælorum. Præterea qui paruulum suscipit in nomine Christi, Christum suscipit; quod est magna charitas, vt ostendat quanti faciat paruulos & humiles Dominus: suscipit autem benignè tractando, & hospitio colligendo. Et in hoc reliqua pietatis opera intellige, siue spiritualia, siue corporea: nam ibi solet dari cibus, potus, vestis, & reliqua necessaria. Hinc scriptum est; *Suscepit Israel puerum suũ*, id est, Deus summis beneficijs complexus est Iudæos; & Paulus, *Suscipite inuicem; sicut & Christus suscepit vos.* Qui ergo suscipit paruulum, qui minus valet, ergo multo magis adultum: & de hoc erat sermo; qui magnus ostenditur ex hoc, quòd illum propter Christum Dominum suscipiat, talem, inquit, ætate, non fide, vel humilitate: quia benefacere etiam malis, bonum est.

Et subdit: *In nomine meo.* Non ergo qui suscipitur, magnus existit, sed Deus, qui in eo suscipitur; & quia ad Deum refertur hæc susceptio, præmio diuino non caret. Virtus namque moralis per se non potest mereri, quia non habet Deum pro obiecto: fides autem & spes etsi illud obiectũ habeant, non acceptantur sine charitate. Ergo si acceptarentur morales virtutes, etiamsi non haberent Deum pro obiecto, posset quis referre in Deum. Me, inquit, recipit, in membro repræsentante, ideò magnum est, neque de suscepto curãdum qualis sit: & qui recepit iustum tantùm in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, id est, mercedẽ accipiet, perinde ac si susceptus esset iustus.

Humilitatis virtus explicatur. Hæc in primis quanta sit.

Vt aliquid hoc loco de humilitate dicamus, sciendum est, illam esse virtutem, & quidem magnam, & propriè virtutem Sacrarum literarum, id est, Christianis solis notam, ac perspectam, etiamsi Gentiles vel Philosophi eius fecerint mentionem. Vnde Origenes exponens illud Lucæ 1. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; Propriè*, inquit, *in Scripturis vna de virtutibus humilitas prædicatur. Ait quippe Saluator, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde; & inuenietis requiem animabus vestris.* Sic ille. Quæ quidem humilitas tanto perfectior erit, quanto magis eam Scripturæ commendant, & Gentiles tam non inuenerunt. Hæc autem virtus partim spectat ad passiones moderandas, partim ad actiones dirigendas. Et sub vtroque genere locari potest. Spes enim & desperatio affectus animi sunt, & circa spem consistit humilitas: bonum quippe arduum, quod obiectum est quorundam affectuum, habet & ipsam rationem boni, vnde alliceat appetitũ; & habet vnde retrahat, scilicet ipsam difficultatem boni consequẽdi. Et ex primo insurgit motus spei; ex secundo motus desperationis. Ideò circa appetitum boni ardui necessariò ponenda est duplex virtus: altera quæ temperet & reprimat animam, ne immoderate tendat in excelsa, atq; hæc est Humilitas; per quam quis non ambit immoderatè alta & sublimia, sed se paruum considerans, mediocribus contẽtus est. Altera verò, quę firmat animum in proposito bono, ne ab eo consequendo deficiat, aut retrocedat propter difficultatem, & hæc est magnanimitas. Rursus Humilitas ad actiones pertinet: circa quas cùm sola Iustitia versetur, hinc fit, vt humilitas sit pars iustitiæ, & potest pertinere ad iustitiam legalem, & ad particularem: ad priorem quidem, quatenus in cõmunicatione politica variè subijcitur vnus alteri secundum legis dispositionem: ad posteriorem autem iustitiam pertinet quatenus subijcimur alicui, reddendo ei honorem sibi debitum per humiliationẽ nostram. Et quateus debitum redditur, pertinet ad iustitiam particularem, & sic humilitas virtus peculiaris est, & præcipuè respicit subiectionem hominis ad Deum, aut ad alios propter Deum, secundùm illud Petri Apostoli: *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum*: habetque laudabilem delectationem ad parua, quibus

Humilitatis virtus explicatur. Hæc in primis quanta sit.

Origen. hom. 8. in Luc. tom. 3. Matthæi.

Humilitas in quo versetur.

Quare ad Spẽ propriè pertineat.

Humilitatis, & Magnanimitatis officia.

Humilitas quare pars est etiã iustitiæ, & legalis & particularis.

1. Pet. 2.

se conformat. Et vt cæteræ virtutes fingi possunt, ita etiam humilitas, de qua : Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Quandoque etiam pœnam significat, secundùm illud, *Humiliauerunt in compedibus pedes eius.* Et, *Bonum mihi quia humiliasti me*: id est, affixisti, vt etiá illud *Lætati sumus diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.* Etsi autem humilitatis virtus in Deo non sit, qui nemini quicquam debet, nec vlli subijci potest, non mirum est: quia virtus perfectio secundùm quid est, & pro homine tantum, sed nó simpliciter: ideò nulla virtus Theologica in Deo, nec vllus habitus, qui naturam diuinam perficiat: vnde rectiùs loquimur, dicendo, Deus charitas est, quàm Deus charitatem habet. Competit tamen humilitas, propter naturam assumptam, quia illa non est simpliciter perfecta vt diuina, ideò conueniebant ei virtutes morales.

Humilitas cum delectatione se conformet. *Eccli.19.* Humilitas quæ secta. *Psal.104.* *Psal.89.* Deo quare non conueniat, vt nec virtus vlla Theologica.

Humilitas qua ratione Deo conuenire potest.

Porrò humilitas & circa rationem est, quatenus prius requirit regulam rationis, & circa exteriorem cultum: in quantum humilis secundùm status sui exigentiam, cultum externum moderatur, & circa appetitum rationi congruum, in quantum in eo est habitus secundū suam essentiam constitens: cuius virtutis actus est eligere. Hinc Augustinus lib. De pœnitentia scribit: *Humilis est, qui eligit abijci in domo Domini magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.* Vt autem rectè eligat, præcedere illam debet prudentia (sicut reliquas virtutes morales) cognoscens vires proprias, & ea quæ illas excedunt, & quantum excedunt: ac ea rursus, quæ sibi sunt proportione quadam attemperata, & accommodata. Tendere autem in sead maiora ex confidentia virium suarum, humilitati repugnat: at ex confidentia Diuini auxilij, per quam Deo magis subijcimur, laudabile est. Ad hæc magnanimitas mouet ad bonum arduum, ne priuet se tanto bono: humilitas retrahit à superantibus vires, ne Deo videatur irreuerens. At fortitudo eadem ratione repellit timorem, & firmat audaciam, nempe quatenus bonú rationis præferendum est morti, & magis versatur circa firmādam audaciam, quàm repellēdam, quia naturalis est timor. Humilitas contrà, magis versatur circa reuerentiam Dei, quàm ex spe, tendat ad ardua quia naturaliter volumus magna; secundariò verò reprimit externum cultum, vt interni appetitus signū est. Vt se Deo subijciat, moderatur humilitas virtutem Spei, quàm amplius reprimit, quàm vtatur ea: at fortitudo plus vtitur audacia, quàm eam reprimat ac coërceat.

Humilitas quomodo circa rationē exteriorē cultum, demiq; appetitū rationalem versetur.

August. lib. de pœn. medicin. c.10. 9. circa finem.

Humilitas in quo opus habeat prudentia præcunte.

Humilitati in se quid repugnet.

Magnanimitatis, Fortitudinis, & Humilitatis, proprij, & peculiares actus.

Etsi verò per humilitatem quisq; debeat alijs omnibus se subijcere secundùm illud Apostoli ad Philippenses 2. *Sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes.* Id est, quilibet debet arbitrari, alios maiores se, qua ratione quisque alijs minor est secundùm sententiam propriam, & maior est alijs secundùm sententiam aliorū. Tamen, cùm duo tantummodò in homine considerentur, nempè aliquid quod est ipsius hominis, id est, quicquid pertinet ad defectum: & aliquid quod est Dei, id est, quicquid pertinet ad salutem & perfectionem, iuxta illud Prophetæ, *Perditio tua, Israel: tantummodò in me auxilium tuum.* Ex his pulchras quasdam humilitatis regulas elicere libet. Prima sit illa: Non debet quisquam quod Dei est in seipso, inferius eo quod est hominis in altero existimare: quia cùm illud, quod hominis est defectus sit, tunc bonū subijceretur malo, vel maius bonū minus bono, vel id quod est Dei, ei, quod est hominis, quod non est alind quàm subijcere Deum homini: quod absurdum est, & contra ordinem rationis. Sit secunda regula: Non necesse est, vt homo subijciat per humilitatem id quod Dei est in se, ei, quod cognoscit Dei in altero, quia nemo nouit, an dona, quæ ipse accepit à Deo, maiora, vel minora sint ijs, quæ aliter accepit. Si enim mea maiora sunt, debeo vt talia agnoscere: nó debet tamen homo gloriari se iactando, quia alienum est quod habet, secundum illud: *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Imò nec debet quisquam nimium de donis susceptis gaudere, nisi gaudium in Deum referatur. Hinc Christus Septuaginta duos discipulos de subiectione dæmonum gaudentes increpauit, cùm dixit; *Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia Spiritus vobis subijciuntur: gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Potest ergo quis talia suscipiens in oratione sua coram Deo confiteri, & asserere maiorem potestatem, vel sapientiam, vel spiritualia auxilio, quàm multos alios, à Deo accepisse, modò hoc non dicat, vt in precatione sua glorietur, quemadmodum faciebat Pharisæus: sed vt Deo tanto veriores gratiarú actiones exoluat, quanto maiora se fuscepisse confitetur, non vt propterea meliorem se cæteris arbitretur. Est ratio horum est, quia propter dona accepta non sumus meliores, sed ad reddēdam rationem magis obligati. Ipsa verò

Quid illud Apostoli: In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes.

Humilitas regulæque eius. Regula prima.

Secunda regula.

1.Cor.4.

De donis acceptis vanè cōfert immoderate nō se gaudendo.

Luc.10.

Luc.18. Quòd Deo esse debet.

verò dona in se quædā sunt maiora, quædam minora: quæ ipsos accipientes non latent: ait enim Apostolus: *Nos autem non spiritum huius mūdi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est; vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* Cùm ergo accipientibus dona constiterint, poterit quis, salua humilitate, dona, quæ accepit, præferre donis aliorum: vnde ad Ephesios 3. legitur: *Quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in Spiritu:* vbi præfert Apostolus dona Dei in se, & alijs Apostolis, ad dona, quæ cæteræ Gentes susceperunt. Debet tamen Dei dona in se maiora vel minora in proximi salutem & beneficium expendere, & se illi propter Deum humiliare, sicut Christus plenus gratiæ & veritatis, & in quo summa erant & excellentia Dei dona, totum se, & omnia dona humiliauit & expendit ad nos meritis suis redimendos, & exemplo vitæ erigendos.

Plura vni, quam alteri Deus cur dona concedat. 1.Cor.2.

Diuinis donis ac beneficijs cumulati quid præstare debent.

Tertia regula: Necessum non est, vt quisque per humilitatem, subijciat se quātum ad id, quod suum est, cæteris hominibus, quantum ad id quod ipsorū est, id est, defectus suos defectibus aliorum maiores esse prædicando. Quia necesse esset, vt quinis confiteretur seipsum magis peccatorem quolibet homine: quod est absurdum: nam humilitas mendacium non suadet: vnde Apostolus ait; *Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores.*

Tertia regula.

Gal.2.

Regula quarta: Quisque subijcere se debet quantum ad id, quod suum est, cuilibet alteri, quantum ad id, quod Dei est in illo: atque hac ratione quisque se potest alteri subijcere. Quia nemo est tam perfectus, in quo non sit aliquis defectus humanus: nemo rursus tam imperfectus, in quo non sit aliquod donum Dei, saltem ex eorum numero, quæ gratis data dicuntur.

Quarta regula.

Quinta regula: Quisque potest se subijcere alteri per humilitatem, siue considerando id quod Dei est in se, siue id quod est proprium. Primum constat, si consideret aliquid boni in alio, quod in se non inueniat, de quo Apostolus ad Corinthios, *Vnusquisque proprium donum habet ex Deo.* Et cùm nemo habeat omnia dona Dei, potest in alio inuenire (licèt ipse multa dona habeat, quæ non habet alius) aliquod donum, & quantum ad illud quod non habet, potest se subijcere per humilitatem. Ad hæc, dato quòd illud donum, quod quis in se non inuenerit, non sit in alio, potest tamen existimare, in illo esse, dummodò euidenter non constet quòd illud nō habet: & tunc cum ratione se illi subijceret, quia de seipso constat quòd illo caret, de alio autem dubitat, an habeat: & potest piè, & sine errore credere quòd habeat, & in illo se minorem existimare.

Quinta regula.

Posse quenquam considerando id quod Dei est in se, alteri se subijcere per humilitatē. 1.Cor.7.

Secundum etiam ostenditur. Nam quisque etiam perfectus, quandiu homo est, defectus aliquos incurrit, quos fortassis in alio non cognoscit, licèt illos habeat, quia delicta sunt abscondita; ac proinde minorem se poterit existimare.

Cōsideratione quoque eius quod est propriū, licitè quempiā alteri se submittere.

Ad hæc, etsi demus, vt quis alterum grauiora, quàm seipsum, peccantem viderit, potest tamē se verè subijcere ei per humilitatem, considerando propria maiora auxilia, & minorem occasionem peccandi; alij autem fortè parua auxilia collata, qua si mihi collata fuissent cū eadem opportunitate peccandi, grauiùs quàm ille, deliquissem, & facilius: in quo sensu potest quis dicere se peccatorem primum, vt se Apostolus vocat.

1.Tim.1.

Humilitas igitur vel propria dona, vel aliena peccata non negat, quia esset mendacium; sed non videt, vel non perpendit, quia non expedit. Quia verò Deus infinitè perfectus est in seipso, propterea latria colendus est, & reuerendus; in alijs verò, quia tantùm Deus est, per dona sua, idcirco dulia tantùm colendi sunt; ob actus similitudinem, qui est reddere Deo debitam reuerentiam, reducitur humilitas ad Iustitiam; ob modum autem operandi, qui est reprimere Spem, ad Temperantiam, & eius partes, scilicet modestiam, quia est moderatio spiritus tendentis ad magna.

Quare Deus latria, Diuidulia veneranda sint.

Et quia vna virtus ad aliam reducitur, quatenus scilicet similis est alteri in genere, hoc est, obiecto, seu actu, vel ex modo operandi: hinc est vt humilitas in irascentis animi parte sita sit, quemadmodum Fortitudo ac magnanimitas: sed in modo conuenit cum temperantia, quę in concupiscentis animi portione sita est, quia retrahit à bono arduo; secus fortitudo, magnanimitasque. Cæterùm cùm bonum virtutis corporale non sit, aut naturale, sed in ratione ipsa constitutum, cuius bonum est dare ordinem; hic autem ordo præcipuè est in fine, quia finis præstantior est his quæ ad ipsum: hinc virtutes illæ, quæ de fine sunt, potiores existunt: qua ratione virtutes Theologicæ primum locum habent: inter quas primò est Charitas; secundò, Fides & Spes; tertiò, Prudentia quæ est in ratione, & ordinat eas quæ sunt ad finem; quartò,

Humilitas in parte hominis irascente cur sita sit & in quo cōueniat cum temperantia.

Vnde virtutes quæ de fine sunt, vti Theologicę, sint alijs potiores.

Iustitia

Virtutes morales circa quid versentur.

Iustitia legalis, siue particularis, quæ in volûtate collocatur. Aliæ verò morales virtutes in appetitu sensitiuo, quem moderentur, siue sunt inter quas humilitas, quia magis subijcit regulæ rationis & iustitiæ, ideò quinto loco potior est alijs, quæ sunt in appetitu sentiente, qui non est in substantia animæ rationalis.

Vnius humilitatis cur, prium sit esse fundamentũ virtutum.

Cæterum etsi virtutes simul infundantur, humilitas tamen dicitur fundamentum virtutum, quatenus remouet superbiam, quæ obex est, & impedimentũ virtutum: Fides verò dicitur fundamentum, quatenus prima est, qua ad Deum accedimus. At quia perfectio intenta præstat ipsi dispositioni, excellentior est Charitas quàm fides & humilitas: qua de hoc loco sit dictum satis.

Marc 9. Luc. 9.

Post verba Euangelistæ superius exposita, legimus apud Marcum, & apud Lucam: *Respondit illi Ioannes, dicens, Magister, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia, qui non sequatur nos, & prohibuimus eũ. Iesus autem ait, Nolite prohibere eum, nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me. Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicẽ aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis; amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Videndum est in primis, quæ nam sit sermonis illius consequentia, quam Ioannes dixit, ad ea quæ Dominus præmiserat. Et profectò dicendum est, magnam extitisse. Cùm enim Ioannes quendam vidisset in nomine Christi eijcientem dæmonia, qui non erat ex numero vel duodecim, vel septuaginta duorum: videtur Ioannes occasionem hæc referendi ad Iesum inde sumpsisse, quia Dominus dixerat de puero, quem in medio statuerat, Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunque me susceperit; non me suscipit, sed eum qui misit me: hinc Ioannes motus fuit, vt de eo, quem eijcere dæmonia prohibuerant, velut interrogaret, num iure eum reprehendissent, quando recepisse tantùm puerum in nomine eius, res esset ei tantopere grata, Num nos talem prohibentes, eo quòd nos non sequeretur, rectè fecimus? Suberat enim hic tacitus affectus inuidentiæ. Dominus enim Iesus dederat potestatem eijciendi dæmonia, & sanandi morbos solis Duodecim, & idcirco alijs non putabant communicandam: cùm tamen, quo potentia Christi declararetur magis, in nomine eius etiam mali ab initio regni eius virtutes fecerint, vt etiam Dominus Matthæi cap. 7. demonstrat, venturos scilicet multos in die iudicij, dicentes; *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus; & in nomine tuo dæmonia eiecemus; & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Id etiam Dominus magnis de causis fecerat; vt Apostoli de eiectione dæmonum, & operatione miraculorum, quam videbant se cum malis communem habere, non efferrentur insolentius. Dubitat igitur Ioannes, an quemadmodùm omnes essent admittendi ad contubernium salutis; ita essent admittendi ad functionem prædicationis Euangelicæ, & ad peragenda miracula? Respondit autem Dominus, Nolite prohibere eum, qui quocunque scilicet modo tandem conducit Euangelio: non est expectandum an sequatur nos, sed an prædicet nomen nostrum. Solet Deus his vti ad profectum, & salutem filiorum regni. Quisque ergo, qui gloriam Domini promouet, prohibendus non est, etiam si pro alijs omnia faciat, quæ debebat. Mira autem est rerum consequentia, discipuli non potuerunt eijcere spiritum ex lunatico puero, & ille, quisquis tandem fuerit, qui non est ex numero condiscipulorum, valet eijcere dæmonia; vt intelligamus, interdum quosdam minus sanctos ea edere signa, quæ viri magna sanctitate prædi non edunt: & hic quidem nescitur bonusne esset, an malus: nam postquam in nomine Iesu spiritus malignos expellebat, nonnullam fidem habebat; quia vitæ Christi asperitatem non sequebatur, imperfectus erat. Et subdit rationem: *Nemo est enim, qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me.* Quòd si faciat, res ipsa redarguet eum, dicetur enim illi, Qua fronte obtrectas nomini, quod in edendis miraculis expertus es potens & efficax? Deinde non citò maledicet nomini, quia per nomen meum in edendis signis glorificatur, vt Euthymius exponit: vnde seipsum vituperaret; & reprehensibilem redderet, illi maledicendo, per quem ipse gloriosus exstitit: cuius operatio bene de me loquitur. Proinde vel facinorosus Iudas proditor non malè locutus est de Christo, cùm eius gratia fultus miracula edidit: at vbi incidit in laqueum diaboli, posteà de eo malè locutus est, atque eum prodidit. Quare innuitur, istum eijcientem dæmonia in nomine Iesu, non esse de numero credentium, sed esse sicut illos, de quibus in Actis Apostolorum capit. 19. quibus ait Dæmon; *Iesum noui, & Paulum scio: Vos autem qui estis?* Subdit aliam

Hæc historia hominis eijcientis dæmonia in nomine Christi, quem tamen minimè sequebatur, quem habeat ordinem cũ ijs quæ præcedunt.

Quid prorat Euãgelicalis dæmonum expulsor sine Christi sequela.

Cur ille dæmonia pellebat, non tamen discipuli Christi tentatores ibi rare lunatici dæmonia potuerunt.

Explicatur Christi sententia: Nemo qui faciat virtutem in nomine meo, possit citò malè loqui de me. *Euthym. in Marcum.*

Eũ cur Ioannes, & alij Apostoli prohibuerant.

Malè & Christo Iudas carioses quando locutus? *Matth. 27.*

Matth. 10. & alibi.

Quo Dei consilio id homo ille facere permittebatur.

Illud Christi etiam: Qui nõ est aduersum vos, pro vobis est: quẽ sensum habeat.

aliam rationem: *Qui non est aduersum vos, pro vobis est.* Imò qui id facit quod vos facitis, vobis incommodare non potest: quicquid enim ille facit, ad gloriam meam cedet, etiamsi corpore me non sequatur. Cùm igitur inter eos qui sunt pro vobis, aut contra vos, non sit medium: profectò qui contra vos non est, pro vobis est. Et ita consonat hoc dictum, cum eo quod Matthæ. 12. habetur: *Qui non est mecum, contra me est.* nam eadem ratio & veritas est vtriusque dicti. Quòd si dicas, eos, qui vel prædicant verbum Dei, vel edunt miracula in nomine Iesu, & non credunt, aut vitam iuxta verbũ Dei quod annuntiant, non instituunt, illos in fide, & vita contrarios esse Christo, & Apostolis; dicendum est, tales in prædicatione, & signorũ peractione Christo seruire, & pro Christo esse & Apostolis, & gloriam Iesu illustrare: si quid autem in fide aut moribus delinquant, illud sibi ipsis tantùm nocere, & perniciem adferre, non autem alijs. Vnde Apostolus ad Philippenses 1. dum quidam propter inuidiam & contentionem; quidam autem propter bonam voluntatem Christum prædicarent, subdit; *Quid enim?* (scilicet mea refert) *dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur? & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.*

Malè viuentes, & incredulitẽ Christo aduersentur, quo modo pro Christo esse possint?

Subiungit Dominus; *Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, nõ perdet mercedem suam.* Ac si dicat; Non solùm mercedem ob negotium Euangelij prouectum, ferent, qui in nomine meo dæmonia eiecerint; verum etiã, qui pro suis facultatibus, vel minimum adiumentum attulerint, vel aquæ frigidæ potum dederint in nomine meo, hoc est, quia discipuli mei estis, & negotium meum agitis, mercede sua non sunt carituri. Ex quo docemur, neminem esse prohibendum, qui Christi gloriam ac fidem promoueat, quantumcunque perperam ille viuat. Deinde accipimus, omnia bona opera, etiamsi non minus ab hypocritis, quàm à verè pijs fieri nequeant, nihil tamen sinistri de quoquam esse suspicandum. Nam honesti viri est, omnia, quoad poterit, in meliorem partem interpretari. Postremò hæreticos impiè Sanctorum Martyrum merita calumniari, etiamsi verè sectati fuerint Christum, & pro ipso sanguinem fundere non dubitauerint. Proinde nemini, qui opera Christi faciat, inuideamus. Nam plerunque fratres & religiosi odium concipiunt, atque innidia flagrant contra alios excellentes, siue prædicatores, siue Doctores: non ob aliam caussam, quàm quòd illi in Religione sua non militant, & habitum suum non gestant: quæ profectò plena sunt dedecoris & ignominiæ, & aliena à Christi charitate, quam arctiori religione profitentur. Contendamus igitur, vt veram charitatem induamus, quæ aliorum bonis congaudere gestit: humilitatem colamus, qua nos ipsos tùm Deo, tùm hominibus propter Deum subijciamus: vt charitate, & humilitate ornati, in regnum cœlorum ingredi mereamur, largiente tantùm nobis bonum Domino nostro Iesu Christo, per quem Patri in Spiritu sancto gloria, honor & imperium nullis terminis circumscriptum, Amen.

Ad gratulandum de bonis aliorum, quæ in Christi gloriam fiunt, vtilis exhortatio,

Quoquo modo negotiũ Euangelicũ promouẽtes, Christicis ministros adiuuantes, sua non carere mercede, quibus verbis Christus insinuet.

Tria nobis hic loci documenta suppeditat.

Sæterei corũ impietas.

TRACTATVS VIII.

Tract. 54.

In historiam de scandalo pusillorum cauendo; de quo Matthæi 18. & Marc. 9.

Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius: & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala: verunt amen væ homini illi, per quem scandalum venit, &c.

Historiæ ordo.

QVAE hactenus in præcedenti tractatu exposuimus, sibi inuicem cohærebant, & historiam illam Ioannis interrogantis Iesum de illo qui eijciebat dæmonia, & non sequebatur eos, inter superiora, & ea quæ nunc sequuntur, esse interponenda, apertissimè docuit Marcus: & ita Ioannes sermonem Christi exhortantis ad humilitatem, interrupit. Et ad vtrumque potest referri hic sermo, siue ad paruulum, quem Dominus complexus est, & statuit in medio, siue ad eum, qui eijciendo dæmones: promouebat Euangelicum negotium: nó enim vult Dominus, vt quisquam alium remoretur à pietate, quod est, scandalizare. ¶ *Qui autem*, (inquit) *scandalizauerit vnum de pusillis istis, &c.* Quemadmodum incomparabile præmium pollicitus est illis qui benefaciunt pusillis, quos amat Dominus: ita hic graue minatur supplicium alijs, qui contemnunt tales, siue contumelijs afficiunt. Est enim scandalum, quod ad

vocem

vocem attinet, offendiculum, & obstaculum euntis, quod occasio sit cadendi: a verbo Græco σκάζω dictum; quod est claudico, quòd claudus se inflectens, videatur tendere ad casum. Hebraicè dicitur מכשול quod proprie est offendiculum, vel offensio, id est, id in quod quis ambulans impingit & offendit: de quo Leuitici 19. *Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum.* Vbi Hebræa habent, Mischol, & Græca σκάνδαλον: ita Crux & Christus crucifixus dicitur Iudæis scandalum, sed suo vitio & culpa: sicut è contrario Christus dixit, *Vade retro, Satana: scandalum es mihi:* scilicet, ex te præbes impedimentũ mortis meæ, licèt ego non suscipiam. Re ipsa verò, scandalum definitur esse dictum, vel factum (interna enim, quæ sub sensum non cadunt, non scandalizant) minus rectum (hoc est malum vel re ipsa, vel mali speciem habens) præbens occasionem ruinæ. Rectèque ait præbens occasionem ruinæ: quia causa ruinæ tantùm est voluntas propria: præbet autem occasionem vel ex intentione, vel ex facti ipsius natura: secus autem est, si sit acceptum. Hinc ad Roman. 14. dicitur, *Bonum est non manducare carnes, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur* (scilicet ex facto) *aut offenditur*, id est, indignatur in te facientem, licèt (quia perfectus sit) non scandalizetur, vel infirmetur, *aut infirmatur* (videlicet ex debilitate virium, licèt non ex facto tuo, peccat.) Hieronymus in Matthæ. 15. hæc omnia docet, dicens: *Quia crebrò teritur in Ecclesiasticis Scripturis scãdalum, breuiter dicamus quid significet σκάνδαλον, & scandalum, nos offendiculum, vel ruinam & impactionem pedis possimus dicere. Quando ergo legimus: Quicunque de minimis istis scandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto, factoue occasionem ruinæ cuiquam dederit.* Ita ille exponit.

Scandalum, quid re, & nomine sit.

Dupliciter scandali præbet occasionem quis.

Hieron. in c. 9.

Subdit: *Vnum de pusillis istis:* quia de paruulo erit sermo, qui videtur continuus; & à fortiori de magnis, quia malum maius. Et verè soli pusilli scandalizantur, & à vera pietate, falsa doctrina abducuntur: leues paleæ citò sentiunt ventulum: Et rectè subdit: *Qui in me credunt.* Qui enim non credunt, sed per se sunt impij non possunt offendi, vel auelli à vera pietate, quam non habent. Dixit etiam hoc Christus, ne Apostoli contendentes scandalizent credentes, quod peius est, quam infideles: quia illi erant in via salutis, eamque perdunt ob scandalum, secundùm illud Domini verbum: *Circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filiũ gehennæ duplo quàm vos.* Hinc Christus Ioan. 17. de non perditis, non de acquisitis loquitur. *Expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Duplex dubium occurrit, alterum circa Grammaticam, alterum circa metaphoram productam de mola asinaria. Primum quod ait, *Expedit ei*, qui loquẽdi modus videtur improprius: vt sit sensus; dignus est talis, vt suspendatur mola asinaria in collo eius. Vel in hunc modum: vtile est illi, ad expiationem grauissimi delicti, mortis temporariæ supplicio plecti, vt mortem possit euadere æternam, quam commeruit. Vel rursus ad hunc sensum: Melius illi fuisset ante hoc scandalum commissum, supplicio ignominioso vitam finire, quàm animam proximi scandalo suo perdere: quod enim per se malum non est, quale est temporaliter puniri, præferendum est, vel magis optandum eo, quod per se malum est, vt est, proximum scandalizare.

Quo sensu dicitur expedire cuiquam vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Quàm grauis proximi scandalum.

Pusillos cur Christus scandalizari prohibet.

Quare pusillos qui in se credũt, vetat scandalizari.

Ad secundum, vsus est metaphora nota in Palæstina, vbi, ob enormia crimina, solebant delinquentes ligato saxo ad collum in profundum demergi, vt interirent: quod indicat Hieronymus; quo ex atrocitate pœnæ crasso populo demonstraret iudex culpæ magnitudinem: nam per molam asinariam ingens saxum intelligi vult, genus accipiendo pro specie. Siquidem in molis, saxum quoddam substernitur, vt alterum quo circumagitur, sustineat. Græcis dicitur ὄνος, id est, asinus: & Marcus habet ἀσβόλινος, id est, lapis molaris, quia inferior ille immobilis lapis, cui innititur superior qui agitatur tanquam asinus quidam pondus graue ferat, id est, asinus molaris appellatur, quomodo asinus nonnunquam dicitur homo ad ferendum onera idoneus.

Ad quid dicat illo Christus exemplo de mola asinaria.

Hieron. loc. loco.

Vel rursus dicitur mola asinaria alia ratione, quam attingit Hilarius: id est, quam asellus circumagit, ita enim in pristinis consueuimus iumento aliquo molam trahere; & hoc maximè in consuetudine positum erat in terra Chanaam, vbi pauca sunt flumina pro molendinis.

Mola asinaria quid Hilario.

Hilar. can. in Matth.

Væ mundo à scandalis. Deplorat clementissimus Medicus hominum ignauiam, ob quos curandos cùm ipse de cœlo in terram descẽderit, formamq; hominis, imò etiam serui, induerit, & pro ægrotis ignominiosam Crucis mortem subierit, illi tamen per execrandam ignauiã nolint tantillũ subire laborum, vt oblatã medicinam

Christi in scandalizantes commiseratio.

Philo. 2.

Matth. 23.

Ibidem.

recipiant, per quam morbos, & mortem euadant. Væ ergo mundo, qui totus in maligno positus est, id est, mundanis, qui scandala & verbo, & exemplo præstant: & væ infirmis qui de mundo sunt, & accipiunt, mutuoque & scandalizant, & scandalizantur, quantum ad se pertinet. Nam qui scandalum nec dant, nec accipiunt, extra mundum sunt. ¶ *A scandalis*, id est, propter scãdala quæ ferunt. *Necesse est enim vt veniant scandala.* Non est intelligenda absoluta necessitas, liberum tollens hominibus arbitrium, vel vim adferens quasi non possit efficere Deus, vt non sit vllum scandalum; aut quasi simpliciter non possint homines cum diuinæ gratiæ adminiculo (quam nemini constat deesse) sibi singuli cauere ab omni scandalo, si pro viribus adnitantur. Sed tantùm significatur quid certo futurum. Sic & Apostolus ait: *Oportet hæreses esse*, cùm tamen simpliciter nulla sit necessitas hæresum: sicut necesse est lupum gregem inuadere, non simpliciter, sed si pastor non aduigilet cum canibus. Et quia necessarium est apud Logicos, quod impossibile est non esse: propterea Luc. 17. dicitur: *Impossibile est, vt non veniant scandala.* Hæc ergo necessitas non oritur ex parte rei, sed partim ex præscientia Dei videntis hominem velle scandalizare, & Deum permittere: antequam tamen id esset, poterat non velle, partim exposita hominum procliuitate ad malum, & infirmitate qua fomitem sequuntur, vt cùm cernimus praua hominum mentes, quarum natura est erumpere in facinora, vt quod diu conceperunt & parturierunt, aliquando pariant, dicere solemus, Necessum est flagitia multa & scelera admitti.

1. Ioan 5. Qui sint extra mundũ.

Vũ necesse sit vt veniãt scandala.

1. Corint. 11.

Vnde oritur ista necessitas.

Sed Deus scandala ob vtilitatem quam elicit, permittit: permittens autem non est causa, nec confert rei vigoris aliquid, sed in sua natura relinquit. Hinc Euthymius secutus naturam Chrysostomi hoc loco, homilia 60. in Matthæum; & Theophylacti, in hunc modum scribit: *Si necesse est, vt veniant offendicula: necesse est, vt fiant peccata. Si autem necesse est vt fiant peccata, iniustè pœnas luunt peccatores. Nam quod ex necessitate fit, culpa caret. Quibus dicimus, quòd necesse est, vt veniant offendicula, propter necessitatem dæmonum: non est autem necesse, vt virtuti diditi offendiculum patiantur: id enim in sua voluntate situm est, cùm liberum habeant arbitrium. Vt ergo veniant offendicula, non in nobis situm est: vt autem offendiculum patiamur, omninò in nobis situm est. Sciens ergo Christus, quòd omninò futura sint offendicula, prædicit de illis, vt sicut dictum est, caueamus: non tamen*

Cur Deus scandala permittat.

Euthym. c. 38. in Matth. Chrysost. to. 2. Theophylact.

Quod ex necessitate fit, culpa caret.

Quare scandala Christus ventura pronunciat.

ideò venturum fuit, quod prædixerit: sed propterea prædixit, quia ventura erant. Rectè hæc sensit Euthymius. Similia ferè tradit Origenes.

Orig. tract. 5. in Matth. to. 2.

Et subdit: *Veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit:* Hìc declarat necessitatem prædictam non esse absolutam, sed culpa & vitio hominum natam. Nam si væ est scandalum præbenti, poterat igitur scandalum amputare. Nam omnis vitiosa actio quæ videntes offendit, scandalum est, & idcircò voluntaria est, & vitari poterat. Simile est huic quod dicitur de Iuda Matthæi 26. *Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: Væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur.* Vbi prædictio Christi, vel Prophetæ, & necessitas quæ ex prædictione orta est ex vtraque, non abstulit proditioni Iudæ quin voluntaria fuerit, atque æterno supplicio digna in væ illo designato: hic igitur de Iuda locus, huiusce quem præ manibus habemus, sensus est & expositio.

Christus scãdalum volũtarium esse & liberũ, non necessarium & coactũ, vnde significet.

Cuiusmodi est hæc locutio: Væ homini illi per quem scandalum venit.

Quòd ait, *per quem scandalum venit*, autore Chrysostomo, idem est, quod à quo, nec secundariam aliquam significat causam, sed primariam, nisi velimus scandalũ, tanquam primæ causæ, tribuere dæmoni; & secundariò homini, tanquàm ministro: tamẽ in Scripturis interdum Per quem, vsurpatur pro, à quo: etsi Hieronymus hac sententia Iudam percuti putat, qui proditionem animo designauit.

Chrysost. in Matth hom. 60. tom. 2.

Hieronymus.

Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te. Docet Dominus his verbis, neminem necessariò malum esse, quia rationem ostendit, qua possimus efficere, ne nobis noceant scandala, hoc est, ne simus mali: nempè vt nihil in hoc mundo tam charum habeamus, quod non ocyus à nobis resectum proiiciamus, si sentiamus in nobis fieri scãdalum, hoc est, obstaculum properandi ad Deum, etiam si pes, vel manus sit; etiamsi pecunia, siue quæuis alia possessio; etiamsi amicus, vel consiliarius, vel propinquus; etiam si sit pater, aut vxor, aut filius: nam quisquis horum aliquid præfert Deo, idololatra quidam est, eò quòd chariorem habeat creaturam, quàm Creatorem. Efficax enim est ad nocendum prauorum hominũ consuetudo; vt plerunque in horum gratiam multi sæpè committant ea, quæ alioqui ne tormentis quidem compulsi committerent. Atq; huc tendit tota hæc membrorum rescindendorum locutio parabolica. Nam si etiam ex membris nostris frequenter amputamus quædam, quæ & ipsa immedicabilia sunt, & cætera corrumpunt: multò magis in cognatis & amicis

Rationem quam Dominus offerat scandali vitandi.

Malum exẽplum quàm pernicioſum exiſtat.

Salus animi, quam corporis quo pluris facienda ſit.

Christi de manu, pede, atque oculo abscindendis propter scandalum vitandum, allegoricam esse doctrinam. Notatur Origenes. Secund. arg.

ac ministris hoc facere oportet, vbi nobis impedimento fuerint ad rectam conuersationem: præstat enim sine illis saluum fieri, quàm cum illis perire. Quæ igitur hîc dicuntur de manu, pede, & oculo abscindendis, & proijciendis, ad literam minimè posse intelligi, ex eo probatur, quia nullam autoritatem habemus præscindendi alicuius membrum, aut eruendi oculum: Origenis verò factũ vituperabile fuit, quanuis zelus commendatus sit. Deinde confirmatur ex eo, quòd non accidit, vt vnus oculus sine altero offendat, aliôqui oportuerat dicere, Si oculi tui. Præterea, quia nemo vna manu, aut vno oculo intrat in cœlum, nam nec capillus de capite electorum vllus deerit.

Manus, pedis atque oculi nomimbus quid Dominus significet.

Per hæc ergo significat, vel actus prauos membrorum tollendos; vel nobis coniunctos, etiam filios, vt Deuteron. 13. mandatur de filio inducẽte ad cultum deorum alienorum. Vel rursus, oculi sunt consiliarij, & magistri, qui nobis instar sunt oculorum: manus verò, executores sunt, siue ministri, operariive, aut Oeconomi solicitantes ad iniusta lucra: at pedes, serui & nuntij quos cum literis aut mandatis huc atque illuc mittimus. Et ita significat quoscunque arctissima familiaritate, aut amicitia, aut propinquitate nobis coniunctos; sine quibus præstat saluum fieri, quàm cum illis perire. Loquitur enim de scãdalo passiuo ab alio nobis inferendo, quia habet remedium, si illius cõsuetudinem fugiamus; non autem de inferendo ab alio, quia nostrum non est alium tenere, & reprimere à malo. Mirabile est ingenium Vulpis, quæ cùm in laqueũ incidit, vt multi ferunt, non videns vllam spem salutis superesse, dentibus sibi præscindit tibiam cruris, quo teneatur; quasi ratiocinaretur, præstantius esse viuam abire cum tribus pedibus, quàm interire cum quatuor. Nec mirum tantum ingenij inesse Vulpi, si verum est quod cõmuni omnium sententia traditur, Castorem, amphibium animal, dum sensit propè adesse venatores, testes sibi dentibus amputare, non ignorans eorum gratia illos sibi insidiari; vt ita illorum manus euadat.

Quale scãdalũ nobis Dominus hic ẽcipiat vitandum.

Vulpes iuxta, & Castor, animalia prudentissima, Christi doctrinã, vt sic dicã, quomodo cõfirmẽt, illustrentq;.

Est ergo vtilissima & amplissima hęc Christi doctrina, ad omneq; hominum genus summè spectans: quia nulla maiori ratione dæmonis ditio & imperium profertur, quàm per scandala innumera, quæ imprudentes homines, & infirmi ab aliis illata incurrunt. Et quod plerunque dicitur, Bonum est tibi, Hebræorum tropo dictũ est, apud quos positiuum pro comparatiuo sumitur, vt est illud; *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.* Et Propheta; *Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine,* pro melius est. Quod verò ait Marcus, *Vbi vermis eorum non moritur; & ignis nõ extinguitur:* per vermem, intellige feram scelerum pœnitudinem, quæ nunquam in tormentis conscientiam afflictorum mordere cessabit: per ignem verò pœnam extrinsecus sequentem, vt per vermem dolorem intrinsecus accusantem: de quo in Sapientia scribitur: *Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus: dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes.* Est q; hoc Christi testimonium ex capite vltimo Esaiæ desumptum; vt interdum Dominus faciebat.

Positiuus gradus pro comparatiuo Hebræis familiaris. *Matth. 26.*

Psalm. 117.

Quis vermis scandalizantium alios non moriatur nec ignis extinguatur. *Esai. vlt.*

Sap. 5.

Et subdit solus Marcus proximè ad verba præcedentia: *Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur. Bonum est sal: quòd si sal insulsum fuerit; in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.* Verba hæc obscura sunt, & in Grammatica difficultatem habent; quomodo enim iungantur primæ duæ clausulæ, difficilè est. Deinde non minus obscurum est, quorsum tendat hæc exhortatio salis habendi, & pacis seruandæ, ita vt cohæreant cum præcedentibus. Dicam igitur quid mihi probabilius videatur: & aliis solidiora adferentibus facilè acquiescam. Circa Grammaticam igitur docet, omnem iustum & electum igne tribulationis saliri oportere, ne prosperitatis elatione putrescat. Et omnis victima sale salietur; id est, quemadmodum in lege omnem victimam sale saliri oportebat; ita Christianum viuam DEI hostiam, & victimam, & sale ignis, hoc est, tribulationis; & sale prudentiæ, saliri debere. Fit igitur comparatio fidelis cuiusq; ad Veteris Testamenti sacrificium siue victimam: nam vt ibi omnis victima offerenda erat cum sale, iuxta præscriptum Leuitici 2. ita quisque Christi cultor, vt vera sit victima, & grata Deo, saliendus est, vel igne Spiritus sancti, vel tribulationis.

Hęc Dominus verba quę dant: Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.

Leuit. 2.

Dices; Quorsum? Respondeo, maximè ad rẽ facere. Cùm enim Dominus monuisset, ne quẽ offenderent, neve ab alio illatũ scandalũ acciperent, quòd res sit nocentissima offendiculum, pro quo vitando etiam oculos, manus, & pedes, id est, charissima ac coniunctissima nobis resecanda esse censuit: in qua resecatione cùm magnus insit cruciatus, & dolor: propterea subiungit; *Omnis enim igne salietur*; id est, Nemo qui Domino offerri vult, admiretur si igne saliatur, hoc est, tribulatione & aduersitate aduratur; vt enim sale vtimur, ne carnes

Optimi do cum prudentia hæreat.

nes putrescant, sed à corruptione seruentur: ita tribulationis igne, quo vrimur & affligimur, ne peccato putrescamus, & verme conscientiæ inde nato arrodamur, saliendi sumus.

Alii quo igne nos, & omnem victimam sale cõsiendam intelligant.

Sunt qui per ignem intelligant Spiritus sancti gratiam, quia ille in igne discipulis apparuit: per salem autem, sapientiam & discretionem; quod & ipsum respuendum non videtur. Nam ad vitandum scandalum nulla magis virtute indigemus, quàm discretione & prudentia: vt scilicet quis rationem habeat loci, & temporis, ac personarum, & ne quis patiatur humanos affectus, vel amorem propinquorum sibi offendicula esse, vere opus est Spiritus sancti gratia. Ac subdit: *Bonum esse sal: quòd si sal insulsum fuerit; in quo illud condietur?* Hæc explicata Matthæi capite 5. cùm Dominus inquit, *Vos estis sal terræ.* Si ergo maiores & pastores doctrina, vel vita impura insulti fuerint, non poterunt amplius esse sal, siue officium salis exercere, quod est homines in cibum sapidum Deo condire, eosque à corruptione fomitis, & naturæ depraua tæ præseruare. Proinde rectè subdit: *Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.* Qui enim salem prudentiæ, vel saporem spiritus sancti in se seruauerit, saliet in primis se ipsum, & alios tanquam terram, & nemini scandalo erit, neque alter sibi: quia per prudentiam discernet scandala actiua à passiuis; & scandalum Pharisæorũ à scandalo infirmorum. Et rectè subdit: *Habete pacem inter vos:* namque prudentia causa est pacis Ecclesiæ. Et hoc ad illud spectat, qđ prius discipuli inuicem super primatu disputarent: neque maior rerum perturbatio oriri potest, aut grauiora scandala oriri, quàm vbi præesse homines inter se contendunt.

Pastores Ecclesiæ & Doctores si fuerint insulsi, quid oberũt subditis.

Sed vt hæc, quæ de scandalo diximus, magis intelligantur, considera, vnius hominis dictum, vel factum alteri esse posse causſam ruinę dupliciter: vno quidem modo per se, vt cum quis suo malo verbo, vel opere, alium intendit inducere ad peccatum; siue factum tale est suapte natura, vt etiam si minimè velit inducere, trahat tamen alium ad peccatum; & dicitur scandalum actiuum. Alio verò modo per accidens, vt cùm præbet quis alteri causſam ruendi, quando alter nec intendit peccare, neque opus facit, quod sua natura occasionem præstet cadendi, sed ipse sua infirmitate & vitio illam sumit: quemadmodum Iudæi ex factis Christi heroicis inuidia vrebantur. Et ita scandalum tripliciter accidere potest. Nam interdum est actiuum & passiuum simul in diuersis: aliquando passiuum sine actiuo: nonnunquam verò actiuum sine passiuo. Et scandalum quidem actiuum semper est peccatum in agente, quia intendit alium incitare ad peccatum. Passiuum etiam semper est peccatum in patiente: secus est permutando, hoc est, passiuum in agente, vel actiuum in patiente, in quibus non sunt peccata. Quoniam verò priuatio specialem aliquam rationem non habet, nisi quatenus peculiarem aliquem habitum tollit: propterea scandalum passiuum speciem propriam peccati non constituit, sed potest esse in quouis genere. Similiter etiam actiuum cùm non spectatur, cùm non sit à determinato habitu eliciente, vel imperante, propriam speciem peccati non constituit, etsi circunstantia actum deformet. Si verò sit intentum scandalum, speciale peccatum est: non quasi à peculiari habitu elicitum, sed ex speciali fine, & habitu imperante, id est, vitio odij correctioni fraternæ oppositi, & aduersò. Quanquam autem habitus morales, ex quibus actus eliciuntur, ex obiecto, seu materia speciem sumant: imperantes tamen, ex fine speciem induunt. Vnde, quia non est propria species, vt in naturalibus, sed ex ratione fit, potest idem actus in diuersis reponi speciebus: quemadmodum fornicari ob furtum; ex materia quidem, in intemperantia; ex fine verò in iustitia collocatur. Idem etiam actus ædificandi alios, per imperium est à charitate, quæ omnes virtutes alit: eliciendo verò non habet vnicum habitum, sed potest à multis produci virtutibus. Ob speciem autem mali, quam docet Apostolus esse declinandam, potest aliquis scandalizare, & lethaliter delinquere: actiuum autem, vel passiuum potest esse lethale, vel veniale, pro ratione materiæ, aut perfectione, aut defectu auctus. Perfecti semper hærent Christo, ac proinde non scandalizantur, quia peccare non eligunt: benè autem quatenus sunt motus primi, siue citra electionem, de quibus Propheta: *Mei autem pènè moti sunt pedes, pènè effusi sunt gressus mei, Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.* Venialia delicta perfectorum, ex infirmitate carnis sunt magis, quàm ex dictis aliorum: propriè etiam non scandalizant, quia etsi venialiter peccent, non exorbitant à ratione in ruinam accepta, quia cõtradicunt ei.

Scandalo, actiuum & passiuum, in quibus peccati rationem habeant, in quibus minime.

Eadem cur speciale peccatũ nõ constituant.

Vnde morales habitus, vnde imperãtes speciem accipiant.

Si quis autem quærat, an propter scandalum vitandum, relinquenda sit veritas, vel opera consiliorum, vel bona temporaria dimittenda. Respondeo ad primum,

Charitatis effectus.

1. Thess. 5.

Perfecti cur minimè scãdalizentur, neq; scandalizent.

Psalm. 72.

Leuia illorũ peccata vnde fere proficiscantur.

An debeat quis, vt scandalũ cuitet, veritatẽ deserere, vel o-

Scandalum tribus modis potest accidere.

pere ofelionis omittere, necne.

Greg. hom. 7. supra Ezech. tom. 1.

Triplex veritas fidei, vitæ, & iustitiæ, ob scandalum minimè relinquenda.

Habens potestatem quas pœnas possit auferre, & in contrarium definire.

Proximi causa quare nec venialiter delinquendum est.

Matth. 22.

Veritas etiã doctrinæ vllo modo an sit nobis propter scandalum omittenda.

Silentio qui peccent contra veritatẽ doctrinæ.

Matth. 10. & Luc. 21.

An bona tẽporaria nobis commissa eadem ratione sint amittenda.

Ambr. epist. 33 ad Marcellinã sororem, to. 3.

quòd cùm magis nos ipsos, quàm proximũ diligere debeamus; nullo modo debet quis peccare, vt alterius peccatum euitet. Nam, vt ait Gregorius, & habetur in regulis Iuris: *Sed de veritate scandalum nascitur, vtilius scandalum nasci permittitur, quàm quod veritas relinquatur.* Hæc ille. Propter proximum igitur non debemus veritatem fidei, aut vitæ, vel iustitiæ omittere, ad quam adstringimur. Veritas enim fidei semper confitẽda est, etiam si quis suo vitio illa offendatur. Veritas etiam vitæ, quæ in dictis & factis rectum diuinæ legis seruat, atque sciilli conformat; nunquam est prætermittenda. Veritas etiam iustitiæ, per quam redditur cuiq; quod suum est, non est denegãda petenti quod suum est: ita vt nunquam liceat iudici definire suum non esse quod petẽtis est, ob quoduis scandalum; potest tamen sententia differri in facto aliquo. Pœnæ tñ delictis debitæ, quia directio sunt potiùs Reipublicæ, quàm iniuria offensi, queunt ab habente potestatem supra legem auferri, & in contrarium diffiniri: vt cùm Princeps, vel multitudo peccat, vel quãdo aliàs esset damnum Reipublicæ. Ad hæc, cùm plus Deum, quàm proximum diligere debeamus: peccamus, si propter proximum, Deũ, vel venialiter offendimus. Actus verò docendi, ad veritatem vitæ pertinet, & intermitti potest quandoq; sine peccato: cũ autem docentur ad veritatem doctrinę, ob quoduis scandalum, vel pœnam, non debent omitti, neq; docendo contraria; neq; doceri permittendo, si ad eum spectat prohibere, vel obstare; quia esset grauissimum delictum: cui vt obsisterent, sanguinem suum fuderunt Martyres. Secùs est, si sine scandalo honori veritatis satisfieri queat. Peccatur etiam silentio contra veritatem doctrinæ; vt, si in persecutione veritatem fidei confiteatur nemo, vel etiam si idiota citatus à tyranno infideli, vt defendat Fidem, non comparet: nam confidendum, quòd Dominus dabit sapientiam illi. Rursus si infirmi ex silentio nostro scandalizãtur, putantes fidem veram non esse: quia tùm quisque intrepidè, & diserte quidem confiteri adstringitur.

Bona temporaria nobis commissa, ob scandalum relinquenda non sunt: vnde Onias 2. Machab. 3. deposita viduarum in templo asseruata, etiã miraculo defendit. Idem fecit B. Ambrosius, basilicam, pro qua se mori paratum asseruit Valentiniano nolendo deferre: vt habes 23. quæst. 8. cap. *Conuenior*. Thomas etiã Cantuariensis pro bonis Ecclesiasticis, siue iuribus Ecclesiæ, martyrium sustinuit. Quæ verò omninò nostra sunt, si scimus petentem illis abusurum, & Deum grauiter offensurum, non debemus dare, sed instruere. Si nescimus abusurum, & ex malitia est scandalum, illa ei dare lege non tenemur, licèt possimus: ni si fortè maius malum sequeretur. Si verò ex ignorantia dogmatum Fidei petat, credendo, v. g. quòd omnia sunt communia, tunc lege obstringimur ei nihil dare. Si verò ignorãtia præter fidem petat, possumus, sed non adstringimur dare, sed instruere. Simile, de petitione nobis commissorum bonorum, vel eorum quę purè sunt nostra; & de vsu potestatis, & honore nostro existimandum. Ne verò pseudoapostoli, qui plures erant Corinthi, occasionem haberent expilandi; Apostoli ab auaris Corinthiis nihil accipiebant, præter extremam necessitatẽ. Abstinendum etiam à cibo ob scandalum, donec admoneantur. Apostolus ait 1. Corinth. 6. *Iam quidem omninò delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos.* Intellige, quòd altera partium semper peccet. Perfectis tamen vt plurimum non cõuenit litigare, ob distractiones & odiorum seminaria: tamen quandoq; prohibitũ non est, modò sit pro re spirituali, vt pro hæresi declinanda, vt Act. 15. Galat. 2. vel pro re vergente in spirituale damnum, vt Act. 25. vt plus prædicaret, Cæsarem appellauit Apostolus; vel in damnum alterius, maximè pauperum; vel si habeas iniustè possideat; vel ne detur malis occasio, & pereat Respublica. Et hæc pauca sint satis de scandalo.

Iam subiungit Dominus apud Matthæum, & materiam vitandi scandali concludit: *Videte ne contemnatis vnum ex pusillis istis: dico enim vobis quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est.* Primùm igitur ait; *Ne contemnatis*: scilicet corde, & sic nõ scandalizabitis, imò honorabitis: nã scandala sæpè oriuntur à contemptu. *Vnum ex pusillis*, scilicet ætate, vel etiã spiritu, & à fortiori de aliis, vbi maiora dona sunt: sed facilius paruos contemnimus, quos paruo vel nullo bono dignos putamus. Et subiungit: *Quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei.* Id est, Angeli custodes eis à Deo assignati sunt, atque ita Deus eos non contemnit, sed magnò honore afficit. Proinde & vos quoque eos honorate. Illi autem vident faciem Patris: nempe etsi sint beati, & magni, & facie Dei conspecta perfruantur, eos tamen custodiæ hominum deputauit. Et quia vident faciem Dei, atque ita possunt rogare Deum pro vindicta in illos qui in pusillos exiterunt contumelioti. Quemadmodùm Deus elementa, & cœli corpora agens, ad finem perducit, ita homines

Num verò q nostra sunt, item ob scandalum relinquenda sint.

Quare Apostoli, Paulus præcipuæ Corinthios nihil accepisse.

2. a. 2. A quib' cautis scandalo abstinendum sit.

Vtrus perfectis quãdo licea ingerere.

Paruulos quos odisse temnimus.

Quib' & cuiusmodi paruulis fere contemnimus.

Quid illud Angeli eorum semper videntes faciem Patris mei qui in cœlis est.

Deus Opt. Max. hominem quem

mines

dò ad beatitudinem ministerio Angelorum perducit.

Quamobrẽ sine illis, cũ possit, hoc tamen nõ præstet.

Psalm. 83.

Homini cur à Deo datus custos Angelus.

Ratione qui, & viribus nõ vigeant.

Angeli custodia quam ob causam hominis insensibilis.

Hier. tom. 9.

Cur Angelo hominis custodia nõ est turpis, aut ignominiosa.

Quare nec difficilis quo que sit, atque laboriosa.

Hominib' ad custodiã an Angeli semper assistant.

Per hominis custodiã, beatitudine Angeloni minimè impediri

mines intellectu, & affectu variabiles, ad beatitudinem medio Angelorum ministerio perducit: quemadmodum pueris assignantur pædagogi. Nam etsi Deus sit custos, & solus prouideat, legemque habeat agendorum, non solus tamen exequitur; quia tollerentur omnia creata, dempta materia prima, vel esset otiosa virtus eorum, Deique bonitas in tot modis agendi non proderetur. Et vt instrumẽta dispoñunt ad formam, quam artifex solus introducit: ita Angeli custodes ad gratiã, & gloriam, quã dat primus custos Deus. Liberum enim arbitriũ ob affectus immoderatos infirmatur circa affectum boni; & intellectus errat in applicandis vniuersalibus principiis ad particularia: ideò eget Angelo custode: quemadmodum puer, & mulier, qui ratione, & viribus non præstant. Et sicut prouidentia intendit malum auferre, sed ita vt maneat libertas: ita Angelus custodiens nõ tollit posse peccare, quod coniunctum est cum infirmo libero arbitrio nostro, dũ viuimus, nisi accedat donum cõfirmationis. Nec experimento aliquo sensus certò deprehendimus custodiam Angelicam, sicut nec animam ipsam: quia, neque periret aliquid libertatis, non instruit apparendo, sed monendo ad cogitandũ, illustrando phantasmata, & corroborando lumen intellectus: experiremurq; quantum iuuẽt, si subtraheretur homini tantùm bonum. *Magna dignitas animarum*, inquit Hieronymus hoc loco, *vt vnaquæque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui Angelum delegatum.* Sic ille. Neque illud agere, ignominiosum est officiũ, ex quo Deus factus est homo: & quia amore Dei potissimùm illud præstat officium. Nec enim homini ratione prædito custodire oues, aut boues, aut equos, & iumenta curare, est sordidum, aut vituperabile: quia non propter iumenta, sed hominis causa facit. Neque rursus laboriosa est & difficilis hæc custodia Angelo: quia prece in cœlo, & afflatu rerum salutarium, atque impulsu ad illarum custodiam eius munus præstat. Nec opus est vt semper illi assistat, quemadmodum nec artifex horologio ex rotis ferreis constanti, non semper adest, sed vbi aut perturbatum est, aut vbi motus destitit, ita Angeli custodes, vbi nostros affectus ab ordine rectæ rationis recedentes emendauerint, & ad motum bonorum operum tepentes nos excitauerint, in cœlum se recipiunt: vbi semper vident faciem Patris. Neque rursus eorum beatitudo per nostrã custodiam impeditur: quia, vt hoc loco ait Dominus, semper vident faciem Patris, vbicunq; existant: quemadmodùm Deus ipse, qui custos hominum vocatur apud Iob, non desinit esse beatus, propterea quòd curam nostri gerat.

Iob 7.

Quod ergo Origenes scribit homil. 31. in Lucam: *Angelos ad custodiam deputatos; si benè nos gubernauerint, & ad salutem vsq; perduxerint, habere fiduciã videndi faciem Patris: quòd si per negligentiam eorum homo corruerit, etiam sui periculorem esse non nesciunt: & sicut bonus Episcopus scit sui meriti esse atq; virtutis, si oues gregis fuerint benè custeditæ: & ita Angelos pro bonis esse solicitos, quorum quidam propterea semper, aut nunquam, aut plus, aut parum faciem Dei contemplantur.* Noua est doctrina & propria ipsius Origenis; & propterea ab aliis reiecta. Nec enim Angeli ampliùs sũt viatores, sed comprehensores, qui vident faciem Patris sui, qui est in cœlis nec in eos cadere potest peccatum vllum negligentię in seruandis suæ custodiæ deputatis: nec in eos culpa est reiicienda pereuntis, si diligẽter per Angelũ à malo reuocatus, & ad bonum impulsus, & prece adiutus ab eo fuerit: sicut nec in Deum, qui dicitur apud Iob custos hominum.

Orig. tom. 2. Quid de Angelica custodia Origenes senserit minus verè atq; Catholicè.

Angeli vnda errare non possint, neq; peccare.

Patres hanc doctrinam de Angelis custodibus tradunt. Origenes hom. 5. in Matthæum; Procopius vnicuique datum esse Angelum custodem ad sui curam scribit: cui Satanas alium dæmonem opponit, qui ad voluptates prouocet: inter quos medij sumus. De his duobus Angelis loquitur Cassianus collat. 8. cap. 17. & producit testimonium ex lib. Pastoris, & Scripturam: nam Iob habuit Angelum aduersantem, & percutientem: & de Iuda ait Dauid: *Diabolus stet à dextris eius.* Basil. in Psalm. 33. *Omni*, inquit, *in Christum credenti Angelus assistit, nisi illum à nobis per improbas actiones profligauerimus. Velut enim fumus apes fugat, & fœdus odor columbas expellit: sic Angelum vita nostra custodem abigit multa lacrymarum aspergine dignũ, ac grauem oleus peccatum.* Idem in cap. 5. Esaiæ, propter peccatum solitum hominem priuari custodia Angelica docet: quo præsidio priuatus exponitur prædæ diaboli, & energiis dæmonum. Verùm in hoc quod peccator aliquando ab Angelo deseratur; non tenetur Basilius, cum nonnullis aliis. Cyrillus in cap. 1. Zachariæ, *Bona*, inquit, *spes Deum colentibus: quòd si contingat ex infirmitate peccare, habebunt non solùm homines, sed etiam Angelos apud Deum deprecatores. Ita enim Angelus orabat Zachariæ, id est, Quousque Domine non miserebere Ierusalem, &c.* Est ergo hoc donum de custodia Angelorum Scripturis multis consonũ, maximè huic loco, & Apostolicæ doctrinæ, Heb. 1. & Act. 12. vbi puella Rhode Petrum Apostolum nuntiante,

Patrum doctrina de Angelis custodientibus.

Origenes superiori loco.

Procopius.

Cassianus.

Psalm. 108.

Basil. tom. 1. Angelum custodem quomodò fugat peccatum, teste Basilio.

Quam bona spes Deum colentibus.

Minores quæ maiores Angelos sortiantur custodes.

ali) Angelum vltius esse credebant. Rationi etiam maximè consentit & conforme est. Quilibet igitur habet Angelum suũ tutelarem, quanquàm Prælatus, & aliorum gubernationi præfectus, ab Angelo superiore & custode communitatis dirigitur. Et excellentiores Angeli maiorum beatorum custodiæ deputati sunt, ita vt cõfirmati in gratia, & qui ad magna tendunt, magno Angelo egeant. Nam & Adam in statu innocentiæ, quia peccare & decipi à dæmone poterat, Angeli opera confirmantis & illuminãtis eguit. Sãctissima verò Dei mater etsi gratia Angelo maior esset, tamẽ quatenus ab eo illustrabatur, minor erat natura: sicut Rex consiliario maior potestate, minor sapientia: vnde Maria si custode Ioanne opus habuit inter homines, multò magis Angelo, & ad proficiendum, & ad tollẽdum impedimenta, & ad confirmandũ lumen intellectus, & ad euitanda pericula, in quibus interdum apparebat ipsi Ioseph viro eius. Christus solus quia neque peccare poterat, neque proficere, & valebat se eripere ab externis periculis sine consilio, vel potestate Angeli, custodem Angelum non habuit, quanquam dum puer esset, aliquo modo subditus fuit Angelis, & Angelus solatus est eũ in passione verè ei assistens, exteriùs loquens, non tamen interiùs imprimens aut illuminans. Infidelis, quia distat à veritate magis, quàm fidelis, Angelo eget dirigente in gloriam, cuius est capax: nam si pro bono communitatis, quod est temporale, datur Archangelus infidelibus. Dan. 10. ergo multò magis animę cuique pro salute sua æterna Angelus dabitur, adeò vt etiam ipsi Antichristo Angelus custos non sit denegandus, ne videatur culpæ expers; & vt impediat Satanam in eo operantẽ, ne ita peccare eum, vel in Ecclesiam sæuire sinat.

Quid Maria Virgo Angelo opus habuerit custode. *Matth. 1. & infrà 2.* Christus Angelum custodẽ quare nõ habuit; idem nihilominus Angelis quatione fuerit subiectus. *Luc. 22.*

Infideles, quàm fideles cur Angelo custode magis indigeãt.

Quod verò Origenes, hoc loco disputat; an videlicet à Sacramento regenerationis Angelus cuique detur, an verò à natiuitate secundum carnem, ex dictis facilè intelligi potest. Non enim à baptismo, sed à natiuitate, vt ait Hieronymus, cuilibet Angelus datur: quia magis egerat ante, quàm post baptismum: quia enim ad hoc datur, vt perueniat quis ad beatitudinem, si velit, omnibus datur. Si autem daretur post Sacramentum, tantùm his qui sălui fiunt, daretur, quod falsum est: quia etiam infidelibus dari, testatur liber Danielis. Quod verò hic ait Dominus, *Angeli eorum*, scilicet pusillorum: & Paulus; *Qui hæreditatem capiunt salutis*, non tollit quin etiam infidelibus

Orig. hom. 5. in Matth. tom. 2.

Homini iam primũ ab ei⁹ ortu, non autem à Baptismo custodẽ Angelum assignari.

Nulli hominũ denegari Angelum custodem.

Hebr. 1. Christus & his qui pereunt, deputentur; alioqui omnes baptizati, quibus dantur, salui fierẽt: sed illis tantùm dari dicuntur, quia efficax est apud illos eorum custodia. Ex his cadit sententia Chrysostomi, qui homil. 3. in epistolam ad Colossen. tantùm fidelibus in Christum credentibus tribuit custodiam Angelorum. Sic enim loquitur: *Primum iuxta numerum Gentium erant Angeli, nunc verò non secundum numerum Gentium, sed secundum numerum fidelium. Vnde liquet? Audi Christum dicentem. Videte, inquit, ne contemnatis vnum ex paruulis istis. Nam Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in cælis est. Etenim vnusquisque credentium Angelum habet. Nam & ab initio quisque virorum celebrium ac probatorum Angelum habebat, quemadmodùm Iacob dicebat, Angelus qui pascit me, & qui liberauit me à iuuentute mea, &c.* Hæc ille: cuius alij Patres non sequuntur sententiam: neque ratio eius est valida, vt diximus. Angelus verò qui matrem custodit, custodit fœtum in vtero, tanquam partem eius; vt qui seruat arborem, & fructum eius etiam custodit. Proinde necessarium non est, quod aliqui dicunt, Angelum deputari cuique à die conceptionis eius. Et cùm Angeli nesciant, vtrùm quis sit seruandus, aut perdendus, magna charitate, ac diligentia, aut nihil eorum omittendo quæ prodesse possunt; saluti inuigilant nostræ. Durat autem eorum custodia ad mortem vsque, in quo diligenter suam nauant operam. Sed & cõsolantur quandoque in Purgatorio: & conregnant in cœlo, quandoque in maiore, quandoque in minori gloria, quàm sint ipsi, quos seruârũt custodia sua. Magna proinde charitate diligendi sunt à nobis, magnaq; reuerentia illos obseruare debemus. Gratiæ item magnæ sæpiùs illis agendæ, qui tantis beneficiis nos affecerunt; quorum bonam partem rependimus, si eorum monitis auscultemus, eorum consilia sectemur, illorum impulsibus cedamus, eorum denique suasibus acquiescamus. Nam illis nihil est antiquius, nihil optatius, glorioſius nihil, quàm nostra salus, quam summis votis expetunt, & procurant, beneficio Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto ab vniuersa creatura habeatur omnis gloria, laus, honor, gratiarum actio, in secula seculorum, Amen.

(·˙·)

Paulus illi dari tantũ fidelibus inuentes, tendunt.

Quæ prohibitiõe. Ioannis, Christo adeles dum xat Angelos habere custodem. *Gen. 48.*

Angeli est dia quam gil, ac sede

Ea quam tuma sit.

Quanti Angelo debe mus cust

Nostra sa lus quam cordi sit

TRAC-

Tuũ 14.

Medio in Republica siue priuata vtilitas necessitas, simili incommodum pernicies quita so

Ipsum in bono & sapiẽ correpro- ta in arque cuti nõ uerit cueni-

Quemadmo hæc illi præcess Christi do tiæ ep-

Vtilis quis dum corre fraternam ar- idem ac

Conuenientissime Christus hoc præceptũ tradidit.

TRACTATVS IX.

In historiam correptionis fraternę, quæ habetur tantùm Matthæi 18

Si autẽ peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eũ inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos: vt in ore duorũ vel trium testium stet omne verbum, &c.

QVEMADMODVM in Republica nihil vtilius & salutarius Medico, qui morbo bellum indicens, vitam atque naturam seruat, si prudenter adhibeat pharmaca, hoc est, suo tempore & loco, & morbo depellendo consona: ita profectò nihil inutilius neque perniciosius imprudente Medico, qui infirmitatis fomenta nutrit, sanitatique, atque vitæ hominum insidiatur. Hæc autem magis locum habent in spiritualibus. Nam vt nihil est sanctius bono & prudenti correctore peccati: ita nihil peius imprudenti, qui tantum pharmacum ad salutem animæ recuperandam adhibere nesciat: proinde vt benè, & cum fructu fiat, summa sapientia, præsenti Euangelio Christus nos voluit instruere. Et vide quàm aptè hæc ad superiora consequantur. Præmonuerat Dominus, ne quis fratrem suum scandalizaret, quòd si quenquam offendisset; præceperat, *Vade prius reconciliare fratri tuo offenso, & pete ab eo veniam*: cui etiam præcipitur vt parcat, & dimittat fratri petenti veniam: quòd si fortè sit offensus, & veniam non petierit; iam docet quid sit faciendum: *Si peccauerit*, inquit, *in te frater tuus; vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum.* Vtilis est enim, & valdè digna seueritas, si ad medicinæ rationem componatur. Christus iubet discipulos suos aliis aliis ignoscere, ita tamen vt vitia corrigere non negligant. Quod obseruandum est prudenter: quia nihil difficilius quàm hominibus parcendo, liberas tamen reprehensiones non omittere: in alterutram ferè partem omnes inclinant, vt mutuò sese mortiferis blanditiis fallant, vel nimis acriter insectentur. Huic autem Domini sententiæ, præmittit Ecclesia in lectione Euãgelica hæc verba: *Respiciens Iesus in discipulos suos, dixit Simoni Petro.* Ad Saluatorem enim irreprehensibilem, & omnium defectuum & reprehensionum misericordem iudicem, & corda hominum scrutantem spectat præcipere de correptione: ipse est enim, qui ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* &, *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Præceptum ergo corrigendi, credituros omnes respicit, vt indicet ad omnes hoc spectare. *Vnicuique enim mandauit Deus de proximo suo.* Vt enim corpori, sic & animæ facere debemus eleemosynam: peculiariter tamen dirigit sermonem ad beatũ Petrum, de quo subdit Euangelista; *Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* Nam cùm duplex est correctio, vna publica, quę fit verbo & pœnis, in qua consulitur bono communitatis, & est actus iustitiæ, & propriè est Principũ & Prælatorum, de qua Apostolus; *Peccantes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Altera verò correctio est fraterna, quæ opus est charitatis, & in qua peccantis fratris bono consulitur; hæc autem etsi omnium sit, peculiariter tamen est Sacerdotũ, de qua B. Hieronymus super Malachiam: *Qui Sacerdos est, & non corripit delinquentes, Sacerdotis officium non præterit.* Sic ille: & de hac correptione hic est sermo. Iam singula verba diligentiùs excutiamus.

Ioan. 8. Matth. 11. Cũ adomnes & singulos pertineat præceptum correctionis fraternæ: quare vni Petro cõmendatur. *Ibidem 17.*

Duplex correctio, publica, & priuata.

1. Tim. 5.

Hieron. in cap. 2. Malach. tom. 6.

Primùm, inquit, *Si peccauerit.* Nemo ergo corrigendus de bono opere, vel meliori: & cùm omnes peccemus, sit, vt omnes egeamus ab aliis corrigi. Et loquitur de peccato commisso, dicendo, *Si peccauerit*: nec enim de futuro peccato corrigendus est quisquam, neq; de præsenti, quia nihil proficeremus corrigendo, donec elanguescat, & restinguatur peccandi feruor. Debet autem esse peccatum lethale, quia subdit: *Lucratus eris fratrem tuum*, qui propter veniale non perierat: nec in causa venialis criminis adhibendi sunt duo testes. Et quanquàm de veniali liceat correctionem facere, maximè si offendit; non tamen hac lege ad illam adstringitur: imò res, quæ vitiosa non est per se, nec peccatum, sed tamen habet speciem mali, & offendit, venire potest sub correctionem. Et loquitur de mortifero delicto, de quo nõ dum est quis contritus, tametsi nondum satisfecerit, quia talis est iam amicus, & reconciliatus Deo, non de alio, quàm de peccato actu manente, per iterationem, vt sunt fornicatio, blasphemia, furtum; vel per cõtinuationem, vt odium, vsura, habere concubinam, nolle residere in Ecclesia sua, nolle ieiunare tempore præcepti, sine causa legitima habere plura beneficia incompatibilia, vt vocant, & similia. Nec quisquam debet quærere peccatum in domo iusti, vt corrigat, sed si quod occurrat delictum, quo offendatur, illud potest corrigere. Superiores tamen ex officio suo inquirere

De culpis etiam leuissimis correptionem fieri posse.

Peccatum quod mortiferum corripiendum.

Quorum sit peccatores corripiendos inquirere.

rere debent in peccantes vt eos corrigant; quemadmodum etiam quærere pauperes & egenos, vt illis erogent eleemosynam: cùm cuiuis satis sit, obuio pauperi vel postulanti illam tribuere.

In quos peccatum admittitur correptione dignum.

Subdit, *In te.* Peccatum omne, aut in Deum est, aut in proximum, aut in ipsum delinquentem, si distinguamus peccata ex obiecto, siue genere suo: quanquàm delictum omne in proximum, siue in ipsius autorem, in Deum quoque tendat, qui præcepto suo nobis interdixit omnem iniuriã in proximum, & in nos ipsos: ideo quocunq; peccato ex illis trib⁹ offenditur Deus. Rursus quodcunque peccatum fiat à quocunq;, siue in Deum, siue in se ipsum, tendit quoque in proximum, qui & gloriam Dei diligere, & fratrem, tanquàm se ipsum amare debet. Omne igitur peccatũ, quod me conscio, aut me præsente in Deũ fit, aut in proximum, me offendit, & reuerà contra me est, ac proinde materia correptionis fraternæ. Si autem quis in Deum solùm peccet, neminem offendens, quia secretum est peccatum, & tu eius conscius esse non potes, nisi quia fortè tibi in confessione Sacramentali detexit, tanquàm Vicario Christi: tunc secundùm Glossam, & Albertum, nõ obstringeris ad hanc regulam correctionis à Christo traditam; sed satis est, si eum secretò in confessione admoneas, & vt par est, corripias, & pro eo ad Deum preces fundas: ne confessionis reddatur Sacramentum odiosum, si ex his quæ per illud cognoscuntur, procederetur ad correctionem fraternam. Quod ergo ait, *In te*, non tantùm significat peccatum contra te factum, sed etiam tibi vel visu, vel modo aliquo euidenti notum: quia, vt docent Iurisperiti: *De non existentibus, & non apparentibus, idem est iudiciũ.* Proinde ruit annotatio Caietani, exponentis: Si peccauerit in te, ad differentiam peccati in alterum: nam omnes qui in Christo, vnum corpus sumus, & multa membra: & qui peccat in alterum, non solùm in vnum, sed in omnes, qui sunt eiusdem corporis membra, peccat. Vnde Apostolus ait; *Si quid patitur vnũ membrum, compatiuntur omnia membra.* Proximum enim, vt nos ipsos, diligere, Christiana charitas cogit: si non sumus stupida membra, & sensus atque vitæ expertia. Et à fortiori, *Si peccauerit in te*, vel fidem, vel Rempublicam; si spes sanitatis concipitur, potest hoc modo corrigi. Si verò peccaret in bonum commune ciuitatis, vel Fidei, & periculum sit in mora: potest immediatè denuntiare Ecclesiæ, vt tibi prospiciat.

Peccatum quod lethale non necessariò corripitur.

Gloss. Ord. Alb. Mag.

Quid est: Si peccauerit in te frater tu⁹.

Error Caietani.

1. Cor. 12. Peccãtes qui statim Ecclesia denũtiari debent.

Addit, quis sit corrigendus, dicendo, *Frater tuus.* Qua voce intelligimus omnem Christianum, qui per baptismum in Filium Dei regenitus, frater noster efficitur. Professentes enim Christi nomen, primò dicti sunt discipuli, quòd viuente Christo, quasi eo docente discerent. Vnde dicebat: *Non potest meus esse discipulus:* &, *Qui dederit calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli:* & Iesus plures discipulos faciebat quã Ioannes. Deinde dicti sunt Fratres, ob fraternam qua se amplectebãtur charitatem, & vt hodiè Religiosi vocãtur Fratres: hinc ait Christus; *Omnes vos fratres estis.* Et, *Vade ad fratres meos, & dic eis.* Et Paulus, *Si is, qui frater nominatur inter vos:* & Ioannes; *Qui odit fratrem suum, homicida est.* Et simul vtrunque ponitur Act. 1. vbi dicitur; *Exurgens Petrus in medio discipulorũ* (sic enim Græcè habetur, μαθητῶν) *dixit, Viri fratres*, &c. Postremò Antiochiæ prædicantibus Saulo & Barnaba, Christiani, vocari cœperunt omnes Christi cultores, qui prius discipuli vocabantur. Proinde dicendo frater tuus, excluditur hoc loco ethnicus, siue Paganus, & Iudæus: quia etsi vt proximi sint diligendi, & eorum salus quoad eius fieri potest, per nos procuranda, secundùm illud, *Vnicuique mandauit Deus de proximo suo*, non tamen ad hanc correctionis formam cum illo seruandam adstringimur: quia neque frater est, neque Ecclesiam audit, neq; putat peccari contra Euangelium. Vnde Apost. 1. Corinth. 5. *Quid mihi de ijs qui foris sunt, iudicare? Nonne de ijs qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit.*

Quis frater noster corripiendus præcipitur.

Act. 11. Luc. 14. Matth. 10. Ioan. 1.

Christiani cur primùm discipuli, deinde fratres fuerint vocati. Matth. 23. Ioan. 20. 1. Cor. 5. 1. Ioan. 3. Act. 11.

Deinde meritò dubitatur, an hæreticus sit corrigendus? Et breuiter respondendum, eos, qui per ignorantiam in fide errant, & admoniti facilè resipiscunt, qui hæretici verè non sunt, nec pertinaciter errores suos defendunt; quia fratres sunt, meritò corrigi posse, & debere. Si autem hæreticus propriè quis existat; & pertinaciam habeat, quæ propriè hæreticum constituit, cum illo hac via correctionis procedendũ non est: tum quia frater non est, cùm per hæresim ab Ecclesia sit præcisus; tum quia hæreticus Ecclesiam non audit; tum quia spes sanitatis eius, & conuersionis est nulla, cùm sit pertinax, & Apostolus dicat; *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum proprio iudicio condemnatus:* proinde cum eo hac via correptionis non est procedendum: sed cùm bonum commune priuato sit præferendum, confestim est Ecclesiæ denuntiandus, ne Ecclesiam lædat.

Hæreticus corrigendi.

Hæreticè propriè quis.

Tit. vlt.

Terriò dubitatur, quia dicitur *Frater tuus*,

tuus, an prælules in vita, vel doctrina deficientes, corrigendi veniant. Ita enim notauit Caietanus; *Si peccauerit in te frater tuus*, ad differentiam si peccauerit pater: quasi fraterna in patrem cadere non possit correctio: quod falsum est. Quia cùm charitas erga pastores temporales, & superiores habenda sit: profectò nec subsidium spiritualis charitatis ei est denegandum, & peioris esset conditionis prælatus, quàm alij: & si debemus ægroto corporis membro succurrere, cur non capiti? cuius peccatum magis nocet toti corpori, quàm aliorum priuatorum. Nec aduertit Caietanus, quosdam, etsi sint pastores, & capita aliorum, quibus præficiuntur, tamen si ad se inuicem conferantur, hos dici fratres, & omes, & filios: & omnes si conferantur ad Christum, esse fratres. Vnde Dominus noster dixit, *Omnes vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester qui in cœlis est.* Quidam etiam producunt exemplum Pauli publicè Petrũ reprehendentis. Sed profectò ad rem non facit, quia non fuit illa correctio facta seruato hoc ordine Euangelij, nec de aliquo peccato, sed de benignitate quadam erga Iudæos, licèt importuna, quæ generare poterat scandalum: quod Paulus prudenter aduertens, restitit ei in faciem: vnde potiùs repugnantia publica fuit, quàm correctio fraterna, & secreta.

An superiores nostri corrigi debeant.

Contra Caietanum.

Matth. 23.

Pauli Petrum reprehendentis quod non ambularet ad veritatem Euangelij, qualis fuerit illa correptio.

Gal. 2.

Quòd si obijcias, primò, cœlos agere in hæc inferiora, nec tamen à cis repati: respõdebo: Secùs inferiora omnia, quia in actu, & potentia sunt; ideo potest subditus in intellectu habere rectum iudicium, quo caret prælatus. Et licèt absolutè nõ possimus nos meliores aliis existimare, quia esset superbiæ species, possumus tamen in aliquo facto singulari nos prudentiores cogitare: & idcirco inferior superiorem corrigere potest. Rursus si obiicias scriptum esse: *Dijs non detrahes. Et* Apostolus: *Seniorem ne increpaueris.* respondemus, his verbis non interdici nisi correctionem cum detractióe, & asperitate coniunctam; vnde Paulus subdit: *Sed obsecra vt patrem.* Sunt enim superiores magna cum reuerẽtia, & verborum lenitate, vel nutibus admonẽdi potiùs quàm corrigendi.

Soluitur: illud contra correptionẽ fraternã præpositis faciẽdum, cœlia gunt in hæc inferiora, nec tamen repatiuntur ab eis.

Exod. 22. 1 Tim. 5. Quo sensu dicitur: Dijs nõ detrahes, & seniorem ne increpaueris

Quòd si tertiò obiicias, an Summus Pontifex, vbi forte delinqueret, hac forma corrigendus sit? Dicendum; hac forma corrigendus sit non posse, non enim potest Ecclesiæ denuntiari, si delinquat: neque rursus potestas in illa est, vt excommunicari queat, cùm inferior in superiorem sentẽtiam ferre non valeat: cùm tamen qui Ecclesiam non audierit, tradat Dominus excommunicandum esse. Dices; si corrigi non potest hoc modo, omnis ergo correctionis erit expers, vt dæmon, & peioris conditionis inuenietur quàm alij prælati, vel Christiani, qui hoc beneficio correptionis non sunt destituti. Dicimus, quòd etsi iuridicè nihil possit Ecclesia supra eum, cùm superiorem habeat, & ouium non sit iudicare pastorem: potest tamẽ citra hunc ordinem blandissimis verbis & mitissimis admoneri tanquàm pater à filiis, & tanquam sponsus ab sponsa. Potest etiam Ecclesia modestissimo resistendi modo vti contra eum; quæ tacita quædam correctio est, & ius naturæ illam formulam resistendi concedit contra eos qui nos inuadunt: hinc à filio resisti potest parenti cum gladio petenti, & Petro Paulus in faciem restitit. Tertiò, potest Ecclesia precibus à Deo obtinere, vt illum cohibeat, & impetrare ab eo quod homines non possunt. Quartò, potest, ac debet interdum Pontifex Romanus autoritate communicata aliis in foro exteriori (quemadmodum in interiori conscientiæ sacerdoti audienti confessionem, potestatem tribuit se absoluendi) sinere se iudicari, vt ad ædificandam charitatem purget canonicè se ipsum: quemadmodum Xystum Tertium, Damasum, & Stephanum accusatos fecisse legimus. Et hoc vt tollat scandalum, ne videatur propter bona temporaria Ecclesiam scandalizare. Et hoc non solùm potest, sed etiam interdum (vt quidam volunt) debet Papa præstare. Nam omnis potestas ædificationẽ pro fine habet, siue charitatem, quæ sicut finis est omnis præcepti, ita etiam omnis potestatis regiminisque. Hinc Apostolus ait, *Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram, non erubescam.* Nec est Concilij iudicare Papam, quod non nisi autoritate Papæ potest agere. Nec est remedium licitum aut opportunum, appellare à Papa ad Concilium: nam hoc non carere hæresis suspicione, declarant gesta Concilij Ephesini, & statuit Gelasius 9. q. 3. cap. *Ipsi sunt.* Idem etiam decreuerunt propriis diplomatis Callistus III. Pius II. Paulus II. Iulius II.

An summus Põtifex huic formæ correptionis subiaceat.

Honestissima illũ corripiẽdi formula prima qualis erit.

Secunda formula Roma. Pontificem corripiendi.

Tertia formula.

Quarta & postrema formula.

1. Tim. 1. 2. Cor. 10.

Qui se Romani Pontifices ab Ecclesia permiserint iudicari.

Appellationem à Pontifice Romano ad Concilium, esse illicitam, probatur dupliciter. Gelas. Pap.

Adhæc, ratio maximè huic rei fauet, quia appellare ad Concilium futurum; esset appellare ad tribunal imaginariũ, quod nec est, nec forsan erit; maximè repugnantibus eius celebrationi, vel Papa, vel Imperatore, vel aliis Regibus, & Principibus Christianis, sine quorum assensu coire non potest. Et malè interim esset Ecclesiæ prospectum,

Principis cuiuslib. Christiani vox arrogans, & temeraria.

spectum, quia nulla interim sententia summi iudicis, id est, Papæ ligaret sacerdotem, vel Episcopum, vel Regem appellantes ad Concilium futurũ. Vnde vana erat & prorsus perniciosa cuiusdam Christiani principis vox, qui ad infirmanda Romani Pontificis decreta, & præcepta, frequenter hanc vocem vsurpabat; Sanè, habeo meam Academiam à Pontifice ad Concilium appellantem. Quòd si vrgeas; Quomodo ergo grauatus sententia Pontificis, si ius appellandi subtrahatur, se poterit tueri? Respondeo: hocidẽ euenire in alijs casibus ciuilib⁹, siue criminalibus, quãdo à supremo Consilio Regio fertur sententia. Nam vt ab illa appellare non licet, quia superior nõ est, ita nec à sententia Papæ, quia non habet superiorem: sed vt in illo datur locus reclamationi, & diligentiori causæ recognitioni, ad eosdem tamen iudices; ita & in foro Ecclesiæ ex sententia Papæ potest reclamari & appellari ab ipso (vt sic dicam) dormiente, ad ipsum vigilantem.

A Papa si appellare nullo modo licet, ab eo iudicatus quid habebit perfugij.

Electi ne an etiam reprobi fraternæ correctionis sint capaces.

Quartò dubium est, an correctio tantùm adhibenda sit electis, an etiã reprobis. Quidam enim vanè docuerunt, correctionem tantùm in electis esse efficacem & salutarẽ. Sed profectò cùm ignoti sint nobis electi, ac reprobi, vana redderetur hæc doctrina. Et cùm Deus, tum per se, tum per Angelos reprobos corrigat, & ad melioré interdum mentem reducat, quo minùs in electos sæuiant: nemo vlli hominum subtrahere debet correctionis beneficium. Nam si illis necessitate aliqua corporis laborantibus, vt fame, siti, nuditate, aut morbo succurrere, lege charitatis tenemur; quãtò magis ex animo laborantibus?

Quimaximè à nobis subleuandi.

Frater peccans quare corripiẽdus.

Vade, & corripe eum inter te, & ipsum solũ. Id est, si peccauerit in te, & propterea scandalo sit tibi, non solùm æquo animo feras non accipiendo scandalum ab eo tibi oblatum, quod maximè potes (quia reuerà nemo potest lædi, nisi à seipso) verùm etiam contende fratrem scandalum inferentem sanare, non sinas illum perire silentio tuo; sed vade & corripe, nec expectes vt ipse ad te veniat: sanus debet ire ad infirmum: si enim veniret, sanus esset, nec egeret ampliùs correctione; vade ergo geminæ charitatis gressibus. Fraterna enim correctio ad peccatorem propriè non spectat; quia non est dignus hoc officio, ne illi dicatur: *Quare tu enarras iustitias meas? Hypocrita, eyce primùm trabem de oculo tuo. Medice, cura te ipsum.* Peccator enim, qui de proprio peccato non dolet, quomodo de alieno dolebit ex charitate? Peccat ergo, & prælatus, & quiuis alius criminosus, maximè publicus, qui alios corrigere tentat, si non tentet hoc facere ex charitate, sed ex superbia, & vt habeatur iustus: qua ratione superior criminosus, & corripiendo, & negligendo correctionem, peccat. Neque propterea perplexitatis statum in hac parte incurrit, quia potest de peccato pœnitere, aut cum humilitate corripere delinquentem; sic enim non peccaret, nec sibi nouam damnationem acquireret; atque ita posset ad correctionem suarum ouium peccantium accedere. Quia ergo præceptum est firmatiuum, *Vade, & corripe*, non nisi pro loco & tempore obligare dignoscitur. Nam si coram multis aliquis delinquat, & multos propterea scandalizet, correctio illius delicti ad Prælatum spectat, si adsit: quòd si non adsit, intelligat tamẽ delictum admissum, quia debet ire, & inquirere delinquentes, vt corrigat, ad eum primo loco spectare: illo negligente, deuoluitur ad alios, pro gradus sui ratione. Tertiò, adhibenda est correctio, si spes aliqua sit salutis, vel saltem dubium est quod non noceat; & tempore suo, & quando, sine magno detrimento facultatis, aut honoris, aut vitæ illã adhibere debet. Corripiens autem debet se medicum egregium præstare erga corripiendum infirmum: nam vt medicus apostemati tumenti primùm emplastra blanda adhibet, quæ si satis non sint, incisionem adhibet, vt videat an sanies foras prodeat; quòd si hoc efficax non sit, cauterio vsque ad ossa & medullas penetrante vtitur: vbi verò hæc omnia nó profecerint, ne totum corpus inficiatur, & in periculum totius corporis veniat, de membro putrido præcidendo cogitat: ad eum modum qui corripiendi munus assumit, se medicum præstare debet; adhibet enim mollia, & blanda pharmaca. Et hoc est: *Corripe eum inter te & ipsum solum.* Incisioni minimè parcit, cùm ait: *Adhibe tecum adhuc vnum, vel duos.* Cauterium est, cùm illos non audiens denuntiatur Ecclesiæ: sectio membri, cùm efficitur per sententiam Ecclesiæ excommunicantis, sicut ethnicus, & publicanus. Primus correctionis gradus, mansuetissimus est, & secretissimus: postremus, vehementissimus, manifestissimusque; medius in secundo, & tertio gradu positus participat mansuetudinem, & secretum primi. Benè ergo ait: *Corripe eum:* non ait, confunde, accusa, increpa, aut pœnas sumito. Ideo præcessit: *Frater tuus:* quia ex charitate sunt fratres corripiendi.

Fratrem corripiens peccantem, cur debet esse iustus. *Psal. 49. Matth. 7. Luc. 4.*

Et subdit: *Inter te, & ipsum solum.* Hæc est prima medicatio, vt secretè corrigas: nã si publicè corrigeres, nó corrector criminis, sed

Tempus corripiendi opportunum quod. *Sum. 3. Quæ occulte, quæ publice sint arguenda delicta.*

sed proditor fratris esses, & tui honoris vindex, & fortè alter prę verecundia delictum suũ tueri contenderet; & sic efficeretur obstinatione peior, quem studebas facere meliorem. Neque debet statim, dum in actu ipso est perturbatus, quisquam corrigi: nam propterea Dominus vt primos parentes corriperet, expectauit, donec se nudos viderent: & tunc etiam correpti se defenderunt: quid facerent, si ante correxisset? Quòd autem hæc correctio primùm occulta esse debeat, id habet locum in occultis peccatis: aliàs publicè delinquens, publicè est arguendus: quemadmodum Paulus ait: *Peccantes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Quæ verba edisserens Augustinus serm. 16. de verbis Domini, & concilians vtramque sententiam, ait: *Ipsa corripienda coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipsa corripienda sunt secretiùs, quæ peccantur secretiùs.* Sic ille. Ibi etiam Paulus alloquitur Timotheũ Episcopum, cuius erat peccata publica pœnis condignis plectere. Dominus autem ad omnes Discipulos suos sermonem dirigit, qui autoritate non funguntur, vt publica peccata puniant: benè autem possunt ex fraterna charitate corripere. Et Leuit. 19. *Non oderis*, inquit, *fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum*: quanquàm Hebraicè dicatur: *Arguendo argue*: quod tantundem fortè est ac dicere, publicè argue. Et quòd sit correctio secreta, id fit, vt consulatur famę fratris, si non sit obstinatus: quæ ratio cessat in peccato publico. Deinde quia qui occultè corripitur, facilius ad emendationem adducitur: quæ ratio etiã in publico viget, quia facilùs emendatur publicus peccator secretè correctus, quasi ipse sese corrigat, & non ob alios corrigentes emendetur. Vnde corrigere, nihil est aliud, quàm simul cum alio regere. Qui verò aures præstat corrigenti, seipsum cum eo qui corrigit, regit.

Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Id est, si dictis tuis obedierit, vt debet, & audierit, se cõdemnando, & remedium debitum acceptando. Quo verbo satis exprimit, vt si quando dubitas an sis audiendus, corrigas: quòd si non audierit, iustificabis Deum, & tu obediẽtiam præstitisti, & charitatem ostendisti. Si verò audierit, lucratus eris fratrem tuum. Pulchra mercaturæ species verbis lucrari animam fratris. Quo in verbo docent Hieronymus, & Chrysostomus fratris salutem à nobis quærendam tanquàm proprium bonum nostrum: & ipsius perditionem velut proprium damnum habendam. Est etiam honorificum ministerium fratres lucrari, & redemptionis fructũ illis applicare, pro quibus Christus carnem induit, fleuit, orauit, ieiunauit, prædicauit, atque adeò sanguinem fudit, & mortuus est. Neque dixit, Ille lucratus est se ipsum, sed: *Tu lucratus es fratrem tuum*, vt ex charitate, salutem proximi lucrum nostrum esse agnoscamus. Qua de re frater Domini ait: *Scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.*

Salutem proximi lucrum nostrum esse vt Christus insinuet.

Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos. Hoc est secundum medicamentum. Si morbus, inquit, grauior est, quàm vt vllo leuiori remedio sanari velit, quoniam aut negat, aut defendit culpam, aut statim emendationem non promittit, non statim perdenda est spes, & ad extrema veniẽdum: *Sed adhibe*, inquit, *tecum adhuc vnum, vel duos*, scilicet testes, ne videlicet vulnus putrescat in corde, expedit enim, etsi sit secretum, vt duo, vel tres boni sciãt, quàm quòd illa bona fama perdat animam in æternũ, tametsi dubitetur, an correctio sit profutura, nec ne. Quidam tamen sunt, qui hoc loco tradunt, non arctari hanc doctrinam ad peccata secreta, in quibus non seruatur hic ordo, neque testes adhibentur. Sed falsum est, & contra Doctores omnes, & contra B. Augustini Regulam, qui manifestè præcipit, vt in occultis peccatis, si correctio non est acceptata, ad testes progrediamur. Vnde subiungit Augustinus hæc verba: *Quòd si frater tuus vulnus habet in corde, quòd velit occultari, dum timet secari, nonne à te crudeliter fileretur, & misericorditer indicaretur? Quantò ergo magis debet manifestari, ne deterius putrescat in corde?* & rursus: *Nec vos reputetis malenolos, quando hæc indicatis: magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo permittatis perire.* Hæc ille.

Corripiens frattem, sed adhuc obstinatum, adhibere cut debet vnũ, vel duos testes.

In occultis quoque peccatis hanc correctionẽ locum habere, cõtra Caietanum. *Caiecan. in Matth. qui tamen in 2. 2. q. 33. art. 8. aliter definit contra Durandũ. Aug. in regula 3. cap. 23. tom. 1. prope finem.*

Quòd verò dicitur in iure: *Ante inquisitionem præcedere debere aliquam famam, aut clamosam insinuationem.* Respõdemus, quòd quæ nõ est hodie fama de aliquo, cras erit. Fama enim à principio exiguas radices habet; at verò posteà crescit in immensum, & vt Poëta ait, *Vires acquirit eũdo.* Ex eo enim quod duo instruuntur de crimine, exoritur fama, & potest procedi ad denuntiationem. Testes ergo adhibentur, vt peccatum esse ostẽdatur, de quo corripitur: & vt conuincatur, si peccatum iterat: & vt testes sint quòd frater admonẽs fecit quod erat in se: *Vt in ore duorum vel trium testiũ stet omne verbum.* Verbum, *In ore*, intelligeper metonymiam in sermone, vel testimonio, quod

Id iuris: Ante inquisitionem vt præcedat aliqua fama, aut clamosa insinuario: quomodo accipiendum sit. *Virg. lib. 4. Aeneid* Tres ob causas adhibentur testes.

Quid est: Vt in ore duo-

ore

rum, vel triũ testium stet omne verbũ.

ore proferatur. Stabit dicitur in Hebræo, & Græcè στήσεται, & ponitur futurum pro Imperatiuo, id est, ſtabile & firmum ſit: *Omne verbum*, hoc eſt, omne negotium, quod Hebraicè Dabar, & Græcè ῥῆμα dicitur. Humanitùs enim nulla poteſt eſſe maior euidentia, etiamſi fallax ſit. Et quod dixit: *Vnum vel duos*, non videtur huic ſententiæ contradicere, quæ, præter accuſatorem, vult duos, aut tres teſtes. Et Dominus in verbis illis Deuteronomij loquitur de foro externo iudiciali; hîcautẽ de foro Chriſtiano Eccleſiaſtico, in quo Dominus non vult aliquos eſſe accuſatores, ſed monitores, & correctores. Hinc primus corrector, & teſtis vnus adhibitus, faciunt duos correctores.

Illud teſtimoniũ Chriſtus alteri foro, quã Moſes, accommodat.

Cui Eccleſiæ denuntiãdus incorreptus & obſtinatus frater.

Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Hoc eſt, ſi audire neglexerit, vel ſe audiſſe diſſimulauerit; *Dic* (iudicialiter accuſando, vel etiam denuntiando) *Eccleſiæ.* Non Reipublicæ, vt quidam ignorãter vertit: Nec enim hîc de negotiis forenſibus tractat Dominus, nec vox Eccleſiæ pro republica vnquàm accipitur, ſed pro Senatu Eccleſiaſtico, cuius iuriſdictio à politico magiſtratu apertè diſtinguitur; quæ hîc ſignificatur in ſoluẽdo, ligandove, nec Chriſtus vnquàm politicas leges præſcripſit. Et poteſtas excommunicandi apud Archiſynagogas erat, de quibus habetur mẽtio Marc. 1. & huius conſuetudinis exemplum habes Ioan. 11. 12. & 16. Et idem eſt apud Hebræos à Synagoga eijci, quod excommunicari apud Chriſtianos.

Apud Iudæos excõmunicarent qui.

Rurſus quod ait, *Dic Eccleſiæ*, non intelligitur de particulari Eccleſia, multò minus de vniuerſali, quàm impoſſibile eſt in vnum congregari pro crimine fratris denuntiando. Vnde falſa eſt expoſitio Bucери, denuntiandum eſſe crimen Eccleſiæ vicinorum, vel familiarium, vel affiniũ: quia eiuſmodi denuntiatio in Eccleſia inuſitata fuit & inaudita, & interdum magis ſcandalizaret ipſos vicinos, vel affines, quàm prodeſſet. Superest igitur, vt per Eccleſiam intelligamus prælatum, ſiue paſtorẽ, ſiue caput Eccleſiæ: quæ expoſitio rationi & Scripturis, atque huic loco maximè eſt conſona. Rationi quidem; quia ita habet praxis, & conſuetudo Eccleſiæ, fidiſſima, & certiſſima Scripturæ interpres: quia quæ in membris ſunt diſperſa, in capite coniuncta ſunt, & collecta: quemadmodum totum regnum in Rege exiſtit, teſte Ariſtotele in Politicis. Hinc imperium dicitur facere, quod Imperator facit, & Regnum Galliæ, quod Rex Galliæ; & tota Eccleſia congregata in Concilio, in quo eius capita, ſiue Epiſcopi congregati ſunt. Hinc Chryſoſtomus hanc ſolam probat expoſitionem, id eſt, Epiſcopis, & præſidibus Eccleſiæ: & Euthymius eius ſectator ait: *Eccleſiam nunc vocat, præſides fidelium Eccleſiæ.*

Eccleſiã pro paſtore, ſeu rectore eius tantum accipi debere, ex tribus oſtenditur. Primum argumentum à ratione. *Philoſoph. lib.*

Chryſoſt. loco ſupradicto. Euthy. cap. 3. in Matth.

Conſonat etiam Scripturis: nam Deut. 17. in controuerſiis Dominus iubet ire ad ſacerdotes, & iudicem, qui pro illo tempore fuerit. Et ſubdit ibi: *Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael.* Vides igitur ibi in figura deſcribi, ad quos ſint in Nouo Teſtamento cauſæ criminum deferendæ, nempè ad Sacerdotes, & inter eos ad ſupremum: cuius dicto qui non pareret, dignus eſt ab Eccleſia præcidi per ſententiam excommunicationis, vt olim per mortem.

Secũdum argumẽtum à Scripturis.

Inobedienti ſacerdotis imperio pœna ab Moſe ſtatuta.

Etſi autem idem ſit, *Dic Eccleſiæ*, ac dicere, Dic Epiſcopis ac præſidibus Eccleſiæ: maluit tamen dicere Dominus: *Dic Eccleſiæ*, quàm, dic Epiſcopis, & præſidibus; vt delinquens multitudinis conſenſum reuereatur. Ita enim in primitiua Eccleſia ſecundùm hoc Chriſti præceptum poſt vnam & alteram correptionem toti Eccleſiæ alicuius loci, id eſt, Chriſtianis cum ſuo Epiſcopo, ſiue paſtore congregatis, peccatores denuntiabantur: & ſi impœnitentes exiſtebant, omnium conſenſu excommunicabantur ab Epiſcopo. Vnde Paulus inceſtuoſum Corinthium tradens Satanæ 1. Corinth. 5. dicit ſe id facere cum congregatis ſecum ſecundùm ſpiritum Corinthijs.

Eccleſiæ præſides & rectores quare Chriſtus Eccleſiam miluerit appellare.

Eccleſiæ primitiuæ, peccatores denũtiandi mos.

Congruunt etiam conſequentia huic ſenſui, quia ſubdit: *Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus*: id eſt, per ſententiam ſuperioris talis à te habeatur. Habemus etiam ex hoc loco, paſtoribus Eccleſiaſticis ſubeſſe omnes etiam laicos criminoſos, vt poſſint iure Diuino hîc tradito, eorum cauſſas, quatenùs peccata inuoluunt, cognoſcere ad ſanãdum morbos ſpirituales ouium ſuarum, aut ne aliis prauo exemplo nocere valeant: Ita tamen, vt pœnas irrogent ſpirituales, quarum ſuprema eſt excommunicatio, de qua hic eſt ſermo peculiaris. Chriſtus enim non dixit: *Si peccauerit in te frater tuus*, contra fidem agendo, ſed ſimpliciter: *Si peccauerit*, quocunq; genere peccati, quòd tamen offendat. Quare Principes, qui in ſuis ditionibus interdicunt, Epiſcopis laicos in ius vocantibus, vt eorum vitia corrigant, parere, & eorum tribunal contemnere: planè in ius diuinum Chriſti hoc loco declaratum peccare videntur. Neque hîc tantùm Dominus de peccatis in fidem loqui-

Tertium argumẽtum à textu.

Laici delinquentes ſolũ quatenus Eccleſiaſtico ſubſint.

Chriſtiani qui Principes in ius diuinum planè peccent.

loquitur, ſed in vniuerſum de omnibus vitiis, quibus cõtingit in fratrem ſuum quenquam peccare.

Ligandi, ſoluendiq; poteſtas, quos penes ſit tantùm in Eccleſia. *Aug. regul. 3. c. 23 to. 1. prope finem.*

Ac ſubdit, ad Apoſtolos, Eccleſiarum capita, dirigens ſermonem: *Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo*: & quæ ſequuntur. Quæ poteſtas ligandi, & ſoluendi, penes ſolos Eccleſiæ Prælatos conſiſtit. Beatus Auguſtinus in regula, quaſi explicans hunc eundem locum, ait: *Conuictus verò ſecundùm præpoſiti, vel etiam presbyteri, ad cuius diſpenſationem pertinet, arbitrium, debet emẽdatoriam ſubire vindictam. Quam ſi ferre recuſauerit, etiam ſi ipſe non abſceſſerit, de veſtra ſocietate proijciatur.* Sic ille. Satis ergo denuntiat Eccleſiæ, qui Prælato criminoſum denuntiat.

Eccleſiã eſſe ſupra Papam hinc deducẽtes, quã grauiter, ac turpiter aberrauerint.

Vana ſunt ergo commenta, & expoſitiones Ioannis Gerſonis, & quorundam aliorum, qui hunc locũ magno conatu torquebant ad iudicandum, poteſtatem Eccleſiæ maiorem eſſe Papæ autoritate: cùm hic locus nihil aliud, quàm Epiſcoporum, aut Summi, & Romani Epiſcopi poteſtatẽ maximè contineat, vt per viam iudicij referat reus ſententiam pro qualitate delicti.

De verbis illis quid ſentiendũ: Reſpiciens Ieſus in diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro.

At dices, Quomodo quadrabit quod dicitur in principio: *Reſpiciens Ieſus in Diſcipulos ſuos, dixit Simoni Petro*, cuius eſt maximè corrigere: & cui quæſo Eccleſiæ Petrus dicet, cùm ipſe ſit ſummus Eccleſiæ Prælatus? nunquid dicet ſibi ipſi? Reſpõdeo, verba illa nõ eſſe de textu, & neſcimus qua autoritate fuerint in Miſſale inuecta. Certè nouimus Miſſale autoritate Summi Pontificis Pij V. felicis recordationis nuper correctum, & ad veritatem antiquorum codicum emẽdatum, illa verba quaſi ſuperflua abieciſſe: quæ fortaſſis ab his, qui de poteſtate Eccleſiæ & Papę certabãt, adiecta fuerant, vt illi inde ſuam ſententiam corroborarent. Sed quicquid ſit de re hac, reſpõdemus, quòd prælatus vt homo, qui fraternè corripit ſibi ſubditum, in hoc munere non vt prælatus, ſed vt frater, & priuatus agit: quòd ſi nõ proficit, admonetur dicere Eccleſiæ, hoc eſt, vt agat apud eum vt prælatus, qui vt frater non eſt auditus. Nã vt prælatus eſt, alius videtur eſſe à ſe ipſo, vt priuatus, & frater eſt: ipſe enim præpoſitus, vt prępoſitus eſt, & alius eſt à priuato, ita rem agit, vt quod ipſe pronuntiat, tota videatur Eccleſia pronũtiare, cuius ipſe eſt prælat⁹, & caput. Et meritò quidem: quia hoc iudicium non in angulis profertur, ſed ſolẽniter, & pro tribunali, & cum congregatione aſſiſtentium. Vnde Apoſtolus dixit: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti cõgregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute Domini Ieſu, tradere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit.* Ideo hic modus ex charitate corripiendi, non ſolùm à priuatis hominibus, ſed etiã ab Epiſcopis, imò ab ipſo ſupremo Romano Epiſcopo obſeruari poteſt: & ſic obſeruatus eſt à B. Gregorio contra Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum in quadam ad eum epiſtola: *Et nos quidem*, inquit, *in quos talis, tantaq; per auſum nefarium culpa committitur, ſeruamus quod veritas præcepit: Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolũ. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibę tecum adhuc vnũ, vel duos; vt in ore duorum, vel triũ teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ego itaq; per reſponſales meos ſemel, & bis verbis humilibus hoc quod in tota Eccleſia peccatur, corripere ſtudui, nũc per me ſcribo. Quicquid facere humiliter debui, non omiſi. Sed quia in mea correptione deſpicior, reſtat vt Eccleſiam debeam adhibere.* Ita Gregorius. Prælatus igitur dicit Eccleſiæ, quia coram ea corrigitur delinquens, hoc eſt publicè. Sed quoniam multa ſuperſunt in hoc præcepto correctionis explicanda, ne hic Tractatus modum excedat, finem illi imponimus, deprecantes Dominum, vt nobis ſpiritum & corrigendi, & correctiones adhibitas ſuſcipiẽdi donet; vt peccatis, tum à nobis, tum ab aliis depellendis ſtudiosè laborantes, æterna remuneratione digni inueniamur; ſuffragante Domino noſtro Ieſu Chriſto, Dei Patris virtute ac ſapientia, in vnitate ſancti Spiritus, per omne ſeculum, Amen.

Fraternã ex charitate correptionẽ fieri (nedum ab aliis paſtoribus) à Summo etiã Pontifice poſſe. *1. Cor. 5. B. Greg. lib. 4. regiſt. epiſ. 38. ſiue c. 82. to. 2.*

Deut. 19.

Ioãnes Conſtãtinopolitanus videlicet Archiepiſcop⁹, vniuerſalis Epiſcopi ſibi nomen vſurpabat.

TRACTATVS X.

Tract. 56.

In idem præceptum de correctione fraterna: *Si autem Eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.*

Illud: Dic Eccleſię, Petro, aut eius vicario, vt poſſit conuenire.

QVANTVM, & quàm graue peccatũ ſit, Eccleſiæ vocem non audire, ſed pertinacem atque rebellem ſe illi præſtare, docet Chriſtus hoc loco, cùm ait: *Si Eccleſiã non audierit, ſit tibi tanquàm ethnicus & publicanus*, id eſt, per ſententiam Eccleſię, hoc eſt, per excommunicationem ſit tibi tanquàm à corpore præciſus, ac non ſecùs cum eo conuerſandum eſt, atque cum ethni-

Quid eſt: Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnic⁹ & publican⁹.

Eccleſia quos excõmunicet.

ethnico & publicano. Gladius igitur Ecclesiæ in cõtumaces, & insanabiles, tantùm distringitur; vt, quia peccata declinare nolunt, saltem aliis sua cõsuetudine atq; commercio nocere nõ valeant. Duo hominum genera abominabilia sunt: alterum, eorum qui impij sunt, & veram religionem abnegarunt, alterum eorum qui iniqui publicè existimantur, quia artem exercent, aut penitus iniustã, vt vsurarij, aut quæ vix sine iniustitia exercetur, vt erãt publicani apud Hebræos, qui tamẽ apud nos odiosi potiùs sunt, quàm infames, cũ tamen munus illud exigendi tributa, quæ Principi debentur, exerceri valeat sine peccato, vt ex prædicatione Baptistæ Ioannis elici potest. Hinc elicimus, non esse conuersandum cum excommunicatis, & negãda esse eis illa quinque versiculo illo comprehensa:

Os, orare, vale, communio, mensa negatur,
Si pro delictis anathema quis efficiatur.

Et mitiùs multò agit Christus nobiscum, quàm cum hominibus antiquę legis egerit; in qua, non audiẽs Pontificem, iubetur occidi: vt Deuter. 17. vel parenti filium non obedientem lapidari, Deuter. 21. Hæc tamen abscissio per excommunicationem, misericordia potiùs est, quàm crudelitas: tum vt ille confundatur, & resipiscat, tum ne alios inficiat; quia modicum fermẽtum totam massam corrumpit, auferre malum ex vobis ipsis: tum denique vt spiritus saluus fiat; & vt discant non iterum blasphemare. Ecclesia tamen antequàm telum hoc vibret in quenquam, solita est tertiò admonere: in hæresi autem, ob periculum communionis, post secundam correptionem, vltrà non procedit.

Admonet hoc loco Caietanus, quòd hæc sententia in Ecclesia non seruatur, sed aliquid durius ab ipsa Ecclesia & Paulo inuentum: nempè vt non tolùm excommunicati habeãtur pro ethnicis, sed etiam, vt alij innocentes, qui cum excommunicatis versantur, excommunicati quoque sint, id est, abominabiliores quàm ethnici, hoc est, infideles existant. Sed profectò intolerabilis error videtur, asserere, quòd Ecclesia vel Paulus dissentiant à Christi sententia: nam tales vult Dominus haberi apud Ecclesiam, quales olim habebantur apud Hebræos ethnici & publicani: at certè non erat commercium inter illos, & familiaris sermo etiam interdicebatur. Vnde Samaritana dixit: *Non coũtuntur Iudæi Samaritanis:* & Iudæi Dominũ accusabant, quòd cum publicanis, & publicis peccatoribus manducaret, ac versaretur; & hoc dixissent magis, si cum ethnicis vidissent illum versari, imò fuit vocatus per iniuriam Samaritanus: & Ioannes non vult dici Aue adferentibus doctrinam nouam. Non est ergo sententia Pauli illi Domini contraria.

Quod autem permittit Paulus fratres conuesci cum infidelibus, in ea prima Ecclesiæ constitutione rectè dispensatum est, quando Gentes concurrebãt ad Fidem: sed in Ecclesia iam pacifica, vbi nulla est de eorum conuersione spes, id non conuenit fieri. Horum autem qui foris sunt, nulla est excommunicatio: solùm est attendendum, ne eorum conuictus, & familiaris conuersatio noceat religioni. Vt enim vitẽtur Iudæi, quasi alieni, & inimici Christi, signo, vt Cain, signari iubentur, vt vbique cognoscãtur, & quo vitẽtur abominabiles. Quanquàm permittat eos Ecclesia, & quidã Principes in terris suis vt commercia exerceãt: verùm absque familiaritate, conuictuque fidelium. Non ergo sunt innocentes, qui cum anathemate se admiscent infidelibus. Lege Deut. 7. quàm arctè Dominus interdicat Iudæis cum Gentibus conuictum, in signum quòd vitandi sint à nobis excommunicari. Fabianus etiã antiquissimus Pontifex testatur, Canonibus Apostolorũ cautum fuisse, vt excommunicatus conuersatione fratrum priuetur.

Quàm terribilis autem sit sententia excommunicationis, quantumque formidanda, docet apertè beatus Augustinus disputans in aduersarium legis, & Prophetarum: *Illud enim,* inquit; *quod ait; Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquàm ethnicus, & publicanus, grauius est, quàm si gladio feriretur, si tam mis absumeretur, si feris subigeretur.* Et infrà: *Ecce ab hominibus non reddentibus malum pro malo, alligatur homo amarius, & infelicius Ecclesiæ claubus, quàm quibuslibet grauissimis, & durissimis ferris, vel adamantinis nexibus.* Hæc ille. Et ante ipsum Tertullianus in Apologetico cap. 39. *Summum futuri iudicij præiudicium est, vt à cõmunicatione orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij relegetur.* Sic ille. Ideo mera fabula est, quod vulgus ait, etiam excommunicatos manducare: non enim manducat, qui panem sanctũ iure possemanducare interdictus est.

Porrò vt negligentiæ Episcopus est notandus, qui contumaces, & hæreticos, ne alijs fidelibus noceant, gladio excommunicationis non percellit; ita ille venit accusandus, qui frequenter, & leuissimis de causis hoc fulmen iaculatur, atque hunc gladium distringit. Gladius enim, qui sæpè ad leuia quæque secanda distringitur, aciem, & secandi virtutem amittit suam. Hinc Paulus ter legitur tãtùm excommunicationis sententiam

Duplex genus hominũ execrabile, ac detestandum.

Luc. 3. Quibus Ecclesię beneficiis quinque excõmunicati priuentur.

Quo melior cõditio Christianorũ peccãtium, quã veterum Iudæorum.

Pœna excõmunicationis quare tãtùm infligitur.

1. Cor. 5. & Gal. 5.

Tit. 3.

Non aliã ab Ecclesia, & Paulo duriorem scilicet, quã quæ hic à Christo præscribitur, excõmunicandi formulã obseruari, cõtra Caietanũ.

Ioan. 4. Matth. 9. Ioan. 8.

2. Ioan.

Fideles cur Paulus simul edere cũ infidelibus permiserit.

2. Cor. 8.

Cum Iudæis & infidelibus quare commercium negetur.

Gen. 4.

Iudæi quamdiu quibusdam in prouincijs tolerentur.

Quid quod olim cũ Gentibus cõmercia Iudæis Dominus prohibebat.

Fabia. Epo.

Quàm terribilis sit sententia excommunicationis, teste Augustino.

Aug. lib. 1. cont. aduersarium legis, & Prophetarum. ca. 6. à medio

Tertul.

In dictum vulgi, excommunicationem malignare.

Cur vbique excommunicati caueant ab Ecclesia extremi tandã fiãt.

D. Paulus quoties

tium legitur excommunicationis tulisse sententiam.

1. Cor. 5.
1. Tim. 1.

Excõmunicationis vocabulũ cum Scriptura nõ habeat, eius tamen equipollẽtia, quæ nam habeat.

Ioan. 9.
Infrà 12.
Matth. 18.
1. Cor. 5.
2. Thess. 2.
2. Ioan.
1. Cor. 5.
Gal. 1.
1. Cor. 5.

Triplex in iure est sententia excommunicationis. Secundò.

Tertia.

Gelas. Pap. tpis. Orãtibus lib.

Orig. tom. 1.

Excõmunicationis sententia licet iniusta, & inua lida, cur tamen timenda sit.

Neque in viuos, neq; in mortuos excommunicationis ferenda sententia est, secundũ Chrysost.

Chrysost. to. 3.

1. Cor. 16. Gal. 1.

Hæreticus quàm dignè excõmunicatione.

2. Tim. 2.

Rom. 14.

Quo sensu id Chrysostomus dixerit.

tentiam tulisse, nempè in Corinthiũ incestuosum, & aliter docentẽ Euangelium, anathema pronũtiat ad Gala. 1. & in Hymenæum & Alexandrũ blasphemos, quos tradidit Satanæ, vt discant non blasphemare. Nunc autẽ criminosis plerunq; parcitur, & blasphemis, & pro debito vilissimo paucorum denariorũ excõmunicatio profertur: qui profectò abusus intolerabilis est. Etsi verò Scriptura voce excõmunicationis nõ vtatur, satis est alias æquipollentes voces in illa inueniri: Vt, Extra synagogã fieri, vel de Synagoga eijci, Haberi vt ethnicum & publicanũ; Nec cibũ cum eo sumere; Hunc notate; Nec Aue ei dixeritis; Non commisceamini cum illo; Sit anathema aliud Euangelizans, deniq; Tradi Satanæ. Nam vt Ecclesia in foro externo damnatum, seculari brachio tradit puniendum ad aliorũ exemplum, eiusque vtilitatem, ita contumacem peccatorem, in Deum, vel Ecclesiam peccantem, per excommunicationem brachio dæmonis vexandum tradit.

Triplex porrò potest esse in iure sententia excommunicationis. Prima, est valida, iusta, ac legitima, quæ peccãtem afficit. Altera dicitur nulla, quando aut fertur ab eo pastore, qui in aliquem, quem excommunicat, autoritatem non habet; vel illata est à iudice excommunicato, vel cùm lata est post appellationẽ legitimè interpositam, vel cùm in forma excommunicationis intolerabilis error cõtinetur: vt si quis excõmunicatione percellatur, quod peccatũ aliquod cõmittere noluit, aut bonũ aliquod omittere recusauit, vt habetur in cap. *Pertuas.* de sent. excom. Tertia sentẽtia dicitur iniusta, quæ non sic ligat, vt propter eã debeat quis ex conscientia subtrahere sese à Sacramentorum Communione, & fideliũ consortio, nisi quantum ratio scandali, quòd alias inde emergeret, id exegerit. Hinc Gelas. Papa, vt legitur 11. q. 3. cap. *Cui est,* inquit, *illa sententia, deponat errorem, & vacua est. Sed si iniusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum, & eius Ecclesiam, neminem potest grauare sententia iniqua. Ita ergo ea se non absolui desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum.* Et Origen. homil. 14. in Leuit. *Si quis non recto iudicio eorum, qui præsunt Ecclesiæ, depellatur, & foras mittatur, si ipse ante eà nõ exijt, hoc est, si nõ ita egit, vt mereretur exire, nihil læditur in eo, quòd non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. Et ita fit, vt interdum ille, qui foras mittitur, intus sit, & ille foras, qui intus videtur retineri.* Semper tamen sententia pastoris, licèt iniusta, timenda est, nõ quòd in conscientia liget, sed quia ratione scãdali, & ne quis videatur Ecclesiasticam contemnere autoritatẽ, ei parere quis debet, & curare, ne negligendo aliquem scandalizet, & in contemptus suspicionem veniat. Et obid canonicè probare debet excommunicationis iniustitiam contra se latæ: quã antequàm probet, debet à superiori humiliter petere absolutionem. Quòd si illam probare non possit, debet illam patienter, & humiliter sustinere.

Nec his obstãt verba Chrysost. in hom. de anathe. vbi videtur statuere, neq; in viuos, nec in mortuos excõmunicationis sententiam pronuntiãdam. Scribit enim: *Apostoli admodum diligentes fuere, hæreses quidem redarguendo, & eijciendo, nulli autem hæreticorum hanc anathematis pœnam adhibendo. Porrò Apostolus in duobus duntaxat locis vocem hanc quasi coactus affert, nec tamen certa, & determinata persona illam intentat. Nam Corinthijs scribit, Si quis non amat Dominum Iesum Christum, sit anathema: & Si quis vobis Euangelizauerit aliud, præter id quod accepistis, anathema sit. Cur igitur quod nullus eorum, qui potestatem acceperunt, vel facere, vel declarare ausus fuit, tu facere audes, planè aduersarius mortis Dominicæ, & præoccupas iudicium Regis?* Et infrà: *Hæreticus, aiunt, ille factus est, inhabitat autem habet diabolũ, aduersus Deum iniustitiã loquitur, multos in profundum perditionis abducit eloquẽtiæ suæ efficacis suadela, & deceptione. Sanè Paulus hos redarguens, Doce, ait, in lenitate, eruditens eos qui obsistunt, si quando det Deus eis pœnitentiã ad agnoscendã veritatem vt resipiscant, à diaboli laqueis capti in voluntatem illius. Extende sagenam charitatis, vt non subuertatur claudicans, sed potiùs sanetur.* Et infrà. *Quem tu anathematizare decreuisti, vel viuit, & adhuc in mortali vita hac superest, vel mortuus est. Quòd si adhuc superest, impiè agis, qui eum, qui à malo in bonum se vertere potest, crudeliter abscas. Sin mortuus est, multò magis crudelis es. Cur nam? Quia Domino suo stat, vel cadit, non iam sub iure humano existens.* Infrà: *Ea propter vos oro, ne vobis verba hæc mente excidãt, Dogmata enim impia, & quæ ab Hæreticis profecta, arguere, & anathematizare oportet, hominibus autem parcendum, & pro salute ipsorum orandum.*

Sed cùm Chrysostomus plerunq; excommunicationis Ecclesiasticæ autoritatẽ defendat, non est verisimile, vt mutata sententia, voluerit eam hoc loco damnare: sed credendum potiùs, eum hanc homiliã scripsisse intemerarios, & imperitos quosdam, qui cùm non essent Ecclesiæ pastores, nec excommunicãdi haberent potestatẽ, odio & contẽtione inducti, dogmata ab ipsis nõ intellecta cum eorũ autoribus temerè damnabant, & anathemate notabant: quia inferiùs subdit: *Heus qui tu tantæ autoritatis, qui*

Universidad de … Biblioteca

tantam tibi vsurpas anathematizandi potentiã? Cur dignitatem tantã assumis, quæ Apostolis tantum cõmunicata, & his, qui illorum idonei sunt successores? &c. Et dilemma illud: *Aut viuit, aut defunctus est ille, qui excõmunicationis mucrone percutitur*, non tollit vsum legitimum excõmunicationis in Ecclesia, sed eos insectatur, qui viuentes eo animo ab Ecclesia eiiciebant, vt eos irreuocabiliter excluderent, cùm possint mutari, & resipiscere; & mortuos non eo fine anathematizant, vt ex statu beatorũ, & quietis deturbent in infernum, vt quidã imperiti putabant: etsi liceat hæreticos in erroris peruicacia discedẽtes, & in excommunicationis laqueo hinc migrãtes, declarare à cœtu fidelium animarũ exclusos, vt consueuit facere Ecclesia.

Falsa quorũdam opinio de vi & effectu excommunicationis.

Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, &c. Poterat quisquam Ecclesiæ tribunal, & sententiam cõtemnere, & dicere intra se: Si me illi despiciunt, & ego illos despicio: si me cõdemnant, & ego illos condemno. Proinde Dominus stabilit Ecclesiæ iudiciũ, eiusq; sententiam grauissimæ esse autoritatis, & potestatis ostendit. Et sub iurisiurandi contestatione dicit, eos apud Dominum esse, vel damnatos, vel absolutos, quos condemnat, vel absoluit Ecclesia. Formidabile ergo iudicium: vnde excõmunicatio, siue iusta, siue iniusta, timenda est. Non ergo leuis habeatur vestra in excõmunicando autoritas, quia etsi non omnes à Deo damnẽtur, quos gladius secularis damnat, benè tamẽ omnes certissimè à Deo damnãtur, quos vos, claue non errante, dãnabitis. Neq; propterea Deus fit iudex pedarius, vt dicitur, qui pedibus eat in mortalium hominum sententiam, vt quidã malè sentientes de hac excõmunicandi sententia obiiciunt. Quia autoritas Ecclesiæ suæ, Christi est: ab Ecclesia quidẽ, vt ministra, impensa; à se autẽ, vt autore eius, & principe. Itaq; Ecclesia ligãte, Deus in cœlis tale iudiciũ comprobat. Superbis enim procliue est, Ecclesiæ iudiciũ cõtemnere, quia hominibus subiici nolũt: hinc impij nebulones ad cœleste tribunal sæpè appellãt, & prouocant. Proinde Christus, vt terrore hanc frangat cõtumaciam, quæ nũc ab illis spernitur damnatio, in cœlo ratam fore denuntiat.

Ecclesiæ iudicium atq; sentẽtia quãtæ autoritatis, Christi testimonio.

Deum Ecclesiæ iudicium atque sententiam ligantẽ vel soluentẽ approbãdo, non esse, vt vulgus loqui consueuit, iudicem pedarium.

Ecclesiã qui spernant.

Alligata in terris, vel soluta, ea Christus rata quãdo habeat.

Cùm ergo ait: *Quæcunq; alligaueritis*, intellige, postquã dedero iurisdictiõis ad ligandum, vel ad soluendũ in vtroq; foro potestatẽ: quæ Christo viatore non est data, sed post resurrectionem: atque illam in summo habuit Petrus immediatè à solo Christo dante illi ius pascendi oues, alij autem Apostoli à Christo per Petrum: vel si à Christo immediatè, sub Petro tamen. Deinde prius soli Petro est dictum: *Quæcunque ligaueris super terram*: quia illi in vniuersam Christi Ecclesiam potestas collata est, alijs verò Prælatis posteà, & in priuatum suum gregem promissa est potestas. Adhæc, vt Origen. expendit, Petro in cœlis in plurali, hoc est, in omnibus Ecclesijs, Apostolis verò reliquis in cœlo, hoc est, in priuata, & particulari Ecclesia potestatem pollicetur: vnde constat, maiorem multò potestatem in verbis ad Petrum dictis, quæ promittunt illum Ecclesiæ futurum fundamentũ, contineri, nam & claues apertè à Christo promittuntur, quàm quæ hîc Apostolis sit promissa. Nam hîc tantùm potestas externa excommunicandi contumacem, & inemendabilem, data est, nõ tantùm Apostolis, sed inter eos maximè Petro: at in verbis Matth. 16. ampla, & absoluta potestas ad omnia munera peragenda, quæ in Ecclesia necessaria sunt, Petro est promissa. Vt ita frustrà laborare videãtur, qui magna argumentorum mole cõtendunt, parẽ hîc Apostolis, atq; ibi Petro, autoritatem fuisse collatam: cùm neq; verba ipsa illud porrigãt, imò potiùs contrarium, neque ratio, nec praxis Ecclesiæ, neque fides ipsa Apostolos in regenda Ecclesia pares fuisse B. Petro permittant.

Maior Petro, quã Apostolis à Christo potestas collata, ex tribus deprehenditur. Ioan. vlt. Matth. 16.

Ex his etiam verbis elicimus, Ecclesiam legem posse cõdere sub lethali crimine obligantem: & si Ecclesiam quis non audiat, habendus est pro ethnico, & publicano. Et, *Qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit*. Neq; eam potestatem amittunt per peccatum: vnde dixit: *Quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite, secundùm opera verò eorum nolite facere.* Non enim pastores propria virtute operãtur, sed in persona Christi, vt Paulus ait: *Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos, in persona Christi.* Quanquàm asserendum sit, per peccatum capitale amitti charitatẽ, ac proinde rectũ vsum potestatis, sicut & rectum vsum aliorũ omnium, vt animæ, corporis, diuitiarum, & similium. Ligare ergo possunt in foro exteriori, constituendo leges ad salutem conducentes: & soluere illas, vel abrogãdo, vel dispensando: siquidẽ leges Ecclesiæ positiuæ sint, in quas cadat, vel abrogatio, vel dispẽsatio. Rursus ligat Ecclesia excõmunicando; soluit vinculum, absoluẽdo. Ligat rursus, imponendo pœnitentias pro qualitate delictorum: absoluit illas propter aliquam legitimam caussam relaxando, siue thesaurum Ecclesiæ per indulgentias communicando: hoc tamen loco præcipuè de potestate excommunicandi est sermo.

Matth. 16. Luc. 10. Matth. 23. 2. Cor. 2.

Iterum

Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quacunq; petierint, fiet illis à Patre meo qui in cœlis est: vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ad literam, aduerte quædam Græca exemplaria habere: *Iterum amen dico vobis*, vt sit duplex cõfirmatio, vt suprà dixerat: *Amen dico vobis, quæcũq; alligaueritis*, & reliq. Quod ait: *Si duo ex vobis cõsenserint super terrã*, græcè habetur συμφωνήσωσιν, quod verbum à symphonia, quod est, consonantia, deducitur. Id est, si duo ex vobis consonantiã habuerint, vel consonãtes fuerint in oratione: tracta similitudine ab instrumẽtorum musicorum melodia, in qua cùm est omnimoda consonantia vocum, siue sonorum, nihilq; est dissonantiæ, melodia illa gratissima est hominum auribus. Ad propositum verò videtur hîc auxesis quædam esse, in hunc modum; Non solùm gratum erit, si aliquem excommunicaueritis; sed rursus dico vobis, si pro peccatore excommunicato lucrãdo preces ad Deum fuderitis, exaudiet Dominus non solùm vniuersam Ecclesiam deprecantẽ, sed si duo, vel ipse offensus, & offendẽs, & corrigens, & correctus tantùm, vel penitùs peccator qui confitetur peccatum; & sacerdos confessionẽ audiens, vt interpretatur Pacianus antiquus & grauis scriptor in Parænisi ad pœnitentiam, si vno consensu petierint etiam pro excommunicato fratre, & de Ecclesia deiecto, vt resipiscens absoluatur, & ad Ecclesiam redeat, impetrabunt: tãta est vis concordiæ in orando. Nam etsi membrum semel de corpore abscissum restitui ampliùs non potest naturæ virtute, neque homo à magistratu morte mulctatus, ampliùs ad vitam redire valet: secùs tamen est in Ecclesia matre pientissima, cuius charitas, & preces virtute naturam excedẽte redintegrare possunt membrũ corpori suo, & homo à morte culpæ ad vitã gratiæ reuocari. Docet igitur, quòd non modò spiritum consilij & prudentiæ daturus sit petentibus, vt nouerint quis sit ligandus, vel etiam quis soluẽdus, sed etiam facturus, ne fructu, & effectu suo careat, quicquid ex verbo suo egerint. At verò consensum precationi coniungens, monet quàm reuerẽter, & sobriè in omnibus sacris actionib9 se gerere debeãt superiores, quorum absolutio cum periculo coniuncta esse solet.

Quid illud: Si duo ex vobis consenserint super terram.

Propositis in verbis quæ latet figura.

Membri corporalis, & membri spiritualis quæ ratio diuersa.

Nota etiam, Christum hîc pios omnes confirmare voluisse de orationis publicæ efficacia, sicut alibi sæpè promittit se priuatis cuiusque votis fore propitium: & ita acriter ad publicæ precationis studium nõ inuitat.

Aliud prædictæ sententiæ documentũ, Luc. 11. & alibi.

Subdit: *Super terram*: quia, vt antè dixerat: *Quæcunq; alligaueritis super terram, erũt ligata & in cœlo.* Vsus enim potestatis Ecclesiasticæ, quæ ligando, & soluendo fit, ab his qui viuũt duntaxat, & super eos qui in terris versantur, exerceri potest. Vnde falsa est expositio Caiet. dicentis, quòd materia petendi, & consensus earũ tantùm rerum quæ sunt super terrã, intelligi debeat. Nã & pro defunctis petimus, & cœlestia petimus maximè: & materiã eorum quæ peti debẽt, explicauit Dñs, cùm dixit: *De omni re quãcunq; petierint, &c.* & quia non audiret Deus Ecclesiam consentientem, & petẽtem, vel remissionem peccatorum, ac gratiã, vel dona cœlestia, & beatitudinem, quæ petenda sunt ante omnia, quæ certè non sunt super terrã. Et hoc loco manifestè loquitur Dominus de remissione peccati, quæ nõ est super terram, sed benè est offensa Dei. Ergo intellige: *Super terram*, existentes super terram, siue petẽtes, siue eos, pro quibus petitur. Quandiù enim defuncti manẽt in Purgatorio sub nobis, nec ad cœlũ perueniunt, dicuntur esse ex parte aliqua super terram, & possunt à nobis iuuari suffragiis & eleemosynis.

Matth. 18. Huius verbi subiecti: Super terrã, falsus Caietani sensus excluditur.

Ibidem.

Verus sensus & proprius assignatur.

De omni re quamcunq; petierint. Id est, etiã de pœna non cõmunicandi imponẽda, vel tollenda: quod non tantũ congregatio Generalis Concilij, sed etiã quæuis priuata, vel duorum ex vobis, hoc est, prælatorum, potest. Et loquitur de eo, quod potest esse res aliqua, digna quæ à Deo postuletur. Non enim in vniuersum loquitur de stultis, aut truculentis hominum votis, aut precibus, quia sequitur: *Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo*, & Ioannes: *Hæc est*, ait, *fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcũq; petierimus secundùm voluntatem eius, audit nos.* Ergo de omni re, quæ nõ est contraria Ecclesiæ vnitati, vel hominũ saluti, sermo est. Vnde quæ media sunt, & natura sua indifferentia, non sunt petẽda absolutè sine absoluta inspiratione Dei excitantis ad petendum, vt ita siue concedantur, siue denegentur, à Deo clementissimo parente semper nos exauditos intelligamus.

De qua omni re quamcunq; petierint, super terram consentientes à Deo exaudiantur.

1. Ioan. 5.

Quæ non absolutè à Deo nobis petenda.

Ac subdit: *Vbi enim sunt duo, vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ.* Numero duorũ addit tertium, quo oratio reddatur dignior exauditione: quo enim à pluribus preces ad Deũ funduntur pro vna & eadẽ re, eò facilius exaudiuntur. Vnde tres pueri in medio ignis ardẽtis deprecantes, & Deũ laudantes, liberati sunt: & Petrus dum esset in carcere, et oratio fieret sine intermissione ab Ecclesia ad Deũ pro eo, per Angelũ ereptus est. Sed vide, quales velit esse illos duos

Quare Christus non tantũ duos, sed tres etiã nominauerit in eius nomine congregandos.

Dan. 3. Act. 12.

Cur in nomine Christi illi debeant congregari.

duos, vel tres qui deprecaturi sunt: nimirũ in nomine eius congregatos, hoc est in fide nominis Iesu vnitos, & gloriã nominis Iesu quærentes, & necessaria ad salutẽ, quæ in nomine Iesu designãtur, postulantes. Sicut in alio loco dixit: *Si quid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis.* Et Chrys. in hæc verba annotat: *Videndũ est vbi nomine Christi congregemur, hoc est, vt charitas Christiana nos cõgreget: nõ spes lucri tẽporalis, aut conspiratio contra inimicos: aut misericordiã postulant, cùm nõ egerint pœnitentiã.* Hæc ille in sensu. Et dicẽdo: *Ibi sum in medio eorũ*, ostendit quod nõ minꝰ operatur Iesus in medio Ecclesiæ, quã olim in medio discipulorũ. Et benè ait: *Sum*, nõ, *Ero*; ob diuinitatẽ Christi, quæ nescit, Fui, vel Ero, sed Sum, vt Deus, vt exaudiã vos simul cũ Patre. Sum, vt homo inspirãs vos ad petẽdum, qui semper exaudior à Patre. Hinc Christus quasi Põtifex est in Synodo, quæ tanti præsidis & protectoris præsentia gaudet, vt dicere audeat: *Visum est Spiritui sancto, & nobis*, & reliq.

B. Chrysost. homil. 61. in Matth. tom. 5.

Cur dictum: Ibi sum, nõ, fui, vel ero, in medio eorum.

Ioan. 11.

Act. 15.

Locus hic frequẽter ab hæreticis nostri seculi aduersus Conciliorum celebrationẽ detorquetur; cùm tamen nihil de Cõciliis celebrandis hîc Christus præscripserit; sed pium Christianæ vnitatis consensum, & communem fidelium orationis efficaciam nobis commendet, vt ex præmissis verbis constat. Ad hæc, hîc loquitur de congregatis in nomine Christi, in quo non congregantur, qui in Christi ouili non sunt, quia eius pastorem, & rectorem non solùm nõ agnoscunt, sed hostiliter impugnant. Rursus in nomine Christi non congregantur, qui in hoc congregantur, vt alienum sibi vsurpent officium, etiam si maximè essent in Ecclesia: quoniam cùm Datan, Core, Abiron, alienas sibi in Ecclesia Christi partes inuadũt. Ad hęc, si eiusmodi verba: *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo*, ad Conciliorũ celebrationem necessariò essent applicanda, ita vt Concilium sit, vbi duo, vel tres congregantur in nomine Christi: iam profectò summũ absurdũ sequeretur, nempè quamlibet congregationem hęreticam, vno consensu aliquid credentem, & in suis templis (si qua sunt) deprecãtem Christum suæ sectæ præsidem, & Spiritum sanctum ad rectè postulandum habere: & cùm illa congregatio Ecclesiam Catholicam, & fidem eius damnet, & rursus Catholica Ecclesia cõgregationem hæreticam, fidemq; eius cõdemnet: iam vbi vera sit Christi Ecclesia, & vbi verus sit Christus, prorsus ignoraremus. Quod cũ falsum sit, atq; adeò summè absurdũ, dicẽdum est, verum huius loci intellectum non esse, quicquã de Concilijs celebrãdis tractare, sed tantùm de protestate ligandi & soluẽdi contumacem infidelem in foro externo, siue de consensu in oratione ad dona Dei efficaciter obtinẽda sermonem esse. Nam ad hæc dignè præstanda satis esse docet Dominus duorum consensum, vel trium: quisque enim pro gradu suo, & loco, quem in Ecclesia sustiner, ad ea officia præstanda, quæ suo muneri, & vocationi conueniunt, à Deo non deseritur, sed instruitur à Christo, vt illi assistit, vt efficaces reddat eius orationes, & functiones in verbo Dei prædicando, vel Sacramentorum administratione, vel deinque in ligando & soluendo. Non est autem vnius vel alterius, vel paucorum pastorum propria autoritate, & inconsulta fede Apostolica, controuersias de Fide ortas, & quæ ad totam Ecclesiam spectant, propria autoritate definire, quia iam locum haberet, quod dici solet; *Nec sutor vltra crepidam*, Et non esse mittendam falcem in messem alienam: quia de his quicquã decernere, siue statuere, nõ est cuiusuis priuati, aut paucorum Episcoporum, sed tantùm summi Pastoris, & Christi vicarij, vel Synodi generalis eius autoritate coactæ. Quare stultum est asserere, hoc loco Cõciliorum celebrationem à Christo stabiliri: quanquàm nec hoc negandum est per consequentiã quandam suauiter hunc locum ad Cõciliorum celebrationem, & Christi in eo præsidendi officium, & confirmationem eorum, quæ ibi geruntur, à quibusdam Patribus expositi, quemadmodum Gregorius lib. 7. Regni, quemadmodum Gregorius lib. 7. Regist. epist. 110. & libr. 12. epist. 31. interpretatur, vel etiam Innocentius dist. 20. cap. *De quibus*, & v 1. Synodus act. 17. & Synodus Chalcedonẽsis in epistola ad Leonem. Nam sicut nomine Principis Concilium aggregatur, cùm eius autoritate indicitur: ita Synodus Ecclesiastica in Christi nomine cogitur, cùm, indicẽte Christo, vel eius Vicario, cogitur: vnde Cõcilia præter Romani autoritatem Pontificis coacta, non oportet vt Christum in medio habeant.

Multis rationibus ostenditur, his verbis cõtra Cõciliorum celebrationem Lutheranos abuti.

In Christi nomine qui nõ congregentur.

Num. 16.

Si hæreticorum de Conciliis cõgregãdis ea sententia cõstaret, quid magni incõmodi consequeretur.

Instruimur itaque ex præsenti Euangelio, vt à superiori, siue prædicatore, siue à quocunque in nomine Dei loquente, vel si res ferat, ab ipsa etiam asina Balaam corrigi nos permittamus. Deus enim quos diligit, corripit: & Spiritus sanctus arguit mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio: Filius verò Dei, tum vita, & doctrina, tum Cruce & morte flagellum quoddam est Dei blandè, & cũ misericordia nostra peccata corripiens. Angeli porrò huic vacant vni rei, vt assiduè de nostris nos peccatis admoneant, quorum illa vox est contra eos qui correptionem non suscipiunt: *Curauimus Babylonem, & non est sanata.* Sancti præterea dum hîc agunt, infectandis aliorum vitiis, & peccatis benè corrigendis sedulò vacant, de quibus Apostolus ait: *Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.* Quinetiam si elementa consideres, cognosces mutuam quandam sibi inuicem operã præstare. Ignis enim purgat aërem, hic aquam, illa terram; vt vel ex naturæ libro addiscamus, quale nobis ipsis studium fratres corripiendi adhibere debeamus.

Debet autem, ad correptionem salutariter faciendam, cura affici, zeloque tangi salutis eius qui perierat fratris, corripiens. Cauendum etiam periculũ omissionis præcepti correptionis, ob cuius negligentiam Heli non corripiens, aut non nisi blandè, grauiter punitꝰ est: sicut & Dauid, eò quòd non corripuerit Adoniam; vt habes 3. Regum 1. Denique qui correptionem adhibitam negligit, diabolo, qui corrigi non potest, est persimilis; estq; sicut ethnicus, qui nihil credit, aut vt publicanus, qui etsi credit, inueteratam tamen in peccatis agit vitam; corniculæ persimilis, quæ à sacraturi ob cymbalorũ tinnientium sonitum nõ auolat. Et cùm priuati quiq; facilè se admoneri & cum fructu sinant, maiores tamen & superiores difficiliùs corriguntur, non secùs atque capita animalis ægriùs quàm reliquæ corporis partes excoriantur. Singulares in corrigendo extitere Moyses populum idololatrã capite plectendo, Phinees, Helias, Ioannes Baptista, & Christus Dominus, qui de templo, flagello facto ex funiculis, bis eiecit vendentes & ementes: neque charitas Christiana in aliquo esse potest, nisi fratri peccanti medicamentũ correptionis adhibeat. Tantaq; est mutuò nos corrigendi necessitas, vt quidã sanctus Pater dicere solitus esset, mundum nulla alia de caussa magis perire, quàm ob omissionẽ correptionis fraternæ, & ob violatum vitandæ fornicationis præceptum. Et Augustinus lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 9. ob omissionem fraternæ huius correptionis testatur, in hoc mundo bonos cum malis grauissimis calamitatibus affligi.

Quia verò præceptum hoc est affirmatiuum, eo tantùm tempore, & loco, & personæ est adhibenda, cùm emendatio correpti verisimiliter speratur: cùm verò metuitur eius deprauatio, vel obstinatio, non cogimur ad correctionem, iuxta illud; *Noli arguere derisorem, ne oderit te.* Nam vt quidam dixit: *Frustra niti, & nihil aliud laborando quã odium quærere, extremæ dementiæ est.*

Debet autẽ medicamentum correptionis quarundam virtutum admixtione condiri, vt fructuosum existat. Verùm istæ oẽs ad tria capita reduci possunt. Primum quidem, est charitas, & commiseratio fraternę miseriæ: nemo enim absq; charitate rectè potest quispiam alterum corrigere: *Corripiet me iustus*, Dauid inquit, *in misericordia, et increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Etsi igitur ignis zelꝰ ardere debeat contra peccata; debet tamen eiusmodi ignis oleo misericordiæ ad animã fratris lucrifaciendã sustineri, debemusq; agnoscere humanã omnium mortaliũ fragilitatem, qui caro sunt, & vt Prophęta ait; *Omnis homo mendax.* Hinc Deus, vt habeat, vnde nobis parcat, ad imbecillitatem nostrã solet conuertere oculos: *Ipse*, inquit, *cognouit figmentum nostrum: Recordatus est quoniam pulus sumus.* Deinde adiuncta debet esse correctio cum timore, ne eiusmodi vitiũ, quod volumus in alio carpere, ipsi nos habeamus: etsi nõ habemus, aut habuimus aliquando, at habere poterimus in posterũ. Vnde Paulus hortatur nos ad correptionẽ fraternam, addendo: *Considerans te ipsum, ne & tu tenteris*; & in alio loco; *Si quis se existimat stare, videat ne cadat.* Cum metu ergo & timore salutem nostram procurare debemus. Tertiò, adesse debet prudentia, quę cũ cæteris omnium virtutũ clauum teneat, correptionis tũ fraternę debet esse sal, condimentum, & auriga. Atq; illa quidem latè patet: nã & temporis habẽda est ratio, alioqui nec turbatus ipse rectè alium corriges, nec alter, dũ peccato perturbatus est, rectè à quoquã corrigitur. Hinc Deus ad primos parentes de præuaricatione corripiendos nõ statim vt deliquerunt, sed ad aurã post meridiem accessit: vt Abigail virum suum Nabal non cùm ebrietate, & vino maderet, sed postquã ad se rediens respuisset, corripuit. Debet etiam duci ratio delictorũ, ne leuia & minuta peccata magna verborum acrimonia, grauia verò, & mortifera blando sermone infectemur. Ad hæc, prudentia alia ratione docet peccata puerorum, adolescentium, iuuenumq; corrigere, alia seniorum, ac superiorum nostrorũ: nam in hac, magna opus est modestia, & lenitate verborum: *Seniorem*, inquit Apostolus, *ne increpaueris, sed obsecra vt patrem.*

In vitiorum etiam multitudine temperamentum prudentię seruandum est, ne videlicet simul plurium correctores vitiorum existamus: quemadmodum Dominus cum filius Zebedæi fecit. Cum enim ambitiosè primas sedes in regno affectarent, à

Triplex fructuosæ correptionis conditio requisita.

Prima conditio.

Psal. 140.

Psalm. 77. & alibi.

Psalm. 115. & Rom. 3

Dei in homines indulgẽtia.

Psalm. 102.

Secunda conditio prudentiæ.

Tertia conditio.

1. Tim. 5.

Matth. 20.

Exemplum in Christo.

Dominoque interrogati, num calicem suum bibere possent, confidenter respondérunt plus quàm par erat suis viribus tribuentes: *Possumus*, dicentes, Dominus blandissimus corrector ambitionem eorũ redarguit atq; represit; at à confidentia in propriis viribus reprehendenda prudenter abstinuit, ne de tot vitiis simul correpti desponderent animos ac retrocederent. Deniq; prudentiæ est, actionem, ac verba moderari, & cautelam illam, quam Dominus seruat in Apocalypsi cap. 2. & 3. vbi nõnullos pastores correpturus, à commendatione & laudibus eorum auspicatur. Ait enim: *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, &c. Sed habeo aduersum te pauca: quòd charitatem tuam primam reliquisti,* & quæ sequũtur. Debent ergo blanda, dulcia, & mollia adhiberi verba in fraterna correctione.

Quarta & postrema conditio.

Benigna ac suauis fraternæ correptionis formula.

Philip. 2.

Et quanquam Spiritus sancti, & charitatis munus sit, verba ipsa, quibus oporteat vti, dictare: posset tamen, quis nec inutiliter, neque imprudenter, hac formula vti. Charissime frater, cùm Christus pro te manibus capitalissimi hostis eripiendo, mortem crucis sustinuerit, cur vis iterum sponte tua tradere te in manus inimici? Perpende, illum Sacerdotibus facultatem remittendi peccata reliquisse, vt tu posses, quoties egeres, peccatorum tuorum remissionem obtinere: cur igitur cunctaris ad eos accedere? Cur moras nectis beneficio æternæ salutis tuę? Nam qui promisit remissionem, crastinum tamen vt de eo pœniteres, non est pollicitus. Surge ergo qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Cumq; non constes marmore, ære, aut ferro, sed carne & sanguine, agnoscit Dominus fragilitatem tuam, & imbecillitatẽ: etli humanum est peccare; in peccato tamẽ persistere, diabolicum est. Attolle igitur, frater charissime, oculos mentis, & suscipe Christum in Cruce apertis brachiis ad te complexandum, recipiendumq; paratum; caput eius inclinatum, ad te deosculãdum; latus apertum, ad amorem tuum excitandum, & inflammandum; explicatas habentem manus, ad elargiendas tibi, & communicandas opes meritorum suorum; habet pedes confixos ad te expectandum; totus est nudus, vt redeunti tibi à regione lõginqua peccati, donet stolam primam, qua induaris; habet caput sentibus coronatum, vt tibi coronam æternę vitę, atque immortalitatis promereatur. Surge ergo, & reuertere ad domum, nec pro vili lenticulæ, id est, turpis voluptatis, edulio cum stulto Esau amittas primogenituram tuam; neque pro siliquis porcorum, quibus peccatores ægrè, & cum labore vesci possunt, dimittas panes, quibus vel mercenarij abundant in domo patris tui. Quid ergo prestolaris, aut quid hæres in pascendis porcis? Hæc est correctio fraterna, Christiana, blãda, amabilis, & fructuosa, atque adeò in sibilo auræ tenuis, vel quæcunque alia fiat persimilis huic: quã consequi solet emendatio fratris, & abstinentia à vitio, & gloria, atque decus Iesu Christi Domini nostri, tam sanctæ legis institutoris, cui cum Patre, & Spiritu sancto reddatur omnis laus, honor, & imperium in secula seculorum, Amen.

Matth. 18. Ioan. 20.

Ephes. 5.

Luc. 15.

Gen. 25. & Abdiæ 1. & Hebr. 12. Luc. 15.

TRACTATVS XI.

In quo verbis Christi de correptione fraterna, alius sensus tribuitur, à priore diuersus, & probabilis.

ETsi Domini prædicta verba illum sensum habere communi sententia cõprobentur, maximè verò beati Thomæ assensione confirmentur; non desunt tamen viri docti, qui Euangelicum correptionis fraternæ contextum, siue præceptum, alia ratione interpretandum esse cõptum, alia ratione interpretandum esse cõtendant. Dicam igitur, quid sit id, quod isti in priori intelligentia reprehendant. Deinde, quem esse verum, & genuinum Domini sensum arbitrentur. Primò reprehendunt duo: alterum quidem, expositionem illam, Si peccauerit in te frater tuus, id est, te conscio, & scientę; & asserunt de propria in nos iniuria admissa, & non de alio quocunque peccato intelligendum: quod & ex litera ipsa, & veteribus Patribus, & sirmis quibusdam rationibus euincere nituntur. Cùm enim literalis & proprius sensus ex ipso literæ contextu, & non ex nostro cerebro erui debeat, vt docet Clemens epistola 5. & non sit trahenda litera ad nostrum sensum, sed potiùs noster sensus ad Scripturam sit inflectendus, vt egregiè tradidit Leo epistola ad Flauianum, reprehendens Eutychetem, & similes, qui cùm ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad Propheticas voces, non ad Apostolicas literas, nec ad Euangelicas autoritates, sed ad semetipsos recurrunt; & ideò magistri erroris existunt. Propterea illud: *Si peccauerit in te frater tuus*, hunc sensum verum, & proprium habet: id est, Si te læserit, aut offenderit, si contumelia affecerit: siquidem in Scripturis, & communi loquendi ratione, peccare in aliquem, est, contra illum facere. Hinc putant Ioseph, nolens nefario adulterij opere consen-

Gen 39.

Exod. 10.

Vtilis canon ad intelligendas Scripturas, ab Augustino traditus.

Aug. lib. 3. de doctrina Christ. c. 3 tom. 3. perpetuit.

Quibus argumentis a textu huius sententia confirmetur

Quid sensum Christi verba proponat.

Theophylact. in Matthæum.

Lyranus. Epiſc. Abulen.

Secundum argum.

consentire, dicebat: *Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum?* Et Pharao: *Peccaui in Dominum Deum vestrum, & in vos.* & 1. Reg. 2. distinguẽdo de his peccatis, dicitur: *Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Vides igitur, diuersam esse, & distinctam rationem peccati in Deum, & peccati in hominem. Solent deinde locorum circunstantiæ, id est, antecedentia, & consequentia, illuminare ipsas Scripturas, quemadmodum docet Augustinus: *Vbi sunt ambiguæ* (inquit) *partes, vel sensus, textus ipse sermonis à præcedentibus partibus, & subsequentibus, quæ ambiguitatem illam in medio posuerunt, restat consulendus.* Hæc ille. Quòd ergo prædictus sensus ex istis deducatur, probant in primis subiuncta: quia accedens Petrus ad Christum, dixit? *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* id est, Quoties me iniuria lædet & offendet, & ego debeam ei veniam dare? Nec est sensus vt quidam volunt, Quoties me lædet, saltẽ in notitia, & cognitione scandali ab eo dati; quia hic sensus non potest interrogationi Petri congruere: non enim est in potestate nostra, omnia, quæ in Deum, vel in proximos nostros committuntur, peccata remittere, etiamsi coram nobis committantur, & nobis conscii fiant. Vnde apta est Theophylacti expositio, dicentis: *Addidit. In me si peccauerit. In Deum enim si peccauerit, non ego, qui idiotes, ac priuatus sum, possum ei remittere, nisi fortè Dei ordinem habens Sacerdos. Si autem in me peccet, ac deinde remisero ei, erit solutus, etiamsi priuatus ego sum, & non Sacerdos.* Sic ille. Quare Lyranus, & Episcopus Abulensis in cap. Matth. 18. quæst. 84. parte 3. testantur, hunc locum, nisi de propria iniuria nobis illata intelligi non posse. Nec prior ergo verborum Christi textus, propter quem Petrus talem formauit quæstionem, aliter est intelligendus.

Confirmatur deinde ex subiuncta parabola Domini ad Petrum de Rege volente rationem ponere cũ seruis suis, vbi seruus nolens parcere conseruo debitum centum denariorum, iubetur in carcerem mitti, & pœnas dare, & concludit totam illam disputationem: *Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris,* quæ certè de remissione iniuriarum nobis illatarum apertè loquuntur. Secundò idem docent & præcedentia, in quibus Dominus agebat de scandalo: *Væ mundo,* inquit, *à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala; verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit;* &, *Videte ne cõtemnatis vnum ex pusillis:* & subiuncta parabola de centum ouibus, & vna errante, reducta à pastore, subiungit: *Si autem peccauerit in te frater tuus.* Ex quo verborum contextu liquidum redditur, sermonem esse de peccantibus, & scandalizantibus fratres, pusillos, & infirmos: ergo & sequentia de tali peccante in proximũ corrigendo veniunt intelligenda. In sacris præterea libris enarrandis ille est certus canon, & regula; vt ea quæ obscuriora sunt, & ambigua, per clariora, & manifestiora interpretari debeamus. Hic ergo obscurus locus explicandus est per verba Luc. cap. 17. quæ cum his mirificè conueniunt, quæ ita habent: *Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me; dimitte illi.* Hæc autem eadem omninò sunt cum illis Matthæi, vt ipsa verba testantur, & Patres exponunt, & vtraq; glossa, tam Ordinaria, quàm Interlinearis, ita absoluũt hæc verba, quasi vnus & idem sit vtriusq; Euangelistæ contextus. Quarto loco, idem ex aliis Scripturæ locis deduci videtur, in quibus præceptum est, vt fratribus in nos delinquentibus correctionis remedium adhibeamus. Dicitur enim Leuit. 19. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eũ.* Id est, si te læserit, noli odium contra illum admittere, sed oste de illi iustã causam, quã habes contra eũ. Melius enim est, teste Basilio (qui hoc præceptum cum illo Matth. 18. componit) vt prodas illi indignationis causam, & excludas à te odium, quã quòd reserues, vt ille cesset ab iniuria, & satisfaciat coram iudice, si publica res est, vt odium cesset, facta satisfactione, & euacuetur illa. Postremò hunc sensum constabiliunt sanctorum veterum Patrum autoritatibus, tam Græcæ Ecclesiæ, quàm Latinæ. Quos inter Chrysostomus homil. in Matthęum sic habet: *Quoniam acri oratione aduersus scandalizantes vsus, multis eos argumentis terruit, ne supini atque desides hac ratione bi fiant, quibus scãdala inferuntur, & ne putantes totam in alios culpam esse reiectam, ad mollitiei vitium delabantur, & quasi cultu Dei digni, in arrogantiam incidant; perspice quomodo ipsos etiam comprimit atque coërcet, & inter duos solummodò redargutionem fieri iubet, ne scilicet testimonio multitudinis grauiore accusatione visa, dedignatus ille durior emse ad corrigendum præbeat: ideò dico, Inter te et ipsum solum: & si quidem te audierit, lucratus es fratrem tuum. Quid est, Si te audierit? Si persuasus videlicet abs te, peccati se cõdemnabit, lucratus es fratrem tuum: non dixit: Satisfactum tibi est; cùm hoc modò animaduersum esse in ipsum videatur; sed lucratus es fratrẽ tuũ,* vt de-

Tertium argumentũ alterum continens canonẽ intelligentię Scripturarũ.

Quartum argumentũ ab alienis Scripturarũ locis, & exemplis.

Basil. in Reg. breuiter. inter rog. 47. tom. 2 sub initium.

Quintum argumentũ & vltimum ab autoritate Patrum in primis Græcorum.

Chrysost. hom. 61. in Matth. init. tom. 2.

Matth. 5. & seq.

vt designaret communiter vtrique inimicitias esse detrimentum. Et infrà statim: *Id ipsum etiam, cùm in monte sederet, ad monebat: tùm ipsum qui commisit, ad eum, cui fuit iniuriatus, mittens: Si enim munus tuum ad altare attuleris, ait, ac ibi recordatus fueris quia frater tuus aduersus te aliquid habet; vade primò, & reconciliare fratri tuo: tùm ipsum qui passus iniuriam est, remittere proximo peccata iubens, Dimitte inquit, & dimittetur tibi, debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nunc verò alium quendam modum induxit, nec eum qui fecit, sed eum qui passus iniuriam est, primò reducit. Nam quoniam non facilis, qui fuit iniuriatus, ad satisfaciendum est, rubore, ac dedecore quodam impeditus, eum qui passus est, ad illum non temerè, sed emendationis caussa mittit: non enim dicit, Accusa, increpa, pœnas petito; sed argue, inquit.* Hæc ille, vbi à principio ad finem loquitur de propria iniuria: & textum Matthæi per illum Lucæ explicat. Et cùm ait: *Cur autem eum, qui passus est, & non alios arguere, & expostulare præcepit? Quoniam, inquit, patientius hunc, in quem iniurias iactatus est, cui dolorem intulit, quem oppressit, laturus est.* Quibus verbis apertè docet, non esse arguendum offendentem, nisi ab eo, qui iniuriam passus est. Et homil. 70. ad populum Antiochen. *Sed si contra me peccantem, postquam me non audierit, ita præcipit auersari: in se ipsum & in Deum peccantem, qualiter habere debeo, vos iudicate.* Et hom. 5. de verbis Esaiæ docet, quòd illis verbis Matth. 18. Dominus adhortatus est homines, vt facerēt quoties inuicem peccarent, quod fecit Deus hominem peccantem.

Matth. 6.

Quare Christus eum qui passus iniuriam est, & non alios arguere, & expostulare præcepit? secundum Chrysostomum.

Idem tom. 5.

Idem tom. 1. propè finem.

Accedit Basilius, qui præter locum allatum in Regulis Breuioribus, quæst. 232. hæc verba interpretatur. At in regula Monachorum cap. 9. docet, ingredientes Religionem debere sua bona distribuere, nec illa negligere, sed curare vt dentur pauperibus. Quòd si cognati repugnant, nō conuenit litigare cum illis. Admonendi tamen sunt, qui tales sunt, seduloque testificandum, sacrilegij scelere se ipsos obstringere, idque vt pareamus præcepto Domini, qui dixit: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum, &c.* Est & Theophylactus, qui in cap. 18. Matthæi scribit: *Sermonem contra offendiculum dantes valde extenderat, nunc & eos qui offenduntur, corrigit. Vt enim tu, qui offenderis, non omninò cadas, quia offendentem vehabiturum dixit; volo & te qui offenderis, arguere eos, qui te iniuria afficiunt, & necent, si fuerint Christiani. Etenim siquidem non baptizatus iniuria afficiat, tūc ab eo te subducas; si autem frater, argue illum.*

Basil. in Regulis fusiùs disputatis, cod. tom.

Matth. 19.

Theophylact.

Iam verò ex Latinis primus prodeat

Latini Patres

Hilarius in Matthæum Canone 18. *Iubet peccantem fratrem ab eo solo, in quem peccauerit, corripi atque obiurgari. Ipse enim sacrificantem dijs alienis populum Iudaicum, maiestatis suæ aduentu, & toto præsentiæ potestatis terrore corripuit: tùm cùm idem populus Dei propinquantis aduentum, extra montem licèt positus ferre non potuit inobedientiam.* Ambrosius quoq; super Luc. 17. vtriusque Euangelistæ verba permiscens, docet, de propria iniuria vtrumque esse locutum; *Quàm benè*, inquit, *post diuitem, qui cruciatur in pœnis, subiecit præceptum veniæ largiendæ: his vtiq;, qui se ab errore conuertunt; ne quem desperatio non reuocet à culpa. Quàm verò moderatus est, vt neque difficilis venia, nec remissa sit indulgentia.* Et paullò pòst: *Pulchrè autem posuit: Si peccauerit in te: non enim æqua conditio, in Deum, hominémque peccare. Denique Apostolus, qui diuini est verus interpres oraculi: Hæreticum, inquit, post vnam correptionem deuita, quia non est æquè perfidia, vt culpa venialis. Et quoniam plerumque per imperitiam error obrepit, corripiendum præcipit; vt aut pertinacia vitetur, aut prolapsio corrigatur.* Hactenus ille.

Hilarius.

Exod. 32. & seq.

Ambr. tom. 5. cap. 4. inc.

Luc. 16. Exemplo diuitis epulonis, vt magnus docuit Ambros. cui præceptu fraternæ correptionis Christus subiecit. Ta. 3.

Etsi verò in nostra litera habeamus *posi vnam, & secundam correptionem*; tamen non solus Ambrosius, sed & Cyprianus, Tertullianus, Irenæus, & Hieronymus legunt, *post vnam tantùm*: qui docet sic habere textum Græcum. Ad hæc Hieronymus in Matthæum: *Si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet caussa nos læserit, dimittendi habemus potestatem, imò necessitatem: quæ præcipitur, vt debitoribus debita dimittamus. Si autem in Deum qui peccauerit, non est nostri arbitrij. Dicit enim Scriptura diuina: Si peccauerit homo in hominem, rogabit pro eo Sacerdos; si autem in Deum peccauerit, quis rogabit pro eo?* Hæc ille. In cuius, & Ambrosij verbis, vides distingui inter peccata in solum Deum commissa, & illa, quibus nos lædimur, & quòd nostri arbitrij non sit illa remittere, q̄ in Deum admittuntur, sicut q̄ in nos peccantur. Præterea Augustinus serm. 16. de verb. Dom. qui tot⁹ est in hoc Domini textu interpretādo: *Quare*, inquit, *illum corripis? Quia tu doles quòd peccauerit in te. Absit. Si amoretui id facis, nihil facis. Si amore illius facis, optimè facis.* Et paullò infrà: *Quid est ergo, quod plerique hominum ista peccata cōtemnunt, & dicunt: Quid magnum feci? In hominem peccaui. Noli contemnere.* Et infrà: *Nemo ergo dicat, quia non peccaui in Deum, sed peccaui in fratrem, in hominem peccaui, leue peccatum est, aut nullum peccatum. Fortè inde dicis, leue est, quia citò curatur. Peccasti in fratrem; fac satis, & sanatus es. Citò fecisti mortiferam rem, sed remedium citò inuenisti. Quis nostrūm speret regnū cælorum,*

Ambr. in ca. 3. epist. ad Tit. tom. 5.

Cypria. lib. ad Quirinū, c. 7.

Tertul. lib. ad uers. hæres. præscript. init. tom. 2.

Iren. lib. 2. aduers. hæres. c. 33 sub finem.

Hieron. tom. 9 in c. Matth. 18. lib. 3. Matth. 6. 1. Reg. 2.

Aug. tom. 9 sub init.

Peccare in hominē, nō esse leuissimum peccatum, probat Augustinus.

fratres

Matth. 5.

Ibidem.

fratres mei, quando dicit Euangelium, Qui dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis? Magnus terror, sed vide ibi remedium: Si obtuleris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare. Et subdit: Hoc ergo debet facere qui fecit iniuriam. Qui autem passus est, quid debet? Quod audiuimus hodie, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum. Subiungit deinde Augustinus, vt peccata secreta secretè, publica publicè corripiantur, dicendo: *Peccauit ergo in te frater tuus, si tu solus nosti, tunc verè in te solum peccauit. Nam si multis audientibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos testes suæ iniquitatis effecit. Dico enim, fratres charissimi, quòd & vos ipsi in vobis ipsis potestis agnoscere. Quando me audiente, fratri meo quisq; iniuriam facit, absit vt à me iniuriam illam, vt alienā putem.* Sic ille, docens ibidem, testes tunc esse adhibendos, quando peccans ignorat, aut non aduertit esse peccatum quod facit, aut fortè leuius esse existimat, cùm sit graue, eo videlicet animo, aut conuincatur peccasse, aut grauiter peccasse, non vt tantùm conuincatur de ipso actu: tunc enim producēs testes, magis delator diceretur criminis, quàm corrector. Gregorius item scribens contra Ioannem Constantinopolitanum, in sedis Apostolicę dedecus, siue iniuriam, vniuersalis, siue œcumenici nomen sibi vsurpantem: *Et nos quidem*, inquit, *in quos talis tantaq; per ausum nefarium culpa committitur, seruamus quod veritas præcepit, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Ego itaque per responsales meos semel & bis verbis humilibus hoc quod in tota Ecclesia peccatur, corripere studui, nunc per me scribo. Quicquid facere humiliter debui, non omisi. Sed quia in mea correptione despicior; restat vt Ecclesiam debeam adhibere.* Sic ille, de propria iniuria verba faciens, quam ex consequenti testatur esse in ipsam Ecclesiam. Idem probatur ex duobus locis Innocentij III. alterum est cap. *Nouit.* extr. de iudiciis, vbi Regem Franciæ ait peccasse in Regem Angliæ, violando pactum initum super Comitatu Pictauiæ. Cumque eum frequenter violati pacti admonuisset, & nihil profeciſſet, seruato præcepto Euangelico, *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* &, *Si illos non audierit, dic Ecclesiæ*, tandem rem ad sedem detulit Apostolicam. Alter locus est cap. *Cùm ex iniuncto*, de Hæreticis: *Nec quisquam*, inquit, *sua præsumptionis audaciam illo defendat exemplo, quòd asina legitur reprehendisse Prophetam; vel quòd Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Cùm aliud sit fratrem in se peccātem occultè corripere, quod*

Nota Augustini doctrinam, quid sit peccare in te.

Gregor. lib. 4. regist. epist. 38 in fine tom. 2.

Innoc. III.

Num. 12. & 2. Petr. 2. Iaco. 5.

quisque tenetur efficere secundùm regulam Euangelicam: in quo casu sanè potest intelligi, quòd Balaam fuit correptus ab asina) & aliud est fratrem suum delinquentem reprehendere manifestè: quod vtique nulli licet, secundùm Euangelicam veritatem. Nam qui etiam dicit fratri, Fatue, reus erit gehennæ ignis. Ad hæc B. Thomas 2. 2. quæst. 33. & ibidem Caietanus communem doctrinam secuti sunt. Scribentes autem vterque in Matthæum, aliter cum sanctis allegatis docent, tradentes, eiusmodi textum intelligendum de propria iniuria, quemadmodum etiam Armacanus lib. de quæst. Armenorum, & Episcopus Abulensis in cap. Matth. 18.

Matth. 5.

B. Thom. tom. 11. part. 2. Idem tom. 14. Caietan. Armacan. lib. 7. de quæstio. Armen. ca. 9. Abulen. in Matthæ. 18. q. 84.

Et vt omissis Patrum testimoniis, ratione ipsa agamus, quando sunt duo sensus eiusdem loci, ille venit præferendus, qui literę est magis consonus, & plura euadit absurda: talis profectò est iste sensus de propriæ iniuriæ peccato; alius verò, quem sequuntur Scholastici Doctores, nec literæ est conformis, nec ab innumeris, & illis quidem intricatis, difficultatibus facilè se expedire potest. Quare illa expositio, *Si peccauerit in te*, id est, te sciente, vel coram te, optimo Scripturæ interprete, indigna videtur, & à Patribus aliena, eamque vt falsam infectatur Episcopus Abulensis prę dicto loco, asseritque fuisse introductam ob id, ne putaretur, solùm fraternam correctionem ab eo qui passus est iniuriam, faciendam. Certè apud Latinos autores prępositio, *in*, idem valet quod, *aduersus*, vel, *contra*; non autem, *coram*, vel, *in conspectu*. Et mirum est Hugonem Cardinalem eo loco annotasse: *Si verbum, Inte, est Ablatiui casus, idem significat quod, te sciente: si est in Accusatiuo, significat, contra te.* Sed certè Græcè dicitur, εἰς σὲ: neque Græci habent Ablatiuum, cuius loco vel Genitiuo, vel Datiuo vtuntur. Deinde altera expositio, *Inte*, id est, contra te, eluditur ab istis dicentibus: Ille contra nos peccat, qui nobis videntibus, aut scientibus peccat. Peccatum enim lędit quodammodò quem scandalizat, & ad peccatum prouocat, & quod vix peccatum proximi, quod etiam contra nos non est, ita à nobis habendum est, ac si esset in nos directè admissum. Et ita exponit B. Thomas: *Si peccauit*, inquit, *in te, quia te læsit, vel in sola notitia*: quem sequitur Hadrianus: *Qui peccat*, inquit, *in Deum, in omnem fidelem peccat.* Et ad glossam illam: *Si peccauerit in te, id est, si iniuria vel contumelia affecerit*, respondent, quod omne peccatum, quod coram me fit, mihi quoque iniuriam irrogat, quia irreuerentiam facit. Pondera obsecro in propugnando falso sensu

Ratione cadē veritas eluceat, qđ de propria videlicet iniuria accepta corripienda sit sermo.

Hic sensus aduersariorū Si peccauerit in te (id est, coram te) frater tuus, quò tendat.

Hugo Cardin.

Illud quoq; Si peccauerit in te, id est, contra te, frater tuus, quā ineptum.

B. Thom. 2. 2. q. 33. art. 3. tomo 11. part. 2. Hadr. Iurisc.

diuer-

diuersitatem ingeniorum, cùm planus literæ sensus talem expositionem non compatiatur: siquidem peccatum in Deum, & in proximum, longè inter se distant: & qui dixerit peccatum in Deum, meram esse propriam iniuriam videntis, vel scientis, impropriè loquitur: nam si qua hominis iniuria est tale peccatum, communis dicenda est, & omnium, non vnius propria. Et ita qui peccaret in Deum, in omnes propriè diceretur peccare, & non in solùm scientē, vel videntem. Neq; hic sensus probatur aliis Scripturæ locis planioribus, quia nullibi dicitur, quòd peccans in Deum, eo ipso & in hominē directè peccet. Præterea peccatum in proximum, illud est propriè, quod ad illum lædendum directè sit, licèt indirectè Deum ipsum, aliosque offendat; vt conuitium, falsum testimonium, furtum: Peccatum verò in Deum est, quo immediatè, ac directè diuinam offendimus Maiestatem, vt blasphemia, periurium, hęresis: & aliud est lædere, aliud læsionis occasionem dedisse; qui me sciente peccat, occasionem mihi præbet læsionis, sed non ob id lædere dicitur. Dominus verò non dixit: Qui peccati occasionem tibi dedit, vel læsionis, vel damni, sed in quacunque caussa nos læserit, vt docet Hieronymus.

Peccatum in Deum, & peccatū in proximum, maximè differunt.

Peccatum in proximum quod sit: qđ verò in Deū.

Hier. in Matt.

Secundò, tales reprehendunt, quòd præceptum correptionis fraternæ de quouis peccato, quo nouimus fratrem peccasse, ex his verbis Domini confirment. Nam certè etsi fratrem peccantem corrigere, præceptum sit iuris naturalis, & diuini, nixum in illo verbo: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*: &, *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis*: id est, Quæcunque secundùm rectam rationem velle debemus, vt rectè interpretatur Augustinus. Modus tamen corrigendi de quouis peccato, non videtur verbis Matthæi 18. determinatus, vel præceptus: quod multis rationibus, ac testimonijs, atque adeò ipsius Ecclesiæ vsu & consuetudine confirmari potest.

Altera prioris intelligētiæ correctio circa illud: Si peccauerit in te frater tuus &c. *Matth. 7.*

B. Aug. serm. 16. de verbis Dom. tom. 10. Præceptum correptionis fraternæ, de quouis peccato non posse intelligi multis euincitur. Primum arg.

Primò quidem, quia vt in Scripturis robur non habet argumentum, nisi ex sensu literali deductum, in quo solo est veritas, & autoritas, vt tradunt Patres, maximè verò Hieronymus in verba illa Matth. 13. de farinæ satis tribus, & Augustinus libro de doctrina Christiana, & lib. contra Petilianum Donatistam: dogma tamen certum, vt nonnisi ex certo, & plano, & literali sensu astruendum est, sic etiam nec à sensu literali dubio, vel improprio potest efficax deduci argumentum, quo aliquid esse Dei præceptum ad salutem necessarium comprobetur. Sed hic ordo quemuis peccantem fratrem corripiendi, vt necessarium ad salutem, alibi Scriptura non determinat: nec ex hoc textu benè intellecto erui potest, cùm tantùm agat de iniuria propria: nihil igitur certi, ac definiti ex illo colligi potest.

Hiero. eadem tom. 9. Aug. lib. 3. de doctr. christ. cap. 10. to. 3 & alibi passim. Idem lib. contra Petilia. Donatist. ca. 5. to. 7. ante med.

I. argum.

Deinde non videtur statuendum, præceptum aliquod Diuinum, & Euangelicum, nisi quod expressum est in ipso Euangelio à Christo, vel quod ex aliquo expresso, euidenti tamen consequētia deducatur, aut saltem reuelatum, vt fide Catholica accipiendum sit, vel nisi tale esset imperatū à Christo Apostolis, & per eos nobis certa & continua traditione peruenerit; at talem esse eiusmodi corrigendi fratrem peccantem rationem, nemo demonstrare poterit.

II Largum

Tertiò, cùm Christus pro sua sapientia, præter moralia præcepta, quæ sunt iuris Naturæ, omnes veteris legis cæremonias, & iudicia abrogauerit, ita vt vix vnum, aut alterum nouum præceptum in lege Euangelica condiderit (exceptis tamen mandatis de Fide, Spe, & Charitate, atque adeò de Sacramentis, vt communi consensu tradūt Scholastici.) Estque hæc B. Augustini doctrina, qui in expositione tituli Psalmi 73. sub initium, sic habet: *Discussa ergo præcepta, aut omnia eadem inueniuntur, aut vix aliqua in Euangelio, quæ non dicta sunt à Prophetis. Præcepta eadem, Sacramenta non eadem, promissa non eadem. Videamus quare præcepta eadem: quia secundùm hæc Deo seruire debemus. Sacramenta non eadem, quia alia sunt Sacramenta dantia salutem, alia promittentia Saluatorem.* Hactenus ille. Sunt ergo, teste Augustino, nobis, & antiquis eadem præcepta moralia, quia de lege naturæ sunt.

Lib. 3 sentent. distinct. 37.

Aug. tom. 8.

In Veteri lege præcepta quidē eadem atq; in nouo inueniri Sacramenta tamen, & promissa non eadem.

Cæterum hic ordo corrigendi fratrem peccantem, à Domino præscriptus non est, vt præceptum: & probatur, quia nec est principium per se notum, neque conclusio ex tali principio immediatè deducta, quale esse debet omne naturæ legis præceptū. Nec est præceptum, quod ad aliquod ius Naturæ reduci queat: nam si ad aliquod, maximè ad illud: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Sed ad illud iste ordo corrigendi non reducitur, cùm ex illo nullo modo necessariò inferatur. Nam etsi inferatur actus correptionis, quia si debeo diligere, debeo & de peccato corripere: hoc autē cùm multipliciter fieri possit, prout ratio poposcerit: non debeo ad hunc determinatum corrigendi modum arctari.

Quòd ordo correptionis fraternæ præscriptus Domino, vim præcepti non habet. Secundum argum.

Exod. 18.

Quòd si dicas cum Thoma, Ricardo, atque Durando, ad quartum præceptum de vene-

Tertiam argum.

Thom. 2. 2. q. 33. artic. 2. ad 2. Richar. in 4. dist. 19. q. 4. art. 1. Durand. ibidem.

Quarta ratio.

venerandis parentibus reduci, in quo, vt asserunt, omnia, quæ ad beneficētiam proximo impendendam spectant, præcipiuntur: vt interim hoc illis demus, tantum sequitur, quòd fratrem lapsum tantum debeamus corripere meliori modo quo possumus, vt recta ratio præscripserit; vt autē gradatim procedamus, ordinem Euangelicum obseruantes, concludi nequit stando in lege naturæ.

Quartò, illud præceptum sic positum, à conditionibus & proprietatibus præceptorum Christi abhorret, & alienum est: quod exinde probatur: præcepta namque Christi leuia sunt & facilia, iuxta illud: *Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue*: & Dilectus, *Hæc est charitas, vt mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt.* Sunt etiam præcepta Domini clara, perspicua, & aperta, secundum illud: *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos*: & alibi: *Declaratio sermonum tuorum illuminat; & intellectum dat paruulis.* Postremò mādata Domini vtilia sunt, & valde salutaria, vt ipse docet: *Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia.* At hoc corrigendi fratrem præceptum graue profectò est, & difficile, obscurum etiam, & intricatum, adde etiam inutile prorsus, vel potiùs pernicioſum: quæ omnia distinctè sic demonstrantur. In primis igitur esse graue ac difficile, illud ostendit, quòd esse graue ac difficile, illud ostendit, quòd etiam in propria iniuria, vbi maior viget ratio, minorque est pudor, & in restibus producendis maior autoritas, vix vnquam ille ordo propter difficultatem seruari potest; quomodo ergo seruabitur in multis euentibus, qui in dies passim se offerunt? aut quotus quisque ex ipsis Theologis est, qui in dilectis corripiendis illo procedat ordine? aut vbi illum ordinem prætermiserit, se legis Christi prævaricatorem constituat, aut accuset? Videtur etiam præcepti eiusmodi difficultas omni ex parte. Vix enim inuenitur, qui audeat peccantem fratrem corripere, etiamsi sit maior, aut præstantior is qui corripit: quid ergo facient æquales, quid minores? Deinde vix inuenitur qui velit correptionem patienter admittere, & qui nō statim in odium corrigentis inardescat: rara etiam se se offert corripiendi opportunitas, & rarissimè à prudētissimis viris illud obseruari potest. Quòd si ita est difficile primam correptionem facere, quid de contestium vocatione, vel publica accusatione, siue denunciatione? Vnde Augustinus super sermone Domini in monte: *Rarò, & in magna necessitate obiurgationes adhibenda sunt: ita tamen, vt etiam in his ipsis non nobis, sed Domino vt seruiatur, instemus.* Sic ille. Cur ergo iugum minimè portabile ceruicibus pusillorum imponimus? Ad hæc, quicunque ad aliquid præstandum præcepto tenetur, simul & ad omnia, sine quibus illud impleri nequit, arctatur; vt qui ad ciuitatis custodiam obligatur, non potest non ad excubias, & ad alia omnia, sine quibus ciuitas tuta non est, non obligari. At mandatum illud corripiendi fratrem, sine Theologiæ scientia perfici non potest: tot enim difficultates occurrunt, tot conditiones, tot modificationes, & pericula se se ingerunt, vt, nisi singula, & omnia diligenter perspiciantur, vix vnius anni in Theologia studium, imò vix multi anni ad illa discernenda, & præcauenda sufficiant, vt ipsi Theologi fatentur: præsertim cùm vnus doceat, hoc modo, & alius alio correptionem adhibendam. Quis ergo dicat, omnes rusticos, & mulierculas ad has speculationes, quæ longum Theologiæ tempus requirunt, addiscendas cogi?

Quoniam sint Christi præcepta. *Matth. 11. 1. Ioann. 5.* Altera præceptorum Christi conditio. *Psalm. 18. Psalm. 118.* Tertia & vltima. *Esa. 48.*

Præceptum de corripiendo fratre in nos peccante grauc esse ac difficile.

II. argum.

Non sum nescius, quendam tentasse hoc argumentum soluere: sed quàm feliciter, alij iudicent: mihi satis est colligere, admodum difficile esse, & planè graue hoc præceptum. Adde secundò, illud valde esse obscurum: nam quod omnes obligare debet, par est vt ab omnibus facilè intelligatur. Vnde quidam sapiens Ethnicus dixit:

Quicquid præcipites, esto breuis: vt citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.

Cæterum, bone Deus, quantas inuoluit controuersias, & perplexitates hoc præceptum, si Doctores, qui de eo differunt, ac dissident, consulas? Primò enim controuertitur, an sit præceptum omnes obligās, vt multi docent; alij verò esse quidem præceptum, sed non omnes obligare tradunt, vt multi Iurisperiti asserunt, quibus fauere videtur capit. *Sed illud.* distinctione 45. & glossa capit. *Si quis peccauerit.* 2. quæstione prima, vbi durum esse dicitur, omnes ad hoc præceptum teneri: quia omnes transgressores eius constitueret, cùm vix aliquis illud seruet, exceptis Prælatis; & ita tantum obligaret magistratus, siue laicos, siue Ecclesiasticos. Addit præterea glossa, & Ioannes de Lignano aliam restrictionem: quod intelligitur de peccato iam cōmisso, non de committendo, quia hoc præcauere, ad omnes ex æquo spectat, illud verò ad correptionem Prælatorum. Idem tenet Abbas in capit. *Nouit*, De iudicijs, vbi refert, Ioann. Andream & Innocentium tenere, quòd Prælatis est hoc præceptum, alijs autem consultum. Et Angelus in verb.

Correpti, quemadmodum in correctores sui ipsi sint.

August. lib. 2. de serm. Domini in monte cap. 20. in fi. tom. 4. prope fin.

III. argum Obiurgationes quatenus adhibendæ.

Hadrian. q. 1. De correctione fraterna.

Correptionis fraternæ præceptum idem quoq; esse obscurum. *Horat. in Arte.*

Prima sententia, quam parit eiusmodi obscuritas.

Restrictio quorundam illius præcepti de correptione fraterna. *Glossa. Ioann. de Lignano.*

Abb. Panormit.

Angelus Iurisp.

Denuntiatio. §. primo. Ad istam, ait, *denuntiationem non credo teneri aliquem, nisi sit talis, ad quem ratione officij, & curæ hoc pertineat.* Et Armacanus libr. Quæstionum Armenorum, docet hoc præceptum traditum esse Petro, & in eo alijs Prælatis: *Et tunc*, inquit, *habetur doctrina pro peccatis, vt quilibet iudex Ecclesiasticus sciat quem modum punitionis exequi debeat erga quoscunque, qui omnes fratris nomine designantur: & hoc specialiter in peccato commisso in propriam personam.* Vnde infert, *summum Pontificem nō debere vlcisci peccatum in se personaliter admissum, sed post monitionem in Euangelio debet illud publicare, ne potius vlcisci, quàm corripere videatur.* Sic ille. Et ratio est; quia nemo potest cogere ad pœnitentiam, vel punitionem, ad quam tendit correptio fraterna, nisi solus Prælatus, cuius est munus, vltimam excommunicationis pœnam infligere.

Armac. vbi supra.

Frattem in se peccantem corripere quando Romanus Pontifex possit.

Secunda opinio.

Alia sententia communis est Theologorum asserentium, præceptum illud omnes obligare ad fratrem peccantem corripiendum, siue peccatum sit propria iniuria corripientis, siue non; siue sit præteritum, vt emendetur, siue futurum, vt caueatur. Quæ sententia graue videtur iugum ponere fidelibus sine ratione, & necessitate, cùm possint alio modo corripere. Prior etiam sententia peccat, dum verba Christi restringit ad solos Prælatos, quasi in illos solos iniuriæ cadant, & non in alios. Neque necessum est, pastores semper illo ordine adhibere correptionem, sed satis est, si secreta secretè, & publica publicè corripiantur, teste Augustino, prout prudentia dictauerit. Ad id quod dicitur, Prælatorum esse corrigere de præteritis delictis, omnium verò de futuris: ratione carere videtur. Nam quomodò seruato illo ordine Euangelico procedes in corrigendo fratre, ne in futurum peccet? an debes ad hunc aduocare testes, & nolentem acquiescere accusare apud Ecclesiam antequam peccet, an potest cum lege charitatis illud stare? Ad hæc, excommunicatio locum non habet, nisi post peccatum commissum, cui sit adiuncta pertinacia: nemo ergo ob delictum nondum perpetratum iure excommunicari potest: vt interim omittam, Textum Euangelicum de peccato præterito apertè loqui; ait enim, *Si peccauerit in te*, non, si peccabit.

Vtraque opinio quid habeat incommodi.

Secundò controuertitur inter Doctores, an illud Euangelij præceptum nos obliget tam respectu infidelium, quàm fidelium. Docent enim permulti, tantum fideles inter se ad hoc adstringi, non infideles, vt docet Episcopus Abulensis in illud caput: quia frater non dicitur in Scriptura, nisi qui ad religionem Christianam pertinet, iuxta illud: *Omnes vos fratres estis.* Et Apostolus, *Si is qui frater nominatur inter vos.* Et Dilectus: *Qui odit fratrem suum, homicida est*: sicut etiam olim omnes Iudęi dicebantur fratres: in infideles etiam nō possunt testes produci, aut sententia Ecclesiæ in illos infligi: nam *de ijs qui foris sunt, quid mihi est iudicare?* Etsi ergo possimus Infideles ex charitate corripere, non tamen illo ordine Euangelico.

Aug. sermon. 16. de verb. Domini, paulò à med. tomo 10. sub ini.

Illud aduersariorū: Præpositorū est corrigere de præteritis, omnium verò de futuris; ratione ostenditur minimè esse consentaneum, dupliciter.

Vbi excommunicatio locum habeat.

Alij contra, putant etiam respectu Infidelium obligari; quia præceptum dilectionis proximi omnes obligat: cuius fundamentum est ipsa natura, vt nos tanquam fratres corrigamus. Ita docet Abbas in prædicto capit. *Nouit.* de iudicijs. Alij etiam addunt, quod Papa habet iurisdictionem super Infideles peccantes in legem Naturæ, vel in bonos mores: quod etiam tradit Angelus in verbis. *Denuntiatio.*

Sed hæc sententia nimis extendit nomen fratris, contra stylum Scripturæ. Et infideles nostra sanè admonitione non ædificantur: nec possunt tales testibus conuinci, nec Ecclesiæ denuntiari, nec ab ea excommunicari. Nec valet eorum ratio: nam etsi correptionis præceptum omnes obliget, non tamen ille modus, vel ordo Euangelicus: & si Papæ denuntiarentur Infideles peccantes, friuola esset talis denūtiatio, quia non posset eos excommunicare, vel punire.

Altera obscuritas præcepti correctionis fraternæ, an scilicet Infideles quoque compre-

Prior verò sententia non videtur consequenter ad sua principia respondere. Cùm enim fateantur, illud præceptum nō esse nouum, & superadditum legi naturæ, sed tantùm explicare legem Naturæ, & declarare, qua tenemur corripere delinquentem, & hæc omnes etiam Infideles concludat: ergo aut negare debent hoc esse explicatiuum Euangelij, tanquam legis Naturæ, & ita non omnes obligari respectu omnium: aut si hoc asserant, confiteri debent, quòd omnes, etiam non fideles obliget, quemadmodum & ipsa lex Naturæ. Quare non sibi hæc sententia constare videtur.

Tertiò, acriter controuertitur, an lex hæc in omnibus peccatis indifferenter obliget, an solùm in occultis: an in eis, quæ vni soli sunt nota tantùm, vel etiam in his, quæ pluribus, quàm vni (etiam si pauci existant) nam distingui solet secretum in id, quod per testes probari nequit, vt quod vnus tantùm nouit; & in illud, quod non est apud omnes, vel multos diuulgatum: vn-

Prima sentētia, sed minꝰ probabilis.

Episco. Abulen. in Matth. q. 97. & q. 83.

B. Thom. 2. 2. q. 33. art 8. tom. 11. par. 2.

Idem tom. 7.

In peccatis publicis remedium quibus adhibendum, secundum Thomam. *1. Tim. 5.*

Aug. tom. 10. sui int.

Secunda opinio.

Altisiodor. lib. 3. tract. 23 cap. 1. Duran. in 4. dist. 19. q. 4. Cajetan. in Matth.

Tertia opinio.

Abulens. in Matth. 18. q. 23.

de quidam asserunt, præceptum non obligare nisi priori modo, in secreto scilicet, quod vnus tantùm nouit. Ita enim docet Episcopus Abulēsis in Matth. 18. quæstione 97. sumpta occasione ex verb. Augustini superius productis. Sed profectò cum Augustinus illud de propria interpretetur iniuria offensi, & non de quolibet peccato, non potest hæc opinio, Augustini verbis inniti. Idem docet Beat. Thomas, qui, citata opinione eorum, qui dicunt in omnino secretis nō esse seruandum illud præceptum, nec testes producendos, eam reprobat, sicut etiam in 4. Sentent. facit, articu. etiam 7. eiusdem quæstio. circa publicam denunciationem distinguendum esse docet: *Quia peccata aut sunt publica, aut secreta: si publica, non est tantùm remedium adhibendum ei, qui peccauit, sed etiam alijs, in quorum notitiam deuenit, ne scandalizentur: idcò talia publicè sunt arguenda, vt Apostolus ait: Peccantes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant. Si verò secreta & occulta, tunc videtur habere locum illud: Si peccauerit in te frater tuus, &c. Quando enim te offendit publicè coram alijs, iam non solùm in te peccat, sed & in alios quos turbat.* Hęc Thomas: quę accepta sunt ex Augustini serm. 16. de verbis Domini.

Rursus alij oppositum tuentur, quòd in omnino occultis non obligat ille processus Euangelicus, nec vltra primam monitionem est procedendum: esset enim diffamare fratrem, vt docent Altisiodorensis, & Durandus in quarto.

Tertia opinio est, quòd illud pariter obligat in omnino secretis, & in his, quæ paucis sunt nota: quam multi Iurisperiti, & Theologi sequuntuur. At verò Abulensis Episcopus in Matthæ. 18. *Correctio*, ait, *fraterna solum habet locum, vbi peccatum manet actuale, ita quòd si semel quis peccet, & non conteratur de actu, & sic remaneat reatus culpæ: si tamen non iterat peccatum, vel non est in continuo actu peccati, vt concubinarius, seu fur aliena retinens, talis non sit arguendus secundum hunc processum. Nam qui alium corrigere debet, oportet vt cognoscat eius peccatum: sed vbi peccatum reatu tantùm manet, non cadit sub cognitione humana. Deinde, quia peccatum quod corrigitur, debet coram testibus dici, vt noueriut de quo testari possint: illud tamen nec viderе possunt, nec testari. Tertiò, quia dicit, Si te audierit: ergo corrigens potest scire an audiat, vel non audiat. Sed peccato manente solum reatu, non potest sciri an audierit illum: potest enim alter mentiri, quod audierit.* Sic ille in sensu. Cuius sententia extraneavalde videtur, in eo scilicet, quod asserit peccatum non esse corrigendum, nisi iteratum fuerit, vel actu manserit: nec rationes eius aliquid euincunt. Etsi enim reatus interior peccantis videri nequeat: si tamen eum, semel peccantem vidi, & pœnitentem non video, quis dubitabit me ad corrigendum obligari? non est enim obligatio ad corripiendum de reatu, qui non videtur, sed de exteriori peccato quod noui.

Huius opinionis incommodum.

Iam quarto loco si expendamus, quanta de testibus inducendis in controuersiam vocantur, nonnisi falebras, & meras tenebras inueniemus. Quidam enim putant, nonnisi in peccatis secretis, quæ vnus tantum nouit, adhibendos esse testes: nam quod multi sciunt, omissis testibus, denuntiari oportet ei, qui potest corripere. Imò secundum Thomam, etiam si secretum sit, modò in promptu sit, vt in aliorum veniat notitiam, denuntiandum est ei, qui potest corrigere. Alij oppositum tuentur, quòd in omnino secretis non sunt inducendi testes, etiamsi contingat peccatum reperi: sed dicendum est potius maiori, qui illi possit obuiam ire, quàm testibus nouis, vt actum peccati videant, sintque eius exploratores. Tunc ergo solùm adhibendi sunt, quando peccatum est ita secretum, vt paucis tantum sit notum, & non alij, quàm illi ipsi, cui fuerat notum, sunt aduocandi. Ioannes Maioris tamen in quarto distinctione decimanon. quæstione secunda, limitat hoc, dicens, nouos testes non esse aduocandos, nisi quādo noceat minus peccanti infamatio illa testium, quàm detrimentum salutis animæ, ita vt melius sit sic infamari, quàm in peccato manere. Abbas in dicto capit. *Nouit*, tenet, quod in omnino secretis est prima admonitio peccatoris, & quòd ibi impletur præceptum sine testium inductione: quòd si non audiat, denuntietur Prælato. Tertia opinio, ac media est, quæ plures habet fautores, nempè Richardum, Petrum Paludensem, Gabrielem, & Hadrianum, quòd tam in secretis, quæ vnus nouit, quàm in eis, quæ pauci sciunt, seruari processum Euangelij oporteat: & ante publicam denuntiationem inducendos testes. Hadrianus præterea nititur conciliare primam cum secunda opinione, quibusdam parum firmis rationibus, & illarum autoribus minus congruentibus. Vastum sanè disputationis pelagus ingrederemur, si de his, quæ subtilius Scholastici differunt in adhibendis testibus, sermonem protrahere vellemus.

Huius opinionis incommodum.

Quarta obscuritas opinionis, quæ tenet præcepti esse correptionem fraternam, circa numerum testium.

Prima opinio.

Thom. 2. 2. q. 33. art. 8.

Secunda opinio.

Io. Maiorii.

Abbas.

Tertia opinio.

Richard. Petrus à Palude. Gabriel.

Hadri. in 4. sent. dist. 19.

Quinta obscuritas præ-

Quinto dubium est de pœna imponenda his, qui correctionem fraternam non

dictæ opinionis, circa punitionem in corrigibilium.

Abb. Panormit.

Innoc. Iurisc.

Sexta obscuritas de grauitate criminis non corripientium fratres peccantes.

Thom. 2. 2. q. 33. art. 2. ad 3.

Fraternę correptionis omissio quando cum merito fiat secũdum Thom.

August. lib. 1. c. 9. ante medium, tom. 3.

Eius quæ nã sit lethalis omissio.

Idem ibidem.

Quæ verò venialis.

Lethalis omissionis quam Tho-

dmittunt. Nam ex Iurisperitis quidam docent, non esse alia pœna puniendos, quàm censura excommunicationis, quæ in Euangelio explicatur: cuius contrarium experientia docet. Nam multis alijs modis Prælati in tales procedunt, nec tamen propterea errare putantur. Abbas verò in dicto capit. *Nouit.* de iudicijs, asserit, nolentes corrigi, alia pœna puniri posse. Et allegat Innocentium, qui docet, in peccato occulto posse seruari à Prælatis processum illum Euangelicum: ad quos hoc pertinere dicit; & sic propter occultum peccatum deberet quis haberi, vt Ethnicus & Publicanus. Sed quomodo, quæso erit occultum delictum, ad quod adducuntur testes?

Sextò dubitatur de grauitate culpæ, quam omittentes corrigere, incurrunt, an scilicet sit mortiferum, an veniale delictum. Vt ait Thomas, correctio fraterna tripliciter omitti potest. Vno quidem modo meritoriè, quando ex charitate aliquis correctionem omittit. Dicit enim Augustinus in 1. de ciuitate Dei: *Si propterea quisque obiurgandis, & corripiendis malè agentibus parcit, quia opportunum tempus inquiritur, vel eisdem ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam, & piam eruditos impediant aliquos infirmos, & premant, atque auertant à fide, non videtur esse cupiditatis occasio, sed consilium charitatis.* Alio modo prætermittitur fraterna correctio cum peccato mortali, quando scilicet formidatur (vt ibi dicitur) iudicium vulgi, & carnis excruciatio, vel peremptio; dum tamen hæc dominentur in animo, quòd fraternæ charitati præponantur. Et hoc videtur contingere, quando aliquis præsumit de aliquo delinquente probabiliter quòd posset eum à peccato retrahere, & tamen propter timorem, vel cupiditatem prætermittit. Tertio modo huiusmodi omissio est peccatum veniale, quando timor vel cupiditas tardiorem facit hominem ad corrigenda delicta fratris. Non tamen ita, quòd si ei constaret, quòd fratrem posset à peccato retrahere, propter timorem, vel cupiditatem dimitteret, quibus in animo suo præponit charitatem fraternam. Et hoc modo quandoque viri sancti negligunt corrigere delinquentes. Hæc Thomas in sensu. Quicquid autem sit de alijs, ita quidam interpretantur secundum modum, vt debeat intelligi existente necessitate extrema correctionis fraternæ, quia tunc præferret vitam, ac temporalia bona charitati fraternæ. Sed profectò tali glossa Thomas non indiget, quia apertè dicit, quando aliquis præsumit de aliquo delinquente probabiliter quòd posset eum à peccato retrahere, non quòd videt eum extremè indigere: præsertim cùm casus extremæ necessitatis non videatur posse contingere nisi per ignorantiam, ex qua peccatum oritur, vt contingit Infidelibus res fidei ignorantibus. Si etiam diligenter verba Augustini prædicto loco citati consideres, inuenies, illum omittenti viro sancto corrigere delictum, tantùm veniale tribuere: ait enim: *Non mihi itaque videtur hæc parua esse causa, quare cum malis flagellentur & boni, quando Deo placet perditos mores etiam temporalium pœnarum afflictione punire. Flagellantur enim simul, non quia simul agunt malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam: non quidem æqualiter, sed tamen simul, quam boni contemnere deberent, vt illi correpti atque correcti consequerentur æternam.* Hæc ille. In cuius verba scribens Franciscus Maioris veritate septima, ait: *Nunquam est peccatum mortale correctionis omissio, nisi cùm omittens peccato alterius consentit, aut cooperatur. Si autem malum alterius dissimulet, vel in ipso citra consensum delectetur, est veniale.* Sed hæc sententia, fraternæ correctionis præceptum nimium relaxat. Et licet Augustinus asserat, dissimulare propter metum vitæ, vel rerum temporalium, esse veniale: quòd tamen omnis dissimulatio citra consensum venialis sit, ex Augustino non habetur, immò potius oppositum. Nam sermo. de verbis Domini ait: *Si neglexeris*, inquit (scilicet correctionem) *peior es.* Petrus verò Paludensis, & Hadrianus, docent propter vtilitatem aliorum odium esse sustinendum, vt Ioannes Baptista odium Herodis sustinuit. Quod verum est, si publica sit persona, quæ ratione officij debeat malis vsque ad sanguinem resistere, ne subditorum sanguis de manu pastorum requiratur: secus est de personis priuatis, quæ ad id non arctantur, nisi cùm commodè correctio fieri queat.

Septimò, in controuersia positum est, quomodò, & quando lex illa Euangelij corrigendi fratrem, seruari queat. Nam Astensis ponit sex conditiones necessarias, Gabriel in Canonem Missæ addit septimam: excipit tamen ab illis conditionibus nouem casus, in quibus, stantibus adhuc conditionibus, obligatio non occurrit. Alius verò quatuor alios casus reperit; vt ita sint septem conditiones, & tredecim casus. In his porrò conditionibus & casibus multa sunt inuoluta, perplexa, ac dubia, &

In condendis legibus quid spectari soleat.

bia, & quæ maiori indigent lumine discussionis. Ex quibus omnibus, ne plus æquo prolixiores simus, meridiana luce clarius colligimus, quàm sit obscurũ, & tenebris inuolutum hoc præceptum: quod erat secundo loco propositum.

Postremò, quòd illud præceptum, nedum sit inutile, sed etiam pernicioſum, ex multis possumus demonstrare. In condendis siquidem legibus vtilitas communis, non priuatum cuiusdam commodum spectari solet. Ita enim recta ratio dictat, vt priuatis publica commoda præferamus. Cùm ergo Christi gratia naturam perficiat, non destruat, nec rationi aduersetur, sed potius suffragetur: Christi igitur præcepta maximè vtilia esse debent. Quòd verò hoc sit inutile, imò noxium, probatur hoc modo. In primis enim, fomentum esset malorum hoc præceptum, & iustitiæ exequendæ impedimentum, pessimorumque hominum ad peccandum velamen, & prætextus. Quod sic explico. Sit aliquis in hæresim, aut apostasiam cum pertinacia lapsus: si præcepti Euangelici ordo omnes obligaret, vt aiunt, primò seorsum corripere, deinde vnum, vel duos testes adhibere cogeretur, antequam Episcopo, vel Inquisitori denuntietur, ita vt aliter faciens, in fraternæ correctionis ordinem à Christo præscriptum peccet, profectò illo ordine seruato, hæreticus maneret impunitus, & malum malo augeretur, & ex parua scintilla inextinguibilis flamma succéderetur, quæ totam Rempublicam euerteret: nam sermo eorum, vt cancer serpit, ait Apostolus. Quando namque hæreticus pertinax, aut alius flagitiosus peccator fraternè admonitus resipuit? aut quis audebit fraternè correptum, nec emendatum Ecclesiæ denuntiare, cùm videat apertum vitæ discrimen ex tali processu sibi imminere, & opportunum remedium sit ipsa cita denuntiatio? Quòd si dicas, hæresim ob suam enormitatem esse exceptam, quia magis inficit, & minus est curabilis? Responderem, textum ipsum Euangelicum, aut aliquem ex Doctoribus Scholasticis illud hæresis crimen non excipere; & alia plerunque sunt æquè grauia, & minus tolerabilia, quæ tamen secundùm eos admonitione secreta corrigenda sunt. Deinde si dicas, in talibus & similibus criminibus, ex quibus periculum imminet, & emendatio non speratur, non obligare nos præceptum illud: quod cùm sit affirmatiuum, nonnisi pro tempore & loco obligat; & idcirco rarissime euenire, vt obliget propter temporis, personarum, & aliarum circunstantiarum importunitatem. Sed profectò mirum esset, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, talem tulisse legem, quæ vix, aut nunquam seruari posset; cùm tamen hi casus frequenter & passim contingant, & leges non denter nisi de his, quæ communiter accidunt. Vnde ff. de legibus. l. *Nam ad ea*, inquit: *Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter, & facilè, quàm ad ea, quæ rarò eueniunt.* Et Theophrastus in l. Iura: *Iura*, inquit, *constitui oportet in his, quæ frequenter accidunt.* Si ergo illud Christus omnibus præcepit, quomodo tam rarò obligat; vel si non obligat nisi rarissimè, quare impositum est sine necessitate, & vtilitate? Dicere etiam, quòd periculum excusset, vbi præsertim ex correptione speratur fructus, non omnes concedunt: immò verius, & probabilius videtur oppositum.

Præceptum fraternæ correptionis ordine quo à Christo præscribitur, inutile esse, immò pernicio sum.

Primum argum. ab exemplo.

Deinde videtur hoc præceptum militare contra religionis obseruantiam: nam ablata disciplinæ autoritate, & correctionis seueritate, actũ erit de religione. Nam *vbi non est sepes, diripietur possessio.* Nunquam enim peccatum sine correctione dimittitur, quin mox ad alia, & maiora pertrahat: *Modicum enim fermentum totam massam corrumpit.* In quæ verba scribens Chrysostomus: *Quemadmodum*, inquit, *illud, licet modicum, totam massam corrumpit; ita & hic si dimissus fuerit inultus, multum etiam fiet ipsum peccatum, & sic reliquos offendet.* Et Origenes in Iosue: *Polluitur ex vno peccatore populus, sicut ex vna oue morbida grex vniuersus inficitur: sic etiam vno vel fornicante, vel aliud quodcunque sceleris committente, plebs vniuersa polluitur.* Hæc illi Patres. Si ergo in omnibus peccatis non publicis secreta monitio debet præcedere, pastores non possent vlla peccata, nisi valde publica, & scandalum generantia corripere, neque futuris malis possent prospicere, antequam eueniant, cùm hoc sit munus Prælatorum proprium. Vt enim medici est latentes morborum causas, & radices nosse, quo opportuniora adhibeat remedia; ita pastoris est spirituales subditorum ægritudines probè nosse, & ne vltra serpant, vel in futurum admittantur, prospicere. Est enim occultus morbus manifesto periculosior: occulta autem rectè sciri non possunt, nisi pastoribus indicentur: quibus si non sunt denuntianda, nisi secreta admonitione præmissa, prius nocebunt; quàm corrigi valeant. Quis ergo credat, tales Dominum uisse leges, quæ animarum medicos à suo valeant munere impedire?

Hæreticorũ ingenium: eorundem pernicies.

1. Tim. 2.

1. Cor. 1.

De quibus leges condantur tantummodo.

Theophrast.

Prima obiectio in contrarium dicitur.

II. argum. ab religionis natura.

Ecclesiast. 36. Peccati non correpti pernicies.

1. Cor. 5. & Gal. 5.

Chrys. ho. 15. in priorem ad Cor. tom. 4. Origen. in Iosue cap. 7. aliquanto à medio part. 2.

Altera obiectio.

Munus Prælatorum quod proprium sit.

III. argum.

Apoc. 22.

Tertiò si hoc seruetur præceptum, necesse est, vt omnis via inquirendi, visitandi, & castigandi peccata occulta tollatur, & quòd qui in sordibus est, insordescat adhuc. Demus enim, verbi gratia, aliquem religiosum lapsum in aliquod peccatum conscio socio, & vidente, ille verò zelo huius legis seruãdæ admoneat eum semel, vel bis; nunquid ille inemendatus præstolabitur accusationem, vel denuntiationem? nonne finget se emendatum, vt socium deludat? & interim manebit in peccato, de malo in deterius procedens, donec in scandalum aliorum prorumpat, & ita religio tota propter vnum, aut alterum infamia laborabit? quibus omnibus facilè obuiam iretur, si Prælato, vt patri, cui conuenit ex officio secreta corripere, reuelaretur.

Soluitur hoc: Si cuius fratris emendationem non spero (quod ante primam admonitionem præsumere non debeo) dicam tunc Prælato, vt patri spirituali, sed nõ antequam priuatim corrigam. Semper enim est præsumendum pro meliori parte, nisi contrariũ constiterit. Sed profectò experientia docet contrarium, rarò, vel etiam nunquam, delinquẽtem verè corrigi per secretas has admonitiones, sed potiùs vel dissimulare emendationem, vel secretum à se commissum delictum omnino negare, vt sunt homines prompti ad excusandas excusationes in peccatis.

Hominum ingenium de prauatum. Psalm. 140. Tit. 3.

Item post vnam & alteram monitionẽ non potest ille denuntiare Prælato, donec testes inducat, & inemendabilẽ deprehendat: & vbi delictum omnino est secretum, inutile est, & periculosum; tum ob infamiam peccantis; tum ob periculum corripientis. Posset enim peccans facilè retorquere accusationem in eum, qui se corripit, tanquam in impostorem, coram productis testibus, cùm reprehensio constet, & delictum non constet: & ita hic ordo potiùs impedire, quàm iuuare posset delinquentes correptos.

IV. argum.

Quartò, vergeret illud præceptum in status Ecclesiastici perniciem, quia præter delicta publica, & quæ vocantur notoria, vix aliquod corrigi, aut præcaueri posset: & frustra fatigarentur Prælati, atque eorum visitatores per diœcesim inquirendo, & per alia iuris remedia procedendo ad Clericorum correptionem, si edictis positis, & censuris, nemo potest reuelare, nisi quod priuatim prius admonuerit, nec fuerit tamen emendatus: cùm tamen ad Prælatos, & eorum ministros spectet inquirere de quouis peccato: sicut purgare prouinciam, & eam in omni disciplina pietatis continere, vt habetur in capit. *Perniciosam*, de officio ordinarij. Et ita potestas libera data ad ædificandum, esset alligata illius præcepti vinculis. Nam occulta non possunt subditi denuntiare, nec Prælati de illis inquirere, & incassum edicta sua sub grauissimis censuris proponerent, & essent talia non solùm inutilia, sed impia, & ex diametro cum Euangelio pugnantia, quia exigunt sibi omnia peccata reuelari subditorum, siue per denunciationem, siue per accusationem, nihil de fraterna correctione loquentes: & ita iniustè sibi eorum cognitionem, quæ ad se non pertinet, vendicarent.

V. arg.

Quintò, esset etiam perniciosum huiusmodi præceptum in Rempublicam secularem, cum pacificus Reipublicæ cõuictus non possit diu consistere sine delinquentium punitione, & vitiorum extirpatione. Quicquid autem huic iustæ resistit punitioni, Rempublicam euertit. Nihil autem huic rei ita obstare videtur, atque ignorantia criminum, & occultatio criminosorum hominum. Quis enim auderet latrones, homicidas, aut adulteros denuntiare, aut eorum crimina detegere, si de his fraterna correptio debeat præcedere? Et ita magno quis se obijceret periculo, & denũciatio omnino impediretur, quia admonẽdo delinquẽtem se iudici denuntiaturum, iam illi detegeret. Quòd si dicas, illud præceptum non ligare, quando peccatum est in aliarum damnum corporale, vel spirituale; respondebo, præcepti Euangelici verba generalia esse, & nihil excipere: quòd si tu pro tua voluntate excipis, ego quoq; pro libito excipiam quodcunque crimen voluero.

Solutio obiectionis

VI. argu.

Sextò, probatur etiam aduersari huiusmodi legem optimo Reipublicæ conuictui, & fini eius, qui est pax: siquidem ex illius obseruatione orirentur iurgia, conuitia, inimicitiæ inter ciues, vicinos, & amicos, odia quoque vix terminanda. Tale est enim hominum ingenium, vt veritatem, quę odium parit, audire velit nemo. Deinde quantis exagitarentur scrupulis omnium conscientiæ, si se ad corrigendum viderent adstrictos, & facinorosos in populo vel vicinia, vel familia corripere non auderent, & ita nec secum, nec cum alijs pacem habere possent, quam omnibus Christus commendauit? Fierent quoque homines vitæ alienæ exploratores, cum Augustinus sermon. 16. de verb. Domini in principio dicat: *Admonet nos Dominus noster non negligere inuicem peccata nostra, non*

Quia Ratio huius

Tertia ratio

Aug. ser.

quærendo

quærendo quid reprehendas, sed videdo quid corrigas. Et Bernard. *Tandiu quisque sua peccata ignorat, quamdiu aliena explorat.* Et Plato in Phædro: *Ridiculum*, inquit, *puto, si, cum mea ipse ignorem, aliena perscrutari vellem.* Ad hęc, si tale præceptum & tam generale est, subditi ad corrigenda peccata prelatorum obligarẽtur: nam omnes sunt fratres in Christo. Et cùm sint personæ eorum publicæ, deberent eorum delicta publica reputari: quod certè stare nequit. Quis enim primò auderet corripere Episcopum, Archiepiscopum, aut Cardinalem, vel Regem, vel Principem? Nam etsi aliquis audacior hoc faceret, certè in dedecus capitum hoc cederet, & subditi in superiores insurgerẽt. Deinde si secretò moniti non emendarentur, nunquid etiam testes adhiberent, & ad excommunicationis sententiam procedendum esset contra Apostolum dicentem: *Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrẽ?* Et 2. quæst. 7. cap. *Non est. Non est à plebe, aut à vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus.* Et cap. *Cum ex iniuncto.* de hæreti. arguuntur laici, qui Sacerdotes audent reprehendere. Nemo ergo ad illum ordinem corrigendi in Euãgelio præscriptum per viam præcepti obligatur. Idem docet Augustinus in regula monacharum, epistola 109. vbi alium corrigendi ordinem tradit. Nam secretam oculi petulantiam vult secretò corrigi à vidente, ne vltra progrediatur, vel ne leue peccatum processu graue fiat. Deinde admonitione facta si non emẽdatur, sed peccatum repetitur, & ex veniali fortè fiat lethale, dicit non esse ampliùs admonendam, sed prępositæ suę prodendam, tanquam matri. Quòd Augustini verbum turbauit Scholasticos, præsertim Thomam, & coactus est dicere, priùs dicẽdum esse prælato, tanquam patri, & priuatæ personæ, non iudici: ita vt denuntiatio debeat præcedere contestationem, & hæc accusationem. Sed, ni fallor, contra hoc apertus est contextus Euangelicus, priùs dicens inducendos esse testes, quàm dicatur Ecclesiæ, vel Prælato, vt exponunt, tanquã iudici, cuius est excõmunicare, de quo subdit: *Quæcunque alligaueritis super terram*: non vt priuatæ personæ. Contra quod esset, quòd hæc opinio probare non posset, delinquentem esse denuntiandum prælato, vt priuatæ personæ, vel quòd sit secretè admonendus, antequam denuntietur Prælato, vt priuato. Nam eodem loco art. 7. docet Thomas, quòd peccatum secretum nõ est reuelandum Prælato ante admonitionem, nec in hoc subditus cogitur obedire, quia faceret in Euangelium. Idem Thomas quodlib. 1. quæst. 16. docet, quod siue prælatus procedat vt iudex, siue vt pater spiritualis in simplici denũtiatione, non potest præcipere, vt sibi reueletur peccatum: & si præciperet, esset contra Euangelium non præmittere admonitionem. Prelatus ergo, siue vt iudex, siue vt priuata persona, intelligitur esse secundùm eos Ecclesia: alioqui non rectè probaret esse contra Euangeliũ denuntiare prælato priuatim: vnde solutio illa data Augustino, stare non potest.

Bernard de interiori domo, cap. 43.

Platonis sententia.

Matth. 23.

1. Timoth. 5.

Euarist. Papa epist. 1.

Aliquibus nõ est arguẽdus, vel accusandus Episcopus.

August. ep. 2.

Alius corrigẽdi modus ab Augustino traditus.

Thom. 2. 2. q. 33. art. 8. ad 1.

S. Thomæ solutio minũ cõmoda verbis illis Augustini reijcitur.

Matth. 18.

Thom.

Idem tom. 8.

Ad hæc, textus docet, priùs adducendos testes, antequam omninò res deferatur ad Ecclesiam, vel Prælatum: quare ergo illi præsumunt limitationem? si propter dictum Augustini? Sed nũquid ob vnius Doctoris dictum textus Euangelicus à proprio sensu est detorquendus? Sed nos has angustias non patimur, quia asserimus, textum Euangelij non loqui de correptione fraterna in quouis peccato, sed de propria iniuria duntaxat. Nec B. Augustin. docuit fieri illo modo correptionem iuxta ordinem à Christo præscriptum, sed iuxta ordinem rationis, & charitatis. Basilius (à quo Augustinus suam hausit doctrinam) *Quicquid est autem*, inquit, *in quo peccetur, id referri ad Antistitem debet, siue ab eo ipso, qui peccatum admisit, siue ab ijs, qui illius conscij sint. si illud ipsi curare non possint, & mederi eo modo, quo præceptum est à Domino, quando vitium dissimulatum morbus est in animo oblitescens, & supputris, qui etiam propter eà incurabilis efficitur.* Et in fine: *Nemo sit ergo, qui aut peccato alterius latebras quærat, ne pro amore, quem fratri debet, exitium illi conciliet: neque suo. Qui non medetur sibi ipsi frater est suæ operæ dissipantis.* Hactenus ille. Qui primò vult peccatum ad Antistitem referri non præmissa vlla admonitione, vel testium productione.

Secunda ratio confutationis.

Basil. in regulis fusius disputa interrog. 46. tom. 2. circa init.

Prouerb. 18. Qui nõ medetur sibi ipsi, qualis ille sit teste Salomone.

Nec obstat id, quod dicitur: Si illud ipsi curare non possint, vt insinuet, priuatam admonitionem, vel testium productionem præmittendam esse: quia accepit eo modo, quo Augustinus supra accepit, quãdo peccata sunt leuia, & initia grauiorum, quæ facili negotio curari queunt; non autem quando morbus ingraescit, vel ex malitia peccati; vel saltem Basilius, præmissa secreta admonitione, sine testium productione recurri voluit ad Prelatum: quod est in communem sententiam. Quod verò dixit: *Sicut præceptum est à Domino*: alludere videtur ad illud: *Mandauit illis vnicuique de proximo suo.*

Obiectioni in cõtrarium respondetur.

Eccles. iast. 17.

Postremò probatur ex praxi & consuetudine Ecclesię, quæ dogmata ipsa solet stabilire. Ait enim Paulus: *Si quis videtur cõtentiosus esse* (in hoc quòd mulieres orent velato capi-

Septimũ arg. & vltimum.

1. Corinth. 11.

Augustin. epist. 80. tom. 2.

lato capite) *vos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Et Augustin. ad Casulanum: *In his rebus, de quibus nihil certi statuit Scriptura diuina; mos populi Dei, vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt.* Hæc ille. Sicut ergo præuaricatores diuinarũ legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Est autem cõsuetudo, vt prætermissa admonitione, quæcũque fuerint delicta, ad Prælatos, & alios ordinarios deferantur, vel per denuntiationem, vel per accusationem. Sic enim edicta Episcoporum, vel eorum Visitatorum, & Inquisitorum hæreticæ prauitatis publicãtur, vt omnes videlicet, & singuli fideles teneãtur ipsi denũtiare quicquid quoquo modo nouerint, quicquid pertinet ad hęresim vel alia crimina, nó excipiẽdo publica, vel secreta admonita, vel non admonita: additur prætereà, nec illud quod nouerit alteri communicare audeant: idq; sub grauibus pœnis, & censuris mandatur. Quòd si ordo ille Euangelicus esset necessariò seruandus, hæc edicta non solùm frustrà publicarentur, quia nullus esset, qui vellet denunciare cum tauro onere præcedentium admonitionum, sed & Euangelio, & præcepto Diuino essent aduersa, & proinde intolerabilia. Quòd si dicas, eiusmodi dicta intelligi, seruata priùs Euangelica lege de admonitionibus, & testibus; sit ita: Grauissimè ergo peccare cõuincerentur maiores Ecclesię, illud non apponentes suis edictis, quòd videlicet scandalum ponant ob oculos pusillorum. Eandem formam in visitando vsurpant Religiosorum Prælati, & Visitatores, cũ præcipiunt subditis sub censuris, ne quid audeant celare, si quid nouerint corrigendum. Neq; ipsi addunt, seruata priùs forma Euãgelij de fraterna correptione: nam si id facerẽt, inanis esset totus visitatorum labor: quod si esset in Euangelium, à peccato non excusarẽtur. Ad hæc, omnibus Religionibus est ferè commune, vt cum de moribus, & regimine Prælatorũ inquiritur, ex vi statuti teneãtur subditi denuntiare quæcunq; nouerint Prælatos vel admisisse, vel omisisse contra aut diuinam legem aut regulam, aut maiorum placita & cõstitutiones: quod habetur in statutis fratrum Minorum, quæ Barchinonẽsia dicũtur. *Debeãt fratres* (inquiunt) *exeuntes in reditu suo secretè Guardiano suo notabiles excessus sociorum intimare: quod si non fecerint, per superiorem, cui hoc constiterit, in ieiunio panis & aquæ, vel aliàs puniantur. Et si vnus fratrum excessum alterius sciuerit per duas vias, vtpote per confessionem, & aliter: nihilominùs suo Guardiano, vt dictum est, dicere debeat.* Idem habetur in antiquioribus statutis c. 15. vbi hoc idem totum ad pedem literę habetur. Idem quoq; quod ad primam partem attinet, in statutis fratrum Prædicatorũ habetur dist. 1. c. 18. Sed in constitut. S. Bonauenturæ, in quodam capitulo Generali conditis, vltra ea, quę dicta sunt, hoc habetur: *Idem dogmatizare quod frater, qui fratrẽ correxit de aliquo excessu secundum formam Euangelij, in occulto non tenetur alter alterum reuelare superiori, qui potest, & debet prodesse, & animarum pericula præcauere: ex sententia totius capituli generalis definitum est hanc doctrinam esse pestiferam, & acriter puniatur eam docens, vsq; ad carcerem.* Sic ibi. Hanc sententiã sequitur Richardus de Media villa, etiamsi in alijs sequatur cõmunem opinionem. Bonauentura quoque in ca. Luc. 17. docet, teundem esse Matth. & Luc. Canoné: & si de quolibet peccato intelligatur, id est, de propria iniuria illata, vel de illo, quod me sciente cõmissum est, non esset necessitatis, sed solùm congruitatis, præsertim dũ præsumitur quòd ille sit correctionis impotens; tunc enim fortiori manu, id est, Prælati, ille est corripiẽdus. Et producit simile de facto Patriarchæ Iosephi, qui accusauit fratres suos apud patrem cognita nequitia eorum, nec tamẽ eos prænonuit secretò. Ex quo infert sanctus prędictus: *Formatur, quòd Prælato, qui vult prodesse, etiam nulla præcedente correptione, potest & debet culpa proximi accusari, extra iudicium si sit occulta; & in iudicio, si habeatur probatio certa.* Sic ille. Sequenda ergo forma corrigendi, quam secutus est Ioseph. Quòd si dicas, Ille non rectè fecit; respondebo, Cur ergo Scriptura eum nõ reprehendit, nec aliquis Sanctorum Patrum, & Doctorum? Quòd si cuiq; in sua scientia, vel arte credendum est; cur apertis, & strenuis viris in arte regẽdi fides nó habeatur? cur non habeat autoritatem Episcoporum, Inquisitorũ, & Religiosorum gubernantium consuetudo? an plus credendum literatorum speculationi, quàm expertorum praxi? Meritò ergo Bonauẽtura, qui octodecim annis fuit Generalis, ac cęteri Religiosorum Patres in regimine exercitati, alium modum corrigendi fratrem peccantem inuenerunt, quàm cõmunis Scholasticorum opinio inuexit, tanquàm de iure diuino. Et illi Scholastici, si regimen animarum habuissent, forsitã sententiam suam mutassent. De qua re Ioannes Gerson 3. parte, Alphabeto. 62. r. hoc testimonium profert: *Multos compertum est ex sacris Doctoribus fuisse; quos inexperientia fefellit temporum, & locuti sunt non quid fieri posset, aut expediret, sed quid strictæ iuris Diuini, vel humani regula dictaret. Hi dum ad experientiam difficultatum,*

Obiectio diluitur.

Qualis forma ab Religiosorũ Præpositis, & Visitatoribus de more seruetur.

Religionum quoque omnium visitatus mos in denuntiãdis.

Richard. Med. in Bonau.

Genes. 37.

Quam formam corripiẽdi Ioseph Patriarcha secutus sit mittatur in dignitate.

Ioan. Gers.

difficultatum, & temporum, & hominum incorrigibilitatem veniunt, mutant plerumq; sententiam. Hęc ille. Comprobatũ ergo relinquimus, illud præceptũ Euãgel. ita intellectũ, & graue esse, & obscurũ, & plerũq; inutile.

Commodior & aptior Christi doctrina de correptione fraterna: explicatio eorum qui posteriorẽ sentẽtiam cõsectantur.

Superest vt paucis dicamus, qua ratione illi exponant verba Euangelij; & quæ sit vera regula fraternæ correptionis. Locum igitur Euangelicum ita accipiunt, vt is, qui iniuriam passus est, vel debeat, vel interdũ possit eo ordine iniuria afficientem corripere. Itaque præceptum diuinum docent non esse, ita vt hoc obliget ad peccatũ mortale, quemadmodum superiùs ex B. Bonauentura produximus, asserente, verba illa cõgruitatis esse, nó necessitatis. Et B. Chrysostomus hom. 5. de verbis Esaiæ admonitionẽ vocat, non præceptum, dicens: *Quodque Christus adhortatus est, vt facerẽt homines, quoties mutuem peccauerint, hoc Deus fecit erga hominem.* Et loquitur de Ozia ambiente Sacerdotium, quẽ Deus subitò punire voluit, quemadmodum Corè, Dathan & Abiron: sed priùs illi sermones admouit per Sacerdotem, multa plenos humanitate. Hoc idẽ probant multis modis. Et primò, quia non semper verba Imperatiui modi vim habẽt præcipiendi, sed etiam cõsulendi, & adhortandi, & obsecrãdi. Sic enim dictum est: *Ei, qui vult tecum in iudicio cõtendere, & tunicam tuam tollere; dimitte, ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo.* Et, *Ego autem dico vobis non resistere malo.* Imò interdum etiam permittentis, est vox imperatiua, vt quod dictum est Iudæ: *Quod facis, fac citius.* Deinde præceptum diuinum poni non solet, nisi vbi natura ipsa, vel Scripturæ testimonum, aut Ecclesiæ autoritas cogat ad illud ponendum, ne liceat cuique pro suo arbitratu præcepta diuina, vel augere, vel minuere. Quòd autem iniuriam passus à fratre, teneatur illum ex charitate corripere; & si nó audierit, adhibere testes, & postea non acquiescentem Ecclesiæ denuntiare, hoc nec naturalis ratio docet semper esse faciendum, ita vt omissum, obnoxium reddat lethalis culpæ, vt constat. Nec est aliquod Scripturæ testimonium, præter illud Matth. 18. quod ex dictis, & dicendis non intelligitur vim habere præceptiuam. Rursus Ecclesia non censuit illud vt præceptum obligare: nam in re tam graui tandiu non dissimulasset, cum tamẽ passim videat illud non obseruari: rarissimus enim est, qui passus iniuriam, corripiat illam inferentem, & frequentissimæ sunt iniuriæ, & rem potiùs ad iudicem deferũt, vel Prælato denũtiant, si per se vindictam sumere aut nolint, aut nequeant; nec in hoc quisquã male facere arbitratur, aut ab Ecclesia reprehenditur. Tertiò, si obligaret vt præceptũ, & induceret necessitatem ille ordo procedendi, illud fortasse esset ratione finis, quia id esset necessarium ad emendationem fratris, quæ scopus esse debet correctionis fratris, & consequenter illius ordinis: hic autẽ ordo rarissimè est conueniens, ne dum necessarius, vt experientia constat. Nam frequentiùs prætermissa admonitione res ad superiores defertur, qui possint prodesse, & sic meliùs, & opportuniùs corrigitur delinquens. Quòd si admonitus nó audiat, rarò testes adhibent; & si adhibeãtur, & apud iudicem accusetur, si nó fuerit emendatus, non statim excõmunicatur, sed alijs pœnis afficitur, vt vel etiam inuitus compescatur: quæ non essent admittenda, si ordo Euangelicus esset in præcepto.

Chrysost. to. 1. in fine.

2. Para. 26.

Num. 16.

Quibus illa rationibus, quam firmis innitatur explicandi ratio.

Matth 5.

Quæ verba imperantis modi interdum suadendi, vel adhortandi vim habeant in Scripturis.

Iudem.

Ioan 13.

Secundã ratio.

Diuina quando præcepta ponantur.

Quartò, difficultas illius præcepti apertè ostendit non omnibus fuisse mandatum: nã quomodò illud vix portabile onus quadraret cum iugo Domini suaui, & onere leui? Ideò pleriq; Iurisperiti asserunt nó obligare omnes, sed Prælatos tantùm, quibus ex officio incũbit corripere. Non enim ausi sunt opinari, nisi eis intolerabili difficultate exterriti, quòd omnibus, & in vniuersum impositum sit: multa enim patientia, & ingenti charitate opus est vel ad primam secretam admonitionẽ, quam vix præstare possunt, vel perfectiores in iniuriarum tolerantia. Quid de secunda & tertia dicendũ est? Non est ergo verisimile, omnes Christianos, etiam infirmos ac fragiles, obligari ad opera tantæ perfectionis, & charitatis. Quintò, illa particula, *Dic Ecclesiæ*, non obligat, si per Ecclesiã intelligas Ecclesiæ Prælatos, vt cómuniter exponitur. Quis enim dubitat, posse nos apud iudicem sęcularem acceptæ iniuriæ causam agere? imò id sæpè expedit, cum etiã Ecclesia vti soleat ad causas suas expediendas brachio sæculari; alioqui damnabimus omnes, qui apud iudices sæculares causas agunt, & ipsum iudiciũ ciuile esset tollendum. Sed ob id Dominus dixit, *Dic Ecclesiæ*, nó quòd alijs dicere prohibeamur; sed quia volebat ipse in Ecclesia, quæ mitiùs ac pacatiùs agere cõsueuit, lites oẽs, & dissidia nostra terminari potiùs quã apud sęculares iudices. Vnde Paulus arguit Corint. quod apud ethnicos lites agerent, & nó apud Sanctos. Cũ ergo dictũ est; *Dic Ecclesiæ*, admonuit nos Dominus, ne nos mutuò infectemur vsq; ad iudiciũ sanguinis apud tribunal sęcularia: nã cũ hoc sit opus charitatis, ea debet esse regula huius admonitionis, quæ interdũ non necessariò eligit illũ corrigẽdi ordinẽ: quia etsi sit optimus,

Tertia ratio.

Ordo ille correptionis fraternæ præscriptus à Domino, cur ferè conueniat nunquam.

Quarta ratio

Matth. 11.

Correptio fratris vel secreta quid requirat. *Tit 3.*

Quinta rat.

Quorsum id: Dic Ecclesię, & quid significet.

1. Corinth. 6.

non

non tamen est expedientior, nec semper quæ meliora sunt & perfectiora, magis expediunt. Vnde si interdum denuntietur Prælato, qui possit prodesse, & non obesse, satis erit, etiamsi priuata monitio non præcedat. Postremò, ordinē illum correptionis non esse præcepti, sed consilij, textus Matth. indicare videtur: quia Petrus postea interrogauit Dominum: *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vsq; septies?* & respōsum ei est, *Non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagies septies.* Hoc autem non est præceptum, sed consilium, vt videtur, quia hic non agitur de dimissione odij, vel acerbitatis animi, sed de venia præstanda in satisfactione damni illati, vt videlicet ab illo pœnas nō exigat, neq; iniuriæ compensationem. Quod ex eo constat, quòd odium, & acerbitatem animi deponere debeo necessariò, etiamsi iniuriam inferentem non pœniteat, sed adhuc in sua persistat malitia. Et Luc. 17. dicitur veniam non esse dandam, nisi illum pœniteat, quia dicitur: *Si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me; dimitte illi.* Quod minimè accipi potest, nisi de dimissione externa quantū ad resarciendum damnum illatum, qua requirit iniuriam inferētis pœnitentiam, vt videlicet agnoscat se malefeciſſe, & veniam petat: nam facilitas veniæ alioqui fomentum præberet delinquendi. Si ergo talem veniam exterius largiri, non est præcepti, vt omnes & raræ perfectionis fatentur, cū sit opus supererogationis; cur ergo alia, quæ ad ordinē correctionis in eadem causa pertinent, sub præcepto ad mortale delictum obligante constituimus? Hinc Alexander de Hales quærit de illo qui iniuriam passus est, si tenetur ad reconciliationē: & respondet quòd non est satis esse illi ex corde ignoscere, & deponere acerbitatem animi. Quòd si corrigendi forma & ordo obligaret, teneretur vtiq; Diuina lege reconciliationē quærere. Ideò Caietanus interpretatur textū B. Matthæi iuxta sanctorū Patrum sensum de propria iniuria: sed in eo aliquantulum hęsit, quod dicit illud esse præceptum: sed tunc solùm obligare, cum credimus esse opus ad emendationem fratris. Quod sanè stare nequit; tum quia nunquam videtur necessarium sic corripere, cum alij modi sint meliores, & faciliores ad exequendum, & efficaciores ad corripiendū, cùm videlicet denūtiatur superiori, qui prodesse velit, & valeat: tum quia sequeretur, quòd omnis modus corrigendi pro tempore esset sub præcepto: quia omnis talis ad tempus videretur esse necessarius, cùm credimus illū expedire ad emendationem peccantis. Quod verum non est, cùm satis sit agnoscere nos obligari ad corripiendum iniuriam inferētem, vel quemcunque quomodolibet peccantem; quod charitas, & natura ipsa exposcit: modus autem corripiendi non est sub præcepto determinatus, etsi ille in Euangelio expressus sit maioris perfectionis, & vt talis consultus. Ex his facilè deducimus, omnem fratris peccantis correctionem spectare ad illud præceptum: *Qui diligit proximum suum, legem impleuit*, & per illam tanquam per certam regulam esse metiendam ac moderandam.

Modus autē etsi in genere sit vnus quantum ad omnes expressurus in illo verbo, *Diliges sicut te ipsum*, tamen specialiter quantum ad singulos non potuit esse vnus & idem determinatus, sed varius, pro temporis, loci, delictorum, & personarum qualitate. In praxi autem fraternæ correctionis exercendæ tria sunt circa ordinem charitatis obseruanda. Primum est, bonum commune priuato esse præferendum: quod natura in omnibus testificatur. Et Augustin. lib. Confess. *Turpis est omnis pars, quæ suo toto non congruit*, & Thomas in 2.2. *Ille*, inquit, *qui quærit bonum commune multitudinis, ex cōsequenti quærit bonum suum: quia bonum proprium non potest esse sine communi.* Secundum, in correptione fraterna primò quærenda est salus spiritualis proximi, & famæ illius est anteponenda, si non se simul compatiūtur: quod ex superioribus deducitur necessariò, & probatur ex eo, quod Dominus dixit: *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Tertium est, famam proximi semper conseruandam in correptione fraterna, quantum fieri potest sine damno boni communis, & salutis spiritualis animæ: quia fama inter bona externa primatum tenet, quia *Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.* Si ergo in cæteris bonis damnum proximi vitari debet, à fortitiori in fama. Vt Christus propterea consultissimè admonuerit, primò famam proximi seruādam, cùm ait: *Corripe fratrem peccantem inter te, & ipsum solum.* Qui igitur ad has regulas spectauerit, non poterit non suauiter corripere fratrem, & scrupulos omnes, si qui occurrerint, facilè repellere, innixus verbis & imperio Christi talium legū conditoris, cui cum Patre, & Spiritu sancto pariter, sit honos sempiternus, gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

(.·.)

TRACTA-

Sexta ratio, & postrema.

Peccanti in fratrem, si eum pœnituerit, esse dimittendū, quo Christ? sensu dixerit

Alexand. de Hales. 3. par. quæst. 61. memb. 4. An qui iniuriam passus est, reconciliari debeat eam inferenti, iuxta Alexandrum de Hales.

Caietan.

Error Caietani circa præceptū de correctione fraterna refellitur.

Rom. 13. Modus temperatus in correctione fraterna.

Matth. 16.

Prouerb. 6.

Tract. 58.

TRACTATVS XII.

In quo de suprema Ecclesiæ autoritate, & potestate agitur, vt etiam præcipere, & condere leges possit, quibus fideles omnes in conscientia arctare valeat.

QVONIAM præsens hic locus manifestè potestatem Apostolis traditam fideles cogendi ad obedientiam, & repugnantes, ac refractarios excommunicationis vinculo innodandi, aperte porrigit; atque hæc autoritas non solùm à nostri sæculi hæreticis in dubium reuocata sit, verùm etiam à multis Catholicis in cōtrouersiam vocata; non erit ab re, quid in articulo tanti momenti sentiamus, perspicuè edisserere. Et primò quidem illa explicabimus, in quibus hæretici cum Catholicis conueniunt, ne frustrà verba profundamus in his, quæ ipsi recipiunt. Deinde illa adiungemus, in quibus à nobis dissentiunt: vbi necessariò manus cum illis conserendæ sunt.

Quid hoc loco Ecclesiæ vox præcipiendi significet.

Cùm autem quęstio est, an Ecclesia possit præcipere, aut leges cōdere, quibus submortifero peccato ad obedientiam præstandam fideles obliget, explicandum est, nomine Ecclesiæ nos intelligere maiores, & Episcopos, quibus Christus Ecclesiam tradidit regendam. Nam vt superiùs annotauimus, quando Ecclesia distinguitur à fidelibus subditis, & inferioribus, semper pro pastoribus, siue Prælatis accipitur: & Chrysostomus exponens illud: *Dic Ecclesiæ*, de Prælato, siue Episcopo intelligit. Et id ipsum priùs docuit Cyprianus epistola ad Florentium, seu Pupianum, dicens: *Scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo.* Sic ille. Est enim per repræsentationem quandam regnum in Rege ipso; & Regnum Galliæ dicitur hoc, aut illud præcepisse, aut has, vel illas leges tulisse, quas Rex ipse cum Consilio suo tulerit. Simili ratione dicimus, Ecclesiam particularem esse in suo Episcopo, & vniuersalem in summo Pontifice, vel in Episcopis ad Concilium Prouinciale per suum Metropolitanum vocatis; aut ad Generalem, & Oecumenicam Synodum autoritate summi Pastoris Episcopi Romani congregatis. Episcopi enim per se sumpti, præcipere possunt in Ecclesijs suis, & in Synodo Prouintiali, suæ prouinciæ hominibus: at summus Pontifex, siue Concilium Generale eius autoritate coactum, toti Ecclesiæ præcipere potest, aut leges salutares præscribere, & condere.

Chrysost. hom. in Matthæum circ. med. tom. 2. Matth. 18. Cyprian. lib. 4 epist. 9. sub finem.

Sciendum est igitur, Lutheranos, qui mitius loquuntur in Confessione Augustana, probare quidem ciuilia iudicia, contractus possessiones, matrimonia, supplicia, vindicare, iure bellare, militare, obedientiam cū iuramento firmare, artes probatas exercere; de Ecclesię verò institutis, postquàm cœlibatum reijciunt, vt impium, delectum ciborum, & vestigium, vt superstitiosum, dicunt recipiendos esse aliquos ritus, vt ordinem Ecclesię seruandū vtiles, vt conuentus ad templū, certas ferias, certasq; cantiones: admonendo tamen, quòd ista nō sunt ad salutem necessaria. De Episcopis verò subiungunt, nullā eis iurisdictionem competere, vt Episcopi sunt, sed illis tātùm esse cōmissum ministerium nudū verbi, & Sacramentorum, remittendi, & retinēdi peccata; cognoscendi etiam, & discernendi doctrinam cum Euangelio non conuenientem; impios quoque, quorum nota ad impietas, excludendi à communione Ecclesiæ, sine vi tamen humana, sed verbo tantùm.

Asserunt præterea, iuris Diuini esse, Ecclesiam teneri ad præstandam Episcopis obediētiam, iuxta illud: *Qui vos audit, me audit*: si verò contra Euangeliū doceant, non esse audiendos, sed seruādum Domini verbum, *Attēdite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium*: &, *Licet nos, aut Angelus de cælo euāgelizet vobis præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema sit.* Non debere etiam in ciuilem potestatem irrumpere, nec aliquid vsurpare, iuxta illud: *Regnum meum nō est de hoc mundo; Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo.* Et omnem aliam iurisdictionem docent Episcopos à Principibus habuisse, iure tamen Diuino nullam eis iurisdictionem competere, vel in obligandis conscientijs, vel in condendis legibus, vel in coercente potestate exteriori per carceres, vel per alias pœnas legales.

Munera igitur Episcoporum hæretici non negant, quę sunt, superintēdere Ecclesijs suis, vt vox ipsa Episcopi significat. Deinde, esse Pastores; *Pascite*, inquit, *qui in vobis est gregem Dei*; salubria dando pascua, & à lupis, & bestijs cauendo, actuendo, & vagantes oues ad caulā reducendo. Tertium, esse Rectores, & Præsides Ecclesiæ: vt dictum est Petro, *Pasce* (vel, Rege) *oues meas*; & Apostolus, *In quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei; & adesse, & agere excubias.* Quartum est, esse medicos animarum: *Quod infirmum*, inquit, *fuit, non consolidastis; & quod ægrotum, nō sanastis; quod confractum est, non alligastis*; & quæritur apud Esaiam, quòd vulnus, & liuor, & plaga tumens, non

Christianæ Reipublic. ritus, & ceremonias quos probent atq; recipiant lutherani.

Ecclesiæ leges, & instituta quæ damnent & improbent.

Ijdem Episcopis qualē duntaxat potestatem, & autoritatem concedant.

Quatenus parendū esse velint Episcopis.

Luc. 10.

Matth. 7. Gal. 1. Nullum ius in ciuilē eos tradūt habere potestatē.

Ioan. 18. 2. Corint. 10. Si quid iuris habeāt, id totum à sæcularibus accepisse Principibus.

Quæ sunt munia Episcoporum.

1. Pet. 5. Secundùm. Quomodò illi pascant gregem Dei. Tertium.

Ioan. 21. Act. 20.

Quartum.

Ezech. 34.

Esai. 1.

mens, nõ sunt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Ideò Dominus de seipso dixit: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus*: qui non tantùm ad ægritudines tollendas ordinatur, sed ad bonam valetudinem conseruandam. Quintum est, parentes esse spirituales subditorum, & præstare patrum correptionem, & disciplinam, & matrum blanditias, & tenerum amorem. Vnde Paulus ait: *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui*: &, *Filioli mei, quos iterum parturio*, &c.

Sextum, Episcopos esse vicarios Christi, siue eius aliquo modo in terris locũ tenentes: *Sicut misit me*, inquit, *Pater, & ego mitto vos*; &, *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit*: quos duos locos Cyprianus in hoc sensu intellexit. Primùm quidem, in libro de simplicitate Prælatorum: secundũ, in epistola ad Pupianum, siue Florentium: vbi verbum, *Qui vos audit*, ad omnes præpositos, qui vicaria ordinatione succedũt, extendit: & ità, vt vicarij, possunt baptizare, corpus Christi conficere, peccata remittere, vel retinere, manum imponere, & ordinare. Possunt vsum potestatis minoribus Sacerdotibus concessum, iustis de causis, & Ecclesiæ expedientibus, coarctare, nõ pro libito & commodo suo: nam alioqui si quilibet Sacerdos in quemlibet posset liberè exercere potestatẽ, ordo Ecclesiæ politicus periret, & essent in ea schismata. Itaque Sacerdotes obedire iubẽtur Episcopis in sua diœcesi, & illi possunt præcipere, nõ quidem tollendo potestatem, quæ nititur charactere indelebili; sed impediendo legitimũ vsum potestatis, & subtrahẽdo materiam, in quã exerceri illa potestas valeat.

Septimum; habent præterea facultatem prædicandi, & declarãdi Dei verbum, quo contentiones Legis, & difficiles concertationes terminẽt: quemadmodum Apostoli Act. 15. fecerunt, & Christus iuxta expositionẽ Chrysostomi significauit, cùm secũ dixit assessuros Apostolos iudicantes duodecim tribus Israel: & Paulus: *Noli*, inquit, *negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij*. Vbi per prophetiam intelligi potest donum Dei; quo discernimus inter Catholica & hæretica dogmata.

Quòd si hoc donum in multis Episcopis ignorantibus non apparet, id in causa est, quia ista dona infusa sine acquisitis non mouent, vt dici solet de fide infusa: sed si Episcop⁹ doctrina prefulgeat in Lege Dei, vt vult Apostolus, proximum instrumentum habet, quo donum istud prodire possit in actum: alioquì à concionatore, vel Doctore simplici non differret.

Postremò possunt Episcopi à consortio fidelium, & communione Sacramẽtorum rebellem, & manifestum peccatorẽ excludere, tradendo illum Satanæ: de qua potestate dixit Dominus: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus*. Et conuersus ad discipulos suos, tanquam per eos Ecclesiam intelligens, ait: *Quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo*. Et hinc Paulus excommunicat incestuosum Corinthium ob insigne illud scelus habendi vxorem patris sui: Hymenæum, & Alexandrum, propter blasphemiam. Et ad Titum: *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita*; & Dilectus: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert; nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis*. Etsi enim peccator membrum sit putridũ, & indignum Sacramentis: vtcunq; tamen per Ecclesiæ suffragia iuuari potest: separatus tamẽ per excõmunicationem, omnino præcisus est, & magis diabolo expositus.

Est autem finis excommunicationis primarius, vt confusus conuertatur, & resipiscat: & ideò excõmunicatio in medicinam infligitur. Secundus, vt præcisus non possit alios inficere, vel ad rebellionem attrahere. Tertius, vt alij huius exemplo coerceantur, & in disciplina contineantur. Videtur etiam ex verbis Domini, excõmunicationem præcedere debere peccatum mortiferum, & contumaciam, siue cõtemptum admonitionis. Vnde Paulus non nisi pro graui peccato excommunicat, vt dictum est. Non tamen inde colligitur, vt quidam malè deducunt, nisi peccantes in Diuinam legem excommunicari non posse: quia satis est peccari in iustum, & sanctum Ecclesiæ præceptum. Nam Paulus, *Denuntiamus*, inquit, *vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundùm traditionem, quam acceperunt à nobis*. Non inquit, propter peccatum commissum in Decalogum, sed in Paulinæ traditionẽ doctrinæ. Et subdit infra: *Si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate* (id est excommunicationis gladio percutite) *& non commisceamini cum illo, vt confundatur*. At certè hæc inobedientia contra fidem non erat, non enim appellasset fratrem: nec erat in moralia præcepta, non enim aliàs dixisset, Verbo nostro, sed, præcepto Dei.

Valet ergo Ecclesia pro transgressione præcepti Ecclesiastici excõmunicare: aliàs manca esset potestas Ecclesiæ, si rebelles, & contu-

Matth. 9. Medicꝰ duo præstare debet.

Quintum munus Episcopi.

1. Corinth. 4.

Galat. 4.

Sextum.

Ioan. 20. Luc. 10. Cyprian. loco prædicto. Episcopi vt Christi vicarij sunt, qualem habeant potestatẽ, atque iurisdictionem.

Ioan. 20.

Libera cuiq; Sacerdoti in quemlibet si potestas esset, quid inde proueniret. *1. Corinth. 1.* Sacerdotes quatenꝰ sub sint Episcopis.

Septimum Episcoporũ munus.

Chrysost. ho. 65. in Matthæum, to. 2. Matth 19. 1. Timoth. 4.

Vbi prophetia apud Paulum, Catholicam ab hæretica discernendi doctrinam donum significet. Hoc diuinũ munus in Episcopis in-

& contumaces præceptis suis non posset coercere. Deinde Apostolos sæpe excommunicasse pro trãsgressione præceptorum Ecclesiasticorum legimus. Nam can. 68. Quadragesima sub excommunicatione indicitur; & can. 69. vt fideles nullum cum Iudæis festum celebrent; & can. 35. priuatur communione Episcop. electus non acceptans Episcopatũ sine iusta causa; & can. 11. eadem censura inuoluitur, qui cum excommunicatis orat. Tertiò, sunt pro hac sententia Patres. Nam Cyprianus in concil. suo ait, se quendam, nomine Victorem, quia reliquit presbyterum actorem sui testamenti, cõtra Synodi determinationem, fideliũ suffragijs priuasse propter præcepti positiui violationem. Quartò sequeretur, nullam Synodum antiquam, in qua articuli fidei nulla producta Scriptura decreti sunt: vt consubstantialitas Filij, & Spiritus sancti cum Patre; duplex in Christo natura; Mariæ virginitas, & maternitas Dei, ad illa tenendum, sub excommunicatione cogere potuisse. Quintò, Clemens epist. ad Iacobum fratrem Domini, Ecclesiasticos sub excommunicationis censura, à frequentibus fœminarũ visitationibus arcet. Ex quibus colligimus, instituta maiorum posse conscientiam obligare ad lethale peccatum: aliàs excommunicatio ferri non posset nisi in his, quæ tantùm iuris sunt diuini. Ista omnia libenter conceduntur ab Hæreticis: negant tamen multa, quæ nos, & scripturis, & Patrum traditione instructi Episcopis concedimus; atque illud in primis, quòd leges condere possint, quæ obligent in conscientia subditos, etiam in his quæ non sunt iuris diuini.

Quod verò Ecclesiæ pastoribus sit obediendum, ne lethalis culpa contrahatur, multis cõprobare possumus. Primò, quia Dominus præcepit, Ecclesiam non audientes, haberi vt ethnicos, & publicanos: quod certè pro aliquo leui delicto non liceret. Et præcepit: *Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo*. Alligant autem per præcepta, sicut dixit Dominus: *Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum*, & nõ sub leui aliquo pœnæ pondere, aut paruo delicto, quia tale non claudit nobis regnum cœlorum. Deinde: *Qui vos*, inquit, *audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit*; non ergo audit Christianus Deum, nisi obediat vicarijs eius, de quibus dicitur: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis*. Porrò Deus quanti faciat obedientiam, expressit Samuel, cùm dixit: *Melior est obedientia, quàm victimæ, & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere*; & Samueli dixit: *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos*. Neque ob aliam causam puniti sunt Core, Datan, & Abiron, quàm quod, cùm vocarẽtur à Moyse, dixerunt: *Non venimus*.

Tertiò, gloriatur Apostolus de potestate, quã dedit ei Dominus in ædificationem & non destructionem; & iterum: *Ideò hæc absens scribo, & non præsens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi*. Et rursus: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & in spiritu mansuetudinis? In virga*, inquit, hoc est in potestate seuerè & aspere castigandi. ¶ Ergo hæc tanta potestas, in qua gloriatur, & quam virgam vocat, & qua in promptu habebat vlcisci omnem inobedientiam, aliud erat quàm dispensatio verbi, & Sacramenti, & alligare poterat in conscientia fideles: alioqui infirma fuisset, & debilis potestas. Adhæc Apostoli Act. 15. leges ferunt de abstinendo à contaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine. Et subiungunt: *Visum est Spiritui sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria: Vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, &c.* vbi onus vocat, & necessaria, quæ ad obedientiam arctabant cõscientias fidelium. De quibus infra dicitur, quòd *Cùm pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erant Ierosolymis*. Quòd si illis obedientia non debebatur, tyranni profectò erant Apostoli, talia præceptorum onera imponentes.

Quartò, Petro dictũ est: *Pasce oues meas*, & Petrus pastoribus: *Pascite qui in vobis est gregem Dei*; Paulus: *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiã Dei*. At pastor, siue rector dicendus non est, qui in suas oues nullam habet aut imperandi, aut dirigendi autoritatem.

Quintò, in veteri Lege præcipitur: *Audi fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ*. Quibꝰ admonemur, vt præpositorum nostrorum præceptis, & Ecclesiæ matris nostræ mandatis morigeros nos præstemus. Alioqui Deut. 17. præcipitur, vt qui Sacerdoti summo se rebellem præstiterit, mortem incurrat: at quod erat in Synagoga mors corporis, id non est aliud in Republica Christiana, quàm peccatum lethiferum.

Sextò, nõ est minor autoritas maiorum ad obligandum subditos, quàm parentum ad filios, vel dominorum ad seruos: sed parentes possunt obligare in cõscientia, etiam

Supra 8.

Num. 16. Core, Datã, & Abirõ Mosi repugnantes, diuinam subiere vindictam. III. argum. *2. Cor. 10. Infra 13. 1. Cor. 4.*

In virga venire apud Paulum quid.

2. Cor. 10.

Act. 15.

Quod onus, & quæ necessaria Apostoli Act. 15. Antiochenis imponerent. *Act. 16.*

IV. argum. *Ioan. vlt. Act. 20.*

Pastoris, seu rectoris indignus qui nomine.

V. argum. *Prou. 1.*

Deut. 17.

VI. argum.

in his, quæ non sunt iuris diuini, filios suos. De quibus Apostolus: *Filij*, inquit, *obedite parentibus vestris per omnia*, & Deut. 21. præcipitur lapidari filius inobediens parentibus, quos etiam Paulus dignos morte vocat ad Rom. 1. Multo ergo fortiori ratione prælati præcipere possunt aliquid sub pœna mortiferi delicti. Nam vt rebellio filiorũ in parentes, est rebellio Dei; ita inobedientia præstita superioribus, in Deum reducitur.

Septimò, in omni republ. supremi magistratus potestatem habent cõdendi leges necessarias, & vtiles, & ad pacẽ, & tranquillitatem spectãtes, de qua ait Sapientia diuina: *Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: Per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.* Si ergo hac potestate careret Ecclesia, multo melius quã Christus nouissent homines legislatores cõdere Rempubl. Quare rectores Reipublicæ debent communi omnium saluti consulere, & maximè infirmorum, qui numero vincunt perfectos, & qui ad mala propensi præcipites ferrentur in vitia, nisi timore pœnarum per leges iustas interminatarum coercerentur. Nam *Oderũt peccare mali formidine pœnæ.* Sicut ergo magistratus ciuiles, & vrbium Præfecti, aliquid præcipere possunt sub pœna capitis, sed suspendij: ergo vt illi in corpora, ita Ecclesiastici rectores in animas potestatem habẽtes possunt in virtute obedientiæ, vel sub pœna mortis animæ, aut sub excommunicationis latæ sententia aliquid præcipere.

Octauò, cùm præcepta Euangelica nonnisi generalia sint, & quæ ad vniuersos spectant, comprehendant; nisi in Ecclesia talis potestas existeret, quæ diuina præcepta determinaret, & ad certũ tempus, locum, personas, & alias circunstantias modificaret, certè de illis actum esset: vt v.g. præcipit Christus peccata Sacerdoti cõfiteri, percipere Eucharistiã, ieiunare, carnẽ affligere, & crucem suam ferre, orare, & preces fundere, ministros verbi, & Sacramenti alere, quia dignus est operarius cibo suo: certè nisi Ecclesia eam à Christo accepisset potestatem indicẽdi festiuos dies, & præscribendi dies ieiunio dicatos, & confiteri saltem semel in anno ante Pascha, & corpori Christi ieiuno stomacho cõmunicare, & præstare decimas sacerdotibus, & illis indicere cœlibatum, & septem horarum Canonicarum pensus imponere, præcipere abstinentiam carnium, & ouorum & lacticiniorum in dieb⁹ ieiunij, & alia permulta his similia, quæ longum esset recensere: certè, inquam, nisi hæc posset præcipere Ecclesia, actum esset de præceptis diuinis, & alioqui mille ceremoniæ, quæ mirè deuotionẽ excitant, perirent, tam in Missæ sacrificio, quàm in Sacramẽtis, quæ ad ornandũ sunt instituꝛę. Quamobrem in lege, & ieiunia certis diebus indicebantur, & dies festiui ob acceptũ aliquod à Deo beneficium instituebantur. Nam Esther regina ad liberationem sui, & populi, indixit ieiunium Mardochæo, & omnibus Iudæis manentibus Susis: & Iosaphat attonitus hostium multitudine, rogauit Dominum, & indixit ieiunium in vniuerso regno Iuda; Rex etiam Niniue ad auertendam iram Dei, præcepit prædicari ieiuniũ sub pœna mortis. Et quod attinet ad dies festiuos, Iudith solẽne festum instituit ob liberationem eius tempore factam; sicut Esther ob liberationem à persecutione Aman, & festum sub grauissima pœna in diplomate regio scriptum: *Omnis*, inquit, *prouincia, & ciuitas, quæ noluerit solennitatis huius esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur.* Et 1. & 2. Machab. libris statuit Iudas, & fratres eius, & vniuersa Ecclesia Israël, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo, à quinta & vicesima die mensis Casleu, cum gaudio & lætitia.

Nonò, Reges & seculares Principes potestate sua laica possunt aliquid præcipere, ad quod prẽstandum omnes eorum subditos cogant. Nam Iosu. 1. dicitur: *Responderunt Principes populi ad Iosue* (principem videlicet secularem) *atque dixerunt: Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus, quos præceperis ei, moriatur.* Multo ergo magis qui noluerit obedire Prælato Ecclesiastico. Et fortiùs Apostolus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ est enim potestas, nisi à Deo. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*; at Deo resistere, peccatum graue est, vt subdit: *Qui autem resistũt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Ideoq; necessitate subditi estote: non solũ propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Et iterum: *Admone illos Principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonũ paratos esse.* Vides quàm strictam obedientiam præcipiat Paulus exhiberi magnatibus? Eandem præcepit Apostolorũ princeps Petrus: *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorũ, laudem verò bonorum.* Absurdum autẽ esset, tam exactam principi obedientiam potestati laicæ, & nullam potestati Ecclesiasticę exhibere: quod diuinam prouidentiam vehementer dedeceret.

Accedunt ad hanc sententiam veteres

Patres,

Ephes. 6. Coloss. 3. Deut. 21.

VII. argum.

Prou. 8.

Qui rectè ad ministrent Rempubl.

Horat. lib. 1. epist. 17.

VIII. Argu. Qualia ferè in Euangelio præcepta tradantur.

Matt. 18. Ioan. 6. Matt. 6. Infra 16. Supra 6. & sæpe alias. Infra 10. Luc. 10.

Ecclesię quænam sint instituta.

Illis sublatis quid futurũ esset.

Religiosa tiquæ leritus, & ceremoniæ. *Esther 4.*

2. Paral. 2.

Ionæ 3. &

Esther 8.

Cap. 4. Cap. 10.

IX. argu.

Iosu. 1.

Rom. 13.

Quàm Paul⁹ cæremoniã esse cipibus

Tit. 3.

1. Pet. 2.

Eadẽ Patrũ tione tur.

Clem. Roma. epist. 1. in fin.

Ecclesiastica quomodo oporteat exerceri negotia.

Ecclesiastica quæ sit Clementis decretum negligentes, damnationem imponens, gloriũ mortua accipiunt.

Rom. 13.

Ignat. epist. 4. circa init.

Episcopo cuncta contradicendum.

Idem epist. 5. circa init.

Idem ibid.

Episcopo inobedientes ignat. quales censeat puniendos.

Tertull. c. 39. Apologe. circa fin. vers. to. 2.

Quis Ecclesiæ Episcopus, inquit Tertull.

Basil. cap. 14. reg. 2.

Varia præceptorum differentia à Basilio tradita.

Plato 3. politica regula.

Cap. 10.

Quomodo à nobis suscipi Basilius velit

Patres. Inter quos Clemens epist. ad Iacobum fratrem Domini: *Hæc itaque, frater charissime Iacobe, ab ore sancti Petri iubentis accepi, tibiq; (vt optabas) insinuare studui, vt seruari omnia immaculata præcipias: quia Ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri negotia. Hæc ergo præcepta nemo credat absq; sui periculo negligere, vel dissimulare, quia in iudicio Dei ignis æterni tormenta sustinebit, qui Ecclesiastica decreta neglexerit. Qui verò te audierit (vt iusserat minister Christi Iesu) gloriã accipiet. Qui autem te non audierit, imò loquentem Dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet.* Expende, quanta grauitate, & pondere verborum in cõmendandis præceptis positiuis Clemens vtatur. Ignatius quoque ex Smyrna ad Magnesianos scribens, ait: *Dignum est & vos obedire Episcopo vestro, & in nullo ei contradicere. Terribile est enim tali contradicere. Non enim visibilem istum quis spernit, sed illum inuisibilem in eo contemnit, qui non potest à quoquam contemni: hic enim non ab homine, sed à Deo habet promotionem.* Idem epist. ad Trallianos: *Episcopo subiecti estote: sicut Domino. Ipse enim vigilat pro animabus vestris, tanquã rationem redditurus Deo. Necessarium est enim vos nihil præter Episcopum facere, neque aliquid agere.* Et infra: *Qui istis* (id est Episcopis) *inobediens fuerit, hic sine Deo omnino erit, & impius, & contemnens Christum, & ordinationem ipsius minorans.* Tertullianus item in Apologetico: *Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura diuina, nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conspectu: summumq; futuri iudicij præiudicium est, si quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij relegetur.* Sic ille, de potestate excommunicandi quam habent maiores, verba faciens.

Basilius in regulis concisius disputatis, præceptorũ differentiam assignans, ac tradens, ita inquit: *Cum autem eorum quæ imperãtur, dissimilitudo exigua non sit (etenim ex his quidem partim repugnant mandato Domini, aut aliqua ex parte illud vitiant, aut multis modis, admiscendis his quæ interdicta sunt, contaminãt; partim verò cum mãdato conueniunt, alia autem licèt apertè cum eo non conueniant, adiuuant tamen, ac veluti admicula quædam mandati sint) necessariò ea nos in memoriam debemus redigere, quæ dicta sunt ab Apostolo: Prophetias nolite spernere. Omnia autem probantes, quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete.* Et iterum: *Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectũ in obsequiũ Christi. Ex his aũt intelligitur, quòd si quid nobis imperatum sit, quod idem sit cũ mandato Domini, adiuuet ve, illud tanquam voluntas Dei, studiosius, diligentiusq; à nobis suscipi debet, idq; seruari conuenit quod dictũ est: Supportantes inuicem in charitate Christi. Quoties verò aliquid quod mandato Domini aut repugnet, aut aliqua ex parte vitiet, contaminetur, facere ab aliquo iussi fuerimus, tunc cõmodè illud vsurpabimus: Oportet obedire Deo magis quàm hominibus.* Et Chrysost. homil. in Genes. prohibens ne Christiani in Quadragesima adeãt spectacula, subdit: *Sciant omnes his criminibus obnoxij, si post hanc nostram admonitionem in ea negligentia manserint, non toleraturos nos sed legibus Ecclesiasticis vsuros, & magna austeritate docturos, ne talia post hac negligant, neue tanto contemptu diuina audiant eloquia.* Hæc ille, interminans excommunicationis sententiam in rebelles, & inobedientes. Cyprianus ad Cornelium Papam: *Cùm hæc tanta*, inquit, *ac talia, & multa alia exempla præcedant, quibus Sacerdotalis autoritas, & potestas diuina ordinatione firmatur; quales putas esse eos, qui sacerdotũ hostes, & cõtra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij vltione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, & natæ sunt schismata, quàm inde, quòd sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur: cui si secundùm magisteria diuina obtẽperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret: nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post Coepiscoporum consensum iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet: nemo sibi placens, ac tumens, seorsum foris nouam hæresim conderet.* Hactenus ille, docens quàm periculosa sit inobedientia erga superiores, ex qua oriri ait hæreses, & schismata.

Origenes quoque super Lucam, ponderans illud: *Et erat subditus illis*, ait: *Discamus filij subiecti esse parentibus nostris. Maior minori subijcitur. Nam quia maiorem Ioseph videbat ætate, propterea eum parentis honore coluit, omnibus filijs exemplum tribuens, vt subijciantur parentibus. Quòd si patres ijs non fuerint, subijciantur his, qui patrum ætatem habent. Quid loquor de parentibus, & filijs? Si Iesus filij Dei subijcitur Ioseph, & Mariæ, ego non subijciar Episcopo, qui mihi à Deo ordinatus est pater? Nõ subijciar presbytero, qui mihi Domini dignatione præpositus est? Puto quòd intelligebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, quòd subijciebatur ei, & sciens maiorem esse subiectum, trepidus moderabatur imperium. Videat ergo vnusquisque, quòd sæpe melioribus præpositus sit inferior, & nonnunquã accidat, vt ille qui subiectus est, melior sit eo, qui sibi videtur esse præpositus. Quod cũ intellexerit*

præcepta superiorum.

Ephes. 4. Idem quatenus non obtemperandũ.

Act. 5. Chrysò. ho. 6. in Genes. ante dium. to. 1. init. Spectacula adeũtes Quadragesimę tẽpore, Chrysostom. excommunicationis mucrone percellit.

Cypr. lib. 1. epist. 3. circa prine.

Vnde hæreses obortæ & nata sint schismata, teste Cypria.

Orige. ho. 20. in Luc. circa med. to. 2. Luc. 2.

Quid nos doceat suis parẽtibus Christi subiectio, & obedientia. Cur nos Episcopo, & presbytero, teste Origene, debeamus subijci.

Aliorum præpositi, quid considerare habeant.
Aug. epist. 76. init. tom. 2.

dignitate sublimior, non eleuabitur superbia ex eo quòd maior est, sed sciet ita sibi meliorem esse subiectū, quomodo & Iesus subiectus fuit Ioseph.

Augustinus ad Casulanum Presbyterū: *In his rebus, de quibus nihil certi tradit Scriptura diuina, mos populi Dei, vel statuta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut prauaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum sunt coërcendi.* Idem ad eundem: *Si consilio meo libenter acquiescis, Episcopo tuo in hac re noli resistere, & quod facit ipse, sine vllo scrupulo, aut disceptatione sectare.* Hæc ille, præcipiens vt quisque in dubijs acquiescat Episcopo suo.

Idem, ibid. in fin.

Hieronymus in regula Monachorum: *Episcopus*, ait, *vester, cui Ecclesiæ commissum est regimen, quem Deus speculatorem posuit in vinea sua, pastorem ouium gregis directorem, ac ductorem plebis, & populi ciuitatis, & parochiæ, in qua degitis, vos custodia singulari foueat, sanctæ doctrinæ vos pabulo nutriat, & coram Deo animarum vestrarum curam gerat specialem. Cui commissa est ciuitas vniuersa, huic æquanimiter, sicut Deo, omnes deuotè obediant, hunc patrem, hunc zelatorem virtutum, tam præposita veneretur, quàm subdita.* Et ad Rusticum Monachum: *Præpositum monasterij timeas vt Dominum, diligas vt parentem. Credas tibi salutare, quicquid ille præceperit, nec de maiorum sententia iudices, cuius officij est obedire, & implere quæ iussa sunt.* Et postremò Bernard. lib. de præcepto, & dispensatione: *Quicquid Vice Dei prælatus homo præcipit, quod non scit tamen certum displicere Deo, haud secus omnino recipiendum est, ac si præcipiat ipse Deus. Quid enim interest, vtrum ipse, vel per suos ministros homines, & Angelos hominibus suū notificet beneplacitum Deus?* Sic ille Pater sanctissimus. Et subdit: *Ipsum hominem prælatum, quem pro Deo habemus, tanquam Deum in his, quæ apertè non sunt contra Deum, audire debemus.*

Hieron. c. 17. 20. 4. prope fin.
Episcop. quæ debeat Ecclesiæ suæ secundùm Hiero.
Ezech. 33. & seq. Heb. 13.
Episcopo debuote obediēdum.
Idem epist. 4. ad mod. tom. 1. init.
Præpositis quid debeamus.
Bernard.

Iussa maiorū Deo nō contraria, à nobis quomodo recipiēda.
Idem.

Innumera alia possent produci testimonia Patrum, sed in re aperta non putauimus necessarium. Certè Concilium Viennense sub Clemen. V. celebratum, damnauit octo propositiones Begardorū, & Beguinarum, inter quas tertia erat: *Illi, qui sunt in statu perfectionis, & in spiritu libertatis, non sunt vlli humanæ obedientiæ subiecti.* Et in Concil. Constantiens. sess. 15. inter alios errores damnatos Ioannis Hus, vnus est iste: *Obedientia Ecclesiastica, est obedientia secundùm ad inuentionem Sacerdotum Ecclesiæ, præter expressam autoritatem Scripturæ.* Cui errori addiderūt pseudoapostoli, qui fuerūt circa tēpus Bonifacij VIII. quòd ipsi nulli, præterquam Christo, subditi essent, sicut Apostoli ipsi Christo.

Conc. Viēnen. sub Clem. V.
Conc. Const. Artic. 15.

Hæreticorū in contrariū argumenta proponūtur, ac dissoluuntur.
I. Argum.

Sed iam tempus est, vt quæ in contrariū obijciunt hæretici, diluamus. Primò ergo obijciunt, superiores non posse præcipere, aut legem condere, nisi illam quę ex Scripturis deducatur. Sed reuera extra caussam scandali, vel contemptus, vel circa ea, quæ iuris sunt diuini, obligare possunt conscientias subditorum. Nam si prælati sunt præsidētes, rectores, & pastores politię Ecclesiasticæ, sequitur, posse eos, pro ordine politię seruādo, leges statuere iustas, & ad honum finē ordinatas. Quòd si illas possunt statuere, subditos necesse est obedire: alias enim vana esset hæc potestas, & stultè concessa, si præsidentes subditos ad leges seruādas non possunt arctare. Et cùm aliter non possit cogere secundùm aduersarios, nisi excommunicando, sequitur quòd possunt excommunicare pro peccato contumaciæ in præceptum humanum admisso.

Quando tūm inferiores à superioribus suis valeant ad obediendū compelli.

Si dicant, hoc verum esse in his, quæ ad ius diuinum spectant, quærendū est, quid per ius diuinum intelligant. Si enim intelligunt, id, quod mandatur, debere contineri expresse in sacris literis, vel saltem in consequentia necessaria deduci, tunc non opus esset mādato, aut autoritate prælati, sed simplici monitione alicuius doctoris, vel concionatoris, & sic in Ecclesia non opus esset Episcopis, vel Prælatis, qui capita essent, & rectores, sed vt essent Scribæ tātùm, & docti Theologi. Si autem sufficit quomodocunque contineri id quod præcipiunt, in Scripturis; datur occasio subditis, vt immo rigeros se præstēt, quia possunt refragari, & caussari quod illud non deducitur ex iure diuino: quòd est Ecclesię ordiné inuertere. Et cuicunq; hoc examen cōmissum fuerit, an scilicet sit iuri diuino conforme, necne, est constituere alios homines supra Prælatos: quod diuinæ institutioni repugnat.

Episcopi quomodo tenēbantur ad subiectionem compellati.

Adhæc, leges & instituta ad continendū populum in officio, non opus est vt certò deducantur ex diuina Scriptura, quæ non est sufficiens, quamuis certa, regula rectarū institutionū, sed prudētia cum certa ratione. Quod docet Paulus, cum de muliere velanda ait: *Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem, si comam nutriat, ignominia est illi: Mulier verò si comam nutriat, gloria est illi.* Lex etiam, vt testatur Isidorus, ratione debet constare, religioni congruere, disciplinæ conuenire, & saluti proficere; non autem vt deducatur ex Scriptura.

Non essent cessarium leges Ecclesiasticas expresse in sacris literis contineri, secundùm hæreticos. Prima ratio.

Præterea, quod licuit primoribus antiquę legis, vbi de omnibus agendis erant leges perscriptæ sine aliquo expresso Dei verbo, cur non etiam licebit legis Euangelicæ pastoribus, vbi imperfecti sunt qui regi debent, & pauca instituta scripto tradita? Nā

Secunda.

Deut. 27.
Ioſu. 1.
1. Par. 24. 25. 26.
2. Par. 29. & seq. Isa. 31. & se.
Num. 16.
Quæ nā Euāgelio contenta non sint iura diuini, sed humani.
Matt. 9. Act. 13.
1. Co. 11. & se. supra 7. 1. Tim. 3.
1. Co. 11. & se. Infra 14. 1. Tit. 3. Tim. 1. 1. Cor. 14. Ephes. 6. Coloss. 3.
Deut. 21.
Supra 17.
Quę diuinis iuris non legibus, non humanis, vel Ecclesiasticis soluat obedire, cur barbari Ecclesiastici Moris offidum.
1. Cor. 14.

Moyses sine expresso Dei verbo Deut. 27. mandat post transitum Iordanis erigi lapides, in quibus lex scribatur, & vt starent aliqui ad benedicendum, & alij ad maledicendum in monte Hebal, & Garizim. Mandat Iosue, vt se præparent die tertio ad transeundum Iordanem, de quo nihil habebat in mādatis. Instituit Dauid, vt Leuitæ ministrarent, & cantarent ante arcam, & seruirent alternatim per hebdomadas: quod non erat in lege præscriptum. Ezechias, & Iosias Reges præcipiunt cantoribus varia offerre sacrificia, quæ nec distinctè, nec cōfusè in Scriptura continebantur. Quòd si sancti potuēre absque expresso Dei verbo cultum Deo debitū instituere, quod maius erat; potuerunt ergo leges condere, vt illi ritus seruentur. Punitio quoq; Core, Datā, & Abiron, non fuit, quòd rebellarēt expresso Dei præcepto, sed mandato Moysi. Ioā. Bapt. certas leges, & certa ieiunia discipulis suis præscripsit sine Scriptura. A postoli similiter decretū condiderunt abstinendi ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Paulus præcipit mulieri orare velato capite, & nō recedere à viro infideli volente cohabitare: iubet vt probentur Episcopi, tradit ritum communionis, præscribit mulieribus ne in Ecclesia loquantur: quæ tamen non constabat iure diuino esse præcepta: arcet ab Episcopatu digamū, & percussorem. Idem inquit: *Sicut & in omnibus Ecclesijs sanctorum doceo:* quo verbo autoritatem præcipiendi, & necessitatem obediendi in subditis præsefert: Filijs præcipit obedire parentibus per omnia. Si ergo Prælati, sunt parentes spirituales fidelium, audiri debent in omnibus, quæ iuri diuino, & rationi non contradicunt. Et Deut. 21. filius proteruus ac contumax lapidibus obrui iubetur, non ob peccata, quæ contra Dei legem commisit, sed quia monitus obedire patri suo, contempsit. Adhæc Deut. 17. non acquiescens in dubijs definitis à summo Pontifice, iubetur interfici, quia superbiuit, nolens obedire sacerdotibus Dei.

Barbarus ergo est, qui à quolibet præcepto maiorum exigit ius diuinum, aut Euangelium, alias minimè obediturus: quia sic quilibet ceruicosus & ignorans præfigeret sibi terminos obedientiæ, & iudicem se cōstitueret, tum Prælati præcipientis, tum iustitiæ præcepti sibi iniuncti. Adhæc pastoris est, & præsidis, non solùm diuinas leges interpretari, determinare locū, tempus, & modum, vt obseruentur, sed etiam rebelles punire, & in viam salutis omnes dirigere, & in disciplina cōtinere, & facere vt omnia honestè, & secundùm ordinem fiant in Ecclesia: at hæc qua ratione præstare possent, si subditi possent imperium detrectare, & non cogerētur obedire? Nam si, verbi gratia, id eueniat, quod sæpè contingere solet, vt Episcopus videat irā Dei sæuire, & graue flagellum impendere, & quòd nonnisi ob emendationem vitæ populi per ieiunia, & preces, & huiusmodi queant declinari, quæro, poterit ne iubere, vt certis diebus orent simul, & ieiunijs se affligant? quod fecit Mamertus, & beatus Gregorius, & Synodus Gerundensis, quorum Litaniæ, & ieiuniorum, & precationū dies pro ira Dei placanda etiam nunc durant, & in Ecclesia Dei obseruātur. Si ergo Episcopi non possent hæc prępicere cum necessitatis obligatione, minoris autoritatis essent quàm fuit olim populus Niniuitarum, qui pœnitentiam, & ieiunium indixerunt, non solùm maioribus, sed & paruulis, & iumentis: & si Ecclesiæ rectores id non possent, certè à priuatis concionatoribus non differrent, qui possunt hęc sua oratione consulere, aut persuadere, non autem præcipere, aut cogere. Minoris etiā essent autoritatis, quàm fuerint olim tempore Tertulliani, qui libro de ieiunio in Psychicos testatur, suo tempore Episcopos id frequenter fecisse. Ait enim: *Episcopi vniuersæ plebi mandare ieiunia assolent, non dico de industria stipium conferendarum, vt vestræ captura est, sed interdum & ex aliqua solicitudinis Ecclesiasticæ caussa.* Hæc ille. Et huic argumento hæc sint satis.

Epiſcopi ni possent subditos ad obediendum adigere, quā tenuis eorum potestas esset *Ionæ 3.*

Tertul. pæn. 3.

Argumentantur secundo, Prælatos Ecclesiæ pares nó esse, quibus subditi deferre, & obedire debeant: cùm ergo mali sint, indignos se reddunt, quibus obediamus. Respondeo, Deum voluisse, etiam malis obedientiam præstari: nam in lege cùm præcepit standum sententiæ summi Sacerdotis, & filios obsequi suis parentibus, absq; vlla limitatione illā exhiberi præscripsit. Nam si hanc limitationem admitterent, proculdubio periret obedientia, omnis iustitia, & ordo: quia cùm pauci, aut nulli sint superiores, qui mundam à peccato vitā agant, subditi rebelles & facinorosi semper haberent quod obijcerent superioribus, cùm in eos vellent animaduertere; & sic omnia delicta, & facinora in Republica Christiana manerēt impunita: quod est absurdum & barbarum. Proinde Dauid iustus Saulem, quem à Deo reprobatum nouerat, & se Regem designatum, etiamsi ab ipso malignè ad mortem quæreretur, honorauit, & in eum in spelunca, & in tentorio, quando dormiebat, sæuire noluit, nec verbum

II. argumēt um Hęretic. contra potestatem Ecclesiæ.

Deut. 17.

Infra 21. Vode cōstet, malis etiam pastoribus & prælatis esse obediendū.

1. Reg. 15. Infra 16. Infra 24. Infra 26. Dauidis erga Saul Regem impium obedientia.

aliquod inolens dixit, ob Regiam dignitatem: *Non extendam*, inquit, *manum meam in Dominum meum, quia Christus Domini est.* Dominus præterea cauit, ne à præstanda obedientia resiliremus, dicens: *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite, &c.* Quæ verba optimè exponit Augustinus serm. 46. de verbis Domini. Et Clem. epist. ad Iacobum fratrem Domini, ex persona Petri ait: *Episcopos tota animi virtute diligere vt oculos suos, quia oculi sunt illorū. Eorum præceptis in omnibus obedire, etiamsi ipsi aliter (quod absit) agant: memores scilicet illius Dominici præcepti: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.*

Matt. 23.

Augu. to. 10. subscript. Clem. Rom. epist. 1. circ fi.

Episcopi quo modo diligēdi.

Matt. 23.

Tertiò obijciunt, nos in libertatem vocatos, & ab omnibus legibus hominū liberatos, quare indignum est nos in captiuitatem duci. Respondeo, libertatem Christianam tātùm esse à peccatis, & eorum reatu, à tyrānide diaboli, & mundi, à seruitute cōcupiscentiæ, & à iugo legis Mosaicæ, & Circumcisionis: at à lege morali, vel Ecclesiastica, vel politica, vel religiosa, vel votorū vinculis, quibus magis Domino coniungimur, liberati non sumus. Et quod dicitur: *Lex iusto non est posita*, non intelligas simpliciter de quacunque lege: quia Christus factus est sub lege, & sicut mandatum dedit ei Pater, sic fecit; Angelis, & primis parentibus adhuc iustis, & in sanctitate permanentibus lex data est, ob cuius violationē puniti sunt: Paulus iustus Apostolus, his qui sub lege erāt, factus est quasi sub lege esset, cùm tamen ipse non esset sub lege: ergo intellige de lege timoris, non de lege Dei directiua, quæ iustorum est. Expone ergo verba Pauli de lege quæ cogat, & prædominetur ei, vt quasi coactus agat, quoniam sponte, & Spiritu Dei ducitur, & ex charitate ad legem seruandam inclinatur. Et ita intellige illud: *Non sub lege estis, sed sub gratia.* Aliæ libertates ignotæ sunt Ecclesiæ, & Scripturis. Imò libertas carnalis, & viuendi pro libidine, à Petro & Paulo repudiata est, & in seruitutē charitatis mutata. Vnde ad Gal. ait: *Vos in libertatē vocati estis, fratres, tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem:* & alio loco: *Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ;* & Zacharias: *Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi, In sanctitate & iustitia coram ipso.* Vbi vides, in his duob⁹ testimonijs, per libertatem à peccato nos consecutos seruitutem charitatis: & Apostolorum princeps Petrus: *Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ, libertatē, sed sicut serui Dei.* Quare magnus est Lutheri error, liberantis hominē ab omni lege propter hanc libertatem. Nam Paulus non excludit iustitiam, quę est ex operibus charitatis, cùm dicat, seruos nos esse debere charitatis & legis moralis, quæ ex charitate impletur. Quare Augustinus in hunc modum hanc libertatem Christianam intellexit, siquidem in expositione epist. ad Rom. ita loquitur: *Rectissimè admonet Apostolus, ne quis ex eo, quòd à Domino suo in libertatem vocatus est, factus Christianus, extollatur in superbiā, & non arbitretur in huius vitæ itinere seruandū esse ordinem suum, vt potestatibus sublimioribus, quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, existimet non se esse subdēdum. Cùm enim constemus ex anima, & corpore, quandiù in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium degendæ huius vitæ vtamur, oportet nos, ex ea parte, quæ ad hanc vitam pertinet, subditos esse potestatibus, id est, hominibus res humanas cum aliquo honore administrantibus. Ex illa verò parte, qua credimus Deo, & in regnum eius vocamur, non nos oportet esse subditos cuiquam homini idipsum in nobis euertere cupienti, quod Deus ad vitam æternam donare dignatus est. Si quis ergo putat, quoniam Christianus est, non sibi esse vectigal reddendum, aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitum eis, qui hæc curant, potestatibus, in magno errore versatur. Item si quis putat se esse subdendum, vt etiam in suam fidem habere potestatem arbitretur eum, qui temporalibus administrandis aliqua sublimitate præcellit, in maiorem errorem labitur. Sed modus iste seruandus est, quem Dominus ipse præscribit, vt reddamus Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & Deo, quæ Dei sunt.* Hæc ille doctissimus Pater.

III. argum. Gal. 5. & ali. sæpius. A qua nos seruitute liberauerit Christus. Rom. 6. Hebr. 2. Rom. 6. Act. 15.

Illud: Lex iusto non est posita, quomodo accipiendum sit. 1. Tim. 1. Gal. 4. Ioan. 14. Gen. 2. Infr. 3. & seq. 1. Cor. 9.

Gal. 5.

Ibidem. Quam Apostoli Petrus, & Paulus libertatem minimè agnouerint. Gal. 5.

Rom. 6. Luc. 1. Seruitus charitatis vnde nobis prouenerit, Apostolo teste. 1. Pet. 2.

Diabolum capiū Lutherus Christianam libertatem quam sibi confinxit, ac somniauerit infelix. Aug. in epist. ad Rom. c. 13. to. 4. prope fi. Quam vana & Catholicis de Christiana libertate Augustini sentiat, & loquatur.

Subditi esse potestatibus quid, teste Augustino. Rom. 13.

Sacer-

Sacerdotibus facienda, Ecclesia suis decretis mandat quando, & vbi, & quibus presbyteris, & quibus circumstantijs sit facienda confessio. Quod verò dicitur anathema à Paulo Euangelizāti præterquam accepit, perinde est ac si dixisset, contra quam accepit. Non enim licet aut contrariam verbo Dei expositionem inuehere, aut mandatum alienum à Christi præcepto instituere. Quod autem dictum est: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata:* non derogat Canonicis Legibus, quia inter diuina præcepta vnum est: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis.* Si quid ergo præcipiant, cogimur obedire.

Quid sit, quē quam Euangelizare præterquam accepit.

Illud: Si vis ad vitam ingredi serua mandata, præceptis Ecclesiasticis cur minimè repugnet. Heb 13.

Quintò, argumentantur ex verbo Esaię prolato à Domino: *Sine causſa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum:* ergo cultus traditione humana, aut mandato hominum inuectus sine causſa est, id est sine fructu, & præmio, ac proinde superstitiosus, & vanus. Respondeo, si quis Ecclesiæ præcepta diligentiùs inspiciat, agnoscit illa à Spiritu Sancto profecta, quæ dicere potest: *Visum est Spiritui Sancto, & nobis.* Si horum finem spectes, ad Christi gloriam illustrandam, & ad præcepta Christi faciliùs implenda, esse cōdita inuenies: Si verò corpus, aut substantiam præceptorum, videbis aliquod generale præceptum diuinum per suа mandata definiri, & determinari. Itaque hæc præcepta Ecclesiæ minimè sunt hominum præcepta dicenda: quod ex eo patet, quia illo loco Christus traditionem Pharisæorū de oblationibus faciendis contra diuinum Decalogi præceptum stabilire volebat. Homo etiam, in malam partem accipitur apud Christum, & Paulum, id est pro eo, qui sua commoda, etiam lege Dei violata, quærit. Hinc Dominus: *Non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum:* & Apostolus ad Corinth. *Cùm sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis?* Rursus ad Galat. *Si adhuc hominibus placerē, Christi seruus non essem.* Idē ad Titum: *Non intendentes,* inquit, *tud aicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate.* Vocat ergo hominum mandata, eos, qui veritati se opponunt, & illi repugnant. Sed de hoc fusiùs super Matthæū suo loco differendum erit.

Secunda ratio.

Matt 15. Exod. 20. Qui sui commodi potius quàm diuinę legis, rationē habent, ij homines appellantur in Christi & Pauli doctrina. Matth. 16. 1. Cor. 3. Gal. 1. Tit. 1.

Quæ vocet Christus hominum mandata.

Lib. 4. Tertium argum. Matth. 23.

Sextò, Ecclesia primitiua non erat his præceptis humanis onerata, vt patet Act. 15. vbi pauca quædam seruāda tradita sunt: nunc autem maiores alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, vbi Dominus immoderatam præceptorum humanorum multitudinem videtur reprehendere. At verò si nostra Ecclesia cum Synagoga conferatur, videbitur magis quàm illa eiusmodi mandatis grauata, & oppressa; ita vt iugum suaue factum sit importabile. Respondemus, in quæstione illa de seruandis legalibus satis fuisse illa præcepta, quæ expressa sunt: non quòd alia non condiderint salutaria, & vtilia præcepta, vt Apostolus in epistolis suis docet, & Apostoli in Canonibus, quos ediderunt, apertè testantur, qui de innumeris negotijs ad Ecclesiam spectantibus decreta constituerunt. Et licèt tunc temporis pauca essent instituta, quia tamen post multum temporis decursum multi introducti sunt abusus, & morum corruptela, & nouis morbis adhibenda erant noua medicamenta, opus fuit, ad occurrendum emergentibus malis, multiplicari Ecclesiæ statuta, quæ illi non pro nutu, & arbitrio suo poterant condere, sed pro ratione temporis, & personarum ad ædificationem, & charitatem fouendam. Quocirca, cùm in lege Dei non possit esse contradictio, quando concurrunt duo mandata Dei, minus cedere debet maiori; vt præceptum voluntarium de oblationibus templo faciēdis, etiam voto firmatum, cedit necessario præcepto diuino. Adhæc lex diuina, sed positiua, de Sabbato seruādo, cedebat precepto de tuenda republica, vel populo Dei, quia diuinum erat, & naturale, non positiuum. Et ita Machab. in die Sabbati bellarunt. Dūs etiam in Euangelio præceptum Sabbati voluit cedere præcepto Circumcisionis, vt maiori, & grauiori, & Sacerdotes in templo ea quæ necessaria erant ad sacrificium, operari, nō obstante mandato Sabbati: quia etsi vtrumque positiuum esset diuinum, maius tamen erat sacrificandi mandatum, quàm seruandi Sabbati. Deniq; charitati, quam iure diuino & naturali debemus infirmis curandis, præceptum diuinum, & positiuum, vt minus, cedere habet.

Supra 11. Act. 15.

In legibus Ecclesiæ ferendis quid obseruandū.

Diuinum alteri diuino mandato quando præcedat.

Exod. 20.

1. Machab. 2.

Ioan. 7.

Matth 12. Num. 28. Exod. 20.

Quando verò duo simul præcepta concurrunt, quorū vnum est diuinum vel naturale, alterum humanum, & vtrumq; non potest obseruari, cedit semper humanum diuino; vt præceptum ieiunandi Quadragesimam, vel recitandi horas Canonicas, ad quas dicendas in sacris constituti obligantur, cedunt necessitati prædicationis, & audiendarum confessionum, & administrationis Sacramentorum, si hæc & illa simul obseruari nequeunt. Nam præceptum Ecclesiast. quod pro charitate institutum est, non debet vnquā contra charitatē militare.

Naturale, vel diuinum humano mandato præponderat.

Quo ergo Ecclesia in præcipiendo prudentior est, eo minus eius præcepta grauāt: quia non nisi ad charitatem nutriendā

Leges Ecclesiasticæ quo min⁹ graues,

& suauiores existant: & eadem quando seruari non debeant.
Ioan. Gerson.

Non quicquid iuris diuini est, ad lethale crimen obstringere, vnde manifestum sit.
Matth.12. Eccles.7. & alibi.
Aug.q.68. super Leuit. ca 29. Non mentiemini, to. 4. sub initium.
Idem lib.2.de peccato. mer. & remiss ca. 10. initio, to. 7. circa med.
quam nos in facienda iustitia Deus velit esse perfectos.
Idem ibid.
Luc. 6.
Humanã legem, vel solã transgredientes peccare lethaliter, duo comprobant.
Hadrian.
Humana lex vnde obligãdi vim habeat.

Eadem quando non obligat sub peccato.

Rom.13.

Ibid.

Apostolum Rom.13 non de diuina, aut naturali, sed de huma

instituta sunt. Quòd si in particulari caussa charitas impediretur, non essent seruanda. ¶ Quod autem docuit Ioannes Gers. Lect. 4. de vita spirituali, quòd omnis, & sola diuinæ legis transgressio obliget ad mortale: falsum est, & Scripturis contrarium. Quia præcipit abstinere à verbo otioso, & à mẽdacio, quod nulli nocet: quæ sunt peccata venialia. Quemadmodum Augustinus super Leuiticum docet, mendacium quodcunque, quod nemini nocet, esse diuina lege prohibitum, quia malum. Et lib. de peccato, meritis, & remiss. *Neque negandum est*, inquit, *hoc Deum iubere, ita nos in facienda iustitia esse debere perfectos, vt nullum habeamus omnino peccatum: nam neque peccatum erit, si quid erit, si non diuinitus iubeatur, vt non sit.* Et infra: *Quomodò enim dimittenti dimittitur per Dei misericordiam, si peccatum non est?* Hæc ille. Ex cuius verbis accipere potes, tam veniale, quàm lethale, esse contra Dei legem.

Quòd autem humanæ legis transgressio, etiam sine diuinæ concursu, mortifera existat: probat Hadrianus ex eo, quòd vectigalia soluere lege cõpellimur, quæ qui defraudat, grauiter peccat. Constat etiam in taxatione decimæ soluendæ, & de cura animarum acceptãda, ad quæ compelli potest homo ex humano præcepto, & non aliter: quæ si quis peccando transgressus fuerit, obnoxius erit lethali delicto.

Ex his sequitur, legem diuinam ab humana non distingui penes hoc quòd hæc obligat sub mortali, illa verò sub veniali delicto. Nam etsi humana lex omne peccatũ prohibere, aut punire nequeat, nec omnem virtutis debitæ actum præcipere, vel remunerare valeat: tamen quando in legislatore, vel præcipiente est autoritas, & in altero subiectio, atque id quod præcipitur, est materia cõueniens, non excedens limites potestatis suæ, satis est ad rationem peccati in eo, qui legẽ transgreditur, nisi quando lex esset mere pœnalis. In hoc igitur Rex & Papa, Concilium, vel Episcopus conueniunt, quòd quisque potest condere legem obligãtem sub mortali in ordine ad finem politiæ suæ. Ideò ad Rom. 13. dicitur: *Necessitate subditi estote: non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Et paullò antè: *Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirũt.* Et nititur Apostolus non in potestate temporali, vel spirituali, sed in ordinis diuinitus instituti violatione.

Nec est fuga dicere Apostolum loqui ad metas iuris naturæ, & diuini; & sic non facere pro legibus humanis: quia ibi loquitur de tributis, & vectigalibus soluendis. Dixerat enim: *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Et paullò antè: *Si malum feceris, time; non enim sine caussa gladium portat.* Obligant ergo tales iustæ leges in foro conscientiæ, & non tãtum in necessitate absoluta, sed etiam vbi subest caussa rationabilis, propter quam lex ponatur: qua non posita ex diuino mandato, non curreret obligatio certa, & determinata super eodem. Neque exigitur ad rationem peccati in eo, qui legi, aut rationi non paret, vt expressa pœna legi affigatur, sed satis est vt idonee innotescat subdito voluntas superioris: tunc enim transgrediens peccat directè & immediatè contra legem humanam, & mediate contra legem diuinam, dicentem: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit*, &, *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis*: &, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Quemadmodũ qui ordini Præfecti Regij, quem Rex præfecit, contrauenit, immediatè quidem Præfectum, sed mediatè Regem offendit. Atque hoc intellige, siue diuina voluntas publicetur aliquo signo externo per Deum ipsum, Angelum, vel Prophetam, vel Apostolum; siue interiùs lumine rationis naturalis Deus homini ordinem à se constitutum reuelet. Nam dicitur ad Roman. 1. *Quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestauit.* Et cap. 2. *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Similiter satis est, vt Dei voluntas idoneè creaturæ rationali innotescat, qua vult hominem teneri ad aliquid agendum, vel nõ agendum: ita vt secus faciens peccet, etiamsi vlteriori pœna, temporali, vel æterna, Deus punire nollet. Satis est enim ad peccati rationem, quòd sit ad pœnam imputabile, nec est necessarium vt actu imputetur. Et consequenter non oportet peccanti pœnam æternam innotescere, vt dicatur peccare mortaliter, sed satis est ipsam legem illi notam esse. Imò nec opus est principalem legislatorem notum esse peccanti: nam idem, verbi gratia, homicidiũ commissum à Christiano, vel Iudæo, vel Pagano, Platonico, vel Epicureo, vel ab eo, qui nec Deum esse nouit, & credit animã mortalem esse, peccatum est mortale, & æternam pœnam meretur: eo quòd in legem naturæ generalem peccent, quæ dictat: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*; & contra peculiares leges in corde scriptas, quibus homicidium vetatur. Pone verbi gratia istos peccare contra patris præceptum, aut domini sui, aut mariti, aut magistratus, aut Regis: certè omnes isti aut lethaliter,

na legis conscientiæ obligantis quid arguat.
Ibid.

Legi, autationi non parens, rudè peccatum incurrat.

Luc.10.
Heb.13.
Rom.13.

Quot modis diuina voluntas hominibus innotescat.
Rom.1.

Infra 22.

Ad peccationẽ quid sufficiat.

Legem naturæ non seruantes, quibuscunq; interceadat ignorantia, eamen grauiter peccant.

Tob.5.

Quo sit eorum illud exemplo.

aut ve-

Rom.1.

aut venialiter delinquunt, iuxta materiẽ, & caussæ qualitatem. Nec eos à peccato releuat, quod præcepta sunt humana, non diuina, siquidem Paulus cap. 1. ad Roman. non minus inter dignos morte (æterna scilicet & secunda) censet parentibus inobediẽtes, quàm homicidas, etsi hi mediatè contra legem Dei, & naturalem peccent, illi verò immediatè contra humanum præceptum, & contra diuinum mediatè.

Secularis potestas quid differat ab Ecclesiastica

Differt autem secularis potestas ab Ecclesiastica: quia illa potest legi addere pœnam corporalem in bonis, fama, vel corpore: hæc verò spiritualem excommunicationis, & anathematis mulctam. Et ratio est, quia prior potestas iure naturali & Gẽtium conuenit Imperatori, vel legi, vel ciuitati, pro ratione præsentis felicitatis, & cadit in hominem non Christianum, sed in hominẽ quod est animal ciuile. Quemadmodum potestas domestica in liberos, vxorem, seruos, competit patri familiàs: ex quo iure nascitur subiectio vxoris ad virum, seruorum ad dominum, filiorum ad parentem. Porrò hunc naturalem domus, & ciuitatis ordinem Deus seruari iubet, & turbari vetat, quando per vtrumque Testamentum vxores viris, liberos parentibus, seruos dominis, & subditos magistratibus obedire præcipit. At spiritualis potestas conuenit perfectè communitati Christianorum, vt Christiana est, & dicitur Ecclesia, cui in se, vel in suis magistratibus talis potestas data est pro felicitatis æternæ ratione, & oppositæ miseriæ æternæ declinatione. Hinc Cyprianus ad Pomponium: *In Veteri Testamento summi Sacerdotis imperio inobedientes, gladio carnali occidebantur, in Nouo autem, spirituali.* Sic ille in sensũ. ¶ Neque propterea homo qui condit legem, cuius transgressio est mortifera, Deo se facit æqualem, vel superiorem, nec Deum facit suæ voluntatis executorem, aut lictorem. Nam Deuter. 21. filium in parentem contumacem dignũ esse vltimo supplicio declarat: quod tamen ipsi parentes filio irrogare non poterant, sed magistratus. Quamuis autem in prælatis situm sit legem ferre pro tempore, vel abrogare, non tamen in eis situm est, vt subditus in legem multum, vel parum, vel nihil peccet, quando præcepto contrauenit. Non enim ex Prælatorum arbitrio pendet, quam grauiter Deus ferat sui præcepti transgressionem, aut ordinis naturalis, quem ipse seruari vult, & turbari vetat. ¶ Nec valet, dicere quòd superior aut hortetur tantum, aut moneat, & suadeat, aut consulat, vt subditus non obediens immunis à peccato seruetur, sublata necessitate præcepti, iuxta Augustini verbum: *Præcepto non obedire, peccatum est: consilio si vti nolis, minus boni habebis, sed nihil mali perpetrabis.* Non valet, inquam hoc: quia suasiones, & hortationes, vt duce experientia tradit Aristoteles, sufficiunt generosis animis ad virtutem inclinatis, sed non multitudini, cui datur lex cogens: & ita Prælati debent leges decernere, quibus subditi de necessitate obedire teneãtur. Quare Heli diuinitus punitus fuit, quia non satis acriter (vt debebat) corripuit filios suos, & secundùm legem cõtumax filius iubetur occidi, & Paulus: *Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio.*

Argumenta Ioannis Gersonis sunt. Primum, *Peccatum, est dictum, factum, vel concupitum contra æternam legẽ Dei: lex ergo humana ad mortale non obligat.* Sed negatur consequentia. Etsi enim verum sit, omne peccatum esse contra legem Dei, sed non contra solam legem Dei, quia & cõtra præceptum patris, Principis, & Pontificis facere, peccatum est. Est enim peccare, nihil aliud, quã contra rationem agere: omnis autem ratio obligandi cuiusque legis, à diuina, & æterna deriuatur: sed non ideò omnis lex diuina est. Sicut omne verum à prima, & æterna veritate trahit originẽ, non tamen omnis veritas diuina est, vel ad pietatem spectat & omnis actiua potentia à prima, & diuina pendet, non tamen solus Deus sine secundis causis operatur.

Secundò arguit: *Nullus legislator propriè ligat ad pœnam, qua non potest punire peccantẽ: sed nullus homo potest inferre pœnam æternam, nisi solus Deus, ergo illius tantùm leges ad pœnam æternam ligant.* Respondemus, nullum propriè legislatorem ad pœnam ligare, sed ligare subditum ad agendum, vel non agendum: qui verò contra faciunt, merentur quidem pœnam, non modò quatenus de iure, vel de facto legislator punire potest peccantem, sed etiam, vt supremus legislator, qui eodem facto offenditur, punire potest. Quòd si argumentum concluderet, probare etiam nullo modo esse peccatum veniale, quod punitur in Purgatorio, vel inferno.

Tertiò opponit Gerson: *Non esse peccatũ mortale transgressionum legis humanæ. Nam si medicus ægroto denuntiet, nisi triduò abstineat à vino, mortẽ incursurum: si contra fecerit, peccat mortaliter, non quia præcepit medicus, sed quia sui est homicida.* Respondemus, non esse omnino simile: nam medicus vice nuntij, & præconis id quod pertinet ad suam facultatem, annuntiat, cui, tanquam experto in sua scientia, credere debet ægrotus. At

Aliter generosi animi, aliter viles, & ignaui ad bonum sunt impellendi.
Arist. lib.10. ethic. tom.3.

1.Reg.4.

Deut.21.
Tit.2.
Ioannis Gersonis quibus probat legẽ humanam ad lethale crimẽ minimè obligare, argumenta soluuntur.
Primum argumentum.
Peccare, quid sit.

Secundum argumentũ.

Tertium argumentum.

Aug. serm.61. de tempore, tom.10.

Ecclesia,

Leges Prælatorũ, ac Principum, ab illis medicorũ in quo differunt.

Ecclesia, siue Papa, siue Imperator, non est tantùm nuntius legis Dei, sed etiam autor suæ legis, qua subditos obligat; at medicus nullam habet iurisdictionẽ in ægrotos sibi commissos. Vnde qui ægrotant, si aliam rationem pertingẽdi ad sanitatem inueniant, quam medicus non præscripsit; nec in Deũ peccant, nec in hominem, prætermittendo medici præcepta. Secus est dicendum de præceptis legis humanæ: quia subditi tenentur amplecti ea, quæ sibi legibus præscribuntur, quia per autoritatem legislatoris facta sunt illis necessaria.

Quartum argumentum.

Quando addatur quicquam verbo Dei.

Postremò arguit: *Homo non potest aliquid addere Fidei, quod prius non sit de Fide: ergo nec ad legem præcipientem.* Respondeo: Cùm lex aliqua positiua fertur, nihil additur ad legem Dei, quia talis est lex humana: fieret autem additio, si talis diceretur esse lex Diuina; & proinde tali legislatori prohibendũ esset, vt ait Gerson, tanquàm falsario Diuinæ legis, ac si legem aliquam Diuinam abrogare conaretur: quia cautum est Scriptura, ac Diuina lege, ne Scripturæ addamus, vel detrahamus, vt dicitur Deuter. 4. & 12. Apocal. vlt. & Prouerb. 30. Nec valet: Transgreditur præceptum hominis, quod meretur pœnam æternam: ergo est Diuinum præceptum: quia pater filio, dux militi, dominus seruo præcepta tradit, non tantùm quæ Deus prohibet, vt adulterium, homicidium, sed & ea, quæ minùs pertinent ad Diuinam legem, pertinẽt tamen ad ius, & facultatem præcipientium: ita Centurio dixit: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & seruo meo, Fac hoc, & facit.* Non est tamen idem de Fide, & legibus: quia Fides innititur primæ veritati soli, quia est de reuelatis à Deo: sed lex obligans hominem in conscientia, non tantùm innititur primæ legi, vel supremæ potestati, sed etiam secundarijs, & participatis; vt ita ordo Dei mirabilis splendeat tam in legislatoribus, quàm in præceptis, vt ita illustrari, & commendari valeat potentia, sapientia, & bonitas Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quibus honor, gloria, gratiarum actio, & imperium debetur sempiternis seculorum seculis, Amen.

Deut. 4. Infrà 12. Apoc. 22. Prou. 30.

Exod. 20.

Matth. 8.

Fides cui innitatur diuina, cui verò lex obligans,

TRACTATVS XIII.

Tract. 58.

De missione septuaginta discipulorum ad prædicandum: & habetur tantùm apud Lucam cap. 10. *Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locũ, quò erat ipse venturus. Et dicebat illis, Messis quidem multa; operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos,* &c.

Missio Septuaginta duorum Discipulorum ad prædicandũ quando contigerit.

HAec institutio, & missio discipulorũ, nec ante festum Tabernaculorum, de quo Ioan. 7. nec post festum Encœniorum, de quo Ioan. 10. sed intermedio tempore à Domino facta est. Nõ quidem ante festum Tabernaculorum, cùm Lucas dicat, post ascensum Christi in Ierusalem factam esse: nec post festum Encœniorum, cùm post illud ad passionem Domini breue nimis sit tempus, vt probabile non videatur in ipso factam hanc missionem cum multis alijs à Luca narratis per multa capita. Proinde dicendum est, hanc missionem discipulorum factam in Iudæa, & locis circũuicinis: in quibus cùm hactenus prædicasset, diuersari voluit instante sua passione in Ierusalem complenda. Et hoc significat illud, *Post hæc,* scilicet post ascensum Domini à Galilæa in Iudæam, eo quòd complerentur dies assumptionis eius. Miratur Erasmus, quòd de septuaginta discipulis interpres noster fecerit septuaginta duos: nam Græci codices consentiunt in septuaginta. Sed nos potiùs miramur, quòd ipse sua propria autoritate ex septuaginta duobus fecerit septuaginta. Nam codex Græcus bibliothecæ Vaticanæ habet ἑβδομήκοντα δύο, & ita legit Epiphanius in hæresin negantium Euangelium Ioannis, & Apocalypsin, & ita codex alius, Lugdunensis alius vetustissimus, qui tamen habet ιβ', qui numerus Græcis conficit LXXII. Hippolytus martyr librum edidit de septuaginta duobus discipulis.

Vbi facta fuerit.

Erasmi impudentia notatur ac imprudentia de 72. septuaginta factos Discipulos.

Epiphan. in hæresi.

Hipp. Mar.

Nec obstat quòd Ambrosius hic dicat ad septuaginta discipulos dictum, *Ecce ego mitto vos sicut agnos*: nam Ambrosius sæpe apertissimè legit septuaginta duos, tùm in illud ad Roman. 8. *Quos autem iustificauit, illos & glorificauit*; & ad Rom. 9. super illud: *Cum enim nondum nati fuissent*; & in illud 1. Cor. 12. *Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.* Augustin. etiam lib. 2. Quæst. Euangelicarum cap. 14. ait: *Sicut viginti quatuor horis totus orbis peragitur, atq; à Sole lustratur; ita mysterium lustrandi orbis per Euangelium Trinitatis, in septuaginta duobus discipulis intimatur. Viginti quatuor enim ter, in septuaginta duobus ponimus.* Idem libro de Opere Monach. ca. 6. & ser. 1. de Apost. legit septuaginta duos,

Soluitur secunda obiectio Erasmi. B. legit Ambrosius nouies Septuaginta Discipulos. *Ambr. lib. 7. in Luc. 4. & lib. 1. Idem ibid. Aug. tom. 4.*

Idem

Idem to. 3. Idem tom. 10. Idem tom. 6. initio.

Idem.

Idem in libro de hæresib. cap. 46. narrat, Manichæum instar Christi duodecim habuisse Apostolos, & septuaginta duos Episcopos ad imitationem septuaginta duorũ discipulorum. Similiter legit lib. de vnita. Ecclesiæ, licèt ex persona Donatistæ loquatur: quamuis epist. 204. in persona Donatistæ tantùm septuaginta dicat. Codex etiam Euangelij Syriacus septuaginta tantùm habet. Dorotheus in Synopsi scribit de septuaginta discipulis. Anacletus Pontifex vicinus temporibus Apostolorum, vt legimus dist. 21. cap. *In nouo*, ait, septuaginta discipulos gerere typum Presbyterorum, sicut Zepherinus Papa & martyr epistol. 1. sed hi breuitatis causa minorem numerum prætermittunt. Tertiò arguit Erasmus rationem Bedæ explicantis illum numerum, tanquàm frigidam, nimirum de duodecim tribubus Israel, & septuaginta duabus orbis totius gentibus: irridet etiam septuaginta duas linguas: quod Augustinus libr. 16. de ciuitat. Dei cap. 6. credidit, dicens; *Ex illis igitur tribus hominibus Noë filijs septuaginta tres, vel potiùs, vt ratio declarata est, septuaginta duæ gentes, totidemq; linguæ per terras esse cœperunt, quæ crescendo & insulas impleuerunt.* Et lib. 1. de mirabilibus sacræ Scripturæ cap. 9. (si tamen hic liber fœtus eius sit) *Sic Apostolica,* inquit, *humilitas Spiritus sancti munere colligebat, quod superbæ præsumptionis & vanæ gloriæ cupido dispersérat: linguas autem illas septuaginta duas esse plurimi autores consentiunt, quia in ædificationem turris illius in terra Sennaar; quæ nunc est Babylon, tot partes congregatas fuisse dicunt. Vnde & Dominus septuaginta duos discipulos, exceptis illis primarijs Apostolis, elegisse fermone Euangelij refertur, per quos posteà in omnes gentes idem Euangelium prædicaretur. In quorum præfiguratione etiam ipse spiritus Moysi in septuaginta senioribus distribuitur: & alijs duobus qui in castris residerant, Eldad videlicet & Medad, eius spiritus prophetia donum condonatur.* Hæc ille, in quibus soluitur argumentum Erasmi obijcientis ex Cyrillo typum septuaginta Seniorum in discipulis fuisse completũ, cum fuerint septuaginta duo Seniores, vt habes ex August. & Num. 11.

Tertia Erasmi obiectio diuitur. *Beda in Lucam, tom. 3.*

B. August. tom. 3. cap. 10. & seq.

Idem, tom. 3.

Augustini de septuaginta duabus linguis testimonium.

Infrà 11.

Num. 11.

Quarta obiectio. *Euseb. tom. 1. Theophyl. Euod. in Ibid.*

Quartò obijcit Euseb. lib. 1. hist. Eccles. cap. 12. & Theophylactum in Lucam cap. 10. comparantes duodecim fontes Helim, & septuaginta palmas, ad duodecim Apostolos, & septuaginta discipulos, & Hieronymum ad Fabiolam de mansionib. mansione 6. idem dicentem.

Septuaginta duo Interpretes & discipulos alio qui, cur tantùm septuaginta passim nominemus scribamusq;. Septuaginta Interpretum historia paucis attingitur.

Iosephus l. 12. c. 2. septuaginta duos enumerat Interpretes. Ludouicus Viues.

Sed ad hos & similes Patres dicendũ est, quòd vbi aliquis numerus conficitur ex maiori & minori, consuetudine breuiùs loquendi, solet minor numerus omitti: quod & Septuaginta Interpretibus docet euenisse Augustinus. 18. de ciuitat. Dei cap. 42. dicens: *Petiuit*: scilicet Ptolemeus, qui est appellatus Philaldelphus) *ab Eleazaro tunc Pontifice, dari sibi Scripturas, quas profectò audierat fama prædicante diuinas; & ideò concupuerat habere in bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has ei cùm idem Pontifex misisset Hebræas; post etiam ille interpretes postulauit, & dati sunt ei septuaginta duo, de singulis duodecim tribubus seni homines, linguæ vtriusque doctissimi, Hebrææ scilicet, atque Græcæ.* Hæc ille; vbi Ludouicus Viues annotauit, quòd cum essent septuaginta duo, à vulgo tamen dici Septuaginta Interpretes, vt breuiùs atque expeditiùs loquamur: quẽadmodùm iudices illi Romani, qui ad hastam de rebus minoribus iudicabant, centum viri appellabantur, cùm essent quinque & centum, nimirum ex singulis tribubus, quæ erant triginta quinque, terni. Eodem modo dicitur Quadragesima, cùm tamen præter quatuor dies præcedentes primam Dominicam, sint quadraginta duo: & Augustinus sermone quodam de Quadragesima refert, respõdere quadraginta duabus mansionibus. Et hactenus de hoc numero. Nam sicut cum Moyse fuerunt duodecim capita tribuum, & septuaginta duo seniores ad regendum populum, ita Christus primum constituit duodecim Apostolos in pari ac suprema potestate fundandi Ecclesiam, & plantandi Euangelium: quibus addidit septuaginta duos discipulos, vt adiutores & operarij essent Apostolorum, inferiori tamen potestate, sicut etiam tempore posteriores, & in numero maiori: quia gubernatio tendens ad vnitatem, præstantissima est; & vt milites plures, pauciores duces, Imperator vnus; similiter in erigenda domo ligna ingentia tectum sustentantia pauca sunt, trabes verò paruæ multæ sunt: ita hos septuaginta duos à se notatos exterius designauit. Et vt Apostoli typum gesserũt Episcoporum, ita discipuli typum Presbyterorum, qui Episcopis instar oculorum, & manuũ esse debent. Et vt Dominus duodecim Apostolos misit, in signũ quòd debebant prædicare toti Israëli diuiso in duodecim tribus, & toti mundo: nã duodecim, numerus est abundans; etenim Zodiacus duodecim continet signa, & mundus totidẽ ventos præcipuos, quatuor ex qualibet parte mũdi flantes: ita septuaginta duos discipulos elegit, in argumentum quòd mundum totum in septuaginta duas linguas diuisum docere debebant, & Scripturã à duobus & septuaginta Interpretib. translatam

Apostoli duodecim, & septuaginta duo Seniores vbi delineati fuerint. *Num. 11.*

Ijdem quos præsignauerint.

Exod. 10.

Duos & 70. discipulos quare Dominus elegit.

omnibus

Matthæo, & Marco 3. & Luc 6. De septuaginta duob. discipulis qui scripserunt.

omnibus exponere. Quinam autem extiterint isti septuaginta duo discipuli, Euangelium sacrum non exprimit, cùm tamen nomina Apostolorum expresserit. Qui tamen velit eorum nomina rescire, legat, vel Hippolytum martyrem, qui tractatū breuem de illis conscripsit, vel Dorotheī Episcopi Synopsin, vel Raphaëlis Volate. lib. 19. Anthrologiarum.

Expenditur verbum: Designauit. *Anacletus. Zepherinus.*

Iam circa verbum illud, *Designauit*, quod Græcè est ἀνέδειξεν aduertendum est, duos vetustissimos Pontifices, nimirum Anacletum in epist. 2. & 3. & Zepherinum in prima, explicasse, hos septuaginta duos priùs fuisse ab Apostolis electos, & deinde à Domino designatos, & potestate ipsa ornatos fuisse. Verba Anacleti in priori epist. sunt hæc: *Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogauerunt dominum messis, vt mitteret operarios in messem suā. Inde electi sunt ab eis septuagintaduo: quorum typum gerunt Presbyteri.* Idem epist. 3. *Sacerdotum ordo, fratres, bipertitus, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis autem, Apostolos à Domino ipso electos; & posteà per diuersas prouincias dispersos. Cùm verò messis cœpisset crescere, videns paucos operarios, ad eorum adiumentum, septuaginta eligi præcepit discipulos. Episcopi verò Domini, Apostolorum; Presbyteri verò septuaginta discipulorum locum tenent.* Hæc ille: quæ ad literam Zepherinus posteà in epistolam suam primam mutuatus inseruit, & vt ipse tradit Anacletus, à discipulis Apostolorum didicerat. Sicut igitur discipuli Domini Act. 1. duos elegerunt & statuerunt ante Dominum, nulla collata potestate, vt alterum eorum Dominus declararet, siue designaret, siue ostenderet, qui impleret locum Iudæ, accepta ab eo potestate, & ita dixerunt orantes: Ostende, siue designa, quem elegeris ex his duobus vnum: & Act. 6. Discipuli elegerunt septem viros, & hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, vt eos Apostoli eligerent siue designarent, dando potestatem Diaconorum: ita Apostoli septuaginta duos elegerunt, id est, ab alijs segregarunt, nulla data potestate, & eos statuerunt ante Dominum, vt ipse eos potestate ornaret; vt tradunt illi duo Pontifices. Et ita ἀνέδειξεν, idē est quod ostendit, siue demonstrauit, seu designauit, qui tanta autoritate fungerentur, licèt prius ab Apostolis essent electi, id est, segregati, & nominati, siue præsentati ab eis ante Dominum. Nec obstat quod subdit Lucas post dictam designationem: *Et dicebat illis, Messis quidem multa; operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, &cæt.* Recapitulatio enim est Euangelistis non

Luc. 6.

Designatio Matthiæ in Apostolum loco Iudæ, quid erat.

Si septuaginta duos Dominus discipulos designauit, quid ait, Messias quidem multa, &c.

infrequens, qua vsus est ad continuandum quæ Dominus gessit cum discipulis: non enim primò designauit; & posteà dixit: *Rogate dominum messis*, vt prima facie indicat Lucas: sed priùs dixit, vt testatur Matt. cap. 9. multam esse messem, operarios paucos, & vt rogarent Dominum messis, vt mitteret operarios in messem: quod illi fecerūt, & rogarunt Dominum proponentes septuaginta duos à se electos, quibus daret facultatem eundi in vineam; & posteà designauit: & tunc temporis fuisse à Luca neglectum, satis indicauit, cū vsus est verbo præteriti imperfecti, nempe & dicebat illis, quo satis significatur, non fuisse seruatum rerum gestarum ordinem, vel temporis. Hæc, si aduertissent hæretici, non fuissent tam promptuli ad damnandas illas Pontificum epistolas, quasi aliquid contra Euangelium continerent: cùm constet aliud esse eligere, aliud designare, siue ostendere.

Et misit illos binos ante faciem suam in omnem regionem & locum, quò erat ipse venturus. Ex se eligens misit; nam quomodò prædicabunt, nisi mittantur? & armatos cum potestate docendi, expellendi dæmones, & conferendi sanitates, vt posteà subiungit. Ideò figura est, quæ dicitur Isteron proteron. Misit autem binos ob honestatem, & vt prædicatores non vagentur, sed testem actorum vitæ suæ habeāt; quia solitudo ansam porrigit peccandi. Misit etiam binos, quia infirmi: nam frater qui iuuatur à fratre, tanquam ciuitas firma: & vt seruent in docendo cōcordiam; & vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Deinde quia prædicaturi erāt geminam Christi naturam, duplicem Christi aduentum, duo Testamenta, geminæ charitatis præceptum, verbum & Sacramentum, fidem & opera. Ita etiam miserat Apostolos binos, vt testatur Marcus cap. 6. sed illos post Pentecosten, vtpote perfectos, non binos semper, sed singulares misit; quanquàm verisimile est, illos socios habuisse ac ministros. Misit autem in omnem ciuitatem & locum quò erat venturus, quemadmodū Petrus Apostolus duodecim præmittebat discipulos ante se in ciuitatem, in qua prædicare instituebat; vt autor est Clemēs Romanus. Nam prædicator vocis instrumento disponit auditores; vt Christum per gratiam in corda venientem excipiant, & præstat officium præcursoris, qui propterea dicitur vox clamantis perueniens vsque ad aures, sed non ingreditur, neque penetrat domus superiora, sed vt currus ducit vsque ad ostium domus: verbū autem solum ingreditur in cordis penetralia: ad eum modum per signa, orationes, exempla, verba & Sacramenta ingreditur Christus & salus in animam.

Matth. 9.

Quam bene Anicetus & Zepherinus epistolam præ cæteris commotam nanciscantur reiecerint hæretici.

Cum quæstione septuaginta discipulos Dominus misit ad prædicandum Rom. 11.

Cur binos discipulos destinauit.

Præsul Deum in Matthæi.

Quem misit Dominus in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus.

Clemens Romanus. Recog.

Ioann. 1. Esaiæ 40. Quomodo ingreditur Christus animam.

Messis nomine Christus quam elegans per mundum designauerit.

Et dicebat illis, reddens rationem huius secundariæ missionis discipulorum, *Messis quidem multa; operarij autem pauci.* Sub metaphora messis describit mūdum paratum ad suscipiendum Euangelium, per quod, tanquam per falcem præscinduntur homines à terrenis cupiditatibus, ne radices ampliùs in terra habeant; & qui erant priùs dispersi, colliguntur in vnum per fidem & charitatem, fiantque fasciculi eorum qui sequuntur aliquod peculiare vitæ institutū sub Euangelio; deinde ab omni palea & puluere etiam leuium delictorum triturando eos secernunt, vt tandem congregent eos in horreum cœlestis gloriæ, quo illis tanquam puro frumenti grano vescatur Deus. Patriarchæ olim terram humanam coluerunt primis Fidei rudimentis, tanquàm aratro, & ligone: seminarunt Prophetæ, varias Christi actiones & passiones aperiendo: Dominus messis, Christus est humani generis conditor & redemptor, cuius est mittere messores in messem, hoc est, Apostolos, siue ministros verbi & Sacramenti, de quibus; *Ego misi vos metere quod non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introijstis.* Cum autem messis Domini multa sit, & vinea ampla excolenda, pauci sunt operarij præ tanta messe: ideò adiuncti discipuli Apostolis, Episcopis Presbyteri, & istis temporis progressu adiunxit Dominus varia peculiarium Religionum genera, in quibus Deus magna sua misericordia excellentes verbi, & Sacramenti, & exempli operarios mittere consueuit ad laborandum in vinea. Magnus Gregorius dum Romæ hanc Domini lectionem exponeret, ita scripsit: *Ad messem multam operarij pauci sunt, quod sine graui mœrore loqui non possumus: quia etsi sunt qui bona audiant; desunt tamen qui dicant: Ecce mundus Sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde inuenitur operator: quia officium quidem Sacerdotale suscipimus; sed opus officij non implemus.* Hæc magnus ille Pater. Et pulchrè nomine operariorum eos describit: quia non satis est ad dignè præstandum Episcopi munus, si quis dignitatem, & habitum sortiatur, & dicat, vel præcipiat, sed opus est operari & laborare, quia ita persuadetur magis hominibus: & Apostolus describens Episcopatus munus, in bonis operibus constare docet, cùm ait: *Qui Episcopatum desiderat; bonum opus desiderat*; non otium, non opes, non gloriam; sed opus bonum, quod est aliorum saluti inuigilare.

Matth. 9. & Isaiæ 19.

Quæ Maho. in Alcoran, tom. 2.

Operatiōis nomine curant præsentes, & multi Euangelici.

Munus Episcopi quale Apostolum. Tom. 1. Adu. vale.

Rogate ergo dominum messis, & reliq. Hic est Christus, qui ait; *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos*: & quòd est Deus facturus, vult à nobis rogari vt faciat, quia Deus prædestinauit vt interueniētibus precibus fieret nostris: contra illos, qui dicunt: Res Dei agitur, ipse faciat: & ita negligunt orare. *Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios*, non cessatores, non raptores, non contentiosos: & multos mittat, quia multi repelluntur, & occiduntur: multi excusationes audiunt, nec vrgent. Præcipit Dominus, vt quod facere nō possumus, petamus ab ipso qui potest. Expende etiam verbum *Mittat*, quod Græcè est ἐκβάλῃ, id est, emittat, siue extrudat, quod missionem significat cum celeritate & impulsu quodā: quia multi sunt, quos nouerat se excusaturos, ne munus admittant; alios verò, postquàm admiserunt, cessaturos ab officio, in moris nectendis laboraturos: quos oportet pœnis Ecclesiasticis extrudi, vt Ecclesias suas visitent, & officium fructuosæ residentiæ præstent. Vt autem cognoscamus quātum sit tribuendum precationibus nostris, quas pro Episcopis bonis, & Sacerdotibus instituendis fundimus; rectè in Concilio Tridentino est definitum, vt Sede vacante, rogationes ac publicæ supplicationes fiant pro bono Pastore obtinendo: quia magni refert quale caput Ecclesia habeat: quia *Qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea.*

Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. De Apostolis vt superioribus, & parentibus Presbyterorum dixit: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum*: hic verò discipulos tanquam agnos: quia vt oues matres sunt agnorum, ita Episcopi Presbyterorū. Debent autem vtrique tanquam oues, & agni innocentes esse, mansueti, gregales per charitatem, dantes lanam per misericordiam, balantes per orationē, parati ad martyrium vt oues occisionis: quia per tales homines, qui lenitate & innocentia agnorum præditi sunt, voluit vincere lupos, leones, tyrannos, Philosophos & sapientes mundi. Quod vt ex multis exemplis comprobari possit, vnicum Pauli nobis sufficiat: hic enim ex lupo ouis, hoc est, ex persecutore, factus est acerrimus Ecclesiæ defensor. Atque hæc est sors prædicatorum, vt tanquā agni mittantur inter lupos: at si Deus est pro illis, & cum illis, quis contra eos? Dixit enim Moysi timenti faciem Pharaonis, *Ego ero tecum*: & ad Ieremiam, *Ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum, vt eruam te, dicit Dominus.*

Quis dominus messis rogandus ille sit. *Matth. 10.*

Quid mittere operatio.

Trid. Syno. sess. 24. ca. 1. de Refor. Rogandi Dominum messis necessitas pro missione operariorum

Eccles. 10.

Expenditur quod Apostolos Christus oues, 72. verò discipulos agnos nominauit. *Matth. 10.* Ouium & agnorum spiritualium officia.

Psal. 43. Rom. 8. 1. Cor. 1.

Prædicatorū sors sanè felicissima. *Rom. 8.*

Exod. 3. Ierem. 1.

Quare Christus discipulis sacculum, peram, atque calceamenta ne portarēt, prohibuit, neminem qui per viam salutarent. *Chrys. tom. 4.* Apostoli Petrus & Paulus quo iure illud neglexerint præceptum, teste Chrysost. *Act 12. 2. Tim. 4.*

Nolite portare sacculum neque peram, neque calceamenta: & neminem per viā salutaueritis. Hæc omnia fidei plena sunt & celeritatis, ne lupi agnos opprimant: significat etiam, vt verbi ministeri nihil faciat spe quæstus, aut amicitiæ mundanæ: nam peram, vel calceamenta portare, vel aliquem in via salutare, nihil incommodi habent, modò non impediant cursum verbi Dei. B. Chrysostomus homil. 9. in epistolam ad Philippenses, quæstionem mouet, quomodo Petrus qui caligas habuit; & Paulus, qui de penula & pallio solicitus fuit, hoc Christi præceptum neglexerint? & subdit solutionē: *Mandatum illud de non portandis sacculis, peris & duabus tunicis, non perpetuum, sed temporarium fuisse. Quid enim decuit Apostolos facere? Dic quaso, vnam habere tunicam? Quid ergo, cùm lauanda fuerit, Domine, nudum sedere oportet, nudum circuire, exigente necessitate esurire, ac præter decorum agere? Nequaquam. Neq; enim hoc voluit Christus: sed vnicum illud: Ne cura vētrus ab officio concionandi impedirentur.* Neminem vult per viam salutari, vt qui velit eos properare; vt 4. Reg. 4. Helisæus præcepit puero suo Giezi; & ne inceptum ad multos iter, vnius aut alterius, aut certè non multorum caussa tardaretur. Item in via verbum Dei seminari nolebat, ne rem tam grādem & pretiosam obiter cœptam, & non perfectam relinquerent. Quòd si obijcias: Philippus annuntiauit in via Act. 8. Respondeo: specialis iussio fuit, & nó erat labor in curru, in quo præparati & sedentes erant Philippus & Eunuchus.

Christi dictum, neminem per viā salutandi, cui exemplo conforme videatur.

Quo iure Philippus diaconus in via Euangelizauerit Eunucho Candaces.

In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Sin autem, ad vos reuertetur. Multa ex his, quæ in hac missione discipulorum continentur, explicata fuerunt in missione Apostolorum, quibus similia dicta sunt priùs; qua de caussa nunc breuius erit agendum. Declarat Dominus quod dixerat; *Neminem per viam salutaueritis*, dicendo vt bene precentur domui, ad quam peruenerint. Salutatur ergo domus, & non via, ne properatio impediatur, vnde ad salutandum missi sunt, vbi peruenerint. Salutandū in pace & otio, non in transitu, ne potius ad iudicium, quàm ad salutem verbum salutationis protulisse videantur. Quòd si ibi fuerit filius pacis, ipse quidem veram pacem à Deo habebit: vsque adeò vt aduersus eum futurum sit acre bellum, & à parentibus, & ab omnibus, quia non venit omnibus pacem mittere; sed gladium. Et hoc consolari debet prædicatores, quòd eorum labor non erit inanis in Domino: si non omnibus, aliquibus saltem proderit. Sunt enim filij pacis, quia animarum suarum cura tanguntur, & reconciliari cum Deo cupiunt: de quibus Propheta: *Pax multa diligentibus legem tuam.* Sed si ibi, quò diuertistis, non fuerit filius pacis, prædicationem Euangelij pacis non suscipiens, pax vestra, & bonum illud quod precati estis, ad vos reuertetur. Sensus est, non perdetis mercedem vestram, etiamsi non obedierint verbis vestris.

Domum quidem, non autem viā cur discipuli salutare debebant. *Matth. 10. & seq.*

Matt. 10.

1. Cor. 15.

Filij pacis qui sint.

Psal. 118.

Quid est si nō fuerit ibi filius pacis, pax vestra non reuertetur ad vos.

In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Cùm Dominus Iesus paullò antè solicitudinem de victu discipulis prohibuerit: iam ex quibus stipendijs illi viuere debeant, ostendit, nimirum eorum, quorum nomine peregrinantur, & quorum salutem operantur, ostendens dignum esse, vt, quibus spiritualia seminant, illorum carnalia metant, vt ait Apostolus. Vult igitur Dominus, vt ipsius discipuli non quærant delicias, aut exquisitiora fercula, sed vt paruo sint contenti; hoc enim significat, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: id est, vt rectè exponit B. Thomas, Quamuis modica, & vilia existant, nihil amplius inquiratis. Et per id, quod ait; *Nolite transire* (siue circumcursare) *de domo in domum*, remouet curiosam hospitiorum inquisitionem: id enim videtur esse helluonum, & ventri deditorum hominum, qui pretiosis quibusque degustandis inhiant, non prædicatorum, qui offenderent & eos, à quibus recedunt; & eos, ad quos accedunt. Hac etiam dicendi ratione prohibet adire conuiuia, in quibus sæpe prædicatores plus offendūt edendo, & bibendo; quàm profuerint prædicando: Nec tamen omnia declinanda, sed est modus in rebus, & ædificationi ante omnia inuigilandum. Sed vt cuiusq; patrisfamiliàs est probè alere ministrum, ita ministrum decet munus suum diligenter exequi, & contentum esse oblatis. Quanquam nostro seculo omnia sint confusa & præpostera. Nam oues (maximè apud Hæreticos) induerunt naturam luporum, ad recipiendum potius, quàm ad elargiēdum procliuiores: & pastores sic suo fungūntur officio, vt paratiores sint metere carnalia, quàm seminare spiritualia; neque dicere possunt cum Apostolo; *Non quærimus quæ vestra sunt; sed vos. Sed omnes quæ sua sunt, quærunt: nō quæ sunt Iesu Christi.* Videas enim plerosq; ad opulentos Episcopatus, & pinguia Sacerdotia libenter accurrere; at verò magna vi parua, & tenuia Ecclesiastica beneficia detrectare; vt facilè intelligas, illos magis opes, quàm opus bonum deliderare.

Ministri Euangelici, seu prædicatores vnde alendi debeant, assistentia.

1. Cor. 9.

B Thom. in Matth. cap. 10. tom. 14.

Transire de domo in domum quæ discipuli non habebantur.

Matth.

Luc.

1. Cor. 13. Philipp.

Audi

1. Tim 3. Gregor. hom. 17. in Euangel. 2.

In eos qui ob temporalem tantummodo mercedem Dei verbum annuntiant.

Idem.

Audi quomodò Gregorius hoc loco conquestus fuerit, hunc enarrans locū: *Sed quid nos (quod tamen sine dolore dicere non possumus) quid nos, ô pastores agimus, qui & mercedem cōsequimur, & tamen operarij nequaquam sumus? Fructus quippè sanctæ Ecclesiæ in stipendio quotidiano percipimus; sed tamen pro eterna vita, in Ecclesia minimè in prædicatione laboramus. Pensemus cuius damnationis sit, sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium viuimus; sed nunquid pro animabus fidelium laboramus? Illa in stipendium nostrum sumimus, quæ pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt; nec tamen contra peccata eadem, vel orationis studio, vel prædicationis, vt dignum est, insudamus.* Sic ille. Grauissimus autem error esset, si emolumenta temporaria pro mercede quisquā acciperet, tanquam prēmium sui laboris in prædicando; cùm præmium sit æternæ vitæ felicitas. Vnde, ne quisquā hoc cogitare valeat, pulchrè in eodem loco paullò antè inquit Gregorius: *Merces quæ in præsenti accipitur, hoc in nobis debet agere, vt ad sequentem mercedem robustius tendatur. Verus ergo quisque prædicator non ideò prædicare debet, vt in hoc tempore mercedē recipiat; sed ideò mercedem recipere, vt prædicare subsistat. Quisquis namque ideò prædicat, vt hic vel laudis, vel muneris mercedem recipiat, æterna proculdubio mercede se priuat.* Digna certè tanto prædicatore, ac Doctore sententia, quam si concionatores nostri ante oculos semper haberent, minimè dubiū, quin paullò minùs de terrena mercede, ac sedulius atq; impensiùs de cœlesti ac diuina cogitarent.

Quàm promptos esse volebat Christus discipulos ad euangelizandum.

Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: Et curate infirmos quæ in illa sunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei. Docuit hactenus, quomodo se gerere debeant discipuli in singulis domibus; iam quomodo in ciuitatibus habere se debeant, docet. Et in primis indicat, illos paratos esse debere ad annuntiandum Euangelium omnibus ciuitatibus; ita vt in quamcunque introire contigerit, seruarent hæc præcepta. Primū quidem, vt edatis quæ apponuntur vobis, non requirentes, vt guloli, lautiora; neque, vt hypocritæ, viliora, sed contenti sitis ijs quæ pater familias obtulerit. Quo verbo sicut non præcepit Dominus, vt vllum cibum lege vetitum ederēt, quia id illicitum fuisset, & Iudæo apponere, & discipulo edere: ita ridiculum est, quòd hæretici hunc locum detorquent ad promiscuè vescēdum cibis quibuscunque, etiam lege Ecclesiastica vetitis, quocunque tempore. Nam vt ob corpus tuendum ab infirmitate, à quibusdam abstinemus: ita multo magis propter animam, ne videlicet cuiquam scandalo simus, abstinere debemus: hoc quippè doctrina Apostolica continet, vt etiam à vino & carnibus abstineamus, ne proximum offendamus. Ad hæc, propter obedientiam Ecclesiæ præstandam iustum est abstinere; memores transgressionis Adæ, qui ob gustatum lignum vetitum contra Dei mandatum, se, & nos omnes perdidit. Proinde nemo existimet, Euangelicam libertatem in voracitate edendi quoslibet cibos quocunque tempore, sitam esse. *Non enim est regnum Dei, esca & potus*, vt Apostolus docet; *sed iustitia, & pax, et gaudium in Spiritu sancto.* Et alio in loco; *Esca nos non commendat Deo.*

Rom. 14. Ecclesiastici ciborum delectus duplex caussa.

Gen. 3.

Ibid.

1. Cor. 8.

Primum præceptum discipulis traditū à missione seruandum.

Matt. 10. & 14. & 15. & 24.

Quomodo impiè dum quidam manducatæ quæ apponuntur vocant contra Leuitas.

Secundum mandatum est: *Curate infirmos qui in illa sunt.* Quasi diceret, Ad maiorem gratiarum actionem ne sitis contenti illis ciuibus verbum Dei annuntiasse: sed si quos habent infirmos, & hos curate, & à dæmone obsessos liberate: atque hæc omnia gratis, & promptè facite, neminem reijcientes, siue pauperem, siue diuitem, idq; omne in testimonium Euangelij. Si igitur quæras, an illis dederit potestatem pellendi dæmones, sicut dedit Apostolis, quamuis hic non exprimatur, satis inferiùs ipsimet discipuli exprimunt, dum dicunt; *Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.* Et Dominus subiunxit; *Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, et super omnem virtutem inimici.*

Secundum præceptum de curandis infirmis.

An discipuli habuerint dæmones expellendi potestatem. Matt. 10.

Tertium præceptum est: quod ait, *Dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei.* Quasi dicat; Videtis argumenta virtutis diuinæ: præparate animos vestros ad studium innocentiæ, iam enim appropinquat ad vos regnum Dei: & vos appropinquate illi ad vos venienti. Pelluntur morbi corporum, in signum quòd sunt profliganda peccata, qui sunt morbi animorum. Hactenus Satanas huius mundi regnum obtinuit, & tyrannidem in cordibus humanis exercuit: iā appropinquat regnum gratiæ, siue regnum Filij Dei, qui Satanam potentem triumphabit, & per Euangelium suum in cordibus hominum regnabit. Hinc Theophylactus rectè hæc verba ponderans, ait: *Quando in anima quis sanatus fuerit, tunc venit in eum regnum Dei. Ab ægrotante enim longè secus istud est, quandoquidem peccatum in illo regnat ac dominatur.*

Tertium præceptum de tegno Dei appropinquante nuntiando: ecquodnam illud sit.

Quod sit regnum Satanæ.

Theophylact.

In quamcunque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite, Etiam pulueren qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei. Dixit de ciuitate suscipiente discipulos, nunc de ciuitate recusante illos. Assignatq; hanc differentiam:

Vbi discipuli prædicantes non manducare, nec signa edere, vbi secus facere debebant Christi præcepto.

rentiam: vt in ciuitate suscipiente illos, discipuli mandicent, curent infirmos, prædicent regnum Dei appropinquasse illis: in ciuitate autem non suscipiente, neq; manducent, neque curent infirmos; sed publicè protestentur in plateis, non solùm verbo, sed etiam opere extersionis pulueris de pedibus, nihil illi secum esse commune. Quasi diterent: Gratis obtulimus vobis nuntium æternę salutis, nihil inde aucupantes, nisi vestram salutem: tantum abest, vt ambiuerimus vestras diuitias, aut honores, vt etiam ne pulueren quidem vestræ ciuitatis, qui pedibus nostris adhæsit, velimus, sed potiùs extergamus in testimoniũ à nobis oblati, & à vobis spreti Euangelij. Illud tamen scitote, quòd siue receperitis, siue non, in proximo est vobis regnum Dei: Si receperitis, vestro bono: sin minus, veniet vestro malo. De excussione pulueris alibi dictum fuit latiùs, vt nihil hic videatur addendum.

Quid discipuli extersione pulueris de pedibus suis indicabant.

Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. Explicat Christus, quale iudicium maneat contemptores verbi Dei, ne fortè existimarent se perpetuò fore impunitos. Non necesse fuerat, vt Apostoli vel ignem è cœlo euocarent ad perdẽdos Euangelij hostes, vel se de illis alio modo vindicarent: adest enim Deo tanta potentia, vt, si velit, contẽptoribus suis facilè possit talionẽ reddere; ideò ait; *Dico vobis quia Sodomis die illa* (scilicet iudicij, vltionisve) *remissius erit quàm illi ciuitati.* Nam ciuitas Sodomorum rea est peccatorum in proximum: ciuitas repellens Apostolos, rea est peccati in Deum, quia respuit diuini consilij voluntatem circa salutem humani generis. Ac meritò etiam, quia in ciuitate Sodomorum, vt ait Eusebius, non caruerũt Angeli hospitio, sed Loth dignus inuentus est, ad quem Angeli diuerterent. Si ergo ad accessum discipulorum, nec vnus inuenietur in ciuitate, qui eos recipiat, quomodò non peior erit ciuitate Sodomorum? Ad hæc, Sodomitæ etsi inhospitales fuerint, vt Beda testatur, inter cætera tamen carnis, animæq; flagitia, nulli apud eos hospites, quales Apostoli, reperti sunt: Nam Loth quidem aspectu erat iustus, & auditu, non tamen aliquid ibi signorum feciſſe perhibetur. Et nota peccata ciuium Sodomæ tam horrenda & immania extitisse, vt non solũ morte præsenti, & incendio ciuitatis plectantur, sed etiam supplicijs vitæ futuræ; ideò ait, Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. Quare nobis, qui frequẽter verba Dei audimus, & facto ipso contemnimus, meritò contremiscendum est,

Quorsum illud: Dico vobis quia Sodomis remissius erit in die illa, quàm illi ciuitati.

Remissius cur erit tetræ sodomorum quàm ciuitati discipulos repellenti in die iudicij. *Gen. 19. Eusebius in Cat. aurea. D. Tho. to. 11. Gen. 19 & seq.*

Secunda ratio. *Beda lib. 3. in Lucam. c. 10. tom. 5. 2. Pet. 2.*

Sodomæ peccatorum grauitas.

atque expauescẽdum, ne deteriora, aut magis horrenda iudicia nos maneãt, qui Christo pulsanti ad ostium cordis, non aperimus, eidemque in paupere postulanti eleemosynam non porrigimus: quare meritò dicere poterit: *Hospes eram, & non collegistis me*; ac proinde, *Discedite à me maledicti, in ignem æternum.* Verùm nos, si sapimus, tempestiuè resipiscamus, hospitalitatem colamus, verba Dei in corde nostro seminata ad fructum suo tempore edẽdum retineamus; vt fructus pœnitentiæ, iustitiæ atque charitatis dignos, Dei gratia opitulãte proferentes, in æternis habitaculis recipi, atq; hospitari mereamur, per Dominum nostrum Iesum Christum, quem cum Patre & Spiritu sancto sempiternum manet imperium, gloria, & honor in secula seculorum, Amen.

Iudiciũ de contremiscendum sibi quod *Apoc. 2.*

Matth. 25.

Matth. 3. Luc. 3.

TRACTATVS XIV.

Tract. 14.

In illa verba: *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœnitèrent. Verùm tamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quam vobis, &c.* Quæ habentur Luc. 10. & Matth. 11.

IN Primis annotandũ est, illa quæ Matt. dicit cap. 11. ab illo loco: *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus*: vsque ad finem cap. magna ex parte haberi Luc. 10. post promotionem septuaginta discipulorum; quare dicẽdum est, vel Dominum illa diuersis dixisse temporibus, quemadmodum pleraque quę Apostolis in missione sua dixit, eadem, aut ferè eadem septuaginta dixisse discipulis. Vel rursus dicendum, Matthæum superiori sermone coniunxisse quæ alio tempore sunt dicta, propter optimam eorum cum præcedentibus connexionem: nam hoc loco dicta esse, quo ea Lucas narrat, satis clarum est ex ipsa Lucæ narratione: tradit enim gloriantibus discipulis ex his quæ fecerant miraculis, Dominum in ipsa hora dixisse, *Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ*: vt si hæc tantũ semel à Domino sint dicta, non possit dici Matth. ordinem seruasse, sed Lucam. Quam etiam rem confirmat, quòd distinctè exprobratio ciuitatũ narratur in septuaginta discipulorum missione habita; confessio verò post reditum. Et illud Matth. *tunc*, non necessariò significat idem illud temporis punctum designatum, quo dicta sunt à Domino quæ præce-

Ratio ordinis huius tract.

Quãdo Christus exprobrauerit ciuitatibus secundus Matthæum.

dunt: potest enim accipi designatum tempus latiùs, quo multa dicebantur & gerebantur à Christo, quomodo his demõstrationibus frequenter vtitur Matth. nam ca. 3. dixit; *In diebus illis venit Ioannes Baptista*, & tamẽ paullò antè Matthæus narrauerat ea, quæ ante annos ferè triginta acciderãt. Nos igitur, si semel hæc dicta sunt, vt probabilius existimamus, magis cẽsemus in missione septuaginta discipulorum dicta fuisse à Domino; & ob eam causſam magis hoc loco reponenda esse, quàm in missione Apostolorum. Et hactenus de ordine sit dictũ. Ait igitur Matthæus: *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam.* Cùm omnia peccata Deum offendant, maximè tamen ingrati animi vitium, vbi quis magnis Dei beneficijs abutitur: vnde illis ciuitatibus, in quas magna beneficia collocauerat, Domin⁹ cœpit exprobrare. Modus autem exprobrandi exprimitur, dicendo; *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, &c.* Nullum etenim crimen conferri potest cum his, qui veritatem Euangelicam agnitam recusant. Corozaim propè Bethsaidã sita est ex parte Orientali in littore Genesareth: & Bethsaida ex parte Occidentali, post Capharnaum; ciuitas erat trium Apostolorum, Petri, Andreæ & Philippi, vt dicitur Ioann. 1. atque in illis ciuitatibus pluries prædicauerat Dominus, & plurima signa ediderat. Et per figuram Metonymiæ exprobrat ciuitatibus, id est, habitatoribus illarum ciuitatum, quemadmodum per Tyrum & Sidonem ciuitates Gentilium, eorum ciues intelligit. Et quoniam in Tyro & Sidone habitantes tempore Christi, vt habes Matth. 15. pœnitentiam egerunt ad prædicationem Apostolorum, vt scribit Lucas Act. 21. propterea per Tyrũ & Sidonem intelligimus antiquos habitatores illarum ciuitatum, ob quorum insignia flagitia & peccata destructæ olim fuerunt, licèt posteà sint reædificatæ. Capharnaum verò ingratior cæteris extitit, ideò de illa dicitur in Matth. *Et tu Capharnaum, vsq; ad cœlum exaltata* (per Domini Iesu scilicet inhabitationem in ea, & per tot admiranda Christi signa in ea edita) *vsque ad infernum demergeris*, scilicet puniendã: quia cùm esset emporium, & metropolis Galilææ, diuitijs & Christi præsentia exaltata, tamen destructa est: & ideò meritò Sodomæ comparatur: quæ & ipsa propter nefanda peccata corruit. In ipsa enim primò prædicauit Dominus. *Quãta audiuimus facta in Capharnaum*, aiebant Nazareni, *fac & hic in patria tua.* Deinde sanauit leprosũ, & puerum Centurionis Matt. 8. & socrum

Ingrati animi vitium quàm Deus auersetur.

Vti Christus exprobrauerit ciuitatib. ingratis. Corozaim, & Bethsaida vbi sitę sint.

Quid exprobrare ciuitatibus.

In quo Tyro, & Sidone nõ factæ fuerint virtutes, quę in alijs ciuitatibus.

Capharnaũ quando vsq; ad cœlũ fuerit exaltata. *Matth. 11.*

Quanta in Capharnaũ fecerit Christus. *Luc. 4.*

Petri item Matth. 8. & omnes habentes dæmonia Luc. 4. liberauit à sanguinis fluxu Emorrhoyssam: suscitauit filiam Archisynagogi, & paralyticum demissum per tegulam. Has autem tres ciuitates peculiariter Dominus reprehendit, in quibus plus prædicauerat, quàm alijs, quia non egerant pœnitentiam; non autem quòd non crediderunt, & non receperunt prædicantes: nã & in illis prædicatum est; sed quòd non dederint operam vitam suam in melius commutare, quibus propterea fides magis prosuit ad condemnationem amplioré, quàm ad salutem. Ideò Dominus apud Marcum prædicabat, *Pœnitemini, & credite Euangelio.* Nec quòd ibi solùm Dominus prædicauerit: nam & in alijs ciuitatibus oportuit eum euangelizare, vt ait Lucas. Et non auguratur, vel imprecatur malum, sed tantũ prænuntiat, vt ad fidem viuam, & pœnitentiæ fructibus coniunctam conuertantur. De mortuis enim prædicit quòd remissius erit eis. Existentibus verò comminatur etiam propter nos, ne in tale incidamus infidelitatis exemplum, vt Apostolus ait Hebr. 4. Ad hæc vt ostẽderet se præscire futura mala, & ex commiseratione quadam, sicut de Ierusalem loqui.

Matth. 9. Ibid. Tres illæ ciuitates quas ob causſas minimè à Christo fuerint reprehensæ.

Mar. 1. Altera causſa. *Luc. 4.*

Eisdem quare ventura Dominus mala prænũtiet.

Secũda ratio

Quòd verò ait; *Olim in cilicio* (vel vt Græcè dicitur, sacco) *& cinere pœnitentiam egissent*: alludit ad veterem pœnitentiæ morẽ, de quo Iob 42. & Ionæ cap. 3. & Dauid; *Ego autem, cùm mihi molesti essent, induebar cilicio.* Vnde Ioãnes Baptista cilicio vtebatur. Cineris vsus, erat ob humilitatem contra superbiam peccati; cilicij verò, siue sacci cum cinere, propter delectationem, & voluptatem delicti. Et semper pœnitentia non tantùm resipiscentiam nudam, sed etiam sui ipsius afflictionem & castigationem carnis continebat. Comparat Capharnaum cum Sodoma, cuius scelera, & supplicia sumpta orbi erant notissima. Et secutus est Dominus rationem loquendi seruatam à Propheta Ezech. capite 16. dicente de Ierusalem; *Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eam sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es.* Quod verò ait: *Tyro, & Sidoni remissius erit in die iudicij*, non comparatur peccatum ex genere suo Tyriorum cum peccato illarum ciuitatũ: quia ex genere suo maius est idololatriæ crimẽ: sed ex ingrati animi vitio, quia isti violarunt legem Naturæ, Moysis, & Christi, & distinctiùs agnoscebant peccata, quàm illi: ideò grauius erat eorum delictum, quia in Spiritum sanctum.

Quorsum id: Olim in cilicio, & cinere pœnitẽtiam egissent. *Psal. 34.*

Cineris vsus, cilicij, siue sacci, quid significaret.

Capharnaũ quare cum Sodoma cõparetur.

Hic verò locus magnas dedit occasiones disputan-

Tyro & Sidoni qua ratione remissius erit in die iudicij, quàm illis ciuitatibus Euangelium aspernantibus.

Præsens Matthæi locus

Prima.

Secunda.

Tertia.

Esai 6. & Act. vlt.

Sap. 4.

Prima solutio quæstionis.

Cur De' Tyrijs & Sidonijs subtraxerit prædicationis, & signorum beneficia quib⁹ profutura erant, & dederit Corozaim, & Bethsaidæ, quib⁹ erant nocitura.

Hieronym. in Matth. to. 9. Matth. 15. Rom. 15.

Tyrios, tametsi Christi signa non viderint, non idcirco tamen fuisse à Deo derelictos.

Supra 9.

Supra 3. Matt. 25.

Nihil æquitate inæqualius.

Plin. iunior ad Traianũ.

disputandi, & nodum in scirpo quærendi. Primò enim quibusdam dura videntur, & grauia Dei iudicia, quòd videlicet Tyrijs, & Sidonijs subtraxerit prædicationis, & signorum beneficia, quibus profutura erant, & dederit Corozaim, & Bethsaidæ, quibus erant nocitura. Quis enim hoc faceret, vt pecuniam eo loco prodigeret, vbi nullus est fructus? & ab eo loco abstineret, vbi sciret se magnum compendium posse facere? Deinde videtur Diuina præscientia falli, & decipi posse in eo quod ait de Sodomis. *Fortè mansissent vsque ad hanc diem:* nam quomodo fortè mansissent, quæ omninò nequaquam manere præuisa erant? Tertiò, dubium surgit, an quis ex his quæ præuisus est operaturus, si vixisset, damnandus sit, aut seruandus: nam multi ex his qui detinẽtur in gehenna, si expectati fuissent, pœnitentiam egissent. Contra quod tamen ait Dominus; *Incrassatum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt; ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.* Rursus multi ex his qui seruati sunt, si morte immatura nõ fuissent præuenti, damnationem incurrissent, secundũ illud; *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.*

Ad has tres difficultates breui, & aperto sermone respondere conabimur. Igitur ad primam respondemus, consequentiam hanc non valere, Non prædicauit illis Dominus, nec apud eos fecit signa: ergo reprobauit eos: quia omnes gentes, & nos quoque ipsi essemus reprobati, quibus nec fecit, nec facit signa, nec prædicauit, nec prædicat: nec propterea tamen ille nos dereliquit. Causa autem cur Tyrijs signa nõ ediderit, vt testatur Hieronymus, est, quia Christus non erat missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, & in propria præsentia minister fuit circumcisionis, sacrans illum locum, & peculiari illi populo prædicans. Nec ideò Tyrij derelicti, quia non sunt maioribus donis, & gratijs adiuti: nam Dominus, qui Deus est omnium, omnibus, quantum opus est ad salutem, succurrit: non tamen omnibus quantum ipse potest, sed pro sapientia sua alij dedit quinq; talenta, alij duo, alij vnum: in qua varietate mira est pulchritudo vtriusque Ecclesiæ. Nihil enim, vt quidam externus dixit, æqualitate inæqualius. Habebant ergo Tyrij naturale lumen cum idoneo Dei auxilio, quo negotiari poterant, vt maiora dona sibi acquirerent, si vellent, in quibus videbat habilitat:m ad credendũ, si illis prædicatum fuisset, & signa vidissent, quibus tamen ad fidem duorum articulorũ, quos natura prædicat, non egebant. Hinc Chrysostomus in Matthæum; *Poterant enim homines tunc etiam Christum* (nempè explicitum) *non confessi saluari. Non enim Christi, qui nondum venerat, ab illis cultus petebatur; sed vt, idolorum cultu spreto, vnum solum Deum conditorem omnium noscerent. Dominus enim inquit, Deus tuus Dominus vnus est: Idcircò Machabæi, ne legem traderent, mori maluerunt. Valde admiramur pueros quoque illos, alioqui, complures apud Iudæos, qui bene & optimè vixerunt, & hanc cognitionis mensuram inuiolatam conseruarunt, à quibus nihil certum petitum est. Nunc autem non ita est; sed necessaria est ad salutem Christi cognitio. Propterea dicebat; Si non venissem, & locutus eis non fuissem: peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Hæc ille, docens non fuisse necessariam Christi fidem eo sæculo: quod cũ æquitate videtur esse coniunctum: quomodò enim credere poterant in quem nõ audierunt? Sed de his aliàs. Nec propterea tales fuerunt reprobati, nec in massa perditionis relicti, quia Dominus paullò pòst per Apostolos illis prædicauit, vt constat ex cap. 21. Actuum: nam conuersi sunt ex illis multi, sicut scriptum erat: *Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Aethiopum; hi fuerunt illic.* Vnde B. Augustin. qui aliquando dixerat, Tyrios & Sidonios relictos in massa perditionis; libro tamen de bono perseuerantię, cap. 9. docet, quòd de Tyrijs aliter dici poterat, quàm ipse dixisset. Postremò, miracula nec sunt simpliciter necessaria, quia citra illa multi crediderunt, & ipsa per se ad ingenerandam fidem non sufficiunt, vt cõstat in Aegyptijs & Pharaone, qui visis tot portentis & signis, non crediderunt Moysi; & in Scribis & Pharisæis, qui tot Christi miraculis conspectis, fidẽ ei habere noluerunt.

Porrò Bethsaidæ, Capharnaum, atq; Corozain Galilęis ciuitatibus prædicauit: non quòd præsciret illas non credituras, & propterea fecit, vel prædicauit, quia hoc esset in Dei bonitatem, quæ vult omnes homines saluos fieri; & in Dei sapientiam, quæ ideò signa facit, ac verbum Dei proponit, vt ad Fidem trahat: nam signa ad comprobandam doctrinam fiunt, vt prædictum erat de Messia, & pro illo momento quo signa fiunt, nõ videt sint crediturі, necne: sed cùm fecit signa, videt illos pro illo momento incredulos, & iam signa facta sunt in oculo suo, quibus illi reluctantur: videtur ergo increduli signis, sed iã factis corã Deo. Non ergo facit frustra signa, quia ex se nõ deest, vt illi credãt, sed ex ipsis nolentib. credere;

signa

Matt. 11. Luc. 10. Marc. 6.

Matt. 8. Idem. Luc. 4.

Matt. 9.

signa ergo data sunt infidelibus, scilicet vt credant, si velint. Ideò ab his quos vult sanare, fidem exigit: at coram Pharisęis petentibus ex malitia signa, non facit, ne obstinatiores reddantur: ob quam caussam in patria sua non potuit signum vllum facere. Ideò maiora signa facta sunt apud Gentes, ob fidem; quàm apud Iudæos, ob incredulitatem.

Deinde ad augumentũ respondeo, quòd etsi signa frustra fierent respectu quorundam obstinatorũ, erant tamen in fructum plebis, vel simpliciũ qui crediderunt. Nam leprosus, & Centurio, & Regulus cum tota domo, adferentes paralyticum in lecto, & demittentes eum per tegulas in grabato, fidem habebant, de quibus Euangelista testatur: *Videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili.* Non omisit prædicare Dominus Tyro & Sidoni, vt aliqui putant, ne aliqui nó crediturі fierent deteriores, quia nec prædicasset in Corozaim vel Bethsaida: nec rursus quia præsciuit illos non permansuros in fide accepta, vt B. August. lib. 1. de prædestinatione sanctorum, cap. 9. asserit, quẽdam nobilem disputatorem exposuisse; siquidem non constat Tyrios & Sidonios, quibus Apostoli prædicarunt, & crediderunt, non permansisse in fide, nec permanserunt ciues Corozaim, aut Bethsaidæ, aut Capharnaitæ: nec tertiò ne scandalizarentur Iudæi, quia cùm conuertendi erant ciues Sodomæ, non erant Iudæi, nec Christus per se eos aditurus erat ad prædicandum, sed missurus erat Prophetam, vt Niniuitis misit Ionam.

Ad secundam quæstionem respondemus, Dei præscientiam certam esse de futuris euentibus, & ineuitabilem, frustrariq́ue minime posse, quia sumitur à re ipsa iam in oculo suo existente; cùm in caussa quæ libera est & variabilis, cerni non queat: vnde cùm de Tyro & Sidone verba fecit, absolutè dixit: *Olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.* Quod verò de Sodomis dixit, *Fortè mansissent vsque in hanc diem,* propterea dictum est, ne Dei præscientiam putares necessitatem vllam libero nostro arbitrio ponere: sed vt ipsa diuina præscientia in effectu falli nequit, ita vidit eiusmodi effectũ euenire per caussas contingentes: ita vt videat euentum cõtingentem necessariò per caussas, quæ falli possunt, euenire, quia ita est præuisum. Aduerbium etiam *fortè* non semper significat dubitationem, & Græcè est particula ἄν, id est, vtique, certè, sanè; in quo sensu sæpe accipitur, vt cùm dixit: *Tu forsitan* (id est tu vtique) *petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Et, *Ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris.* Et. *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne fortè conculcent eas pedibus suis,* in quibus omnibus locis habetur particula ἄν expletiua.

Matt. 7.

Ad tertiam dubitationem dicẽdum est, hominem nequaquam iudicandum ex his quæ fecisset, si vixisset: quia quiuis, Deo mouere volẽte, multa bona fecisset: & nolente mouere, multa mala: vnde Paulus excludens opera quæcunque bona, siue ante conceptionem, & natiuitatem facta, siue quæ post mortem, simpliciter dixit: *Omnes nos manifestare oportet ante tribunal Christi; vt refert vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum;* stringens iudiciũ ad opera bona quæ fiunt, dum in carne viuimus. Præterea si Deus respiceret ad ea quæ fieri poterant, multi qui salui fiunt, damnarentur, vt multi pueri, qui post Baptismũ in cœlum euolant, qui permissi diu viuere, per peccata perijssent, sicut ille qui raptus est in cœlum, ne malitia mutaret intellectum eius. Ideò nec Tyrios, nec Sidonios, aut Sodomorum ciues ob id seruauit Dominus, quòd præsciuisset illos pœnitentiam in cilicio & cinere acturos.

Tertia soluitur dubitat. An quis ex his quæ præuisus est operaturus, si vixisset, damnãdus sit, aut seruandus.

2. Cor. 5.

Sap. 4. Gen. 5.

Quòd si obijcias, Deum interdũ remunerare propositum bene operandi, vnde dixit de Abraham: *Scio quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domui, & faciant iudicium in iustitiam.* Respondeo, aliud esse propositum bonorum operum, siue voluntatẽ benefaciendi; aliud ipsa opera bona nõdum facta, nam pro his nihil præmij Deus tribuit; ad bonam voluntatem bonorũ operum grauidam remunerat Deus. Et ita voluntas loco facti accipitur à Deo: nunquam tamen tanto remunerantur præmio, atque ipsa opera actu exhibita præmio afficerentur. Et in his hacte nus Matth. & Lucas consentiunt: iam quæ sequuntur, solus enarrat Lucas: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.* Adiecit hoc loco Dominus hęc verba ad commendationem functionis Apostolicę, & ad consolationem discipulorũ, ne quisquam Euangelij doctrinã ex conditione ministri æstimet, sed potius ex dignitate ministerij: quotquot enim Christi Euangel. syncerè prædicant, legati sunt Christi: *Pro Christo,* inquit Apostolus, *legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* Et vt nostrum est Christi legatos audire, & in nullo eis contradicere: ita illi boni legati verba, quę à Domino tantùm acceperunt, debent alijs proponere. Et ne grauatè ferant, aut

Si opera bona nondũ facta nõ remunerat Deus, quid ergo in Abraham illa remuneratuit?

Gen. 18.

Bona opera quę maius apud Deũ præmium consequantur.

Quanta functionis Apostolicæ dignitas, & amplitudo.

2. Cor. 5.

Christi legatorũ officiũ, & eorum ad quos destinãtur.

mœrore afficiantur cum spernũtur, docet: Vestra iniuria per vos in me recurrit, qui misi vos: per me autem in Patrem meum, qui misit me: *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Et cùm mea doctrina non sit mea, sed eius qui misit me; proculdubiò qui me spernit, spernit & Patrem.

Matt.10. Ioan.7. Cui rationi firmæ & solidæ nititur, vt Apostol. spernentes, Deũ quoq; Patrẽ, & Christum filium eius aspernari videantur.

Sed quæro, num satis sit ad hoc, vt Iesus, & Deus Pater spretus esse videatur, si verba Apostolorum spernantur, etiamsi qui spernunt, inspirationem nullam habeant, qua verba illa Dei esse cognoscãt? Respondeo, distinguendo duo hominum genera, alterum eorũ, qui loquuntur aduersus filiũ hominis: & hi sunt qui ex ignorantia aut Christum, aut Ecclesiã eius persequuntur; nam tales qui nunquam inspirati sunt, quia videlicet Deus non eos ante inspirare voluit, quàm maior lux funderetur, ne & ipsi maiorum exemplo contemnerent, pro contemptoribus habiti non sunt: sed quia misericordiã & veniam consequerentur, quia nescirent quid facerent, quoniam in filium hominis, non in Spiritum sanctum blasphemarent, à quo, de filio hominis, nihil adhuc cognitionis acceperant: & inter hos se connumerat Paulus. Aliud genus hominũ est, qui aduersus Spiritum sanctum, & veritatem agnitam, atque inspiratam insurgunt: hi, propriè contemptores sunt, & propria malitia excæcati in foueam cadunt: & per ignorantiam non modo nõ excusantur sed aggrauatur eorum crimen. Sed & istis qui Deum spreuerunt, venia dabitur, si resipuerint: sed difficile est, aut potius impossibile, eos resipiscere, nisi rursus eos Deus conuertat. Quousque igitur eos Deus inuitat, possunt resipiscere: sed propterea difficilè resipiscunt, vel ob ruborem, vel quòd sentiunt vim delicti, vel quòd sibi illatam iniuriam putãt in eo quòd æquati sunt peccatoribus: hinc Iudæi, ne Gentibus æquarentur, non intrarunt, quanquam benignè vocarentur, in Ecclesiam Christi; vt maior filius nolebat intrare in domum patris conuiuium exhibentis redeunti filio iuniori è regione longinqua.

Matt.12.

1.Tim.1.

Difficilis quorum conuersio, & quare.

Iudæorũ inuidia, & indignatio aduersus Gentes.

Luc.19. Septuaginta discipulorũ missionis à Domino, res gestæ.

Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes, Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Sicut apud Luc. ca. 9. & Marcum cap. 6. missio Apostolorum, & eorum reditus exprimitur, ita & Luc. post ablegatos Septuaginta commemorat, quæ illis redeuntibus acciderunt, omissis illis, quæ medio tempore facta sunt, vel à septuaginta, vel à Domino, cuius facta probabile est Lucam postea narrare, cùm cap. 13. scribit: *Ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem.* Præmiserat enim hos septuaginta in omnem ciuitatem, in quam ipse esset venturus. Supprimit Euangelium Lucæ profectionem discipulorum ad prædicandum, illosq; gnauiter suo officio fuisse functos, Euangelium annuntiasse, multos ægrotos curasse, virtutesq; magnas fecisse, atque dæmones expulisse. Licèt non incõgruè dicere possimus, Lucam in vocula illa reuersionis satis abitionem eorum designasse; & in eo quòd cum gaudio reuertuntur, mediocrem sui laboris successum vidisse.

Cur tantum 72. Christo dixerint, Domine, etiã dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.

Sed quid est quòd tantùm dixerunt: *Domine, non tantùm morbi, sed etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo?* Quare non recensent & alia, scilicet verbum Dei felicem cursum habuisse; multos suorum peccatorum pœnitentiam egisse; à nonnullis ciuitatibus fuisse repulsam passos? sed boni illi discipuli non in totum exuerant carnis genium, sed humanum in illis aliquid erat, quo suum gaudium declarauerant magis de eiectis dæmonijs, quàm de fide, & profectu auditorum, de quo magis erat gaudendum, & nonnulla inani gloria mouebantur. Quod satis indicãt verba Domini subiungentis: *Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur.* Sunt enim quidam, qui apertè de diuinis donis efferũtur, & dicunt: *Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.* Alij verò apertè humiliantur, vt Apostolus; *Gratia*, inquit, *Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit.* Quidam rursus partim humiliantur, agendo gratias, & partim efferuntur, exultando in seipsis, vt isti discipuli, qui de subiectione dæmonum, quam tamen non sibi, sed nomine Christi tribuebant, gloriabantur: sic ille Pharisæus qui dicebat; *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum.* Habebant tamen aliquid commendabile isti discipuli, quòd reuerterentur ad fontem donorum per gratiarum actionem secundùm illud: *Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.* Apud Iob legimus: *Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, Adsumus?* In quæ verba glossa ordinaria scribit: *Vadũt fulgura, quando Doctores miraculis coruscant, & superna reuertentia auditorum corda trãsfigunt, &c. Reuerentia verò dicunt, Adsumus; cùm non sibi, sed Dei virtutibus tribuunt, quicquid se egisse fortiter cognoscunt.* Hæc tibi. Tales sunt perfecti qui dicunt, *Domine, omnia opera nostra operatus es nobis;* &, *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.*

De quibusdam rebus hoc gestis malum gaudium, & gloriatio. *Deut.32.*

1.Cor.15. Pauli modestia, & humilitas, eiusque simulium.

De quibusdam illi discipuli erant de subiectione dæmonũ gloriantes. *Luc.10.*

In quo laudandi digni vsi potestate. *Eccle.2. Iob 38.*

Glossa. Quid simile Iob: Nunquid mittes fulgura, & ibũt & reuertentia dicent tibi, Adsumus? Perfectorum vox quasi. *Esa.26. Psal.113.*

Quãdo Christus vidit Satanã sicut fulgur de cœlo cadentem. *Esa.14.*

Et ait illis, Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Quasi diceret, Res noua non est

Magnus de eo loquitur cadẽtem. *Esa.14.*

Gregor. Magn. lib.2. Moral. cap.2. De quo item zelo Satanã vt fulgur cecidisse, teste Hieron. *Hieron. lib.2. aduersus Iouinia. Ambros. lib.2. de Isaac & anima. Matt.4.* Iesu nominis virtus quãta.

Satanam cecidisse sicut fulgur. Christus cum ait, quid innuat.

Fulgur & fulmen in quo conueniant, & in quo differant.

Ioan.12.

Quid eguerint discipuli hoc Christi Satanã sicut fulgur de cœlo cadere videntis exemplo. *2.Est.2.*

72. discipulis quã habebãt Christus quasi potestatem dederit

Apoc.12.

Quid per serpentes, & scorpiones Christus significet. *Psal.90.*

Ioan.12. Psal.9.

Satan quare dicetur inimicus.

De eiectione cacodæmonum Christi, cur discipulos gaudere nolebat.

Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur. Ecce quã magna res hæc est, quàm magna potestas, vt dæmonia eis subijciantur: neq; tamen de hac ipsa tanta re gaudere debebant, ne tanquã de egregio facinore gaudentes, in elationem eleuẽtur, & sibi adscribant quæ Dei sunt: nõ tam etiam gaudebant, quòd per illã expulsionem illustraretur nomen Christi, quàm quòd sibi subderẽtur dæmonia. Non vult etiam illos gaudere de re quæ ipsis communis est cum reprobis, & ad maiorẽ damnationem valet, si ea potestate non vtantur in beneficium aliorum, vel ad Dei gloriam: nam sic se dæmonibus subdent, & erit illis in ruinam: vnde quidam dicturi sunt in die iudicij: *Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus; & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* quibus dicet; *Nunquam noui vos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.*

Matt.7.

Gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Quasi diceret: Subijcere dæmonia, propter aliorum vtilitatem vobis datum est: quòd autem nomina vestra scripta sint in cœlis, propter salutem vestrã, hoc impijs aut reprobis vobiscum cõmune non est, hoc vestrũ est propriũ, hoc in tuto constituit vos, hoc solidum gaudium, & gratiarum actionem gignit: etiamsi Pharisæi & Scribæ, qui seductorem me appellant, dicãt nomina vestra scripta esse in inferno: nihilque committite, propter quod nomina vestra deleantur. Est autem metaphora desumpta à cõsuetudine humana, qua aliquorum nomina ascribi solebant ciuibus, dum ciuitate donabantur. Non vult igitur Dominus discipulos gaudere de operationi-

Psal.6. Quid est gaudere autem, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

Ioan.1. Vnde hanc Christus metaphorã sumpsit.

De quo Christus discipulos gaudere nolebat.

bus mi-

los gaudere volebat. *2.Cor.12.*

bus miraculorum, sed de conuitijs, & tormentis pro Christo toleratis: vnde scriptū est: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* Et, *Ibant Apostoli gaudentes à cōspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*; & in vniuersum ait Christianis Apostolus: *Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem. Spes autem non confundit*, & reliq.

Act.5.

Rom.5.

Quod verò Caietan. annotauit, colligi ex hoc loco, septuaginta discipulos fuisse prædestinatos; & sic melioris fuisse conditionis, quàm Apostolorum collegiū, quorum vnus damnatus est: non satis prudēter aut solidè dictū est. Non aduertit ille, quòd hæc reuelatio prædestinationis magis obesse poterat, q̄ prodesse, ac idcirco eam Dominum illis non significasse. Præterea iuxta Scripturas non significatur immobilis prædestinatio eorum, quorum nomina scripta dicuntur in cœlis vel in libro vitæ: quia admittitur aliquos deleri posse: nam Moyses dixit: *Obsecro Domine*, &c. *aut dimitte eis hāc noxā, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Et Dominus subiunxit: *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo.* Et Dauid: *Deleantur de libro viuentium; & cum iustis non scribantur.* Et in Apocalypsi: *Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ.* Et nos rogamus, vt nomina omnium fidelium, beatæ prædestinationis liber adscripta retineat: certum est autem, non omnes fideles esse prædestinatos: non ergo omnis scriptus in libro vitæ, est prædestinatus.

Christū, cum ait: Gaudete autē quia nomina vestra scripta sunt in cœlis, non loqui de prædestinatione probatur dupliciter cōtra Caietan. *Matt.27. Act.1.*

Exod.32. Scriptos in libro vitæ aliquos posse deleri. *Psal.68. Apoc.3.*

Nec obstat illa generalis locutio, qua oēs discipulos comprehendit. Quia quæ generatim dicuntur, non vitiantur, si in vno aut altero non impleatur dictum: sic enim dicimus saluum redire exercitum, nec ob vnum aut alterū qui cecidit, vitiatur sermo: nam simili ratiōe Iudas vnus erat inter eos, quibus dictum est: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Ac rursus: *Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël*; qui sermones non absolutè, sed sub cōditione intelligendi erant, si scilicet nihil admitteret deletione dignū. Hoc ergo sermone, cùm nihil possit ex eo excidere, metaphoricè significatur Dei memoria & gratia: & q̄ essent ciues conscripti in æterna ciuitate. Quòd si obijcias, posse quēquam superbire quòd sit electus, vel à Deo amatus, & in libro cōscriptus suo; & propterea idem redire elationis inconueniens: Respōdeo, posse quidem quenquam non minus ex hoc, quàm ex eiectione dæmonum efferri: sed hoc iniustè, & inscienter fieret, quia Deus non eligit nos propter merita, aut opera nostra bona, sed propter bonitatem suam. Neque dilexit nos, quòd priores illū dilexerimus: sed quoniam ipse prior dilexit nos: Gratia tamen illa Dei & electio, si bene sit à nobis fide perspecta & cognita, potiùs humiliat, ac deprimit hominem, quàm in superbiam erigat. Propterea hoc donum & vtile nobis est, magis quàm eiectio spirituum immundorum; & humilitatem in cordibus nostris conciliat, atq; timorem sanctū, quibus, quasi scalis quibusdam, ad cœlestem illam, & æternam ciuitatem conscendere valeamus, efficaci meritorum Iesu Christi Domini nostri, donorum vniuersorum autoris, virtute ad id nobis collata, Qui cum Patre & Spiritu sancto ab vniuersa creatura in cœlis laudatur, atque benedicitur in perpetuas æternitates, Amen.

Ad illud Caieta. Melior conditio discipulorū 70. quā Apostolorū, è quorū numero exiit vnus proditor Iudas. *Luc.22.*

Matt.19.

Id etiam diluitur: Donū electionis suę nec prædestinationis potest quenquam efferre.

TRACTATVS XV.

Tract.

In illa Domini verba: *In ipsa hora exultauit in Spiritu sancto, & dixit Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quòd abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam Pater, quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, & nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.* Hæc habentur Luc.10. & Matth.11.

Gratiæ bonis perfectus, & quantus sit eum Deus

MEritò hoc Euangelium in die gloriosi Apostoli Matthiæ legitur, quia vnus fuit Matthias ex his septuaginta duobus discipulis; & vnus de istis paruulis, cui reuelatum est mysterium Euangelij. Cùm ergo reuertissent septuaginta duo discipuli ex missione sua ad mun⁹ apostolicum præstandum, & narrassent quāta per eos Deus effecisset, & exultarent de subiectione dæmonium: Dominus Iesus priùs compressit exultationem eorum in spiritu humano factam, deinde ipse exultauit in Spiritu sancto; ne vanam aliquam exultationem, & carnalem existimares, sed verè spiritualem & ab Spiritu sancto effectam, & de materia spirituali, puta de spirituum immūdorum eiectione per discipulos; & ad finem diuinæ gloriæ illustrandæ: etti Græcè habetur tantùm, *exultauit Iesus spiritu.* Confitetur igitur & gratias agit Patri de protectu discipulorum in prædicatione Euangelij,

Quales Matthias Apost. *Act.1. Matth.10.*

Dominus Iesus ex quo tempore spiritu lætatus est.

Christi hora ex Dei Patris pote sit.

quod

quod, tanquam beneficium quoddam peculiare sibi à Patre exhibitum, Christus homo agnoscit: quemadmodū sapiens pater pro beneficijs in filios suos necdum per ætatem fari valentes, grates principi persoluit. Instituit etiam nos Christus suo exemplo, vt, si quid feliciter cesserit nobis conātibus exultemus non aliquo humano affectu, sed gaudio spirituali gloriam, aut vllam glorię portionem nobis non arrogantes, sed gloriam Dei illustrari gaudentes, & de profectu proximorum exultantes. Nec enim ob aliam causſam Christus Patri gratias egit, quàm vt instituęret Apostolos & discipulos, vt cogitarent quid se facere oporteat, cùm quicquā honorifici aut glorioſi in proximum beneficij præstiterint: nimirum vt gratias agant ei, qui benefaciendi virtutem præstitit. Est autē exultatio in Spiritu sancto idem, quod in Domino gloriatio, qua autorem boni nostri Deum agnoscimus; & ita gaudemus, siue gloriamur in Dño, vt à nobis ipsis timeamus, iuxta illud: *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Et ita citra vllam inuidentiam, perinde de proximi fructu gaudemus, atq; de nostro: hoc est enim ingeniū charitatis, vt congaudeat veritati & iustitiæ; sic enim Iesus de fructu discipulorum gaudebat.

Christi in Spiritu S. exultatio quid doceat nos.

Quid exultare in Spiritu sancto.

Psal.2.

Propriū charitatis quid.

Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ. Matth. addit: *In illo tempore respondens Iesus, dixit.* In Scripturis respondere interdū dicuntur non interrogati, vt Matth.16. *Respondens Petrus, dixit ad Iesum, Bonum est nos hic esse*, vbi tamen nemo illū interrogasset: sed respondisse dicitur, quia motus illa gloria, & suauitate quam videbat, & gustabat, loquebatur. Sic hoc loco dicitur respondere ad ore confitendum illi cognitioni, & exultationi, quam intus sentiebat, de qua Lucas: *In ipsa hora exultauit in Spiritu sancto*, &c.

Matt.11. Non semper cōiūcti, quæstionem aliquam ponit, more Scripturæ.

Confiteri in Scripturis, quid significet. *Psal.106. Psal.42. 1.Thess.5.* Eo maxime tempore Domino confitendū. *Heb.13.*

Verbum confitendi in sacris literis, laudem, & gratiarum actionem significat, iuxta illud: *Confitemini Domino, quoniam bonus*; & rursus: *Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus*; & alibi. Idem docet Paulus, dicens: *In omnibus gratias agite.* Sed hoc maximè fieri debet in principio orationis, vt grati de præteritis beneficijs, futurorū fructu digni efficiamur, & vt perficiat opus in nobis cœptum. Estque hoc sacrificiū laudis Deo maximè gratum, vt offeramus illi fructum labiorū confitentiū nomini eius; nec alios quam ingratos manet gehenna ignis. Agit verò Dñs gratias Patri, & Domino cœli & terræ. Patri quidem suo, qui secūdùm substantiam & naturā pater eius est, & dicere potest, Pater mi, iuxta illud: *Ipse inuocabit me, Pater meus es tu.* Et absolutè loquendo, Pater magis dicitur de Filio legitimo, & naturali, quàm de adoptiuo; secus quando additur aliquid, vt cum dicitur: *Pater noster, &, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis; & nunc Domine, pater noster es tu, nos verò lutum manuum tuarum.* Simpliciter verò dicitur Dominus cœli, & terræ. Hic namq; habetur magnus, qui dominus est Italiæ, aut Hispaniæ: quid ergo est esse Dominum cœli & terræ, non tantùm creatione, sed etiam conseruatione, & gubernatione? Semper ergo meditari debes, te in domo patris, si bonus es, versari; si malus, in domo iudicis: & quòd non potes effugere vel beneficia patris, vel supplicia domini. Et quia Dñs est cœli, non despicit potentes vel altos, cùm sit ipse potens: & quia Dominus terræ non despicit humiles, & infirmos. Et quia Dñs cœli, potest pro sibito suo de cœlestibus bonis in quos velit cōferendis disponere. Et quia Dñs terræ, potest pro voluntate sua eam distribuere; & vt ait Prophet. *Ipse mutat tempora, & ætates, trāsfert regna atq; cōstituit.* In illis ergo duobus verbis; *Pater, Domine cœli & terræ*, mysteria Trinitatis & gubernationis mundi continentur. ¶ *Quòd abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus.* Dubium est, quomodo Iesus Patri gratias agat, quòd sui cognitionē quibusdam absconderit, cùm id potiùs lacrymis dignū esset? Et egregiè ad hoc B. Chrysosto. respondet, confessionem hanc non debere ad vtrunque membrum referri, abscondisti, & reuelasti, sed tantùm ad secundum, vt non intelligatur gratias agere, eo quòd sapiētes non agnouerint, sed eo quòd paruuli perceperint. Vt sit sensus; Gratias ago tibi, quòd cum absconderis hęc sapientibus, & prudentibus, reuelasti ea paruulis: sic & illud Pauli intelligendū ad Rom. 6. *Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis.* Quorum verborum sensus est: Gratias ago Deo, quòd cum fueritis serui peccati, iam obedistis ex corde Euangelio: quæ ratio loquendi non est infrequens apud Hebræos. Quanquam execæcatio, & condemnatio impiorum, & superborum, quatenus à iusto Dei iudicio ad illustrandam suam gloriam procedit, materia sit gaudij & gloriationis iustis. Lætabitur enim iustus, cùm viderit vindictam. Sapientes vocat eos, qui sibi sapere, & prudentiam rerum habere videntur: nec tamen agnoscunt se ipsos primò, ac suam ignorantiam, & necessitatem discendi per Christum. De quibus dictum est: *Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismet-*

Idem qualis Pater noster. *Matt.6. 2.Cor.1. Esa.64.*

Pater Deus idem Dominus cœli & terræ magu⁹ triplici nomine.

Ijs verbis Christus discipulos quā ad fidem & spem paternæ pietatis & misericordię excitare conatur. *Iob 36.*

Dan.2.

Qua de re Christus egerit gratias Patri: an quòd diuina adiōderit sapientibus & prudentibus an quòd ea paruulis reuelauerit. *Chrys. ho.39. in Matt.10.2.*

Illud Apost. Gratias autē Deo quòd fuistis serui peccati, & reliq. quo sensu dictum sit.

Quos vocet hic Christus sapiētes, quibus diuina sunt abscōsa mysteria.

ipsis

Universidad de Deusto Biblioteca

Esa. 29.
1. Cor. 1.
Quomodo Deus abscondat, & quæ.

ipsis prudentes, nimirum quia non intelligitis veritates salutares, de quibus: *Perdam sapientiam sapientiū* (in diuinis) *& prudentiam prudentium reprobabo.* Dicitur aūt abscondere, quæ ex se non reuelat, nec detegit lumine superiori, cùm sint intellectui naturaliter occulta, etiamsi necessaria ad salutem sint, propter obicem quem ponūt: vt sunt mysteria Trinitatis, Incarnationis, Crucis, & mortis, Resurrectionis, & potentiæ Dei, per signa, & sapientiam idiotis communicatam, & bonitatem trahentis ad se animas. Alia verò ad salutem non necessaria non reuelat omnibus, quia non debent omnia esse ęqualia. ¶ *Et reuelasti ea paruulis.* Id est, modestè de se sentientibus, & tenebras suas agnoscentibus: tales enim aptiores sunt, quia minùs in seculo occupati ad excipiendas veritates Euangelicas, illasque suauiùs amplectendas, atque degustandas, atque adeò syncerè, ac fideliter in alios effundendas, atque disseminandas: nam Dominus est qui humilia respicit, & alta à longe cognoscit; nec sibi quicquam tribuunt.

Quibus illa paruulis reuelauerit mysteria Deus.

Psal. 137.

Etiam Pater, quoniam sic placuit ante te. Quod ait: *Etiam Pater*, vel, *Ita Pater*, approbantis est, & laudantis Dei iudicia: Græcè enim dicitur: Ναὶ ὁ Πατήρ, de qua Lucæ 11. *Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione*; & capit. 12. *Ita dico vobis, hunc timete.* Et placuit, Græcè dicitur, εὐδοκία, id est, beneplacitum. Nec aliam rationē adfert, quàm quòd si ei placuit: Hæc enim est ratio omnium rationum. Nam homo non regitur voluntate tantùm, sed etiā ratione; & ideò prauam habere potest voluntatem. Secus Deus, cuius volūtas errare non potest, nec in prauum detorqueri. Ideò illi in omnib9 est acquiescendum, etiamsi nulla ratio subesset; cùm tamen, vt ait Propheta, omnes viæ eius iudicia sint. Et alio loco doceat id factum ad ostēsionem iustitiæ suæ, & iustitiæ, & benignitatis erga humiles, quia videlicet superbis resistit; humilibus autem dat gratiam. Etsi ergo sic decretum sit, & sic factum; non tamen sine ratione, quia oportebat effici paruulos ad suscipiendum regnum Dei; non hæsitare, non inquirere, aut suo velle intellectu metiri quæ supra captū sunt. Diuites enim, & sapientes huius mundi, magis sunt ad creata conuersi, & à Deo auersi, atq; adeò vt ligna humida, quæ difficilè ignē concipiunt: contra pauperes, & abiecti, magis ad creatorem, quàm ad creaturas attendunt, & tanquam stupa promptiùs ignem fidei, & charitatis suscipiunt: atque in hoc maior gloria Dei sita est: *Si quis videtur*, inquit Apostolus, *inter vos sapiens esse in hoc seculo; stultus fiat* (rationem nō pe-

Quā idonea ratio sit eiusmodi absconsionis, reuelationisque beneplacitū Dei.

Deut. 32.
Rom. 3.
1. Pet. 5.
Matt. 18.

Paruulis cur fuerint reuelata diuina mysteria.

1. Cor. 3.
Quomodo quis stultus fieri debeat

tendo vt credat) *vt sit sapiens.* Atque hoc mysterium declarauit Paulus ad Corinth. dicens: *Videte vocationē vestram fratres, quia non multi sapientes, &c. Sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes, &* reliqua. Nemo ergo aut nobilitati, aut diuitijs, aut sapientiæ suæ nitatur; sed Dominum audiat per Ierem. dicentem; *Non glorietur sapiens in sapientia sua; & non glorietur fortis in fortitudine sua; & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me* (nempe per fidem) *quia ego sum Dominus*, &c.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Græcè habetur in Luc. ante hæc verba: *Et conuersus ad discipulos suos seorsim dixit.* Sic legit Euthym. & sic habet Euangel. Syriacum: quia prius conuersus ad Patrem locutus fuerat. Dixerat enim, Patrem Dominum esse cœli, & terrę; & ipsū reuelare quibus velit: ideò ostendit nūc idem se habere diuinum cum Patre, quia omnia dedit sibi Pater: & ipsum non minùs quàm Patrem reuelare, & Patrem reuelare per filium, & vocare ad se omnes. Agit etiam gratias, quòd non solùm datū est ei docere, & saluare Iudæum, sed etiam Gentilem.

Per omnia, non intelligas traditas creaturas, quas ipse Christus fecit, sed attributa Dei. Et vt ait Chrysost. *Omnia mea tradita sunt mihi à Patre*; vel secundū Hilarium, & August. omnia quæ Patris sunt, id est, natura, & potestas eius; de quibus Ioannes: *Omnia*, inquit, *quæcunque habet Pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet: quia spiro cum Patre Spiritum sanctum*; quomodo hic loquitur, ostendens se Patri æqualem, & posse vocare, & seruare quos vult: quod non est eius, vt homo est, sicut alibi dixit: *Sedere ad dexteram, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Sed non ita tradit, vt homo homini dare solet: quia qui dat, priuatur rei dominio, quam donat: qui verò recipit, denuò incipit habere quod non habebat. Filius autē Dei semper habuit, tam essentiam diuinam, quā attributa, & perfectiones eius, sed ab alio, nempe à Patre; & non ex tempore, sed ab æterno; & nō merè liberè, sed etiam necessariò. Et Pater dando non amisit, sed semper in se habet, & fœcundior docetur esse, quàm si non posset communicare se ipsum: & ita Christo vt Deo dedit omnia. Sed præstat alius sensus, Christo vt homini tradita sunt omnia creata, vt Ioannes sæpè dixit: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus*, id est, sub eius potestate, vt faceret quod vellet. Proinde deitas non est sub eo tradita, qa ipso homine maior erat. Omnia

vt sit sa[piens] secund[um] Aposto[lum]. Supra 1

Quibus minime ... dam, ... mino se ... ste Prop... Ierem. 9.

Græci te... hęc verb... pendunt. Et conuer... ad discip... suos, seor... dixit. Euthym. in Luc.

Cū Chri... dicit: Om... mihi trad... sunt à Pa... meo, quę illa.

I. sensus

Chrys. hom. ... in Matt. ...

II. sensus

Hilar. can. ... in Matth. August. ... Dominic... post 8. Epi... seu de temp... ser. 48. à me... tom. 10.

Quomodo Pater Christo omnia dederit.

Patri Dei infinita fœcunditas.

Vter sensus alteri præstet. Ioan. 13.

Trifariam Christus homo creaturas accepit à Patre.

Matth. vlt.

igitur creata, quantum ad autoritatem, voluntariè tradidit Christo homini à conceptione; quia ille homo maior erat, & perfectior omnibus creaturis: quātum ad potestatem autem, à resurrectione, de qua, *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra*: quantum ad effectum, à iudicio. Interim tamen licèt possit omnia quæ vellet, nō vult omnia quæ potest. Hinc quædam sibi subijcit delenda peccata, quædam verò non deleta permittit: quod non erit post iudiciū, nam omnia quæ iusserit, fient. Cū igitur Christo datum sit à Patre docere, & saluare tam Iudæum, quàm Gentilem: ex consequenti etiā reuelare quæ, & cui ipse voluerit. Quòd si omnia Christo data sunt; noli eū te ipso, vel filijs tuis, vel bonis priuare: quod facies, si te eius esse agnoueris; si omnia tua ad nutum Christi, & ad gloriam eius retuleris.

Qui se Christo minimè placent.

Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Duplex in hoc verbo dubium occurrit: alterū est, quia videtur Spiritus sanctus excludi à cognitione Patris & Filij, quasi non sit persona diuina, nec ad mysterium Trinitatis spectet. Alterum est: quomodo cognitio Patris, & Filij ignota fuerit Iudæis; cùm Scripturæ non semel illam porrigant: *Dominus*, inquit, *dixit ad me, Filius meus es tu; ego hodie genui te.* Et rursus, *Ipse inuocabit me, Pater meus es tu: Deus meus, & susceptor salutis meæ.* Gentiles etiam nōnullam cognitionē de Patre, & Verbo habuisse videntur, maximè Platonici, & Mercurius Trismegistus, vt docet Eusebius. Ad hæc Angelos quis dicat ignorare mysteriū Trinitatis, cùm semper videant faciem Patris qui in cælis est?

Hæc verba: Nemo scit quis sit Pater, nisi Fili9, &c. habent duplicē difficultatem. Matth. 11.

Psalm. 2.
Hebr. 1.
Psalm. 88.

Euseb. tom. 1. lib. 11. de præparatione Euangel.
Matth. 18.

Ad primùm dubium dicendum est, per illam vocem, *Nemo*, nequaquā excludi vel filium, vel Spiritum sanctum, sed tantùm creatas hypostases, vel intelligētias creatas, siue angelicas, siue humanas: quod indicat nomen illud *Nemo*, id est, nullus, vel Gręcè οὐδείς, id est, ne vnus quidem homo, vel Angelus. Alioqui Pater non cognosceret se ipsum, nisi Filius, vel Filius seipsum, nisi Pater idem actu Deus: quantū ad cognitionē enim non distinguuntur personę. Non excluditur ergo Spiritus sanct9, qui scrutatur profunda Dei, vt Cyrillus docet: vt cū quis dicit, Nemo nouit hoc, præter me, non excluditur proprius spiritus, qui in homine est, sed includitur. Impropria enim, & vitiosa esset comparatio, si quis diceret, Nemo hoc nouit inter Christianos, nisi Cicero, cum ille minimè fuerit Christianus. Est autē à Patribus, Cyrillo, & August. & alijs certa regula tradita; dictionē exclusiuam, siue exceptiuam additā vni personæ, in his

Primæ quæstionis solut. Nequaquā his verbis à cognitione Patris & Filij Spiritum sanctum excludi.

1. Corinth. 2. Spiritus sancti proprium quid.
Cyrill. lib. 7. de Trinita.

De particula exceptiua in ijs quæ ad Diuinam essentiā spectant, Cyrilli, & Augu-

quæ ad essentiam spectant, non excludere alteram personam Diuinam. Quemadmodum Ioan. 17. cum dixit; *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quē misisti Iesum Christum*, à ratione veræ deitatis non excluditur vel Filius, vel Spiritus sanctus, quibus cōmunis est dietas; sed tantùm excluduntur dij falsi Gentilium, opera dęmonum introducti.

stini perutilis Canon.
August. lib. 6. de Trinitat. cap. 9. tom. 3.
Ioan. 17.

Ad secundū dicimus, hic esse sermonem de cognitione clara naturali, per quā possumus quidem agnoscere Deum esse, vnum esse, prouidentē esse, & similia: sed non sub ratione Patris, & Filij, & Spiritus sancti, quia mysterium Trinitatis prorsus naturali lumini est absconditum. Et si quicquā de illo Platonici sunt locuti, aut diuinantes locuti sunt, aut ex nostris in Aegypto legentes Legem, & Prophetas, acceperunt: & quod acceperunt, non intelligentes, nōnullis erroribus admixtum tradiderunt: vt docet Euseb. 11. de præparatione Euangelica, & nos lib. 2. latius disseruimus. Et quòd de hac notitia naturali sit sermo, indicat q subdit: *Et cui voluerit Filius reuelare*: admittens hoc sciri posse ex reuelatione, quo modo Angeli in cælo illud vident, & nos in terra fide apprehendimus. Solus aūt Pater nouit Filiū, & Filius Patrē notitia naturali, quæ scilicet ex natura est, & non ex gratia reuelationis.

Altera soluitur dubitatio.
Quomodò cognitio Patris & Filij ignota fuerit Iudæis, cùm Scripturæ passim nobis illā insinuēt.
Platonici de Trinitatis mysterio qua te...us phylosophati sint.

Euseb. tom. 1.

Tract. 18. & seq.

Secundò dici potest, quod sit sermo de notitia comprehendente: quod innuit Lucas, cùm ait: *Nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius*: nā à tali cognitione qua rei natura intimè & absolutè cognoscitur, omnes Angeli, & beati, nedum viatores, longè distant. Nos enim hic cognoscimus quòd est Pater, ac Filius, ac Spiritus sanctus in cælo, sicuti est: nullibi verò quid est, vel quid sit Pater, & quis sit Filius, nisi tantùm Personæ diuinæ inter se: sed quòd illa notitia Pater, vel Filius agnoscatur, nulli reuelat Deus, neque beato in cælo, neque viatori in terra, quia illi9 capax esse nequit, iuxta illud Apostoli: *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest*, id est, comprehendere. Sed præstat prior intellectus. Quanquam non desint qui dicant, loqui Dominū de cognitione affectiua, siue infusa per Spiritum sanctum, per quā nemo nouit Patrē, vel Filium, nisi qui accepit. Nemo ergo scit quis sit Filius, nisi Pater. Quasi dicat; Habeo hāc potestatem, quia Deus sum, etiamsi vos tantùm me hominem agnoscatis, secūdùm illud; *Neq; me scitis, neq; Patrē meū.*

Pater Filiū, & Filius Patrē quomodo norit.

Alter sensus illorum verborum apud Lucam: Nemo scit quis sit Filius, nisi Pater, & reliqua.

1. Timoth. 6.

Tertius sensus aliorum quorundam.

Et quis sit Pater, nisi Filius. Ideò possum reuelare, & scio ei placere quòd reuelem. ¶ *Et cui voluerit Filius reuelare.* Ne putarēt vanam suam loquelam, si nō possent Patrē cogno-

Ioan. 14.
Christus cur dixerit; Et cui voluerit Filius reuelare.

Hebr.11.

Qua ratione Deus naturaliter à nobis possit cognosci.

Matth.16. Ioan.14.

fcere; ideò ait, in sua situm voluntate reuelare, id est, concedere vt apprehendant per fidem, vel visionem. Potest tamen naturaliter cognosci qui sit, & inquirentibus se remunerator sit. Quemadmodum quãdo hic erat, Humanitas agnosci poterat, nõ tamen sub ratione Filij Dei, qui tantùm reuelatione apprehenditur. Vnde dixit Dominus Petro Matth. 16. *Caro, & sanguis nõ reuelauit tibi, sed Pater meus.* Et rursus, *Qui videt me* (nempe Filium per fidem, vel per visionem) *videt & Patrem meum*, scilicet eodem modo. Apostoli autem nesciebãt modum quo esset Filius; ideò dicebant; Ostẽde nobis Patrem, & sufficit nobis. Ex quo habes æqualitatem diuinarum Personarum: quia omnia quæ Patris sunt, Filius habet. Habes & æqualitatem cognitionis inter Patrẽ, & Filium: æqualitatem quoq; volũtatis, quia vt Pater reuelat quibus vult, sicut dixit, *Reuelasti ea paruulis*; ita & Filius reuelare potest quibus voluerit. Sed vt Pater reuelat per Filium, ita & Filius per Spiritum suum. Ita enim testatur Paulus; *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum.* Ne verò Christũ paucis velle reuelare intelligeres; subdit Matthæus; *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis*: insinuans se omnibus reuelare velle, qui venit vt saluum faceret quod perierat: omnes autem perierant. Licèt ergo Spiritus sanctus & Pater non minus reuelẽt quàm Filius: tribuitur tamen Filio, qui est Verbum. Et ipse carne indutus notior erat Apostolis, quibus manifestũ fecit mysteriũ Trinitatis, iuxta illud; *Manifestaui nomen tuũ hominibus:* & Ioannes, *Deũ nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Deniq; fit mentio de solo Filio, ob breuitatem, quia satis subintelliguntur aliæ Personæ.

Diuinarum inter se personarum æqualitas verbis sanè Christi perspicuis expressa, & declarata.

1. Corinth. 1.

Quam proclivis adreuelanda diuinarum nobis mysteria personarũ Christus.

Matth. 11. Luc. 19.

Reuelatio Patris, & Filij quare Christo tribuitur.

Ioan. 17. Supra 1.

Quibus Patrẽ & se vult Christus reuelare.

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiã vos. Dixerat omnia sibi tradita à Patre: vocat iam omnes, tam Iudæos, quã Gentiles, ad se mediatorẽ Deum, & hominem. Ostẽdit etiã, se paratum omnibus reuelare, modò sint qui velint discere: & ideò omnes inuitat, dicendo, *Venite ad me omnes.* Quòd si quis dicat; *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum*: dicendũ, tractum nõ cogere, sed opus esse vt ipse tractus sponte veniat, sicut Spõsa dixit; *Trahe me: post te curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ.* Venite ergo, fide, & obediẽtia, ad me, magnetem suauiter trahentem; ad me, thesaurum absconditũ; ad me, Desideratũ cunctis gentibus. Et cùm ab omnibus trahi nos sciamus, etiã ad perditionem: soli Christo ad salutẽ trahenti resistimus. B. Bernardus serm. 61. super Cantica, interpretãs illa verba: *Ostende mihi faciẽ tuam: Ad quid?* (inquit) *Vt mihi videtur, se magis ostendere vult. Ita est, videri vult, non videre. Quid enim ille non videt? Non est ei opus vt quis se ostendat, à quo nihil non videtur, nec si se abscondat.* Sic ille. Ita hoc loco, dum petit vt ad eũ veniamus, venire ad nos vult potiùs, quàm nos ad eum. Vtrũq; tamen ad salutẽ necessarium est: sed suum venire, nostrũ præcedit, & nostri causa est. Sed quomodo venit ad nos qui vbique est? vel quomodo veniemus ad eum qui nusquam non est? vt ille ad nos per nouum effectum gratiæ suæ venit, ita nos ad illũ gressibus spiritus appropinquamus, hoc est, fide, & obedientia.

Cant. 2.

Hebr. 4.

Vti veneris Christus ad nos, qui vbique erat.

Et inuitando omnes, nullus excusari potest aut dicẽdo, Nõ sum prædestinatus: quia Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: aut asserendo, Christus nõ est mortuus pro me: quia dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, qui Saluator est omnium hominum, maximè fidelium. Nemo etiã obtendat excusationẽ, Non audiui hanc vocẽ, vel, *Nemo nos conduxit*: quia Iesus tum per se, tũ per Angelos & homines ad se vocat. Nullus deniq; dicat, Ego nõ egeo Christo, aut mediatore apud Deũ: quia omnes peccauerũt, & egent gloria Dei. Propterea subdit; *Qui laboratis, & onerati estis*; cùm scriptũ sit, *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatũ*; &, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Manifestum est, hoc verbo Domini omnes homines inuitari: omnes enim homines natura laboramus, corpore, & animo afflictamur, & cum peccatis, quibus renũtiamus, bellum gerimus; nec est alia sacra anchora, ad quam confugiamus, quàm Iesus. Sunt tamen qui laborẽ, & onus ita distinguant: vt labor sit quod agimus, scilicet opera, & solicitudo sæculi: onus, quod patimur, scilicet angustia sæculi, dolores, & similia. Et cùm quisq; aliqua afflictione laborat, omnes nõ solùm inuitantur, sed etiam ex his molestis cõditionibus extrahuntur. ¶ *Et ego reficiam vos.* Græcum verbum habet ἀναπαύσω, id est, refocillabo, siue recreabo, aut quietem præstabo: magis spectans ad remediũ lassitudinis, quã ad cibum: nam ipse subdit, Et inuenietis requiẽ animabus vestris. Est hic reficere, requiem præbere, & recreare, sicut alibi; *Super aquas refectionis educauit me.* Reficiã ergo: nõ ait, Auferam labores, vel tollam onera vos grauantia; sed, quod maius est, & gloriosius, in ipsis laboribus, & tribulationibus vestris adero, solamẽq; aliquod præstabo, siue ex parte subleuabo, non solùm gratiã largiendo, sed etiã exemplũ vitæ, & mortis meæ exhibẽdo: neq; cõdignas esse passiones huius

Ad Christi non venientium obstinatam diluuiatorem.

1. Timoth. 2. Infra 4.

Matth. 22.

Rom. 5. Qui laborosi, & onerati omnes, ad vt veniant cur Christus inuitet.

Ioũ 1. Genes. 3.

Labor & onus quid differant.

Eos qui abhorrent, & instantur, quomodo reficiat Christus.

Psalm. 12.

Rom. 3. Alter Christi modus laborantes reficiendi.

Act. 15. Tollant iugum, & onus ferant mysticè qui.

Gal. 6. Quid iugum Christi portare.

Esai. 19.

Zephon. 3. Christ⁹ vnit fideles dupliciter.

Rom. 12. & 1. Corinth. 12. & seq. & Ephes. 4. Iugum Christi cur suaue.

Esai. 9. Iudic. 7. Iugum quare suum vocet Christus.

Iugum Christi tollendum cur super nos.

Hebr. 10.

Varia genera hominum vt hic est, iugũ Christi non tollentium.

Matth. 23.

temporis ad futura gloriæ bona, quę speramus, comparãda monstrabo. Reficiam etiam vos, onera vestra & peccata humeris meis reponendo, quia solus possum illa ferre: & à iugo legis, quod portari nõ potest, subleuabo. Ac subiungit: *Tollite iugum super vos.* Iugum, propriè est bonum; & onus, iumentorum. Boues, Prælules Ecclesiæ maiores repræsentant: & iumenta, minores: & rectè quidem: quia Prælati tanquam munda esui, & sacrificio animalia, vomere Euãgelico terram cordium nostrorũ scindere debent, atq; in eis verbum Dei serere & horũ iugi suauitas posita est in animarũ lucro, & quæstu. Reliqui verò, tanquam iumenta mansueta, onera fratrũ portant, id est, peccata, & miserias ac ærumnas vitæ præsentis, secundùm illud Apostoli; *Alter alterius onera portate; & sic adimplebitis legem Christi.*

Per iugum ergo, metaphoricè legẽ Christi intelligimus: quia qui per peccatum diuisi eramus à Deo, medio hoc iugo illi coniungimur: & homines dispersi sub vnam fidei & charitatis legem congregamur, & simul iugum Christi ferimus, & vt Prophe ta ait, seruimus ei humero vno. Et non solùm iungit nos inuicem vt ciues vnius ciuitatis, aut vt domesticos sub vno patrefamiliàs, verùm, quod arctius est, vt membra vnius & eiusdẽ corporis sub vno capite Christo. *Et iugum*, inquit, *meum suaue est.* Id est; Postquàm sine lege nemo viuere potest, etiam barbarus, tollite meum quod suaue est iugum, & nõ ferreum mundi, aut illud diaboli, de quo Propheta; *Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.* Iugum, inquit, meum, quod ego porto, nempe legem charitatis, cui sponte se subiecit Dominus propter nos à iugo peccati liberandos. Iugum etiam meum, quod vnà cum quolibet iusto portat Christus, per gratiam suã iuuans ad ferẽdum. *Tollite*, inquit, *super vos.* Nam quidam sunt, qui iugum subter se ponunt, vt qui legem Dei violant, & sanguinem Testaméti pollutum ducunt. Alij verò post se ipsos ponũt, qui videlicet aut ex ignorantia peccant, aut ex contemptu. Alij rursus soliciti, suæ verò negligentes. Alij rursus ante se ponunt; vt qui dicunt, & non faciunt, & alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem suo ea ne tangunt quidem: vt Dominus Scribis, & Pharisæis obiecit. Alij demùm super se ipsos, & super collum suũ, quemadmodum bobus imponi consueuit: qui nimirum voluntatem suam inflectunt Diuino beneplacito; & iudiciũ suum Ecclesiæ sanctæ tanquàm matri sapientissimę subdunt, & qui in omnibus Diuinæ legi obediunt, & non recalcitrant, ac non secus in portando Domini iugo gloriãtur, quàm si torquem aureum collo appensum gestarent. Quod egregiè Salomon in Principio Prouerbiorum dixit; *Audi, fili mi, disciplinam patris tui; & ne dimittas legem matris tuæ; vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Cæterùm quia iugum Domini, siue lex eius, schola quædam est Diuini cultus, audiamus quid debeamus addiscere, *Discite*, inquit, *à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.* Duplex potest esse sensus: alter, vt imitemur Christum in his duabus virtutibus: duæ enim sunt istæ præcipuæ, & excellẽres Noui Testamenti virtutes. *Mitis*, inquit, *sum*, scilicet in externis; humilis, in internis. Mitis, quãtum ad homines: humilis, versus Deum. Mitis, in aduersis: humilis, in prosperis. Ac si dicat; Videtis quanta probra mihi impingant Iudæi? ego tamen nõ regero conuitia, maledicentibus non remaledico: ferientes non referio, sed mansuetè me vt agnus gero. Deinde cum tantus sim, & potentiam meam miraculis edam, sapiẽtiamque meam in eo quòd solus nouerim Patrẽ, & cui voluerim, possum reuelare: non tamen honorem vllum meum affecto, aut opes, sed tãtùm gloriam Patris mei ambio. Sunt hæ duæ virtutes quam maximè necessariæ ad ferendũ Domini iugum, & ad placidam mentis requiem comparandam. Posterior sensus esse potest, vt coniunctio, *Quia*, sit causalis, & intelligatur Dominus per humilitatem, & mansuetudinem suam omnes prouocare ad susciendum iugum suum, & doctrinam. Quasi diceret; Ne vereamini, qualescunq; sitis, ad me venire, & tollere iugum meum super vos: quia nihil est me demissius, nihil æquè cuiuis magis expositum, nec timendum ne à me sit repellendus propter suam indignitatem. Est enim bona pars iugi Christiani sita in eo, vt simus sobrij, & casti, & vt Deum super omnia, & omnes propter Christũ diligamus. Optimus sensus, etsi prior minimè sit contemnendus. Nam peccata atq; flagitia quo magis apud Gentiles hominibus olim persuaderẽtur, autoritate, & exemplo Deorũ honorabantur: hinc Iouis adulteria, incestus, & pæderastria; Mercurij furta, Martis crudelitas, & homicidia; Apollinis amores nefandi, atq; mẽdacia, quæ in oraculis fundebat; Veneris prostitutio; Cereris & Bacchi comessatiões, & ebrietates. Cùm igitur deorũ fabulis & historijs peccata in pretio

Prouerb. 1.

Diuinus cultus vbi addiscitur.

A Christo vt discamus mites esse, & humiles corde.

Christi mititas, & humilitas cordis quanta.

1. Petr. 2.

Quid etiam: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.

Iugum quid maximè Christianum exigat.

Dij Gẽtium quibus vitijs & infamia laborauerint.

Quæ à Christo non sint nobis discenda, quæ sint. *Matth.11. Infra 17.*

Matth.5. & Rom.12. & 1.Petr.2.

Eccles.iast.19.

Mãsuetudinis, humilitatisq; virtutes quã eminuerint in Christo.

Philip.2.

Ioan.13.

Philip.2.

Brentij hæretici hominis de iugo Christi ferendo impius sensus refellitur

August. to.2. Mites & humiles corde qua ratione plus proficiant, teste Augustino.

Christum vnam & verã esse requiem animarum nostrarum.

esſent: opus fuit, verum Deum Dominum Ieſum virtutum exempla nobis ſuppeditare, ne minore in pretio eſſent virtutes, quã olim vitia fuerint. Ideò pulchrè ait: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Non inquit, Diſcite à me aut curare infirmos, aut ſuſcitare mortuos, aut creare cælum, & terram, aut ambulare ſiccis pedibus ſuper mare, aut in Mõte Transfigurari: quia nec hęc in poteſtate noſtra ſita ſunt, nec ſi maximè eſſent, ſalutaria nobis, atque vtilia proinde forent, cùm illis poſſimus abuti: ſed diſcite manſuetè agere cum perſequentibus vos, reddendo dilectionem pro odio, benedictionem pro maledictione, bonũ pro malo. Diſcite etiam humiles eſſe corde. Sunt enim quidam in ſpeciem mites, vt hæretici, qui verè manſueti nõ ſunt. Sunt & qui nequiter humiliant ſe, & interiora eorum plena ſunt dolo. Sit ergo quiſque mitis corpore, & humilis corde. Et vtramq; virtutem eminẽtiſſimè tenuit Dominus Ieſus: nam grauiſſimas iniurias, tum verbis, tum factis illatas patientiſſimo animo pertulit: nec hoſtibus quidem ſuis, ac interfectoribus aliud voluit eſſe quàm mitis. Et cùm eſſet omnipotens, humiliauit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, ad lauandos pedes diſcipulorum: & item infinita propemodum in Cruce, & morte fuit mititas, & humilitas eius. Tales nos virtutes imitari oportet, vt Chriſti diſcipuli agnoſcamur, & iugum Domini cum ſuauitate feramus.

Importunum eſt autem, & minimè ferẽdum, quod Brentius hom.94. in Lucam interpretatur, Tollere iugum Chriſti, nil eſſe aliud, quàm credere in Chriſtũ, & propter eum remiſſionem habere peccatorũ: Et cùm Dominus ait: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*, non propoſuiſſe ſe Chriſtum in exemplum imitationis, ſed in fidei doctrinam. Sed quis non videat, violentiam impudenter verbo Dei inferri, & aliò planè detorqueri verba Chriſti cõtra omnem rationem?

Illud ex Auguſtini epiſt. 112. ad Probam annotandum: *Qui didicerunt*, inquit, *à Domino Ieſu mites eſſe, & humiles corde, plus orando, & meditando proficiunt, quàm legendo & audiendo.* Sic ille, denotãs quas adferre debeant partes, qui ſe in ſchola Chriſti diſcipulos exhibent.

Et inuenietis requiem animabus veſtris. Magnifica eſt hæc pollicitatio, & ſolo Chriſto promittente digna, qui ſolus nouit quo modò poſſit animus noſter requiem inuenire. Omnia enim creata, ſiue opes, ſiue honores, ſiue voluptates, ſiue ſcientiæ, nõ vacant ſua Cruce, ſpinas ſuas habent: *Vidi*, inquit, *Salomon, cuncta quæ fiunt ſub Sole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritus.* Solus etiam Chriſtus quod promittit ſectatoribus ſuis, præſtare poteſt, & vel in medijs ipſis ſupplicijs ac tormentis pacem & quietem conſcientię infundere, etiamſi corpora torqueantur, & caro noſtra crucietur, & ſenſus perturbari videãtur. Hinc dixit: *In mundo preſſurã habebitis: ſed confidite: ego vici mundum.* Ex pace igitur interna animi quies redundat in corpus, quę vera eſt iuſtorũ tranquillitas. Contrà, ſuſpecta eſſe debet quies filiorum huius ſæculi, quę in cute curanda, & voluptatibus corporis exaturandis conſiſtit, ex qua in animum non niſi morſus, & ſtimuli, carnificinæq; excruciantes deriuantur: Promittit ergo requiem pro iugo Domini portato, & lege eius obſeruata, de qua Eccleſiaſtic. cap. 51. *Collum veſtrum ſubijcite iugo, & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinã: in proximo eſt enim inuenire eam. Videte oculis veſtris, quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem*, & Ierem. cap. 6. *State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus veſtris.* Cùm autem lex naturę neque deintegro data ſit, nec ad noua obliget, ſed indita ſit, & cum homine ipſo naſcatur; nec in ea loquatur Deus, aut omnibus, aut pluribus, vel vni pro omnibus, vel pluribus, ſed cuique pro ſe tantùm: nullam habebat promiſſionem, & ſi obſeruatoribus daretur gloria, in Limbo tamen expectanda, & interim bona temporaria. At legi Moyſi, & Chriſti, cùm illæ ad noua multa obligent, & Deus per illas loquatur, propoſitum eſt præmium. Sed in illa Moyſi expreſſum eſt temporale, ſuppreſſo ſpirituali: in noua verò ſpirituale apertè promiſſum, id eſt, requies animarum, ſiue gloria, & refectio: ſicut boui, dum laborat, refectio datur, & noctu requies. Quia ergo noua lex excellentior eſt: propterea nobilius præmium habet: cuius præcepta ſpiritualia ſunt, ſicut illa Moyſi corporalia: quia Nouum Teſtamentum legiſlatorem habet nouum, qui morte ſua vitam æternã comparauit. Et poterat ſtatim adiri gloria, quia profeſſores eius per aſſuefactionem legis, & Prophetarum, & gratiã Noui Teſtamenti æternis promiſſionibus facilè mouẽtur: ſecus carnales Iudæi in Lege Veteri, quia ſolùm temporarijs bonis excitabantur, & ex eorum cognitione, & amore ad æterna lõgè diſtantia manu ducebantur.

Quod verò dixit Dominus Abrahæ: *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis*: ſignificat: Ego ſum merces tua, id eſt, mercedis tuæ temporalis collator: vel potiùs

Eccleſiaſt.

Ioan.16.

Vera iuſtorum tranquillitas vnde

Quies & pax filiorum huius ſæculi qualis.

Lex naturę eius cur non habeat promiſſiones Dei benefactores lex Moyſi, lex Euangelica.

Præmij legis Moſaicæ, & illo Euangelicæ legis diſcrimen.

Vtrique legi ſuſpitiones res aut ſe cõponunt

Genes. Illud: Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis, quid ſignificet.

eiuſmodi

Geneſ.15.

Temporaria bona cũ præmium virtutis nõ ſint, ea tamen quid iuuent.

Quale ſit iugum Chriſti.

Quæ ſint quæ iugum Chriſti ſuaue efficiũt, & onus leue.

Cicero. Onus quod minimè appellandum eſſe, velit Cicero.

Iugum Chriſti ſuaue, & onus leue, quid.

Duplex error hominũ circa hæc Chriſti verba refellitur. *1.Timoth.1.*

Vera Catholicorum ſententia.

Iugum Chriſti ſuaue, & onus leue, duplicitèr.

eiuſmodi promiſſio legis non eſt, ſed ante legem facta. Neque inconuenit ſub figura terræ æterna promitti, vel apertè alicui in particulari, ſicut Eccleſia canit: *Repræſentet eam in lucẽ ſanctam, quam olim Abrahæ promiſiſti*, ſcilicet in terræ figura. Temporalia autem non proponuntur tanquam præmium virtutis, quia præmium melius eſſe deberet virtute, ſed vt excitantia, & impellentia ad ſeruandam legem. Etſi autem præter rationem virtutis exiſtat, ob terrenum præmiũ operari: tamen melius eſt per imperfectos actus, quàm per nullos aſſuefieri, & duci ad perfectionem.

Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Quaſi diceret Dominus: Nolite timere iugum meum: quia blandum eſt, & ſuaue. Iubeo enim vt ames Deum, & proximum, & vt amore omnia facias: & ad amorem hunc multis beneficijs te excito: imò amorem ipſum inſpiro, & amãtes ipſos reficio remiſſione peccatorum, gratia & Spiritus ſancti conſolatione Præſto etiam requiem animabus ad non ſolũ patienter, ſed etiam libenter tollẽdum iugum meum, & onus meum portãdum: nam fides gratiam Dei impetrans, & charitas, leuia atq; ſuauia omnia efficiunt. Nam vt Cicero. 5. actione in Verrem dixit: *Onus non eſt appellandum, quod cũ lætitia feras, & voluptate.* Aliqui per iugum, intelligunt mãdata; per onus verò, conſilia Euangelica. Sed ſimplius eſt, iugi, & oneris nomine legem Euangelicam accipere, quæ vt iugum ligat, vt ſecundũ ipſam incedamus, & viuamus: vt onus autem, ferendi illam nobis neceſſitas impoſita eſt. Aduerte ergo, legem Chriſti dici iugum, & onus, ſed ſuaue, ac leue. Verùm hæretici noſtri libenter audiunt leue eſſe, & ſuaue: ſed non agnoſcunt eſſe iugum, & onus: quia nullam legem iuſto eſſe poſitam, perniciosè opinantur. Alij rurſus aſpicientes ad illas voces, iugum, & onus, & non ad illas, ſuaue, & leue, non ſolùm duram, ſed impoſſibilẽ legem Chriſti eſſe cauſantur. At Catholici media ac regia via incedentes, agnoſcunt vtrumque, & iugum, & onus, quod premit, & grauat naturam hominis ferocem, ac deprauatam, iugique, & oneris natura ſua impatientem. Agnoſcunt etiam eiuſmodi iugum ſuaue, & onus leue, non ſolùm quia à iugo peccati, & ſeruitute dæmonis per tale iugum liberati exhilarantur, & ab oneribus luti & lateris tam honorifico, & leui charitatis Chriſtianæ onere exonerantur; ſed etiam quia ad hanc Chriſti legem implendam gratiæ ſuæ fauorem impertit, & Paracleti conſolationem infundit, & tanto præmio confeſtim conſequendo ſuſpenſos tenet, & tãto Chriſti, & Apoſtolorũ, & martyrum exemplo, vt facilè & ſuaue apprehendatur, quicquid durum, & aſperum eſt in lege Chriſti, aut ſenſui noſtro repugnãs, vt cum Dilecto dicamus: *Hæc eſt enim charitas Dei, vt mãdata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt. Quoniam omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum: & hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra:* Et cum Apoſtolo aſſeramus: *Id, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur: ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna ſunt.* Suaue, vocatur Græcè χρηστὸς, id eſt, commodum, humanum, placidum, benignum: non dulce, quia non eſt Græcè γλυκὺς. Onus verò rectè dicitur leue, non ſuaue: ſolet enim iugum aſperitate, & duritia, & incommoditate vexare animalia, cum ſit iugum non magni adeò ponderis. Onus verò ſolet ſua grauitate eſſe moleſtum. Tollit ergo Dominus aſperitatem à ſuo iugo, & grauitatem à ſuo onere, cùm iugum legis importabile dicatur à B. Petro, & onera Phariſaicarum traditionum vix eſſent portabilia, vt Dominus explicauit.

Quod igitur quidam hoc loco diſputant, an lex vetus ſit noua facilior, an contra, noua: non ſine aliqua diſtinctione reſpõdendum eſt. Quod attinet ad multitudinẽ præceptorum, difficiliorem extitiſſe veterem legem, quæ tredecim & ſexcentis præceptis conſtabat, cùm noua pauciſſima contineat, & illa quidem æquacommoda, & vtilia. Pauciſſima quidem, quia duobus præceptis, fidei, & dilectionis vniuerſa comprehenduntur: æquiſſima quoq;, quod rationi, & ſpiritui ſint maximè conſentanea: cõmodiſſima quoque, quòd eorum obſeruatio in nobis Dei gratia adiutis ſita ſit: vtiliſſima denique, quia & in præſenti vita donant hominem pacatiſſima tranquillitate, & poſt hoc ſæculum ad æternam vitam perducunt. Eſt etiam iugi Euangelici ſuauitas in clementia erga peccatores poſita, quia nõ mox morte afficit transgreſſores, vt olim, ſed patienter expectat ad pœnitentiam, remittens non ſolùm ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties. Habet etiam hæc lex abundantiorem Spiritus ſancti diſtributionem, qui omnia aſpera, & grauia per charitatem Dei in cordibus noſtris diffuſam leuia haberi & eſſe facit ſpiritui ſancto.

Porrò quantum ad difficultatem ipſius legis in ſe, non ſunt grauiora præcepta Noui Teſtamenti, quia naturalia, ſicut moralia præcepta etiam tũc obligabant Iudæos: etſi,

1.Ioan.5.

2.Corinth.4.

Χρηστὸς, & γλυκὺς Græcè quid.

Act.15.

Matth.23.

An Lex Vetus ſit noua facilior, an cõtra, noua.

Lex Moyſi quot præceptis conſtabat.

Nouæ legis quam pauca & qualia præcepta ſint.

Quo etiam duplici argumento iugi Chriſti ſuauitas poſſit agnoſci. *Matth.28.*

Rom.5.

Legis Chriſti grauitas atq; difficultas cum grauitate Legis

Vetetis comp onitur. *Exod. 20. Leuit. 20. Matth 5.*

etsi, quod attinet ad declarationem, difficilior sit eorum obseruatio in Nouo Testamento, quia ibi homicidium, & adulteriũ; modò etiam iram, & concupiscentiam Euangelium vetat. Tametsi non sit nouum ius, sed antiqui iuris declaratio. Quia tamen non ita clarum, & expressum, minus peccabant Iudæi, vt in vsura, repudio, & hostium persecutione. At si consideremus vim ipsius operantis, quia in nonnullis operibus datur gratia ex opere operato, & non tantùm ex fide operantis, vt in Veteri Lege: & quia post Christi mortem Deus maiorem effudit gratiam, & amoris mẽsuram ampliorem, qui in operando fortior est timore, quo Iudæi ducebantur: ideò simpliciter vetus lex fuit difficilior. Quamobrem rectè hoc loco docet B. Hieronymus: *Quomodò leuius lege Euangelium, cùm in lege homicidium, in Euangelio ira damnetur? Qua ratione Euangelij gratia facilior, cùm in lege adulterium, in Euangelio concupiscentia puniatur? In lege multa præcepta sunt, quæ Apostolus non posse compleri, plenissimè docet. In lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, viuet in eis. In Euangelio voluntas quæritur, quæ etiamsi effectum non habuerit, tamen præmium non amittit. Euangelium ea præcepit, quæ possumus, ne scilicet concupiscamus, hoc in arbitrio nostro est. Lex cùm voluntatem non puniat, punit effectum, ne adulterium facias. Finge aliquam virginem in persecutione prostitutam. Hæc apud Euangelium, quia voluntate non peccat, virgo suscipitur, in lege quasi corrupta repudiatur.* Hæc ille. Quòd si obijcias, nouam Veteri addere cõsilia supra præcepta: hoc non reddit eam difficiliorem, quia ad illa non cogit: & facilius est viris perfectis operari aliqua difficilia, quàm imperfectis minus difficilia, eo quòd habitu careant, per quem operentur. Ideò perfectis in Nouo Testamento, ob copiosam gratiam, facilius est Legem implere, quàm Iudæis præcepta. Et quia multi seruaturi erant in Nouo Testamento, meritò debuerunt consilia dari: at verò quia multi etiam sunt imperfecti, non debuerunt necessariò obligare. In Veteri verò Lege, quia rarissimi erant perfecti, consilia proponi minimè debuerunt.

Deut. 23. Infra 25.

Gal 5.

Hieronym. in Matth. cap. 15. tom. 9. Exod. 20. Matth 5. Exod. 20. & Leuit. 20. Act. 15. Ezech. 20.

Deut. 24.

Cõsilia Christi legem Euangelicam quare non reddant difficiliorem.

Cur debuerint Euangelica consilia dari, eaque quare non obligent.

Quòd si obijcias, infirmioribus leuiora onera imponenda, quàm fortioribus: dicendum est verum esse, vbi cætera sunt paria, si tamẽ plures sunt paruuli ad vitia procliuiores, vt Iudæi ad cultum falsum, & alia carnis vitia, maius onus imponi ratio præscribit: quemadmodũ tortuosa lignadirigentes, in partem oppositam flectunt, vt saltem recta efficiantur. Hinc pueris, qui minus possunt, quam viri, strictior disciplina imponitur, quàm viris, quia procliuiores sunt ad malum, nisi arctius castigentur.

Infirmioribꝰ leuiora onera imponenda, quàm fortioribꝰ, quomodò verũ.

Exemplum huius rei.

His verbis adiungit Lucas: *Et conuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis, quòd multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.* Proposuerat Dominus, neminem nosse Patrem, nisi Filiũ, & cui vellet Filius reuelare; postquam in vniuersum ostendit se paratũ omnibus reuelare, imò inuitauit omnes vt ad se venirent, nimirum vt illis mysteria religionis Christianæ indicaret: nũc peculiari sermone orationem dirigit ad Apostolos suos, quibus iam hæc mysteria reuelauerat: & quantam Dei gratiam sint consecuti per reuelationem, declarat, vocando beatos oculos, qui ad tanta mysteria non tãtùm oculis fidei, sed etiam corporis spectanda admissi essent. Nam omnes Dei promissiones in vno Iesu exhibito implebantur. Christum autem promissum cernere desiderarũt Reges, & Prophetæ multi, vt Abraham, Isaac, & Iacob, Dauid, Ezechias, Iosias, atque alij plerique: nec tamen videre iilis datum fuit. Matthæus dixit: *Multi Prophetæ, & iusti:* nam Prophetæ omnes de illo prædixerunt, & iustorum omnium desiderium Messias erat: & Christus Rex erat, & magnus Propheta, & iustus iustorum. Etsi autem Iudæi corpore tantùm Christum cernerent; non erant tamen beati, quia fidei oculis carebant. Nam quemadmodum legere cum intellectu librum, præstat ei qui tantùm legit, & sensum libri nõ habet: ita notitia Iesu, fidei coniuncta, tantùm præstabat nudę corporis visioni.

Luc. 10. Matth.

Discipuli quàm be oculi, qꝰ Christus derunt.

2. Cor.

Prophetæ Reges, & sti qui C stum ei dere de ratunt. Matth.

Ioan 1. Luc. 7.

Iudæor qui Chr viderun tamen mè beat li fuerin

Contendamus igitur, hunc Iesum frequenter fide videre non tantùm in superioribus, per quos nos regit, & in Scripturis, per quas nos erudit, & in prædicatoribus, per quos nos increpat, & in Ecclesia sancta, ac Romana, per quam nos, tãquam per arcam, à diluuio hæresum atque errorum defendit, & in pauperibus, in quibus subleuari postulat, sed & in Sacramentis, per quæ nos sanctificat, & in Sacrosancto Eucharistiæ mysterio, quo nos alit, ac refocillat: vt ita tandem beati oculi nostri beatiores aliquando reddantur in vitæ nostræ autore summa cum voluptate spectando, Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto, meritò omnia creata famulantur, illum laudant nunc, & semper, & in sæculis sempiternis, Amen.

Christꝰ modo ꝓ possim debeat quo b mus.

TRACTA-

Tract. 61.

TRACTATVS XVI.

De historia Christi ingredientis in quoddam castellum, in quo exceptus fuit à Martha: quam solus Lucas cap. 10. refert: *Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius,* & reliqua.

Ratio connexionis.

PRAECEDIT hanc historiam interrogatio legisperiti, quæ talis est: *Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?* Cumque ille duplicis dilectionis præceptum, Dei, & proximi proposuisset: Dominus eius sententiam confirmauit. Quod igitur ibi verbis, idem nunc factis docere voluit. Nam Maria circa dilectionem Dei, & primam tabulam Legis seruandam vacabat; Martha verò circa secundam, id est, proximum diligendum versabatur. Concluserat etiam: *Vade, & tu fac similiter,* id est, præstaSamaritano quod ille tibi impendit: & in Christo, qui Deus est, & homo, vtrum que præceptum impletur, & in quouis proximo nostro propter Christum opera nostra adiuto. Et qui alias discubuit cum publicanis, & peccatoribus, modò cum iustis, & sanctis fœminis discumbit, vt ostendat, se omnem sexum, atq; omnem statum amplecti velle.

Cui Maria cui Martha dilectioni o petam daret.

Christum v sum diligẽs, quæ te præce pẽ dilectio nis implet. *Matth 9.*

Ait ergo: *Factum est autem dum irent,* (Institutum scilicet iter in Ierusalem ad festũ Scenopegiæ, non ad Pascha) *& ipse intrauit in quoddam Castellum.* Castellum illud erat Bethania, vt ait Ioannes cap. 11. *Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de Castello Mariæ & Marthæ sororum eius.* Castrum autem, siue Castellum accipitur pro vico, siue, pago, siue ciuitatula: de qua Hieronymus lib. de locis Hebraicis: *Bethania, villa est in secundo ab Pelia millario, in latere Montis Oliueti, vbi Saluator noster Lazarum suscitauit: cuius monumentum Ecclesia nunc ibidem extructa demonstrat. Intrauit autem non tam accepturus, quàm daturus: accepturus quidem parua, hoc est, corporalia, daturus verò pretiosissima, hoc est, spiritualia. Et corporeis ipse egere voluit, quia se hominem fami, & siti, atque alijs infirmitatibus obnoxium ex gratia fecerat, vt ita præberet ansam alijs sibi aliquid subministrandi; & ipse acciperet occasionem accepta compensandi beneficia: nam etsi ipse Dominus egeret, poterat tamen multis modis inopiæ suæ succurrere. Sed vt Heliam Prophetam ad tempus per corum pauit: & postea ad viduam Sarepthanam illum misit, quo illa ministrando Prophetæ meritum compararet, & Propheta recipiendo magis amaret, & gratus existeret: ita Christus, cui victori diaboli in deserto ministrarunt Angeli, ad huius Castelli fœminas diuertit, quatenus ipse recipiendo Christum, bene de illo mererentur, & Christus maioribus donis cumularet illas. Tu ergo agnosce, magnum esse beneficium pauperi propter Christum porrigere: præstat siquidem dantis, quàm accipientis beneficium, Beatius est enim, magis dare, quàm accipere.* Hæc autem historia gesta est paulò ante solennitatem Scenopegiæ, de qua Ioann. 7. non autem ante solennitatem Paschalem, in qua Crucifixus est, vt sine causſa somniat Caietanus. *Et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam.* Martha videtur fortassis grandior natu fuisse, quæ dicitur Dominum excepisse. Et Dominus in harum sanctarum fœminarum domum se recepit, illis enim beneficus aliquando extiterat. Nam vt testatur Ambrosius in oratione quadam, quam præmisit sacræ Communioni, Martham quidem, à profluuio sanguinis, Mariam verò, à septem dæmonijs liberauerat. Voluit ergo, vt de beneficijs acceptis gratæ existerent. Verisimileque fit, sanctas hasce fœminas boni fuisse, ac illustris nominis, ad quas tam frequenter diuerteret Dominus: siquidem ipse dixerat: *In quancunque ciuitatem, aut Castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis:* quod Dominus ipse etiam non verbo tantum, sed facto docuit. Dices, ter beatæ illæ fœminæ, ac sanctæ, quæ CHRISTVM domi excipere meruerunt: vtinam ego dignus essem domi meæ illum excipere. Sed si credis, etiam se ipsum tibi seruauit, si intelligis verbum CHRISTI: *Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Imò felicior eris excipiendo CHRISTI pauperes, quàm ipsum CHRISTVM: quia est maior locus fidei, & maius dilectionis argumentum. Hinc discipuli illi duo in Emmaus pergentes, qui peregrinum coëgerant, vt ad se diuerteret, tandem Dominum nouerunt in fractione panis: & Martinus adhuc Catechumenus putans se vestis partem pauperi tribuisse, ipsi Domino dedisse inuentus est: de quo dixit Dominus: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit.* Haud dissimili ratione cum Abraham & Lot cogerent homines, vt apud se hospitarétur, Angelos

3. Reg. 17. Ibidem.

Matth. 10.

Supra 4.

Pauperi propter Christũ tribuere, quale beneficiũ Dei sit.

Hæc historia quando contigerit: cõtra Caietanum.

Cur Martha potius quàm Maria Dominum dicitur excepisse.

Ambro. to. 4.

Luc. 8.

Maria & Martha quam di gnæ extiterint Christi hospitio.

Matth. 10.

Quomodo quis particeps tantę illarum beatitudinis esse possit.

Infra 25.

Quare melior quodam modo conditio excipientis pauperis, quam Christum ipsum.

Luc. vlt. & seq.

In quibus illud verum possis agnoscere.

Gen. 18. Infra 19.

Maria quare excellentius Christum excepit, quàm Martha.

Iacob.1.

Christus quare prædicabat.

Primum documentum Mariæ Dominum audientis.

Alterũ Christi documentum, apprimè religiosis, prædicatoribusque conuenies.

1.Pet.5.

1.Tim.4.

Matth.5.

Maria quoq; ad pedes Domini sedens, quarum nobis præbuit exempla virtutum.

Prouerb.11.

Aug. tom.10.

Pedes Domini qui mystic.

susceptisse deprehensi sunt: & eo nomine in sacris literis commendati.

Et hic erat soror nomine Maria. Soror non tantùm carne, sed etiam fide, & affectu hospitalitatis: sed Martha Christum, vt hospita hospitem: at Maria excepit excellentiori modo in domo cordis sui, audiendo verbum Dei, & illud in mansuetudine suscipiendo, vt dominum famula, vt ægra medicum, vt pascenda spiritu pascendum in carne: dumq; Martha Humanitatem Christi pascere præpararet, Maria à Christi Diuinitate pascebatur.

Quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Christus vbiq; prædicabat, edebat autem, vt prædicaret, non prædicabat, vt ederet, neque quæstum ex prædicatione faciebat, vt multi faciũt. Explicatur nomen, & conditio, seu status vitæ Mariæ, quę cibi, & conuiuij penitus oblita, spiritui vacabat: cùm nos è cõtrario propter illum corporis præparandum, alterum spiritus negligamus, fastidiamusque. Docemur etiam, Christum in ipsis ædibus, dum cibus pararetur, à cibo spirituali dando non destitisse: vt Episcopi, & Sacerdotes, & Religiosi intelligant, dum aliorum domos ingrediuntur, vt omnem à se expellant leuitatem, & ea magis loqui curẽt, quæ faciant, ad proximi ædificationem, & vitæ emendationem: atq; ea ratione plura largiantur, quàm recipiant. Hinc Petrus instruens clericos, ait: *Neq; vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.* Et Paulus ad Timotheum: *Exemplum esto fidelium in verbo, in cõuersatione, in charitate, in fide, in castitate:* & Dominus ad Apostolos: *Vos estis sal terræ. Vos estis lux mundi.*

Laudatur item ex humilitate, & animi recollectione Maria, quòd ad pedes Domini sederet: quod signum est humilitatis, & docilitatis. Nam qui se tales non præstant, discent nunquam: at verò vbi humilitas, ibi sapientia. Videtur autem sumpta metaphora à docente, qui sedere solet in Cathedra altiori: & auditores videntur velut ad pedes eius assidere. Vnde Paulus ait de se Act.22. *Secus pedes Gamaliel, eruditus iuxta veritatem paternæ legis.* Et Deut.33 *Et qui appropinquant pedibus eius* (id est Dei) *accipient de doctrina illius.* Et vt Aug. ait serm.27. de verb. Domini: *Quanto autem humilius sedebat, tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem conuallis, denatat de tumoribus collis.* Sic ille. Quanquam iuxta spiritum, rectè per pedes Domini intelligamus eius humanitatem, portantem Deitatem tanquã pedes caput: ad quos pedes omnes virtutes addiscuntur, hauritur consolatio, & responsio ad omnes tribulationes & tentationes nostras. Sunt præterea prædicatores à Deo missi, pedes Domini portantes Christum, qui est Euangelium nostrum: de quo Dominus ad Ananiam, *Vas electionis est mihi iste (scilicet Saulus) vt portet nomen meum.* Ad hos pedes humiliari oportet, qui volunt Euangelico margarito ditari. Sedere verò, significat quietum, atq; à perturbationibus sedatum animum adferre. Nam vt quidam rectè dixit: *Anima quiescẽdo fit sapiens.* Laudatur etiam per verbum temporis imperfecti de frequenti auditu verbi Dei. Nam

Pedes Domini qui prætera. *Esai. 52. Nahum.1. & Rom.10. Act. 9.*

Sedere secus pedes Domini, quid. *Arist. lib. de anima.* Anima quomodo fit sapiens, secundum Philosophum.

Gutta cauat lapidem, non bis, sed sæpè cadẽdo: neq; vno aut altero ictu securis, arbor magna cadit: neq; muri Iericho vnico circuitu Sacerdotum tubas pulsantium corruerunt, sed pluribus; vt intelligas quanti referat iugis verbi Dei meditatio, atque auditio.

Marię in audiendo verbo Dei perseuerantia, & quo notetur. *Iosu.6.*

Martha autem satagebat circa frequens ministerium, id est, distrahebatur solicita de apparatu conuiuij, sursum, ac deorsum curritans, ne quid desit, quod ad suauiter suscipiendum Dominum, eiusque discipulos pertinere posset. Cum ergo ęgrè sufficeret omnibus obeundis, quæ attinebant ad apparatum, & videret sororẽ feriatam ad pedes Domini sedere, Iesum interpellat, conquerens de sororis negligentia.

Maria vt satagebat circa frequens ministerium.

Cur Martha Mariam, sed reuocauerit, verum potius de illa apud Dominum expostulauerit. *4.Reg.4. Matth.13.*

Quæ stetit, & ait, Domine, nõ est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet. Sed cùr non sororem priuatim vocauit? an quia videbat eam nimis attentam Domino, & non audituram, vt Sunamitis illa nõ potuit à pedibus Helisæi per Giezi diuelli, neque Chananæa à Christo per Apostolos? an quia excusatam habebat detentam dulcedine verborum Domini? an quia putabat se citius, expediri, propterea expostulauit cum Domino? Pia sanè accusatio, quæ tendebat in Christum, & sororẽ, sed non processit ex indignatione vlla in sororẽ vel ex vllo motu odij, sed ex nimia solicitudine, qua timebat, ne Christo, & Apostolis conuiuio excipiendis non satisfaceret: docens impigrè proximo seruiendum, & vbi non sufficimus, aliorũ auxilium esse implorãdum. Loquitur etiam Martha ex communi hominũ consuetudine, vt quod quilibet labori cuipiã intentus, putat esse omniũ maximè necessariũ, idem vellet oẽs sentire, & iudicare. Dixit autem: *Domine non est tibi curæ?* vel, Domine, nonne ad te pertinet? Quid ais Martha? Dominum cœli, & terræ incogitantiæ, aut negligentiæ accusas, eique præcipis, ac si tu ipsius domina esses? Quid agis? Sed bonum

Qualis Martha de Maria expostulatio dixerit, vnde profecta.

Quale documentum patebat Martham tam pia solicitudo.

Qualis pes sit Christus.

Domi-

Mariæ Marthæ sororis prudentia & circũspectio.

Eiusdem reprehensæ taciturnitatẽ sua Christus defensione dignam iudicauit. *Mar.14.*

Humilis iste Mariæ propriæ defensionis neglectus quid doceat Christi fideles.

Exod.14.

Esai.11.

Quare Christus ingeminet, Martha, Martha solicita es. *Aug. serm. 26 de tempore, tom.10.*

Hęretici pro more, Marthæ verbis quam morti modis abutantur.

Primus sensus Lutheri.

Secũdus sensus Caluini.

Tertius Brentij. *Brent. hom. 96 in Luc.*

Dominum attigisti, seruator est, & læsus prodest, & te instruet. Videtur autem Maria honestè, & vrbanè egisse apud Dominum manendo, & eius sermones audiendo, ne videlicet solus relinqueretur, dum, quod ederet cum socijs, parabatur. Quia verò Maria nihil respondit, sed totum negotium cõmisit Christo, eam excusat Dominus: quemadmodum instante passione, dum de vnguenti pretiosi effusione reprehenditur à discipulis, & ipsa reprehensa tacet, à Domino excusatur, dicente: *Sinite eã: quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me.* Vt discas, cùm argueris ob bonorum operum studium, vel precationem, vel frequentem verbi Dei auditionem, & meditationem, vel Sacramentorum frequentationem, vel eleemosynarum elargitationem, silere penitus, & negotium totũ Christo committere. Quia nouerat, quod Moyses dixit filijs Israël egredientibus de Aegypto, quos Pharao à tergo instãs premebat: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Et respondens, dixit illi Dominus, Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium.* Respondit Dominus, quia ipse principaliter læsus erat, & ipse erat, qui detinebat Mariam suspensam in audiendo verbo Dei. Et ipse, vt ait Esaias, arguere debebat in æquitate pro mãsuetis terræ. Illa verò repetitio verbi, *Martha Martha*, vt docet Augustinus, aut indicium est dilectionis, aut fortè mouendæ intentionis, vt quæ in multis occupata erat, audiret attentius.

Mirum porrò hæreticorum studium est, qui in his Christi verbis Marthæ affingunt, quæ nunquam in illius mentem venerunt. Lutherus sanè in postilla eius Euangelij, tribuit illi desperationem: *Martha*, inquit, *huc illuc circumcursat, & anxia sedulitate in hoc & in illo torquetur: tandem collabitur, & desperat.* Sed nescio ex quibus verbis Marthæ tantũ crimen illi impingat. Caluinus in harmonia Euangelij impingit Marthæ, quòd sibi in turbulentis operis magis placuerit, & pium discendi studiũ in sorore despexerit. Sed cùm hæc in textu nõ habeantur, falsò illi adscribuntur, & probabile non est, Martham, tantam Christi hospitam, tam arroganter de se sensisse, & religiosæ sororis institutum contempsisse. Sequitur tertius Brentius, qui accusando Martham, ait: *Abominor opinionem tuam, qua putas me solis his domesticis officijs maximè omnium delectari, & sedentariam quietem sororis tuæ fastidire.* Et infrà: *Existimauit sola sua officia esse verũ, & necessarium cultum, quo Christus honoraretur, Mariæ autem opus non esse nisi socordiam, & ignauiam, quæ iure reprehendi queat.* Sed profectò hæc figmenta sunt Brentiana, quæ Martham apud vulgus odiosè traducant. Etsi enim illa perfecta non esset, vt verba Domini indicant, vt quæ satagendo modum excederet, quod est commune muliercularum vitium, quæ rem familiarem curant: tamen ex tota illa historia non colligitur, Martham in doctrina fidei malè fuisse institutam, vt falsas opiniones eius Dominus obiurgaret. Potuitq; de sorore apud Dominum conqueri, & operam eius in domesticis operibus eo tempore expetere, etsi de se non præsumeret, nec falsam de Maria opinionem vllam adferret: nec illa tam cæca erat, vt existimaret, Christum domesticis negocijs magis, quàm veræ fidei, & charitatis operibus oblectari. Quartus Melanchthon in Euangelium Lucæ: *Vides*, ait, *hic populum operum, & populum Euangelia in duabus sororibus Opera sunt bona, sed sine eis est salus, sine Euangelio autem non est salus, hoc est sine fide. Optimam partem elegerat Maria: quod tu facis Martha, carere possum; quod facit Maria, carere nolo.* Bone Deus, quid erit vnquam deprauare verbum Dei, si hoc non est apertè corrumpere Euangelium, & candida in nigra vertere, vt facit pro more suo hęc Terranigra? Vides quantos errores affingat his sanctis mulieribus. Asserit ille, summam eius Euangelij pertinere ad stabiliendam distinctionem fidei, & operum, audetque asserere, quòd bonorum operum iustitiam eo loco Dominus tollat, cum sit error manifestus. Deinde asserit sine operibus bonis cuiquam iustitiam obuenire posse (quod perinde error est apertus) etiamsi tempus, & facultas adfuerit bene operandi, Cùm tamen apertè Euangelium agat de duab. sororibus, iam fide prędditis, quæ simul bonis operibus, licet non in eadem vocatione, neque pari studio, incumberent. Neq; hic quicquã agit de iustificationis articulo, sed de differenti studio auditorum verbi Dei, qui prius per fidem iustitiam essent assecuti: quorum alij maiorem, alij minorem ederent fructum. Christus igitur, quod ad se spectat, vellet plures esse Marias, quam Marthas in Ecclesia, hoc est spirituales, & rerum diuinarum magis, quàm humanarum studio intentos. Vult etiam Marthas esse, quæ misericordiæ, & charitatis officia exerceant, dummodò non excedant modum, ne plus sibi, quàm Deo vacare videantur. Et contra istas querelas hæreticorum est verbum Domini: *Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me.*

Marthæ solicitudo qualis.

Quartus sensus Terranigræ, id est, Melanchthonis.

Melanchthõ Euangelicã præsertim Scripturam interpretando, ad sui nominis interpretationem ferè delabitur infelix.

Quales Marias, & Marthas Christus desideret.

Matth.26.

Iam

Quid minus laude digũ in Marthæ ministerio fuerit.

Christ⁹ quales hospites suo exemplo notasse videatur.

Matth.12. Marthã Christus cur dixerit turbari erga plurima.

Supra. 6.

Curam rerum temporalium Christus quã suis interdicat fidelibus.
Terent. in Andr.act.1. Sce.1.
Hæc cura qualis esse debeat.
Matth.6.
Micha.6.
Christiani quid maximè curare debeant, teste Propheta.
Ephes.4.

Quid illud: Porrò vnum est necessarium.
Primus sensus Theophylacti.

tam ad ponderanda verba reuertamur. *Turbaris*, inquit (siue tumultuaris, siue distraheris) *circa plurima*. Putabat apud se Martha, quòd esset laudanda à Domino: sed contra accidit, quia pro bono opere correpta est: nam minus bonum maiori bono præferebat. Reprehendit itaque Christus in aliena domo, non adulatur, non captat hospitum gratiam, quo tractetur delicatius: quemadmodum nos soliti sumus facere, qui omnia, quæ apud eos sunt, qui nos excipiunt conuiuio, laudamus, efferimusque, & interdum ad insaniam eos redigimus, commẽdantes mensæ splendorem, ciborum bonitatem, condimenta, generosum vinum, ac similia cætera. Neque mirum, quòd reprehẽdat Christus impedientes cursum verbi Dei audiendi, prædicandive; qui etiam matrem, & fratres, & sorores impedientes sit negaturus, vt aliquando fecit. Pulchrè ait: *Turbaris erga plurima*, id est, circa corporea. Quia enim corpus alendum maximè mixtum est, & inter omnia corporã valde temperatum, propter eà fit, vt multis egeat ad vitam commodè tuendam, ac conseruandam. Porrò turbationem, & solicitudinem quam prohibuit cùm dixit: *Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.* Intellige non fuisse hanc Marthæ quæ studiosa erat, sed anxiam, fideque diuinæ prouidentiæ destitutam curam, & iuxta prouerbium: *Ne qnid nimis*: tantumque voluit nos esse solicitos, ne in talibus anxiè simus soliciti, quia temporalia etiam nos solicitis tribuit Deus, vel hostibus, vel animantibus: & curare nos iussis, & quærere quæ ad regnum Dei, & iustitiam eius spectant, nam spiritalia sine nostra solicitudine Deus non donat. Hinc quæ sit nobis solicitudo quærenda explicauit Propheta, dicens: *Indicabo tibi, ò homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo*, & Apostolus: *Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis*, de qua vnitate spiritus subdit Dominus: *Porrò vnum est necessarium.* Quid sit autem illud vnum, quod ait necessarium, exponit Theophy. in hunc modum: *Non hospitalitatem prohibet Dominus, sed varietatẽ, ac turbam, hoc est distractionem, & turbationem. Laudat enim frugale hospitium. Quare enim, inquit, Martha solicita es, & turbaris circa multa hoc est distraheris & turbaris? vno nobis opus est, nempe vt comedamus qualitercunque, non varijs.* Ita Theophylactus ex sententia Domini, docens satis esse vno, aut altero ferculo, non multis: & instituens Apostolos, vt cùm venerint in domum cuiusquã, non varia, aut delicata inquirant, sed contenti sint frugali hospitalitate. Et adiuuatur hic sensus autoritate Cyrilli, & Basilij, quibus hunc eundem sensum acceptũ fert Dionysius Carthusianus: & autoritate etiam Hieronymi, qui in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis, ita legit: *Martha, inquit, Martha solicita es, & turbaris erga plurima: pauca autem necessaria sunt, vt vnum. Rursus ne solicita sis, & turberis erga plurima, ne, si nimis solicita sis in me excipiendo, ejicere me de tua domo velle videaris, vt qui nolim solicitam te esse, & ego nolim onerosus hospes videri, si non tibi, quæ oculos tuos mihi dares, certè alijs, qui possent notare vitam meam delicatam, & quod apud familiares non familiariter agam, & ita alij non auderent me recipere.* Non est vsque quaq; hic sensus contemnendus. Commendat enim parsimoniam victus, & sobrietatem, quæ sanitatis, sapientiæ, atque sanctitatis est causa. Bene enim paruo viuitur, & natura paucis est contenta: & prouerbium habet: *Nõ oportet transgredi salem, & mensam*: & Horatius inquit,

Vides, vt pallidus omnis,
Cœna desurgat dubia?

Sunt tamen alij Patres, vt Ambrosius, Augustinus, Basilius, atq; adeò ipsemet Theophy. qui per vnum necessarium intelligũt auditum verbi Dei, quo videlicet pascitur, & curatur anima, & mortua suscitatur, & perturbata serenatur, cui tunc incumbebat Maria. Nam audito verbo Dei, noster spiritus vnitur cum Christo: vt enim ait Apostolus: *Qui adhæret Domino, vnus spiritus est*, & Psaltes: *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*, & à creaturis, quę plures sunt, & satiare non possunt, ad vnum Deum, in quo eminenter sunt omnia, vt numeri in vnitate, anima reducitur: de quo vno dixit alibi: *Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis*: &, *beati qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud*. Primus ergo gradus est, audire verbũ Dei: Secundus, intelligere: Tertius, illud retinere memoria: Quartus, per fidem illud ruminare: Quintus, opere cõplere: Postremus, propter verbum Dei pati, quod est fastigium religionis nostræ, quæ non in verbis, sed in factis sita est, vt docet Iustinus mart.

Adde Ioannem Cassianum, qui ita interpretatur: *Hic nobis principalis debet esse conatus, hæc immobilis destinatio cordis iugiter affectanda est ac tenẽda, vt diuinis rebus, ac Deo mens inhæreat: quicquid ab hac diuersum est, quamuis magnum, secundum tamen, aut etiam infernum, seu certè noxium iudicandum est.* Et circa hunc

Cyril. Basil. Dionys. Carthus. in Luc. 10. caput. B. Hieronym. inferius producendi.

Hic sensus quatenus probabilis Sobrietas virtutes. Ex symbol. Pythagor. Horat. lib. ser. Sat. Alter sensus Ambros. lib. in Luc. tom. 5. Aug. de ver. Dom. serm. 20. et 10. Basil. constit. mon. c. 2. subsum, tom. Theophyl. Auditus verbi Dei quo vtilis, & ad tatis exim. 1. Cor. 6. Psalm. 26 Anima minis est re tantum potest vi Deus.

Martha Luc. 11. Verbi sex gra assignat

In quo mé mon probilis Christus Iustin. vtr in getucen ter, tom. Cassian. Laz. 1. col. Quid sit illu num fa tium

Dionys. Carthus. in Luca. 10. cap.

Quàm multa sint ad salutem necessaria: hic vnũ quomodo dicatur.

Hunc locum Lutherus quàm impie. & Eunomice ad bonorum operum accusationem detorqueat.

Lutherus vetuisse fulmen iræ Dei, & gehennæ, multis facilè perspicuas. Lutherus Eunomij de sola fide saluti necessarium dogma renouocauit.
Matth. vlt.
Iacob. 2.
Luc. 11.

Cibus Christo maximè gratus quis.
Ioann. 4.

Positiuus gradus Hebræis

ca hunc locum annotat Dionys. Carthusian. vnum esse, aut patriæ felicitatem, aut eius datorem Deum, vel contemplationem, seu dilectionem Dei in hac vita, siue pacem mentis in Deo, aut vnionem cum eo. Et subdit: *Quamuis autem ad obtinendam salutem multa sint necessaria, scilicet fides, spes, charitas, Sacramenta, impletio præceptorum: vnum tamen per Antonomasiam dicitur necessarium, quia præ cæteris necessarium extat, vel necessitate finis, & propter se, atque simpliciter, alia verò per respectum ad finem, & propter eius adoptionem.*

Sequitur: *Porrò vnum est necessarium*, vel *Vno est opus*. Deprauatur in primis hic locus à Luthero in postilla, ser. de Assumptione, & ab eius omnibus ferè discipulis. Sed audiamus magistri verba: *Christus hic docet, & ait: Opera nihil efficiunt; quod persuasissimum tibi esto. Vnum duntaxat necessarium est, verbum Dei audire, & ei credere, hoc vnum efficax est extra hoc nihil. Eo confugito, & latam conscientiam assequeris.* Et infra: *Hoc vnum necessarium est, nempe pura, & nuda fides.* Subdit: *Diligentissimè hoc notate, ad vitam æternam assequendam vnam tantùm rem necessariam esse, videlicet verbum Dei & fidem. Per hoc omnia opera, omnes peregrinationes religionis ergo, omnes vigiliæ & liturgiæ pro animabus, velut fulmine afflata coruunt.* Hæc ille, qui verum est fulmen iræ Dei, & gehennæ. Quibus verbis planè infidelem reddit Martham, & fide sua eam spoliat, & eam proscindit, quasi absque fide operaretur, & hospitalitatem præstaret. Et quid est hoc nisi vetus Eunomij damnatissimum figmentum de sola fide, quod tanta Scripturarum violentia constabilire nititur? Et cur Dominus Apostolis edixit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis*: &, *Fides sine operibus mortua est in semetipsa, & in nobis: & non tantùm, beati qui audiunt verbum Dei, sed etiam qui custodiunt illud?* Sed ita ille blandiebatur carnalibus, vt in suam hæresis nassam illicerent. Declarauit etiam Dominus eo responso, se magis, & suauius reficiendi eorum auiditate, qui ab ipso auditos sermones in viscera animarum traijciunt vt salui fiant, quàm varijs, & lautis ferculis magna in gratiam ipsius sedulitate paratis. Ita Ioann. 4. discipulis Dominum ad manducandum inuitantibus respondit, se habere cibum quem manducaret, illis incognitum, qui erat, perficere Dei mittentis voluntatem.

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. In primis aduerte, Græcè legi τὴν ἀγαθὴν: sed more Hebræo positiuum ponitur pro comparatiuo, vt: *Bonum est homini mulierem non tangere*, pro, *Melius*: &, *Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine*, id est, *Melius est*. Et Euthy. qui legit, Bonam, sic interpretatur: *Bonam partem dixit, non quòd altera mala sit, sed bonam hic appellauit eam, quæ melior est.* Et August. libr. de verbis Domini ser. 26. & 28. legit, meliorem. Ait enim priori loco: *Non tu malam, sed illa meliorem partem elegit. Audi vnde meliorem: quia non auferetur ab ea: à te auferetur aliquando onus necessitatis: æterna est dulcedo veritatis.* Posteriori loco: *vnde meliorẽ? Quia tu circa multa, illa circa vnum.* Sic ille, & Ambrosius in eum locum: *Nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur, sed Maria, quòd meliorem partem sibi elegerit, anteferatur.* Deinde nomine partis, intellige hæreditatem: quod frequens est in Scripturis. Quia terra promissa diuisa est per duodecim partes iuxta numerum tribuum, & per funes vnicuique familiæ sua pars obtigit: ideo ponitur pro hæreditate, iuxta illud: *Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Isai?* & Dominus: *Si non lauerote*, inquit, *non habebis partem mecum*: & in parabola: *Partemq; eius ponet cum hypocritis*: rursus Dauid: *Funes ceciderunt mihi in præclaris: & enim hæreditas mea præclara est mihi.*

Tertiò circa illud verbum, *Elegit*, considera, quòd etsi eligere statum, siue vitæ cõditionem, Christi sit, qui ait: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*, & eius est diuersos ad diuersa munera vocare: tamen, quia hoc Dei donum, assensum liberi arbitrij requirit, & voluntariam diliberationẽ, hinc nostrum est præcipuè statum vitæ deligere atque amplecti. In nulloque magis est necessaria arbitrij libertas; quàm in coniugij, aut Religionis electione, quæ onus perpetuũ castitatis, paupertatis, & obedientiæ implicat; adeo, vt quicquid veræ & perfectè libertati matrimonium contrahentium, aut Religionem vouẽtium aduersatur, locum aperiat, aut dispensationi, aut rescissioni, contractus. Est ergo sensus horum verborum secundum Ambros. *Nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur, sed Maria, quòd meliorem partem sibi elegerit, anteferatur.* Et meritò, quia versatur pars Mariæ circa Deum vnum auditum ac meditatum, tũ in seipso, tum in magnificis suis operibus, tum in mysterijs humanitatis assumptæ. Circa creaturas verò, nisi quatenus ad vnum Deum referuntur, non vacat. De hac parte dicit Dauid: *Mihi autem adhærere Deo bonum est*) id est, melius est) *ponere in Domino Deo, spem meam.* Et paulò antè dixerat:

pro comparatiuo sumitur.
1. Cor. 7.
Psal. 11.
Euthy. ca. 37. in Luc.

Aug. tom. 10.

Ambro. loco prædicto.

Quid est: Maria optimam partem elegit.

Num. 34. & seq.
Iosu. 15. & seq.
3. Reg. 12.
Ioann. 13.
Matth. 24.
Psalm. 15.

Vitæ statum diligere quatenus Dei sit, quatenus hominis.
Ioann. 15.

Coniugalis status, & monasticus quã tam requirunt arbitrij libertatem.

B. Ambros. in Luc. lib. 7. tom. 5.
Melior cur pars Mariæ quam Marthæ.

Psalm. 72.

Quid

Laudes contemplatiuæ vitæ.

Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meũ: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum? Est ergo melior pars Mariæ, quam Marthæ, quanto præstantior est Deus creatura, & quanto præstantius est animam à Deo pasci, quam corpus alienum pascere, quod facit Martha. Nam vt Magnus docet Dionysius, plus est accipere à superiori, quam influere in inferiora. Pars etiam Marthę tollęda est. Suscitatis enim corporibus ad gloriam & immortalitatem, nulla opus est hospitalitate: pars autem Marię nunquam est auferenda, quia neque Dei contemplatio, neque charitas vnquam excidet. Ideo sepulchrum Rachelis, in qua pulchrè repræsentata est vita cõtemplatiua, magnificum fuit, & celebre, nullum verò Lię: quia actio in hac tantum vita locum habet. Qui ergo eligunt quæ actionis sunt, sanctè faciunt: sed melius qui ea, quæ contẽplationis sunt. Nam actio, est vt lac puerorum, quod auferendum est: cõtemplatio, vt solidus cibus, qui homini, quandiu viuit, non aufertur. Bonum ergo officium Marthæ, sed melius Mariæ. Proinde ignorandum non est, magnam esse virtutum differentiam, & bono operi melius esse præferendum. Christus iuuenem apud sẽ consultantem opus sepeliendi propriũ patrem, postposuit annunciationi regni Dei: & Petr⁹ ministerio mẽsarum, in quo dabatur Christi corpus, orationem, & ministerium verbi Dei præposuit: non quòd Sacramentum non sit maximum & augustum, omniq́ue cultu ac veneratione colendum, sed quòd eius administratio puræ est actionis: sec⁹ oratio, & prędicatio. Paulus quoque munus prædicandi, officio baptizandi, & virginitatem coniugio præponderare docuit.

Dionys. Areop. in eccles. Hierar.

1. Cor. 13. Gen. 35. Quid quod Rachelis sepulchrũ non Liæ, Scriptura commemorat.

Luc. 9.

Act. 6. Quare ministerium verbi, quã mensarum præstantius.

1. Cor. 1. 2. Cor. 7.

Martha ad Christi verbum, cur nõ eius ad pedes consederit.

Dices: Cur non Martha, audito verbo Christi, cõsedit ad pedes Iesu? Respondeo: Satis illi fuit didicisse quid sibi, suæq́; actioni præferre debear, vt ministret, gaudens quòd seruiat Christo, & audientibus eum. Et certè felices diuites, & rustici, & milites, & mercatores, & omnes qui rebus agendis incumbunt, si agnoscerent se laborare, vt otium contemplantibus, & Deum laudantibus, atq; sacrificijs illum placantibus porrigerent: quia ea ratione participes essent fructus, & bonorũ contemplantium. Quia si Martha nõ præesset in solicitudine, Maria non posset quietè contemplari, quia spiritualia, sine temporalibus diu consistere non possunt. Quæ verò hoc loco disputantur de actione, & contemplatione, nemo sciolus reprehendat, quia illa à probatissimis Ecclesiæ Doctoribus, Ambrosio, Augustino, Gregorio, Bernardo excogitata, & tradita sunt. Vnde Basilius inconstitutionibus monasticis ca. 2. in hunc modum scribit: *Age dum, igitur per duas mulieres duo mihi vitæ genera introduci animaduertite. Vnũ quidem inferioribus vitæ, nempe quòd in crassioribus se obeundis vitæ huius muneribus occupærit: quanquam, ipsum quoque mirificè commodũ est, alterum nobilius, & cum spiritu magis coniunctum, nimirum quòd se ad arcanas res contemplandas altius extulerit. Hæc tu, qui audis, spiritui conuenienter interpretare; & vtrumuis magis placuerit, deligito. Et si ministrare vis, in nomine Christi ministrato. Ipse enim dixit, Quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Nam, siue hospites recipis, siue mendicos reficis, siue dolentium misericordia commoueris, siue necessitate aliqua, calamitateve oppressos auxiliari manu subleuas, siue aduersa valetudine laborantib. inseruis, omnia isthæc officia perinde Christus habet, ac si in ipsum propriè conferrentur. Quòd si manis Mariam imitari, quæ, spreto corporis obsequio, altius ad rerum diuinarum cõtemplationem ascendit, legitimè, & vt par est, verè negotium tractato, corporis curam abijcito, agricolationem deserito, apparatus etiam epularum, & obsoniorum aspernator, & ad Domini pedes assideto, & quæ ille dicat, auscultato, vt arcanorum diuinitatis particeps efficiare. Siquidem officijs ijs, quæ corpori impẽduntur, potior est dogmatum Christi contemplatio. Accepisti igitur charissimè exempla, & vna etiam, ratione, vtra manus sectare: aut videlicet egentium minister esto, aut Christi dogmatum studiosus inuestigator. Quòd si vtraque simul potes imitari, viriq́; omnino fructum salutis reportabis.* Augustinus autem serm. 27. de verbis Domini: *Remanserant in illa domo, quæ fuscieperat Dominum, in duabus fœminis duæ vitæ, ambæ innocentes, ambæ laudabiles. Vna laboriosa, altera otiosa: nulla facinorosa, nulla desidiosa: ambæ innocẽtes, ambæ inquam laudabiles. Sed vna laboriosa, altera otiosa, nulla facinorosa, quam cauere debet laboriosa: nulla desidiosa, quam cauere debet otiosa.* Sic Augustinus, quem secutus Gregorius libr. moralium in Iob: *Quid per Mariam,* inquit, *quæ verba Domini residens audiebat, nisi contemplatiua vita exprimitur? Quid per Martham exterioribus obsequijs occupatam, nisi actiua vita signatur? Sed Marthæ cura non reprehenditur, Mariæ verò etiam laudatur: quia magna sunt actiuæ vitæ merita, sed cõtemplatiuæ potiora.* Sic illi Patres. Vnde ruit sententia Caluini in harmonia dicentis: *Turpiter hic locus ad laudem vitæ, vt vocant, contemplatiuæ, detortus est: mihiq́; Christo minus propositum fuit, quã discipulos pretio, & frigidis speculationibus addicere.* Hæc ille maledicus, & iniurius Patrum sententijs.

Vt autem

Homo quid differat à cæteris animantibus.

Intellectus qui practicus, & qui speculatiuus dicatur.

Horum alterum quomodo degenerare cõsueuerit, acceptumque ad diuina constituti.

Contemplatiui, & practici intellectus quæ sit conditio necessaria.

Ambæ hę vitæ quales videri possint. Exod. 18.

Vita cõtemplatiua cur sit actiua per excellentior actione. Luc. 10.

Actiua cur sit fructuosior contemplatiua.

Quis ille fructus sit.

Ratio meriti vnde pendeat.

Vt autem quid sit vita actiua, & contemplatiua, intelligas, & quæ sit inter illas præstantior, perpende, præter vegetantem communem plantis, & sentientem communem animalibus vitam, hominem propriè viuere ratione, & intellectu. Porro intellectus quatenus practica, & in opus externum prodeuntia intelligit, practicus dicitur, & vitam viuere actiuam: quatenus verò quæ in speculationem, & non in praxim veniunt, considerat, contemplatiuus est, & vitam contemplatiuam agit. Quòd si quis ab horum altero deficiat, ac voluptatibus, & carni indulgeat, non viuit nisi vt Epicurus, vel bellua, & in eum non intrat Christus. Oportet enim quòd vtrumque fiat propter Deum immediatè. Hinc Philosophus, qui speculatur propter se, & voluptatem suam, non est contemplatiuus: sicut qui exercet artem sui commodi gratia, non referendo ad Deum, non est actiuus. Oportet autẽ in Ecclesia esse Marthas, & Marias, Lias, & Racheles, Petros & Ioannes, & vt Aaron sit in his quę ad populũ pertinent, & vt Moyses, in his sit quæ ad Deum: & has vitas tanquam sorores coniunctas esse oportet, ita vt quæque alterius opera indigeat. Est autem perfectior vita contemplatiua, quàm actiua, quia altioris est virtutis, ac nobilioris obiecti; & hominis magis propria, & maioris durationis, quia non auferetur in æternum. Inchoat eam hic æternam vitæ felicitatem; estque etiam hic æternam vitæ felicitatem; estque delectabilior atque iocundior; minus diuidit hominem, & minus egentem reddit; & quia finis est, non autem ducens ad finem.

Actiua tamen, quia habet omnes virtutum moralium actus, magis est fructuosa: vt Martha quàm Maria, Lia quàm Rachel fœcundior, Petrus pascens, & sequens Dominum, quàm Ioannes manens. Fructus autem dicitur, quod fit erga proximum extra se; sicut fructus arboris, qui nec est arbor, nec eius pars, quia eo ablato, est integra arbor. Et quanquam contemplatio ex se sit nobilior, & actio fructuosior; tamen, quia meritum est ex charitate, potest vna altera maius meritum habere. Et è contrario etsi contemplans vita videatur signum maioris meriti, quia amoris Dei, & sui, & in precatione plus temporis, recollectionis, & eleuationis habet: actiua tamen amplioris dilectiõis proximi est symbolum. Laboriosum autem opus maioris meriti censetur, non simpliciter, sed quatenus signum est maioris amoris. Et vt quædam peccata in proximum sunt grauiora, quàm quædam in Deum, quæ è genere suo sunt fœdiora: ita quędam opera actiuę plus merentur, quàm quædam contemplatiuæ.

Atque hic finis imponi poterat tractatui, nisi nobis cordi esset, garrientes hæreticos, & quosdam ex Catholicis non rectè de Sacerdotio, aut Religione sentientes, oratione nostra compescere. Ganniunt ergo multi in Sacerdotes & in Religiosos, volentes eos ad ministerium, & laborem reducere. Quorsum, inquiunt, tot Monachi in mundo otiosi, qui ventris causa ab officijs se subducunt vitæ præsentis erga suos, & saginatos in cœnobia recludunt? Sed mera calumnia est, quia negotium orationis, contemplationis, & psalmodiæ, præfert Christus in Maria negotio Marthæ. Nam isti verè dicere possunt; *Nunquam minus otiosi sumus quam cùm otiosi:* quanquam qui ista obijciunt, magis otiosi dicendi sunt. Nõ sunt ergo Religiones sine labore suo, & quidem maiori quam illo corporis. Nam & præfecto operis, siue fabricæ, qui manu non laborat, maius penditur stipendium quàm cæteris operis fabris, & adiutoribus, siue administris. Oculꝰ in corpore otiosus plus agit, quàm manus varijs ministerijs applicata. Denique vt Mose in monte orante, vincebat Iosue Amalechitam, cum quo manus conferebat: ita Religiosis tanquam in monte preces fundẽtibus, populus Dei, qui luctatur cum carne, & mundo, atque Satana, victoriam obtinet: & Prædicatores, qui præliantur prælia Domini, egregium de hæresibus, & vitijs triumphum agunt.

Quòd multi sint Religiosi, nullus potest verè reprehendere, nisi qui Deum, cuius est vocare ad Religionem, redarguere velit. Non est tuum Diuinam corrigere prouidentiam, quasi mundus statim sit desiturus: cùm mundus meritis, & precibus, ac sacrificijs Religiosorum consistat: quemadmodum Deus propter decem iustos ciuitatem Sodomæ sustinebat. Neque rursus quęquam offendere debet varietas, & multitudo Religionũ: nam diuersi etiam sunt earum fines, vt, Hospitari peregrinos; Præliari pro Christi religione tuenda; Legere & prædicare verbum Dei; Proficisci ad infideles Euangelij disseminandi gratia, docere pueros elementa Fidei, & ea, quæ quęque ignorare est illicitum. Denique orare, corporis macerationi incumbere: exempla pœnitentiæ præbere, & similia exercitia Christiana præstare, ad quæ diuersi Ordines religiosi deputantur. Multas Religiones faciunt, quæ ad decorem, ac ornamentum Ecclesiæ spectant; vt Ecclesia sit tanquam Regina in vestitu deaurato circumdata

Obiectio nõ nullorũ præsentium hæreticorum Monachos è mundo tollentium diluitur.

Cic. lib. 3. de Offic. in prine.

Membraque corporis otiosa, agere plus videantur tamen.

Exod. 17. Moses in mõte orans pro populo contra Amalec. quorum fuit typus.

In illud: Quid tam multi Religiosi in orbe?

Gen. 18. Varietas & multitudo Religionum defenditur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Psalm. 44. Multæ & variæ Religiones vt conferant vnitati

cumdatis varietate. Neque hæc scindunt, aut diuidunt vnitatem Ecclesiæ, non magis quàm vnitatem magni cuiusdam exercitus diuidant diuersæ legiones aut cohortes diuersis sub ducibus, & tribunis constitutæ, modò illæ omnes vni subsint, & pareant Imperatori. Ad eum modum vniuersæ Religiones sub diuersis habitibus atque capitibus congregatæ, vni Christo, atque vni eius vicario in terris parent, & militant. Fuit autem Diuinę artis varias diuersis temporibus erigere congregationes; vt qui priores fastidiebat, à noua excusari nó posset, sed vt quisque pro suo gustu & voluntate aptam sibi & commodam Religionem seligere valeat.

In eis quomodo elucet Diuina sapientia.

Quod verò Apostolus reprehendit: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi:* non nisi falsò, & per calumniam in Religiones varias hæretici producunt. Reprehédit enim eo loco Paulus eos, qui ministros Euangelij, neglecto Christo, salutis suę aurores faciebant: nihil autem tale faciunt, qui B. Basilij, Augustini, Benedicti, & aliorum Sanctorum regulas profitentur: eiusmodi enim omnem suam salutem vni Christo adscribũt, Sanctis verò non nisi vt Christi ministris, qui exẽplo suo, & verbo vias illas, & instituta excogitarunt.

1. Cor. 1. Corinthios dicẽtes, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, &c. in quo reprehendebat Apostolus.

Garriunt deinde, non hæretici solum, sed etiam carnales Christiani in Religiosos: *Quorsum,* inquiunt, *tot diuitiæ, & tam amplæ possessiones pro tam parua familia?* Respondeo; id factum Dei magno consilio: tum vt serui sui liberius ac expeditius Deo seruiant; tum vt ostendat, diuitias sequi se fugientes, & fugere se sequentes; tum vt possint libere dispensare pauperibus, vt faciunt reformatæ Religiones, quæ opib. abundant, quemadmodum Episcopi; quibus tot propterea reditus assignati sunt, vt in vsus pauperum illos erogent. Et profectò consultius est, vt hæc bona in vsum seruorũ Dei cedant, quàm quod vni aut alteri Ecclesiastico, siue Præsuli, siue Canonico, interdum dilapidatori bonorum Ecclesiasticorum, & suos seruos, cognatosue ditanti, deseruiant. Veruntamen ne quid dissimulem, consultum etiam esset, vt amplæ ac diuites Religiones à dilatandis censibus, & amplificandis reditibus abstinerent, etiam si pecunię supperant ad emendum: quia est abuti Religione, quę institura est ad prębẽdum contemptus mundi, & diuitiarum exemplum. Nam qui quotidie de integro census ampliant, & nouas possessiones acquirunt, plus curarum temporalium, & litium materiã accersunt, minus etiam possunt eleemosynis dandis incumbere, minusque ædificationis præstant, vt experientia docet.

Contra illud etiam hæreticorum iurta, & Catholicorum murmur: Cur tã diuites Religiosi sunt, & opulenti.

Ad hæc, garriunt multi, tales Religiosos instar formicarũ ingredi, & egredi de monasterio, vt illæ de formicario. Sed hoc vitium hominum est, non status Religionis, & in omni gradu & conditione videas homines instabiles, & non diu permanentes, & Religio, instar maris, se purgat per seipsam. Et culpa huius facilis ingressus, vel egressus, plerumque sunt parentes, qui quidem humanis consilijs ducti, aut filios Religionem ingredi cogitantes, impediunt; aut ingressos, ad vomitum reuocare student: in vtroque grauiter peccantes. Sunt enim quidam, qui, teste Gregorio ad Mauricium Imperatorem, nisi omnia reliquerint (id est, Religionem profiteantur) salua ri apud Deum nullatenus possint. Ideo væ ipsis nõ perseuerantibus, aut alijs eos à perseuerantia abducentibus. Istis dandum consilium esset, vt, quod agunt, seriò cogitent, ne, postpositam semel manum ad aratrum, respiciant retro. Nam vt arbores quæ tardius fructum producunt, plus durant; & quæ maturius præstant, breuius viuunt: ita prorsus est censendum de Religiosis.

Religiosis nihilominus quid prouidendum foret, & cauendum maximè?

Prætereà obijciunt quidam, Religiosos esse crassos, corpulentos, & corpore plenos, & obesos; quod nequeunt nisi iocundæ, suaui, ac molli vitæ tribuere. Sed varia est hominum temperatura: & quidam vel tenui victus ratione fiunt crassi; alij verò cibo, & potui indulgentes, sunt macilenti: & in omni hominum gradu facilè reperias & pingues, & tenues. Postremò alij deblaterant, nec laici modò, verum etiam Religiosi in Religiosos: Cur, inquiunt, illi non laborant, sicut nos manibus laboramus? quibus alij obijciunt; Cur illi non prædicant, aut administrant Sacramenta, sicut & nos? Et alij; Cur non illi pensum horarum Canonicarũ, in choro cantando persoluunt, sicut & nos? aut cur non habitum similem nostro gestant? Verùm his dicendum est, quòd non omnes sunt Marthæ, sicut nec omnes sunt Mariæ: & exigere opera Mariæ à Martha, aut Marthæ à Maria, inconsultum est & iniquum. Nec enim omnia possumus omnes, vt ille dixit. Et *Tu quis es qui iudicas alienum seruum?* Eleganter dixit B. Bernardus: *Caue etiam, serue Dei, cauze, ne quoscunque imitari non vis, damnare videaris.* Et subdit: *Nolo ergo vt quisquam arbitretur lucere Solem communem diei nisi in cella tua, nusquam esse serenum, nisi penes te, nusquam operare gratiam Dei nisi in conscientia tua. Au so-*

litariorum Deus tantùm? Imò & omnium. Miseretur enim omnium Deus, & nihil odit eorũ quæ fecit. Malo te cogitare vbique esse serenum nisi penes te, & peius de te quàm de aliquo existimare. Talia bonus Pater filijs suis monita salutis dabat. Similiter & nos iuxta Bernardum dicere possemus: An cantantium in templo Deus tantùm? non ne & tacentiũ, & eorum, qui alijs charitatis operibus vacantes clamant? Verùm de his satis. Ad hanc namque apologiam pro Religiosis faciendam, verbum Christi excusantis, ac præferentis Mariam Marthæ, nos pertraxit.

DE ASSVMPTIONE VIRGINIS Deiparæ vtilis, & apta digressio.

Cur Ecclesia Marthæ, & Mariæ Christum excipientium, die beatissimæ Dei genitricis Assumptioni sacro hoc lectitet Euangeliũ.

CVM Ecclesia de more hoc Euangelium in festo Assumptionis sanctissimæ Virginis Deiparę decantet; summo risu hæretici id excipiunt. Sed eorum risus nobis irrisione, aut lacrymis potius dignus videtur. Non cogitant cæci, hoc Euangelium ad literam de Virgine non intelligi, sed mysticè, & iuxta spiritualem intellectum, quem magis Ecclesia ad ædificationem filiorum suorum sequi solet. Nam cum illa non habeat aliquam Scripturam Euangelicam (quæ vltra Christi ascensionem non progreditur) in qua ad literam de morte, & beato exitu matris Dei fiat sermo, hoc accepit Euangelium in illa die legendum, ea ratione, vt ex virtutibus, & qualitatibus ancillarum, hoc est Mariæ, & Marthæ, Reginæ nostræ, & Imperatricis Mariæ magnitudinem intueri possimus iuxta regulam Damasceni, vt à nullo superetur illustrium virorum. Sanctissima namq; Virgo collum est in corpore Christi mystico, cui omnia gratiarum ornamẽta, & donorum appenduntur. Namque alijs per partes datæ sunt gratiæ, in Mariam autem omnis plenitudo gratiæ se se infudit. Ipsa est enim Martha, per actionem; Maria, per contemplationem: & B. Virgo per vtramque ad gloriosam vitam peruenit. Martha quidem, quia excepit Christum in domum suam, id est, in vtero per nouem menses; Maria verò, quia in mente per fidem illum est hospitata perpetuò. Ipsa est vera quædam Martha, quæ nudum carne vestiuit, pannisque eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: esurientem, & sitientem lacte diuino, & pane manuum suarum labore comparato, ac præparato pauit: ipsa infirmum per ætatem, noctu, & diu visitauit, & fouit: ipsa Christo crucifixo quasi in carcere posito, cum cæteri per fugam sibi consulerent; astitit: *Stabat autem,* Ioannes inquit, *iuxta Crucem Iesu mater eius,* hoc est; Quasi iuxta lectũ mater Christo infirmanti interfuit. Christi quoque Domini sepulturæ adfuit, postquam eius corpus lacrymis lauit, & vnguento fidei, & commiserationis vnxit ipsa, tanquam altera Martha, turbata est circa frequens ministerium, dum tenellus Iesus circumciditur, dum cum eo fugam arripit in Aegyptum, dum redit in terram Israël, & timet Archelaum; dum filium amissum dolens quærit, dum Vale vltimum instante passione à Domino audiuit, & dum è Cruce dixit: *Mulier, ecce filius tuus.* Et tunc Martha petijt suffragium à Maria, hoc est ratio inferior, quæ horrebat natura filij mortem, à ratione superiori, quæ est velut Maria sedens secus pedes Domini, id est audiens intus verbum Dei, & contemplans diuinam Patris voluntatem atque præceptum; Filij obedientiam, & amorẽ; Spiritus sancti bonitatem, & impulsum, per os Caiphæ dicẽtis: *Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo:* mundi etiam necessitatem tanto pretio egentis, vt posset redimi à diaboli tyrãnide; tanto sanguine, vt posset à culpa peccati lauari; tanta morte, vt posset nos à morte perpetua reuocare; tanto exemplo, vt possint illud omnes imitari. Rursus sanctissima Deipara vera quędam Maria extitit, quæ præuenit vngere corpus Christi in sepulturam, propter summam ex fide mortis Christi commiserationem: cui primò apparuit resurgens à mortuis, & semper ad pedes Christi, hoc est, ad eius humanitatem contemplandam assidebat. Vt meritò de ea dictum sit: *Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* Hæc est quæ optimã partem elegit. Bona est enim, actiua; melior, contẽplatiua; optima, mixtio vtriusque. Ideo meritò repræsentatur, in Maria, & Martha. Et præmium habet assumptionis, tum in anima, vt Maria, tum in corpore, vt Martha. Aliæ habẽt bonam partem, id est, fructum trigecuplum, vel sexagecuplum; aliæ verò meliorem, vt cẽtuplum: sed optimam partem habuit Maria, quę omnium illorum statuum labores experta est, ac proinde omnium præmium habet. Ad hæc in morte bona pars est cadẽtis in gratia, etiamsi sit Purgatorij igne anima expianda: melior pars illo igne non egens, quæ ad pueros baptizatos, & Martyres, atque illustres Confessores in anima spectat: optima verò Virginis Deiparæ fuit, quæ velut ex febri quadam hectica amoris languens emortua est, & non modò

Ioann. 19. Matth. 26. & Ioan. 18. Maria Virgo cur Martha vt mysticè turbata sit circa frequẽs ministerũ.

Luc. 2. Matth. 2. Ibidem. Luc. 2. Ioan. 19.

Qualis ratio Mariæ inferior, & ratio superior.

Philip. 2.

Ioann. 11. 1. Cor. 10. & 7. 1. Petr. 1. & Hebr. 2.

Mar. 14. Mater Dei quomodo Maria sedẽs secus pedes Domini.

Luc. 2.

Vita mixta qualis.

Matth. 13.

B. Damasc. libr. 4. de fide Orthodoxa, cap. 15. Virginis Deiparæ laudes.

Cantic. 1.

B. Hieronym. sermo. de Assumptio. B. Mariæ, to. 4.

Dei Genitrix in Maria, & Martha cur adumbrata.

Luc. 2.

Matth. 25.

purgatorias pœnas euasit, sed vt piè creditur à nonnullis, euacuauit Purgatorium, ac postremò, vt Ecclesia docet, assumpta in cœlum cum corpore fuit. Et pulchrè Bernardus in homilia huius Euangelij asserit, post Martham & Mariam nullam de Lazaro factam mentionem: *Arbitror*, inquit, *sanè ne id quidem à propositæ similitudine dissidere. Virginalem etenim domum intelligi volens Spiritus, siluit nõ incongruè pœnitẽtiam, quæ malum vtiq; comitatur. Absit enim vt proprij quicquam inquinamenti domus hæc aliquãdo habuisse dicatur; vt in ea proinde scopa Lazari quæreretur.* Hæc ille. De assumptione igitur in corpore Angeli admirabundi dicebãt; *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum?* Nam vt beata Deipara Christum portauit in terrã sibi tãquam matri innixum atq; dilectum; ita Christus Dominus sibi innixam matrẽ in cœlum perduxit, illamque hospitatus est, & sedem honorificam largitus est illi, quæ Christum in terris susceperat, & hospitata fuerat. Nec erat quòd Angeli tanquam de re aliqua noua, admiratione suspensi, dicerent: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto*; quia multas alias animas in cœlum viderant conscendisse: sed de eo, quòd hæc sola assumpto corpore (nam ascẽdere, propriè corporis est) atque illo quidem glorificato, ob quam causam dicitur delicijs affluens, & planè Regio comitatu animarũ, vti Reginam decebat, cœlos ipsos penetrauit, sedemque ad dexteram Filij honorificentissimam, cum quo simul regnat, obtinuit, nostraque negotia, tanquam pientissima mater, ac prudentissima aduocata, agere non cessat: spem nobis certam reddẽs, futurum aliquando, vt & ipsi eius patrocinio atque meritis, glorioso sique precibus ad eundem gloriæ locum Angelorum opera ducamur, vbi vna cum ipsis glorificare valeamus, atque exaltare Filium eius cum Patre & Spiritu sancto, quos manet honor, gloria atque imperium sempiternum in secula seculorum. Amẽn.

Bern. serm. 2. in Assumpt. Maria.

Nullum de Lazaro Lucas 10 hac historia Marthæ & Mariæ cur faciat mentionem, teste Bernardo.

Cantic 8. Maria Virgo ascendens in cœlum quomodo innixa fuit super dilectum suum.

Eadem quare delicijs affluens dicitur.

Tract. 62.

TRACTATVS XVII.

De historia Domini ingressi in domum Pharisæi, & illotis manibus edentis. Et habetur tantum apud Lucam cap. 11. *Et cùm loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Ieſus autem ingressus recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus ad illum, Nunc vos Pharisæi quod de foris est calicis & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate*, & reliq.

Narratio ordo

ETsi beatus Lucas hanc historiam subiungat post eiectum dæmonium mutum, & disputationem inde natam, non tamen cogimur intelligere, sicut nec possumus asserere, statim post eam disceptationem contigisse: non enim dicit Lucas: *Et cũ hæc loqueretur*: vt significetur quod: m tempore, cùm Dominus populum doceret, Pharisæum inuitasse eum ad prãdium: quo autẽ tempore, aut loco istud acciderit, non est vsquequaque certum, sicut & multa alia quæ sequuntur in Luca. Quoniam verò, quæ inter prandendum cum Pharisæis & Scribis cõmemorat Lucas, eadem & Matthæus habet cap. 23. sed alio tempore & loco hæc dicta narret, cogimur affirmare, Dominum hæc pluries dixisse: quanquam fieri possit, vt vel Lucas, vel Matthæus, accepta occasione, ea coniunxerint verbis Christi: quæ etsi alio tempore dicta, habebant cum his, quæ nunc à Domino dicebãtur, affinitatem: quod frequenter ab Euangelistis factum esse, probabile est. Atq; hęc de ordine historiæ dicta sint.

Ieſu humanitas in Pharisæum misericordem.

Ait ergo: *Et cùm loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Ieſus autem ingressus recubuit.* Dominus Ieſus in primis ostendit mititatem suam, quòd conuiuia hostium suorum capitalium non recusauerit; sed eos beneficijs atque doctrina ad se pertrahere contenderet; acriori etiam sermone, eorum vitia infectãs, quo eorum ægrotantes animas curaret, etiamsi ipse ea ratione eorum mentes ac voluntates parũ conciliatas sibi reddi non ignoraret. Declarauit autem hoc exemplo, quàm verè prædixisset Dominus paulò ante hæc verba, vt refert Lucas, de oculo nequam, siue duplici, hoc est, de intentione mala. Solet enim Lucas doctrinæ, ac verbis Christi viua exempla adijcere. Siquidem Pharisæi cùm haberent oculum vitiatum, iustitiam in ceremonijs corporeis constituebant: ea verò quæ non cernuntur, nisi puris oculis, hoc est, mundo corde, negligebant: & illic iudicabant graue esse crimen, vbi nullum erat; & vbi grauis erat culpa, leuem, vel nullam esse putabant. Et quod dicitur, *Ingressus recubuit*. intellige absque lotione de more præmitti solita.

Oculus nequam ille.

Pharisæorum oculus nequam.

Marth 23.

Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium.

Baptismus dicis quid.

Domi-

Quare Christus ad prandium inuitatus à Pharisæo, minimè manus lauit.

Dominus Ieſus studiosè manus aut pedes non lauerat, quam lotionem hic vocat Euangelista baptismum, sicut alias sæpe Iudith. 12. *Petijt sibi dari copiam egrediendi foras nocte ad adorandum Deum suum, & ita per triduum exibat, & baptizabat se in fonte aquæ*, id est, lauabat. Et Eccli. 34. *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius?* & 2. Esdr. 4. *Vnusquisque tantùm nudabatur ad baptismum*, id est, lauandi corporis gratia. Ex quo factum est, vt Pharisæus scandalizaretur, & ita per occasionem doceretur interiori munditiæ incumbere; & vt solicitudo illa exteriorum ad interiora traduceretur. Cœpit ergo Pharisæus intermissionem Domini in pessimam partẽ exponere. De hac Pharisæorum consuetudine, quam latè explicat Marcus cap. 7. orta est illa disceptatio, cuius Matthæus cap. 15. meminit, de non lotis manibus: illic enim discipuli, hic autem Dominus accusatur. Et in nuptijs erant hydriæ sex positæ, secundùm purificationem Iudæorum, apud Ioannem Euangelistam. *Et ait Dominus ad illum, Nunc vos Pharisæi, quod de foris est calicis & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate. Stulti, nõne qui fecit quod de foris est, etiam id quod de intus est, fecit?* Ponderat Theophylactus Christi Domini prudentiam, quòd positus in mensa exemplum ponit eorum, quæ in mensa ante oculos posita erant, scilicet calicis, & catini. Calix enim seruit potioni, vt catinus cibarijs. Vide etiam Domini constantiam, se inuitantes, & suscipientes corripiẽtis. Erat autem illa traditio seniorum de lauandis frequenter manibus, ad alendam superstitionem exposita: putabant enim loto corpore, animas puras reddi, & immundo corpore inquinari, atque contaminari: quod etiam nunc Iudæi, Mahometani existimant, atque Pagani. Propterea Dominus toties occasiones captauit huius tantæ inscitiæ ac superstitionis abolendæ, ac confutandæ. Et vt August. serm. 30. de verbis Domini exponit: *In eo quod Pharisæus dicebat, suos vtiq; discipulos commonebat, ne in corporis mundatione putarent esse iustitiã.* Conuertens ergo sermonem obiurgatorium in eos, inquit: *Nunc vos Pharisæi quod de foris est calicis, & catini, mũdatis.* Videlicet; Omnem curam, & operam ponitis in externa munditia amplectenda, interiori neglecta. Neque quisquam intelligat, exteriora poculi, & catini mundari, interiora autem poculi, & catini non mundari: sed intelligendum est id quod de foris est, totum catinum, & totum poculum intus, & extra mundari: quod extra hominem sit: id ergo, quod de foris est, appositiuè significatur per poculum, & catinum: atq; in his externa omnia complectitur, hoc est, mensam, manus, & corpus: & opponit illi, *Quod intus est vestrũ*, vel vestri (hoc est, animum, seu cor) *plenum est rapina, & iniquitate.* In rapina, animum auaritiæ deditum, & malè partis vtentẽ: per iniquitatem, siue malignitatem vt Græca litera habet) dolos, fraudesq; intelligit Pharisæorum, opibus aliorum sub prętextu religionis insidiantium. Neq; reprehenduntur Pharisæi, quod externæ munditiæ vacarent; sed quod interiori munditia neglecta, exterioris ad superstitionem vsq; & ad ostentationem curam gererent. Vocat autem ipsos stultos, quemadmodum Paulus Galatas, quos tanquam filios diligebat, vocat insensatos, & stultos. Quod verò Christus dixit; *Qui dixerit fratri suo, Fatue, reus erit gehennæ ignis*: non simpliciter prohibuit; sed tantùm ne quis odio, inuidia, aut contemptu motus fratri cõuitietur: secus si ex charitate, & corrigendi animo id faceret. Et quoniam poterant dicere Pharisæi; Deus exteriora nostra nobis fecit; nos illi ea quam possumus mundissima offerre volumus. Ab his Ieſus rogat, anne interiora Deus fecerit? Etsi fecerit, cùm sint illa pretiosiora, cur plena sunt rapina, atq; hypocrisi? cur non mundantur? cur pretiosis exteriora vestiuntur, & fœtidissima habentur interiora? Quasi diceret; Nõ sufficerit vobis externè solũ lauari, quasi internè nulla ratione opus sit: certè, qui fecit corpus, fecit & animam: etsi aliter cogitauerint Manichæi, dicentes à Deo animam esse creatã corpus à diabolo: vnde in symbolo Nicæno cõtra eos dictum est; *Factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilũ.* Necesse ergo est vt vtraq; pariter seruentur, aut pereant. Proinde necesse est, vt vtraq; mũda sint: imò par erat priorem esse curam eius partis, quę potior est: sed interim vobis ipsis blãdimini, quasi abunde puris, si corp⁹, & vasa subinde laueritis. Nam sicut nulla vtilitas fuerit poculum extrinsecus esse mundum, intrinsecus autem repletum esse sordibus: ita nulla erit vtilitas, si corpus extrinsecus lotum fuerit, anima autẽ intrinsecus inquinata. Et ob hanc causam appellauit eos imprudẽtes, siue stultos, & cæcos, quòd curarent de minimo, non autem de maximo opere eiusdem factoris, id est, de animo.

Ioann. 2.

Christi prudentia, & constantia. *Theophyl.*

Illa seniorũ traditio de lauandis frequenter manib⁹, ad quid erat exposita.

Aug. tom. 10. Pharisæorũ iustitia qualis.

Pharisęi quo modo quod de foris erat calicis, & catini mundabant.

In illis quod erat int⁹, qua plenum rapina, & iniquitate.

Galat. 3. Matth. 5. Pharisæos in quo Dominus reprehẽdit. Cur stultos item eos nominat. Illud; Qui dixerit fratri suo, Fatue, & cæt. quẽ sensum habeat.

Qualia quoque interiora esse Deus velit nostra.

Verùmtamẽ quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Non contentus est Dominus mala detestari; sed etiam bona vult docere, egregiũ ad morbos Pharisæorum curandos exhibens antidotum.

Manichæorum impium dogma.

Pharisæorũ vana superstitio.

Pharisæos etiam Dominus cur vocet stultos, & cæcos.

Duplex Domini documentum cõtra Phatisæos.

Illud: Quod superest, date pauperib. quo sit accipiendum modo.

2. Cor. 8.

Nam quibus paulò antè exprobrauerat rapinam, & iniquitatem; his nil æquè repugnat, atq; eleemosyna. Verbum autem illud, quod superest, Græcè non legitur τὰ ἐνόντα, sed τὰ ἐνοντα. id est, de his quæ habetis, & quæ vobis suppetunt, vel de his, quæ vobis adsunt. Codex Syriacus: Verum id quod est, date in eleemosynam. Voluntas enim accepta est ex eo quod quis habet, nõ ex eo quod quis non habet, & nõ placet eleemosyna de rapina. Vt non tantùm adhortetur ad faciendã eleemosynam ex superfluis, vt Beda, & alij quidam existimãt, sed etiam ex his quę nobis adsunt, & necessaria sunt; vt non tantùm nõ furemur, aut rapiamus, sed etiam ex partis nostro labore diuitijs quæ nobis adsunt, & nostrę sunt, eleemosynas faciamus, iuxta illud Apostoli: *Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operãdo manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti.* Quanquam Theophylactus ponderat Græcè dici: *Ea quæ insunt*; & non, *ea quæ sunt*: eo quòd diuitiæ insunt in corde auari, & sedent in eo, iuxta illud? *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Et reuera idem est, id quod vobis superest, & ea quæ adsunt: nõ enim voluit dari quod præterijt, & iam consumptum est, sed tantùm adhuc quod adest, & in manib. est. Et legẽdum est imperatiuè, *Date*, non, datis. vt legunt Caietanus, & Erasmus: quia vox Græca δότε æquiuoca est ad vtrumque: & vt postea præcipiendo dicit, *Munda prius quod de intus est*, ita hic præcipit, *Date*, vt Patres omnes legunt. Vult enim tantùm dari τὰ ἐνοντα. id est, de his quæ quis, vt sua habet, quæ non sunt iniustè habita. Hinc Basilius in regulis breuiorib. interrogat. 271. *Cùm producto hoc Domini testimonio petit, nunquid peccata omnia, quæ quis committit, mundentur per eleemosynam,* respondet: *Propositam quæstionem sortes ipsa eorum, quæ præcedunt, dilucidè explicat. Nam cùm antea dixisset; Quod de foris est calicis, & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate: post hoc subiecit: Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Omnia, hæc videlicet, quæ per rapinam, & defraudationem peccata committimus, & iniquè agimus. Hoc autem ita esse, apertè declarauit Zacheus, cùm dixit; Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Vt videlicet intelligatur, peccata omnia, quæ eiusmodi sunt, vt retexi possint, ac pluribus contrarijs rectè factis pensari, hoc modo ab homine emundari: atque hoc modo, dico, non vt qui ipse ad emundationem per se satis idoneus sit; sed qui egeat in primis misericordia Dei, & sanguine Christi, in quo redẽptionem habemus reliquorũ etiam omnium, facientes in singulis fructus dignos pœnitentiæ.* Ita Basilius.

Beda lib. 4. in Lucam. ca 31. tom. 5.

Ephes. 4.

Theophylact.

Psalm. 61.

Cur legendum Imperandi modo: Quod superest, date pauperibus, non autem, datis. Caietan. Erasmus.

Basil. tom. 2. An peccata omnia, quæ quis committit, per eleemosynam mundentur, secundum Basilium.

Luc. 19.

Luc. 3. Ephes. 5.

Quidam tamen existimant, Dominum ironicè locutum, & cum reprehensione; & idem erit sensus. Erat enim doctrina Pharisæorum, Omnia esse munda post datam eleemosynã, quamuis pleni essent rapina, & iniquitate. Et ita etsi verba absolutè benè sonent, tamen cõtextus explicans quod plenè rapina dicuntur, videtur quòd non bene sonet. Quasi diceret, Date eleemosynam, vt vos soliti estis docere: & continuò omnia munda erunt vobis. *Vobis*, inquit, nõ mihi, quasi Deus gaudeat rapinis, quę ex eleemosyna sunt. Si autẽ citra ironiam intelligatur, vt Græci intelligunt, & Augustinus ad Laurentium. ca. 75. & serm. 30. de verb. Domini, non sic accipiendum est, ac si sola eleemosyna hominibus ad salutem sufficere possit, quoniam & alia nobis mãdata præscripta sunt, vt in illis ambulemus. Neque Christus præscribere voluit Pharisæo omnia quęcunq; ad salutem consequẽdam ab homine requiruntur, sed tantũ medelam adhibere grauiori Pharisęorum crimini, nimirum rapinæ, & auaritiæ. Errant ergo, qui alijs impietatibus studentes, solis eleemosynis cogitabant sibi parari vitam æternam. Quare Augustinus in Enchirid. ad Laurent. c. 75. & sequenti ait: *Sanè qui sceleratissimè viuunt, neq; curãt talem vitam, mereq; corrigere, & inter ipsa facinora, & flagitia sua, eleemosynas frequentare nõ cessant, frustra sibi ideo blandiuntur, quoniam Dominus dixit, Date eleemosynã, & ecce omnia munda sunt vobis. Hoc enim quàm latè pateat, non intelligunt.* Sic ille. Nec enim hoc intelligere licebit, vt Pharisęis non habentibus fidem Christi, etiamsi in eum non crediderint, nec renati fuerint ex aqua, & Spiritu sancto, munda sint omnia; tantum si eleemosynas dederint, sicut isti eas dandas putabãt; cùm sint immundi omnes quos non mundat fides Christi, de qua scriptum est, *Mundans fide corda eorum.*

Alter sensus huius dicti. Quod superest, date eleemosynam. ecce omnia munda sunt vobis.

Prior sensus vt constet. *Augustinus* in præcedentia. *Idem* serm.

Ephes. 2.

In eos qui alijs impijs studentes, solis eleemosynis cogitant sibi parari vitam æternam. *Idem* vbi supra.

Porrò si quis volet eleemosynæ nomen latius pro omni specie misericordiæ accipere, & illam ordinatè dare, à se ipso debet incipere, & eam sibi primum dare, vt capite sequenti docet Augustinus. Est. n. eleemosyna opus misericordiæ, verissimeq; dictum est; *Miserere animæ tuæ placens Deo:* Nõ autẽ miseretur animæ suæ, nec placet Deo, qui tantũ alijs facultates terrenas impartit, animæ aũt suæ saluté propterea non curat.

Ioann. 3.

Act. 15.

Eccles. 30.

Miserere animæ tuæ quis placet Deo, teste Augustino.

Subdit Euangelista: *Sed væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentham & rutam, & omne olus; & præteritis iudicium, & charitatẽ Dei: hæc*

In Pharisæũ se inuitãtem quare Christus tam graviter inuehitur.

Pharisęi quo modo decimabant mẽtham, & rutam, præteribant autem iudicium, & charitatem Dei.

In eo illi miseti quid peccabant. *Tract. 35. 3. part. in ordine 79. Matth. 23.*

Dei charitas in nos quanta.

Supra 9. Osea 6.

Iudicio charitas cur debet esse coniuncta.

Pharisæorũ ambitio dãnabilis.

Monumẽta quæ non parent, quibus similes Pharisæi, quænam illa.

Matth. 23.

autem oportuit facere, & illa non omittere. Durus, & inhumanus videtur hic Christus esse conuiua in eos, quorum humanitate pascitur. Sed quis scit quo animo Pharisæus Christum inuitauerit? Fortè nõ vt eum sic honoraret, sed potiùs vt obseruaret, si quid forsitan præter decorum, & honestatẽ vel diceret, vel faceret: & Christi erat, impietatibus Pharisæorum minimè cõniuere. *Væ ergo vobis qui decimatis mẽtham & rutam:* hoc est, etiam olerum vilissimorum pẽditis decimas: & tamen pręteritis iudicium, & charitatem Dei: id est, fraudulenter agitis cum proximo, & à charitate in Deum estis alienissimi. Nec increpantur hoc loco Pharisęi quòd decimas darent de minutissimis oleribus: nam scriptum est Deuter. 14. *Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis quæ nascuntur in terra per annos singulos*; sed quòd, his datis, putarent se omne iustitiæ pensum absoluisse. De decimis alio loco apud Matthæum multa diximus, quæ hic consultò supprimimus. Iudicium autem, & charitatem negligebant, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Et vide Dei charitatem erga nos, decimas quas sibi seruauerat Leuit. 17. spernit, vt iudicium, & misericordiam præferat, quæ nobis vtilia sunt: sic etiam sacrificijs misericordiam, & iudicium, ac scientiam Dei prætulit apud Oseam. Et charitas iudicio iungenda est, vt iudicium rectum sit, & crudelitatem non habeat.

Væ vobis Pharisæis qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Non ait, qui obtinetis primas cathedras: sanè sedere in primis synagogæ cathedris, vel salutari honorificè, peccatũ non est: sed hæc amare, & propter hæc omnia facere, ambitio damnabilis est. Præsulibus tamen, tam spiritualibus, quàm tẽporarijs, suus honor, & reuerentia debetur: sed illis intumescere, propter illa decertare cum alijs, à Christo reprehenditur. *Væ vobis, quia estis vt monumenta, quæ non parent, & homines ambulantes suprà, nesciunt.* Monumenta quæ non parent, vocat illa quæ terra operta sunt, ita vt non discernatur ibi esse sepulchra, & homines nesciunt, quid scilicet fœtoris in sepulchris insit. Tales erant Pharisæi, qui foris pulchri apparebãt, & vultu pietatem simulabant, & quod erãt, videri nolebant: quod non erant, videri expetebant: & homines inscij, & ignari eorum impietatis, cum ipsis non aliter agebant, atq; cũ sanctissimis, & religiosissimis viris, & ab eis se decipi propter opinionem sanctitatis facilè patiebantur. Matth. 23. comparantur sepulchris apparentibus, hic sepulchris non apparenti-

Proprium malę conscientiæ.

Cato.

Prouerb. Quid cõcionatorib⁹ interdum peccata & vitia vituperantibus vsu veniat.

Fructuosa atque salutaris prædicatio quęnam illa.

Martial. libro 10. Epigr. 30. ad Numacium Gallũ.

Cur Dominus in Scribas & Legisperitos nunc inuehatur.

Scribæ, atq; Pharisæi homines onerabant dupliciter.

Act. 15.

bus: idcircò apud Matthæum notatur sanctitatis externa simulatio præter interiorem immunditiam. Erit tamen vna, & eadem parabola vtriusq; Euãgelistæ, si locus hic Lucæ intelligatur: Estis vt monumenta, quæ non parent, id est, quorum interior pars non est conspicua, & homines supra ambulantes nesciunt.

Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi, Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis. Cùm Christus loqueretur de Pharisæis, Legisperitus quidam, qui tãtùm specie tenus pius, atq; probus videbatur, cùm ne verbo quidem nominatus esset, à propria tamen sui ipsius conscientia tactus est: vt rectè dictum sit:

Conscius ipse sibi, de se putat omnia dici.

Et verum est, quod dici solet: *Si quis in canum numerum lapidem proiecerit, illum solum clamare, atque latrare qui ictus est.* Cùm semel sartor forfices amisisset, pugno mensam sartoriam percussit: quo ictu sonitum, ac strepitum forfices ediderunt: ita plerunq; concionatoribus acerbiori oratione vitia infectantibus euenire solet. Nam cum generali sermone peccata redarguant, quidam, quasi nominatim essent expressi, magna ira cõmoti indignãtur, & in voces querulas prorumpũt. Porrò significauit Dominus, eam prædicationem fore fructuosam, atq; salutarẽ, quæ primò in genere vitia insectatur, & neminem nominatim perstringit: quod obseruasse profitetur ille, qui scripsit:

Hunc seruare modum nostri nouere libelli:
Parcere personis, dicere de vitijs.

Deinde illam multum valere orationem, quæ ita in genere fiat, vt singulos quosque tangat, ac si ad illos solos dirigeretur.

At ille dixit, Et vobis Legisperitis væ: quia oneratis homines oneribus quæ portare nõ possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Cùm Dominus hactenus cum Pharisæis orationem habuisset tribus væ, conuertit sermonem ad Scribas, siue Legisperitos: quia onerabant homines oneribus mandatorũ portatu difficilium, multiplicando doctrinas præceptorum, & ipsi ne vno digito tangebant sarcinas: vt expendant quantum pondus aliorum humeris imponant; & an per fragilitatem humanam possint tolerari. Onerabant autem Scribæ homines dupliciter. Primò, præcepta omnia legis seueriss. imè interpretãdo, & ad viuum eorum obseruationem exigendo: quæ legis præcepta testatur Petrus in Actis, fuisse iugum, *Quod nec nos* (inquit) *nec patres nostri obseruare, vel portare potuimus.* Deinde quia præter præcepta legis Mosaicæ, instituebant multas alias graues ceremonias, & con-

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

Qui similes Scribarũ, ac Phariſæorũ hodiè ſint.

ſtitutiones, quæ cùm deberent potius eſſe leuamenta, & compendia ſeruandæ legis, onera tantùm erant grauantia, non iuuantia, & vix portabilia. Et tales ſunt hodiè Prælati, qui intolerabilia ferè ſubditis præcipiunt, à quibus tamẽ ſeipſos eximunt, multos laqueos incurrendi excommunicationem proponentes: ſeueras pœnitentias alijs iniungunt, cùm ſint in ſuis criminibus puniendis remiſſi, & indulgentes. Plurimũ cõferunt exempla maiorum inferioribus ad onus portãdum: ferre enim nobiſcum videntur, & leuius facere, quum ipſi quoq; legibus ſe ſubdunt. Nam vt ille dixit; *Digna vox eſt maieſtate regnãtis, legibus alligatum ſe Principem profiteri.*

Libenter ferant onera ſubditi quando. *L. digna vox C. de legib.*

Væ vobis qui ædificatis monumenta Prophetarum, patres autem veſtri occiderunt illos. Profectò teſtificamini quòd cõſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam ipſi quidem eos occiderunt; vos autem ædificatis eorum ſepulchra. Hęc non tantùm ad Legiſperitos, ſed etiam ad cunctos Principes Iudæorum dicuntur. Ad oſtendẽdam enim integritatẽ ſuam, extruebant monumenta Prophetarum, volentes inſinuare, Prophetas non morte, ſed ſumma veneratione fuiſſe dignos, occiſores autem ipſorũ fuiſſe deteſtabiles. Si ergo malè faciunt, qui, ne veritatis prædones audirent Prophetas Domini occiderunt: quid de illis ſentiendum, qui eadem de cauſſa Prophetarum Dominum occidere non verentur? Sed dubium eſt, quomodo Dominus dicat, *Væ vobis qui ædificatis monumenta*, id eſt, ſepulchra Prophetarum, cùm hoc eſſet opus bonum, atq; laudabile? Deinde quomodo ex eo quòd iſti ædificant ſepulchra eorum, quos patres occiderunt, Dominus colligat eos teſtificari, quòd cõſentiant, & probẽt opera patrum ſuorum; cùm potiùs oppoſitum eſſet inferendum, quòd opera patrum ſuorum reprobarent? Idem Matthæus teſtatur c. 23. ait enim: *Itaque teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum, qui prophetas occiderunt.* Dicendum ergo, Dominum non abſolutè reprehendere quòd illa facerent, ac dicerent, ſed quòd ea non verè, ſed hypocriticè faceret: ideò præmittit Matthæus hypocritæ, cum reuera eſſent ſimiles his, quos patres ſuos vocabant, etiáſi verbis, & factis videri vellent illis diſſimiles. Vt ergo præſens locus abſoluatur, perpende, duplici ratione monumenta erigi poſſe cæſis: aliquando in laudem cęſorum, & vituperium occidentium eos: aliquãdo verò in vituperium cęſorum, & laudem, & trophæum occidentium. Cùm ergo Scribæ, & Phariſæi videri vellent ædificando Prophetarum ſepulchra, colere Prophetas & damnare occiſores: tamen qui hoc non verò, ſed ficto, & hypocritico animo facerent, & quia affectu erant, & imitatione filij occidentium, quos & Patres ſuos vocabãt, Dominus eorum factum retorquet in contrarium, tanquam id fecerint patrum ſuorum impietatem imitantes, & probantes, & illis trophæa ſtatuentes. Eſt enim filiorum parentum crimina tegere, & occultare: & quæ in parentibus laudanda ducunt, poſteritati commendare. Idcircò, cùm illi extruerent ſepulchra, & alerẽt memoriam criminis eorum, quos parentes ſuos vocabant, & qui verè erant eorũ ſecundùm affectum parentes: benè colligit Dominus cõſentire operibus eorum, & væ interminatur ob ſepulchrorum ædificationem.

De hoc cur Dominus illos arguat, cum opus tamẽ eſſet bonum & ſanctum?

Dupliciter condi ſepulchra occiſis poſſunt.

Rectè ergo Dominus Phariſæos patribus Prophetarum occiſoribus conſentire docet: non quidem quaſi idem ſit Prophetam occidere, & Prophetæ ſepulchrum extruere, aut quòd dicerent facta patrũ ſuorum bene acta eſſe: nam ſepulchra Prophetarum ædificando, damnatis quidẽ patrum veſtrorum factis; ſed teſtificamini, & comprobatis facto, ea fuiſſe opera patrũ veſtrorum, atq; ita profitemini vos eſſe filios eorũ, qui prophetas occiderunt: nam aliàs hęc verba cõtradictionem implicarent. Erant ergo patres & filij, veritatis inimici, paratiores veritatis prædones occidere, quàm eorum prędicationem æquanimiter ferre.

Propriũ liorum

Phariſæ legiſperi Propheta ſepulchra ſtruẽtes rentum rum qui occidẽtã actibus modo conſentiebant

Propterea ſapientia Dei dixit, Mittam ad illos Prophetas, & Apoſtolos, & ex illis occident, & perſequentur, &c. Sapiẽtia Dei, de qua hic Dominꝰ loquitur, ipſe Chriſtus eſt, de quo Apoſtolus, *Prædicamus Chriſtum Dei virtutẽ, & Dei ſapientiam*: de quo Matth. 23. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & ſapientes, & Scribas, & ex illis occidetis*: & reliq. Ex quo habes, Chriſtum eſſe illum, qui olim Iudæis Prophetas miſerat: & iam fatetur non ita multo poſt etiam alios velle mittere, quo mũdo teſtatum faciat, Iudæos ſua malitia, non Dei negligentia perire. Maluit autem Euangeliſta Chriſtum, vocare Dei ſapiẽtiam, quàm Filium hominis; vt ſic maius põdus habeat Chriſti ſermo. Quòd verò Iudæi perſecuti ſint Prophetas, & ſapientes ad ſe miſſos, inultum nõ erit, ſed pœnas dabunt grauiſſimas: de quibus ſubdit: *Vt inquiratur ſanguis omniũ Prophetarum qui effuſus eſt à conſtitutione mundi à generatione iſta, à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ, qui periit inter altare, & ædem.* Phariſæi nouerant occiſionem Abel, & Zachariæ iniuſtam fuiſſe: at nihilominus quod in alijs accuſant, idem ipſi perpetrare non dubitant. Si iniquum eſt ex inuidia occidere quenquam, vt Cain

Sapientia Dei quæ dicit: Mittam ad illos ſapientes, &c.

1. Corinth. 1.

Eam pœnam qualem alijs curſicapi laturi eſſent

Gen.

Phariſæi & Legiſperiti eorum ætatis patrẽs imitabantur prophetarũ cas.

interfe-

Ioan. 8. Abel iuſti, & Zachariæ filij Barachię à Iudæis interfectorum quare Chriſtus memineritꝰ

Sanguinem requiri ab aliquo, in Scripturis quid, & ab aliquo item ſanguinẽ amoueri.

2. Reg. 20.

Matth. 27.

Matth. 23.

A Iudæis quando ſanguis requiſitus fuerit, omnium Prophetarum effuſus.

interfecit Abel; ſi iniuſtum eſt bene monentem occidere, vt Iudæi Zachariam: vt quid Phariſæi, & Sacerdotes occidere quæruntꝰ ſola inuidia moti, Chriſtum innocentiſſimũ, & nihil aliud quàm Patris ſui cælestis quærentem gloriam? vt habes 2. Paralipo. 24. Et ideò horum duorum meminit, quia ſunt primus, & vltimus in Sacra ſcriptura nominatim pro religione interfecti.

Ita, dico vobis, requiretur ab hac generatione. Hæc verba docent, verbum ſuperius, à generatione iſta, iungendum cum verbo, *inquiratur*, non cum verbo, *qui effuſus eſt*. Eſt autem in ſcripturis ſanguinem requiri ab aliquo, vltionem effuſi ſanguinis, ſeu perditi hominis ſumere de aliquo. Sic Pſalm. 9. *Requirens ſanguinem, eorum recordatus eſt.* & Ezech. 33. *Sanguinem eius* (id eſt, ouis perditæ) *de manu ſpeculatoris requiram.* Ita è contrario dicitur ſanguis amoueri ab aliquo, quando efficitur, vt ſuper eum non veniat vltio. Ita 3. Reg. 2. iubet Salomon Banaiæ interficere Ioab, & ſepelire; *Et amouebis*, inquit, *ſanguinem innocentẽ qui effuſus eſt à Ioab, à me, & à domo patris mei*, Vbi ſanguis ponitur pro vltione ſanguinis: ſicut Matthæ. 23. *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, &c.* Et in hunc ſenſum dixerũt Iudæi: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Ita Actor. 18. dicitur: *Sanguis veſter ſuper caput veſtrum*, id eſt, exitium patrum, & perditio non requiretur à nobis, ſed vobis ſolis imputabitur.

Quomodo dicatur omnis ſanguis iuſtus Prophetarũ requiri à generatione illa Iudæorum præſenti.

Dicitur autem omnis ſanguis iuſtus Prophetarũ requiri à generatione illa Iudæorum præſenti: quia parentum peccata non dicuntur in filijs puniri, niſi quatenus filij ſunt cum parentibus vna generatio, & vnus populus, ita vt in ipſis filijs parentes, & tota generatio dicantur puniri. Et ſic Deus dicitur generalẽ de eis ſumere vindictam, non quatenus ſunt ſingulares perſonæ: ſed in quãtum tota etiam generatio plectitur: quam vltionem generalem vt Deus certo tempore inferret, filij promeruerunt. Dominus autẽ loquitur de Iudæis ſui temporis, tanquam ijs, qui vnus erant cum patribus populus: ideò apud Matthæum à Domino dicitur; *Quem occidiſtis inter templum, & altare.* Occidiſtis, inquit, non in veſtra perſona, ſed in patribus veſtris. A Iudæis ergo, aut potius à generatione Iudæorum, quæ fuit tempore Chriſti, tanquam conſummatrice peccatorum parẽtum ſuorum per effuſionem ſanguinis Chriſti, & Apoſtolorum eius, & tanquam generatione vna cum parentibus præcedentibus requiſita eſt vltio ſanguinis omnium Prophetarum, quando per Titum & Veſpaſianum ſuccẽſa eſt ciuitas Ieruſalem, templum exciſum, gens Iudæorum crudeliſſimo excidio peruita, reprobata tota illa gẽte, & AElia in eius locum ſuffecta, & delecta; & impletum eſt verbum Dauidis; *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu Domini; & peccatum matris eius non deleatur.* Sed quoniam dictum erat Deuteron. 24. non morituros filios pro patribus; quomodo filij patiuntur pro delicto parentum? Reſpondeo: Quia conſentiunt paterno delicto, & adhuc affirmant Ieſum iure cæſum: ideò peccatum ipſorum manet. Sed in hac re exactius tractanda non morabor hoc loco, ſed cùm in verba Matthæi ſuo tempore explicanda inciderimus.

Pſal. 108.

Quo iure filij moriũtur pro delicto parentum, ſi, vt Dominus dixit, nõ morituri ſunt filij pro patribus.

Væ vobis Legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ: ipſi non introiſtis; & eos qui intrabant, prohibuiſtis. Redit ad Legiſperitos, qui abſtulerunt clauem ſcientiæ, ſcilicet verum intellectum, & interpretationem legis, quæ erat, omnes ducere ad Chriſtum: nam vt Apoſtolus ait, *Lex, pædagogus noſter fuit de Chriſto*: Et Chriſtus ipſe: *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit.* Iam Legiſperitos conueniebat ſic interpretari legem, vt populus ex lege manuduceretur ad Chriſtum: at Legiſperiti populum ab Chriſto abducere conati ſunt. Cùm enim lex promittit Prophetam, hoc legunt Iuriſperiti in auribus populi: at poſtquam venit Propheta, Legiſperiti eundem vocant aduerſarium legis. Populus admiratur opera ipſius Chriſti, & incipit credere: at Legiſperiti maximè cauent, dicentes: *In Beelzebub Principe dæmoniorũ ejicit dæmonia.* Et ita celabant clauem ſcientię, hoc eſt, verum intellectum Scripturæ, nec ipſi per fidem in regnum cælorum intrabant; nec alios ſinebant introire. Atque idem eſt hoc cum eo quod Matthæus capite 23. dixit: *Væ vobis, Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim non intratis; nec introeuntes ſinitis intrare.* Quia neque credebant ipſi, neque alios ſinebant credere; ſed edicto cauerant, ne quiſquam Ieſum, confiteretur eſſe Chriſtum. Ita verbum tuliſtis, Græcum ἤρατε accipit Theophylactus, pro Abſtuliſtis. Ambroſius tamen in Commentarijs ſuis accipit pro, Recipitis, ſeu Vſurpatis, hæc enim eius ſunt verba: *Arguuntur etiam adhuc ſub nomine Iudæorum, & futuro ſupplicio ſtatuuntur obnoxij, quia cùm doctrinam ſibi diuinæ cognitionis vſurpent, & alios impediant, nec ipſi quod profitentur, agnoſcant.* Sic ille. In quo ſenſu Dominus non dicit Scribis, *Væ*, ob id quod tulerint clauem ſcientiæ; ſed, *Væ*, ad inferiora referendum, id eſt, Væ vobis, eo quòd cum receperitis in vos clauem

Deut. 18.

Matth. 12. & alibi paſſim.

Luc. 11.

Scribę & Phariſæi in regnum cælorum quomodo nõ intrabãt ipſi, nec introeuntes ſinebant intrare.

Ioan. 9. Theophylact. in Luca. c. 11. Ambroſ. lib. 7. in Lucam, tom. 3.

ſcientiæ,

scientiæ, tamen ipsi non introitis per eam clauem ad veram scientiam, nec alios finitis introire. Similes Legis peritis existunt illi prædicatores, qui non fide, sed ratione in omnibus volunt agere: cùm scriptũ sit; *Nisi crediderit is, non intelligetis.* Rursus illi, qui declinantes à vero Deo, & sacris literis, populo nõnisi fabulas, aut humanas leges, aut poetas, aut philosophos prædicãt. Nam etsi interdum liceat aliquid prudenter, aut acutè dictum ex externis citare, ad ornamentum alicuius veritatis Christianæ: illud absurdum est tamen, & maximè inutile, totam prædicationem ex illorum lacunis infarcire, relicto fonte aquæ viuæ, qui è sacrorum librorum volumine oritur.

Similes Legisperitis qui nam sint.

Esai. 7. iuxta Septuaginta.

Vtendum quatenus testimonijs Ethnicorum

Quum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi & Legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum. Cùm debuissent agnoscere Pharisæi, & Legisperiti iniquitatem suam, & veniam à Christo petere; ipsi multo magis irritantur, iniquitati iniquitatem adijcientes: grauiter insistunt, ac rixantur: & multa obijciunt vni Christo, vt vel ex multis aliquid ipsum lateat, vel silentio oblita pertransiens videatur à Pharisæis victus. Malus genius est hominis, qui non vult agnitæ veritati cedere. Pij hominis est ex animo sectari veritatem; inuentam amare; amatam nunquam velle relinquere: Doctori instare, vt discas, non vt Doctorem vexes: non multa quærere, sed necessaria. Quod ait, *Os eius opprimere de multis*, Græcum verbum non est ἐπιστομίζειν, id est, os occludere, & tentare de multis, sed est ἀποχρώζειν περὶ πολλῶν. quod secundùm Theophylactum est illaqueare aliquem, & ab ore eius eum capere. Syriacum Euangelium habet, *Aucupabantur verba eius.* Et certè Iesum more feræ capere multis interrogationibus vrgebant, velut multis canibus appositis in insidijs, eo consilio, vt illum ad necem accusarent. Sed Dominus Iesus tendebat laqueos verborum, vt eos caperet ad vitam, & seruaret. Proinde illum audiamus, illius verbis insistamus, ab eo quæramus quæ necessaria sunt ad vitam æternam, quam nobis præstare exoptat salutis nostræ sitientissimus Dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto adest sempiternus honos, gloria, & imperium per cuncta sæcula. Amen.

Pharisæorũ & Legisperitorum.

Mali hominis quid propriũ sit, quid pij, atq; boni.

Pharisæi, & Legisperitos Christi quomodo opprimebãt de multis.

Theophyl.

Christus verò quo eos pacto opprimere volebat.

(?¿?)

TRACTATVS XVIII.

Tract. 18

De non timenda morte corporis: & habetur Lucæ 12. & Matth. 16. *Multis autem turbis concurrentibus, ita vt se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis: in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis, &c.*

Hæc cum præcedentibus quando cohæreãt

IMPVGNABATVR Dominus à primoribus Iudæorum, & turbæ ad illum concurrebant: ipse autem ad suos versus, humanum aufert metum, & ostẽdit quem timere debeant, & à quo sperare: & de se magnifica loquitur. Hæc autem nisi Dominus præstitisset, quanto fuisset dignus ludibrio? Sed præstitit etiam super ea quæ promisit. Cumque Iudæi Christum venari in sermone conarentur, vt eum turbis nudarent: at res in contrarium euenit: magisque adierunt turbæ, in tanto numero, vt singuli cupientes appropinquare ei, se inuicem conculcarent: tanta erat fides, & sitis salutis, & audiendi Christum: à qua quàm longè absint homines nostri sæculi, magis est deplorandum, quàm dicendum. Sed pulchrè Græca lectio habet: Ἐπὶ ὅσῃ συνεχύθησαν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου: id est, *Myriadibus turbæ simul aggregatis.* Et describitur numerus infinitus à finito. Myrias enim, decem millia significat: & Græci hũc sermonem vsupant, ad significãdam innumeram multitudinem: vnde non dixit, vna aut altera myriade, sed infinitè, myriadibus.

Christi sermo significans

Turbarum ardor audiendi Christum.

Myrias quid.

Attendite (inquit) *à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.* Hæc apud Matthæum sic legimus: *Et cùm venissent discipuli trans fretũ, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini, & cauete à fermẽto Pharisæorum, & Sadducæorum.* Id est (vt posteà Apostoli intellexerunt) à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum. Marcus sic habet cap. 8. *Et præcipiebat eis, dicens, Videte & cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.* Sed Lucas hic apertis verbis explicat, *Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.* Nouerat enim Dominus insanabilem esse Pharisæorum malitiam, ideoq; voluit illorũ hypocrisin palàm traducere; ne quis incautus, illorum simulatione falli posset. Appellat autem ipsam fermentum; quia per eam multa opera fermentantur, & talia

Matth. 16

Pharisæorũ hypocrisis Dominus ipse nouit.

redduntur,

redduntur, quale est ipsum fermentum. Sed nobis dictum est, vt caueamus ab hypocrisi, vt nihil fictè, nihil simulatè faciamus, sed omnia ex animo, & in veritate: nec enim curat Dominus quid facias; sed quo animo facias: & iuxta cor tuũ potius, quàm iuxta facta tua à Domino iudicaberis. Et vt fermentum conspersionem eleuat, & acorem suum illi communicat: ita hypocrisis superbiam & tumorẽ fouet, & corruptionem suam omnibus operibus cõmunicat: & præcipua doctorum pernicioforum plaga est hypocrisis.

Ab hypocrisi nobis quo modo cauendum.

Cur hominẽs hypocrisis vitium sectentur.

Nihil enim opertum est quod non reueletur: neque absconditum quod nõ sciatur. Rationem adfert vitandæ hypocrisis ex euentu contrarij: nam propterea homines hypocrisis vitium sectantur, quia existimant vitium suum latere posse; & propterea subiunxit nihil esse tam opertũ in præsenti vita, quod non sit reuelandum & discooperiendum non solùm in alia vita, sed etiam in præsenti. Nam vt quispiam homines fallere possit sua simulatione, certè Deum fallere nequit: homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. Et in Euangelio scriptum legimus, *Ipse enim sciebat quid esset in homine.* In repentinis etiam & subitaneis motibus hypocritæ laruam sibi abstrahũt, detrahuntque suam astutam vulpem, & ad ingenium redeunt, ita vt rectè inspicientes, simulata sanctitate non reducantur. Atque hæc sententia, Nihil opertum quod non reueletur, & replicata ad maiorem persuasionem; neque absconditum quod non sciatur, memoriæ esset commendanda. Nam quisquis hæc in factis omnibus cogitaret, à multis impietatibus, & flagitijs abstineret.

1. Reg. 16.

Ioan. 2.

Quid à vitijs & peccatis plerumque abstinere homines possit.

Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Pro *Cubiculis* Græca vox habet, *penetralibus*, siue conclauibus. Et rationem reddit Dominus illius propositionis: *Nihil occultum, quod non reueletur*, ex oppositione luminis ad tenebras, & tectorum ad penetralia; ad significandum, quòd neque tenebræ, nec modus dicendi secretus, scilicet in aurem, nec locus occultus, scilicet in penetralibus, retinebit aliquid occultum, sed omnia in lumine, hoc est, in manifesto audientur; & prædicabuntur super tecta, nimirum in locis patulis & publicis. Alludit enim Dominus ad morem patriæ illius, in qua domus planis & tabulatis tectis finiuntur sub dio: & ideò huiusmodi loca patula erant, & aperta. Et quanquam sæpè Dominus occulta bona hominũ, vel flagitia detegat, & interdũ vel per iudicium, vel alio modo in vulgus efferat: potest tamen hoc referri ad diem iudicij extremum, de quo ait Apostolus: *Nolite ante tempus iudicare*; quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium; & tunc laus erit vnicuique à Deo. Quæcunque ergo homines apud sese cogitant, vel etiam inter se mutuò clam communicant, omnia tunc à Deo publicabuntur.

Primus sensus horũ verborum: Quæcunque in tenebris dixistis, in lumine dicentur, &c.

Tecta Palæstinorum qualia.

Alter sensus.

1. Corinth. 4.

Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quẽ timeatis; timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hũc timete. Ad homines profiteri non audentes quod verè sunt metu mortis vacui, aut aliorum incommodorum, hic sermo dirigitur. Citiùs enim omnia pati, quã peccare, aut amittere occasionem honorandi Deum, debemus. Et Apostolos seruos suos, dignatur appellare amicos, cùm ad martyriũ eos accendit; vt intelligamus præsentis vitæ mala, tormenta, mortemq; parata amicis suis, & talia esse amicitiæ eius pignora. ¶ *Ne terreamini*, inquit, *ab his qui occidunt corpus.* Absque timore necis corporeæ vult esse suos amicos. Sciebat enim vltimum terribilium, ab omnibus appellari mortem: quam timoris humani ansam excludit, dicendo: *Et post hæc non habent amplius quid faciant.* Acsi diceret, non esse vltimum terribilium occidi, sed est vltimum eorum quod potest inferri ab hominibus, & occisoribus corporis. Nam corpus, siue breui, siue post multos annos, interire necesse est: anima verò, vt corpus, interimi nõ potest. Vnde quod autor operis imperfecti in Matthæum homil. 25. dixit: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus: substantia enim hominis non est corpus, sed anima, &c. Corpus autem vestimentum est animæ.* Et infrà: *Dicã autem quod sentio verius: non solum ad vestimentum animæ caro creata est, sed magis ad tentationem eius, quasi domestica, & naturalis inimica copulata est.* Sic ille. Vbi partim videtur alludere ad id Origenis dogma de animabus ante corpora conditis; partim ad placitum eorum qui negant animã esse corporis formam. Vtrumq; autẽ in concilio Viennensi sub Clemẽte V. est damnatum, vt habes in titulo de summa Trinitate, in principio Clementinarum. Quod verò creatam dixit carnem ad tentationem animæ: intelligendum est in statu naturæ destitutæ ex peccato Adæ profecto.

Ioan. 15.

Aristot. lib. 3. Ethic. cap. 6. tom. 3.

Autor oper. imperfe. in Matth. tom. 2 operum D. Chrysost.

Origenis de anima errores.

Origen. lib. de principijs, to. 1 Concil Viennen. sub Clemente V.

Ostendam autem vobis quem timeatis. Ostendam, scilicet in lumine fidei. Docetq; vlti-

mum ter-

Quodnam vere sit vitium terribilium.

mum terribilium, in veritate non esse mortem, sed pœnam inferni, vel gehennam, vel secundam mortem. Et quod ait, *Posthæc non habent amplius quid faciant*, ostendit Dominus curam cadaueris non habendam, vel sibi eam curæ fore: sicut voluit suum cadauer ab amicis sepeliri. Commodato hac vtimur vita: occasio arripienda est, qua vtamur ea ad laudem Dei, ne reddamus eam naturæ autori sine fructu. Docet autem, solum Deum, & non homines esse timendos: nam etsi timor sit mali, quod timetur euenturum; extenditur tamen ad valentem inferre malum, vt eum, à quo timetur. Et ita Scriptura ad timorem Domini hortatur, quia solus potest verè malum inferre. Vnde ait Ecclesiasticus: *Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius:* & in Prouerbijs: *Qui timet hominẽ, citò corruet.* Annotauit hoc loco Theophylactus; quòd Christus non dicit, *Timete eũ, qui, postquam occiderit, mittit in gehennam: sed, potestatem habet mittere in gehennam. Non enim semper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, sed sunt in potestate Dei, vt etiam dimitti possint. Hoc autem dico propter oblationes, & distributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum prosunt etiam his, qui in grauibus peccatis mortui sunt, &c.* Hæc ille egregiè in nostri tẽporis Hæreticos: nisi quod per mortuos in grauibus peccatis, non culpis, sed pœnis obnoxios intelligere est explicandus. Caueamus ergo, ne vitæ præsentis amore, in Christum peccemus: hi enim plerunque, vt quod Christo negas, negare minimè possis. Hinc Cicero 1. Tusculana. *Natura quidem dedit vsuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præfinita die. Quid est igitur si quærare, cùm natura repetit, cùm vult? ea enim conditione accepimus.*

Timor quid, Deus cur solus timeri debeat, non homines.

Eccles. iiast. 34. Prouerb. 29.

Theophyl.

Viuorũ suffragia valere defunctis, aduersus Hæreticos.

Cicero.

Vnum ex passerculis non esse in obliuione coram Deo, quid.

Nonne quinq; passeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Repetit his verbis Dominus monitionem timendi, vt solus hic timor imbibatur ab omnibus. Et argumentatur à minori, ab auibus scilicet minimi pretij, dicens quinq; passerculos venire dipondio, siue, vt Græcè habetur, assiculis duobus; est enim δίωβολον, diminutiuum. Et vnus ex illis non est in obliuione coram Deo: quoniam Deus, secundùm veritatem curam habet de singulis passerculis, non solùm in genere, aut in specie, sed etiam in individuo. Est enim immensæ Dei prouidentiæ, videre singula quæque individua, & illorum curam habere sine vlla mutatione, aut actuum multiplicatione, videndi, volendi, disponendi, & curandi in ipso: nec hoc est in dubium aliquo modo vertendum apud Christianos neque etiam apud aliquos bonos philosophos. M. Tullius in libris de natura Deorum, diuinam prouidentiam apud nobiliores philosophos in confesso fuisse testatur: & hanc verè Socrates prædicauit, Plato etiam docuit non in vno loco. Thomas de Aristotele in lib. contra Gentes sic ait: *Quidam imponunt Aristoteli, quod putauerit Diuinam prouidentiam non extendi ad hæc singularia.* Ipse tamen negat ex verbis Philosophi hoc haberi: & sanè contrarium habetur apertè ex lib. 10. Ethicorum, vt secundo libro produximus. Quod verò ait Apostolus; *Nunquid de bobus cura est Deo?* non tollit Diuinam prouidentiam de passerculis; sed sensus est, Deum non sic curare boues, aut passeres, vt pro ipsis legem homines ligantem statuerit: & tamen eorum curam habet, magis ergo hominum, & multo magis seruorum, & niliorum suorum, & eorum, quos regni ministros elegit. Est autem hæc contra crucem, à singulari Dei prouidentia firmissima, & supra modum necessaria consolatio. Nam in aduersitatibus, & tribulationibus plerunq; sic sumus affecti, quasi Deus nostri amplius non recordetur. In quos Propheta ait; *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquãdo sapite: Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam? Adeò, vt capillos capitis omnes in numerato habeat.* Et in alio loco ait; *Custodit Dominus omnia ossa eorum; vnum ex his non conteretur.* Vt intelligas, & solida, & infirma, & maxima, & minima electorum suorum curæ esse Deo.

M. Tull. lib. 1. de natur. deor.

Diuinã prouidentiam bliores ex Philosophis agnouisse.

S. Thom. lib. 3. cõtra Gent. cap. 75. & Parmenid. in Theæt. Plat. 1. Corinth. 3.

Si sit prouidentia, quæ ea Apostolus negat de bobus curam esse Deo

Vnicum in aduersis solatium quodcunq; tristitiæ.

Psal. 93.

Dauid quam digne sentiens de Dei prouidentia.

Psalm. 32

Dico autem vobis, Omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis cõfitebitur illum coram Angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. Hæc omnia eo tendunt, ne vllare, vel moti, vel seducti abnegemus Christũ. Præmiserat paulò antè de gehenna, quæ certè fidelibus non videtur lusus: addiderat, Patrem cælestem suos non posse negligere, cùm etiam volucrum minutissimarum curam habeat: nunc maximam adiungit mercedem, nimirum se etiam eos agniturum. Magna est vox Apostoli: *Non enim erubesco Euangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti.* Et ad Timotheum: *Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius; sed collabora Euangelio secundùm virtutem Dei.* Et ad Philippenses: *Vobis donatum est pro Christo, non solùm vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.* Græcè est ad verbum: *Omnis qui confitebitur*

Quanta præmia seruis bonis Christus ob fidem in se.

Rom.

2. Timoth.

Philip. 1.

Cyprianus. Theophyl.

Confiteri in aliquo, Hebræis quid.

in me, confitebor & ego in illo. Et sic legit Cyprian. lib. 3. epist. 6. & Theophyl. ponderat sic dictum, quòd non possimus confiteri Dominum, nisi virtute, & gratia Christi adiuti, aut nisi in Christo maneam. Quod etsi verũ sit, simplicius tamen dicitur phrasin esse Hebræam confiteri in aliquo, pro, confiteri aliquem. Vnde Psal. 43. *In nomine tuo confitebimur in sæcula;* & Psal. 19. *In nomine Dei nostri inuocabimus,* id est, nomen Dei nostri inuocabimus.

Christũ quateus confiteri debeamus.

Matt. 7.

Act 9.

Infra 21. Tract. 16. 2. part. in ordine 61.

Porrò quando, & vbi, & quatenus conueniat confiteri Christum, diligenter inspiciendum est. Sic enim confiteri debemus, vt interim non demus sanctum canibus; neq; proijciamus margaritas ante porcos. Hinc Paulum legimus aliquando à fratribus in sporta missum per murum: & legimus eundem nõ solùm alligari, sed & mori in Ierusalem paratum propter nomen Domini Iesu. Hæc superiùs latiùs sunt edisserta.

A quibus negetur Christus.

Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum sanctũ blasphemauerit, non remittetur. Inter negantes Christum, quidam ipsum negant ex sola imbecillitate carnis, corporis cruciatus timentes, eosque vitare volentes. Alij verò negant Christum, vt frui possint, & liberiùs vti rebus temporalibus, honore, potestate, & diuitijs. Alij denique Christum & blasphemant, & negant, sola malitia, & inuidia ducti, non ignorantes, sed scientes quis, & qualis sit; vt magna pars Scribarum, Pharisæorum, ac Pontificum, qui mera inuidia, atque odio Christum abiecerunt. Abnegauit Christum Petrus ore, non corde, mortem nimirum timens: agnouit Iesum Nicodemus; sed maluit Christi esse occultus, quàm apertus discipulus. Abnegarunt plerique nulla malitia ducti, sola ignorantia seducti: ideò non poterant credere Dei filium talia agere, qualia agebat Christus, nempè edere, bibere, & dormire, familiarem esse cum publicanis, & peccatoribus. Ignorabant item virgineũ partum: miracula videntes non calumniabantur, sed admirabantur. His, & similibus, & si quid dixerint contra filium hominis, facilè remittitur, & pro talibus rogat ipse Dominus, cùm inquit, *Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.* At verò Pharisæi, & Pontifices, qui agnitæ veritati sola inuidia moti contradicebant, & opera filij Dei maluerunt calumniari, quàm potestate sua & honore spoliari, certè magis subibunt iudicium, quia peccant in Spiritum sanctum: quod peccatum non remittetur, nec in hoc seculo, nec in futuro.

Matt. 12.

Matt. 9.

Luc. 23. Pharisæi, & Pontif. Christum negãtes qui in Spiritũ sanctum peccauerint.

Matt. 12.

Ex his Ambrosius hoc loco talem format quæstionem: *Nunquid ergo maior est,* inquit, *Spiritus sanctus Christo, vt in Christum peccantes veniam consequantur; in Spiritum sanctum delinquentes, remissionem non mereantur adipisci? Sed vbi vnitas potestatis est, nulla comparationis est quæstio, neque controuersia magnitudinis, cùm magnus sit Dominus, & magnitudinis eius finis esse non possit?* Hæc ille. Hoc itaque intelligendum est, quicunque dixerit blasphemiam aduersus Christi humanitatem, fortè scandalizatus quòd cum peccatoribus versetur, peccata palàm arguat, edat, bibat, dormiat, & quæ naturę sunt humanę propria, faciat; si modo ignorantia ductus dicat; remittetur ei: sin autẽ ex industria, videns ea quæ facit, naturæ vires transcendere, ea nihilominus dæmoni adscribat: tunc in ea quæ Dei Patris sunt, & tum Filio, & Spiritui sancto communia, quod est blasphemia in Spiritum sanctum, indignus est remissione, vtpotè contra remissionis naturam & finem militans. Ex quibus elicimus, in vnam, & eandem personam admitti peccatũ in filium hominis, & in Spiritum sanctum: vt peccata ex eo distinguantur, quod fiunt vel in humanitatem, vel in diuinitatem Christi. Quod indicauit Athanasius in libro de peccato in Spiritum sanctum, & post eum Ambrosius in prædicto loco subiungens ait: *Hic videtur quibusdam, vt eundem & filium hominis, & Spiritum sanctum Christum intelligamus, salua distinctione personarũ, & vnitate substantiæ, quia vnus & Deus, & homo Christus, idem Spiritus, sicut scriptum est: Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus. Idem sanctus, quia sicut Deus pater, & filius Dominus, Dominus Pater, & Filius Deus, ita etiã & Pater sanctus, & Filius sanctus, & Spiritus S. Deniq; Cherubim & Seraphim indefessis vocibus clamant, Sanctus, sanctus, sanctus; vt Trinitas repetita tertia appellatione signetur. Si ergo vtrumque Christus est, qua est diuersitas, nisi vt sciamus quia diuinitatem Christi nobis negare non liceat?* Sic Ambrosius. Etsi autem miracula & opera Christi ad totam Trinitatem spectarent, peculiariter tamẽ Spiritui sancto tribuuntur; vt ipse Christus dixit: *Si in digito Dei ejicio dæmonia;* vel, vt alter Euangelista inquit: *Si ego in spiritu Dei ejicio dæmonia;* quoniam arguebant Dei bonitatem, & amorem erga nos. Et ideò peculiariter possunt tribui Spiritus sancti personę: etiamsi sensus in idem recidat. Verùm subtiliorem disputationem de peccato in Spiritum sanctum in librum disceptationum, qui, Octauus est, reiecimus: eo mittimus lectorem, qui desiderio plura legendi tenetur. Videtur autem hic locus de peccato in

Ambro. lib. 7. in Luc. ca. 16. init. to. 5.

Psal. 144. Quomodo Spiritum sanctũ blasphemantes, non habeãt, Christum autem habeant remissionem.

Athan. to. 3. Ambrosius.

Athen. 4. secundũ lectionem Septuag. Esa. 6.

Christi miracula tori cõmunia Trinitati cum sint Spiritui cur sancto tribuantur tamẽ.

Luc. 11. Matt. 12.

Tract. 16.

Spiritum præcipuè productus contra eos, qui non dubitat homines adhortari ad abnegationem Christi, opera & virtutes Christi non Spiritui sancto, sed potius dæmonibus adscribẽtes: id enim miris artibus tum Iudæi, tum infideles tyranni extorquere à Christianæ fidei ꝓfessoribus conati sunt.

Quum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite soliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Hæc quoque pertinent ad confessores Christi: possent enim boni discipuli dicere: Cũ nos simus ideote, simplices, & omnis literaturæ expertes, ideò te rogati nó possumus bonum & conueniens ferre testimonium. His cogitationibus occurrit Christus, dicens illis: Nolite metuere mundi tumultũ aduersum vos: sufficit Dei Spiritus benignus, ac simplex aduersus omnem, vel fraudem, vèl violentiam huius mũdi. Cùm igitur pertrahemini in synagogas Iudęorum, vel ad magistratus & potestates Gentilium, delatis magnis criminibus, nolite facere quod vulgus eorum solet, scilicet anxiè præmeditari, quibus modis verba facturi sitis, & qua ratione defensionẽ instituturi: quia Spiritꝰ sanctus in ipsa hora vobis suppeditabit, quid, & qua ratione sitis responsuri, ita vt aduersariorũ ora obstruere possitis: quemadmodum liber Actorũ Apostolicorum testatur. Nemo ergo in studijs suis præmeditatis, non in ingenio, non in mendacijs, non in amicis, aut alijs rebus vllis fidat; sed omnium se creaturarum patrocinio spoliet, atque adeò semetipsum seipso exuat: nam quo magis imparatus, & sibijpsi diffisus accesserit; eò magis aderit Spiritꝰ S. & illuminabit cor vestrum, & implebit sapientia, & eloquentia; vt victoriam obtinentes, triumphum deaduersarijs veritatis agatis.

Quibus verbis Apostolos ad confitendũ se coram hominibus Dominꝰ fulciat, ac cõfirmet.

Sed quid de prædicatoribus dicendum, qui ad certam diem, & certa de re vt dicant, conducũtur? an & illi debent nihil præmeditari? Respondeo, tales mandatum habere, vt doceant seruare ea, quæ Christus docuit Apostolos suos, vt habes Matthæi vltimo. Propterea quæcunque Spiritus Christi Ecclesiæ suæ reuelauit, operam dare debent vt sciant, & alios doceant; proinde totum Euangelium, Paulum, atque adeò sacra Biblia curare debent vt intelligant. Adhæc illa pars Euangelij, quæ in Ecclesia prædicanda proponitur, debet eis esse nota, & non ignorare, quid in ea cæteris doctoribus, & cõcionatoribus spiritus patefecerit; vt ea doceant, quatenus necessarium est: scire etiam ea quæ spiritus satanæ, & carnis inuexit, vt ea, cùm opus est, destruere, & cõfutare valeant: id enim à prædicatoribus exigitur, si hæreses vigeant. Debent orare etiam, vt & ipsis Deus aliquid significet. Post hæc prædicare habent non omnia, nec eo, quo proposuerũt ordine, ita vt serui sint suarum cogitationum; sed ea, quæ spiritus præelegerit, & si quæ alia suggesserit ex improuiso: eaque præferre debent ante cogitatis, credentes ea tunc auditoribus dici oportere. Neque perturbentur, quòd non cohæreãt cœptis: negotium enim Dei agunt, non suum, & ita debent gloriam propriam spernere, vt seruiant diuinæ voluntati, quæ scit corda eorum qui audiunt, & quo cibo indigeant eorum stomachi, aut qua medicina curandæ sint eorum plagæ. Neque etiam commoueri debent, si post prædicationem reprehendantur, quòd rebus extrarijs interruperint sermonem: quia etsi hoc aliquem læserit, diuinus tamẽ Spiritus alios qui magis indigebant, ædificare voluit. Ipse enim Spiritus nouit quibus sit dandum verbum Dei; & quorum audiẽdi dulcedo frangenda sit. Credant ergo predicatores, Deum rectorem esse verbi, & magistrum. Vbi verò nihil suggesserit Spiritus, dicant tantùm cogitata, nec obligent se ad pensum persoluendum, vt ita cogantur cœpta in arctum cogere; sed sequantur ducem Spiritum, & explicent prima & vtiliora quàm claris possint verbis. Hæc igitur de prædicatoribus: quos Paulus in Timotheo discipulo instituens, ait: *Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.*

Spiritus sanctus, vt [illegible] præsentia loquen.

1. Tim. 4.

Quod verò hoc loco Dominus dicit, nihil esse premeditandum ad respondendũ: non præcisè prædicatoribus loquitur, sed omnibus qui propter Christi fidem & confessionem ad tribunalia, & magistratus deferuntur: tunc enim, cùm instet periculum mortis, ipse voluit suos protegere, & securos tutosque reddere, quòd in certamine, vel disceptatione pro Euangelica doctrina suscepta non sint vincendi, sed victores euasuri: quod maximè spectet ad singularẽ prouidentiam Dei suos tuentis, & ad ineffabilem indicandum erga suos amorem Iesu Christi Domini nostri, cui cum Patre & Spiritu sancto, flectitur omne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum in perpetuum, Amen.

Quibus dictum sit: Nolite præmeditari quomodo, aut quid respondeatis.

Prędicatores præmeditari ne debeant quæ dicturi sunt, necne.

Vtilis institutio prædicatorum.

Act. 2. & seq. & infra. Spiritus sanctus in confessione Christi maximè assistat quibus.

TRAC-

Tract. 64.

TRACTATVS XIX.

In illa Domini verba: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Babtisma autem habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur? Putatis quia pacem veni mittere in terrã? Non, dico vobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres. Diuidetur pater in filium,* &c. Luc. 12.

Ratio connexionis.

HAec verba subiuncta sunt à Domino post duas illas parabolas, priorem: *Sint lumbi vestri præcincti*; & alteram: *Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam*; iam præsentibus verbis indicat, quo studio, & diligentia velit prædicare verbum Dei à fideli dispensatore ac prudente. Aliqui per ignem intelligũt Spiritum sanctum, qui in forma igneæ linguæ venit super Apostol. vel charitatem, & diuinũ ardorem amoris. Magis tamen congruere videtur hoc loco, intelligere verbũ Dei, siue prædicationem Euangelicam, nam ita scriptum est: *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Et iterum: *Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est omnibus sperantibus in se.* Et Iere. 5. dicit Dominus Prophetæ: *Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignẽ; & populum istũ in lingua, & vorabit eos*, & cap. 23. *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus; & quasi malleus conterens petram?* Nam vt ignis lucidus est, & calidus, & vim habet vrendi aptam materiam, & virtutem sibi assimilandi quod tangit, & purificandi metalla ab scoria: ita sanè verbum Dei per fidem illuminat illud suscipiẽtem, per charitatem, ad quam excitat, ostendit ergo genus humanum tot ac tantis Dei beneficijs: calefacit, hinc Cleophas dicebat: *Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?* Vrit etiam eos, qui se illi opponunt; aut aduersantur, dum æterna gehennæ supplicia illis cõminatur, & carbones cõgerit in capita illorũ. Reddit etiam sibi similes se suscipientes, quemadmodũ semen in terram iactũ vim habet assimilandi sibi terram; dum impertitur Spiritum sanctũ, quem audientes verbum Dei, suscipiunt. Vnde & Act. 10. Spiritus sanctus descendit in eos qui audiebãt verbum Dei: dum etiam nos Deo similes efficimur, à quo missus est hic ignis, & semen in terram cordium nostrorum disseminatum est: postremò corda hominum ab omni peccati scoria, & impuritate permundat; vnde Dominus inquit: *Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.* Vide igitur quãto ardore sitierit Christus salutem nostram, & cursum Euangelij: *Ignem*, inquit, *veni mittere in terram.* Significat hoc verbo Dominus, secum de cœlo attulisse hũc ignem: & planè omnes illo igne accensos reddit cœlestis vitæ, & præmij amatores.

Quẽ ignem venit Iesus mittere in terram.

Act. 2.

Psal. 118.

Prou. 30.

Ioan. 15.

Christi zelus ardens salutis animarũ nostrarum. Luc. 12.

Et quid volo nisi accendatur. Id est, quid aliud magis habeo in votis, quàm vt per totum terrarum orbem euulgetur, ac propagetur? Quanquam Græcè dicatur: & quid volo, si accensus est. Ita enim Theophyla. id est, nihil aliud postulo, & satis est mihi, si in cordibus vestris accensus est. Hieron. interdum vertit: *Et quàm volo vt ardeat.* Est enim significatio voti in particula *Si*, neq; aliud supereſt desiderãdum, nisi vt crescat, & extendatur. Accensio enim est principium, & desiderat complementum. Sic lucernas fidei lumine ardentes in manibus fidei habete, vt vobis, cæterisque lumen efficiant, & aliorum quoque lucernas, quos vicarios vestros constituistis, accendant. Sed quoniam Euangelium Christo nondum passo, non debebat vim suam exerere, quoniam Apostolis dixerat: *In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis*; at Christo passo, Apostoli erant mittendi, illisque dicendum *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ*, & iuxta Prophetam: *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*; tum demũ hic ignis verbi rectè accendendus erat, ita vt peccatorum scoriam deuoraret, & fidelium corda ad amorem Dei inflammaret: id quod apparentes illæ igneæ linguæ in die Pentecostes significarunt: propterea rectè subiungit:

Ignem in terram missum, vt velit Christus accendi. Theophyl. in Luc.

Quas lucernas habere ardentes debemus in manibus nostris

Verbi Dei proprietates atque virtutes, quot & quantæ. Luc. vlt.

Prou. 25. Rom. 12.

Ignis ille Christi missus in terras quo opportunio i tempo e debebat accendi. Matt. 10. Mar vlt. Psal. 18. Rom. 10.

Act. 2.

Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor vsq; dum perficiatur? Baptismi enim nomine, passio Christi cruenta significatur. Sic enim aliàs dixit filijs Zebedæi: *Potestis bibere calicem, quem ego bibo, aut bibiturus sum; aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* Vbi nomine calicis in terna animi afflictio, quia ex calice potamus, & in stomachum traijcimus; nomine verò baptismi, externa sanguinis lotio, siue corporis cruciatꝰ significatur. Fuit etiam Christo mors ipsa baptismus, quia fuit mortalis absolutio, & ad vitam cœlestem purgatio. Christus ergo de baptismo ignis, siue sanguinis, sermonem facit: nam aquæ baptismo, etsi eo non egeret, iam erat à Ioanne baptizatus. Vult ergo Dominus baptismo ignis ante alios baptizari, opprobria, tormenta, & mortem ipsam sustinendo, vt quacunq; ignis parte alios baptizare

Quo baptismate Christꝰ habebat baptizari.

Mar. 10.

Duplex Christi baptismꝰ.

Matt. 3.

velim, sine vllo rubore possim: & nemo recuset eam in parte ignis venire, in quam me viderit prius venisse.

Quàm ardēs Christi desiderium patiendi.

Et quomodo, inquit, *coarctor, vsque dum perficiatur?* Vult dicere: Scio quod mortis genus me maneat: sed tantùm abest, vt me ab instituto meo deterreat, vt etiam mihi interim omnis mora longa sit, donec quod instat, perficiatur. Cupio citò baptizari: hora mea nondum est, & multi salute indigent: neque per alios efficere possum, nisi prius ipse ostēdam modum. Functio mihi commissa est, horam præuenire non possum, neq; expedit id: habeo plura, quæ ego faciam, & loquar: semper aliqua huius ignis parte baptizor, sed nondum toto igne. His igitur verbis Dominꝰ Iesus paullatim ignē in cordibus Apostolorum accendebat, vt non modo à paupertate, vel nuditate, vel fame non timerent, sed nec etiam à maledictis, tormentis atrocibus, ac morte ipsa. Indicauit hanc sitim pro nobis patiendi etiam aliàs, vt cùm dixit: *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar:* & cùm Iudæ inquit, *Quod facis, fac citius*, vt se morte ipsa, & inimicis superiorē ostenderet.

Christus illū ignē in cordibus discipulorum cur accendere volebat.

Luc. 22. Ioan. 13.

Putatis quia pacem veni mittere in terram? Non dico vobis, sed separationem. Ex his verbis quidam volunt, ignem, de quo supra locutus est, intelligi dissidium, & tribulationem, quæ ex occasione Euangelij exoritura erat, & nunc expressiùs explicari. Quæ licèt non sint absurda: tamen quæ diximus de verbo Euangelij maximè congruunt. Nam illo post passionem Christi per vniuersum orbem disseminato, maximæ controuersiæ, & dissidia nata sunt. Itaque nolite timere homines, quia ipsi venient vt persequantur vos; & sic igne vestro & ipsi corripiantur, & à persecutoribus persecutionem vobiscum pati velint. Venit ergo mittere, non pacem, sed gladium, vel separationem. Separatur enim terra à Principe mundi huius, & bellum habet: separata verò iungitur Christo, & ita pax est in terra. Christus igitur hic iter ad pacem ducens commemorat; Angeli verò qui cecinerunt; *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; ad finem spectarunt, ad quem ordinatur bellum. Sicut Dominus alio loco dixit: *In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.*

Quem ignē Christus venit mittere in terram, secundum aliquos; sed minùs appositè.

Christus idē quam venit mittere separationem in terram.

Luc. 2.

Ioan. 16.

Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres. Sensus est: Ex hoc tempore quo Euangelica doctrina incipiet vt ignis accendi, sequentur grauissimæ persecutiones: nam pater filio nō parcet, nec filius patri, nec mater filiæ, nec filia matri, aut socrus nurui, vel nurus socrui; ita vt coniunctissimas quasque societates Euangeliū dissoluat. Et quod dicitur: *Erūt quinque in domo vna diuisi, tres in duos, vel duo in tres*; imparitatem vtrinque significauit. Quandoq; enim duo conuertentur, & tres contra illos bellum indicent: & è cōtrario. Vult ergo dicere Christus: Ego non potui Euangelium annuntiare nisi magna persecutione: & vos manet baptismus vester, quem vos subire necesse est, si modo ignis Euangelici cursum vultis promouere. *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.*

Quantā separationem sanguinis Euangeliū facere debebat in orbe prædicatum, teste Christo.

Ex huius locu occasione multi nō intelgentes Scripturæ sententiam, calūniati sunt Dominū Iesum, & doctrinam eius, quemadmodū Simon ille Magus, vt scribit Clemens libr. 2. Recognitionum: qui contendebat hunc sermonem pugnare cum eo, quod ante dixerat: *Beati pacifici.* Iudæi verò in hodiernum vsque diem obijciunt, Messiam fore Principem pacis, iuxta vaticinium Esaiæ cap. 9. Nostrum verò Christum ex professo ferere bellum, cùm dicat se non venisse vt mitteret pacem; sed separationem, & gladium. Verùm neutri intelligūt quantum intersit inter eam pacem, quam habent inter se homines scelerati, dum conspirant aduersus innocentes; item quam quisque impius in sua libidine, auaritia, & superbia habet; atque veram illam pacem, qua homo Deo, Angelis, atque omnibus sanctis coniunctus, contemnit carnalia hęc & mundana: nam huius pacis Princeps est Christus, qui ad eam confirmandam misit gladium verbi sui; quo, resectis ac trucidatis carneis illis & pestiferis affectibus, qui spiritui repugnant, ipsius Spiritus regnum assereret. Hæc est illa pax, quæ verè credentibus datur, vt gaudentes de remisso peccato, & donata gratia, mutua se charitate & pace complectantur, quæ, teste Paulo, exuperat omnem sensum. Ideò Dominus quam pacem nobis relinqueret, exprimens dixit: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Abutuntur ergo hoc loco nostri seculi hæretici, dum deprauatis ac detortis Scripturis, dogmata sua seditiosa contra orthodoxam Ecclesiæ Catholicæ sententiam, & contra Spiritum sanctum statuere, atque defendere conantur: illud suis dissidijs atq; seditionibus tanquam prętextum addentes, Christum dixisse se venisse mittere gladium & separationem. Sed quis nesciat, eo colore se posse tueri omnes hæreticorum sectas? imò omnes homicidas, fures & proditores, qui suis flagitijs, & seditionibus Reipublicæ pacem perturbant? Quare meritò

Efficax quæ vna ratio Euangelij prædicandi mouendi. *Ioan. 15.*

Si Christus erat princeps pacis, cur pacem non venit mittere sed separationē, & bellum? Simon obiciebat Magus ac Iudæi. *Clem. Rom. Matt. 5. Esa. 9.*

Hæc calumnia confutatur.

Quam dat Christus pacem discipulis suis.

Philip. 4. Ioan. 14.

Hæresis veterum separationis, quam Christus damnat, quamdetoqueant inuidiose.

à Princi-

pibus Catholicis tales, vt seditiosi, capite plectuntur.

Quàm apto Christus exemplo, ac similitudine Iudæorū curiositatem simul, & incusiam stoliditatemq; coarguat, & incutiat.

Dicebat autem ad turbas, Cùm videritis nubem orientem ab Occasu, dicetis, Nimbus venit: & ita fit. Et cùm Austrum flantem, dicitis, Quia æstus erit: & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Cùm superius de prædicando fideliter & prudenter Euangelio in orbe terrarum locutus fuisset, & monuisset quid pronuntiato Euangelio futurum esset, nimirum magnum in mundo hoc & dissidium, & odium inter sanguine coniūctissimos, quod à mundo tribuendum erat præconibus Euangelij: propterea Christus præoccupatione quadam respondet, Iudæos in rebus nihili, satis curiosos esse; sed in rebus ad pietatem pertinentibus planè stupidos. Ex cœli motionibus iudicare possunt quid crastina dies paritura sit, raroque suis coniecturis falluntur: at verbum Dei minùs fallere potest, quàm ventorum cursus. Si igitur Iudęi animum aduertissent ad Scripturæ arcana, sicut ad res lōgè vilioris momenti animum adiecerunt; non difficilè inuenissent quid de Christo, eiusque discipulis sentiendum foret. Vnde Dominus dixit: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi; de me enim ille scripsit. Si autem illius literis nō creditis; quomodo verbis meis credetis?* Christus siquidem iuxta Prophetarum perscriptum omnia egit: non solùm vt agnosci potuerit à Iudæis, sed etiam debuerit. Erat enim, iuxta Esaiam, ex virgine conceptus; iuxta Michæam, natus in Bethlehem; iuxta vaticinium Balaam, stella noua indicatus; iuxta Iacob, post ablatum à Iuda sceptrum venit; iuxta Esaiam, in Nazareth educatus; iuxta Ieremiam, piscatores miserat; iuxta Baruch, in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Rursus iuxta Esaiam, Præcursorem clamantem in deserto præmiserat. Signa ipsa quæ prophetata sunt, operatus fuerat. Denique omnia quæ de Messia prædicta fuerant, ad illud vsque tempus, quo Dominus hæc dicebat, completa videre poterāt, si oculos aperire voluissent. Et ad turbas loquitur, hoc est, ad eos qui in turba peritiores erant, & qui Scripturas legere, & intelligere poterant. Propterea hypocritas eos vocat, arguens omnia ab illis fucatè, & dolosè fieri, vt qui nullam aliam ob causam ignorantiam prætendunt, nisi vt impietatis suæ prætextum aliquem habeant.

Ioan 5. Vnde Iudæi aduersū Messiæ nō obscure coniectare facilè, & poterant, & debebant. *Esa. 7. Matt. 1. Mich. 5. Matt. 2. Num. 24. Matt. 2. Gen. 49. Iere. 16. Baruch 3. Esa 40. Matt 3.*

Quos Christus de turba allequēs, hypocritas nominabat.

Nimbus in terra Chanaan vnde fiat, quid sit.

Ad literam nota, orientem ab Occasu, id est, mari magno & Occidentali Chanaā, signum esse, vt plurimum nimbi, nempe tempestosæ pluuiæ: hinc 3. Reg. 18. narratur, puerum Heliæ vidisse nubeculam paruam, quasi vestigium hominis ascēdentem de mari: quam consecuta est pluuia grādis, vel vt Græcè dicitur ὑετὸς μέγας. Auster verò suaptè natura calidus & siccus; sed in Europa est pluuiosus, quia venit ad eam per Mediterraneum mare, & materia multa maris cōuertitur in ventum: quæ etiam in pluuiam soluitur, cumque sit humidus, & calidus, nubes humectat, & soluit: in terra verò Chanaan transitus per deserta Africæ calida & sicca, æstum efficit, id est, siccitatem & calorem: ex quibus fluūt aromata, quemadmodum Sponsa dixit: *Surge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Alludit igitur Dominꝰ ad morem terræ Chanaan; nam in alijs terris aliter contingit, vt diximus. Hæc autem B. Augustin. lib. 2. quæst. Euangelicarum, qu. 27. mysticè interpretatur in hunc modum: *Quod Dominus dicit, Cùm videritis nubem orientem ab Occasu: carnem suam à morte resurgentem significat. Ex illo enim omnibus terris, imber Euangelicæ prædicationis infusus est. Austrum flantem ante æstus, tribulationes leuiores ante iudicium.* Sic Pater sanctus ille exponit, licèt aliter Theophylactus.

Auster suapte natura calidus & siccꝰ; cur sit in Europa pluuiosus, & humidus.

Vnde fluant aromata. *Cant. 4.*

B. Aug. to. 4. Nubes ortæ ab Occasu quid mysticè August.

Theophyl.

Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare. Id est, quæ in cœlo, vel in terra nostis coniectare, & diuinare, in quibus parum est fructus: hoc autem tempus quomodo non probatis esse Messiæ, cuius certiora & confirmatoria sunt argumēta, nempe Scripturæ, ablatum sceptrum, Hebdomadæ Danielis, Præcursor clamans in deserto, Miracula & prodigia, conuenientia rerum cum scriptis? Quasi dicat; Si in rebus tam incertis tantùm coniecturis ducti non erratis, multo minùs errare potestis ex signis diuinis, & Scripturis, si ad illas intelligēdas animum appelleritis.

Gen. 49. Dan. 9. Esa. 40. Iudæorum crassities.

Quid autem & à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Ne aliqui causarentur ignorantiam Prophetarum, addit hoc, ostendens, eos, etsi literas nesciant, naturali tamen ingenio & sagacitate posse dignoscere eum, qui opera fecit, quæ nullus alius feciſſet, illum supra hominem esse & Deum extitisse: cùm etiam qui vitam tam sanctam, qualem Christus habuit, coleret; & legem tam perfectam amoris Dei, & proximi daret, ipsissimum esse Messiā: quia bonę menti Deus non defuisset, & fidem infudisset. Vnde quidam apud Ioannem dicebant: *Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?* Cùm ergo cæcitatem illorum increparet, quòd signa temporis huius non probarent; signa verò temporis pluuiæ &

Iudæi vel rudes & imperiti vnde Christi diuinitatē poterant agnoscere, ac dijudicare. *Ioan. 15.*

Ioan. 7.

æstus internoscerent: id modo subiungit, cur videlicet & à vobisipsis, id est, ab insita vobis ratione naturali, & ex internis quod iustum est, non indicarēt. Longè siquidem peius est intus habere exemplaria, & errare; quàm errare circa cognitionem pendentem ab exterioribus signis.

Naturalis notitia boni, vel mali, quàm vim habeat. *Rom.1.*

Nota etiam, iudicium fieri de his, quæ à natura nobis nota sunt: & hæc ad damnationem fiunt, sicut item & ad salutem, & vt Apostolus docet ad Roman. *Lex ipsa naturæ facit nos inexcusabiles.* Adhæc, quia inuitati ab Spiritu sancto, resistimus gratiæ Dei, non minùs quàm naturali bonitati, & ita augemus peccatum nostrum. Nam inspiratio & sermo Christi vrgebat eos ad contrarium credendū: verùm illi inspirationi resistebant. Propterea subiungit: *Cùm autem vadis cum aduersario tuo ad Principem, in via da operam liberari ab illo, ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.* Hūc sermonem, parabolæ speciem habentem libr. 5. latiùs disseruimus, nonnulla tamen superioribus tantùm addenda hoc loco esse censui: nimirum quorsum hæc similitudo hoc loco producatur. Nam à Matth. est allata ad materiam compescendæ iræ, & præcepti: *Non occides*; hic autem adfertur ad materiam dissidij & odij, quod intercessit inter affines & sanguine coniunctos ratione Euangelij; vicissimq; ineant concordiam, qui malè fuerunt discordes: quod B. Ambros. adnotauit dicens: *Ille enim* (inquit, scilicet Matthæus) *de reconciliandapace fratrum dissidentium dicendum putauit, hic de pœnitentia & omnis emendatione delicti.* Et ita hoc verbo adhortatur ad studium concordiæ, & fraternæ dilectionis. Et ita per aduersarium, intelligimus eum, qui nobiscum dissentit, & bellum nobiscum gerit. Ambrosius per aduersarium, intelligit diabolū, à quo liberamur, si ita instituerimus vitam, vt nihil in nobis quod suum est, ille inuenire possit; sicut Christus dixit: *Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam*: nam ille præcipuus est aduersarius, qui serit illecebras delictorum; vt habeat in supplicio participes, quos habuit in errore consortes. B. Augustinus per aduersarium, intelligit verbum Dei, siue sacram Scripturam, quæ cupiditatibus obstrepit nostris, ea prohibens, quibus maximè delectamur: ea præcipiens, à quibus abhorremus: cum quo pacem inimus, & à quo liberamur, si illi pareamus. Et in idem redit, quòd alij aduersarium intelligunt synteresim, vel stimulum rationis bellantem contra prauum affectum. Ideò timul describuntur ire in via: quoniam hæc individua comes hominis remordens ratio, stimulansque conscientia: nam superiùs increpabat hypocritas, quòd habentes euidentia signa temporis Messiæ, non curabant illa examinare: & habentes in seipsis rationes iustitiæ moralis, non sequebātur illas. Omnes autem hi sensus, cùm ædificare possint, non sunt reijciendi. Nos interim dum in via sumus, rogemus Dominum, vt mittat nos in carcerem suæ charitatis; & faciat vt vsque ad vltimum quadrātem exoluamus; & vt quotidie nobis bona largiatur, vt possit quotidie plura exigere, & sua die pro sua munificentia & iustitia, opera nostra remunerare, annuente, atque opem nobis ferente Iesu Christo Domino nostro, qui cum Patre & Spiritu sancto orbem terrarum, ac præcipuè creaturas ratione præditas, atque intelligentia, regit ac moderatur, beatasq; efficit, in sempiternis æuis, Amen.

Cui aduersario dū est in via consentire debemus. Secūdus sensus B. Ambr.

Ioan.14.

Tertius B. Augustī. *Augu. li.1. de serm. Domin. in Mon ca.11. in fin. to.4.*

Synteresis officium.

Quem mittat in carcerem vt verè liberemur à Domino postulare debeamus.

TRACTATVS XX. Tract.65.

In historiam diuitis Epulonis, & Lazari mendici, quę habetur Lucæ 16. *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byssō: & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius*, & reliqua.

Ex hoc Euangelio quam constent errores.

PRæstantissimum est, atque adeò vtilissimum præsens Euangelium, ex quo multos errores, & illos quidem non leues, sed valde noxios, & pernicioſos possumus reuincere. Primum dicentium nullam esse Dei prouidentiam erga res humanas; quod dogma quàm sit falsum, & à veritate remotum, indicat præsens historia. Secundum; Animam esse mortalem, & simul cum corpore interire. Tertium; Non esse aliam vitam quàm præsentē: sed infelix ille Epulo, magno suo malo, aliam esse expertus est. Quartum; Paupertatem, rem esse fugiendā & abominandam; quam tamen etsi satis Christus honorificauerit, & exemplo sacrauerit suo, voluit tamē Lazarum in summo paupertatis genere constitutum, deportari in sinum Abrahæ ab Angelis, ob mendicitatem patienter toleratam. Quintum; Omnes, qui bene habent in hac vita, melius

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

habere

habere in altera, quod vulgus in ore habere solet: cum tamen huic Epuloni dictum sit; Recepisti bona in vita tua. Sextum; Inferni pœnas & supplicia, fabulam quandam esse, vel commentum Poëtarum, ad puerorū, & mulierculārum terriculamēta excogitatū: quemadmodum quidam Ethnicus dixit:

Sextus.

Iuuen. Sat.2.

Esse aliquos manes, & subterranea regna,
Nec pueri credunt, nisi qui nondum æra lauātur.

Septimus.

Septimum & postremum, vulgi errorem; solet enim populus dicere; Si quis à mortuis resurgeret, & ab inferis ad nos rediret, facilè crederemus; & pœnitentiam de peccatis ageremus. Isti omnes errores apertissimis verbis à Domino in hac historia Epulonis, & Lazari confutantur. Sed antequam ad literam explicandam accedamus, ille primus labor nobis est subeundus, vt explicemus, num, quæ hic narrantur, parabolica sint, an verò historica, & prorsus res gesta. Nam etsi parabolicè, & historicè dicta eandem veritatem doceant, & eandem vtilitatem præstare valeant; tamen nonnihil est vtilitatis in hac speculatione. Hoc enim posito, quòd historia nihil aliud sit, quàm narratio rei alicuius verè gestæ; Parabola verò, narratio alicuius rei sensibilis efficta ad docendum spiritualia: tamen quoniam magis mouere solent exempla, & inter exempla, magis illa, quæ continent res verè gestas, quàm quæ continent res confictas, & ad docendum accommodatas; propterea maiorem energiam, & efficaciam habebunt quæ hic narrantur, si verè acciderunt, quàm si ingenio Domini tantum essent excogitata, & ad docendum composita. Vnde de libro Iob apud nonnullos in controuersiam venit, an fuerit historicus, an verò parabolicus. Nec dubiū est, quin historicus extiterit, & quòd Iob fuerit in rerum natura: vnde & ad patientiam eius exemplo magis præmunimur, quàm si tantū ficta fuisset persona: Ita hoc loco efficacius permouemur ad timenda supplicia æterna, & ad ferendam æquo animo paupertatem, si Epulo iste, & Lazarus verè aliquando extiterunt.

Historia, & parabola in quo differāt.

Exēpla quæ magis mouent.

Liber Iob historicus an fuerit, an parabolicus.

Quidam igitur ex Patribus, vt Gregorius Nazianzenus Carmine de parabolis Lucæ Euangelistæ, & iterum Carmine de parabolis quatuor Euangelistarum, Chrysostomus quoque, ac Theophylactus, atque Euthymius scribentes in eam, apertè tenēt esse parabolam, & artificiosè compositam narrationem, non historiam, vt apertè tradit Theophylactus: quos secutus est Caietanus. Alij verò permulti putant esse veram historiam: quos posteà recensebimus. Tertiò sunt alij, qui docent simul esse historiam, & parabolam: in quam sentētiam descendit Iustinus martyr libro quæstionum & responsionum, quæst. 60. his verbis: *Porrò quæ de Lazaro, & de diuite instituta est narratio, neque parabola est, neque historia. Nam parabola, est oratio rei fictæ, ad eam, quæ futura est similitudinem complectens; Historia verò, commemoratio rei factæ expositionem continens. Neque enim ante resurrectionem vitæ cuiusque peractæ retributio contingit, neque post resurrectionem illud est verum: Habent Mosen & Prophetas, ipsos audiant. Est autem de Lazaro, & diuite narratio, euidens, & illustris representatio doctrinam illam habens, post diuortium animæ à corpore, prouidentia & studio nullo homines opem aliquā consequi posse.* Sic ille. Huic sentētiæ facilè subscripserim. Est enim reuera historia aperta, sed q̄ multa parabolica, & metaphorica contineat, & quæ non nisi symbolicè explicari queant: vt, quæ dicūtur de oculis Epulonis, de clamore eius, & de lingua flamma cruciata, de digito aquæ inspersō, de hiatu magno, & sinu Abrahæ, ac similibus: quæ constat dicta esse per metaphoram: ad quod respicientes nonnulli ex Patribus, asseruerunt illā esse parabolā.

Euthym. cap. 59. in Luc. Caietanus. Secunda opinio. Tertia. *Iustin. mart. tom.3.* Quid parabola sit, quid historia.

Quòd verò fuerit vera historia, ac proinde meritò hoc loco, & non in libro Parabolarum sit reposita (nam magis est attendenda res ipsa, quàm modus narrationis) ex multis ostenditur. Primò, quia Euangelista non dixit, vt solitus est dicere, Dixit Iesus ad illos parabolam; etsi Missalia quædā in Gallia impressa illud habeant, ab aliquo fortè putante esse parabolam adiecta: sed Romanum Missale etiam emēdatum illud non habet: Græci verò deprehensi sunt quidam codices habere δ' ἑτέραν παραβολὴν, id est, *Dixit autem & alteram parabolam.* Sed codex, quem habuit noster interpres, & multi ex Græcis hodie illa verba non habent, neque Euangelium Syriacum. Quare tanquā suspecta eiusmodi verba habenda sunt, sicut etiam glossæ nouæ hæreticorum non placent. Deinde habemus ex Latinis B. Ambrosium super hunc locum, & ex Græcis Cyrillum, Euthymium atque Leontium, qui ex annalibus Hebræorum hanc historiam referunt, fuisse videlicet diuitē quendam virum, qui dicebatur Nineusis, & mendicum Lazarū. Audi verba Euthymij: *Aiūt autem quidā ex traditione Hebræorū, quòd iuxta ea tempora diues ille fuerat Nineusis appellatus, & mendicus iste Lazarus: post quam autem vterque mortuus est, formauit Christus parabolam de rebus ab illis gestis, & futuras ipsorum retributiones quasi iam factas narrauit, timorem ijs, qui diuiti illi adhæserant, immittens, vt diximus; eis verò, qui ad pauperem*

Quæ de diuite Epulone, & Lazaro mēdico à Domino dicuntur, historica esse, non parabolica, multis ostēditur. *Lib.7.* Prima ratio.

Secunda. *Ambros. li.8. in Lucam, c.1. initio. Cyrill. lib.12. in Ioan. c.22. in fine, to.5. init. Euthym. loco supradicto. Leontius Episcopus.* Diuitis Epulonis proprium nomen quale fuerit.

Abdias.

Luc.7.

Tertia ratio. *Hieron. to. 1. Idem ibid. B. Hilar Irenæus.*

Tertullian. par.1. Orig. tom.1. Greg. lib.4. dialogo. c. 32. to.1 & hom. 40. in Euang. tom. 2. Lyranus.

Quarta ratio, seu coniectura.

Librum Iob historiam esse, non parabolam, vnde constet.

Chrysost. in hom. in Luc. de diuite, initio. tom. 2. circa finem.

Parabolæ illæ sunt (ait Chrysostomus) vbi exemplum ponitur, & tacentur nomina.

Idem tom. 2. prope finem. Caluin.

Ioan.11. Supra 3.

Quinta ratio.

Sexta ratio ac postrema.

hunc attinebant, consolationem, & his autem, & illis vtilitatem. Abdias verò lib. 5. in vita Ioannis Euangelistæ, historiam hanc contestatam fuisse veram etiam ab adolescente suscitato à Domino, confirmat, si tamen eiusmodi autori fides vlla sit habenda. Tertiò, accedunt alij Patres, vt Hieronymus ad Marcellam de Exitu Lætæ, & ad Paulã de Obitu Blesillæ filiæ, vbi quasi historiam tractat, sicut B. Hilarius in Psalm. 122. Irenæus libr. 2. cap. 63. asserit esse enarrationem. Et lib. 4. cap. 4. initio: *Non autem fabulam retulit nobis pauperũ & diuitis*: quibus verbis videtur excludere parabolam, quæ docendi gratia confingitur. Tertullianus libro de resurrectione carnis; & Origenes hom. 9. in Ezechielem, vocant exemplum: Gregorius in dialogis, & in homilia, & Lyranus, vocant rei gestæ narrationem. Quartò, ex nominibus proprijs, Lazari, Abrahæ, Moysi, & Prophetarum, quæ non solent apponi in parabolis. Et hæc ratio conuincit librum Iob esse historicum, quia produxit nomen proprium, & sociorum eius, & prouincias vnde essent orti. Hanc rationem expendit Chrysostomus homilia quadam in hoc Euangelium, dicens: *Reprehensus fuerat Dominus à Pharisæis, qui auari erant: propterea ponit exemplum, imò in exemplum parabolæ veritatem. Neque enim in parabola dicenda nomina sunt. Parabolæ illæ sunt, vbi exemplum ponitur, & tacentur nomina. Vbi autem dicitur, Abraham, & Prophetæ, & Lazarus, & Moyses, hic verus Lazarus.* Hæc ille. Et homil. 1. de Lazaro & diuite, promiscuè vocat parabolam, & historiam. Probat eandem rationem Origenes in cap. 1. Iob, Perionio interprete. Hoc argumento permotus Caluinus, vocat hãc narrationem, exemplum, historiam, & rem gestam. Neque probat esse parabolam modus dicendi: *Homo quidam erat dives*, & quæ sequuntur: quia etiam in historicis eodem dicendi charactere Euangelista quandoque vtitur, vt: *Erat quidam languens Lazarus, à Bethania*: ac rursus: *Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.*

Quintò, idem probatur ex eo, quòd B. Lazarus vbique sanctus, & pauperum Protector, altaribus, & imaginibus colitur, & inuocatur: ergo nequit esse res aliqua ficta, aut parabolica. Et fuit hic Lazarus ab Ecclesia in numerum diuorum relatus, distinctus à Lazaro fratre Mariæ, & Marthæ: nã hic, & non ille, pauperum aduocatus, & morbo contagioso laborantium, vt patronus inuocatur. Postremò, cùm dixisset parabolam villici iniquitatis, & iniquè dispẽsantis bona domini sui, & hortaretur eos, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, & Pharisæi Christum risu excepissent, quoniam auari erant: tunc Dominus obiecit exemplum rei gestæ, & veræ historiæ, ponens ante oculos illorum gehennæ supplicia, quæ manent immisericordes, & opibus abutentes, & gaudia Paradisi pauperibus læto animo paupertatem suscipientibus parata. Et hæc satis de hac quæstione: iam ad literam explicandam accedamus.

Cur pa[u]peres esse [v]oluit [i]do, ac di[u]tes.

Homo quidam (inquit) *erat dives*, Dei prouidentia multos pauperes, & multos diuites esse voluit (cùm potuisset omnes ex æquo ditare, vt vnus alterius opera non indigeret) vt rationem inueniret, qua diuites bona sua in pauperes erogantes, & pauperes suam fortunam patienter ferentes, & aliorum eleemosynis viuentes, atque pro illis Domino supplicantes, vtrique seruarentur, & mercedem amplam à Deo cõsequerentur: itaque alter alterius opera indigeret. Sed si quid rationi est credendum (est autem multum) diuites pauperibus magis indigent, quàm ècontrario. Nam diuites, nisi inopes subleuent, seruari nequeunt: ideò si vel solum apud Indos Orientales, siue Occidentales inueniri possent pauperes, illuc esset diuitibus magis nauigandum, vt pauperibus possent benefacere, & cogendi essent ab eis, vt eleemosynam erogatam susciperent, quàm vt auro, & lapidibus pretiosis, aut alijs opulentis, & ditissimis mercibus nauem oneratam ex Oriente, aut Occidente reportarent.

Diuites [p]peribus [m]magis [i]gent, quã [e]contra

Qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Nimirum hunc fructum ex diuitijs capiebat, vt in vestitu splẽdido, & lautis conuiuijs eas insumeret, pauperum prorsus immemor, ac proinde ferus, & inhumanus. De obscœnis corporis voluptatibus nihil dixit Christus: Sed ratio ipsa satis suppeditat, eos, qui se cibis, & potibus frequenter ingurgitant, in varia carnis flagitia facile prolabi. Verbum Græcum, *Epulabatur*, est ἐυφραινόμενος. id est delicijs oblectabatur, & lætabatur, vt non tantùm deliciæ epularum repræsententur, sed quòd eas cum iocunditate & lætitia sumpserit, & celebrauerit cõiuia cum voluptate amicorum, cum musicis instrumentis, & alijs, quæ solent lætas reddere epulas.

Dives Epulo quem tractum ex diuitijs infelix capiebat.

Gulosi in quæ vitia prolabãtur.

Dives etiam ille quomodo epulabatur quotidie splendide.

Cùm autem duo sint diuitum genera, quidam epulones, & splendidè viuentes, quidam verò miseri & tenaces, qui vt pecuniæ parcãt, inediæ, & iciunijs minimè præceptis se dedunt: atque hi deteriores sunt prioribus. Quare damnato priori diuitum genere à Domino, & hoc posterius quod

Duo genera diuitum, & quinam ex[t]eris deteriores habeantur.

dete-

Auaritiæ, an profusionis sit deterius malum.

Homo vnde dicatur.

Dives Epulo quam hominis erat nomine indignus.

Alia hominis etymologia. *Varro. Quintil. lib. 1. cap. 6.*

Adam vnde dictus, & quid Hebr. significet.

Epulonis cur nomen suppressum à Domino.

Secunda ratio.

Prou. 10. Psal. 108.

Tertia ratio. *Psal. 47.*

Psal. 9.

Psal. 48.

Diotũ quam celebre nomen in Scripturis. *Psal. 70. Psal. 111. Luc. 10. Eccl. 4.*

Epulo cui so[l]idies erit.

Plato ad Architam: & Cicero lib. 1. de offic. propè initium, ex eodem. *Eccle. 4.*

deterius est, condemnatum intelligimus. Certant enim quidam plerunq; quodnam sit deterius vitium, auaritiæ, an profusionis? Et minimè dubium est, auaritiam, cæteris paribus, profusione esse peiorem. Nã vbi auarus & prodigus cõtra iustitiam peccant, aut contra liberalitatem, semper peior sors est auari: & tunc tantùm prodigentia est deterior, quando contra iustitiam militat, & auaritia contra liberalitatem.

Vocatur diues iste, homo: quòd si homo dicitur ab humanitate, aut ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος, aut homo qui ratione præditus est: certè hic hominis nomine indignus erat. Etenim crudelis erat, non humanus, neque concordabat cum proximo, cui non subueniebat, neque vllam rationis scintillam indicabat, quia vt bellua crapulis, & conuiuijs, quibus ratio absorbetur, indulgebat. Si autem homo dicatur ab humo, vt Varroni placuit, licèt reprobetur à Quintiliano, iure erat homo terrenus, & idcircò aridus, frigidus, & grauis, atque adeò vanus: quemadmodum nomen Hebræum Adam ab adama, quod terram rubram significat, deriuatur.

Additur, *Quidam*, indignus nomine, quod suppressum est consultò, ne, eo expresso, quenquam scandalizaret, & vt doceret ita esse detegenda peccata ex zelo iustitiæ, vt personis ex charitate parcamus: contra verò, vbi virtutes proferimus, tunc enim licitum est personam, vt Christus Lazarum, nominare. Deinde ostendit Dominus, diuites huius mundi sine nomine esse apud Deum: scriptum est enim: *Nomen impiorum putrescet*: &, *Deleantur de libro viuentium & cum iustis non scribantur*. Item, quoniam impij, teste Propheta, vocauerunt nomina sua in terris suis, voluit Dominus, vt per mortem amittant memoriam & famam, secundùm illud: *Periit memoria eorum cum sonitu*: &, *Dominus in æternum permanet*. Et iterum: *Quoniam cùm interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* Contrà verò de pijs dicit Spiritus Sanctus: *Honorabile nomen eorum coram illo*: &, *In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.* Et Dominus: *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Cùm verò ait: *Quidam dives*, insinuat, quòd sibi soli, & non alijs, dives erat: cùm tamen non solùm nobis nati simus, ortusq; nostri partem patria vendicet, partem parentes, partem amici, vt dicebat ex Platone Cicero; & Salomon: *Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs*, &c. Dicendo autem, *Erat*, insinuat diuitias esse tempora-

Diuitiæ quã fluxæ. Mensarij diuitum qui nam sint

Quid damnet in diuitijs Deus.

Epulonis splendor ac magnificentia.

Purpura & byssus quid.

Greg. hom. 40. in Euang. to. 2.

Varij abusus circa vestitũ damnantur. *Gen. 3.*

Secundus vestium abusus. *Iacob. 5. Tranquil. in vita Neronis. ca. 30.*

Imperatores qui Romani nunquam idem vestimentum induerint. *Aelius Lamprid*

Tertius abusus.

Gloriari in veste, quid sit. *Esther 14.*

Quartus.

& ani-

& animos pelliciendi, nouis aut pulchris induimur: nam vbi hæc nimium affectantur, retia fiunt ad illaqueandas animas, & in nassam perditionis trahendas: cuius rei gratia Esaias cap. 3. acriori sermone hæc insectatur.

Qualia conuiuia, atque epulas Christus damnet, ac improbet

Addit, quòd epulabatur quotidie splendidè. Non enim vitio datur, semel, vel interdum honestam aliquam ob caussam celebrare conuiuium: sed nimis splendor, & curiositas vitanda est. Nam hodie non datur cibus naturæ, vel necessitati, vel voluptati, vel excessui, sed meræ superbiæ, & oculis ipsis conuiuarum, vt spectent quæ in cœlum vsque efferant, vt non tantũ mensa sit dubia, sed diluuium quoddam ferculorum ad submergendam rationem, & sepeliendam prudentiam, & debilitandum corpus, nisi quis magno cum timore versetur, paratum. De quo quidam ethnicus dixit;

Lucan lib. 4. Pharsal.

O prodigarerum
Luxuries, nunquam paruo contenta parato,
Et quæsitorum terra, pelagoq; ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ.

Quid dicam de peccatis, quæ consequuntur ipsa conuiuia? vt meritò quotidie Iob pro filijs quotidie conuiuia celebrantibus sacrificaret, ne quid peccati in illis admissent. Inde enim superbia, & vana gloriatio, quam efficiunt deliciæ ciborum, pretiosorum vasorum dignitas, linteaminum munditia, ministrorum multitudo, præsentia amicorum, sonus musicorum, & parasitorum turba, inde libidines, obscœnitates, infandaque flagitia, de quibus frater Domini ait: *Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda vestra in die occisionis.* Et Propheta: *Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius, & manum egeno & pauperi non porrigebant.* Inde lusus varij alearum, & taxillorum, choreæ, saltationes impudicæ, comœdiæ, de quibus: *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerũt ludere:* inde secretorum reuelatio, & proditiones: quia *Nullum secretum est, vbi regnat ebrietas.* Postremus denique fabulæ actus, tanquàm ablutio manuum, sunt detractiones, verbaque dicacia, quibus absentes arroduntur, & infamantur, risus, cachinni, scurrilitates, dicteria: vt magnũ immineat non corpori modò, sed & animæ periculum. Ecce igitur hactenus descriptum diuitem Epulonem: quis non iudicaret eum absolutum esse felicitatis exemplum? Sed iam ex alia parte spectemus mendicum.

Iob. 1.

Ex epulis im modicis mala quanta proueniant.

Iacob. 5.

Ezech. 16.

Exod. 32.

Nullum vbi secretum esse possit.

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus; cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Olim mendicitas inuisa erat apud Iudæos: *Omnino indigens, & mendicus non erit inter vos*, Moses inquit, & Salomon: *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi.* Erat autem extremum genus paupertatis, nihil enim cariùs emitur, quàm quod precibus impetratur. Etsi autem inuoluntaria, ac violenta accidat mendicitas; tamẽ patienter propter Deum tolerata, ingentis meriti præbet argumentum, si de necessitate, vt dici assolet, fiat virtus. Erat igitur hic mendicus. Bene erat, inquit, nimirum quia citò transeunt omnia mala præsentia: quæ æquo animo tolerata, æternum fructũ pariunt. Neque Euangelista hominem nomine vocauit, sicut diuitem: quia vix hominis faciem habebat, præ macie, & squalore. Assignat nomen mendici: nomine, inquit, Lazarus: signumq; est diuinæ electionis ex nomine nosse quenquam, iuxta illud Domini ad Moysen: *Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine.* Et Christus de pastore: *Oues suas vocat nominatim.* Interpretatur autem Lazarus, adiutus à Deo, siue, adiutorium Dei; qui cùm esset omnibus mundi præsidijs destitutus, Dei solius auxilio nitebatur, iuxta illud: *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Erat ergo Lazarus à Deo adiutus in se ipso, qui ait: *Cum ipso sum in tribulatione*, ipsam scilicet moderans, & præstans patientiam, atque vires ad vincendam illam suppeditans. Erat & adiutorium Dei, quia pauper datur diuiti, per quem possit iuuari ad salutem porrigenti eleemosynam, siquidem: *Beatius est magis dare, quàm accipere:* & quia pauper spiritu, oratione, & meritis danti vtilis esse debet, ne sit ingratus. Deniq; rectè adiutorium Dei vocatur, quia nihil mendico porrigentes dicere consueuerunt, nisi, Iuuet te Deus, vel, Abi Deo comite: perinde ac si dominũ mendicum ab se aliquid petentem mitteret ad œconomum suum, vt illi daret eleemosynam, œconomus verò mitteret ad dominum suũ. Nam pauperes ad nos mittit Deus, cuius nos œconomi, & dispensatores sumus: non decet ergo illos ad Dominum remittere.

Mendicis quibus ob inuisa. *Deut. 15. Prou. 30.* Quod precibus impetratur quàm rarum. Mendicitas quæ bona, & salutaris.

Lazarũ est hominem non dixit Lucas. Quare Lazari nomen exprimat Lucas. *Exod. 33.*

Ioan. 10. Lazar' quid sonet.

Psal. 9. Psal. 90.

Act. 20.

Qui iacebat ad ianuam eius (siue vt Græcè habetur, *porrectus erat ad vestibulum eius*) ex impotentia, & debilitate membrorum nõ poterat stans mendicare, & ad vestibulum, vt dum dies exiret, & reuerteretur, inexcusabilis redderetur. Erat etiam vlceribus plenus, non vno, sed pluribus, vt magis probaretur, & vt magis diuitem permoueret. Et vulnera Iob, & vlcera Lazari pretiosiora, teste Chrysostomo, apud Deum

Cur iacebat Lazarus ad ianuam diuitis Epulonis. *Chrys. hom. præcitato super Lucam.* Vulnera Iob & vlcera Lazari quam pretiosa, teste Chrysost. apud Deum sic.

sunt,

In fictitios Lazaros, & mendicos in aectiua.

sunt, quàm Salomonis purpura, & triumphalis ornatus. Etsi autem multi Lazari, vlcera artificiosè procurantes, ficti sint, & simulatè iaceant, ac querulas flectendi caussa homines, voces proferant, & quæstum faciant ex mendicitate: nemo tamen adeò ferus, & inhumanus esse debet, vt eleemosynam petenti deneget. Quia *Qui recipit iustũ in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.*

Matth. 10.

Lazari egestas quanta.

Cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Fames vrgens fortasis faciebat immemorem eum miseriarum suarum, & internorum dolorum: nec enim delicata cupiebat, sed panem tantum: nec illum quidem integrum, sed micas, quæ cadebant de mensa diuitis: neque ad voluptatem, sed ad saturitatem, nã paucis, & communibus natura est contenta. *Et nemo illi dabat:* Quia qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea: nam si pater familias misericordia ad pauperes careat, illum sequuntur vxor, filij, & serui.

Exempli vis in bono, vel malo. *Eccl. 10.*

Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Diues fortè eos mittebat ad latrandum, & mordendum, vt expelleret eum de domo, &, vt notauit Chrysostomus, nõ lingebant eius vlcera, quo ei benefacerent, sed quia inde eis bene erat, & ab ipsius malo reficiebantur. Designatur etiam tanta Lazari debilitas, vt qui nec canes suam ex ipso voluptatem quærentes posset abigere. Sed illi mitiores facti, ad cadauer iam putridum veniebant, & medicinam pauperi per linguam præstabant, & veniebant quasi restituturi panem & micas, quas ipsi quasi pauperi negatas edebant. Mirabile spectaculum certè, nullos fuisse qui mendico opem ferrent, & solos canes lambere eius vlcera, & humanitatis officium Dei prouidentia præstare, vt canum exemplo damnaret hunc diuitem. Et certè nihil magis portentosum, quàm hominem à canibus curari, qui à proximo suo negligitur. Et vt Deus Heliæ, & Paulo primo eremi cultori per coruum animal rapax: ita huic per canes voraces prospiciebat. Redditur igitur hic diues inexcusabilis: tùm quia vnus est, nam si plures extitissent, posset caussari quòd ipse ad tot sustentandos nequaquam sufficeret: & ne causseris diuitias; vocatur mendicus, & ne prætendas ignorantiam, appellatur pauper Lazarus, scilicet notissimus, & ad vestibulum domus porrectus. Ac ne quisquam obijciat eum fuisse fortem ad tuendam vitam, scribitur quòd iacebat præ imbecillitate. Ne verò diceret, nullum in eo esse signum prouocans ad pietatem, narratur fuisse vlceribus plenus, vt in flectendo diuite ad misericor-

Canum humanitas in Lazarũ mendicum, & diuitis Epulonis feritas, & inhumanitas

3. Reg. 17. In vita sancti Pauli Eremitæ.

Diues Epulo quare inexcusabilis erat apud Deum.

diæ tot essent pauperis ora, quot vulnera. Ne prætereà dicere valeas, Volebat laute, & delicate refici, aut eodem cibo, quo diues ali, ac sustineri, pulchrè positum est: *Cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis.* Ne verò ad alium vsum eiusmodi micas facere crederes; explicuit, illas in terram cadere de mensa diuitis, quas necessum erat, aut à canibus deuorari, aut conculcari. Ne postremò quisquam diuitem excusare valeat, quòd etsi ipse nihil daret, vxor tamen eius, aut filij, aut familiares aliquod inopi subsidium porrigerent, rectè Euangelista adiunxit: *Et nemo illi dabat:* etsi in quibusdam Græcis codicibus hæc verba desiderentur, sicut & in Syriaco Euangelio. Ecce iam Lazarum descriptum. quis non existimaret perfectum infelicitatis & miseriæ exemplar? nam præter tot mala, etiam diuitis affluentia & felicitas illi molestiam inferebat. Sed iam audi quod sequitur: *Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno.* Vtriusque mors communis narratur: quæ amborum mutauit conditionem. Sed mortuum deferri ab Angelis in sinum Abrahæ, felicitas est regnis omnibus optabilior: addici ad æternos cruciatus, horribile est, & centum vitis, si fieri posset, redimendum. Ideò non sunt despiciendi pauperes infirmi. Verbum illud: *Factum est*, non dicitur de Epulone, quia dum Lazarus moriebatur, ædificium virtutum eius complebatur: & dum corpus dissoluebatur, animæ fabrica ad culmen pertingebat: secus diues, qui de temporali morte ad æternam transiuit. In morte iusti grandia fiunt. Si enim, secundùm Origen. non sine caussa dictum est: *Elisabeth impletum est tempus pariẽdi*, quia plenitudinem habet ortus iusti: inanes autem sunt dies impiorum: quis non agnoscat hãc plenitudinem in partu mortis, quo futuro seculo nascitur iustus? Nam scriptum est: Et dies pleni inuenientur in eis, id est, in sanctis. Vt autem mortuus est mendicus, simul cum eo mortua est mendicitas, fames, vlcera, & cætera mala. Et in primis agnosce misericordiam Dei erga pauperem, quem, ante diuitem de vita sustulit, ne maneret diu in præsentibus vitæ huius calamitatibus: vnde scriptum est: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Quia Deus pronior est ad misericordiam in liberandis afflictis quàm ad iustitiam in impijs ad tartara deturbandis, quos diu expectat ad pœnitentiam. *O mors*, ait Ecclesiast. *Bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus.* Adhæc post mortem

Lazarus quã miserabilis ex omni parte.

Lazari felix, Epulonis infelix interitus, atq; conditio.

Quorũ dies pleni, quorũ vacui dies esse soleant. *Luc. 1. Orig. hom. 9. super Lucam. Psal. 72.*

Dei in Lazarum mendicum commiseratio.

Psal. 115.

Eccl. 41.

mutatur

Sors Lazari quàm diues. *Matth.19.*

mutatur ordo rerum, vt qui erant primi, fiant nouissimi: & qui erant nouissimi, fiãt primi. Lazarus etiam quia non diligebat hunc mundum, in quo nihil boni habebat, libenter mortuus est, & morti naturæ coniuncta est mors propriæ voluntatis, vt perueniret ad aliud seculum, in quo repositã habebat totam spem suam. Vnde mirandum est Chrysost. concione. 1. de Lazaro (in qua nouem supplicia, quæ mendicus iste passus est, enumerat) asserere nihil Lazarum nouisse de resurrectione, sed huius vitæ res credidisse seculi huius fine terminari: quod non est verisimile, cum apud Iudæos præter solos Sadducæos, omnes resurrectionem statuerent.

Chrys. tom. 2. prope finem. Quod Lazarus futuræ vitæ atq; resurrectionis Sacramentũ non ignorauerit. *Matth.22. & Act.23.*

Subdit: *Et portaretur ab Angelis in sinu Abrahæ.* Per synecdochen hoc dictũ est: quia eius potior pars delata est, quæ nomen totius meritò sibi vendicat: quemadmodum inferius de corpore solo diuitis dicitur per eandem figuram: *Et sepultus est.* Etsi verò animæ beatæ non opus habeant delatione, quia ex conditione meritorum illud consequuntur: tamen ob maiorem delectorum felicitatem perducuntur in cælum comitantibus Angelis: ij enim sunt in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Qui enim neglectus erat ab hominibus, dum viueret, mortuus ab Angelis deportatur; de quibus: *Vt custodiant te,* inquit, *in omnibus vijs tuis.* Et quem diues non dignabatur domo sua, Deus suscipit illum in sinu Abrahę: & quia regnum cœlorum nondum erat apertum, ductus est in sinum Abrahæ. Est autem sinus, locus maris à procella & vento liber. Et quia hic mundus instar maris fluctuat, & tentationum ventis agitatur, ideò animæ egre dientes à corporibus, non perducebantur ad portum cœlestis patriæ, sed in Limbum Patrum, qui propter sui tranquillitatem dicitur sinus. Abrahæ verò sinus vocatur, nõ quòd primus illuc venerit, sed quia ei illius loci primitus facta est repromissio, de quo cantat Ecclesia: *Vt perducas eam in lucem sanctam, quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius.* Et quia pater dicitur omnium credentium per præputium, quibus locus est ille seruatus: qui quidem post Christi mortem sanctis animabus euacuatus est. Nam vt Sol exortu suo omnes stellas offuscat, & obscurat, ita Christus suo aduentu illum locum. Hinc Paulus: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Nam si diues in infernum est deturbatus, vt pœnas luat: quidni iustos in cælum eleuet? Denique quia Abraham hospitalitati, & misericorditer suscipiẽdis hospitibus intentus fuit vt ita magis argueret

Lazarus cur ab Angelis in sinum Abrahæ deportatus sit.

Heb.1.

Psal.90.

Sinus quid.

Limbus Patrum cur sinus appelletur, & sinus Abrahæ. *Gen.12.15. & Act.7.*

Secunda ratio. *Rom.4.*

Patrum Limbus quando euacuat' sit. *Philip.1.*

Tertia ratio.

diuitem inhospitalem, & ab Abrahæ patris fide, & misericordia alienum. Cur sit dictus sinus ille Abrahæ, docet Augustinus lib. de anima, & eius origine. Tamen idemmet Augustinus epistol. 99. ad Euodium, disputando colligit, sinum Abrahæ non fuisse aliquam inferni partem, quia ne ipsos quidem inferos vspiam Scripturarum locis in bono appellatos potuit reperire. Et probat ex eo quòd Dominus dixit: *Inter nos, & vos magnum chaos firmatũ est: Chaos enim magnum* (inquit) *quid est, nisi hiatus quidam multum ea separans, inter quæ non solum est, sed etiam firmatum est?* Hæc ille, disputando potius, quam definiendo, dixit.

Cur dictus sinus Abrahæ, teste Augustino. *Aug. lib. de anima, & eius orig. c. 16. tom. 7. Idem tom. 1.*

Chaos magnum quid Augustino.

Etsi autem locus ille quietis ante ingressum regni cœlorum dictus sit sinus Abrahæ, rectè tamen locus quietis, quo animæ beatæ recipiuntur, id est, cœlum ipsum, dicitur sinus Abrahæ. Vnde moriturus B. Martinus dixit: *Abrahæ me sinus excipiet*: & de eo canit Ecclesia. *Martinus Abrahæ sinu lætus excipitur.* Et Augustinus libr. confessionum loquens de Nebridio dicit: *Quicquid illud est quod sinus Abrahæ vocatur, ibi Nebridius meus viuit.* Vel metaphora sumpta est à patre, in cuius veluti sinu filij conueniunt, dum vesperi ab operis diurnis domum cõgregantur. Cùm ergo filij Dei dispersi in hoc mundo peregrinentur, sicut in præsenti curriculo fidem sequuntur patris sui Abrahæ, ita defuncti in beatam quietem, in qua nos expectat, se se recipiunt. Hæc etiam Lazari ab Angelis deportatio, significat meritorum Lazari propositionem, & præsentationem coram Deo. Vnde legitur Angelum Tobiæ dixisse: *Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Mirum est autem, quòd in descriptione mortis Lazari, nulla fit corporis eius facta mẽtio. Hinc de multis legimus quòd inhumati iacuerunt, secundùm illud: *Posuerunt morticinia seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.* In die tamen resurrectionis per Angelos curam habebit corporum electorum suorum: interim sepulturæ parum est sollicitus: nam vt ille dixit:

Quàm rectè paradisus etiam Abrahæ sinus dicatur. *Aug. li. 4. de Gen. ad lit. c. 34. tom. 1. sub initium.* Hæc metaphora sumpta Abrahæ, vide ducta. *Ioan.11.*

Quid hęc Lazari ab Angelis in sinũ Abrahæ deportatio mystice significet. *Tob.12.*

Cælo tegitur qui non habet vrnam.

Et alter;

Pauperis ad funus vix cantat clericus vnus.

Psal.78. *Matth.24.* *Lucan. lib.7.*

Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Sola mors diuites monet, quòd homines sint vt alij, quia cõmunis est omnibus.

Mors communis est omnibus, & pauperes diuitib. æquat.

Horat. lib. 1. carm. ode. 4.

Mors diuitis Epulonis describitur.

nibus. Pallida siquidem mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres, vt quidam dixit: & alius:

Mors dominis seruis, & sceptra ligonibus æquat,
Dißimiles simili conditione trahens.

Sed iam vide circumstantias diuitis huius. In primis enim cœpit decumbere in lecto molli, & eburneo in quo lasciuire solebat: Non poterat splendidè epulari, febri incalescente: aduocantur summa velocitate medici, quibus, vt Asa, homines plus confidere solent quàm Domino, inualescebatque morbus: accedebant parasiti, qui liniebant parietem illum fragilem, & consuebant puluinos sub omni cubito manus: non erat qui eriperet de manu tribulantis. Et hac animaduersione punitus est peccator, vt moriens obliuisceretur sui, qui dũ viueret, oblitus est Dei. Tandẽ tristem illam animam exhalauit. Et nota illam coniunctionem: *Et mortuus est*, inquit, *& diues.* Vbi insinuatur, quòd sicut similis fuit pauperi in natiuitate, quia nihil intulit in hunc mundum: similis etiam fuit in morte, quia nihil diuitiarum inuenit in manibus suis. Mortuus ergo est diues. Contra propriam nimirum voluntatem, & desiderium defunctus est, quia mors omnibus idolis suis eum spoliauit. Hinc scriptum est: *O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis.* Deinde cum eo extinctæ sunt diuitiæ, mensæ splendor, vestium cultus, & omnia alia quæ diligebat. Adhæc mortuus est cum magna lætitia pauperum, quos solebat negligere, & gaudio diuitiarum ipsarum, quæ gaudent mutare dominum, & certo modo dolent tyrannicè possideri. Prætereà mortuus est antequam compleret diem suum, & periodum à natura præscriptam. Nam qui cibo & potu se ingurgitant, dies vitæ suæ abbreuiant, sicut qui cum alijs inhumani & immisericordes sunt, de quibus: *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Diuites autem, vt plurimum ex bonis viduarum, pupillorum, & pauperũ, tanquam ex sanguine ditescunt, & cùm pauperem videant, & non pascant, occidunt. Sunt etiam dolosi, qui mille vtuntur fraudibus, fallacijs, & periurijs, modò patrimonium amplificare valeant. Denique cùm de mendico dictum esset in præsenti: *Factum est vt moreretur*, de Epulone dictum est in præterito: *mortuus est & diues*, perfecta nimirum, & consummata morte animæ per peccatum, quam cõsecuta est mors secunda gehennæ. Subditur: *Et sepultus est.* Nihil de anima eius dicitur, quam in vano accepisse videtur: corpus tantùm in vita curauerat, in quo, dum viueret, anima sepulta iacebat: propterea sui, post vitam ipsius corporis sepeliendi curam habent. Igitur sepultus est magna cum pompa (vt hoc tempore diuites sepeliuntur cum campanarum sonitu) cum turba palliatorum amicorum, cùm lugubri mugitu, & fictis lacrymis consanguineorum, cum faculis, & multis luminaribus accensis, cum magna sacerdotum, & religiosorum multitudine, & cæteris ceremonijs, quæ in funerali pompa obseruari solent. Recenset Iosephus lib. 17. c. 11. de honorifica Herodis Regis pompa funerali, & sepultura. *Quid miserè* (ait) *proderat portari in lecto aureo, lapidibus pretiosis depicto, cui stramina ostro erant, auroq; contexta? Quid ei proderat quòd ipse iam mortuus ferebatur indutus purpura, & capite diademate coronato?* Hæc ille, insinuans, quòd hæc non valeant aut resistere vermibus, aut putredinem impedire, vel fœtorem prohibere. Rectè dictum est in libro Ecclesiastici: *Quum morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes.* Quod sic egregiè quidam exponit: *Hæreditabit serpentes, id est, dæmones, quantum ad animam: Bestias, id est, amicos belluino more viuentes, quod attinet ad substantiam: Vermes, quantum ad corpus.* Estque recta distributio: quia quilibet sua portione contentus est, & de alijs non curat. Vt autem sepultus est, contemplare illud fœtidissimum cadauer breui absumptum à vermibus, & in terræ puluerem resolutum: & hic est finis corporis, quod tanquã deum coluit, quod delicatè cibauit & nutriuit, quod serico & purpura vestiuit, in quo denique molliter tractando ac poliendo totam vitam consumebat. Contemplare etiam diuitis animam magna dæmonum comitante caterua nõ portatam, sed tractam vel inuitam, & deturbatam ad gehennæ supplicia, vt latro à satellitibus & lictoribus ad crucem ire compellitur. Animaque damnati hominis tanto pondere & grauitate fertur in infernum, vt omnes Angeli tale pondus sustinere non possint, sed in puncto ad inferna descendit. Proinde studeamus misericordiæ operibus incumbere: modestè in victu, & vestitu nos habere, vt supersit vnde tribuamus necessitatem patienti. Diues siquidem si omnia retineat, non secus se occidit, atque stomachus, qui si cibos quos sumit, in membra non distribuat, ipsum perire necesse est: si verò in vsum membrorum dispenset, sanus & lætus vitam producit. Cuius exemplo addiscant omnes diuites, si salui fieri volunt, & misericordiam apud Deum inuenire, vt liberaliter in pauperes effundant, scientes,

Herodis Regis sepultura inutilis magnificentia, & pompa, teste Iosepho.

Eccl.10. Cum moritur homo (scilicet malus) (vt ait Sapiẽs) quos hæreditet serpentes, & bestias, & vermes.

Abbreuiant qui dies vitæ suæ.

Psal.54.

Epulonis mortis miseræ conditio.

Eccl.41.

Epulonij corporis miseræ & infelix resolutio.

Eiusdem animę sors infelicissima.

Iob.12.

Mors duplex diuitis Epulonis.

Diuitis sepultura depingitur. *Psal.33.*

Ad pauperũ beneficentiã adhortatio.

Prou.19.

eos qui miserentur pauperis, fœnerari Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto, vt omnis misericordiæ & liberalitatis fonti perpetuo scaturienti, debetur omnis laus, gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Tract.65.

TRACTATVS XXI.

De historia Lazari mendici, & diuitis Epulonis: quæ habetur apud Lucam, cap.16.

Diues & pauper vt ait Salomon, quomodo obuient sibi. *Prou.22.*

PVlchrè scriptum est à Salomone: *Diues & pauper obuiauerũt sibi: vtriusq; operator est Dominus*: Est autem hic occursus salutaris, si diues pauperẽ subleuet à miseria corporis, & pauper diuitem adiuuet in his, quę ad salutem spiritus pertinent: nam hoc est quod ait Salomon in alio loco: *Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Solent autem diuites huius seculi in occursu pauperum perturbari, quasi hostibus occurrerent. Sed intelligant diuites, nisi se farcina diuitiarum in pauperes collatarum exonerent, sibi sortem pauperum, & diuitum sortem pauperibus obuẽturam. Nam diues à diuitijs properat ad paupertatem, pauper patiens ab inopia ad diuitias. Ille à saturitate ad famem, hic à fame ad saturitatem: Ille à gloria ad summã ignominiam, hic verò ab ignominia ad summam gloriam. Quemadmodum si quis ab aula Regia, in qua nobilem locum obtinebat eiectus, detruderetur in teterrimum carcerem ex quo alius educeretur ad Regis honorificum ministerium, & locum primarium apud Regem occuparet. Isti si sibi inuicem occurrerent, mutarent inuicem conditionem, & quisque in alterius locum migraret. Accidit etiam diuiti & pauperi, quod falconi nobilissimo, & gallinæ euenire solet. Ille enim dum viuit, in delicijs habetur, pugno gestatur, delicatè nutritur, denique in pretio magno habetur: quod si contingat mori, in sterquilinium proijcitur, nulla prioris nobilitatis ratione habita. Contrà, gallina dum viuit, negligitur, & in vilissimis, & sordidis locis alitur: quæ vbi interfecta est, mensæ apponitur edenda, tãquam nobilis, & delicatus cibus. Tales sunt pauperes dum hic viuunt, qui per Angelos in sinum Abrahæ ducuntur, & mensæ Dei manducandi apponuntur: Diuites verò instar animalium ex præda viuentium eijciũtur in tenebras exteriores. Proponit igitur Euangelium, vtriusque & Lazari, & diuitis finem, sciens quantum pondus permouendi habeat timor futurorum malorum, iuxta illud: *Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Quæ verba ponderans B. Bernard. *Time*, inquit, *quòd in morte separandus es à bonis omnibus huius corporis, & tam dulce carnis & animæ vinculum amarissimo secandum diuortio erit. Time quòd in terribili iudicio ei præsentandus es, in cuius manus horrendum est incidere, & eo examinante quem nihil latet. siquidem inuenta fuerit in te iniquitas, alienandus ab vniuersitate quietis & gloriæ, & segregandus à numero beatorum. Time quod in gehenna cruciatibus æternis, & immensis exponendus es, in sorte diaboli, & Angelorum eius, in igne æterno, qui præparatus est eis. Hic ergo timor initium sapientiæ dicitur, non pudor, non dolor: quia neuter eorum sic initiat ad sapientiã, neuter tantã habet efficaciam. Vnde est quod non dicitur, memorare primordia, aut media, sed nouissima & non peccabis. Validior enim est, & vehementior spiritus timoris ad resistendum peccato, quã pudor, & dolor: quia pudor de multitudine, & dolor de qualicumq; huius mundi cõsolatione capit solatium, timor verò nõ inuenit vnde consoletur. Nam in morte nõ magnum, non paruum aliquid de bonis huius mundi tecum delæturus es, in iudicio nec fallere, nec resistere possibile erit, in gehenna penitus nulla consolatio, sed perpetuum væ, vlulatus, & fletus, & stridor dentium.* Pulchra sanè Bernardi meditatio.

Diuitibus, ne pauperes cuadãt, quid prospiciendum.

Quid diuitibus soleat, quid pauperibus apud Deum euenire.

Matth. 8. & 22.

Sed iam ad textum redeamus. *Eleuans autem oculos suos cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit, Pater Abraham: miserere mei, & mitte Lazarũ, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Post verbũ, *Et sepultus est*, additur, *in inferno*, quæ vox, vel cũ in superioribus contingi potest, vt sit sensus: In inferno autem eleuans oculos suos, vidit Abraham à longe, & ita nullum scrupulũ habet hæc lectio, quam præsentes Græci codices habent ἐν τῷ ἅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς, & nonnulli ex interpretibus Græcis illam sequũtur, & Euangelium Syriacum. Interpres tamen noster legit: *Sepultus est in inferno.* In tali namque cœmeterio dignus erit sepeliri, qui ad diaboli parœciã spectabat, & cui decimas & primitias in vita soluebat. Et hæc lectio non videtur conténenda: quia vt Lazarus ab Angelis dicitur deportatus in sinũ Abrahæ per synecdochen ratione animæ, ita diues quantũ ad animam dicitur sepultus in inferno, per synecdochen. Ita etiam legit Orige. & ponderat in dialogo contra Marcionem hæreticum. Theophylacti etiã textus etsi separatim habeat, Sepultus est à verbo, *In inferno autem*, in expositione tamen illius loci illa duo cõiungit, his verbis: *Dicendo quòd sepultus sit, insinuat obiter Dominus, quòd*

nus, quòd & anima eius locum infimum & caliginosum sortita fuerit. Sic ille. Augustl. lib. 2. de quæst. Euangel. *Sepultura*, inquit, *inferni pœnarum profunditas est, qui superbos & immisericordes post hanc vitam vorat.* Hæc ille. Ita Ezechiel. 32. Sepulchra Regum Aegypti, & Assur, & sociorum dicuntur esse in inferno. Idem tamen Aug. aut quicumque huius sermonis autor fuit, serm. 110. & hom. 7. ex 50. cap. 11. legit, vt Græci codices modò, & ponderat, quod diues sepultus est, nam pauper fortè, nec sepultus. Deinde quod ait: *Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis*, ponit in inferno fuisse sepultum, & simile quid de Core Dáthan & Abiron, in libro Numerorum legimus, nimirum quòd descenderint in infernum viuentes, & aperiẽs terra os suum deuorauit eos cum tabernaculis, & vniuersa substantia. Descenderunt-que viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. Et alibi: *Et sepulchra eorum domus illorum in æternum.* Ideò non est necessaria illa particula καὶ, & legendum: *Mortuus est diues, sepultus in inferno.* Et posteà sequitur: *Eleuans autem oculos.* Non in vno aliquo, sed in pluribus tormentis, nam cùm pœna debeat esse culpæ accõmodata, vt iuxta modum delicti, sit & plagarum modus, &, *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum detur illi tormentum:* In peccato autem inueniantur duo, nempe auersio à Deo, & conuersio ad creaturã, quæ est bonum commutabile: hinc duplex pœna, seu tormentum peccato debetur, quorum alterum dicitur pœna damni, quæ nihil est aliud quàm priuatio diuinę visionis: iustum enim est, qui, dum vixit, auertit se à Deo, vt in perpetuum eo careat. Alterum est pœna sensus: digni enim sunt qui abusi sunt creaturis, per easdem posteà puniri, vt in eis impleatur: *Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur.* Et vt omnis creatura deseruiet felicitati beatorum, qui dicere poterunt: *Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.* Ita impij in omnibus quibus abusi sunt, punientur, & pugnabit cum Deo orbis terrarum contra insensatos: vt legitur in lib. Sapientiæ. Hæc sunt in genere tormenta. Sed in specie, & in numero ne nominari quidem possunt, sicut quidam ethnicus dixit:

Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea vox, omnes scelerum cõprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.

Ibi namq; diuitijs succedit egestas, purpuræ flamma gehennæ, bysso asperitas vermium, epulis furies perpetua, risui luctus, splendori tenebrarum horror, Lazaro despecto Lazarus glorificatus, quod mirabiliter cruciabit, vt habes Sap. 5. Et sicut oculus non vidit, & auris non audiuit, quę præparauit Deus diligentibus se: ita nec illa quę Deus præparauit ad tormentũ se odio prosequentibus. Et post mille millia annorum tam integrè aget ignis in illos, quantũ primo die; semperque caro erit viua, ac viridis ad sensum cruciatuum, ac si nur quam in eos ignis egisset. Et, quod omnium malorum est fastigium, non poterunt facere de necessitate virtutem, sed inuiti, ac coacti, rabieq; perciti patientur, desiderabuntque mori, & fugiet mors ab eis.

Esai. 64. & 1. Cor. 2.

Quid augebit damnatorum tormenta mirabiliter. *Apoc. 9.*

Rectè ergo dicitur: *Eleuans oculos suos*, quos semper defixerat in terrã, & ad Christum, ac eius membra claudebat: serò illi aperientur: nam oculos quos culpa clausit, aperiet pœna. Si sapimus ergo, tempestiuè aperiamus oculos, & futura præcipitia inspiciamus, ne in illa incidamus: & dum tribulamur, aut affligimur à Domino, intelligamus, ad aperiendos oculos eiusmodi flagellis nos appeti: nam tantummodò sola vexatio dabit intellectum auditui. Quia verò oculos carnis, diues in inferno non habebat, intelligamus per oculos virtutem viriuam in animo infixam, quæ extincto corpore non perit: quemadmodũ per linguam, gustandi virtutem, per digitum, vim operandi, auxiliandive, per clamorem, virtutem doloris impatientis, per aquam, solatium aliquod, vel refrigerationem.

Quemadmodum rectè, non vt Epulo dives, lenabimus oculos nostros. *Esa. 28.*

Quos oculos eleuauerit dines Epulo, cum esset in tormentis.

Vanum est ergo dogma, quod quidam ex his verbis colligunt, animas scilicet suo corpore exutas, esse adhuc corporeas, nec carere suo corpore, etsi magis spiritali: vt docet Augustinus lib. de origine animæ: in quo errore fuisse Tertullianum, indicat liber de resurrectione carnis. Græci etiam aliquot docent, animas ante iudicium nec puniri, nec coronari: & cùm hoc loco premerentur, respondebant, Dominum hic ea quæ futura erant, narrare tanquam præterita. Sed sanè huic intelligẽtiæ obstant quæ sequuntur, & quæ post diem iudicij esse nequeunt, nempe petisse diuitem, vt Lazarus mitteretur ad quinque fratres suos, quos habebat in hoc seculo, & responsum: *Habent Moysen & Prophetas, audiant illos.* Cum ergo certum sit, quæ de oculis, lingua, digito, & sinu Abrahæ dicuntur, spiritaliter esse accipienda: non tamen ex eo quòd diues dicitur cruciari in flamma, efficaciter colligitur, ignem quo animæ exutæ cruciantur, corporalem esse, vt docet Augustinus libr. de Ciuitat. Dei. Conuenienter enim posset responderi, talem fuisse flammam illam, quales oculi quos leuauit, qualis lingua, cui humorem exiguum infundi desiderauit,

Eorum, qui dicunt animas suo corpore exutas, esse adhuc corporeas, &c. falsum dogma confutatur. *Aug. lib. 4. de anima, & eius origine. c. 13 tom. 7. Tertull. to. 1.* Animas ante iudicium, vel præmium habere, vel pœnam, contra Græcos. Hinc rectè ne probetur gehennæ ignem esse corporeum, secundùm aliquos. *Aug. li. 20. de ciuit. Dei. ca. 10. tom. 5.*

derauit: qualis digitus Lazari. Idem tamen Augustin. eodem loco testatur, & alibi, ignem gehennæ fore corporeum, quo post resurrectionem corpora damnatorum cruciabuntur, sicut Gregor. lib. 4. dialogo. ca. 28. Verùm de hac quæstione, sicut de loco quietis sanctorum ante liberationem per Christum factam, aut de loco damnatarũ animarum ante iudicium, non putat Augustin. lib. 8. super Genesim ad literam, cap. 5. contentiosè disputandum:

Grego. tom. 1.

Aug. tom. 3.

Quia melius est, inquit, *dubitare de occultis, quã litigare de incertis.*

Quid quod Epulo eleuans oculos, vidit Abrahã à longe & Lazarum in sinu eius.

Sed ad rem. Vidit ergo Abraham à longe, & loco, & præmio, vt qui longè fuit ab Abrahã fide, obedientia, hospitalitate, atq; misericordia, longe etiam distaret à remuneratione. Vidit etiam Lazarum in sinu eius: quemadmodum Deus de Paradiso expulsum Adam collocauit ante Paradisum, vt videret vnde excidisset, & vt Lazaro in calamitate posito augebat miseriam videre diuitem tot bonis, & delicijs affluentem: ita modò diues, vt affligatur, videt Lazarum gloriosum, & quiescentem in sinu Abrahæ, ex qua visione inuidia, pœnitentia, iracundia & rabie torquebatur diues, iuxta illud: *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.* Ante diem autem iudicij possunt ex priuilegio interdum boni malos, & mali bonos videre, quemadmodum ex doctrina Gregorij in libris dialogorum probat hoc loco Euthymius. Potes, si velis, egregiam Burgensis additionem, interpretantis dictum B. Gregorij homilia in hoc Euangelium, legere, ait enim: *Infideles in imo, hoc est, inferno positos ante iudicij diem, fideles super se in requie cernere.* Et rectè per diem iudicij, diem passionis Domini nostri, per quam euacuatus est Limbus Patrum, interpretatur. In passione enim fuit quodammodo iudicium mundi, iuxta illud: *Nunc iudicium est mundi.* Verba Gregorij in homilia huius Euangelij, hæc sunt: *Credendum est, quòd ante retributionem extremi iudicij iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt; vt eos videntes in gaudio non solùm de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti verò intormẽtis semper intuentur iniustos, vt hinc eorum gaudium crescat: quia malum conspiciunt, quod misericorditer euaserunt: tantoq; maiores Redemptori suo gratias referunt; quanto vident in alijs quod ipsi perpeti si essent relicti, potuerunt.* Ante etiam dixerat: *Vt ergo peccatores in supplicio amplius puniantur, & eorum videant gloriam quos contempserunt: & de illorũ etiam pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt.* Sic Gregorius sentit.

Pſal. 111.

Gregor. lib. 4. dialogo. c. 33. tom. 1.

Euthym. cap. 59. in Luc. Burgen. Epiſcop.

Dies iudicij quàm apte Dies Dominicæ passionis nominetur.

Ioan. 12. B. Greg. hom. 40. tom. 2.

Impij ante iudicium, teste Gregorio, cur videant iustos intercedum, & iusti contra impios in inferno.

Et ipse clamans, dixit, Pater Abraham, miserere mei. Clamat ibi, qui clamantem audire contempsit in vita. Nam *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.* Etenim in infernio quis confitebitur tibi? Hæc autem oratio ex amore proprio profecta est: *Pater*, inquit, *Abraham.* Modò tu illum agnoscis patrem, & ille se tibi patrem esse non cognoscit, quem in Lazaro sic spreuisti: inhumanus diues filius Abrahæ cum esset, filius gehennæ factus est: Zachæus autem olim rapinæ filius, aliena restituendo, & bonam partem bonorum in vsus pauperum distribuendo, in Abrahæ filium adoptatur: vnde Dominus dixit; *Eo quòd & ipse filius sit Abrahæ.* Infelix cui in iudicio pro magnitudine criminis non misereri genitor, non pater ignoscere, non affectio potuit subuenire. Ac vide iudicium Dei districtum. Qui olim pro quinque ciuitatibus auditur, pro vno peccatore post mortem non vult orare; & iste filius Abrahæ despicitur: vt intelligas verum esse dictum; Ne velitis dicere intra vos: *Patrem habemus Abraham.* Hic mendicus, qui in vita mendicum neglexit, miserum se agnoscit, qui misericordiam implorat, cùm ait; *Miserere mei:* nec illam obtinet, quia nec tempori congruit, nec loco, nec causæ, nec personæ. Non tempori, quia in hac vita tempus est misericordiæ; post illam verò tempus est iustitiæ. *Venit nox, quando nemo potest operari:* & Apostolus, *Dum tempus habemus, operemur bonum*, innuens futurum aliquando vt tempus non habeamus, atque olei emendi non sit copia, vt expertæ sunt Virgines imprudentes. Non loco, quia in inferno nulla est redemptio: vnde rectè Salomon monet; *Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.* Non causæ, quia frustra indulgentiam petit pœnæ, quem culpæ non pœnitet: & dum permanet causa, debet permanere & effectus. Non denique personæ, qui enim alijs misericordiam non impendit, imò nec sibi ipsi, aut animæ suę, indignus est qui imploret misericordiam. Vana igitur est omnis inuocatio Abrahæ, & petitio misericordiæ: quia Lazarus in sinu & pectore Abrahæ est, tenens eum, ne diuitis crudelis misereatur: quemadmodum etiam vana erit tunc omnis pœnitentia, de qua dicitur: *Pœnitentiam agentes, & præangustia spiritus gementes.*

Diuitis clamor Epulonis cur minimè fuerit auditus. *Prou. 21. Pſal. 6.*

Zachæus ante filius Abrahæ à Christo vocatus fit. *Luc. 19.*

Gen. 18.

Matth. 3. Diues Epulo cur apud patrem Abrahã misericordiam non impetrauit mortuus.

Ioan 9. Gal. 6.

Matth. 25. Secunda ratio. *Eccle. 9.*

Tertia ratio.

Quarta & postrema.

Sap. 5.

Diues Epulo cur postmodũ Lazaro, quã alijs, qui erant in sinu Abrahæ, refrigerari petebat.

Iacob 3.

tari petit linguam suam. *Pet. Chryſol. in ſuo ſerm. 122.*

multi essent in sinu Abrahæ; mirum videri possit, cur solum Lazarũ petit. Sed vt pulchrè docet Petrus Archiepiscopus Rauennas: *Agnoscit diues Lazarum mendicum diuina prouidentia, sibi dum viueret, occurrisse, vt per ipsius, cui benefacere debebat, preces ac patrocinium seruaretur.* Ita ille. Deinde non petit Lazarum immediatè, sed per mediatorem Abraham, quem putabat ignorare quæ in vita contigerant: nouerat enim se dignum non esse, qui Lazaro supplicaret. Quod ad cumulum cruciatuũ eius spectat, vt ipsum non audeat deprecari, cuius solius subsidio ac precibus salutem consequi poterat. Vel, vt alij opinantur, antiquæ malitiæ, & liuoris hoc verbum fuit: zelo namque maligno magis incensus quàm gehenna, emitti de gremio Abrahæ Lazarum ad profundum chaos postulabat de requie beatorũ ad tormenta; de refrigerio ad cruciatum: hinc malitiosè non se ad Lazarum, sed Lazarum ad se mitti petebat. Et qui clausit viscera, & manum totam pauperi; mendicat tantum aquæ, quantum intinctio partis extremæ digiti haurire poterat. Nullum membrum minus digito, atq; huius extrema pars non conceditur: nihil communius aqua, & illa tamen priuatur. Quum verò esset totus in tormentis, soli oculi cruciandi remanebãt in Lazaro in sinu Abrahæ reposito. Et qui de tantis horreis nec micam de mensa cadentem dedit, nec de tantis torcularibus vel vini haustum, indignus erat, cuius lingua vel minima aquæ gutta refrigeraretur. Sed dices; si vinum negaui, aquã peto. Sed, ô diues, existimo, quòd aquam negasti pauperi huic, ne ianuam tuam ingrederetur, & ne ad tuum puteum accederet, canes obiecisti. Quid ais? vt extremum digiti sui intingat in aquam; ergo iuxta est aqua: & si iuxta, quare tu non sumis ex ea quantum vis, & quantum cupis? Nimirum quia vinctæ sunt tibi manus, quibus Lazaro subuenire contempsisti: & vt cantat Poeta quidam:

Diuitis infelicitas Epulonis.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina.

Aquæ guttã, quæ vini, quare postulabat diues à Lazaro.

Horat. lib. 1. ſerm. Satyr. 1.

Cerne etiam stultitiam, quod extremi digiti stillula credit gehennæ flammas extingui: cùm tota aqua maris, vel minimum gehennæ incendium restinguere non valeat: aqua enim ipsa in fomentum ignis conuerteretur. Nec intelligas diuitem sola lingua cruciari, cuius corpus totum in flammis positum erat: sed in lingua præcipuè torquebatur, quia illa negauerat misericordiam, quæ pauperi insultauerat, quæ splendidos prima cibos, & odorata pocula degustabat: de qua Iacobus; *Lingua, ignis est, vniuersitas iniquitatis*; propterea in ea præcipuè affligitur. Nam vt diximus; *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.*

Gehennalis flammæ quantitas.

Cur linguam potiùs, quã cætera membra, diues refrigerari postulabat.

Iacob 3.

Illud verò hoc loco annotandum est, Iacobum Fabrum Stapulensem in commentarijs suis in hunc locum existimasse, hunc diuitem sepultũ fuisse in Purgatorio. quod falsum est, & falsis nixum fundamentis. Falsum quidem, quia Patres, vt Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus de limbo Patrum, in quo Lazarus; & loco damnatorũ, in quo diues erat, interpretantur. Deinde magna erant peccata, & alio quàm temporali igne punienda. Tertiò quia dicitur: *Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est: Vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.* At verò à Purgatorio ad limbum Patrũ transitus erat post pœnas temporarias exolutas. Illi etiã, qui Purgatorio igne expiantur, nõ possunt dici recepisse bona in vita sua, vt huic dictum fuit. Denique parum perterrefaceret Dominus auditores à peccato, & segniùs inuitaret ad misericordiam amplectendam, si per locum tormentorũ, ignem temporalem Purgatorij intelligamus.

Sap. 11.

Epulonem diuitem in inferno, non in Purgatorio, vt Faber somniauit Stapulensis, fuisse sepultum. *Ambro. lib. 8. in Lucam. ca. 3. tom. 5. Chryſ. hom. de Lazaro. tom. 2. prope finem. Aug. ſerm. 25. de ver. Dom. tom. 10.*

Fabri argumenta soluũtur.

Fundamenta etiam eius debilia sunt & falsa. Nam quod diues vocatus sit filius ab Abraham, non vt consolaretur & subleuaret, dictum est; sed ad genus eius & carnem respexit: aut ironicè vocauit illum filium. Quòd verò fratribus suis prospicere vellet, id nõ ex charitate, quam nullam habebat; sed ex proprio amore fecit. Quòd verò dixit, *Miserere mei*, non syncero affectu dixit, sicut nec Christo dæmones, *Quid nobis, & tibi, Iesu fili Dei: venisti huc ante tempus torquere nos?* non enim sponte, sed coactè nomen Christi confitebantur.

Matth. 8.

Et dixit illi Abraham, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Vtilis ac salutaris doctrina in hoc verbo continetur, & singula verba suum habent pondus. Sed in primis aduerte, Græcos codices, & Syriacum Euangelium habere; *Recordare quia recepisti bona tua in vita tua*: quæ verba egregium sensum continent. In primis igitur vocat filium, reddens verba pro verbis; & vt illa mansuetudine, à qua eum degenerasse propria crudelitate senserat, & extremum mancipium gehennæ atque perditionis filium nouerat, ad maiorem cruciatum filium vocat. Ait deinde, *Recordare*: nam summum genus infelicitatis est agnoscere se aliquando fuisse felicem, & ab illa dignitate cecidisse. Tertiò ponderat post Chrysostomum Euthymius verbum *Recepisti*: *Non dixit, Accepisti bona tua; sed,*

Abrahã cur diuitem Epulonem filiũ nominauerit

Epulo cur diues bona in vita sua dicitur recepisse, nõ accepisse. *Chryſoſt. Euthy. ca. 59. in Luc.*

Chrysost. Euthym. cap. 19. in Luc.

sed, Recepisti; nam recipere ob ea ponitur quæ debentur: & hinc omnino significatur, quòd & diues, quanquàm peccator erat, aliquam tamen habebat virtutem, pro qua bona debita adhuc viuens receperat: & Lazarus quanquàm iustus erat, aliquod tamen vitium habebat, propter quod adhuc viuens debita mala receperat. Ita ille. Ad hæc addit, *Bona tua*, quæ tu æstimabas tua, renutians cæteris bonis, quæ Deus donare poterat: quæ tamen in parabola villici dicuntur aliena: si ergo in iniquo, inquit, mammona fideles non fuistis, &cæt. Subdit, *In vita tua*: Prospera ac felici: cui successit mors, sicut mortuæ vitæ Lazari successit felix vita, & beata. Non ergo animæ dormiunt post mortem, vt fabulantur hæretici. Vt autem docet Augustinus libr. 2. Quæstion. Euangelicarum q. 38. *Cùm ei dicitur, Recepisti bona in vita tua, illud tangitur, quia felicitatem dilexit seculi, nec aliam vitam præter istam, in qua superbus tumebat, amauit. Lazarum autem mala dicit recepisse, quia intellexit huius vitæ mortalitatem, labores, dolores, & ærumnas pœnam esse peccati: de quo scriptum est, Fuimus & nos naturaliter ira filij, sicut & cæteri.* Hæc ille. Ponderat etiam Basilius serm. 1. de Ieiunio: *Timeto*, inquit, *exemplum diuitis: illum deliciæ vitæ igni tradiderunt. Non enim ob inuestitiam, sed propter mollem & delicatam vitam deprehensus in flamma fornacis torquebatur.* Hæc ille. Neminem ergo ob diuitias, honores, & voluptates huius vitæ beatum dicamus, memores illius sententiæ; Ne timueris, cum diues factus fuerit homo; & cũ multiplicata fuerit gloria domus eius. *Quoniam cùm interierit, non sumet omnia neq; descendet cum eo gloria eius.* Quia anima eius in vita ipsius benedicetur. Neque rursus ne ob paupertatem aliquem miserum & infelicem ducamus; quia dicitur Psalm. 89. *Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.* Hoc est illud iustum Dei iudicium, quo reprobis, & vasis iræ concedit Deus in hac vita bonorum huiusmodi affluentiam, ne semper illis sit malè: electis autem, & vasis misericordiæ immittuntur afflictiones & aduersitates, quibus exerceantur. De quo iudicio asserit Psalmista se non potuisse illud comprehendere, donec ingrederetur in Sanctuarium Dei, & intelligeret nouissima diuitum.

Quid etiam quod ille recipit bona sua in vita sua. Luc. 16.

Aug. tom. 4.

Quare secundum Augustinũ, diues Epulo bona, Lazarus mala in vita sua recepisse dicuntur. Ephes. 2. Basil. tom. 1.

Quã ob causam diuites beati, pauperes infelices nequaquam dicendi sunt. Psal. 48.

Iustum Dei iudicium quodnam super malos, & bonos in hac vita sit.

Psal 72.

Præterea ait, *Lazarus consolatur.* Limbus enim Patrum æternæ beatitudinis habebat spem, & securitatem, exemptionem ab omni pœna sensus, societatem Sanctorum, & Angelorum frequentem visitationem: vt quidam tradunt. ¶ *Tu verò cruciaris*; Semper, vt semper epulabaris splendidè. Væ ergo diuitibus habentibus hic cõsolationem suam.

Lazarus quale solamen captabat in sinu Abrahæ

Luc. 6.

Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est; vt qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Nouam rationem addit: quia æterna est reproborum à beatis separatio, vt nullum possit inter eos intercedere commercium. Et in his omnibus, id est, super, vel præter hæc omnia, quòd iusto Dei iudicio tibi consolatio, & refrigerium non debetur, sed cruciatus, etiam impossibile est vt quis ex nobis vos adeat. Quod ait, *Chaos*, Græcè legitur, χάσμα, id est, hiatus, rictus, barathrum, & vorago vasta, à verbo Græco χάω, quod est, hio; chaos autem, confusionem, & mixtionem quandam rerum significat, quam rudem, indigestamque molem Ouidius appellat: à verbo χέω, quod est, fundo: quæ non tam est ad rem quàm vorago. Chaos ergo accipitur pro hiatu, vt Augustinus epistol. 99. exponit, qualis hiatus nonnunquam existere solet in terræmotu: vnde & chasmaticus terræmotus dicitur. At hic terræ hiatus, & vorago, si magna sit, impedit ne quis ex vno loco ad alium transeat. Et ita per hiatum firmatum significatur diuiti, æternam fore reproborum à beatis separationem, ac solatij & refrigerij nullam esse damnatis spem. Et metaphoricè per illam significatur immutabilitas vtriusque status ita constabilita & firmata, vt nulla possit esse amicitia, aut societas inter eos, qui vtroque in gradu existunt. Et quod dicitur: *Vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint*: impropriè dictum est, quia certum est, nulli piorum tale desiderium obrepere, saltem voluntate deliberata: nam voluntate naturalis affectionis possent beati flecti ad miserendum damnatis: sed per deliberatam, & rectam voluntatem, qua se Diuinæ conformant, illam corrigunt. Damnatos verò dubium non est naturali affectu sitire, atque ardentissimo desiderio expetere gloriam vitæ æternæ; sed per æterna tempora illa frustrantur.

Quod illic chaos magnum inter nos Abrahã, & diues Epulonem dicitur esse firmatum.

Ouid. lib. 1 Metamorph. initio. Chaos propriè quid. Aug. tom. 2.

Beatorũ status, & damnatorũ immutabilitas omnino dari Christo significat quibus verbis.

Pulchrè autem hoc loco Augustinus qu. 38. li. 2. quæstionum Euangelicarum, ponderans hoc verbum ait: *Quo admonet scilicet in hac vita, vt homines subueniant quibus possint; ne postea, etiamsi optimè recepti fuerint, eis, quos diligunt, opitulari non valeant. Illud enim quod scriptum est: Vt & ipsi recipiant vos in æterna tabernacula: non de superbis, & immisericordibus scriptum est, qualis iste diues fuisse demonstratur, quòd recipi à Sanctis in illa tabernacula mereantur: sed de his, qui sibi amicos officiosissimos opib. misericordiæ fecerint:*

Aug. tom. 2. De quæst. Euang. cùm dicitur: Vt cùm defecerit, recipiant vos in æterna tabernacula. Luc. 16.

Matt 15.

quanquam nec ipsos iustè velut propria potestate quasi gratificando recipiant, sed promissione, atq; permissione illius, qui eos consilio præmonuit, vt sibi amicos facerent, & qui se ipsum pasci, vestiri, hospitio recipi, visitari in vnoquoq; minimorum suorum liberatoris bonitate dignatus est. Quanquam illa receptio, vtrũ statim post istam vitam fiat, an in fine seculi in resurrectione mortuorum atque vltima retributione iudicij, non minima quæstio est. Sed quando libet fiat, certè de talibus qualis ille diues insinuatur, nulla Scriptura fieri pollicetur. Digna Augustino doctrina.

Quo sensu & affectu diues Epulo ad 5. fratres suos monẽdos, ne & ipsi venirẽt in eum locũ tormentorũ, mitti Lazarũ postulabat.

Et ait: Rogo ergo te, pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Frustratus primo desiderio pro se ipso, proponit secundũ pro fratrib. quod etiã ex amore sui ipsius profectũ est. Sensus est iste: Si Lazarum ad me venire vt subueniat, vorago ingens impedit; saltem mitte ad quinq; fratres meos, qui meo exẽplo viuunt (nam vorago nõ impedit vobis ad illos accessum, aut contra) vt ipsi meliùs viuant, & pœnitentiã agant, ne fortè ipsi in eadem tormenta, atque supplicia incidant. Hoc appetebat hic diues, vel vt Lazarum in spe gloriosum factum, à suo conspectu abijceret; cuius visione multum cruciabatur; vel ex affectu superbiæ; cupiebat enim suos gehennæ euadere tormenta, vt vel in suis fratribus saluis exaltaretur per superbiã, vt explicat Caietan. vel denique ex propria dilectione, vt Lyran. docet: timebat enim se habere pœnarum socios, quos nouerat se habuisse epularũ, auaritiæ, & immisericordiæ imitatores, atque ita duriora fierẽt sua supplicia. Nam licèt hic solatiũ sit miseris socios habere laborum; non ita tamen erit in gehenna, vbi quisq; cum tanto pudore & cõfusione torquebitur, ac si solus, & nullus alius torqueretur. De prima causa proposita scribit Petrus Rauen. serm. in hoc Euangelium: *Sub specie*, inquit, *pietatis ad pristina vulnera, ad præteritos gemitus Lazarum vult redire, quem prima petitione ad suos deuocare non potuit cruciatus. Ante dixit: Mitte ad me; modò dicit: Mitte ad fratres meos. Dolet, agit infelix, ne videat felicem, quem aliquando putauerat infelicem.* Hæc Chrysol. Petrus satis eleganter. Asserit porrò se habere quinque fratres, & eorum tantũ meminit, vt qui in charitate non essent, quæ oẽs amplectitur. Et vtinã non essent myriades fratrũ huius diuitis, qui diuitijs nõ ad animi pietatẽ, sed ad carnis voluptatem abuntur. Et quinque fratres sunt, qui opes ad oblectatiopẽ quinque sensuum dilapidant. Serus incipit esse magister hic diues, vbi nec docẽdi, nec discendi tempus est. Cui pius, qui sibi sic impius? Impudenter audet alijs impetrare pœnitentiam, qui sibi ad veniam nihil prouidit. Et quomodo quinque fratribus eius sufficeret Lazarus, qui tanto tempore tot vlceribus suis plenus, toto clamans corpore vni diuiti nihil profecit? Sed iam audiamus breue & acutum responsum Abrahæ: *Et ait illi Abraham, Habent Moysen & Prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.* Prior diuitis oratio reiecta est, eo quòd esset de re impossibili, posterior, quòd esset de re superuacua, vt intelligas, damnatos nihil aut pro se, aut pro alijs impetrare posse, nec bene illos precari: *Habent Moysen & Prophetas*, id est, sine Lazarum requiescere post labores, tu deplora tuas pœnas & miserias. Deus autem non fratribus tuis, & omnibus non pro tuo consilio, aut hortatu, sed pro sua gratia, & munificẽtia de alio modo salutis prospexit; nempe Moysen & Prophetas, id est, sacros & Canonicos Moysis & Prophetarũ libros proponendo, qui quamplurima de inferno, ac eius cruciatibus loquuntur: quos audire debent, & cum omni fide & veneratione suscipere. Sed audi quid tertiò replicet diues: *Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.* Qui in vita non nouerat seipsum gubernare; post mortem contendit etiam ipsum Abraham docere: & sicut ipse ante mortem pro fabulis ducebat quæcunque Moyses & Prophetę de gehenna loquebantur; ita existimabat fratres suos nulla re alia magis posse conuerti. Sed stultum sanè fuisset, ad eius petitionem mortuum suscitari. Sic Saul nolens credere Samueli viuenti, quæsiuit mortuum, & nec sic enim auscultauit: vt habes 1. Reg. 28. Discę ergo ex hoc loco, miracula non fieri pro his, quæ, tanquam necessaria ad salutem, iam sunt recepta; nisi nouum aliquid esset persuadendum. Quamobrem Dominus rectè dixit Iudæis: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?*

Caietan. Lyran. Vbi locũ minimè habeat illud Solatiũ est miseris socios habere dolorum.

Petr. Rauen. serm. 123.

Quid est dicere: Habẽt quinque fratres tui Moysen & Prophetas, audiant illos.

Diuitis Epulonis stultitia.

Signa quibꝰ meritò denegentur.

Ioan 5.

Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Magni ponderis est hæc Abrahæ sententia, & occludens eorũ prurientium ora, qui dicunt: Nullus vnquam ab inferis reuersus est. Ideò ad Prophetas & Moysen mittit, ex quibus populus discat quicquid erit vtile ad salutem. Prohibet Dominus Deuter. 18. à magis & ariolis verum scisciscitari, & Gentium more oracula fictitia appetere: iniuriamq; sibi fieri Deus conqueritur, cùm ipse solus non auditur ab illis.

Similes qui fratrum diuitis Epulonis.

Abraham sapientissimus quinque fratres Epulonis cur mittat ad Moysen & Prophetas. Sap. 2.

Verba hæc Abrahæ: Si Moſen & Prophetas non audiant, quorum os obſtruant.

Hinc Eſa. 8. *Nunquid non populus à Deo ſuo requiret viſionem pro viuis à mortuis? Ad legem magis, & ad teſtimonium.* Videas enim alios, Angelos è cœlis cupere deſcendere, alios à ſepulchris mortuos prodire, alios nouis miraculis vel reuelationibus optare ſanciri quicquid audiunt, alios voces ex aëre tonare. Sed præpoſterum eſt, cùm ſolidiora ſint oracula Dei omnibus viſionibus, vel reuelationibus quæ fierẽt. *Cœlum*, inquit, *& terra tranſibunt, verba autem mea nõ præteribunt.* Et Petrus Apoſtolorum Princeps ad ſacrarum literarũ ſtudium adhortãs: *Et habemus* inquit, *firmiorem Propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes, tanquam lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris.* Hæc ergo dixit Abraham, primùm, vt viuẽtes magis hæreant Scripturis, quã mortuis ſuſcitatis: illæ enim ſunt Dei dicta inuicta & grauiſſima, ad quę ſuſcipiẽda lege tenemur. Adeò vt Apoſtolus dicat: *Sed licèt nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.* At mortuis apparentibus credere non obligamur, quia poſſunt eſſe phantaſmata, vel illuſiones dæmonum.

Matt. 24.

2. Pet. 1.

Galat. 1.

II. ratio.

Deinde ſi ſuſcitato alicui fidem haberes, atque vt certum ac indubitatum reciperes quod diceret; tunc homini, qui natura ſua mendax eſt, crederes, & maiorẽ fidem præſtares homini per ſe & natura ſua mentienti, quàm Deo, qui natura ſua verax eſt, & veritas ipſa. Adhæc, ſi quis à mortuis excitatus ad nos veniret, & ingentia illa, & horribilia tormenta, quæ damnati patiuntur, enarraret, nemo crederet. Putaret enim quiſque ſe aliquando à pœnis illis eripiendum, & ad vitam reuocandũ, vt faciunt illi ipſi qui nobis apparent. Quare maiorem fidem facit ineuitabilium ſuppliciorum gehennæ, quòd nullus ſit reuerſus ab inferis, quàm quòd frequenter redirent, & apparerent. Quod eleganter, & doctè fabula de vulpe, quæ rogata à Leone cur eum ægrotantem non inuiſeret, oſtendit: nam acutè leoni reſpondit.

Pſal. 115. Rom. 3.

III. ratio.

Sap. 2.

Quia me veſtigia terrent
Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.

Horat. lib. 1. epiſt. 1.

Præterea, ſi mortui reſurgerent, minùs illis fidem haberemus. Nam ecce pro Lazaro alter Lazarus frater Mariæ ſuſcitatus eſt, qui cùm ea narraret quę apud inferos viderat; non ſolùm ei non crediderunt, ſed etiam cogitauerunt vt & eum interficerent. Rurſus ipſe Dominus tanquã Lazarus quidam vlceribus crucis plenus, nec receptus à Iudæis mortuus eſt: poſteà verò ſuſcitatus, & multi cum eo, qui venerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis, & vt veriſimile eſt, multa de futuris gehennæ ſupplicijs, & de fide in Ieſum Meſſiam habenda nuntiarũt: & tamen à Iudæis permanentibus in ſua incredulitate, non ſunt auditi. Falſiſſimum igitur erat quod diues poſtulabat; & veriſſimum quod Abraham reſpondit. Et ſignificatur incredulitas gentis Iudaicæ, quæ quoniam non credidit Moyſi, & Prophetis, hodie quoq; Chriſto è ſepulchro reddito, & in dextera Patris reſidenti non credidit: vtique creditura quod factũ eſt, ſi Moyſi, & Prophetis credidiſſent, qui hoc futurum eſſe aliquando prædixerant. Confutantur etiam omnes qui deſiderio viſionum & reuelationum mortuorum, pluſquam Scripturarum inter Chriſtianos tenentur. Athanaſius quæſt. 13. ad Antiochum, ſoluit, Cur Deus non permittat animam alicuius defuncti ad nos venire, & enarrare qualis nam ſit rerum apud inferos ſtatus, & neceſſitas. *Multi apud nos inde* (inquit) *errores orirentur: multi enim dæmones formas humanas induere, & in hominũ demortuorum figuras transformari poſſent, ac dicere à mortuis ſe reſurrexiſſe, atque inde multa falſa dogmata ementiri de his quæ ibi fiunt, idq; ad ſeducendum nos, & perdendum.* Similia ferè Tertull. docet libr. de Anima. Titulo: An demerentur hic animæ poſt mortem.

Iudæor. credulit. in ſignis

In quor. terea illu. ba Abr. Epulonis. cta men. dirigam. Athan. a. imt.

Qua De. uidentia. functor. mi viuis a. apparen. ferorum. ſtatum. tiãtes. ſecu. dùm Ath. Tertul. ca.

Notant hoc loco hæretici Catholicos, quòd Purgatorium præſtigijs, & ſpectris mortuorũ velint cõfirmare, & neſcio quibus Gregorij Magni reuelationibus: cùm tamen quicquid ad ſalutem expediat, verbo Dei nobis ſit traditum. Reſpondemus, omnia quæ fide ſuſcipienda ſunt, aut ferè omnia, verbo Dei nobis commẽdata eſſe. Sed præter autoritatem Scripturæ, quæ veritatem Purgatorij nobis tradit in nõnullis locis, etiãſi hæretici ſuis gloſſis, ac detortis expoſitionibus ſubterfugere nitantur, aut potiùs eludere, habemus Patrum inuictam traditionẽ de mortuis per ſuffragia noſtra iuuandis, quam Apoſtoli ipſi docuerunt: habemus liturgiam, & Miſſæ ſacrificium, in quo locum habet ſupplicatio pro fidelibus defunctis: habemus tum Græcos, tum Latinos Doctores, qui de aſſertione Purgatorij, non ſecus atq; de fidei articulo loquuntur. Quòd ſi his accedant nonnullæ defunctorum viſiones, aut apparitiones; non propterea euincitur, in Eccleſia Catholica propter illas Purgatorium credi. Nam ante Gregoriũ fides erat in vniuerſa Eccleſia de fidelib. vita functis eos ſacrificio, precibus, eleemoſynis iuuari poſſe. Quare vt veritas & certa præſentia corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti in Euchariſtia

Quod ſit Purgatorij cuſtodia hæreticis ad negandum paucis oſtendimus.

riſtia nouis in dies ſignis confirmatur propter tot hæreticos, & puſillos in fide: ita mirũ non eſſe debet, ſi ad ſtatuendum articulum Purgatorij, aut ſigna, aut reuelationes defunctorum fiant. Sed hæc longiori ſermone proſequi, non eſt loci præſentis.

Ad firmiter Scripturis credendum, adhortatio.

Nos ergo indubitatam fidem habeamus Moyſi, & Prophetis, Chriſto, & Apoſtolis. Suſcipiamus Chriſtum ſuſcitatum, & Lazarum cum innumeris alijs ad confirmãdam veritatem Euangelij, neque iam de ſuſcitatione corporum, quę in diem iudicij ſeruata eſt, ſoliciti ſimus: tantùm demus operã, vt per fidem à morte peccati excitemur, qua reſurrectione nihil vtilius, nihil pretioſius, nihil denique glorioſius poteſt contingere. Nam beati, & ſancti, qui habent partem in reſurrectione prima, per eam ius habent ad ſecundam corporum ſuſcitationẽ: quam præſtabit ſua die vniuerſis fidelibus ad gloriam & immortalitatem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto ſemper regnat, & lætatur in ſecula ſeculorum, Amen.

Apoc. 22.

TRACTATVS XXII.

Tract. 67.

In illa verba Domini: *Et ait ad diſcipulos ſuos, Impoſſibile eſt, vt non veniant ſcandala: Væ autem illi per quem veniunt. Vtilius eſt illi, ſi lapis molaris imponatur circa collũ eius, & proijciatur in mare, quàm vt ſcãdalizet vnum de puſillis iſtis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ: & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi. Etſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die cõuerſus fuerit ad te, &c.* Luc. 17.

Matthæus & Lucas concinuntur.

QVæ in hoc loco continentur, etſi ſimilia videantur his, quæ Matth. cap. 18. de ſcandalo vitando tractauit: tamen cùm neceſſaria ſint ad ſalutem, atq; vtilia, mirum eſſe non debet, ſi plurics repetita ſunt à Domino, vt propterea in diuerſis locis à Domino tradantur: quanquam ita reperiuntur, vt aliqua adiuncta eſſe videãtur. Quòd ſi ſemel tantùm dicta ſunt, neceſſarium eſt aſſerere, vel Matthæum vſum figura præoccupationis, aut Lucã figura recapitulationis fuiſſe; vt ita in concordiam redigantur, quæ prima facie in Euangelijs diſſonare videntur. Poſtquam autem ad Phariſæos, auaros & contemptores Euangelicæ doctrinæ hiſtoriã diuitis Epulonis, & Lazari mendici propoſuiſſet, quo eos vel terrore futurorum ſuppliciorum ſanaret: iam cõuertit ſermonem ad diſcipulos ſuos, illos inſtruens de vitando ſcandalo, & virtute fidei ſigna operãtis. Hoc eſt enim Catholici Doctoris propriũ, vt errores impiorum cõuincat: & bonos, licèt imperfectos, ad virtutes colendas adhortetur.

Propriũ Catholici Doctoris.

Matt. 18.

Ait igitur: *Impoſſibile eſt, vt non veniant ſcandala.* Matthæus dixit: *Neceſſe eſt vt veniant ſcandala.* Sed neceſſe eſt eſſe; & impoſſibile non eſſe, æquipollent apud Dialecticos. Propterea autem impoſſibile eſt non euenire ſcandala, poſita humana infirmitate, & ad vitia procliuitate, per quam peccata admittuntur in aliorum plerunque offendiculum, & ſcandalũ. Vocamus autem ſcandalũ, factum, aut dictum minus rectũ, præbens occaſionem ruinæ culpabilis. Et varij gradus ſunt ſcandali. Sunt enim qui aliquid dicunt, vel faciunt mali, quo tamen nolunt quenquam offendi: hi leuiùs peccant. Sunt autem qui ex deſtinata malitia ſuo peſſimo exemplo alios ſeducere laborant: hi grauiùs peccãt. Sunt & qui ex aliorum bene dictis & bene factis ſcandalizantur: nam ſic Iudęorum primores in liberrima illa Domini concione ſcandalizabantur apud Matth. c. 15. Sed Chriſtus horũ offendiculum deſpiciendum eſſe docuit. Idcirco enim ille cõcionabatur, non vt quenquam offenderet; ſed vt omnibus veram pietatem oſtenderet. Quod verò Phariſæi offenderentur, propria malitia erat. Sciebant enim Chriſtum vera dicere; ſed malebant ſuam auaritiam, quàm Dei gloriã obtinere. Illud quoq; prudenter eſt cauendũ; ne bene factis, vel benedictis noſtris abutamur ad fratrum offendiculũ: quod accuſat Paulus in Romanis. Et alibi ait: *Omnia licent; ſed non omnia expediunt.* Dominus etiam ſuos admonuit, ne ſanctum darent canibus, neq; mitterent margaritas ſuas ante porcos. Impoſſibile eſt ergo, vt non veniãt ſcandala. Nihil hic explicat Dominus, quid apud Deum ſit poſſibile, vel impoſſibile, quia non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat; Et, *Voluntati eius quis reſiſtit?* ſed quid ex præſenti rerum ſtatu neceſſariò conſequatur. Nam conſiderata hominum malitia, & quòd ex naturę corruptione proni ſumus ad quæuis mala, & quòd nemo eſt qui non ſua commoda quærat, etiam cum proximi incõmodo; ideò cogimur dicere neceſſariò venire ſcandala: ſicut neceſſe eſt ex aeris putrefactione generari peſtẽ. Non ergo turbemini, ô Apoſtoli, quod Phariſæi contra me inſurrexerint, vel ſi mea doctrina offenſi ſunt. Non turbemini, ſi multi paullò pòſt vos oppriment. Tantùm ne offen-

Cur Chriſtus cur tantùm concionabatur.

A quo nos ſcandalo fratris abſterreat Paulus.

Rom. 14. 1. Cor. 6. Matt. 7.

Eſa. 59.

Rom. 9.

Vnde ſcanda la proueniãt.

offendamini, sed ex aliorum culpa vobis mercedem ampliorem sperare: ergo parati sitis ad ferenda scandala & curãda. Ne verò quisquã impunem existimet eum qui scandala serit; adiungit: *Væ autem illi per quem veniunt.* Vt ea ratione terreantur ab scãdalis inferẽdis homines audaces. Dicere autem, *Væ illi*; commiserantis est, & comminantis. Dolet enim hominis vicẽ, qui sibi ipsi causa perditionis existit: & vt ipsum à malo cohibeat, cõminatur, prædicitque quàm grauem subiturus sit pœnã, nisi vitauerit scandalum. Quare nil est cur vos malũ illis aut optetis, aut procuretis: melius feceritis, si pro eis orabitis vt emendentur, & euadant suum væ.

Væ scandalizantibus quare Christus dicat.

Vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare, &c. Ostendit longè grauiùs Deum vindicare scelera, quàm in præsenti mundo fieri soleat: nulla enim comparatio est inter pœnam præsentem, & futuram, hoc est, inter temporariã, & æternam. Quod verò hic quidam interpretantur, tolerabilius esse hic puniri pro dato scandalo, quam futurã subire pœnam, quasi Deus postea non puniat eos, qui ob mala facinora à mundi magistratu puniuntur in hoc mũdo: non videtur temere pronuntiandum: talis tamen potest esse pœnitentia eius qui publicè pœnas dat, tantaque patientia in sustinendo tormento mortis; vt peccati, vel scãdali dati maculam omninò diluat. Potest etiam interdum excedere id quod debet: valet etiam minus reddere quod debet, ob maiorem, vel minorem charitatem. Sed huius rei iudicium non est hominum, sed Dei solius, qui ponderator est spirituum, & nouit quantum quisque debeat, & quantum reddat. Vtilius ergo est molarem lapidem circa collum imponi, & in mare proijci (intellige, accedente & comitante pœnitentia) quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis, id est, vnumquenque ac contemptissimum ex meis, ne dum si turbam magnam suo scãdalo in exitium trahat.

An verè dicatur, qui puniuntur à magistratu malefici, nihil post hanc vitam pœnæ sustinere.

Prou. 16. Vtilius quomodo ei qui scandalũ præbet, si imponatur lapis molaris circa collum eius, & proijciatur in mare.

Sequitur: *Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum.* Verbũ primum, *Attendite vobis*; & superioribus, & inferioribus connecti potest. Omninò enim dispiciendum est, & diligenter cauendum, ne alicui simus offendiculo: quod tamen vix consequi possumus. In multis enim offendimus omnes. Diligenter prouidendũ etiã, ne patiamur odium, vel inuidiam in cordibus nostris radices agere contra eos, qui in nos peccauerunt: quod latenter & callidè hæc vitia se nobis insinuant, vt etiam per ignorantiam totos nos interdum occupẽt.

quãto studio vitandũ scandalum.

Luc. 3.

Expendens hoc verbum Petrus Rauennas in sermone quodam scribit: *Quid sibi ista*; inquit, *nouitas elocutionis? Quo ista tendit admonitio præter vsum? Attendite, inquit, vobis. Vagus oculus, lasciuus intuitus, improbus aspectus suas non respicit ad ruinas: alienos currit, & decurrit ad lapsus: sua cæcus ad crimina, ad aliena erratа perlucet: malorum suorum nescius, alienorum est accusator, & testis: suum tepidus ad reatum, ad alterius & innocentis flammatur, & excandescit examen. Et ne multis, sicut dixit Dominus; Oculus in se trabem non videns, videt in alio festucam. Nónne oculus prænaricationis est autor? Et vidit, inquit, mulier, quòd bonum esset lignum ad manducandum; & quòd gratum oculis ad videndum. Mortis tanua, inuidiæ fax, liuoris caminus, toto cupiditatis incẽdio velocius per aliena percurrit, quàm currit ignis arida & terrena per gramina. Dei est quod oculus in orbem sic apertus arctatur angustissimus in pupilla, quatenus moderatè visum videat, non inuideat: prauideat, non proripiat: prospiciat, non despiciat: oculus sit animæ fenestra, speculum sit mentis, sit lumen corporis, membrorũ dux sit, non introitus vitiorum.* Aurea verba sancti huius Patris. *Si ergo peccauerit in te frater tuus.* Quia per eum tibi scandalũ venit; illi venturum est væ, quicunque ille sit. ¶ *Increpa illum.* Vt scilicet à culpa liberari per penitentiam curet. Hoc est illud: *Benefacite his qui oderũt vos*; nam corripere, est beneficio afficere peccatorem. Increpa ergo, hoc est, noli par pari referre, neque velis cogitare de vindicta, sed increpa, id est, admone illum, ac doce quàm malè egerit, quàm longè à charitate Christiana recesserit, quàm præter meritum te læserit. *Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ: non te ipsum vlciscere, sed da locum iræ*; dare autem locum iræ, est permittere Domino iudicandi facultatem, quã ei præripiunt, qui aggrediuntur vindictam. Quare si Dei vices vsurpare nefas est, qui dixit: Mihi vindictam, & ego retribuam: neque vindicare licet.

Petr. Rauenn. sermo. 139 de remiss. fraterna delicto.

Huius sancti Patris & diserti in vagi oculum inuectiua.

Matt. 7.

Gen. 3.

Inuidiæ fumma quã grauiter detur in homine.

Quæ de re peccãtem in se fratrem increpare quis debeat.

Matt. 5.

Rom. 12.

Dare locũ iræ, quid secũdum Apost.

Ibidem. Deut. 32.

Sed aduerte, Lucam duriori vocabulo vsum, quàm Matthæum: hic enim ait, *Corripe eum*, quod mollius est, quàm increpa, quod, vt durum, iubet Paulus omitti: *Senioren*, inquit, *ne increpaueris, sed obsecra vt fratrem.* Et de Domino dicitur, quòd increpãs dæmonia, non sinebat ea loqui, quia sciebãt ipsum esse Christũ. Sed pro eodẽ vsurpari debent, quia idem hic est ἐπιτιμᾶσθαι quod ἐλέγξαι, apud Matthæum, id est corripe, siue corrige. Quanquam B. Augustinus correptionem, viam esse doceat ad correctionem; correctionem verò, finem correptionis. Ait enim lib. 1. de ciuit. Dei, ca. 9. *Ea ipsa quæ cum eis non perpetrant, nolunt plerunque corri-*

Correptio & increpatio differunt secundum *1. Tim. 5. Luc. 3.*

Correptio, & correctio quid differãt Augustinũ. *Augu. tom. 3.*

pere, cùm fortasse possint aliquos corripiendo corrigere: ne, si non potuerint, sua salus ac fama in periculum existimationve perueniant. Vnde, quòd frater corrigatur, non est in potestate corripientis; & ideò correctio non est in præceptò, sed correptio, per quam videlicet nihil eorum omittimus, quæ sunt necessaria, vt fratrem lucremur, siue recuperemus, qui est finis correptionis, vt Dominus ait.

Correctio an correptio iubeatur.

Circũstantiæ tres ad præceptũ correptionis implendum necessariæ.

Debent autem tres adesse circunstantiæ, vt quis ad correptionem adhibendam adstringatur. Nimirũ cognitio peccati: Spes emendationis, atque opportunitas. Prudentia verò & mansuetudo haud sunt simplici ter necessaria, nisi vt ritè fiat correptio: quia si absit cognitio peccati, nonnisi absq; fructu fieret correptio, perindeque esset, atque exhibere medicinam sano. Deinde debet adesse spes correctionis, nam alias vana esset correptio, & ad vanum nemo obligatur. Debet enim in spe qui arat, arare; & qui triturat, in spe percipiendi fructus tritu rare; & scriptum est in libro Prouerbior. *Noli arguere derisorem, ne oderit te.* Nec propterea tamen homines cessare debẽt à correptione, quia rara est spes emendationis. Multos enim frequenter legimus emendatos, de quibus malè sperabamus, vt testatur Augustinus: cuius sententia recitatur à Gratiano 23. quæst. 4. cap. *Nabuchodonosor.* Cùm ergo quis idoneis coniecturis existimat se nihil pro futurum, non tenetur lege corripiendi. Si autem dubium est, an profutura sit, vel scit quòd non oberit, tunc debet corripere: sicut medicus quando nouit, medicinam nihil obfuturam: etsi dubitet esse profuturam, adhibere debet. Nam qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet. Tantùm ergo excusamur à correctione, quando certi sumus nihil nos profuturos: si verò adhuc dubitamus, etiamsi sciamus correptos, dolore aut tristitia afficiendos, non est prætermittenda correptio. Tertia conditio est opportunitas: tum vt non sit alius qui commodius corripere possit: & quanquam alius esset, vt cùm adfuit prælatus, aut præceptor, aut alij ex parentibus & cognatis, si tamen illi cessent, ad me deuoluitur ius corrigẽdi; nisi sperem talem esse, qui seipso sine correptione emẽdari possit. Debet præterea adesse oportunitas temporis: si enim vis hominis iniuria affecti bilẽ præsentem & inflãmatam extinguere; nihil aliud facies quàm igni ligna subijcere: secundùm diuum Augustinum lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 9. vbi consilium charitatis vocat, opportunũ tempus expectare. Licet etiam atque expedit quandoque permittere in peiora crimina prolabi, vt ita ignominia confusus faciliùs resipiscat.

II conditio.

1. Cor. 9.

Prou. 9.

An quia rara est spes emendationis, à correptione cessandũ sit. *Augustin.*

III condit.

Augustin. to. 1.

Obligãtur autem mortales vniuersi, qui rationis vsum habent, lege corripiẽdi proximum delinquentem, quæ eleemosyna est spiritualis: quemadmodum dum egent ad exhibẽdam eleemosynam corpoream. Nec enim deterioris conditionis debet esse anima quam corpus. Siquidem lege naturali cautum est: *Quæcunque vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis.* Et iterum: *Vnicuique mandauit Deus de proximo suo.* Dominus igitur tradendo præceptum corripiendi, nihil noui tradidit; sed legem naturæ instaurauit: quanquam in modo corripiendi, de quo Matthæi decimooctauo: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit; adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ, &c.* nouam & propriè Euãgelicam legem condiderit. Verum quia de his multa diximus apud Matthæum, non sumus hoc loco prolixiores.

Correptionis fraternæ qui lege teneatur.

Matt. 7.

Eccles. 17.

Deut. 17. Matt. 18.

Naturæ legẽ Christus tantummodo instaurauit; præceptique fraternæ correptionis modum inuexit. *Tract. 9. & 10. 3. part. in ordine, tract. 54 & 55.*

Etsi pœnitẽtiam egerit, dimitte illi. Hoc est, si peccatum agnouerit, & ipsum tale quid designasse puduerit, dimitte illi, quia solutus est iam ab illo væ, & tu lucratus es fratrem tuum, & operuisti multitudinem peccatorum. Si autem pœnitentiam non egerit, sed adhuc persistat in peccato, illud ex parte excusando, aut omninò defendendo perge ad ea, quæ Matth. 18. dicuntur, nimirum ad inducendum duos testes, quos si neglexerit, ad dicendum Ecclesiæ, quòd si illam quoque neglexerit; habendus tibi est tanquam Ethnicus & Publicanus. Prælatus autem non tantùm debet increpare vt frater, sed etiam si peccatum alios offendit, vt pater pœnam sumere debet ad aliorum exemplum. Neque moueri debet, si is, qui punitur, pœna fiat deterior: nam etsi ipse magis omnibus, quàm vni illi prospicere debet, eum tamen curare debẽt, vt melior euadat per pœnam vt sinetur, cùm Paulus Corint. scribat, vt curent ne frater peccãs, & fidelium communione priuatus, abundantiori tristitia absorbeatur; & vt confirment in illum charitatem.

Quando sit omittenda correptio.

Eccles. 11.

Cum eo minimè peccati pœnitente, quid seruandum ex præcepto Christi

Etsi septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me; dimitte illi. Per hunc septenarium numerum, vt diximus apud Matthæum, significatur toties, quoties contingat fratrem te offendere, ponendo numerum finitum pro infinito: siue quòd septem sunt pec-

Superior subditum corripere debet duplici nomine.

2. Cor. 2.

Quid septies peccanti in nos fratri, ac pœnitenti dimittere.

Prou.24. Exod.20.

cata capitalia; siue quòd septies in die cadit iustus & resurget; siue quòd septem sunt præcepta secundæ tabulæ, in quibus possumus proximum offendere; siue quòd inter sapientes & peritos huius mundi, teste B. Gregor. hic numerus primus sit cõpositus ex pari & impari; vt proinde rectè significet vniuersitatem. Etsi verò contingat, hominem septies fratrem offendere, & eum septies illi reconciliari: non tollitur quin vltra peccãti in te, debeas remittere: quemadmodum quod in Matthæo dixit; *Non dico septies, sed septuagies septies.* Hæc enim doctrinæ gratia à Domino sunt proposita, vt intelligamus, quòd quemadmodum numerus offensionum proximi incertus est, & indefinitus, ita numerus remittendi offensas infinitus debet esse, ne charitas Christiana à peccato vincatur. Vult præterea Dominus hoc loco, vt fidem habeamus fratri veniam & remissionem à nobis petenti. Nam etsi certò nesciat, an verè ipsum, & ex animo pœniteat, tua tamen benignitate ac remissione adduci poterit, vt verè ipsum pœniteat, se tibi amico molestum fuisse: nam tibi quoque dimittet Dominus, & dissimulabit falsam pœnitẽtiam, & ad veram te adducet dulcedine bonitatis suæ. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Vult ergo Dominus, vt potiùs fallaris remittendi dicenti fratri, Pœnitet me, quàm fallaris non remittendo: secus autem est, cùm de offensis publicis agitur, quæ non ex tuo libero pendent arbitrio, sed ex autoritate legum; oportet enim tunc attendere ne fallaris. Estque præceptum diuinum, vt fratri qui nos iniuria affecit, & ad cor rediit, & veniam erroris sui à nobis postulat, ignoscamus deponendo animi acerbitatem, & omnẽ iracundiæ motum contra eum.

Gregor. lib. 1. c. 12. in princ. c. Iob. & infra cap. 19. in 2. c. Iob. tom. 2. Septenatius numer⁹ quid designat.

Matt. 18. An septies tãtũ & septies; fratri nos offendenti debeamus ignoscere.

Quomodo iuuandus frater sit ad veram pœnitẽtiã de offensa concipiendam, agnoscendamq;.

Luc. 6.

Quibus in rebus hoc veniæ fratri dãdæ præceptũ nos minimè coarctet.

Id si in omnibus, & vbiq; locum haberet, quid inde.

Si tamen in facultate læsit, non subinde obligamur damnũ illatum illis remittere: nisi fortè vel leue sit, & paruum, vel ille qui læsit, non est soluendo. Rursus non lege adstringimur, vt querelam apud magistratum factam contra proximum aboleamus: nam expedit Reipub. vt magistratus puniat iniurios homines, & pacis cõmunis turbatores. Si hoc etiam frequenter fieret, aperiretur magna fenestra iniurijs inferendis: facilè enim homines audaciores fierent ad molestiam proximo inferendam, si certo cognoscerent sibi necessariò ignoscendum & delictum ad magistratum delatũ remittendum: nam satis est, vt iniuria affectus, quod suũ est, præstet, & animi acerbitatem, & vindictæ cupiditatem deponat. Quanquam non negauerim, interdum aliquod delictum cõmitti posse, vt non tantùm illud sit condonandum, verum etiam ex charitate querela, quæ facta est apud iudicem: non tamen putauerim in vniuersum semper hoc esse faciendum. Colligimus ex hoc loco, Sacerdotem semper pœnitẽti debere remittere peccata: cùm enim Deus iubeat, vt pœnitenti fratri semper remittat frater, & Dei indulgẽtia longè vincat humanam, non potest nec debet Sacerdos certũ indulgentię numerum seruare erga peccatorem quem non potest seruare frater erga fratrem.

Qui semper debeant peccata dimittere.

Quòd si fortè is qui iniuria affecit, bis, aut ter, aut septies in die minimè ad nos humilis veniat, & veniam postulet, dubiũ est an ei sit remittendum. Nam vt Deus, nonnisi pœnitenti & seriò resipiscenti, peccatum cõdonat, non autem adhuc in peccato pertinaci: ita videri posset nec fratri adhuc superbo, ac ferocienti, esse remittẽdum. Respondemus, nobis præceptum esse, vt siue resipiscat, siue nõ, vt fratri propter Deum ignoscamus: & satis postulat veniam ipse Christus in proximo, & satis illam à nobis promeritus est. Quare charitatis est, etiam nondum veniã petenti ignoscere, & nostra bonitate vincere malitiam proximi, iuxta illud: *Noli vinci à malo; sed vince in bono malũ.* Nam ita congerentes carbones ignis super caput illius, eum tandẽ lucrabimur: quemadmodum Deus non tantùm nobis peccata remittit; sed etiam sua bonitate atq; dulcedine nos allicit, inuitat atque trahit, vt ex animo resipiscamus: vnde nic ignoscentes, magis Deum imitamur.

Fratri nec peccanti, nec ãlenti, ac vnã minimũ rogãti dimittendum an non.

Et dixerunt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem. Dixit autem Dominus, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare, & transplãtare in mare; & obediet vobis. Vertebat Dominus vitio interdum in Euangelijs modicã fidem, vt Matt. cap. 8. dixit Dominus: *Quid timidi estis, modicæ fidei?* Et Petro dixit (in Matthæo cap. 14.) *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Rursus Matth. 16. *Quid cogitatis inter vos, modicæ fidei, quia panes non habetis?* Et apud Lucam cap. 8. *Vbi est fides vestra?* Vnde rectè hic petunt sibi fidem augeri. Quia in re magnitudinem suæ fidei testati sunt, cùm credere se declarent, Dominum posse mentibus eorum fidei incrementũ adijcere, Deũ ipsum esse agnoscentes. Porrò si hoc Apostoli dixerunt, vt facilius per eam fratribus peccantibus dimitterent: bona fuit eorum petitio. Nam absque magna fide, magnoque Dei dono nemo in animum induxerit, vt offendẽti tam facilè parcat, quàm necesse est ei, qui est sub Christi iugo,

Effectus misericordiæ, ac veniæ. *Rom. 12. Prou. 25.*

Quare Apostoli Domino postulauerint sibi fidem augeri.

His verbis postulat, vt alte figat in se & Christo fundamentum.

Quam bene illi postulauerint: Domine, adauge nobis fidem.

quod

quod suaue est: debet enim non solùm facere, sed etiam cum suauitate facere: quod non assequimur nisi ipsius Dei dono, quod ipse pollicetur, dum ait: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis; & ego reficiam vos;* Apostoli igitur laborãtes sub hoc præcepto, venerunt ad Dominum, vt ipsos reficeret: quod & Dominus fecit, dicens; *Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, dicetis huic ærbori moro* (siue, vt Græcè dicitur, Sycamino) erat enim vicina, sicut Matthæ. 17. dixit: *Dicetis monti huic,* (qui proximus erat) *Eradicare & transplãtare in mare* (quæ passiua sunt Imperatiui modi) *& obediet vobis.* Quare id fidei quod habetis, satis superque est, vt amorem vestrum, vltionisque desiderium eradicetis, & in mare proijciatis; atque ita liberi à vestris affectibus & perturbationibus, fratrum saluti, quæ vobis à me nunc præcepta est, consulatis. Omnia siquidem possibilia sunt credenti, dum per fidem, charitatem, qua omnia præstare possimus, impetramus. Quæ sit fides, vt granum sinapis, explicuimus Matthæi 17. ad eum locum mittimus lectorem. Si autem Apostoli dixerunt, *Adauge nobis fidem,* vt per eam plura facerent miracula: fuit aliquantulum ambitiosa petitio, & responsum à Christo exhibitum vtrique rei aptum est. Nam & eis tantùm inesse fidei admonet, vt si eam colant, & constanter in tribulationibus retineant, quæuis, vel maxima signa edere possint ad gloriam Christi. Quare quod nos tam infirmi simus in præstanda Dei lege, & tam imbecilli in diligendo proximo, & tam timidi in ferendo publicè testimonio pro Christo; non aliunde proficiscitur, quàm ex defectu & negligentia fidei, cuius neque tantillum quidem, vt granum sinapis habemus: hinc tanta morum corruptio, tanta obliuio rerum diuinarum, tantus contemptus salutis æternæ, tantum denique hæresum proluuium: vt videatur nostris sæculis congruere illud Euãgelicum: *Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Fidem ergo cũ Apostolis nobis adijci postulemus. Nam etsi fides nostra sit, quod ad vsum attinet: Dei tamen est donum, ne quis glorietur. Vt ergo ab illo initium est fidei, ita ab illo augmentum petendum est: quo peccatorum remissionem assecuti, & legi diuinæ faciamus satis, & signa pro Christi gloria illam edere non impediamus; denique vt æternam felicitatem consequamur apud eum, qui nostræ fidei est autor & promotor Dominus noster Iesus Christus, qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in sæcula, Amen.

Matth. 21.

Fidei, quam habebant, Apostoli efficacia.

Marc. 9.

Quid reprehensionis meruerit poterat eiusmodi petitio.

Defectus fidei, quid pariat in nobis.

Luc. 18.

Fides quã habemus, quamuis nostra, quaten⁹ Dei, &c. eius effectus.

Ephes. 2.

TRACTATVS XXIII.

Tract. 23.

In illa verba: *Interrogatus autem à Pharisæis quãdo venit regnum Dei: respondens eis, dixit, Non veniet regnum Dei cum obseruatione: Neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos, Venient dies, quando desideretis videre vnum diem Filij hominis: & non videbitis. Et dicent vobis, Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire neq; sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub cælo, in ea quæ sub cælo sunt fulget: ita erit Filius hominis in die sua, &c.* vsque in finem cap. Lucæ 17.

AD Huius historię ampliorem cognitionem non est ignorãdum, qualem Pharisæi & Iudæorum populus de regno Dei, hoc est, de aduentu Messiæ haberent opinionem. Expectabant enim, & hactenus expectant Messiam, qui, iuxta morem, quem Reges huius mundi in dominando tenent, ita regnare debeat, omnesque alias gentes Iudæorum populo subijcere. Quæ quidem carnalis opinio etiam animos discipulorum longo tempore obtinuit, imò & in Regum aulas peruenit hæc opinio, quod Messias in hoc mundi aliorum more Regum sit regnaturus. Hinc Herodes misere cruciatur ob natum Regem Iudæorum: hinc Pilati timor, & interrogatio ad Christum, *Ergo Rex es tu?* hinc Iudæorum criminationes: *Omnis qui se Regem facit, contradicit Cæsari.* Et Cleophas ille de Christo mortuo, & sepulto dicebat. *Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel.* Et Apostoli, qui nondum Spiritum sanctum hauserant, in die Ascensionis dicebant, *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Quare Iudæi cùm frequentissimam mentionẽ audiuissent à Christo fieri de regno Dei, quod scilicet in terris per Messiam foret auspicandum, accedunt ad Christum, eumque interrogant. Postquam tam frequenter regni Dei facis mẽtionem, & prædicas illud appropinquare, imò postquam populo quasi iã persuasum est te esse Messiam, & Christum illum Domini; quando tandem regnare incipies? Nihil enim regium præ te ferre videris: Dic ergo nobis, quando veniet regnum Dei? id est, quando venturum esset, præsens pro futuro. Quo animo illud interrogauerint, nõ exprimit Euangelista: an seriò, an ex curiositate, & vt illum tentarent; an verò ex derisione,

Qualis Phariseorũ fuerit, & Iudeorum de Messiæ aduentu existimatio.

Quibus cum fuerit cõmunis illa opinio.

Matth. 2. Ioan. 1. Ioan. 19. ibidem.

Luc. vlt.

Act. 1.

Pharisæi Christũ quid his verbis interrogabant: Quando venit regnum Dei?

Quo animo illud interrogauerint.

quod fortassis est verisimilius. Respondit ergo Christus: *Non veniet regnum Dei cũ obseruatione: Neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic.* Hoc est, Regnum Dei nó veniet more regni mundani, cum humano prospectu, vt oculis possit conspici. & obseruari vel tempus, vel locus, vel vt possit verè dici, Ecce hic, aut ecce illic, aulam vel thronũ habet, his populis dominatur, vel hãc subegit regionẽ. *Ecce enim regnum Dei intra vos est.* Hoc est, vt exponit Theophylactꝰ, in vestra potestate situm est, vt amplectamini illud, si volueritis: siquidẽ per fidem quæ est in vestra potestate, incipit Deus regnare in vobis: vel, animas potiùs regat Messias per Spiritũ sanctum; quàm corpora per ministros & satellites. Aut, ille, de quo vos queritis, in medio vestrûm iam est. Regnum ergo Dei dicit seipsum, vtpotè Regẽ ac Deum. Intra ipsos autem erat, de quo Præcursor dixit, Medius vestrûm stetit quem vos nescitis. Athanasius libro contra Idola, viam ad cognoscendum Deum, non extra nos, sed intra nos positam asserit: quod confirmat ex verbis Moysi, dicẽtis; *Verbum fiue ratio fidei in corde tuo est*: & præsenti autoritate Christi: *Regnum Dei intra vos est.* Et Paschasius de Spiritu sancto lib. 2. cap. 8. ad Spiritum sanctum hoc esse referendum docet: *Dei vtiq;*, inquit, *regnum sunt, qui ei parere merẽtur: templum Dei vtique, non creatura.* Hæc ille.

Habet autem regnum Dei duplicem statum: alterum spirituale in hac vita in mentibus fidelium, in quibus Christus per Fidem, Spem, & Charitatem regnat; alterum, non solum spiritualem, sed etiam corporeum: Regnat enim Deus non solùm in animabus, sed etiã in corporibus hominum glorificatorum. Respondet ergo Pharisæis de aduẽtu regni absolutè, vt commune est vtrique statui, regnum nó venturum cum obseruatione scilicet temporis: neuter enim status eget obseruatione tẽporis, quia est spiritualis semper; corporeus autem publicus ac repentinus erit: & vt non veniet cum obseruatione temporis, ita nec cum obseruatione loci, omnis enim locus est aptus regno cælorum secundùm statum spiritualem, & vbique Christus glorioſus apparebit in secundo aduentu. Credite ergo in me, & appropinquabit in vos regnum Dei. Pluris facite præcepta Dei, quàm traditiones hominum; & participes eritis regni cœlestis. Quæ hoc loco ab hæreticis producuntur contra Ecclesiæ Sacramenta, imagines, cerẽonias, & Ecclesiæ potestatem; magis suam insignem produnt impietatem. Constat enim Dominum non satis esse fide contentum, sed exigere etiam fidei confessionem coram hominibus. Præceptum est intingi regenerationis lauacro; edere carnem, & sanguinem Domini; & inungi infirmos oleo ad salutem per presbyteros Ecclesiæ. Quare quod dixit: *Non veniet regnum Dei cum obseruatione*: non negat aut opera Fidei, aut Charitatis externæ fructus: non Sacramenta, aut vllos alios ritus Ecclesiæ; sed tantùm regnum Dei spirituale in cordibus hominum ait videri non posse oculis corporeis, agnoscitur tamen ex fructibus cuiusque quis regnet in corde hominis, Christus, an diabolus; & an pareat Ecclesiæ, an se illi reddat contumacem ac refractarium.

Et ait ad discipulos suos, Venient dies, quando desideretis videre vnum diem Filij hominis; & non videbitis. Et dicent vobis, Ecce hic, & Ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. Ad Apostolos, qui iam Christum sine obseruatione, aliqua ex parte meliùs cæteris nouerant, conuertit sermonem, vt hanc quoque consuetudinem, cum ab oculis eorum ablatus esset, seruaret: admonenturq; vt nullam obseruationem habeãt, sed ipso tantùm vtantur iudice. Nec enim tunc Pharisæi, aut discipuli rectè intelligere poterãt, qua ratione Iesus Filius Dei tam humilis in carne venisset: sed cùm carnalia tantùm saperent, & amarent, noluit eis Dominus multa narrare de mysterio primi aduentus, contentus affirmare, regnũ Dei iam in terris esse, hoc est, Messiam à Deo missum; propterea orationem vertit ad vltimum aduentum, quando venturus est, non vt humanũ ampliùs subeat iudicium, sed vt ipse iudicet vniuersum mundum. Loquitur ergo discipulis: tum quia eis vult declarare multa præcedentia talem aduentum regni Dei; tum quia hæc in vtilitatem discipulorum, non autem Iudæorum nouerat euentura.

Per vnum autem diem Filij hominis significari potest dies quietis pacificæ, qualem habebant Iesu discipuli, quando cum eo conuersabantur: & prædicuntur venturi dies tribulationis & angustiæ ante aduentum manifestum Filij Dei ad iudicium, quo desiderabitis affectu naturali habere hanc quietem, quam modò habetis, ita vt quæ modò suffertis, si componantur cũ ijs quæ passuri estis, desiderabilia vobis reddantur. Et hic sensus ex eo ostenditur congruus: quia prænuntiat quòd breui occidendus, non esset amplius conuersaturus. Eò enim tendit quod ait futurum, vt concupiscant vnum ex diebus vitæ suæ, & non obtinebunt, cùm Dominus, scilicet se in cælum recepisset. Potest etiam hic dies Filij hominis significare diem aduentus glorioſi

Luc. 12. Ioan. 1. Ioan. 3. Iacob. 2.

Quare Christus Apostolis dicens, desiderabitis videre vnum diem Filij hominis.

Christus secundo est venturus.

Dies Filij hominis quem alia.

Dies etiam Filij hominis, qualis dici possit.

Quid est: Regnum Dei non veniet cum obseruatione.

Id etiam: Regnum Dei intra vos est, quid significet. *Ioan. 1. B. Athanas. tom. 1. Exod. 8.*

Qua via Deum cognoscamus. *Paschasius.* Regnũ Dei quale intra nos sit.

Dupplex status regni Dei, spiritualis, & corporeus.

Qua cũ obseruatione non veniet regnum Dei.

Impij Luthetani quẽadmodum his Christi verbis abutãtur cõtra studiũ. & opera bonorum.

ipsius Christi, quasi Dominus apertè diceret; Præcedent manifestum aduentum regni Dei, tribulationes adeò magnæ, vt cogamini desiderare diem vnũ, hoc est, diem illum glorioſum, qui nó est nisi vnus, quoniam erit dies æternitatis: & tamen non videbitis, quia prius moriemini, quàm veniat regnum Dei manifestum. *Et dicent vobis:* Nimirum pseudoprophetæ: *Ecce hic, & ecce illic,* scilicet est Christus. Et prohibet sequi, vel credere: quoniam post Christum non est alius expectandus Messias. Hoc loco aduertendum est, plurima eorum repeti, quæ habentur Matth. 24. & Marc. 13. qui hæc commemorant dicta discipulis priuatim, idq; circa tempus passionis: quanquàm fieri potuerit, vt bis fuerint dicta. Nos ergo breuiter, succinctèq; illa nũc expediamus, latiùs & vberiùs apud Matthæum.

Nam sicut fulgur coruscans de sub cælo, in ea quæ sub cælo sunt, fulget: ita erit Filius hominis in die sua. Hæc ad vltimum Domini aduentum spectant: qui non erit tam occultus, vt multis opus habeat demonstrationibus, sed repentinus & omnibus manifestus. Primus enim aduentus, qui erat in carne, occultabatur aliquandiu, & solùm paucis primùm prodebatur hominibus: vnde Magi Christum querebant Ierosolymis, & missi sunt ab Herode in Bethleem. Non sic occultabitur extremus Domini aduentus: sed vt fulgur erumpens citò promicat ab vna parte cæli vsque ad aduersam priusquam venturum sentiatis: ita inexpectatus & magna cũ gloria Filius hominis veniet in die sua præfixa à Patre. Et, ad literam in aere descendet Iesus, vt clarè explicatur. 1. ad Thessalonic. 4. Et sic in aëre apparebit, vt manifestus reddatur vniuersis.

Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Hoc verbo ostẽdit Dominus sibi non esse incognitũ quod Pharisæi contra ipsum moliebantur, atque Iudæi. Oportet ergo eum multa pati, videlicet pro mũdi redemptione & salute: quæ nos diligenter animo nostro expedere debemus: oportet & reprobari, vt sic magis exaltetur, secundùm id, *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.*

Et reprobari à generatione hac, scilicet Iudæorum, quæ de diuinis per humana vult iudicare: huic generationi, quando ita pro salute eorum expedit, humanitus perseruanti, examinãdum me dabo: itaq; me verberibus & reprobatione examinabũt: hisq; cum me omnibus eorum argumentis machinisq; superiorem probauero, ostendam hoc saltẽ quod est, illis me rebus perfectè cognosci, iudicariq; non posse, vt tandem aliquando reuertantur ad cor, ibiq; de me Spiritum Dei cõsulant, qui de me illis tunc quoq; loquetur, si tamen audire non contempserint. Et vide quomodo Dominus nunc de gloria sua, nunc de humilitate sua prædicet; propter duplicem eius aduentũ, geminamq; naturam.

Et sicut factum est in diebus Noë, ita erit & in diebus Filij hominis. Et infrà: *Similiter sicut factum est in diebus Lot.* Reuertitur ad aduentum suum glorioſum, qui erit, postquam omnia passus & reuersus ad Patrẽ, rursusq; à Patre, vt fulgur reuelabitur, & repentinus erit, atq; incognitus. His autem duobus exemplis, Noë, cuius tempore homines diluuio perierunt, & Lot iusti, cuius tẽpore illę ciuitates infames igne exustæ sunt, probat Dominus diem extremum aduenturum quando nihil minus ab hominibus expectabitur. Subindicat etiam hac historia, homines sic esse stupidos, & suæ salutis negligentes, vt etiam multis admoniti nihil opus habeant, neq; vel serò tandem de emendatione cogitent: hinc Petrus tradit, iustum illum Noë non cessasse à prædicatione pœnitentiæ, vt si non posset omnes, vel paucos conuerteret; quare Noë, iustitiæ præco à Petro vocatur. Et idem feciſſe iustum Lot verisimile est. Quòd verò ait diluuiũ, & ignem perdidisse omnes: intelligo quantum ad corpus: nam quod attinet ad animam, nonnullos instante calamitate resipuisse, & Domini misericordiam vtiliter imploraſſe, vt probabile admodum tradit B. Hieronymus super Nahum prophetam. Ea enim de causa præsentia flagella immittit Dominus, vt per vexationem intellectum recipiamus. Et vt Paulus ait: *Dum iudicamur autem; à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Sed quia in repentinis, & inexpectatis euentibus secundùm habitus præcedentes operari consueuimus; & propterea cum maximis criminibus & flagitijs omnes homines inuoluerentur: singulare Dei beneficium fuit, vt flagellis excitati ad sanam mentem redierint, & de peccatis suis quantum per tempus licuit, pœnituerint.

Edebant, & bibebant, emebãt & vendebant; plantabant & ædificabant, &c. Hoc est: sic vitam suam instituebant, sicq; rebus caducis intenti erant, ac si perpetuò se hic victuros sperarẽt. Nam quòd illa per se vitiosa sint; sed malum est in conuiuijs, & in cõtrahendis matrimonijs, in negotiationibus, ita securam vitam traducere, vt, iuxta Prophetam, opus Domini non respiciatur, & opera manuum eius non considerentur: nec

Tempus secundi aduentus ad iudicium quàm veniet occultum, & incognitum. *Gen. 8. & seq. Infra 19.*

Dierũ Noë, & Lot quare Christus meminerit. *2. Pet. 2.*

Diluuiũ tempore Noë quomodo perdidit omnes. *B. Hieronym. in cap. 1. Nahum prophetam. Esai. 28.*

1. Corinth. 11. Præsentia Dei flagella peccatoribus immissa quid iuuerint.

Homines tẽpore Noë, & Lot licentiosẽ ac remissius viuẽtes, Christꝰ quatenus dãnet, ac improbet. *Esai 5.*

Ille dies cur vnus appelletur.

Quo tempore hæc Christus pronunciauerit.

Tract. 35. & seq. 1 partis.

Qualis erit secũdus Domini aduentus; qualis primus fuerit. *Matth. 2.*

Infra 24. Vbi apparebit Christus mũdi iudex.

Christus præscius futurorum vt Deus: idem cur voluerit multa pati, & à Iudæis reprobari. *Psal. 117. Matth 21.*

Christus vt fuerit reprobatus à Iudæis.

iudicia eius transeantur. Et hæc sunt illa mala, propter quę originali (vt ait Petrus) mũdo Deus nõ pepercit, & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorũ in cineres redigendo euertit. Quibus haud dissimilia nos operamur: nam securi in vtramq; aurem sternimus, & dormimus, nihil de aduẽtu Christi ad iudicium præmeditantes.

2. Petr. 2.

Genes. 19.

In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro, vel, *ad ea, quæ retro sunt*, vt Græcè habetur. His verbis Christus, ad literã, nihil aliud indicare voluit, quàm improuisum ac repentinum aduentum suum ad iudicium: qui talis erit, vt non vacet nobis domestica curare negotia, & supellectilia, vel alia, quæ in domo chara habemus circũferre, vel te, vt domi aliquid agas, ex agro domum conferre; nimirum propter angustias illas, & repentinam omnium rerum mutationem. Negligimus enim multa chara & pretiosa, cùm videlicet instant grauiora, quæ totos nos sibi vendicant. Hîc tantùm aduertendum, hęc eadem verba dici à Matthæo cap. 24. vt non loquatur de extremo mũdi excidio, vt hic loquitur Lucas, sed de extremo excidio Ierusalem, ait enim: *Tũc qui in Iudæa sunt, fugient ad mõtes: & qui in tecto, non descendat aliquid tollere de domo sua: Et qui in agro, nõ reuertatur tollere tunicam suã.* Quia in tribulationibus præsentibus indicat euentura in iudicio; & ita diuersis tribulationibus eadem adhibetur cautela.

Quibus verbis improuisum ac subitum suum, Christus aduẽtum ad iudicium futurum significet.

Memores estote vxoris Lot. Quanta celeritate animns sit conuertendus ad spiritualia & pro illis omnia temporalia negligenda, exemplo ostẽdit vxoris Lot: quæ cùm retro aspexisset, non habuit tempus progrediendi in anteriora; nam mutata est in statuam salis: vnde monet, vt nec prætextu tam paruæ morulæ, quæ expenderetur in tollendis his quæ domi sunt, seu retro relicta sunt, differenda sit spiritualis vita; siue tanquã recuperanda ab his, qui illam & habuerunt, & deseruerunt, siue tanquam denuò acquirenda ab his, qui nunquam eam habuerunt. Quamobrem quòd dixit, *In illa hora*; non tempus aduentus sui significauit, quia tunc tẽpus non erit, quo monitio possit prodesse: sed significat tempus propinquum aduentui Christi, quod, ob breuitatem, horam vocat. Theophylactus verba hæc ad Antichristi seductionem ac persecutionem accommodat, qui minis & blanditijs multos seducturus est: piorum tamen est, propter amorem huius vitę non humiliare se illi tyranno. Exemplo ergo vxoris Lot, & perditione eius admonemur, vt incipiamus tãdem sapere. Nam vt illa admonita ab Angelo de Sodomorũ repẽtino interitu, & ne retro respiceret, de verbis Angeli diffisa, suam salutem negligens, & aliena curans, respexit in ardentem ciuitatem, & in statuam salis est conuersa: in statuam quidem, ob exemplũ eorum, qui à salutari via ad priores mores reuertuntur; salis autem, propter peccati acerbitatem, vt tradit Euthymius: sic & illis eueniet, qui sub extremi iudicij tempus negligent se præparare ad percipienda æterna: illis enim priuabũtur, & hæc nunquã accipient. Non enim tum spatium erit cogitãdi de vita corporis, cùm animæ vita versabitur in periculo.

Quid exemplo vxoris Lot retro respicientis, & in statuam salis conuersæ, Christus docere nos velit.

Genes. 19.

Philip 3.

In qua hora existens in tecto, dicitur non debere descendere, vt tollat sua, quæ reliquerat.

Theophyl.

Vxor Lot retro aspiciens quare in statuam, & cur salis fuerit conuersa.

Euthym. c. 6. in Lucam.

Quicunque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam. Declarat quid sit retro respicere, quid descendere ad tollendũ vasa de domo, & quid redire ad ea, quæ retro sunt: nimirũ studere vitæ animali, & quærere vnumquemq; quæ sua sunt; non quæ sunt Iesu Christi. Qui ergo ita studet amori propriæ vitæ, vt quouis modo, siue per fas, siue per nefas illam velit saluam facere, & rebus suis se tutari, quasi victurus etiam in tanto rerum turbine; proculdubio in ęternum amittet eam: & quicunque perdiderit illam, negligendo carnis cõmoda & voluptates propter Christum, & exponendo illam mortis periculo coram Antichristo, in æternum eam viuam seruabit.

Quærens animam suã saluam facere, qui perdat illam. *Philip. 2.*

Contrà, eam qui perdens illam seruabit.

Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro: vnus assumetur, & alter relinquetur. Mirum nõ est, quòd hæc tertia particula de duobus in agro, nõ sit in Græco: quia satis est Matthæum cap. 24. & Euangelium Syriacum id habere. Deinde aduerte, dormientes in lecto, & laborãtes in agro, in masculino genere poni, sicut molẽtes in fœminino, quia officium molendi erat ancillarum: vnde Esai. 47. dicitur, *Descende, sede in puluere, virgo filia Babylon.* Et infrà: *Tolle molam, & mole farinam.* Sic Exod. 11. *primogenitum ancillæ quæ est ad molam.* Homerus lib. 8. Odyss. Alcinoo Regi Phœacũ quinquaginta ancillas tribuit molentes. Et lib. 22. duodecim famulas ad idem munus in ædibus Vlyssis assignat: & quemadmodum Romani seruos in pistrinum detrudebant ad molẽdum, ita alij vtebantur ancillis. Quũ ergo ait, *in illa nocte*, cùm paulò ante dixerit, *Ita erit Filius hominis in die sua*; minimè hæc pugnant inter se: secundùm enim historiæ veritatem, aduentus Christi glorioſus in die erit, vt cerni ab omnibus possit: hic tamen in nocte futurus dicitur, quia veniet ex improuiso, sicut fur in nocte, quãdo minus creditur, venit. Vel, dies erit fidelibus, & in luce fidei viuẽtibus: nox verò infidelibus & impijs tenebrosa opera diligẽtibus. Est autem sensus, quod quemadmodum, dum de diebus Noë & Lot mẽtionem fecerat, admonuit tamen tandem euenturum iudicij diem, quando homines sibi videbuntur extra teli iactũ esse: ita nũc ostendit homines illo tempore terrenis rebus implicatos, continuò hinc rapiendos: nõ tamen pari modo, sed alium ad gloriã, alium ad iudicium. Et ratione nõ caret, ex lecto & agro alterum assumi, alterum verò relinqui: non quasi numerus electorũ par sit futurus numero reproborũ, de quo hic non agit; sed de hoc, quod nec res, nec locus, nec vitæ genus nobis causa est, vel vitę, vel mortis: nam ex eis, qui vel in vno decumbunt lecto, vel in eodẽ agro laborant, vel qui in vnum, siue simul molũt, hoc est, qui simul pistrinũ trahũt, alter seruabitur, alter peribit: Quod nõ aliunde proficiscitur; quã quòd diuerso affectu vtuntur præsenti vita, rebusq; ad eam pertinentibus: alius siquidem vtitur rebus temporarijs, vt tamen his longè præferat cœlestia; alius verò ita deditus est terrenis, vt ne per somniũ quidem de cœlestibus cogitare valeat.

Molent quorum etat tantummodo. *Homerus.*

Quotsum id: In illa nocte duo erunt in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur, &c.

Alterum do cumẽtum in ijs Domini verbis exhibitum.

Conciliatur hic locus: In illa nocte: & Ita erit Filius hominis in die sua.

Significat etiam his exemplis, ex omni arte, sexu, conditione, & officio aliquos fore seruandos; & non totidem, quot in arca seruati sunt, vel quot à Sodomis sunt liberati. Deinde indicat, neminẽ in vllo statu, aut conditione tutum esse, nisi Dei gratia iuuetur; neq; desperet, si vult eius fauore vti. Neq; assumi, & relinqui, propriè significãt prædestinari, & reprobari, vt quidam interpretantur: sed alludit ad eum, qui colligit fructũ, qui bonos & maturos assumit; putridos verò vel immaturos omittit: vel ad piscatores, qui trahentes rete ex mari, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Vt igitur hic nõ loquitur de numero electorum, & reproborum, vt diximus: ita nec de electione vel reprobatione: sed de assumendis bonis ad gloriam; & relinquendis impijs.

Christus vnde assumẽdi & relinquendi metaphoras videatur sumpsisse. *Matth. 13.*

Respondentes dicunt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis, Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Ex quibusdam circumstantijs additis videntur hæc diuersa ab his, quę habentur Matth. 24. Audierant discipuli Christum multa dicere de regno Dei, quod ipsi nondũ intelligebant. Interrogant Dominum, vbi sit locus, in quo assumẽdi sunt aliqui: & vbi locus, vbi alij deferendi. Christus illorum imbecillitatem agnoscens, similitudine quadam respondit, qua significare voluit, non esse multum de his curiosè

Quare Apostoli Dominum interrogauerint de loco, in quẽ assumendi sint aliqui, & alij relinquendi.

cogitandum; nõ enim defuturum locum, ad quem pij recipiantur; neq; impijs defuturum locũ, vbi puniantur: & vnumquemque ad suum locum peruenturum. Neque putes, Dominum inuidia celasse Apostolos respõsum; sed quia ita ferebat ipsorum imbecillitas: quanquàm in alijs locis apertiùs res significaret. *Vbicunque*, inquit, *fuerit corpus.* Quidam codices habent cadauer, videlicet πτῶμα pro σῶμα: & omninò corpus pro corpore mortuo ponitur, similitudine sumpta ab aquilis concurrentibus ad cadauer, vt pascantur. Tectè igitur insinuat locum & modum, atq; affectum, quo pij & iusti à Deo assumentur, quòd velut volantes, hoc est, per aerem meantes, hoc est, esurientes ad fruendũ Christo pro nobis mortuo cõgregabuntur ad locũ in aëre, quemadmodum aquilæ congregantur ad edendũ cadauer: vnde & Paulus dicit ad Thessalonicẽses: Rapiemur obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

Christus cur tectè tãtùm & obscurè ab exemplo aquilæ illis responderit.

1. Thessal. 4.

Contendamus igitur, vt tanta mala, quæ in die illa iudicij accidẽt, euadere possimus; vt mores ac proprietates induamus aquilarum. Vt enim illa Regium est animal, & oculis suis firmiter Solem intuetur, volatuque suo suprema loca conscendit, & ex raptu victum sibi comparat, & auidissima ad prædam occurriti ita nos Regium animum induamus, & Christi Regis mores imitemur, & vilia quæque contemnamus; oculis firmis Solem iustitię per fidem spectemus; præsentia omnia, & quæ sub aspectum cadunt, volatu Spiritus transcẽdamus, & cœlestia sola per spem complecti contendamus, & quasi aues ex rapina victitantes, nihil nos boni habere existimemus, nihil nobis tribuamus, sed à Christo & sanctis omnem nostram, vt Apostolus ait, sufficientiam mendicemus, & ex Sacramentis, & aliorum precibus, quasi ex alieno nos viuere existimemus; comparemus item nobis alas fidei, & charitatis, vt illis ornati, & subleuati, auidissimè accurramus ad prædam illam pretiosissimam dulcissimamq;, qua in æternum perfruamur, Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto, cibus est & esca omniũ beatarum mentium in sempiternum, Amen.

Quales aquilæ esse debeamus.

2. Corinth. 5.

TRACTATVS XXIIII.

Tract. 69.

De historia paruulorum, quibus Iesus manum imposuit, & benedixit. Et habetur Matthæi 19. Marc. 10. & Lucæ 18. *Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, &*

& oraret: discipuli autem increpabant eos. Iesus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium enim est regnum cælorum. Et quũ imposuisset eis manus, abyit inde.

Quo tempore hæc historia contigerit.

PARVA est, & non admodùm obscura hæc historia à Matthæo narrata, cui ex Marco & Luca nonnihil suo loco adiungemus. Accidit autem hæc historia post prædicationem & disputationẽ Domini cum Pharisæis de coniugij diuortio, etiam antequam domum rediret, etsi quæstio discipulorum, quæ domi facta est, vt ait Marcus, prænarretur à Matthæo, & Marco, quia pẽdebat ex Domini dictis ad Pharisæos, & commodè post parabolam præcedentem in Luca, qua Dominus ab arrogantia auocauit, & ad humilitatem inuitauit, hanc de receptis à Christo paruulis subiecit historiam. Offerebat igitur turba tenellos infantes Domino: Matthæus Græcè παιδία. Lucas τὰ βρέφη, id est, infantes, vt manus eis imponeret, & oraret; quod Lucas in genere ita, vt eos tangeret: sed quo tactus genere, explicat Marcus, dicens: *Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.* Hæc autem ceremonia, vsitata & frequens est in Scripturis: vnde Iacob benedicturus Ephraim & Manassen filios Ioseph, dexteram manum super Ephraim, & sinistram super caput Manasses imponebat. Ad hæc vetus erat consuetudo, vt quicquid Deo offerretur, vel consecraretur, siue illud esset homo, siue animal brutũ, ministri Dei super illud manus imponerẽt, quasi super id, quod iam non humanis vsibus, sed Diuino cultui ac ministerio esset mancipatũ. Viderant præterea à parentes illi, Christum attactu suo omnes morbos propellere, ingentiaque beneficia multis contulisse; ideò confidebant infantibus profuturum ob multa incommoda, quibus vt plurimum illa ætas imbecillis esse solet obnoxia; vt infantes posthac corpore & animo feliciores essent. Origenes homilia. 7. in Matthæum tom. 2. hoc loco obseruauit, nullum Euangelistam expresè dixisse, à quibus oblati sint pueri, vtrùm à parentibus, an, quod ipse videtur opinari, ab Angelis: nec est incredibile, ministerium Angelorum ab hoc negotio abfuisse. Sed, siue parentes, siue Angeli offerrent, certè exemplum dãt nobis offerendi filios Sacerdotibus, vt eos benedicant. Et increpati à discipulis tangere, ex fide & deuotione petebãt, & tactus ad omnia vtilis erat, quæ animo suo concipiebant, & optabant; aliàs actus esset vitiosus, & non increpasset discipulos. Si autem quæ optabant, erant inutilia, conferebat maiora: qui petebant vt oraret pro eis; putabant tantùm hominem esse: etsi enim Christus, quatenus homo, oret, si tamen eum Deum agnouissent, eum oratione non egere intelligerent. Ante baptismum in templo orabat, & attentè audiebat verbum Dei. Paruulis verò benedicebat: quia initio benè operandi peculiariter conuenit benedictio: ideò secundùm Marcum benedicebat eos, prænuntians, atque deprecans bona conferenda. Et quoniam non dicitur quòd essent languidi, vel infirmi, vel vt sanaret eos: propterea pueri, qui offerebantur, sani erant.

Mira Christi Charitas & humanitas in piæ turbæ pueros oblatos. Quibus olim manus de more imponebantur, & quare.

Quam etiã ob causam turbę paruulos suos Christo benedicendos obtulerint.

Origen. A quibus fuerint oblati illi paruuli Christo, secũdum Origenẽ, & quid inde doceantur parentes.

Tactus Christi prodera

Christ⁹ a re benedi bat paru

Quibus causis Apostoli pueros prohibuer ad Christ⁹ adduci.

Matth. 18.

Infra 22. & alib. passim.

Qui digni sint Christi reprehensione.

Discipuli autem increpabant eos. Non quidem inuidentes benedictionibus paruulorum, nihil enim per contemptum, vel inuidiam ab Apostolis tunc factum est; sed potiùs per ignorantiam: putabant enim Apostoli, infantes nulla vtilitate Christo offerri, vt qui sermonem ipsius nec intelligere, nec credere possent. Suspicabantur præterea, Dominum maioribus intentum, non esse fatigandum huiusmodi leuioribus negotijs, & parentum importunitate à melioribus studijs auocari: ideò increpabant adducentes paruulos, & zelabant pro Domini honore & quiete, quasi Domino facesserent negotium. Fortè etiam erat hora cibi sumendi, vt Marc. 3. vel forsitan comprimebant Christum, & Apostolos, vt Luc. 8. ob quàm etiam causam nauem conscendit, Luc. 5. Denique imprudentia fuit discipulorum, quia noue rant paulò antè paruulum Christum statuisse in medio eorum: sed quia obliti erant, non erat peccatum, quia bono animo faciebant, & quod ad ipsos spectabat, præstabant; sicut Christus benignè recipiendo, etiam quod sui muneris erat, exhibebat. Non enim est apud Deum respectus personarum; ideò ex ea parte, qua placebant pueri, reprehendit Apostolos, non quasi de aliquo peccato.

Iesus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire. Marcus ait; *Quos cum videret Iesus, indignè tulit.* Increpabant discipuli offerentes pueros, non autẽ ipsos pueros, qui reprehensionis minimè erant capaces; quod Marcus declarat, dicens; Discipuli autem comminabantur offerentibus. Increpauit & Christus discipulos suos, & in illis omnes eos increpat, qui filios paruulos auocant, aut à Diuinis mysterijs, aut ab ingressu Religionis, etiam si interdum bono animo ad id faciendũ permoueantur: nam semper Christus & Religio bonam nostram mentem præcedere debent. *Sinite*, inquit Dominus, *paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire.* Quemadmodum enim peccatricis patrocinium suscepit Luc. 7. & murmurationem discipulorum contra Mariam ex fide & deuotione libram vnguenti pretiosi effundentem compressit, Mar. 14. ita nunc paruulorum causam in se recepit. Ait igitur, *Nolite eos prohibere*: tum vt ostendat humilitatem suam, & eam nobis imitandam proponat; tum quo indicet, se non accipere personas, sed omnium ætatum, sexuum, & conditionum Saluatorem esse, etiam cum proprio dispendio ad paruulos se demittens; tum ne quis applicantes cultui Dei paruulos irrideat, quia sæpe spiritus in eis operatur, & ad magna interdum vocat; quemadmodum de Ioanne Baptista, & beato Nicolao, dum de Ioanne Baptista, & beato Nicolao, atque alijs constat. Voluit etiam indicare sibi mundos ac puros, atq; omnis doli expertes placere. Denique se in laborando oblectari, & cibum suum esse animarum lucrum. Vnde cùm instaret hora prandij, & discipuli cibum attulissent, & ad edendum hortarentur; *Meus*, inquit, *cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius*, id est, vt prædicem venturis Samaritanis, quos nouerat verbo Dei lucrifaciendos. *Quia & alijs*, inquit, *ciuitatibus oportet me euangelizare; quia ideo missus sum. Nolite ergo eos prohibere.* Nunquam enim Dominus turbam ad se venientem vel quietis tempore repellebat: vnde capite sexto, profectus erat cum Apostolis ad animi relaxationem, & otium, & inueniens turbam, multa eam docuit, quandoque tamen plus ob discipulos præcurrebat, ne venirent: vnde dicebat; *Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum*: non ait, Eamus, & requiescamus. ¶ *Talium est enim regnum cælorum.* Id est, istorum & aliorum infantulorum, & adultorum moribus illis similium: nam sine disputatione, vel contradictione suscipiunt regnum Dei. In his enim exemplum est innocentiæ ac simplicitatis. Quare Beatus Hieronymus tomo nono, ac Theophylactus admonent significanter dixisse Dominum, talium, non istorum; vt ostenderet, non ætatem regnare, sed mores: & his qui similem habent innocentiam, & simplicitatem, præmium repromitti, iuxta illud Apostoli: *Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote.* Subdit autem solus Marcus: *Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud.* Infantes, corpore paruuli sunt, à fraudibus & dolis puri, simplices ac creduli, parentesque ex animo amant, nihil sibi tribuunt. Tales esse debent qui de cœlesti regno comparando sunt soliciti, nimirum vt humilitate parui sint in oculis suis: vnde Saul Regi dictum est, *Nonne cùm paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israël factus est, vnxitq; te Dominus in Regem super Israël?*

Quotũ Christus causam tractat.

Christus itẽ curat prohibeat Apostolis ne prohibeãt paruulos ad se venire.

Christo qui placeant, eiusque cibus qui nam ille sit.

Ioann. 4.

Luc. 4.

Christi zelus animarum salutis ardẽtissimus.

Marc. 16.

Talium est dixerit paruulorũ Christus non istorum regnum esse cœlorũ.

Hieron. to. 9. Theophyl. 1. Cor. 14.

Debent etiam puritatem puerilem affectare, alienam ab omni fraude & hypocrisi: quia nihil coinquinatum intrabit in illam ciuitatem.

Proprietates ac mores infantium describuntur, à nobis imitandi. 1. Reg. 16.

Secunda cõditio puerorum. Apocal. 21.

Debent præterea, vt infantes, fide verbum Dei apprehendere, qui his quæ docẽtur, neque reclamant, neque aduersantur: debentque parentem Deum, atque Ecclesiam matrem, & proximos quosque tanquam fratres diligere: ab omni rursus alta de se ipsis cogitatione, aut animi elatione alieni existere, & si quem in proximum iracundiæ motum conceperunt, facilè illum deponere, & amicum, ac beneuolum animum, omnisque iniuriæ acceptæ fieri immemores. Hæ sunt illæ proprietates infantiũ: quas si nos iuxta spiritũ imitari cõtenderimus, efficiemur & ipsi infantes, & & ad regnum Dei recipiendum apti & accommodati, vt Dominus ait. Et vt nobis solent esse grata animalia, dum parua sunt, illisque blandimur, ac delicias facimus: ita nos eiusmodi virtutibus præditi, & dante nobis pietate, quod natura infantibus dedit, paruuli secundum spiritum redditi, nõ poterimus non esse Deo gratissimi & charissimi.

Tertia & postrema.

Et quum imposuisset eis manus, abiit inde. Marcus ait: *Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.* Vide Christi charitatem: non solùm imposuit illis manus, vt petebant offerentes; sed etiam, quod non erat rogatus, complectebatur illos; vt intelligamus quantum sit illi ætati teneræ fauendum atq; indulgendum. Docetq; hic locus, quàm toto cœlo aberrent Anabaptistæ, qui arcendos omnibus modis putant pueros à baptismo, ob id tãtum quod neque credere, neque Fidem profiteri valeant. Nam si damni per Adam illati, hoc est, peccati & mortis, capaces esse possunt infantes: multo magis doni & gratiæ per Christum allatæ ac promeritæ. Alias enim vinceret peccatum Adæ gratiam Christi: quod negat Apostolus ad Romanos quinto.

Quid Christus paruulis imponens non solùm manus, sed etiam amplexans illos, docuerit nos.

Contra Anabaptistas Baptismum paruulis denegantes. Rom. 5.

Deinde obseruandum, manus impositionem, Noui Testamenti esse Sacramentum, de quo agitur Acto. octauo, atque decimo nono, quod apud veteres Patres non

Ibidem. In Nouo Testamento quid sit manus impositio.

Puer quare confirmetur.

Pueris quid conferat Cõfirmationis Sacramentum. *Prouerb.1. Psalm. 8. Matth.21. B. Hieronym. tom.3.*

Quare in Ecclesia baptizat', nisi per manus Episcopi, non accipiat Spiritum sanctũ; qui tamen in vero baptismate confertur. *Act.2.*

Confirmationis Sacramentum an sit necessariũ secundum Hieronymum.

Quid paruulis contulerit Christi manuum impositio.

Potestas excellentiæ Christi qualis erat.

Mar. 6.

infantibus, sed quasi post septimum annũ conferebatur, quo magis hoc ipsum recolere possit confirmatus. Confirmatur verò puer, quoniam tenera ætas procliuior est ad malitiam, quàm ad pietatem, vt per eam confirmationem minuatur in eo eiusmodi procliuitas, & ad pietatem docilitas augeatur, ne prius inficiatur vitijs, quàm plenè norit quid sit vitium. Atque ita Dominus dat paruulis astutiam, qua vitent diaboli laqueos: dat infantibus linguam, vt ex ore infantium, & lactentium perficiatur laus Dei. B. Hieronymus (qui mihi modò instar multorum erit) in Dialogo aduersus Luciferianos, de Confirmationis Sacramẽto hæc verba loquitur: *Episcopus si imponit manum; his imponit, qui in recta fide baptizati sunt: qui in Patre, & Filio, & Spiritu sancto tres personas, & vnam substantiam crediderunt, &c.* Infrà: *Quòd si hoc loco quæris, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi, non accipiat Spiritum sanctum, quem omnes asserimus in vero baptismate tribui: disce hanc obseruationem ex ea autoritate descendere, quòd post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit. Et multis in locis idem factitatum reperimus ad honorem potius Sacerdotij, quàm ad legis necessitatem,* & reliqua. Docet præterea ibidem Hieronymus, non esse absolutæ necessitatis hoc Sacramentum. Cùm autem Dominus nondum illud Sacramentum instituisset, nec nisi baptizatis conferendum sit, & eius ordinarius minister sit Episcopus, non est verisimile, Christum Confirmationis Sacramentum hic contulisse: quanquam quidam ex Scholasticis Doctoribus hoc Christi factum imponentis manus pueris, ac benedicentis, ad hoc Sacramentum referendum esse voluerint. Sed probabilius est, Dominum quidem imponendo infantibus manus, ac benedicendo, gratiam contulisse: nam qui potestate præditus erat excellentiæ, poterat Sacramenti effectum conferre absque Sacramento; & facto illo demonstrasse, ac allusisse ad Sacramentum Confirmationis aliquando à se instituendum in Ecclesia, & illum effectum gratiæ præstandum, quem tunc ipse pueris præstitit. Nam quemadmodum missi Apostoli ad prædicandum, cum potestate curãdi omnem languorem, & omnem infirmitatem, vngebant oleo multos ægros, & sanabantur, vt tradit Marcus, non quidem vtebantur Sacramento Extremæ vnctionis nondum institutæ; quia nec Sacramentum illud ad infirmitates corporis tollendas præcipuè ordinatur; sed tamen illo facto præcurrebant, ac præfigurabant Sacramẽtum Extremæ vnctionis suo tempore in Ecclesia instituendum, & celebrandum ad sanitatem animis conferendam, & contra extremos mortis agones muniendis: ita etiam de hoc Christi facto censẽdum esse existimo. Præcurrebat enim Dominus, & in quoddam veluti præludium Sacramenti Confirmationis demonstrandum efficiebat, quod paulò pòst futurum erat per Apostolos suos, & ministros, vt pueri per impositionem manuum ad Sacramentum Confirmationis suscipiendum, & benedictionis gratiam accipiendam admitterentur.

Confirmationis Sacramentum quid institutum.

Admonentur postremò parẽtes, vt pueros ad templa, & ad conciones sacras adducant, vt ibi intelligant quæ sint quæ Christianum militem vel deceant, vel dedeceant: & vt in primis fidelissimo pædagogo liberos committant suos, à quo non tantùm literas, sed etiam pietatem addiscere valeant. Qua in re grauissimè à quibusdam peccatur, qui cùm soliciti sint de ampla hęreditate, & opibus filijs relinquendis, morum tamen filiorum suorum sunt negligentissimi. Sed facile quidem est, & procliue cuique filios procreare, atque alere; at Christianè educare, & mores eorum ad legem Christi instituere, vt est difficillimum, ita tantum paucis est concessum. Sed iam modus est historiæ paruæ imponendus, & Deus inuocãdus, quo parentes reddat solicitos salutis suæ æternæ, & filiorum suorum, vt non tantùm eos mundo genuisse videri possint, quàm Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto omne bonũ ab vniuersa creatura meritò fertur acceptum, cum laude, honore, ac gratiarum actione in æternis sæculis, Amen.

Parentes quid curare debeant.

Liberos Christianè educare quare tantum paucis est concessum.

TRACTATVS XXV.

Tract. 25.

In illa verba: *Tunc Respondens Petrus, dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël, &c.* Matth. 19. Marc. 10. & Luc. 18.

MVLTI Petri fiduciam admirantur, quòd nauicula, & reti piscatorio relictis, ausus sit dicere, Ecce nos reliquimus omnia,

Deum non tam rem ipsam, quàm animũ quo datur, æstimare consueuisse. *Luc.21.*

Orig. tract.9. in Matthæũ.

Euthy. ca.41. in Matthæũ.

Ad pauperes quoque pertinere consilium omnia relinquendi, teste Chrysostomo. *Chryso. hom. 63 in Matthæum.*

omnia, quasi ingẽtes possessiones reliquisset. Sed profectò Deus non tam æstimat quantum quis relinquat, sed quanto affectu propter Christum relinquat: quemadmodum in eroganda eleemosyna, nõ tam considerat quantum, quàm quanto affectu donetur; vt constat de vidua mittente duo æra minuta in Gazophylacium. Deinde non solùm retia, & nauiculam reliquerat Petrus, vt monet Origenes, sed etiam domum fortè, vxorem, liberos, & possessiones quasdam, etsi tenues, & paruas, quarum affectus plerunque etiam grauiores videmus in tenuis fortunæ hominibus quàm in diuitibus. Euthymius tamen suspicatur, veritum fuisse Petrum, ne quid ipse, & cõdiscipuli neglexissent in relinquendo sua, quòd audierat Dominum dicentem adolescenti; *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus*; idem ipsi non fecerant, sed simpliciter reliquerant. Habes etiam, non tantùm diuites, sed etiam pauperes posse illud consilium adimplere, & habere eos quod relinquant, vt docet Chrysostomus. Satis enim relinquit, qui spem omnium, quę habere poterat, relinquit. Nos ergo etsi non vendidimus omnia, nec dedimus pauperibus, tamen reliquimus omnia, & secuti sumus te: id est, ob hoc ipsum, vt te expeditius sequeremur. Magnifica quædam pollicitus es illi adolescenti, nimirum thesaurum in cœlis, si, diuenditis bonis omnibus, te sequeretur: quid igitur nobis est sperandum? an & nos manebit ille thesaurus in cœlo?

Quàm humilis, & modesta Petri gloriatio fuerit iactantis se omnia reliquisse. *Luc.17.*

Luc.18. Luc.19. Esa.38. Sanctorum quorundam de se gloriationes bonæ, atque laudabiles. *2. Tim.4.*

Quærunt hic nonnulli, benene, an malè fecerit Petrus, enarrando suas, & condiscipulorum virtutes; quia superius dixerat: *cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus*: neque omnia Apostolorum facta nobis imitãda sunt, vt qui interdum ob malefacta sua, & bene dicta sua, culpati & commendati sunt. Verum quoniam Christus Petrum non obiurgauit; nec vitiosum esse docuit illum affectum propter præmium operandi, nec nos illius facta, vel dicta accusare, aut insectari debemus, nisi velimus ipso Christo esse sapientiores. Non ignoramus etiam pios homines, & piè posse extolli, & piè posse humiliari; & vtrumque spiritu Dei assistente præstari. Legimus Pharisæum suos celebrantem triumphos, sed iniquo animo: audiemus paulò pòst Zachæum suas narrantem virtutes, & iustè, & sine vlla reprehensione. Quid dicam de Ezechia Rege, qui non minùs in spiritu humilitatis, quàm in spiritu certæ fiduciæ in illa verba prorupit: *Obsecro, Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis, fecerim.* Apostolus verò instante morte, suarum laudum præconia ebuccinat: *Ego enim iam delibor*, inquit, *& tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* Certè, vt Magnus Gregorius dicit, superba nõ sunt quæ humili corde proferuntur: neque operari propter præmium æternum, & infinitum, hominem reddit vilem & contemptum, siue mercenarium, sed tunc tantum, quando propter mercedes temporales, aut remunerationem terrenam, ipso operante, inferiorem operatur. Alias Christus, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, confusione contempta, mercenarius fuisset; & Moyses, qui, teste Apostolo, respiciebat ad remunerationem; & Dauid, qui inclinauit cor suum ad faciendas iustificationes suas in æternũ, propter retributionem. Dominus etiam frequenter mentionem facit regni cœlorum, & mercedis copiosæ in cœlo, & gloriæ à Deo dandæ, vt excitet ad benefactorum studium. *Quomodo vos*, inquit, *potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis?* Id est, Quæritis gloriam ab hominibus vanam; & non illam solidam & æternam, quam credentibus, & benè operãtibus, Deus sua die daturus est. Sed non est operæpretium, in hoc amplius immorari. Pulchrè Bernardus in hæc verba: *Ecce nos reliquimus omnia*, philosophatur: *Benè*, inquit, *optimè, & non ad insipientiam tibi. Nam & mundus transit, & concupiscentia eius, & relinquere hæc magis expedit, quàm relinqui. Ecce*, inquit, *nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Nimirum quia exultauit vt gigas ad currendam viam, nec currentem sequi poteras oneratus. Sed nec inutilis commutatio, pro eo, qui super omnia est, omnia reliquisse. Nam & simul cum eo donantur omnia: & vbi apprehenderis eum, erit vnus ipse omnia in omnibus, qui pro ipso omnia reliquerunt.* Et infrà: *Interim sanè felices liquet esse qui exonerati sunt, & sequuntur Dominum expediti. Arctissimum enim nos foramen expectat. Si quem sequimur, consequi volumus, per angustiam contendamus ingredi portam necesse est.* Sic Bernardus.

Grego. lib.12. in Iob. cap.16. tom.1. Propter mercedem operati, vilis fit animi & abiecti quando.

Heb. 12. Heb.11.

Psalm.118. Quare Christus frequentẽ de regno cœlorum haberet sermonem.

Ioann 5. Iudæi gloriã quam quærerent humanam, diuinã aspernantes.

Bernard. in declamatione. 1. Ioann.2. Petri encomium ex Bernardo.

Psalm.18. Rom.9.

1. Cor.15.

Matth.7.

Iam expendamus Christi responsum: *Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, &c.* Dominus non tantùm à benè operando propter remunerationem sperandam non deterruit Apostolos, sed etiam amplissimo, ac honorificentissimo præmio ante oculos posito,

Quare Christus non relinquẽtibus omnia, solũ, sed etiam sequentibus cœlestẽ promittat remunerationem.

positò, ad progrediendum in semel arrepto itinere, & in proposito paupertatis Euangelicæ permanendum adhortatur. Et vide prudentiam Domini. Non enim dixit: *Vos qui reliquistis omnia*, id est, qui contempsistis bona vestra, & à vobis abiecistis: nam id Socratem, Cratetem, Biantem, & alios ethnicos Philosophos, in externis historijs fecisse legimus, sed ait, quod perfectionis est fastigium, *Et secuti estis me.* Nam tunc tantum est laudabilis, & magni meriti apud Deum abdicatio omnium bonorum, si sequelæ Christi sit coniuncta, nam alioqui est infructuosa & vana. Et illis verbis non tantùm sequelam corpoream, quã reuera Apostoli præstiterunt, sed præcipuè spiritualem per fidẽ & charitatẽ, & prædicationis ministeriũ, intelligit. Beatus Hylarius verbũ in regeneratione, iungit cum præcedentibus in hunc modum: Vos qui secuti estis in regeneratione, siue per regenerationem, in baptismo scilicet partam, & ita loqueretur de sequela spirituali per baptismum: sed quia hæc communis est nõ solis Apostolis, sed etiam omnibus Christianis, propterea præstat hunc locum intelligere de sequela perfectionis, qua omnibus abdicatis Dominum proximè sequimur. Et iungitur cum sequenti verbo: *In regnatione sedebitis, &c.* Regenerationem vocat, siue Græcè παλιγγενεσιαν, resurrectionem mortuorum, siue iteratam generationem. Nam vt omnibus hominibus statutũ est semel mori; ita omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: inter eos autem, qui immutabuntur, primas partes habebunt Apostoli, vt pote qui ad maiorem gloriam resurgent.

Qui nam Philosophi omnia reliquerint.

Quam sequelam sui requirat Dominus.

Quid regeneratio. Quippe omnibus immutabũtur in regeneratione. *Heb 9. 1.Cor.11. & 1.Thess 4.*

Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me. Indicat his verbis, se illam tunc humilitatẽ depositurum, & in sede maiestatis ad iudicandum venturum, quam Angeli assistentes ornabunt. Et licet iam sedeat ad dexteram Dei Patris, peculiariter tamen tunc sessur⁹ dicitur, quia omnib. tunc sedere, apparebit, cuius gloria nunc est occulta mortalibus. Et quanquam Petrus solus loqueretur, ad omnes tamen direxit sermonem, quia Petrus nomine omnium dixerat: *Ecce nos reliquimus omnia.*

Sedes maiestatis Christi in qua sedebit, quam erit honorifica, & gloriosa.

Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. B. Augustinus in Psalmum 69. argutè, & copiosè de his verbis disputat. Principio enim quærit: *Si duodecim sunt tantùm sedes Apostolorum, vbi ergo erit Apostolus Paulus? Quis enim audeat dicere, hunc, qui præ cæteris omnibus laborauit, non esse cum cæteris iudicaturum, aut cæteris sedentibus, staturum? &c. Neq; verò Iudæ sedem occupabit, nam in huius locum successit Matthias.* Sic ille in sensu. Hanc quæstionem ita soluit, vt dicat, ad duodecim Apostolos sedes illas non tantùm pertinere, sed & ad omnes etiam ex toto terrarum orbe sanctos, qui illorum duodecim perfectionem, tum hactenus imitati sunt, tum imitaturi vsque ad consummationem seculi: *Quomodo* (ait) *in quinque virginibus innumerabiles virgines, quomodo in quinque fratribus illius qui torquebatur apud inferos, millia populi Iudæorum: quomodo in numero centum quinquaginta trium piscium, millia millium sanctorum, sic in duodecim sedibus, non duodecim homines, sed magnus est numerus perfectorum.* Hæc Augustinus: cuius emulator, & discipulus Beda ait: *Quia enim duodenario sæpè numero solet vniuersitas designari, per duodecim sedes Apostolorum, iudicantium omnium numerositas, & per duodecim tribus Israël, vniuersitas eorum qui iudicandi sunt, ostenditur.*

Aff. 1. Augustini solutio

Matthæi

Luc. 10. Ioann. 5

Bed. in Matthæum. Quid de denario sermone dicetur.

Aliter Sanctus Trinitatis ter Christus homo iudicabit.

Ioann. 5.

Porrò per duodecim sedes non tales intelligere debemus, quales sunt iudicium in foro humano: neque quòd Apostoli, aut sancti alij daturi sententiam aduersus impios: nam propria potestate proferre sententiam, proprium est solius Trinitatis, sicut ex commissione eiusdem, solius Christi hominis: quia honor quidam diuinus est, de quo idem dixit: *Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio, &c. Et potestatẽ dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.* Apostoli vero iudicabunt, quatenus in loco excelso tanquam assessores iudices erunt, & sententiam in corde lege Dei instructo habebunt, & alijs denuntiabunt, siue illuminando (vt Angeli superiores annuntiant inferioribus) siue loquendo (vt inferiores superioribus.) Vltra approbationem sententiæ, quod est omnium electorum, & comparationem, quæ est boni ad malum, siue etiam boni ad minus bonum, quæ facit videri malum, vt Petrus dixit: *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine*: vel minus mali ad maius malum, nam sic minus malum induit rationem boni: vnde Sodoma, & Samaria iustificantur respectu Iudæorum Ezech. 16. Quod dicitur: *Viri Niniuitæ surgent in iudicio: &, Regina Austri surget in iudicio cùm viris generationis huius, & condemnabunt illos*, id est. Ipsi condemnabunt vt pars, non vt iudices.

Apostoli quomodo iudicabunt.

Electi omnes cæteri quid facient in iudicio. *Luc. 3.*

Niniuitæ, & Regina Austri quomodo Iudæos tunc increduloa iudicabunt. *Matth. 12. Luc. 11.*

Porrò sedere in sedibus, est frui consortio, & gloria, & regno Christi. Hinc Chrysostomus ait: *Ecce non fessum quidem esse sedes significauit, cùm ipse solus in solio iudicaturus sedebit, sed honorem, atque gloriam ineffabilem vocabulo sedium significanter expressit.*

Sedere in sedibus, Chrysostomo quid. *Chrysost. hom. 61 in Matthæum. tom. 2.*

Sic ille.

Sic ille. Porrò vt in eas sedes omnes sancti, qui illorum fidem, & vitæ perfectionem imitantur, recipientur, vt Paulus, & Barnabas, & alij innumerabiles, sed ante omnes, Beatiss. Virgo, & Ioannes Baptista, ita Iudas ab illis sedibus exclusus est, quia aut nõ est verè Christum secutus, aut non perseueranter consectatus est. Et ita hic sermo intelligendus est sub conditione, vt ponderauit Chrysostomus: nam ita plerunque Dominus absolutè loquens intelligendus est sub conditione loqui. Vt cùm dixit: *Ego vado, & quæritis me, & in peccato vestro moriemini*, declarans Dominus quomodo id sit accipiendum, subiunxit: *Si enim non crediderit is quia ego sum, morietmini in peccato vestro.* Similiter cùm septuaginta Discipulis dixit: *Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlis*, non nisi sub conditione interpretandus est ille sermo. Ad hunc modum quod hic pollicetur de duodecim sedibus, explicandum est, si Apostoli in sequela Domini ad finem vsque persisterent; de quo in alio loco pronunciauit: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israël.* Id est: Dispono vobis de regno, ob perseuerantem in sequela famulatum. Daniel quoq; cap. 7. de his sedibus vaticinatus est: *Aspiciebam*, inquit, *donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, &c. iudicium sedit, & libri aperti sunt.*

Cur Iudas proditor à sede illis duodecim fuerit exclusus.

Ioan. 8.

Luc. 10.

Infra. 22.

Dan. 7.

Non assignauit septuaginta Discipulis, sedes iuxta numerum Discipulorum, quia illi retrocesserant, vt habes Ioann. 6. soli enim Apostoli manserunt in tentationibus Christi, licet irent, & redirent nonnulli, vt Matthias Actor. 1. Paulo autem, & Barnabæ absentibus, & qui nondum meruerant, nec confirmandi erant contra scandalum mortis, nullæ priuatim promissæ sunt sedes. Non dixit autem Dominus, Vndecim sedes, quia manifestè de vno esset opinio desperatu. Secus quando dixit: *Vnus ex vobis diabolus est*, vel: *Vnus vestrum me traditurus est*: quia poterat conuerti. Sed melius est, si dicamus, promissionem factam Iudæ sub conditione: sed etsi aliqui defecissent sub finem; sedem, aut coronam non haberent. Nullus hic sermo de Beat. Virgine, quia non erat præsens. At Luc. 22. disceptatio fuit Discipulorum, quis eorum videretur esse maior: & postea æquauit eos Dominus: *Vos estis*, inquit, *qui permansistis mecum in tentationibus meis, &c. vt sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.*

Quare Christus 70. sedes 70. Discipulis minimè assignauerit.

Idem cur Paulo, & Barnabæ nullas nominatim promiserit sedes.

Cur vndecim Dominus non sedes expresserit. *Ioan. 6. Matth. 26.*

Sed ibi neque Virgo aderat, neque si adfuisset, contendisset ad hoc, quòd promissione duodecim sedium æquaretur cum reliquis.

Erunt autem istæ sedes aëreæ, & aliquo splendore notabiles, non longè à tribunali Christi, ad ipsius Domini gloriam & ornamentum, & ad Apostolorum decus, & coronam. Ac subdit: *Duodecim tribus Israël.* Quod peculiariter ad maiorem Apostolorum gloriam spectabit: neque tantùm illas duodecim tribus, sed etiam gentium vniuersum orbem, qui est spiritualis Israël iudicabunt. Nam Sap. 3. de iustis dicitur: *Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.* Quia igitur omnes tribus simul audierunt Christum, & de omni tribu remanserũt aliqui post captiuitatem decem tribuum. 2. Paral. 30. de Tribu Ephraim, Manasse, Issachar, & Zabulon: & Luc. 2. Anna prophetissa dicitur de Tribu Aser, idcirco iudicandæ dicuntur duodecim tribus. Non intelligas autem, quòd quilibet Apostolus fuerit distinctæ tribus, quia fratres erant Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes Zebedæi, Iacobus & Simon, & Iudas filij Alphæi, & omnes erant Galilæi, atque ita fere de eadem tribu. Non autem in duodecim tribubus includuntur omnes gentes, vel Christiani omnes, vt vult Chrysostomus: nam Apocal. 7. duodecim millia signati apponuntur, & post illos turba magna, quam dinumerare nemo poterat. Primi ergo Iudæi sunt, nunquamque in Scripturis ponuntur tribus, nisi duodecim: & cùm agitur de hæreditate temporali, non nominatur Tribus Leui, vel Ioseph. Tribus ergo Leui hic inter duodecim intelligitur, quia Pontifices deliberarunt de morte Christo danda Ioan. 12. & tradiderunt eum Pontio Pilato, Ioan. 18. & persuaserunt populis vt peterent Barrabbam, Iesum verò perderent; & condemnarunt eum pro tribunali, dicentes: *Reus est mortis*: dixerunt quoque Pilato: *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Denique Tribus Leui grauiori culpæ obnoxia erat, & per se intelligitur, vel cum duodecim, quia non habebat possessiones.

Altera solutio. *Luc. 22.*

Sedes istæ quales futuræ sint.

Præter 12. tribus, quem etiam Israel Apostoli iudicabunt.

Vnde notũ sit non omnes diuersæ tribus Apostolos extitisse. *Matth. 4. & Ioann. 1. Matth. 4.* Tribus. 12. quos minimè significent. neque comprehendant. *B. Chrys. homil. 61. in Matth. tom. 2.* Tribus Leui cur hic inter duodecim intelligitur. *Ioann. 12. Matth. 27. Supra. 22.*

Ioann. 18.

Pulchrè autem voluntariæ paupertati conuenit iudiciaria potestas. Nam illa ab auaritia, quæ iudicium impedire solet, animũ liberat: Deinde dispositio est ad agnoscendam veritatẽ: quia liberat à curis, & solicitudinibus huius seculi: & quia paupertas humiliat, ac deprimit, cógruè exaltationẽ promeretur. Vnde Iob 36. dicitur: *Iudicũ*

Pauperes cur mundum iudicabunt.

pauperi-

pauperibus tribuet. Et fieri potest, vt quis iudicet eos, qui sibi superiores sunt in gloria essentiali: sicut qui olim erat sub ordinario suo, si fiat legatus, vel Vicarius Papæ, superior efficitur ordinario. Angeli quia non conueniunt in natura cũ iudice Christo, nec poterunt videri à damnatis, nec sedere, sicut nec Deus hac ratione, nisi quatenus homo est, hinc Angeli ad iudicandum de alijs non assumentur, quia iudicare daretur eis ad perfectionem. Et perfectio non est in eo, quod est omnino extra naturam rei, vt habere corpus assumptum Angelo, quia non vtebatur vita animali.

Angeli cur minimè iudicabunt, & quatenus ipse Christus.

Subdit: *Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Paulò aliter hæc enarrat Marcus, cùm ait: *Respondens Iesus, ait: Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, domos & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus, & in seculo futuro vitam æternam.* Similia ferè Lucas: nisi quòd vbi dicit Marcus: *Propter me, & propter Euangelium,* ipse dicit: *Propter regnum Dei.* Attinebant præcedentia Christi verba ad solos Apostolos, quibus cum loquebatur: iam illam amplam promissionem ad omnes, qui Apostolicæ perfectionis extiterint imitatores, porrigit, atque extendit, etiam si sua non vendiderint, & in pauperes distraxerint. Tantum (inquit) abest, vt vos mei discipuli frustra aliquid dimiseritis, vt affirmem pro certo, neminem aliquid dimissurum propter me, qui non centuplam retributionem acceptursus sit. Et est sermo de actu dimittendi id quod possidetur, vt iuueni dictum fuit, & Apostoli fecerunt: nam affectu, vel præparatione animi præceptum est omnibus, quanquam maiori, vel minori affectu, maiori, vel minori præparatione possit constituere præceptum, aut consilium. Et cum Petrus duo dixisset, alterum: *Ecce nos reliquimus omnia,* alterum verò: *Et secuti sumus te,* & ad secundum hoc membrum quod prius includit, respondisse: *Vos qui secuti estis me, in regeneratione, &c.* Iam tradit Christus responsum ad primum illud: *Ecce nos reliquimus omnia,* dicens: *Omnis qui reliquerit, &c.* quia eos etiam complecti voluit qui ipsum non sicut Apostoli corporaliter sequi possint. Et quia relinquere sua, vel suos, non est apud Deum laudabile, nisi ob

Tantę felicitatis Apostolicæ ob omnia relicta, & Christi sequelam, qui etiã fiat futuri participes.

Quatenus illi hanc felicitatem assequentur. *Matth. 19.*

Quare propter Christi

causſam, & bonum finem fiat; idcirco apud Matthæum dicitur: *Propter nomen meum,* id est, propter me, apud Marcum, *Propter me, & propter Euangelium,* id est, Euangelij prædicationem, vel potius, vt Euangelicam obseruet perfectionem; Lucas verò, aut propter regnum Dei, scilicet prædicandum, siue adipiscendum, quæ eodem tendere videntur. Et leuis quidem est dimissio domus, aut agrorum, quia illa extra nos sunt: maior est dimissio fratrum, aut sororum: fortior adhuc patris, aut matris, sed illa omnium summa, & maxima, relinquere vxorẽ, & filios, erga quos amor est fortior. Et iuxta Matthæum, & Marcum, cœpit à domo, & finit in agris. Quod ergo ait: *Propter nomẽ meum,* intellige imitatione vitæ meæ illustrandum. Quod verò dicitur, *Propter regnum Dei,* intellige assequendum. Quoniam autem multi ex his qui ad pupertatem Euangelicam vocantur, apti sunt regno Dei prædicando, & cæteris annuntiando, rectè dixit Marcus: *Propter me, & propter Euangelium,* vt vtraque causſa exprimatur. Veruntamen hoc loco magis quadrat prior: non tamen ita, vt excludatur posterior. Relinquenda igitur sunt, primò domus, id est, bona immobilia vrbana, aliæ verò possessiones, & reditus extra vrbem: & vtrumque si habet, debet dimittere, alias non esset expeditus ad sequelam Christi. Personæ verò relinquendæ sunt, cessando à consuetudine cum eis, & conuersatione, & consequenter à gaudio & vtilitate, quæ conuersationem consequuntur, etsi opus sit, propter Deum, eis resistere, si saluti sunt impedimento, laudabile erat suos relinquere, vt filij Prophetarum faciebãt, vt habes 1. Reg. 10. & 19. & 3. Reg. 18. & 19. & 4. Reg. 6. & in templo, vt Anna filia Phanuel Luc. 2. parentes reliquit. Si trahebat etiam ad idololatriam, debebat primus lapidem mittere, Deut. 13. Per has subiunctas hominum coniunctiones, omnes aliæ cognationes, & affinitates subintelligendæ sunt, cùm his sint longè minores. Fratres, & sorores relinquẽdi sunt, etiamsi cum eis habitare non obligemur, & ad aliquid eis impendendum ex iure arctemur. Parentes verò si propter vxorẽ relinquendi sunt, multo magis propter pietatẽ. Neq; iubet Dominus parẽtes auxilio quod præstare possumus, destituere, si fortè opera nostra egeant, sed docet nos præferre pietatem erga Deum, omnibus carnalib. coniunctionibus.

nomen si omnia rẽ quenda. *Mar. 10*

Luc. 18.

Omniũ si nificẽtiss dimissio fortissimi quæ nam ilia.

Quid sit p per nom Christi co nia relin quere.

Expendit illud Mat Propter m & propter uangelium Relinquen domum quid.

Quod postremò ait de vxore, non præcepit Dominus dissolui matrimonium rite contractum, aut inuita vxore conuola-

Coe Iangeli nei & amic quomodo n linquenda

In veteri que Testamento qui reliquerunt suos.

Fratres, & pa rentes quare nus fas re linquendi. *Genes. & Matth. 19.*

Vxor qua ne debet propter Chri stum relin qui.

re ad

re ad Apostolatum: aut contra, vt vxor inuito marito ingrediatur religionem: hoc enim à praxi Ecclesiæ, & consuetudine alienum est. Possunt tamen vir & vxor ex mutuo consensu à corporum commixtione abstinere, & ad Religionem se conferre, amplioris perfectionis gratia: vel alter ingredi monasterium, alter verò, de quo nõ est suspicio fornicationis, in seculo manere: sicuti fecisse nonnullos ex Apostolis verisimile est, præsertim si qui inter eos fuerint coniugati. Si tamẽ matrimonium per corporum commixtionem non est consummatum, liberum est tum sponso, tum sponsę, alterutris inuitis intra bimestre spatium ad vota Religionis transire: vel si alter eorum veniat ad fidem, potest de se ipso liberè disponere. Vt nihil dicã de causſa fornicationis propter quam in Lege licitum erat viro vxorem relinquere. Perpende etiam, propter melioris vitæ frugẽ, aut perfectioris status desiderium, non licere dimittere vxorem, nisi consentientẽ, imò nec parentes, aut filios, si nostra opera egeant, & cura: at verò propter ipsam vitam spiritualem, aut acquirendam, aut seruandam, vt scilicet à Christi gratia semel habita non excidamus, sic non solùm domus, aut agri sunt relinquendi, sed parentes, & filij, & vxor, si fidei, & vitæ Christianæ impedimentũ præbeant. Vt enim, cùm dixit: *Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam,* non dixit vt nos ipsos interimamus, sed vt ipsi etiam animæ nostræ, id est vitæ, fidem Christi, & amorem præponamus: Ita dum docet: *Qui reliquerit vxorẽ,* non vult vt nuptias penitus diuidamus, sed vt ipsi cõiugi Euangelium, & regnum Dei anteponamus. Tertiò dici potest, satis dimittere vxorem & filios, qui amputat sibi potestatem, & facultatem habẽdi per promissionem Deo factam, siue per vota emissa. Neque filij qui relinquuntur valentes per se ipsos viuere sine patre, vel qui non possunt relicto illis curatore, legitima sua portione priuandi sunt, vt superius diximus: nec nonnulla cura à parentibus filijs est deneganda, quam nulla regularis professio, siue perfectio extinguere põt, cùm sit iuris naturæ.

Cap. ex publicæ, de conuers. coniug. Deut 24. Secunda ratio dimittendi vxorem & filios, &c.

Matth. 16.

Tertia ratio.

Nec ex his verbis quispiam humanam aliquam retributionem somniet, quemadmodum Chiliastæ, quasi post hoc seculum aliud futurum esset seculum, in quo quis recepturus sit pro vno parente centũ, & pro vna vxore centum. Quod ita non erit, sed multiplicem remunerationem voluit hac hyperbole ostendere, non in alio seculo, sed in præsenti vita. Hinc Beda ex Hieronymo super hũc locum scribit: *Quidam ex occasione huiusmodi sententiæ Iudaicam mille annorum fabulam post resurrectionem iustorum dogmatizant, quãdo omnia, quæ propter Deũ dimisimus, multiplici nobis fœnore reddẽda insuper & vita æterna donãda. Nec vident mepti, quòd etsi in cæteris digna sit repromissio, in vxoribus tamẽ, iuxta alios Euangelistas, centenis appareat turpitudo, præsertim cum Dominus & in resurrectione nubendum non esse testetur: & ea, quæ dimissa fuerint propter se, recipienda in hoc tempore cum persecutionibus asseueret. Quas vtiq; persecutiones illi Chiliastæ, sicut, & cætera quoque contraria mille annis suis omnibus modis abesse confirmant.* Hactenus Beda ex sensu B. Hieronymi. Obijciebat autem Iulianus Apostata hæc verba Christianis, quasi centum vxores essent accepturi pro vna. Vnde Theophylactus in Marcum ait: *Nunquid ergo & mulieres centum accipiet? Etiam: Tametsi maledictus Iulianus hoc irriserit. Quid confert vxor domui viri? Omnino curat vt vir habeat quod edat: quibus induatur, & horum omnium curam adimit viro. Vide ita q; hoc & in Apostolis, quòd mulieres fuere, quibus cura erat de cibo & esu illorum. & quæ ministrarunt eis, qui nihil horum curabant, sed solum sermonem & doctrinam? Similiter & patres & matres multos habuerunt Apostoli, qui diligerent, & amico affectu erga se essent. Et Petrus vnam domũ reliquerat, postea omnium discipulorum suorum domos habebat,* Hæc ille. *Centuplum,* inquit, *accipiet, & vitam æternam possidebit.* Duplex præmium promittit, alterum in præsenti vita, quod Matthæus vocat *Centuplũ,* siue in plurali *Centupla,* vt Græca litera habet, siue vt Lucas, *Multo plura,* est enim numerus certus pro incerto: suntq; verba Lucæ quasi interpretatio aliorum duorum: Marcus verò: *Qui non accipiat* (inquit) *centies tantum nunc in tempore hoc, domos, sorores, fratres, &c.* Meritò igitur quæritur quid sit hoc centuplum. Quidam existimant retributionem, quæ dabitur in bonis spiritualibus, quæ comparata corporeis, centupla ad illos sunt, hoc est, valde excedentia: sic exponit B. Hieronymus: *Centuplum recipient. Qui carnalia* (inquit) *pro Saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione & merito sui ita erunt quasi paruo numero centenario numerus comparetur.* At Origenes dicit, agros multiplices, & domos intelligendas in Paradiso, & in Ciuitate Dei: sed hic sensus videtur non posse consistere, quia Dominus diuisit centuplum à vita æterna, & omnia bona, quæ homini dãtur post mortem, pertinent ad vitam æternam. Centulum etia m præcedit vitam æternam, & vt Marcus & Lucas expresse aiunt, in hac vita

Chiliastarũ sensus horũ verborum sceptissimus confutatur.

Bed a in Marc. tom. 5. Hiero. tom. 9. Recipete cẽtuplum.

Matth. 22.

Vxorẽ relinquens, quomodo centũ recepturus sit, contra Iulianum Apostatam. *Theophyl.*

Luc. 8. & alibi.

Centuplum quid B. Hieronymo.

Secũdus sensus Origenis qui refellitur.

habenda

habenda sunt multo plura his, quæ dimiserint: & Marcus expressius loquens, ait: *Qui nō accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domos & fratres, &c.* Proinde qui ista dimittunt, nō accipient centuplum quantum ad proprietates, & possessiones rerū, quia non esset verum Christi verbum, cùm non videamus compleri in hoc seculo, sicut ipse pollicetur. Repugnaret etiam mēti dimittentium ista propter Christum: nam ideo relinquunt, vt nūquam ista, vel similia habeant, cùm ad perfectionem contendant. Dando etiam centuplum pro vno, aleret Deus in nobis affectum, & studium auaritiæ, & dando hic centuplum, crescentibus rebus, augeretur solicitudo secularis: quod erat contra Christi animum, qui volebat eos ab omni cura seculi exutos.

Tertia interpretatio, quę recipitur.

Propterea dicendum est, quòd centuplum sunt habituri, quantum ad communicationem. Itaque si quis domum hic diuisit, in qua habitabat, centum domos inueniet, quia in omnibus fidelium, vel infidelium domibus colligetur: & qui de vnius agri fructibus alebatur, inueniet centum agros, quia de fructibus agrorum fidelium omnium recipiet sustentationem: & ita qui vnū patrem, aut matrem reliquit in terris, habebit multos fideles habentes eadem viscera paterna, vel materna: & ita inueniet fratres, & sorores, quantum ad affectum, & bonorum operum exhibitionem: Vxores verò multas inueniet, non quantum ad opus carnis, quod anhelāti ad perfectionem repugnat, sed quantum ad obsequia omnes mulieres & vxores habebit. Et ita Gregorius in quodam loco exponit: *Est quidem centies tantum merces secundum communicationem, & non secundum possessionē. Et hoc est, quia nihil possidendo participaret in omnibus quæ alij possiderent: & sic nihil possidendo, quasi omnia possiderent.* Ita Augustinus lib. 20. de Ciuit. Dei c. 7. exponēs hoc quod dicitur centuplum, inquit: *Apostolus ait; Quasi nihil habentes, & omnia possidentes: quia & ante tam dictum erat: Fidelu hominis totus mundus diuitiarum est, quanto magis mille pro vniuersitate ponuntur, vbi est solidi-tas ipsius denariæ quadraturæ?* Sic ille. Addidit Dominus: *Cum persecutionibus*, id est cū à fidei inimicis varias persecutiones sustineret: vnde Paulo vincto, & in naui, & Romæ nihil defuit, & Ecclesiæ etiam longinquo loco positæ necessaria suppeditabant, vt testatur in suis epistolis. Ex hoc loco pulchrum dubium exurgit, cur videlicet Dominus volens hominem abstrahere à terrenis curis, temporalium retributionem pollicetur, quia per hoc excitaret eos ad maiorem terrenorum bonorum cupiditatem, præsertim cum in hoc lex Moysi differat ab hac Christi, quòd illa expresse proponat bona temporalia obseruatoribus, lex verò Christi æterna? Dicendum est, id magna ratione esse factum. Nam cū Dominus ad omnia propter se relinquenda adhortaretur, timentes sibi mortem inferendam ob defectum bonorum temporalium, nullus vnquam hoc præstare ausus fuisset, nisi sciret nihil sibi ad victum & vestitum necessarium defuturum. Hinc Dominus certos reddere volens discipulos, quòd nihil illis deesset in hoc seculo, etiamsi omnia dimitterēt: adiunxit, quòd omnia inuenirent centuplicata, quantum ad vsum & communicationem, etiam si proprietatem & possessionem non haberent. Ita Dominus cùm Apostolos ad prædicandum misit, Matt. 10. cùm prohibuisset aurum & argentum in zonis possidere, & peram gestare, vel sacculum, aut calceamenta, vel plures vestes: nequicquam sibi defuturum putarent, subiunxit: *Dignus est enim operarius cibo suo*, per cibum, sustentationem, non operis pensationem, aut retributionem significans. Etiamsi Luc. c. 10. dicat: *Dignus est enim operarius mercede sua*, vbi largè voce mercedis vsus est pro sustētatione. Et ita hic centuplum non promittit pro mercede, aut pro retributione, sed pro vitæ conseruatione, & sustentatione: nam pro vero præmio & remuneratione subiungit: *Et vitam æternam possidebit*: possidebit autem homo id, ad quod per gratiam Dei, & bona opera ius habet, iuxta illud: *Venite benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Et cōcludit: *Multi autem erunt primi, nouissimi: & nouissimi, primi.* Hanc etiam sententiam cōclusit Dominus Luc. 13. Domine, si pauci sunt qui saluantur? nam concluſit. *Venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi. & sunt primi, qui erant nouissimi*: quod ad Iudæos, & Gentes videtur esse referendum, quo modo, & hic locus à nonnullis explicatur. Sed præstat illa intelligentia, qua primi tempore ministri Veteris Testamenti, facti sunt nouissimi dignitate, si ad illos Noui Testamenti conferantur: nam illi cum diuitijs intrabant in regnum cœlorum, isti autem omnibus diuitijs, & affectibus earum spoliati: at verò nouissimi ministri Noui Testamēti, qui tempore postremi sunt, & propter Euangelicam quam amplectūtur paupertatem, à mundo habenturvt nouissimi, iuxta illud Apostoli, *Puto enim quòd Deus nos A-*

Christus persuadere cōtendat.

Quo cibo seu mercede sua operarius dignus sit.

Matth. 25.

Multi qui nō erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

1. Cor. 4.

postolos

Gregorius.

Augu. tom. 3.

2. Cor. 6.

Expenditur verbum illud Marci: Cum persecutionibus.

Quàm apretiorum tēporalium contemptum eadem pollicitatione

postolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos, &c. Isti, tanquam nouissimi, erunt primi in remuneratione, & præmio ampliori, de quo dixerat Dominus adolescēti: *Et habebis thesaurum in cœlo*: & rursus ad Apostolos: *Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Et hic est verus sensus, literalisq; horum verborum, quem subiuncta parabola laborātium operariorum, ad excolendam vineam missorum, planè ostēdit: etsi non ignorem alios à quibusdam sensus his verbis exhiberi. Sed hic mihi videtur simplex & germanus, & per parabolam sequentem illatus atque declaratus. Studeamus igitur, si magni esse volumus in oculis Dei, vt minimi simus in oculis nostris. Demus operam, vt non tantùm præcepta, sed etiam cōsilia complectamur, si mercedem exuperantem, & cæteris abundantiorem expectamus. Nam si ad illos honores, & magnificentissima præmia, quæ Deus his, qui perfectioris iustitiæ opera consectantur, oculos conijciamus, leue & facile reddetur omne, quod pro Christo sustinemus, & omne, quod propter ipsum contemnimus. Si rursus ad considerandum nostrę vię ducem, & præmonstratorem, mentem attollamus, omnia quę difficilia & aspera existimamus, iocunda nobis & suauia reddentur, gratiam nobis, & auxilium præstante Iesu Christo, Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto, sempiterna est felicitas, summus honos, imperium infinitum in seculis sempiternis, Amen.

Ad humilitatis studium cohortatio

TRACTATVS XXVI.

Tract. 71.

In quo Christus mortem suam prędicit: de quo Matth. c. 20. Mar. 10. Luc. 18.

MATTHAEVS hanc historiam ita recitat: *Et ascendens Iesus Ierosolymā, assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte. Et tradent eū Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.* Pauca quædam istis addit Marcus in principio, ait enim: *Erant autem in via ascendentes Ierosolymam: Et præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim; cœpit illis dicere, quæ essent eis ventura.* Lucas verò quædam in fine addit, dicens: *Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.*

Vt ex eo quod Marcus ait, initium dicendi sumamus, cùm sæpius audissent Dominum eò Ierosolymam tendere, quòd mortem perpessurus esset, non libenter ad eam ciuitatem peregrinabantur. Vnde cùm nuntij ad Dominum retulissent Lazarum lecto decumbere, & Dominus diceret: *Eamus in Iudeam iterum*, dicunt ei discipuli: *Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* & Petrus in superioribus Dominum increpauerat, dicens: *Absit à te, Domine: non erit tibi hoc.* Et cùm tres discipuli audirent in Transfiguratione Heliam, & Moysen Iesu ostendere, quanta oporteret cum pati Ierosolymis, dicebat Petrus, *Domine, bonum est nos hic esse.* Ex his igitur constat, quantum discipuli abhorruerint à Ierusalem. Sic & hoc loco, cùm sunt in via Ierusalem versus, non multum festinabant, nec præcedebant Iesum, vt alias soliti erāt, sed lento gradu ipsum Dominum sequebantur, tristes, & obmurmurantes, quod se in manifestum vitæ periculum volens exponeret, & illius animum admirabantur, sibi verò metuebant, ne & ipsi propter illum in discrimen venirent. Et hoc est quod ait Marcus: *Erant autem in via ascēdentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant.* Præcedit ergo Dominus in via ab Ierusalem, vt impedimenta viæ remoueat sibi, & nobis, ad differentiam Regum, qui seruos præmittunt per eam, vt tutum iter faciant, ostendens per hoc, se sponte ad passionem progredi. Præcedebat rursus maiori feruore, & animi alacritate, quàm B. Franciscus præcederet socium, cùm fitiens martyrium, ad Magnum Sultanum pergeret, vt suo facto discipulis animum adderet, metumque eis excuteret, maiori rursus voluntate moriendi, quàm illi ipsi, qui mortem inferre parabant. Etsi prælati, atque pastores exemplo, & virtutibus oues præirent suas, & timerentur magis, & amarentur à suis. *Assumpsit duodecim discipulos secreto.* Erat in via Iericho, vnde tendebat Ierosolymam: & seorsim separatus à reliqua turba, quæ magna erat, & iustum fortasse implebat exercitum, in pratum forte aliquod secessit, & vocauit ad se duodecim. Et cum ipsi putarent futurum, vt Christus regnaret, & Pilatus, vel expelleretur, vel secreto occideretur; tunc cœpit ad illos de morte & passione sua verba facere. Assumpsit ergo Christus secreto duodecim, nō alios: quod magna ratione factum est. Quia infirmi non sunt capaces solidi cibi tanquam eden tuli ad mandendum, & calore stomachi destituti ad digerendum, facilè enim scandalizan-

Apostoli cum ægre Ierosolymam cum Christo veniebant. *Marc. 10.*

Ioann. 11.

Matth. 16.

Matth. 10.

Quanto pro nobis patiendi desiderio flagraret Dominus.

Cur duodecim tantum, & non alios Christus assumpserit. *1. Cor. 3. & Heb. 5.*

Quare Eusebius Cæsariensis in libris historiæ Ecclesiasticę, cōsulto non recenſet eos, qui deficiebant in martyrio. *1. Cor. 2.*

dalizantur in aduersis. Hinc Eusebius Cæsariensis in libris historiæ Ecclesiasticę, cōsulto non recenſet eos, qui deficiebant in martyrio. Apostolus etiam nonnisi apud perfectos scientiam loquebatur. Nam si audito Domini sermone Apostoli non intellexerunt quæ dicebantur, quid fecisset turba? *Ecce* (inquit) *ascendimus Ierosolymam.* Et adiungit Lucas: *Et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis.* Et Galilæa in Ierusalem montosam, de qua scriptum est, *Mōtes in circuitu eius*, ad literam est ascensus. Est autem Ierusalem, locus sacrificij, & passionis Domini: quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem. Voluit autem Dominus Apostolos suos idoneos testes mortis suæ efficere. Nā quemadmodum de excidio, & ruina Sodomæ admonuit Abraham, quem sciebat generi suo, & posteris mandaturum, vt custodiāt viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam: ad eum modum Christus Apostolos de morte sua admonitos esse voluit: nouerat enim ille eos per vniuersum orbem de morte sua testaturos. Deinde aduerte, quod ire ad crucem, ex obedientia Patris, & charitate erga mundum, nihil aliud erat, quàm ascendere, iuxta illud: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Quia qui crucem amplectitur, natura, atque adeò se ipso superior est: nam bene pati, & cum fructu, sine gratia Dei non possumus. Adhęc sine cruce non est ascensus ad Ierosolymam, id est, Visionem pacis, videlicet mentem in prosperis, & in aduersis cōstantem, & imperturbatam. Hinc Sponsa ait: *Ascendam in palmam*, id est, Crucem (quæ trunco aspera, & spinosa est) & apprehendam fructus eius, qui sunt dulcissimi, & ita amplexus crucis parit pacatissimos iustitiæ fructus. Quod verò ait: *Et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis*: non sine causa dictum est: mysteria siquidem Messiæ suum habuēre principium, progressus, & finem. Principium fuit incarnatio Filij Dei, natiuitas, circuncisio, præsentatio in templo, fuga in Aegyptum, ac disputatio cum Doctoribus, quę iam suum exitum erant consecuta. Progressus verò extiterant, prædicatio, miracula, baptismus, legislatio, discipulorum congregatio, quæ & ipsa quoque iam impleta erant. Supererant tantum spectantia ad finem Messiæ, id est, ingressus in Ierusalem solennis, passio, mors, resurrectio, ascensio, missio Spiritus sancti, in quibus omnia consummata sunt. Quæ rectè consummationis & perfectionis voce exprimuntur, quia in illis facta est nobis maxima ostentio amoris, patientiæ, & virtutum aliarum. Maiorem siquidem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Proinde iure nos liberauit à seruitute peccati, & imperio dæmonis, patriq́ue suo reconciliauit, magnumq́ue gloriæ meritum nobis comparauit. Obserua deinde, quòd si Christus vitam, & actiones suas iuxta Scripturam moderabatur, idem quoque nobis esse faciendum intelligamus, ne iuxta deprauata mundi exempla vitam nostram componamus, sed iuxta Dei verbum, secundum id: Cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco: nam frustra alioqui data esset, si solùm ad speculationem, & contemplationem vtilis esset, & non etiam ad vitæ praxim, vanęque esset dictum: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis*: nec locum haberet quod ait Paulus: *Omnis Scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Præterea obseruandum, si Christus tam frequētem suæ mortis habebat memoriam, de illa loquebatur, ac differebat, qui tamen vsquequaque certus erat de die, & hora, de loco, & genere mortis, de modo illam sustinendi, & victoria: quid nobis faciendum est, quibus incertus est exitus, incertus locus, incertus modus, incertum tempus, incertus status, incerta denique omnia; propter quæ Spiritus sanctus dicebat de populo Israële: *Gens absque consilio est, & sine prudentia. Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Hoc est, vtinam isti mortis memoria, ceu aqua, vinum dulce delectationum huius mundi temperarent. Nam si nobilis destinatus ad gubernandam prouinciam à Rege priusquam eo tendat, præparat quæ necessaria sunt, vt vestes, ministros, aulea, & cætera quæ ad splendorem faciunt: quidni se præparet qui iturus est ante Deum, ac in illius aulam tanquam familiaris, & intimus ingressurus? Adhæc, si equus cursum velocissimum confecturus, prius de loco cursus docetur & instruitur, quo facilius postea cognitum curriculum absoluat: ita nos, viam vniuersæ carnis ingressuros, nō nisi meditatos & præparatos accedere oportet, quo facilius & fructuosius ille extremus actus à nobis absolui possit. De quibusdam Philosophis legimus, sepulchra sua ante ostia domus suæ cōstituisse, vt & in ingressu domus, & egressu, mortis instātis memoriā recolere posset. Ecclesia quoq; mortis refricat memoriā quādo

Ioann. 15. Hebr. 2.

Qua ratione vitam nostri cōponemus exemplo Christi. *2. Pet. 1.*

Psalm. 18.

2. Tim. 3.

Toties Christus de morte sua loquens, quid deceat nos.

Deut 32.

Qui ad bene moriendum se comparāt, quos probe imitari videantur.

in die

Cur Christus se Filium hominis, non Dei filium appellauit.

in die cinerum ait: *Pulvis es, & in pulverem reuerteris.*

Rectęque ait in tertia persona de Filio hominis, vt minus feriret animos discipulorum: non dixit de Filio Dei, quia quatenus homo est, passus & suscitatus est: & Christus est filius Adæ singulariter, id est, hæres peccatorum, hoc est, suppliciorum, quæ eis debentur. Quo nomine maioris humilitatis suæ, & charitatis erga nos declarat argumentum, maiusque monumentum vocationis suæ. Non enim venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Cum verò ait: *Quæcunque scripta sunt per Prophetas*:

Matth. 20. Quales Christus scriptores habuerit.

ostendit Iesum solum veros habuisse historicos, nempe Euangelistas, qui gesta eius, & dicta conscripserunt; non autem falsos, aut de fide suspectos, quemadmodum Gentiles habuerunt. Nam illi, pro affectu, aut præmio, aut exaggerabant quæ vera esse nouerant, aut minuebant. Christus autem incorruptos habuit historicos, nec tantum post se, sed etiam ante se. Nam si quis verbi gratia poscret, vt gesta scribantur Principis, Regis Hispaniarum, aut Galliarum filij, aut nondum nati, aut nati quidem, sed infantis adhuc, & in cunis vagientis: responderent historici; Sinatur prius infans crescere, & vbi adoleuerit, operabitur fortia & heroica, & indicet bellum infidelibus atque hæreticis, & victoriam obtinebit, & tunc tempus erit opportunum conscribendi eius historiam, modò enim, nisi diuinando, nihil habemus, quod conscribere possimus. Secus tamen se res habet in Christo, qui antequam nasceretur, quam plurimos habuit historicos, qui verbis, & scriptis, gestis, & perpessis, mysteria Messiæ describebant, illaque, ob firmitatem, cùm essent futura, de præterito præcinebant: nec tantùm heroica & magna Christi gesta, sed etiam res minimas, quia omnia, grandia, & alta sunt in Christo. Fuerunt præterea Prophetæ omnes magna vitæ sanctitate, & autoritate prædi, vt ita fidem maiorem consequerentur eorū scripta, neque digni extiterunt alij mysteria Messiæ præcinere, præter illos, qui tanta vitæ probitate pollerent: omitto Balaam, aut si quis est alius. Multum etiam referebat, vt illi omnia, vel minima Christi describerent, vt cùm venisset, melius agnosceretur, & ne quisquam alius se pro eo supponeret, & venditaret, atque ita deciperet.

Quām prisci, item, & antiquos, munere singulari.

Christi scriptores quales etiam illi fuerint.

Cur minima etiam Christi gesta descripserint.

Et tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget. Quanquam Dominus pluries mortem suam prædixerit, occultè tamen & rectè: vt cùm dixit: *Soluite templum hoc*: &, *sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto*: &, *Ego Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*: &, *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus*, & quæ sequuntur. Dixit autem hæc præsente Iuda, vt corrigeretur, nam ante passionem per annum iam erat diabolus, Ioann. 6. id est, valde malus, & datus in reprobum sensum. Eadem ratione iterum dixit: *Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.* Cumque ille replicasset: *Nunquid ego sum Rabbi?* Dominus respondit: *Tu dixisti*, id est, ego non assero, tu videris: vnde iam tanquam inemēdabilem à se expediuit, dicens: *Quod facis, fac citius*: quem Dominus in communi pulsauerat ad correctionem, & vt homo & præceptor, adhibuit diligentiam, vt resipisceret. Prædixit verò mortem: tum vt se Deum ostenderet, vnde Ioann. 13. cùm dixisset: *Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum*, subiungit: *Amen amen dico vobis, priusquam fiat*, vt cùm factum fuerit, credatis quia ego sum, scilicet Deus: tum ne existimaretur tanquam insçius mortem incurrere, & ita in his, quæ prædicauerat, falsus, tum vt resurrectionem prædiceret, tum vt mors libera, & salutaris indicaretur, ac proinde illa magis nos obligaret, & daret exemplum patientiæ, & minus Apostolorum corda percelleret. Sæpe autem illam prædixit, etiam citra figuras & tropos, vt primo Matth. 16. deinde Matth. 17. adhæc Matthæi 20. item Marc. 26. & semper aliquid adiungebat, quia Apostoli ex pietate mouebantur ad non credendum, & facilius ac leuius mortem suam tolerabant vt certo se scire eis ostenderet, & ne obliuiscerentur: Christus autem, pro sua sapientia, fugiebat persecutiones, pro tempore autem se offerebat. In singulari autem circunstantias suæ mortis dixit, vt certam scientiam, & non coniecturam futurorum se habere indicaret: quia non semel illum lapidare voluerunt. Adhæc, ne turbarentur aliquo euentu non prædicto, vt spontanea item videretur mors: nam fieri potest, vt quis mortem timeat, sed eam vitare non possit, quia ignorat modum eius, & tempus, & locum; Postremò vt grauis mors, spontanea, & vt erat prophetata, ostenderetur. Porrò de proditione Iudæ nondum quicquam prædixit, sed in cœna tantum, quia verba longè ante dicta minus mouent, & quia peccatum Iudæ nondum erat, & ne daretur occasio id committendi. Sex autem articulos suæ passionis tradit, nem-

Christus prædixerit suam. *Ioann. 2. Ioann. 3. Num. 21. Ioann. 12. Matth. 12.* Quare etiam coram Iuda, prædixerit. *Matth. 26.*

Ioann. 13.

Quibus de causis Christus mortem suā prænunciauerit.

Cur clarè etiam, ac manifestè prædixerit eandem.

Quamobrē mortis suæ conditiones expressit Dominus.

Proditionē Iudæ cur nō multò ante Christus, sed tantum in cœna prædixerit. *Ioann. 13. & seq.*

Vbi tacite duntaxat, & obscure mor

Matth.26. Articuli sex passionis suæ tradit à Domino, omnes prædicti à Prophetis qui nam illi.
Sap.2.
Psal.68.
Gen.37.
Psal.68.

Psal.34.

Psalm.68.
Esa.50.

Ierem.11.

Psalm.3.

Sopho.3. Christus quē cōtemserit regium splēdorem, & ornatum.
1.Reg.9.

Ioann.18.

1.Reg.22. Cur traditus sit Christus.

A quibus fuerit Christus maiora perpessus.

Matth.27.

Deut.35.

dit, nempe condemnationem ad mortem, traditionem Gentibus, illusionem, flagella, sputa, mortem & resurrectionem, de quibus Prophetæ prædixerunt. De condemnatione ad mortem, in libro Sapientiæ est scriptum: *Morte turpissima condemnemus eum*: De traditione, *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ*: ita enim Ioseph à fratribus traditus est Ismaelitis: De illusione: *Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam*: De flagellatione: *Congregata sunt super me flagella, & ignorani*, nimirum causam, propter quam sum flagellatus: *Quia quæ non rapui, tunc exoluebam*: De sputis dicitur: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me*: De morte Crucis: *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius*: De resurrectione: *Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi.* Et alius: *Expecta me in die resurrectionis meæ, in futurum.* Adhæc cùm potentia Regis in hoc consistat, vt optima quæque ad Regem spectent, vt honores, diuitiæ ac deliciæ, & quicquid est amœnum & delectabile, iuxta illud Samulis ad Saulem, quem eligebat in Regem: *Et cuius erunt optima quæque Israel? nonne tibi, & omni domui patris tui?* Tamen Christus Dominus, & Regum Rex, dedecora, Crucem, paupertatem, & pessima quæque huius mundi elegit, vt planè ostenderet, aliud esse regnum suum à regno mundi, iuxta illud, quod Pilato dixit: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Regnat siquidem à ligno Deus, & super eos qui sunt amaro animo, & lugent, instar Dauidis, qui in similes factus est princeps. Quod Christus dicitur traditus: primum multiplici ex causa id contigit. Primò quidem, à Iuda ex auaritia traditus est Iudæis: deinde Iudæi tradiderunt Gentibus, id est, Pontio Pilato Gentili, vt non tantùm haberetur peccans in Legem Dei, sed vt seditiosus in Romanam rempublicam, & eius in Cæsarem: ex quo factum est, vt Christus acerbiora sit passus, & maiori affectus ignominia. Nam vltra illusiones, sputa, & alapas Iudæorum, Gentiles ipsi Christo, vt Iudæo, amarissimè illuserunt, & tanquam regni vsurpatori, purpura, corona spinea, & arundine eum deriserunt; addiderunt potum fellis, & idiomatis Hebræi vim ignorantes, dicebant: *Sine, videamus an veniat Helias liberans eum*: Et cùm lex tantum supra quadraginta ictus neminem permitteret flagellare, acerbissimè à Gentibus non solùm ad sanguis profusionem, sed ad costas vsque ictus flagellorum pertulit, talibus ac tantis, quibus placari posse Iudæorum gentes existimauit Pilatus, vt necem eius impediret. Mors etiam Crucis, quàm Iudæi inferre non poterant, acerbissima erat apud Romanos, cùm neruos manuum & pedem affligeret; ignominia etiam plena erat, quia seruorum tantum erat, & futurum. Vnde ille dixit:

Non hominem occidi: non pasces in cruce coruos.

Et Cicero actor. 7. in Verrem: *Facinus est*, inquit, *vinciri ciuem Romanum, scelus, verberari: propè parricidium, necari: quid dicam in crucem tollere? Verbo satis digno tam nefaria res appellari nullo modo potest.* Est etiam hoc genus mortis diuturnius: nam mors ignis, aut decollationis, aut suspendi, breuis esse solet. Bonus igitur Dominus pro omnibus pati volens, ab omnibus passus est, tam Iudæis, quàm Gentilibus: nec hi in illos, aut illi in istos gloriarentur, aut insultarent. Nam omnes peccatis nostris eum in crucem adegimus, quemadmodum omnes filij Israël contulerunt ad conflationem vituli adorandi. Traditur ergo libertas captiuorum: illuditur gloria Angelorum: flagellatur omnium innocentia: conspuitur speculum sine macula, ac candor lucis æternæ: occiditur omnium vita: traditur Christus Gentibus, vt nos tradat Patri suo: illuditur, vt nos sapientes reddat: flagellatur, vt pro nobis soluat: conspuitur, vt nos mundos, & pretiosos faciat: occiditur, vt nobis vitam diuinam largiatur. Docetque patienter ferre proditionem, illusionem, flagella, & sputa, & tādem mortem ipsam pro Dei gloria: vt cum Apostolis eamus gaudentes, quòd digni habiti sumus pro nomine Iesu contumeliam pati. *Et tertia die resurgere.* Docet nos Dominus more periti medici, qui aliquando præscribit ægrotis medicamina saluberrima, sed à quibus omnino abhorret ægrotorum animus: aliquid ergo dulce admiscet ob infirmitatem nostram subleuandam, & bonitatem suam declarandam, & ne langueret spes nostra extincto tanto lumine. Et quia satis erat ad tres dies mori, vt mors vera comprobaretur, ideo non distulit resurrectionem vsque ad iudicium. Prædixit autem hoc Dominus, vt minus turbarentur discipuli: nam etsi tunc non crederent; nec intelligerent quæ dicebantur, postea tamen videntes rei euentum, saltem crederent, & sperarent resurrectionem; deinde vt se voluntario & sponte pati indicaret, præsciens omnia, nec fugiens: pomo enim

Ioann.19. Mortis Crucis condemnes.

Horat. epist. lib.1. ad Quintium. Mors Crucis Ciceroni qualis.

Christus est à Iudæis & mul & Gentibus pati voluerit, & occidi.
Exod.32.

Quis ille, & quantus quis patitur Christus, cuius nobis crucis passio salutaris.

Christus fidē qualia nobis documenta suppeditet.
Act.5.

Vltimo die cur Christus resurgere noluerit.

Prædictionis mortis Christi causæ nonnullæ.

Genes.3.

In Astrologos libertatē hominis a stris subijciēt.

Apertissima quæ de passione & morte Christi vaticinia Apostoli non intellexerint.
Isaæ.2.
Isaæ.8.
Ioan.16.
Ioan.4.
Ioan.12.

Matth.26. Cur Apostoli Domini verba de morte sua non sint assecuti.
Secunda ratio.

crucis amaro sponte sumpto, pro illo dulci Adæ fructu, & nostro voluntate propria manducato, diuinę iustitiæ satisfactum est. Itē hoc prædixit, vt falsam de regno Christi temporali opinionem eximeret; Postremò, vt Deus verus cernens futuros euentus cognoscatur, vt mortem, & locum, & modum, & tempus, personas illam inferentes, cæteraque circumstantias, & resurrectionem pendētem à Deo voluntate. Hinc decipiuntur Astrologi prædicentes ea, quæ ab hominis voluntate, vel vitiosa, vel studiosa, pendent, vel à voluntate Dei supra naturæ ordinem operantis, vel denique dicentes omnino euentura quædam naturalia, quæ impediri à materia, vel Dei voluntate possunt: licèt essent causæ aliàs paratæ ad effectum producendum.

Subiungit Lucas: *Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis* (id est, sensus verborum) *& non intelligebant quæ dicebantur.* Vide quanto stupore oppressi essent Apostolorum animi: ter enim inculcatur eorū ignoratio in illis verbis, vt insinuet, eos sermonem de cruce, etiam clarum & apertum, non percepisse sicut nec verba illa intellexerunt: *Soluite templum*, hoc: &c. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis*: &, *Modicum, & iam non videbitis me*: &, *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis*: cùm tamen turba sermonem apertum de morte caperet. Nam Ioan. 2. dicebant Iudæi: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodò tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis?* Verùm discipuli amantes Christi vitam, & mortem eius horrentes, ne nomen quidem eius necis audire poterant: at Iudæi, qui ex inuidia necem eius meditabantur, facilè eius verba de morte, etiam metaphoricè dicta, percipiebant. Primò ergo putabant Apostoli, Christum parabolicè loqui, tropumque subesse eius verbis, quemadmodum hæretici in verbis Christi, *Hoc est corpus meum*, tropum ex malitia confingunt: ita ex pietate, Apostoli non capiebant articulum passionis, & metaphoram inesse verbis Christi putabant. Deinde hoc factum est, quia spiritus humanus, hoc est, affectus ad præsentia mūdi bona, ob triplicem sibi inhærentem concupiscentiam, mysterium Crucis intelligere impeditur: horret enim aduersa & contraria omnia: & cupit hic prosperari, & deliciari: at hoc mundi spiritu nondum erant Apostoli spoliati: hinc ne quid aduersi audirent quod nollent, cùm similia de morte sua prædixisset, Luc. 9. subiungit Euangel. *At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud; & timebant eum interrogare de hoc verbo.* Cùm enim voluntas intellectui dominetur, facilè consequitur, vt credat alba esse, quæ nigra sunt; & lignum, credit esse vitrum; & denique quæ nō sunt pulchra, ea pulchra videntur amanti: maximè quando ea quæ credimus, aut amica carnis sunt, & sensus, aut ex illis aliquid expectamus priuati cómodi, hoc est, honoris, potestatis, & vtilitatis: iam enim inuicta hæc opinio efficietur: vt in eo qui credit animam mortalem, vel nullam Dei esse prouidentiam; fornicationem simplicem, aut vsuram, peccatum non esse facilè sibi persuadet. Simile licet cernere in hæreticis nostri sæculi; qui cùm tam contraria Religioni Catholicæ, & veritati, & inter se pugnantia doceant, omnes tamen contendunt nihil aliud asserere, quàm ipsum purum, & putū Euangeliū: tanta est φιλαυτία, & tanta vis amoris propriæ sententiæ, & opinionis tuendæ. Tertiò, Apostoli non facilè capiebant sermonem Crucis, quia difficile est creditu; ideò post eam prædictā, & perfectam & ab Apostolis prædicatam dicitur: *Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatū est?* Quis enim facilè crederet, quòd Rex in habitu vilis & inermis serui, & expositus verberibus & Cruci, cititatem à fortissimis exercitibus obsessam, debeat liberare? Verbum enim Crucis, vt ait Apostolus, pereuntibus quidē stultitia est: ijs autem, qui salui fiunt, id est, nobis, Dei virtus est.

Voluntas vnde facilis ad errorem.

Tertia ratio.

Esai.53. *Rom.10.*

1.Corinth.1.

Quamobrem Christus crucifixus habitus est apud Iudæos scandalum, apud Gentes verò stultitia: neq; facilè rem tam contemptam, & ignominia plenam, qualis est prima facie, Iudęi, aut Gentes deglutire potuerunt. Primò quidem; quia ille crucifixus, & Deus, & homo prædicabatur; at Deus sine vlla est oppositione, ac proinde vel moueri, vel pati non potest. Sed sanè sicut sine vlla sui mutatione, mutata tātùm creatura, creat; ita incarnatur, siue in corporatur, patitur, siue moritur in homine assumpto, qui capax est passionis & mortis, & separata anima à corpore, & neutro à Deo siue à Verbo, moritur. Vt enim patiente corpore meo, Deus, qui ibi præsens est, nō patitur, nec radius Solis in ligno securi percusso, quicquam à securi læditur: ita patiente Christi corpore, Verbi natura non patiebatur: sed, ob vnionem hypostaticā, verum est dicere, Verbum in natura humana passum, & mortuum fuisse, quod in se ipso immortale existit. Et de hac re valde admonendos esse existimamus concionatores, qui apud infideles verbum Dei disseminant, vt in hoc nodo dissoluēdo elaborent. So-

Mysterium Crucis, ac mortis cur creditu difficile Iudæis ac Gentibus; eorumq; diluuntur obiecta.

Quo exemplo clareat, Humanitate patiente, nil Diuinitatē Christi fuisse perpessam

Qua ratione prædicatores tātùm in fidelibus mysterium insinuabunt.

rent. Solent enim vehementer scandalizari, & à fide abalienari, cùm audiunt Deum mortuum esse, cùm impossibile sit illum mori in seipso, bene autem in assumpta humanitate. Redditur deinde difficilis creditu articulus mortis, quia in omne ius, & æquitatem militat, vt homo iustus & innocens morti adiudicetur: at Christus innocentissimus fuit, & iustissimus, nulliusque culpæ, vel minimæ, debitor. Sed profectò mori quandoque contigit iustum pro bono pubblico, vt Codrus pro Republica Athenienſi, & Decij pro Romana: quanto ergo magis pro gloria Dei illustranda, tantoque honore Deo peccatis nostris ablato, restituendo sicut Christus fecit? maximè cùm mors cesserit in bonum corporis, & nominis sui atque dominij gloriam, adeò vt Apostolus dixerit: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen*; vt *in nomine Iesu omni genu flectatur, cœlestium, terrestrium*; & *infernorum*: & *omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Fuit etiam bonum publicũ finis mortis Christi, ac proinde nostrũ, quia per illam trahimur ad Deum, & ad æterna: confugimus ad amplectandas virtutes, & ad fugienda vitia, & ad moriendum pro Deo, qui pro nobis mortuus est. Nam milites præcedẽtes ducem, siue Imperatorem, excusantur, si timeãt quemadmodum Patres Veteris Testamenti: at nos qui Imperatorẽ Christum præeuntẽ sequimur, excusatione indigni sumus, si terga vertamus, aut metu concidamus. Ad hæc iustum fuit vt lueret asperitate Crucis, quod sui delicijs exitialibus peccauerant, & post assumpta peccata nostra fuit Christus innocens, vt fideiussor, qui pro nobis spopondit, qui lege cogitur pro his satisfacere, quorum fidem suscepit: de quo fideiussore scriptũ est: *Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris; dedit enim pro te animã suam.* Quod perinde est, ac si dixisset; Noli Christi obliuisci, qui causam tuã tanquã fideiussor sustinuit, & pro te numerare coactus est. Deniq; voluit vt speraremus, Deũ nostris afflictionibus & crucibus cõmiserationis affectu affuturum, & pœnas subleuaturum, & morte nostra tandem honorificandum.

Diluitur & istud: Si Christus erat innocens, mortuus quare fuit.

Qui se olim pro Republ. vel Romana, vel Atheniẽsi deuouerint.

Philip. 2.

Per quod Christi trahimur ad Deũ.

Tertiò redditur difficilis ad credẽdum articulus passionis, ex eo quòd mors nihil aliud est, quàm amara separatio animæ à corpore: priuatio autem boni nihil videtur alij posse prodesse. Equidem ingenuè fatemur Christi mortem ex se, & quatenus priuatio est, nihil prodesse, sed ob virtutes patiẽtis, nimirum ob amorem, obedientiã, & patientiam, quibus placatum Deo mundum reddidit, & reconciliatum. Ad hęc ob Deum ipsum patientem, & Christum virtute oẽs nos ex pacto continentem (quemadmodum Adam semine & pacto continebat omnes) hinc plus influit nobis Christ⁹, quã si nos omnes moreremur, & plus pretiosa in cõspectu Domini mors eius, quàm in nobis ipsis. Quia ergo patiens vniuersalis erat, id est, Deus, & caput omnium, id est Christus, qui quidem Deus est, & homo, & finis, propter quem passus est, generalis est, nempe Deus ipse, & mundus redimendus à peccato & morte, quę ad vniuersos homines intrauerat, necessariò talis ac tantus redemptor apratus fuit.

Psalm. 117.

In morte Christi ergo distinguẽda sunt & quæ Iudæi, vel Gentiles in inferenda illi nece fecerunt, & hoc totum vitiosum est, horrendum atque nefarium flagitiũ. Deinde mors ipsa, quæ separatio est animæ à corpore, & mera quædam priuatio, atque hæc nihil iuuare potuit, imò obfuit ipsi subiecto ad tempus. Tertiò considerandum id, quod Christus fecit; nam mortem sponte sustinuit, illam summa cũ charitate, & obedientia Deo obtulit; atq; hinc tantùm proficiscitur virtus, & pretiũ passionis Domini. Postremò arduum est ad credendũ Crucis mysterium, quia tale ac tãtum crimen, quale fuit, manus violẽtas inferentiũ Christo, quod videbatur mereri mundi ruinam & ob cuius horroré Sol eclipsin passus est, terraq; tremuit, vt venia ac remissione dignum existere non videbatur. Sed non est difficile hoc soluere. Hoc enim verum est, si interfectores spectemus; secus verò si Iesum consideremus mortem acceptantem, & Deo in salutem omniũ offerentem. Plus enim valet seruare Christi charitas; quàm homo possit peccato se perdere, aut contaminare. Nam cùm virtutes vitijs sint contrariæ, & benefacta malefactis: plus ponderis & momenti apud Deum habuerunt virtutes Dei & hominis, & eius bona opera ad placandum Deum, & seruandos homines; quàm flagitia totius mundi ad Deum irritandum, & homines perdendos: & huius rei specimen quoddã Christus in Cruce exhibuit, quando imminente morte Patrẽ pro crucifigentib⁹ deprecatus est; & latroni à principio blasphemanti, magnificè paradisum promisit.

Rom. 5. & seq. In morte Christi quæ cõsideranda sunt.

Philip. 2. Hebr. 5. Refelluntur idẽ: Quo iure tantum scelus Christicidij remissum sit impunitũ *Matth. 27.*

Luc. 23. Ibidem.

Quanta ratio, ob quam Apostoli verbũ hoc, Crucis scilicet, & passionis, non intellexerunt, illa est; quia passio millies audita, in praxi ipsa turbat, & noua videtur, nec capitur. Hinc Esai. 59. *Qui recessit à malo, prædapatuit*: id est, Qui nõ vult pati, Christum facilè

Quarta ratio verbi Crucis non intellecti ab Apostolis. Et q̃ sit illud Esai. Qui recessit à malo prædæ patuit.

Qualis fideiussor noster Christus.

Eccles. 29.

Quàm leue & illud: Cũ mors priuatio boni sit, mors Christi qui potuit hominibus prodesse?

facilè nõ inuenit. Ideò quidam martyr solum inuenit carnificẽ sibi conformẽ, quia dabat pœnam, quã ob Christum optabat, & torquebat hostem, id est, corpus suum.

Quinta ratio; Vt excellẽs sensibile corrupit sensum, ita nimia & incomprehensa Christi charitas videtur suo excessu vincere intellectũ nostrum; vt tanta maiestas amoris plena, & tantus amor maiestati coniunctus, à nobis cõprehendi non valeat. Vt enim incarnationis causa Dei ad nos amor fuit, ita & passionis, vsque adeò vt illi modum & mensuram præscribere non sit nostrum, ait enim Boetius, *Quis legem det amãtibus? Maior lex amor est sibi.* Hic est qui impulit Christũ ad patrocinium nostræ causæ, & vt diceret, vt est apud Esaiam. 46. *Ego feci, & ego feram, ego portabo, & saluabo*: dicitur feciſſe, quod membra sua fecerunt, & ideò soluere quę ipse non rapuit. Aptissimè autem Euangelium hoc legendum proponit Ecclesia diebus postremis Bacchanaliũ, in quibus dæmõ, vitio nostro, seriò triumphat. Vt enim Deus instituit dies festos in memoriam beneficiorum suorum, quę hominibus cõtulit, vt possint esse de donis acceptis grati: ita dæmon festum genialium dierum instituit, quo homines singulis annis insanianc, saltent, personasq; induant, sensui, genio, & lasciuiæ vacent, in memoriam triumphi olim ab Adã, & suis per Satanam reportati; quem, ob eam causam de Paradiso expulit, quo alacriùs sibi ab eo obediretur. Et vt ipse primus speciem serpẽtis indutus, histrionem egit, & saltauit, ita omnes eum imitantes personati incederẽt, & publicè insanirent, & more lupercorum cursitarent, turpia & obscœna verba effundentes, & conuitia quælibet in eos, qui sibi occurrebant, iaculantes. Verùm quàm malè cesserit personatis omnibus, difficile nõ est intelligere, si quis Sacras literas cõsuluerit. Nam princeps dæmõ ob personam serpentes assumptam, maledictus est à Deo, & nobis propterea eiusmodi effigies horrori est, atq; odio. Nũquam illis benè cessit, qui habitum suum cõmutarunt: nam Thamar, quæ, mutato habitu, sedit in biuio, cognita est à socero suo Iuda. Saul, mutato habitu, cõsuluit Phythonissam; quam cùm interrogasset, cognouit mortem sibi instantem. Ad hęc vxor Ieroboam missa est à viro suo in Silo, vt consuleret Ahiam Prophetã de infirmitate filij Abiæ, sed mutato habitu, ne à quoquam cognosceretur. Sed Prophetа illam prænouit: & prædixit mortẽ pueri instantem. Achab, Rex Israel, ingressus est prælium mutato habitu: verùm sagitta percussus, interijt. Qui ergo personas spon-

Quinta ratio.

Boet. lib. 3. de consola. Metro 12.

Esai. 46. Psalm. 68.

Festi dies quare instituti.

Bacchanales studi quã sit diabolicum inuentum.

Genes. 3.

Personatos omnes quia raptus & mala olim fuerint consecuta.

Genes. 3.

Genes. 38. 1. Reg. 28.

1. Reg. 14.

1. Reg. vlt.

te assumunt; caueant incurrere maledictũ Dei, aut mortem spiritalem animæ suæ, in quo interitu & perditione animarum haud secus lætatur dæmõ, quàm in diebus genealibus, aut Bacchinalibus carnales homines soleant. Ad hæc festiua gaudia dæmonis euertenda Ecclesia consultò proponit, tanquam antidotũ præsentissimam, Euangelium, Christi mortẽ & circunstantias enarrans. *Assumpsit*, inquit, *duodecim discipulos secretò*, &c. quia Christus paucos habet se sequentes; stultorum autem, & insaniẽtium infinitus est numerus: & mirum est, fideles characterem internum Christi portantes, non erubescere exteriùs portare signũ dæmonis, & à Christo duce, iuratoq; Principe recedere, & ad capitalissimum eius hostem confugere, eius opera imitando, & vestigia sectando. Et vt in hoc Euangelio Christi mors ab Apostolis nõ agnoscebatur, ita illo tempore perinde viuitur, ac si Christi crux prorsus omnib. esset incognita, & ac si nos nihil aliud docuerit; quam deliciari, luxuriari, edere, epulari, & denique perfrui hoc mũdo: atq; ita nouis peccatis Christi mortem renouamus, crucéq; eius instauramus. Nam in primis, illis diebus ita agimus, vt videamus Christum tradere Gentilibus, hoc est, Paganis, Iudæis, & Hereticis, illudendum, flagellandum, cõspuendum & crucifigendum: quippe ex fructibus cùm arbor dignoscatur, non alios esse fructus Christi, & Christianę religionis, quam istos, existimant pleriq;. Vt enim dum bene operantes nos cernunt, glorificant Patrem, qui in cælis est: ita dum impuram & obscœnã ducimus vitam, nomen Dei & Christi per nos blasphematur inter Gentes, qui propterea ab illis maledictus inceſſitur, atq; conspuitur. Deinde peccatis nostris Christum prodimus, & Gentibus tradimus; quando nos ipsos, qui pretium sumus Christi moriẽtes, moribus, & vitijs Gentilium imbuendos nos damus. Nam ab illis ista Bacchanalia orta sunt. Illudimus, quasi regnum Christi esset ridiculum; & arundineum, carens firmitate, & veritate: conspuimus, laruis nos ornantes, vel dehonestantes potiùs, ac maledicis linguis quę Christi sunt, proscindentes. Flagellamus triplici flagello, nimirum impiarum cogitationum, verborum pernicioſorum, & operum iniustorum. Occidimus in nobis Christum, siue in alijs, dum charitatem, quæ vita est animæ, adimimus. Videmurque ioco agere, dum hisce præludijs & apparatibus ad sanctæ Quadragesimæ abstinentiam, & continentiam sectandam, & ad orationem atq; verbi Dei auditum, & ad Christi imitationem disponi-

Quo de interitu gaudeat dæmon, & exultet.

Eccles. 1. Actis reprehensio personatorum fidelium.

Mirificè per Bacchanales Iudos, ac geniales Christi tormenta, mortemque renouari.

Matth. 7. & 12.

Supra 5.

Rom. 2.

Ludi Bacchanales vnde traxerunt originem.

Flagellatur à nobis triplicitèr Christus.

Basil. serm. de iejunio, to. 1.

disponimur, vt Magnus ait Basilius. Vt si quis vxorem legitimâ ducturus, priùs cum scortis versetur, & per ingurgitationem & ebrietatem, ad sobrietatem, parcitatemque comparandam quis contendat, & per opera diaboli ad opera Christi cõsectanda. Sanè vt illi, qui redũdante prauis humoribus stomacho, ad vomitum excitandum non aliter se præparant, quàm ampliùs edendo, & bibendo: ita sanè nos facere videmur, quia ad euomenda toto anno cõtracta peccata in Quadragesima per sanctam confessionem, putamus id non posse à nobis rectè præstari, nisi noua & maiora peccata adiungamus. Qua in re grauissimè Deum offendim⁹, pernicioſissimè nostræ obicé ponimus saluti, dæmoni verò dulcissimæ voluptatis ansam & occasionem præbemus. Quamobrem tempestiuè tantę, tamq; pernicioſæ oscitantiæ nostræ malitiam agnoscamus, eam fletibus diluamus, dignisq; pœnitentiæ fructibus emendemus; vt qui ad vitam æternam possidẽdam vocati sumus, in quam nihil immundum aut coinquinatũ intrare potest, ab omni cõtaminationis, & impuritatis labe purificemur, respiciẽtes in totius mũditiæ & puritatis fontem, Dominum nostrum Iesum Christum, cuius cum Patre & Spiritu sancto sempiternum est regnum, potestas, & imperium, in perpetuum, Amen.

Qui diebus genialibus exactis, in Quadragesima toti⁹ anni peccata confitentur, quales illi sint.

Apocal. 21.

Tract. 72.

TRACTATVS XXVII.

De historia filiorum Zebedæi, primas sedes in regno Christi petẽtium à Domino. Et habetur hæc historia Matth. 20. & Marc. 10.

MATTHAEVS in hunc modũ hanc conscribit historiam: *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistrã in regno tuo: Respondens autem Iesus, dixit, Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Paulò aliter recitat hanc historiam Marcus, ait enim: *Et accedunt ad eum, Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes, Magister, volumus vt quodcunque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis, Quid vultis, vt faciam vobis? & dixerunt, Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistrã tuam sedeamus in gloria tua. Iesus autem ait eis, Nescitis quid petatis: Potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* Sed hęc dissonantia, siue discrepantia, facilè in concordiam redigi potest. Vt nautis prudentibus & peritis facile est, scopulos notos & apertos declinare, et occultos & delitescentes sub aquis, difficilè. Ita fideli vnicuique facilè est peccata carnis manifesta declinare, & spiritualia & occulta, quæ penè visum etiam virorum spiritualium effugiunt, difficillimum est. Talis scopus est honorum ambitio, & graduum celsiorum appetitio, in quem vel Apostoli ipsi à Christo dilecti, & filij Zebedæi impegerunt, vt præsens prodit Euangelium; ad instructionem & doctrinam nostram. Cùm autem duplex sit species ambitionis: altera, qua super alios constituti eminere volumus, atq; alijs præesse; altera verò, qua alijs subijci, aut subesse detrectamus, vtraque tamen ex eadem radice superbię oritur, & vtriusque in hoc Euangelio fit mentio: prioris quidem in duobus Zebedæi filijs affectantibus primas sedes super alios; at posterioris in decem Apostolis, qui audientes indignati sunt: & vtrumque morbum suis conuenientibus pharmacis sanare voluit Dominus Iesus, qui de se dixit: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus*, atque in illis nos omnes similibus plerunque morbis obnoxios, sanatos esse disposuit.

Quæ peccata difficilè internoscantur.

Ambitionis species duplex.

Vtramq; ambitionem sanare venit Dominus Iesus.

Matth. 9.

Quod verò Matthæus ait, matrem filiorum Zebedæi accessisse ad petendum, Marcus verò filios Zebedæi per se ipsos ad postulandum venisse: non admodum pugnant sibi inuicem: quia intelligendum est, matrem à filijs fuisse subornatam, & simul cum matre accessisse filios: nam Marcus de filijs tantùm loquitur, nec matris meminit. Indicat etiam hoc ipsum, quòd Dominus increpationem dirigit ad filios, quasi præsentes, non ad matrem, dicens; Nescitis quid petatis; vnde per eam potiùs ipsi dici poterant rogasse, quàm mater; & propter ea mater orando dixit, *Dic vt sedeant hi duo filij mei*, demonstrando filios qui ibi aderant, & qui per eam petebant. Quod verò semel per se ipsos petierint, & repulsam passi, per matrem tentauerint impetrare, vt quidam dicunt: non est admodum verisimile; cùm vna & eadem responsio, tum apud Matthæum, tum apud Marcum exhibeatur. Sed iam præstat expendere: quo tempore hæc postulatio facta sit; de qua Matthæus ait: *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi.* Nimirum cùm Christus de morte sua vaticinatus esset, tunc illa à filijs subornata, cum illis accessit ad Iesum. Vbi cernere potes spiritum mundi, quàm sit dissimilis, & quàm remotus à spiritu Dei: dum enim Dominus Iesus mortem suam prædicet, isti regna nescio quæ temporalia sibi somniant, & ex

Matrem̃ filiorum Zebedæi, vt Matthæus, ipsimet filij, vt Marcus scribit, ad Christum accessisse.

Vnã duntaxat hanc petitionem primarum sedium à Christo fuisse, ait duas *Euthym. in Matthæum cap. 20.*

Quo tempore filij Zebedæi id à Christo postulauerint.

Conciliãtur inter se Marcus & Matthæus.

Mundi ac carnis spiritus quàm ab spiritu Christi alienus ac diuersus.

spiritu carnem efficiunt. Tale enim est ingenium carnalium, vt ex his quæ merè spiritualia sunt, nempe ex prędicatione verbi Dei, ex Missæ sacrificio, ex autoritate Episcopali, ex potestate remittendi peccata, non nisi carnalia metant: at verò qui spirituales sunt, etiam ex ipsis carnalibus, & temporalibus, non nisi quæ spiritus sunt, & ad æternitatem spectant, colligunt: qualis enim vnusquisque est, talia cogitat; talia etiam loquitur, & operatur. Veraque est illa Philosophorum regula: *Quicquid recipitur; per modum recipientis recipitur*; vt aqua pro ratione vasis, rotundi, vel quadrati, aut rotunda fit, aut quadrata; ad hunc modum sanus omnem cibum, quem sumit, conuertit in fructum, ægrotus in malum humorẽ; & vt apis mel colligit ex omnibus quæ degustat, ita serpens quicquid edit, in venenum conuertit. Hinc lectio libri Cantici Canticorum, Iudæis nihil aliud est quam caro, vt Patribus Ecclesiæ non aliud sapit quàm spiritũ. Aut igitur caro in nobis dominatur, & spiritum in carnem conuertit; aut spiritus dominatur, & carnem ad spiritum trahit. Curanda igitur est radix cordis nostri, vt bona sit, quia ex eo non nisi bona orientur, vt ex malo mala: & vt à centro ducũtur omnes lineæ, ita à corde operationes omnes, quæ bonitatem, aut malitiam, qua cor præditum est, participant.

Aristotelicus canon.

Cantica Cãticorum aliter Iudæis, aliter viris spiritualibus sapiunt.

Curetur quomodò radix cordis nostri.

Marc. 13. Quibus de causis mater filiorum Zebedæi ad Christum accessit.

Accessit ergo mater filiorum Zebedæi, quæ Salome dicitur, & matertera Christi existimatur, atque illa propinquitatis confidentia ad Christum accessit. Accessit, quia videbat filios suos à Christo præalijs honorari; quia ipsa ministrabat Christo de facultatibus suis: quia erant primi in vocatione, vel de primis: quia denique sibi erant sanguine coniuncti. *Adorans*, inquit, *& petens aliquid ab eo*: id est, adorans vt peteret. Multum enim confert ád hoc vt exaudiamur, humilitas & postratio: quia, vt ait Sapiens, *Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec Altissimus aspiciat.* Ingenium etiam ambitionis est retrocedere, vt meliùs foueam faltet; neque falcones, qui ex præda viuunt, in editissima loca conscẽdunt, nisi gyrando, quasi per scalas conscenderent, vt inde se præcipites in prædam, quam cupiunt, dedant. *Aliquid*, inquit, *ab eo*: ita ipsi putabant aliquid esse in oculis suis, quod petebant; cùm tamen nihil esset in oculis Christi. Sed vt Dominus dixit: *Vsque modò non petistis quicquàm in nomine meo.* Beatus Marcus recenset, filios Zebedæi dixisse, *Magister, volumus vt quodcunque petierimus, facias nobis*: quæ stultitiæ

Marc. 15. Matth. 2. Cuius preces Deus exaudiat.

Ecclesiast. 35.

Ambitionis ingenium illa quam simile falconi.

Isaæ. 16.

&ambitionis plena est petitio. Magistrum, vt blandiantur, vocant: *Volumus*, dicunt. Sed serui Dei voluntatem aliam à Domino suo habere non debeat.

Filij Zebedęi Christũ cur vocent magistrum.

Vt quodcunque (inquiunt) *petierimus, facias*, cùm tamen Deus solus Dominus sit, & verè liber, valens dare quod vult, cui, quantum, & quomodò vult, sine alterius detrimento, vel auxilio: at Reges & Principes huius sæculi, siue Pontifices & Episcopi, qui Ecclesijs Dei præsunt, non possunt, salua conscientia, & legibus quibus adstringuntur, conferre gratiam, vel beneficium pro voluntate sua, vel sententiam pronuntiare, vel officium etiam profanum largiri, nisi digno tantum, & benemerito; aliàs offendunt Deum, si præter leges conferant, lædunt Ecclesiam, vel Rempublicam, quam indigno committunt; ac si quis curæ equorum suorum ignarum prorsus eius artis præficeret, aut oues lupo committeret. Lædunt etiam illos ipsos, quia eos manifesto periculo salutis suæ æternæ exponunt, dando gladium in manu furioſi: fit etiam grauissima iniuria dignior⁹ ac melioribus, quos in foro cõscientiæ præponere alijs minus idoneis debuissent. Ideò stultissima fuit promissio Herodis, dicẽtis Herodiadi; *Pete à me quod vis; & dabo tibi, licèt dimidium regni mei.* Et illa petijt, vt caput Ioannis sibi protinus in disco exhiberetur. Nunc autem tanta est nostra ambitio, vt pro illa explenda sinamus caput Christo ipsi abscindi. At Christus Dominus prudentissimè respondit, simulans se ignorare quod sciebat: *Quid vultis vt faciam vobis?* quid Dominus insinuauerit. *Genes. 3. Ioan. 11. Luc. 8.*

Ecclesiast. indigno magistratus, ac beneficia cõferentes, Reipublicæ quã pernicioſi existant.

Marc. 6.

His verbis ad filios Zebedęi: Quid vultis vt faciam vobis? quid Dominus insinuauerit.

Vel, vt Matthęus ait, *Quid vis?* Ita aliàs dixit, *Adam vbi es?* & de Lazaro, *Vbi posuisti eum?* Et, *Quis est qui me tetigit?* Ostendit autem hac interrogatione, non esse facilè concedendum, quod nescitur: quia hoc perturbat maximè Ecclesiã Dei. Petit ergo quid velint, vt se talem ostenderet, qualem ipsi putabant, id est, hominem solum, & insciũ; & ne simpliciter negãs, rei iustæ repulsam videretur dare; & vt ostendat se non agnoscere tales petitiones, quæ ab spiritu suo non oriuntur. Et verè Christus hic se ostendit pluſquam Salomonem: qui cùm dixisset ad Bersabeam, *Pete à me, mater mea: neque enim fas est, vt auertam faciem tuam.* Sed hanc generalem promissionem, cùm ipsa Abisac Adoniæ vxorem postulasset, prudenter posteà reuocauit. 3. Reg. 2. Proindeà promissionibus generalibus, siue petitionibus abstineamus, quia plerunq; illis, aut alios inuoluimus, aut inuoluimur: & quicunq; pro alio petit, suspectus tibi esse debet, si magistratũ, profanũ,

Christus in quo etiam Salomone sapientior. *Matth. 12.*

A promissionibus, siue petitionib⁹ abstinendum quibus.

Filij Zebedæi cur primas sedes in regno Christi petierint.

aut Ecclesiasticum geris. Nam qui pro seipso petit, iam iudicatus est: vt quidam Romanus Pontifex dicere solitus erat petentibus beneficia Ecclesiastica: *Quia petisti, nõ habebis.*

Matth.19. Matth.16.

Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram, in regno tuo. Audierant Dominum dicentem: *Sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël*: audierãt Petro traditas claues regni cælorum: deniq; pollicitus erat quòd tertio die resurgeret. Ex quibus, quasi tunc regnaturus esset, somniabãt sibi quædam humana regna. Et spiritus mundi nihil aliud ambit, quàm dignitates, honores, requié & mollitiem, diuitias & thesauros. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Nec hunc intellectum carnalium rerũ, nisi ad aduentum Spiritus sancti in die Pẽtecostes, exuere potuerunt Apostoli: nam etiã post resurrectionem dicebãt: *Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israël.* Et iterum in die Ascensionis interrogabant eum, dicentes: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël?* Vide etiam quanta sit hominis superbia, & ambitio, & quò tandem progrediatur. Nam piscatores pauperculi regnum affectabant, aut saltem primas sedes in regno. Est enim hominis animus excelsus, & sublimitatis appetentissimus, ex quo in Adam appetiuit diuinos honores. *Ad dexteram*, inquit, *& ad sinistram*: quemadmodum Dauid apud Saulem sedebant ex vna parte, & Abner ex altera. 1. Reg. 20. Timebant autem, ne Petrus & Andreas illa loca sibi præoccuparent, tãquam qui priùs vocati essent. Et ambitio spiritualium honorũ etiam ad fœminas se extendit: nam etsi ipsæ capaces eorum minimè sint, laborant tamen pro filiorũ exaltatione, vt in illis saltẽ ipsæ exaltentur. Ad hęc, omnis in Ecclesia Dei tentatio & altercatio de sedium est primatu, & eminentia: videas enim Principes huius mũdi de loco certare inter se, & cũ Ecclesiasticis: videas Ecclesiasticos de eadem re contendere: videas etiam interdum ipsos religiosos, qui mundi contemptum profitentur, contentiosè inter se de honore loci decertare. Hæ autem omnes cõtentiones ab illa dæmonis in cælo originem habent, qui dixit. *In cælum conscẽdam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamẽti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Adeò vt etiã hæc pestis, quæ olim inter Pharisæos regnabat, de quibus, *Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi*, etiam in ipsa Apostolorum pectora penetrauerit. Nam vt Euangelium ait: *Facta est & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior*; & obliuiscebãtur regulæ traditæ à Christo, vt videlicet inuitati ad conuiuium, sederent in nouissimo loco, tales se dignos iudicantes, etiamsi alioquí in primo contingeret eos sedere: & Christus cum Petro in lauandis pedibus certauit, vt doceret, quales nostræ debeant esse contentiones, nimirum, vt studeamus quisq; alteri humiliari, illique vel minima obsequia, vel pedum lotionem impendere. Et quia olim ex humilitate sancti viri pro postremo loco decertabant in supplicationibus, modò ex superbia, quærimus locum vltimum, siue humilem, eo quòd sit honorificentior, & humilitatem ipsam faci mus superbiæ obiectum. Appetere igitur magistratum sæcularem, vel Ecclesiasticũ, nequaquam licitum est: siue ob loci altitudinem, quia esset species arrogantiæ, atque audaciæ; siue ob honorem, & sui reuerentiam captandã, quod esset ambitio; siue ob diuitias, quod esset cupiditas, & auaritia; vel vt prosit, quia periculosum est, & superbia plenũ, se cæteris existimare magis idoneũ: licet tamen virtutes, quibus bene præesse quis potest, appetere, & flagitare. Quòd si obijcias, *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, id est, seruire proximo propter Christum. Sed quicquid olim fuerit in primitiua Ecclesia, quia Episcopatus sine honore, & sine diuitijs erat, erat fortassis appetere Episcopatũ, nihil aliud quàm Crucem optare, & opus charitatis impendere. Nunc autem vbi Episcopatus cum magno honore & diuitijs coniunctus est, nó nisi periculosè appetitur: quemadmodum Deitas bona est, à dæmone tamen, & Adam malè cõcupita fuit. Et Apostolus quãdo dixit: *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*: continuò deterrere volens eos, qui Episcopatus desiderio tenerẽtur, subiunxit: *Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse* (vel, *sine crimine esse*) *vnius vxoris virum*, & quæ sequuntur. Quasi diceret, Prius quisq; se ipsum cõsulat, & videat an sine reprehẽsione sit, tãto vt muneri satisfaciat. Dices deinde: Ex charitate appeto. Sed certè charitas non est ambitiosa: nec ita alios diligit, vt suam salutem negligat, & se periculo exponat.

Respondens autem Iesus, dixit; *Nescitis quid petatis.* Si taceret, cõtristaret Dominus matrem cum filijs, quasi nollet postulata concedere. Si negaret se habere regnum temporale, quẽadmodum Dominus dixit Pilato, *Regnũ meũ non est de hoc mũdo*, offenderet eos. Si polliceretur, falsa esset promissio,

Luc. vlt.

Act. 1.

Animus hominis quàm excelsus, & sublimitatis appetens. *Genes. 3.*

Spiritualium honorũ ambitio fœminas etiã quomodo attingat.

Ecclesiã Dei quantum occupet hæc ambitionis pestis.

Esai. 14.

Matth. 23.

Luc. 22.

Luc. 14.

Ioan. 13. Quales debeãt esse nostræ contentiones. Honores, siue facti, siue profani, cur minimè affectandi.

Honores quid boni habeant appetendi.

1. Timoth. 3. Si honores expetere nõ licet; quomõd id: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat?

In præsenti Episcopatũ appetere quàm periculosum sit. *Esai. 14. Genes. 3. 1. Timoth. 3.*

2. Corinth. 12.

Cur Christ⁹ dixerit. Nescitis quid petatis.

Ioan. 18. Hebr. 4. Proverb. 1.

& alij decem cõturbarentur. Ideò ne hoc: nec illud asserens, simpliciter reprobauit petitionem, quasi à nescientia, vel ignorantia profectam, quæ solet peccatum extenuare, atque imminuere. Ostendens etiam se non ignorare eiusmodi petitionẽ potius à filijs, quàm a matre ortam, etiamsi ipsi cogitarent posse Dominum latere. Ita enim sibi persuadent omnes ambitiosi, dum nullum non mouent lapidem, & secretis cuniculis tentant ad spectatum finem peruenire. Sed omnia sunt nuda, & aperta oculis Diuinæ Maiestatis, & frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Ait ergo: *Nescitis quid petatis.* Quasi diceret; Hic supplex libellus in multis peccare deprehenditur. Primò in re petita: quædam enim somniabant regna temporalia, & dexteram, & sinistram in regno Christi. Deinde in caussa excitante ad petendum: quia propter sanguinis coniunctionem petebant: ideò per matrem adorantem Christum aggressi sunt, quia fœminæ facilius impetrant. Tertiò, in qualitate personarum, pro quibus petebatur: quia erant ambitiosi, & sine meritis tam amplũ gradum ambiebant: est que ingens ambitionis cæcitas & ignorãtia, quæ ad id aspirat, vnde certa mors & damnatio oriri solet. Vnde Cornelius Tacitus lib. 14. de Agrippina Neronis matre ambiente Imperium Romanum, scripsit: *Consulenti* (scilicet Agrippinæ super Nerone) *respondere Chaldæi fore vt imperaret, matremq; occideret. At illa Occidat* (inquit) *dum imperet.* Hæc ille. Deniq; in fine, ob quem hæc exoptabant: quia ad gloriam, & mollitiem, vitamq; iocundè traducendam has sedes sibi exhiberi rogabant; nõ autem aliquid spirituale: quod ipsi tunc non capiebant, etiamsi dixerint iuxta Marcum; *Da nobis, vt vnus ad dexterãm tuam, & alius ad sinistrã sedeamus in gloria tua*: nam vt regnum, ita gloriam temporalem sibi fingebant: quanquã Dominus pro sua sapientia, a regno temporali traxerit ad regnũ spirituale. Nescitis ergo quid petatis. Caietanus exponit hoc verbum tanquam esset futuri temporis; id est, quid petere debeatis: iuxta illud; *Nam quid eremus sicut oportet, Nescimus*; id est, Quid orandum sit, vel quid orare debeamus. Sed certè in Græco est præsens Indicatiui ἐρῶ, id est, Nescitis quid petitis. Et idem est sensus si, petatis, sit præsens subiunctiui. Ignorabant quale esset, & quando futurum regnum Christi, & quid esset in illo, proximum Christo sedere. Regnum etenim meum gloriosum tam magnum est, vt ematur calice, & cruci

Deum quasi fatiant ambitiosi.

In quatuor peccauit petitio filiorũ Zebedæi primas sedes affectantium in regno Christi.

Marc. 10.

Caietani sensus minus idoneus circa illud: Nescitis quid petatis.

Rom. 8.

Quale regnũ Christi.

Matth. 20. Filij Zebedæi quare quid peterent, nescierunt.

Ioan. 13.

Præpositi quales esse debeant.

Hebr. 7. Amici & cõsanguinei quatenus diligendi. *Matth. 10.* Quo pacto se gerere debeant Prælati Ecclesiastici, & cui quales esse ei sint honores postulandi.

Quid sanguinis propinquitas.

Luc. 4.

A præsentia Principis neminem tristẽ discedere oportere, vt quidam dixit, id quatenus intelligendum sit.

In caussis iustitiam spectantibus, & in iis quæ gratiã concernunt, quid respondere debeat Princeps.

hitare iuuenis, consulit cooscientiæ suæ Princeps, & dignitatem suam tuetur, & ad se accedentes benè uolos dimittit, ac tacitè imitatur Dominum, qui filios Zebedæi rogantes blandè excipit, sed nihil contulit illis eorum quæ petebant.

Matt 10.

Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? De præsenti loquitur Græcè, bibo: & dicitur apud Marcum, *aut baptismo quo ego baptizor?* Quod & hic habet literal Græca, & Euangelium Syriacũ. Duabus elegantibus metaphoris mysterium Crucis suæ eis explicauit: calicis quidem, qui intus bibitur; & baptismi, quo extra totus homo lauatur, & submergitur: quia Crux est interna in anima: & vt medicus extra, sectionem venæ, intus verò medicinam bibendam porrigit; ita ad hoc videtur Christus alluisse. Est in prima calicis metaphora ponitur continens pro contento per metonymiam, quemadmodum cœlum & terra accipiuntur pro habitatoribus cœli, & terræ: ita hic calicem vocat potionem intus contentam, quæ vel vini, vel medicinæ, vel veneni esse poterat. De priori dicitur, *Calix meus inebrians quam præclarus est?* De posteriori verò, *Calicem salutaris accipiam?* id est, potionem medicinalem mortis, de qua subdit, *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Si igitur vini fuit calix, ita appellauit mortem suam, quia pati erat Christo facile, & dulce, vt est ipsum bibere vinum: quèadmodum benefacere erat illi edere, quia sitiuit Crucem, vnde dixit: *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar.* Tertio, dicitur calix vini, quia citò transiuit: *Minuisti*, inquit Dauid, *eum paullò minus ab Angelis*, siue, vt Græcè dicitur, ad breue tempus, hoc est, per triduum. Quartò, eiusmodi potus parit ebrietatem, vt Christus præamoris ebrietate, se nudum nobis in Cruce porrexerit, & somnum mortis effecerit; in nobis verò veram ebrietatem & mentis alienationem ab his, quæ huius mundi sunt, operatur, & somnum contemplationis. Ad hæc nobis in cœna hoc poculum propinauit, cùm dixit, *Bibite ex hoc omnes.* Et hoc contra Hæreticos, qui dicũt, Christum solum nobis sufficere, & idoneè pro nobis satisfeciſſe, pro nobis bibendo: non intelligentes, illum præcepisse, vt & nos biberemus, neque satis esse calicem habere in manu, aut ori admouere, nisi deglutiamus & bibamus ad extinguẽdam litim, iuxta illud: *Si tamen compatimur vt & conglorificemur.* Si autem sermo sit de potione medicinali, aut mortifera (de qua: *Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit:* & Latinis prouerbium est, *Eodem poculo bibere*, pro eo quod est, ijsdẽ affici incommodis.) Quemadmodum legimus in calice venenũ porrectum Socrati & Phocioni, qui carnifice tardãte dare venenũ, propria sua pecunia redemptum accepit: Christus quidem potionẽ passionis, quæ sibi mortifera fuit, hausit, nobis verò quasi corpori suo vitam cõtulit. Et vt infans ægrotans medicinę capax nõ est propter ætatem, at nutrix medicinam sumens lac purgatum infanti porrigit, & sanatur, ita pro nobis Christus calicem bibit, sed posteà percussio latere eius, exiuit sanguis, & aqua, quæ nobis in fide hauriendæ tanquam infantibus vera nutrix nostra porrigit Ecclesia. Hic autem potus datur nobis mensuratus, id est, pro capacitate, & viribus, iuxta illud; *Potum dabit nobis in lacrymis in mensura.* Datur autem hic calix amicis hauriendus, quemadmodũ scyphus Ioseph positus est in sacco Beniamin, per quem diuinabat. Quia passio, vel vis patiendi communicata est fratribus Christi per quam diuinant se tractari, vt filios, & eo magis, quo plus dilecti sunt. Occultè autem ponitur in sacco: quia nobis minimè cogitantibus, imò plerunque horrentibus datur tribulatio, de qua scriptum est: *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi:* Secunda verò metaphora baptismi, significata est externa Crux, qua lauandum est, & sanguis fundẽdus pro doctrina Christi, quam prædicamus, aut pro salute proximorum, quorum bonum pro curamus: de quo ait Paulus: *Præterilla quæ extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?* De quo paulò post idem Apostolus; *Ego autem*, inquit, *libentissimè impendar, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris.* Et hic est baptismus, id est, doctrina, exemplo, & sanguine fideles pascere: & pulchrè passio in calice & baptismo repræsentatur, quia Christi passio futura erat nobis baptismus quo mundaremur, & calix quo inebriaremur.

Matt 20.

Cruc. 1. Cor. 11.

Cruc. 2. Cor. 12.

Dicunt ei, Possumus. Non intellexerunt qualis esset calix, vel baptismus: dulcis an amarus; aquæ, an vini. Et ambitio cæcat hominẽ, & facit sibi persuadere se omnia posse, quia per cõspicilla quædam amoris proprij seipsum, ac proinde grandiorem cernit. Rectè dictum est, *Dulce bellum inexpertis.* Non est opus fingere vires coram Christo, qui nouit figmentum nostrum; & qui recordatus est, quoniam pulvis sumus. Homo, sicut fœnum dies eius; tanquam

Psal. 102.

tanquam flos agri sic efflorebit: sic olim Petrus dixit; *Etiamsi oportuerit me mori tecũ, non te negabo.* Et Thomas, *Eamus & nos, & moriamur cum eo:* & tamen, relicto illo, fugerunt omnes.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Ait illis, Calicem quidem meum bibetis. Quèadmodùm superiùs, cũ dixit, *Nescitis quid petatis*, non obiecit, Ambitiosi estis, & iactanter petitis, quę vobis non conueniũt, ambitionis reprehensionem, vt erat communis omnibus defectus, post indignationem aliorum decem seruans, sed tantùm defectum intellectus correxit: ita modò non reprehendit eos de temeritate, qua se iactabant omnia posse: quia Deus pro suauitate sua, paullatim detegit hostes nostros internos, quemadmodum filijs Israel paullatim dedit terram possidẽdam, ne bestijs impleretur; ne confundamur, & à cœpto itinere retrocedamus: ita tecum facit Deus, & tu cum alijs tuæ fidei commissis idem debes præstare. Bibetis ergo calicem, non quidem ex vobis, qui facilè respueritis, sed dono gratiæ meæ suo tempore: vnde in cœna dedit omnibus Apostolis de calice bibere, in signum quòd omnes pro eo pati debebant: & nos dum sumimus cœnam Dominicam, intelligamus nos tanto Sacramento ad exponendam vitam pro Christi gloria admoueri. Hinc Iacobus primus inter Apostolos calicem bibit sub Herode decollatus, & in sanguine suo baptizatus: & Ioannes frater sub Domitiano in dolium feruentis olei missus est: vbi est baptizatus, & calicem veneno plenum hausit illæsus, & relegatus est in insulam Pathmon. Et pulchrè ait, *Calicem meum*: quia Martyrem non facit pœna, sed causa. Erat enim latro à sinistris Crucis Christi; sed non cum calice Domini. Bibetis, inquit, cum gaudio, & magna animi alacritate; vt ad regnum quod desideratis, peruenire possitis.

Matth. 26.

Sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Non dixit Dominus, Non sedebitis, ne duos contristet. Non dicit, Sedebitis, ne decem alios mœrore afficiat, sed tantùm dicit, non esse suum, quatenus homo est, sed quatenus cũ Deo vnum est. Si desit illud verbum Vobis, quemadmodũ multis in codicibus Græcis, & in Syriaco Euangelio deest, & sine illa particula legit Augustinus libr. 1. de Trinitate cap. 12. Si verò legitur Vobis; sensus est: *Non est meum dare vobis*, id est, naturæ vestræ: vel quia propinqui, & consanguinei; vel quia nescitis quid petatis; & nimium de viribus vestris vobis pollicemini, & prorsus ambitiosi estis. Et vt pulchro exemplo docet Chrysostomus, quemadmodùm Rex, proposito amplo præmio meliùs in stadio currenti, si fortè amicus, aut consanguinitate coniunctus, aut seruus illi charus, rem propositam postulet, respondebit. Amplius non est meum dare vobis, quatenus tales estis, nisi fortè melius curratis, aut decertetis: ita iudex dicere debet, Non est meum dare sententiam in fauorem petentis, aut maiora munera offerentis, sed meliori iure agentis, & solidiora merita causſæ pro se habentis. Prælatus etiam dicat; Dare beneficium consanguineo, non est meum; sed aptiori, & doctiori. Et ita sequitur, Sed est meum dare illis, quibus paratum est à Patre meo; vt procurator vineæ Domini, conferat denarium omnibus laborantibus in vinea. Vos ergo nolite esse soliciti de sedibus primis, an vobis, an alijs contingant: tantùm incumbite, vt merita vobis comparetis, vt possitis sedere super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Primas ergo sedes ignorabant isti seruatas esse ac prædestinatas Beatæ Virgini, & Beato Ioanni Baptistæ, vel primarijs Apostolis Petro & Paulo, vt testatur Euthymius. Hilarius intelligit sedes paratas Moysi, & Heliæ, qui cum Domino visi sunt in transfiguratione. Ad alias verò sedes admittuntur reliqui omnes, qui aut per viam mandatorum currunt, aut exercent opera pietatis, aut Deum diligunt, aut tribulationem magnam oblatam vincunt, iuxta illud; *Qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in regno eius.*

Matth. 20. Supra 17. Infrà 19. & Luc. 22.

Apoc. 3.

Quare rectè Ambrosius libro de Fide: *Iure igitur*, inquit, *reprehenditur mulier, quæ & impossibilia, & speciali quodam priuilegio ab eo Domino postulauit: quia ea quæ Sanctus iudicauit esse deuanda, non duobus Apostolis, sed omnibus discipulis, etiam sine cuiusquam precatione voluntaria sui largitatem contulerit.*

Ambros. lib. 5. de fide. c. 3. sub finem, tom. 2. sub initium.

Chrysostomus tamen in Matthæum docet, quòd confessus ille dexteræ inuius est omnibus, non solùm hominibus, sed etiam Angelis; quod quasi præcipuum vnigeniti priuilegium Paulus posuit, dicens: *Ad quem autem Angelorum dixit vnquã, Sede à dextris meis?* Metaphoricè ergo dicuntur sedere ad dexteram vel sinistram, qui excellentiores sedes participant, vt ipsi petentes intelligebant.

Chrysost. hom. 66. in Matth. tom. 2.

Hebr. 1. Psal. 109.

Romæ, Liuio teste, templum erat Honori erectum; sed ita constructum, vt

T. Liu.

non pateret ingressus in illud nisi per tem plum virtutis sibi coniunctum.

Illud Nō est meū dare vo bis, quomodo intelligendum sit aduersus Arrianos.

Quod verò ait, *Non est meum dare, sed quibus paratum est à Patre meo.* Nihil facit pro Arrianis: quia Christus, quatenus Deus est, omnia potest quæ Pater; sed tantùm quatenus homo est, in quo minor est Patre. Et illud aduerbium, Sed, quod Græcè dicitur ἀλλὰ, non tantùm aduersatur, sed etiam excipit, nec tantùm, verùm etiam, nisi, significat. Vt sit sensus; Non est meum dare, nisi quibus paratum est à Patre meo. Ita Marc. 9. eandem vocem vertit interpres noster: dicitur enim, οὐκ εἶδον οὐδένα εἰ μὴ ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν, id est, *Neminem viderunt nisi solum Iesum.* Et 2. Corinthiorum 2. *Non me contristauit, sed ex parte,* pro, nisi ex parte. Et ita nihil illis denegauit.

Sacro die B. Iacobo Ecclesia cur hoc legat Euangelium.

Quòd verò hoc Euangelium in die triumphi, & gloriæ beati Apostoli Iacobi legatur, in quo tantum ambitionis peccatum detegitur, à ratione non est alienum. Nam inde relucet maior Dei gloria qui tam fragilia & imperfecta vascula nouit perficere, & cõfirmare, & facere quos velit mundi lumina, Principes Ecclesiarum, belli triumphales duces, regnique cœlorum Doctores. Vocat enim infirma, vt confundat fortia, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destruat.

Christi potentia.

1. Cor. 1.

Deinde splendet maior gloria Iacobi, in cuius plagis, & vulneribus nostra curantur. Nam quod illi dicitur, nobis quoque dictum est putandum est, nempè, *Principes Gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos. Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit ministrari: sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis, &c.* Cum igitur duplex sit species ambitionis, de qua dicitur à Poeta quodam:

Quæ verba filijs Zebedei à Christo dicta, nobis quaque conueniant.

Matth. 20.

Ingeniū ambitiosorum.

Nec quenquam iam ferre potest, Cæsarve priorem,
Pompeiusve parem:

Lucan. lib. 1. sub initium.

Cùm eadem semper à nobis comœdia agatur, variatis tantummodò actoribus, ac personis: ideò vtriusque vitij medicina in præsenti Euangelio continetur.

Secūda ratio, duæ vitæ nostræ documēta continēs.

Emicat prætereà maior nostra vtilitas, & illa quidem non vna sed multiplex. Primò enim instruimur in timore Domini contineri, ne cadamus: nam si illi, qui columnæ erant solidæ, ceciderunt, quanto magis nos arundines vento agitatæ? Qui ergo se existimat stare, videat ne cadat. Deinde si contingat nos cecidisse, ne desperemus, quia non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat. Ideò enim Moysis, Dauidis, Petri, Thomæ & Pauli, peccata, & eorum pœnitentiam in Scripturis legimus, vt plus confidamus de Dei misericordia, quàm de nostra fragilitate diffidamus. Plus enim ille potest nobis condonare, quàm nos illum offendere. Nemo ergo sit tutus, nemo, si defecerit, animo deijciatur, aut prosternatur.

Ecc. 17. Matth. 11.

1. Cor. 10.

Esa. 59.

Dei famulos peccantes quos Scriptura nobis, & quare proponat.

Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Hæc est altera species ambitionis hominum recusantium subesse alteri, & molestè ferentium aliorum imperium. Quòd si tantùm de petitione sunt indignati, quid fecissent, si obtinuissent? Sed Dominus Iesus vocauit eos ad se, vt vtrosq; simul curaret.

Radix ambitionis indignatio qualis.

Et ait: *Scitis quia Principes Gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos.* Dominos duobus exemplis inter se diuersis, nempè altero Regum terræ, à quibus planè conueniebat ipsos moribus esse diuersos: altero exemplo sui ipsius, quem ipsos omninò conueniebat imitari, si cum ipso regnare vellent, ambitionis eorum morbum curare contendit.

Græca phrasis.

Psal. 49. Psal. 105.

In primis aduerte, Græcismum esse quod dicitur, Dominantur eorum, pro, Dominantur eis, sicut alibi pluries, *Dominabuntur eorum insti in matutino:* Et, *Dominati sunt eorum, qui oderunt eos.* Et quod dicit, *Eorum,* relatio est ad sensum potius, quàm ad vocem: nam aliàs dicendum erat, dominantur earum: sed vt dixi, relatio est ad homines, vel populos contentos sub voce Gentium. Aduerte etiam, illud verbum, *Dominantur,* non esse Græcè κυριεύουσιν, sed cum præpositione κατακυριεύουσιν αὐτῶν, id est, dominium pessimum & durum exercent in eas. Ita etiam alterum verbum, potestatem exercens, non simplicem vsum potestatis denotat, sed tyrannicum, & cum detrimento subditorum pro libito ad propriam gloriam, & vtilitatem. Vnde cum eadem propositione dicitur κατεξουσιάζουσιν. Et Petrus in priori epistola capite quinto priori vtitur verbo, cùm præcipit Ecclesiarum pastoribus, vt non sint velut dominantes in cleris, id est, gregibus, qui eis veluti quadam sorte dati sunt.

Esse Gētium dominium quale Christus insinuet.

Apostolorū potestas in alios à Christo quæ concessa, & exercita.

Et ex his solui potest, quod obijci posset, Apostolos tanquam Principes potestatem suam exercuisse in subditas sibi oues: nam Petrus sua potestate seueram de

Anania, & Sapphira sumpsit vltionem: & Paulus, qui incestuosum Corinthium tradidit Satanæ, multa gloriatur de potestate sibi data à Christo, qua in promptu haberet vlcisci omnem inobedientiam. Nam illi ex charitate, vt ministri Christi non excesserunt potestatis sibi traditæ terminos, aut modum, & rationem vsus illius ad salutem animarum, & Christi gloriam.

Act. 5. 1. Cor. 5. 2. Cor. 10. & 13.

Rursus considera verbum illud: *Et qui maiores,* pro, qui magni sunt, vel magnates inter eos. Est enim positiuus Græcè μεγάλοι: sicut infrà maior pro magnus. Solet etiam positiuum poni pro comparatiuo, vt sæpè annotauimus. Et qui apud nos dicuntur magnates, Græcis & Hebræis dicunr magni: eratq; titulus Regum apud Persas: & Dominus per Nathan ad Dauid 2. Reg. 7. *Fecitq; tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra.*

Positiuū pro comparatiuo Hebræi non raro vsurpant.

Deinde vide sensum: Gentes nesciunt se habere potestatem à Deo, & se habere dominum & iudicem, cui reddant rationem villicationis suæ: hinc superbiunt, & tyrannicè imperant, vt Gentiles hodie faciunt. Idem ergo est esse Principē, quod esse domiuum: quia tales omni ex parte omnibus dominari volunt, & nullo modo subijci, vel seruire. Et quia dominus, serui est dominus: sequitur, Principes Gētilium vti subditis quasi seruis, non propter bonum seruorum, sed propter bonū proprium. Similiter, *Et qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos:* pro eo, quod est inter eas, scilicet Gentes: sed interpres noster spectans ad sensum potius, quàm ad vocem, dixit, *Inter eos.* Nimirum qui maiori autoritate, & potestate defunguntur, potestatem exercent; id est, non vllam clementiam, aut pietatem, aut gratiam faciunt, sed potestatem imperiosè exercēt, cupidè etiam, & crudeliter, cum austeritate imperant eis, & cum potentia. Vt meritò iudicium durissimum in his qui præsunt, futurum sit.

Principatus Gērium quale ferè sit.

Luc. 16.

Ethnici Principes quàm potestatem exerceant in subiectos.

Ezech 34. Esa. 6.

Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Dubium est, quò tendat Domini scopus in his duabus sententijs. Si enim verba spectemus, videtur docere voluisse, quomodo parari possit, & debeat primatus, & præeminētis gradus superioris: non quòd Dominus doceat ambire primas sedes, sed quomodo fieri possit, vt quis & magnus, & primus sit apud Deum in regno cœlorum, nimirum si aljis ministerium impendat, & seruiat: atque in hunc sensum Hieronymus, & Chrysostomus locum præsentem explicant. Verùm si & præcedentia, & sequentia spectes, apparet, alium magis scopum Domini esse, non quomodo primatus sit ambiendus, & parandus, sed quomodo qui primatum in Ecclesia, siue inter Christianos adeptus est, in eo se gerere debeat. Præmisit enim exemplum, quod vult suos non imitari in his qui Principes sunt Gentium, & magnates: & similiter subiunxit aliud exemplum, quod vult eos imitari: Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, significans se, cùm primus esset, vt ministrum inter eos gerere. Et ideò sensus verus erit: Qui voluerit inter vos fieri maior, vel primus, id est, qui statuit primatum aliquem suscipere, si velit eo gradu bene defungi, sit omnium quibus præest, minister, & seruus, vt in omnibus eorum quærat vtilitatem, & salutem: non proprium commodum, vel honorem suum. Et ita hic sensus conuenit cum eo, quod Luc. 22. contra similem contentionem Dominus dixit. Propositio enim exemplo Gentilium Principum, subdit: *Vos autem non sic; sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator.* Quo loco videtur eum modum loquendi vsurpare, quo significetur, qua venia perueniatur ad primatum, dicens, Qui voluerit fieri maior, vel primus esse; quòd sic eum loqui conueniret ad curandum Apostolorum morbum, quo primatum ambiebant: quibus proinde monstrat, quid sit illud, quod volunt, dum volunt primatum, nempè quòd volunt ministrādi, aut seruiendi, non autem præcipiendi, aut dominandi officium. Ac si apertè dicat: Quicunque voluerit fieri magnus, & primus inter vos, is cùm factus fuerit talis, sciat se debere esse omnium seruum, & ministrum, si velit rectè munus suum obire. Proposuit ergo quale sit gubernationis regimen apud Gentiles: nunc ex opposito adiungit, quàm suauis esse debeat principatus inter Christianos. *Non ita,* inquit, *erit inter vos,* scilicet Apostolos, & sectatores meos, qui cognoscitis vos habere potestatem à Deo, qui vester est iudex. Non ignoratis etiam vos esse fratres in Christo, & omnes vos esse filios Dei: proinde principatus vester non erit despoticus, aut tyrannicus, sed maxima cum māsuetudine, & charitate, atque clementia coniunctus. Nequaquam igitur præsentibus verbis principatum, aut potestatem Ecclesiasticam adimit: quia scriptum est: *Constitues eos Principes super omnem terram. Obedite,* inquit Apostolus, *præpositis vestris,*

Prim⁹ sensus horum verborum: Non ita erit inter vos; sed quicunq; voluerit, & reliqua

Hieron. in Matth. tom. 9.

Chrys. homil. 66. in Matt. 7. tom. 2.

Alter germanus, & proprius.

Christi humilitas.

Vnde confirmetur hic sensus.

Principatum in alios exercere volentis officium impositum à Christo.

Principatus Christianus qualis debeat esse.

Aduersus hæreticos, Ecclesiæ potestatē hoc loco asserentes Dominū abstulisse.

Psal. 44. Hebr. 13.

Rom.13. Ioan. vlt.

2. Cor.1. Quid prohibeat Christus in potestate, & quem ille potestatis honorem minimè tollat.

1. Pet. 5. Tom.2.operū D.Chrysost. Duplex potestas in Ecclesia à Christo instituta. Pastorum Ecclesiæ quod munus sit.

Matth.20.

Rex cur dicatur seruus honoratus.

Papa verò seruus seruorū Dei à se cur soleat nuncupari.

Hebr.5.& 1.Paral.23.

Maior alijs volens esse alijs in Ecclesia, quid oneris habeat sustinere.

Cur suo Christus exemplo ab honorum ambitu, ac potestatis auocet Apostolos.

& subiacete eis. Et rursus : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Ipse etiam Dominus Petrum Ecclesię pastorem præfecit, Prohibet autem in potestate dominium: vnde Apostolus inquit: *Non quia dominamur fidei vestræ.* Et Petrus; *Neque vt dominantes in cleris.* Non prohibet etiam auctoritatis dignitatem, quam gradus ordinum constituunt, vt 1. Corinth.12. & Ephes.4. docet Apostolus ; sed tantùm exercitium potestatis, prætermissa virtute, & charitate, reprehendit. Et vt autor operis imperfecti in hunc locum philosopha tur, de vtraq; potestate, tam Ecclesiastica, quàm seculari inter Christianos hæc verba exponenda sunt. Vult enim ille Reges & Principes seculares magna cum charitate & modestia Christianos populos regere: (quãquam semper hæc aliqua ratione magis spectent ad Ecclesiasticos pastores, quorum est ad exemplum Christi, animam suam tradere redemptionem pro multis.) Hinc Rex, dicitur seruus honoratus, quia non tantùm dominari; sed etiam seruire debet. Et Antigonus Rex Macedonum, videns filium ferociùs imperãtem in eos, in quos gerebat imperium: *An ignoras,* inquit, *fili, regnum nostrum esse splendidam seruitutem?* Summus verò Christi in terris Vicarius, seruus seruorum Dei ob eandem causſam nuncupatur.

Quicunque voluerit inter vos maior fieri. Intellige, qui voluerit nó simpliciter, sed tanquam Aaron legitimè vocatus : nam ambitiosè Episcopatum aut desiderare, aut procurare, non est licitum: neque illũ quisquam sua voluntate affectare debet, nisi præeunte Dei voluntate, & nisi per ministros suos nobis eam expresse indicauerit. Quicunq; ergo sic maiorem gradum acceptauerit in Ecclesia, sit omnium minister non sibi gerens honorem, sed populo, cui præest: nihil inde sibi venans nec honoris, nec compendij, nisi vt omnium commodis inseruiat. Quod si vobis durũ videtur, oculos in me conijcite. Propterea subdit: *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam, redemptionem pro multis.* Prius argumentum contra petitionẽ ex abusu potestatis Gentilium produxit, à quo omninò vult esse suum distinctum atq; discretum: iam secundò seipsum, quo posteros promoueat in exemplum proponit Si ergo ipse non arrogo mihi dignitatem, sed eam à Patre accepi, nec mea potestate in commodum meum abutor, & ideò veni, vt omnium commodis subseruiam, quorundam quidem animas : aliorum verò corpora ministerio meo pascens, & nonnullorum etiam animas, & corpora: & in medio Apostolorum erat velut, qui ministrat: &, quod ministerio hoc maius est, vt tradam animam meam redemptionem pro multis, qui seruierant peccatis, & dæmoni. Redemptionem Græcè vocat λύτρον, id est, pretium quo redimitur serui & captiui. Solutum est autem hoc pretium, non dæmoni nos captiuos tenenti, sed Deo Patri, quo ab eius ira redimeremur, à qua traditi fuimus potestati diaboli, vt Dei ministri. Quanto magis difficile apud vos non debet existimari, quod ego, Dominus, & Magister, primus propter vos præstiti? Et quod ait, *pro multis*, vt inquit Euthymius, perinde est ac si dixisset, pro omnibus: frequenter enim Scriptura dicit multos pro omnibus. Ita Esaias dixit: *Ipse peccata multorum tulit:* & Paulus: *Sicut per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi*, id est, omnes. Pro omnibus igitur tradidit animam suam, quanquam multi sua sponte in seruitute manserint: quos, vt salutem suam respuentes, Dominus lacrymis & fletu prosecutus est, dum vidẽs ciuitatem, fleuit super illam, dicens : *Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi,* & sequentia. Quòd si obijcias Christum non venisse ad ministrandum, sed vt ei ministraretur: quia Angeli accesserunt, & ministrabant ei: & mulieres sequebantur eum ministrantes ei de facultatibus suis : & socrus Petri domi suæ, & Maria, & Martha Bethaniæ illi ministrabant. Dicendum est; Dominum non venisse eo animo, vt sibi ministraretur. Sed vt alijs ministraret: vnde dicebat ; *Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat :* Tamen dum ea ministraret, quæ spiritualia sunt, vt Verbum Dei, Orationem, miracula & similia, mirum non est, si alij ipsi temporalia ministrarent : vt intelligant boni prælati, non defuturos, qui sibi temporalia ministrent, si ipsi strenue, quæ spiritualia sunt, ministrauerint, instar Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto sempiternum habet dominium, & potestatem, quam in cunctam iustissimè ac suauissimè exercet creaturam, infinitis seculis laudandus. Amen.

(.·.)

Luc. 22. Rom.6. & seq & Heb.2. Christus vti animã suam dederit redẽptionem.

Ioan.13. Euthy.c.44. in Matthæum.

Esa.53. Rom.5.

Mul:os pro omnib⁹ Scriptura frequẽter vsurpat. *Luc.19.*

Cum Angeli Christo ministrauerint vt venit ille nõ ministrari, sed ministrare. *Matth.4. Luc.8. Luc.4. Luc.10.*

Luc.22.

Quid ferè cõtingat Christi ministris, vt par est, munus suum obeuntibus.

Tract.72.

TRACTATVS XXVIII.

De historia Zachæi publicani Christum hospitio susciepientis; quam solus narrat Lucas cap. 19. *Et ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic Princeps erat publicanorum, & ipse dives, & quærebat videre Iesum, quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem Sycomorum, vt videret eum : quia inde erat transiturus. Et quum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum, Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere, &c.*

Camelum per foramen acus transire, vt dixit Christus, vnde cõstet non esse impossibile. *Matth.19. Ioan.1.*

Iericho qualе oppidum in Scripturis.

Iosue 6.

Ioseph. historicus Iudaicus.

Iericho quoties destructa & reædificata. *Hieron. tom 3.*

HAc historia docet nos Lucas, non esse impossibile, camelum transire per foramen acus, hoc est, diuitem intrare in regnum Dei: videbimus etiam Christo placuisse Zachæum illum, licèt non vendiderit omnia, atque in pauperes erogauerit. Venit igitur Iesus ascensurus Ierosolymam, ad interfectricem illam Prophetarum, ad aram, in qua immolandus erat agnus ille, qui tollit peccatum mundi.

Eo ergo ascensurus, Iericho, oppidum insignè & celebratum in Scripturis, Dominus transire debebat, eò enim erat regia via Ierosolymam versus. De hoc oppido ita scribit Strabo libr. 16. Geographiæ; *Hierichus, est campus à montana quadam circumdatus, qua in theatri speciem ad illam declinat.* Sic ille. Hæc, iuxta scripturas, sita erat intra Iordanem, & Ierusalem: hanc ciuitatem Dominus euerti iussit, & fieri anathema, præcepitque ne quisquam amplius reædificaret eam. Ciuitas opulenta in tribu Beniamin distans ab Ierosolymis 150. & ab Iordane 60. stadijs. Num. 2. vt testis est Ioseph. lib. 5. de bel. Iud. c. 4. Hæc per Iosue destructa est interfecto Rege : pro qua Hiel de Bethel aliam condidit 3. Regum 16. in fine, quam Romani tempore excidij ob ciuium perfidiam euerterunt, teste Hieronymo libro de locis Hebra. & pro secunda ait tertiam constructam, quæ vsque ad sua tempora permansit. Erat nobilis palmetis, & balsami viridarijs, vnde etiam ciuitas Palmarum appellatur Deuteronom. 34. Iesus igitur perambulabat hanc ciuitatem : quia quod Moyses ambulauerat, perãbulabat Christus : & populus, quem Moyses duxit in viam, Christus introduxit in requiem diuinæ mansionis.

Christi, & Moysis collatio.

Et ecce vir, inquit, *nomine Zachæus.* In hac ciuitate viuebat Zachæus : quod nomen, purum & iustum significat; bonum omen futuræ iustificationis, & purificationis per Christum indicat ; & ipsa expressio nominis eius in libro Euãgelico, insinuat illum scriptum esse in libro vitæ. Erat etiam Princeps hic publicanorum : hominum nimirum apud Iudæos infamium, & inuasorum. Sed nullũ est vitæ genus, nulla conditio, in qua non aliquando reperiantur boni. Adiungit, *Et ipse dives.* Qua in re videtur alludere ad superiorem historiam adolescẽtis illius diuitis, quem ad Euangelicam perfectionem inuitauit Iesus, & ille abijt tristis: quoniam multas habebat possessiones. Iam sermonem de alio diuite instituit, qui & ipse dives erat, & Princeps publicanorum. Hic autem, vt in alio loco probatum reliquimus, non erat Gentilis, vel Allophylus, vt Tertullianus docet; sed Iudæus erat: nec enim Dominus ad Ethnici hospitium diuertisset, & Iudæi murmurassent vehementer eius rei gratia cõtra Dominum. Et cùm dixit, *Et si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplũ,* ad legem respexisse videtur, vbi quatuor oues pro vna furto sublata reddi iubẽtur. Et quod inferiùs subiungit: *Quia hodie salus huic domui facta est: eo quòd & ipse filius sit Abrahæ:* non significat quòd ille, cùm Ethnicus esset, per Fidẽ sit factus filius Abrahæ; sed quòd, cùm murmurarent quod intraret apud peccatorẽ diuersaturus, propter eos potissimum humanitatem hanc assumpserit Dominus, qui ex genere Abrahæ genus ducebant.

Publicani apud Iudæos quale genus hominum erant.

Zachæum Euãgelista cur diuitem appellauerit.

Et quærebat videre Iesum quis esset : & non poterat præ turba. Tam celebris erat fama Iesu Nazareni, vt mirum non sit, Zachæũ quæsisse, & cupiuisse videre Iesum quis esset. Estque iam veluti seminarium doni futuri ipsum desiderium : nam sapientia præoccupat eos qui se concupiscunt, vt ait Sapientia, vt illis se prior ostendat. Etsi autem nihil grande, aut magnificum de Christo cogitaret ; illa tamen quæ minima erant in eo, id est, verba, opera, & humanitas ipsa, miram vim rapiendi habebant, & trahendi ad diuinitatem eius. Regina illa Sabæa cũ audisset famã sapientiæ Salomonis, vt hinc audiret, venit à finibus terræ; *Et ecce plusquam Salomõ hic,* nec est opus longam viam instituere Zachęe, quem cupis videre, in proximo est. Sanctum est

Eum vnde constet Allophylum non fuisse contra Tertullianũ. *Tertul. lib.4. aduersus Marcion. procul à medio tom.1. Exod. 22.*

Illud, Quia hodie salus huic domui facta est: eo quod & ipse (scilicet Zachæus) filius sit Abrahæ, quid significet.

Quàm celebre Iesu Nazareni olim apud Iudæos nomen esset

Sap.6.

Vnde homines mirificè traherentur ad Christum. *3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. & Matth.12.*

Iesus qualis sit teste Propheta. *Psalm.44. Matth.11.* Christi mansuetudo, & iustitia. *1.Pet.2.*

desiderium, ac votum, videre quis sit Iesus: sed quis potest exponere qualis sit? Duobus verbis describit illum Propheta; *Miserator*, inquit, *& iustus.* Et Christus vno verbo se ipsum depinxit: *Mitis sum*, ait, *& humilis corde.* Misericors fui in Zachæum, quem pœnitentem suscepit. Iustus fuit in Pharisæos contemptores, quos inuitos curare noluit. Mitis fuit, quia cùm malediceretur, non maledixit. Humilis fuit, quia ad tantum peccatorem diuertit, & vnius hominis gratia tot blasphemias & conuitia ab impijs murmuratoribus patienter tulit.

Zachæus corpore, etsi pusillus, quo tamen vsque pertingebat. *Act.ib.6.* Cui nō possit vlla turba Iesum præripere. Quæ impediant liberū accessum ad Christum. *Psal.37.*

Et non poterat (inquit) *præturba, quia statura pusillus erat.* Etsi magnus esset diuitijs, & principatu, pusillus erat statura corporis, qui mente cœlos tangebat. Nemo ergo de breuitate corporis solicitus esse debet, cui nihil addere potest: sed si fide emineat, non poterit vlla turba eius oculis Iesum præripere. Hoc idem nobis contingit quod Zachæo: nam si quando voluerimus ad Christū accedere, obstant peccata, quæ nos falsa sua dulcedine deprimūt, de quibus Dauid; *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meam; & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Obstat & turba, id est peccata aliena, quę nos suo malo exemplo remorantur. Nolumus consuetis amicis renuntiare, nolumus aliquem offendere.

Sycomorus quid,

Dioscoridis descriptio Sycomori.

Plin.lib.13. cap.7.

Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum; quia inde erat transiturus. Verbum præcurrēdi significat Zachæum tempus prœoccupasse, antequā à turba impediretur ad conscendendam in arborem priusquam Iesus transiret illac. ¶ *Arborem sycomorum.* vel, vt Græcè apud Lucam legitur, Sycomoreon, hoc est, ficū fatuam, siue Caprificum, vt alij legunt, vel vt quidam vertunt, ficum Aegyptiam, de qua ita loquitur Dioscorides lib.1. de materia medicinali. c.167. Arbor excelsa folia quidem habens, similia moro, fructus proferens similes ficui: nisi quòd eos proferat sine granis: neque in ramis proferat, sed ex ipso caudice, non maturescentes, nisi vnguibus, aut ferro scalpantur. Plinius vocat ficum Aegyptiam, eo quòd in sola Aegypto nasci putetur, cùm etiam nascatur in Palæsthina frequenter, vt hinc patet, & ex 3.Reg.10. vbi Salomon præbuit multitudinem cedrorum quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus: Et Amos cap.7. dicit se vellicasse sycomoros. Docet ergo Zachæus, si Iesum videre volumus, necessum esse vt fugiamus turbam ac præcurramus: nam hæc aut porrò contemnit Iesum, aut tardissimo gressu post ipsum vadit. Et verisimile est, Zachæum sic currentem, & arbores ascendentem, à turbis fuisse irrisum: tùm quòd esset publicanus, tùm quod pusillus statura, tum quòd Galilæi nomine tantam operam insumeret. Sed mysterio non vacat, quòd in arborem sycomorū ascenderit. Scimus primum peccatū in esu vetiti fructus admissum, quod multi Patres fuisse ficū existimant: nam mox vti fructum gustarunt consuerunt sibi folia ficus; quod signum est, delictum sub illa arbore fuisse patratum: vnde dicitur in media fuisse paradiso: quemadmodum etiam de ligno scientiæ boni, & mali. Qui igitur supra peccatū originale Dei gratia erigitur, is potest cernere Iesum: quandiu autem sub illo peccato est, statura pusillus dicitur, vt possit oculis sensus, aut humanæ rationis videre Iesum, qui nisi oculis fidei spectari nō potest. At hæc ficus fatua, in speciem ramis suis & folijs fructum promittens, præstās autem nunquam, aptè peccatum designat hypocrisis: sed qui in illam arborem descendit, significat se huiusmodi delictum peruicisse. Qui Iesum cupit videre, omnem fictionem, & simulationem dimittat: quia *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate:* vt ait Sapientia. Postremò aptè in hac arbore designatur lignum Crucis: in quo Dominus suffixus fuit. Et quisquis Christum crucifixum non agnouerit, aut crediderit, fideiq; brachijs fuerit amplexus, videbit Iesum nunquam. Estq; puchrè in ficu fatua adumbrata. Nam Iesus crucifixus Iudæis quidem fuit scandalum, Gentibus autē stultitia: nobis verò, qui de fructu huius ligni gustauimus, Christus est Dei virtus, & Dei sapientia. Nihil autem ita nobis prodidit magnitudinem Iesu, & virtutes eius, atq; ipsa Crux Domini.

Si videre volumus Iesum quid facere nos oporteat exemplo Zachæi.

Zachæi in arborem Sycomorum ascēsus mysteriū. *Gen.3. Ibidem.*

Supra 2. Cernat Iesū iuxta spiritu tantum quis.

Sycomorus, seu fatua ficus, quid mystice.

Subdit: *Et cùm venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum.* Ponderat Theophylactus, Zachæum priùs fuisse visum à Iesu, quàm ipse Iesum viderit: quia semper præuenit nos in benedictionibus dulcedinis Diuina bonitas. Et intuitus Iesu in Petrum, in caussa fuit, vt ipse in lacrymarum fontem & fletus profluuium proruperit. Semperque diuinæ gratiæ respectus, initium est nostræ salutis.

Qui nam Iesum videre minimè possunt. *Sap.1.*

Et dixit ad eum, Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Proprio nomine eum appellat: cognouit enim Dominus qui sunt eius: agnoscit oues suas, vocatque eas nominatim. Cunctaque hæc verba amorem spirant. Nec tantum

In arbore Sycomoru quā pulchrè crux Domini signetur.

1. Cor. 1.

Cur eū proprio appellauerit nomine, Zachæū. *2. Tim.2. Ioan. 10.*

fuit

Desiderium Christi videndi Zachæum Christumq; Zachæi.

Quāta Christi benignitas in peccatores. *Sap. 6.*

Prou.8. *Luc.15.*

Quandiu bonus Iesus apud Zachæū, & quomodò fuerit commoratus.

Ioan.14.

Recedat quādo à nobis Deus, & quādo nobis accedat & appropinquet. *Luc. 15. & seq.*

Quàm ciuiliter Christus ab eo minimè inuitatus per se ipse domū Zachæi sit ingressus.

Matth.8.

Luc.5. *Pet. Chrysologus serm.54.* Ad Diuinam quis non perueniet mansionem, nec superiam accumbet ad mensam. *Matth.25.*

fuit studium Zachæi videndi Christum, quantum in Christo videndi Zachæum, vt ad eum diuerteret. *Festinans*, inquit, *descende.* Ascendisti vt me videres: descende iam, vt me fruare. Præcurristi, vt ascenderes in arborem & me videres: iam festina, pellecque omnes moras, vt apud te possim diuertere. Magna est Domini benignitas & φιλανθρωπία, qui tantis pœnitentiæ signis & argumentis peccatores ad se redeuntes recipit. Rectè dictum est; *Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, & facilè videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat.* Similiter; *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum.* Et rectè pater filio prodigo occurrisse scribitur, cui amplexus & oscula non denegauit: quæ hoc loco Zachæo in spiritu exhibentur. Quòd verò Christus non est contentus, vel in transcursu Zachæum alloqui, sed cupit ædes illius ingredi, nec perfunctorie, sed vult aliquandiu apud illum manere: mirum non est: quia etsi corpore paruam apud eum moram traxit: in ea tamen per fidem erat diu habitaturus, & mansurus. Ad hoc facit, quod alibi ipse promiserat: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.* Et vt Deus, dum peccatis operam damus, à nobis recedit: ita dum nos malè admissorum pœnituerit, ad nos festinanter cōtendit, imò nobis ad ipsum venientibus occurrit, quo spiritu suo nobis opituletur, & quod in animo haberemus, magis præstare valeamus, vt in parabola prodigi filij apertè indicatum est. Sæpe Dominus à multis rogatus est venire ad conuiuia: nunquā autē nisi hoc loco legimus eum nō inuitatum vltro se ingessisse: quod vulgo habetur parum ciuile. Sed introspexerat Dominus affectum hominis, & non ignorabat eum voluisse inuitare, nisi propriæ indignationis conscientia deterruisset. Quare hic animus Christo non ignotus vrbanissimè, & efficacissimè eum inuitabat, ficut efficaciter inuitauit Centurio, dicens, *Domine, nō sum dignus vt intres sub tectum meum:* & Petrus, *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.* Pulchrè hoc loco scribit Chrysologus: *Cuius domum non intrauerit Christus, ille ad diuinam non perueniet mansionem: & cuius ad mensam hic Christus non sederit, ille supernam nō accumbet ad mensam. Esurui, inquit, & non dedisti mihi manducare: hospes eram, & non collegisti me.*

Zachæi in Christum amabilissimū obsequium. *Eccle.5.* Christi proprium.

Dupliciter Christū Zachæus excepit.

Zachæus in eo quòd gaudens Christū excepit, quid significauerit.

Matth.8.

Luc.5.

Duplici affectu, exemplo Zachæi, Christum suscipere debemus.

Et festinans descendit & excepit illum gaudens. Ingens affectus, & insperatum gaudium Zachæo vocem ademit: sed tamen nihil cunctatus obtemperat. Minimè se putauerat dignam, qui Christum exciperet: sed ille est, qui quos non dignos inuenit, ipse facit. Rectè scriptum est: *Noli tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Atque hoc dictum sit propter illud verbum, *Festinans descende:* nec enim in re tanti momenti vlla mora potest esse nisi noxia, & perniciosa. Excipit autem illum dupliciter, primùm in cor, deinde etiam in domam suam. Quod verò gaudens receperit, innuit quanto desiderio illum desiderauerit; & quantum cōsolationis Dominus sua præsentia illi communicauerit. Et indicabat se potiùs beneficium accipere, quàm conferre. Fortassis autem tumidus aliquis, aut superbus Pharisæus vix dignatus fuisset Zachæum publicanum alloqui; neque huius domum intrasset, ne scilicet contaminaretur. Quanquam autem Centurio, cui Christus pollicebatur aduentum suum, dixerit, *Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum:* & Petrus post admirabilem illam capturam piscium, Christū à se repulerit, cùm dixit, *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine:* Zachæus tamen gaudens Dominum suscepit: nam illos terrebat CHRISTI maiestas, hunc alliciebat Christi benignitas, & vtroque affectu, nimirū reuerentiæ, illum à se propter indigitatem suam, & vtilitatem repellentis; & fiduciæ, illum cum gaudio & alacritate suscipientis, prediti esse debemus, vt Deū quem in Eucharistia suscipimus, plenius agnoscamus, ac debito cultu veneremur. Est & alius suscipiēdi Christū modus, nimirū cùm suscipitur in discipulis, & pauperibus suis, & quo alibi ait, *Qui recipit vos, me recipit;* & rursus, *Amen dico vobis* (nimirū misericordibus) *quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Sed & hoc modo suscepisse Christum Zachæum: cōstat ex subiunctis verbis, *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.* Alios Iesus nōnullos, vt se sequerētur, auersos à propria domo vocauit (quemadmodum Abrahæ dixit: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi*) ita vt ne ad funus quidem parentis accedere, neque ad domi suæ nuntiandū ire permitteret: hūc verò in domum propriā Iesus vocat: nec omnes sunt Apostoli, aut Doctores, sed sunt etiam ij ad quos Apostoli, id est, nuntij accedant, & à Doctoribus doceantur. Intrant ergo Apostoli in ciuitates, &

Quā etiam ratione Christus velit suscipi à nobis. *Matth.10.* *Infrà 25.*

Zachæo & illum suscipiendi Christum, modū minimè defuisse.

Variæ vocationes Domini. *Gen 12. & Act.7. Matth.8.* *1.Cor.12. & Ephes.4.*

domos,

domos, & pacem eis annuntiant cũ Christo, bellum, & separationem cum Principe mundi huius, & cum ipso mundo.

Et cùm viderent, omnes murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Etsi non exprimat textus quinam fuerint illi murmuratores, sed in genere dicat, *omnes*; nõ intelligas, vel Apostolos, vel discipulos qui aderant, sed omnes, id est, plerique: & satis ex alio loco constat fuisse Pharisæos, qui in se ipsis confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros: qui olim obiurgabant discipulos, & dicebant, *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?* Et rursus cùm publicani & peccatores ad Iesum accederent, vt audirent eum: non defuerunt calumniatores qui dicerent: *Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Sed Christus vbique se tutatus est, vt illi contra ne hiscere quidem fuerint ausi: hic verò nullam apologiam fecit, videns non opus esse, & tantùm ipsam pœnitentiam Zachęi, atque virtutis studium pro se respondere. Neq; enim Christus diuertit ad peccatorẽ, sed ad pœnitentem, non ad eum, qui lætaretur in malefactis, sed qui iam benefacere arderet, & ob malefacta plurimum doleret. Fieri sanè nequit, vt non simus in malorum omnium medio, quando sumus in hoc mundo: semper enim inuicem cohabitabunt boni, & mali, bonum semen, & zizania, pisces boni, & pisces putres, serui frugi, & serui nequam, vt virgines prudẽtes, & virgines fatuæ. Vnde qui malos homines effugere velit, ille deberet extra mũdum habitare, vt ait Apostolus. Quid igitur faciendum? Sic versemur inter malos, vt nostro bono exemplo illos ad meliorem frugem reuocemus: vt intelligant illorum mores nobis ex animo displicere, non vt nos corrumpamur, sed vt illi nostro bono exemplo in melius ædificentur. Sed quoniam procliues sumus ad malum ab adolescentia, & faciliores sumus ad sectanda vitia, quàm ad detestanda, tũtius est, quoad fieri potest, à malorum cõsortio lõgiùs secedere. Nec enim sine causa scriptum est: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam:* Christus tamẽ, qui à nemine inquinari poterat, extra omnem calumniã hominũ situs erat, Pater cũ misereri vult filij, affectum cogitat, non delictũ: & quò medicus, nisi ad ægrũ? vbi anhelus pastor, nisi ad ouem perditã, etiam per sentes, & spinosa loca? & qui pretiosam perdit margaritam, loca squalida nõ dedignatur intrare, & inter stercora perquirere. Quando Rex se hostibus immiscet, nisi quando vult liberare populum captiuũ? In quod barathrũ præceps post filium non se dat mater, vt eũ eripiat? Murmuras quòd inter peccatorũ habitacula ingreditur? quid facies, quãdo propter homines etiam tartari pœnas ingredietur?

Cur stans ab Euãgelista dicitur Zachæus?

Sequitur: *Stans autem Zacheus, dixit ad Iesum; Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Videtur hæc esse responsio Zachæi pro Domino contra murmuratores, & antea non videbatur stare, sed hærere, & iactari hinc inde varijs cogitationibus, & curarũ fluctibus: sed iam vel Domini sermone externo, vel alloquio interno mitigatus, & ad pœnitentiã prouocatus, siue inter prandendum, siue ante, siue post prandiũ, salutarẽ deliberationẽ amplexatus est; vt propterea meritò stare prædicetur. Antea præceps dabatur à vitijs, hoc est, ab auaritia, à fraude, à rapina, cogebaturq; eò ire, quò illæ belluæ vrgebant: iam verò stat, & dominatus illis, vtibant: iam verò stat, & dominatus illis, vtitur diuitijs ex animi sententia. Standi verbum apud Apostolum significat, in vera fide Christi consistere. *Qui se existimat, aiit, stare, videat ne cadat.* Et alibi, *Domino suo stat, aut cadit: stabit autem:* & rursus, *Tu fide stas: noli autem sapere, sed time.* Rectè ergo stare dicitur Zachæus, quãdo vera fide Christo adhæret; vetteris vitæ sordes exuit, & noui hominis mores induit.

Stare, apud Paulũ, quid significet. 1. Cor. 10. Rom. 14. Rom. 11.

Quid est, Ecce dimidium bonorũ meorum, Domine, do pauperibus.

Ecce, inquit, *dimidiũ bonorum meorum, Domine, do pauperib⁹.* Id est, Multa bona habeo quæ iusto titulo possideo: horũ dimidiatã partẽ pauperib⁹ do, id est, Ego ipse, omni mora repulsa; confestim distribuo in pauperes. Quòd si quenquã defraudaui, iustũ non est, vt ex malè partis ego viuam: proinde non tantũ quod accepi, sed etiã quadruplicatũ nunc primũ restituo. Erasmus illa duo verba, Do, & Reddo, sic intelligit, quasi iam facere cœpisset, etiã antequã Dominus ad eum diuertisset. Sed præstantior est intelligentia, ipsum Zachæũ Christi præsentia & doctrina permotũ constituisse se daturũ, & redditurũ, accipiendo præsentis temporis verba pro futuris, more Hebræorũ. Quanquam adhuc præstantior sit sensus, si dicamus, Do, & reddo, id est, illis iamiam addico, & certò deputo, & veluti consecro. Neq; has suas virtutes iactabũdè proposuit, vt Pharisæus qui dixit, *Ieiuno bis in Sabbato, & decimas do omnia quæ possideo;* sed vt alacritatem suam, & fructum ex præsentia Domini subsecutum ostenderet; & ita obmurmurantes Iudæos condẽnaret; & deniq; quod cupidè audire desiderabat, an quod facere instituebat, Domino placeret, nec ne. Et Euthym. expendit: *Dimidiũ bonorũ dedit pauperibus, ut beneficiũ; dimidium verò retinuit, non vt possideret, sed quo per id exolueret in quadruplũ lucra fraudes ipsa.* Quod enim in hoc loco habetur ἐσυκοφάντησα, nõ significat, vanè aut stultè calumniatus sum; sed ex iniustitia & calumnia acquisiui. Et perfecta forma satisfactionis est, restituere mala ablata, nõ simpla, sed quadrupla, iuxta legẽ Exod. 22. ad satisfaciendũ dãnis quæ potuerunt incurrere damno affecti, & de proprijs eleemosynis redimere peccata, iuxta consilium Danielis, exhibitũ Regi Nabuchodonosor. Etsi autẽ multi sint, qui relictis omnibus bonis, & in pauperes erogatis Christũ sunt secuti, & regulare amplexi vitã: paucos tamen liceat inuenire, qui retentis diuitijs, & in seculo viuentes, Zachæũ imitentur, tũ in cita & festinata conuersione ad Christũ, tũ in eleemosyna in vita ipsa, & celerrimè facta; nam ipsa ad aliud bonũ traheret; tũ in redditione debiti sine mora: & nemo existimet alterũ pro se redditurũ, quod ipse non reddiderit: neq; quẽquam aliũ plus animã suã dilecturũ, quàm ipse se ipsum diligat. Qua in re plurimi decipiũtur, qui aut eleemosynas pro animabus suis erogãdas, aut restitutiones faciendas, nõnisi post mortẽ suam fieri mandant: tales enim manifesto se exponũt periculo, qui quod tutũ erat, per se ipsos, dũ viuerent, facere negligentes, incidunt in filios, aut cõsanguineos, qui legata parentum, & restitutiones negligunt, vel contẽnunt: nam præstaret vel pauca in vita sua pauperibus porrigere, quam multa post mortem. Ad hęc videas multos diuites ex male partis difficilè ad restitutionem faciendã inflecti. Nam mox obijcient, filias esse locãdas maritis, filios honestè educandos, vitã quoq; honestè esse traducẽdam: atq; ita difficile est ab illis extorquere quę iniustè acquisiuerunt; non secus atq; illa, quæ semel manducata, & in stomachum traiecta sunt, difficile est, & molestũ, reddere. Cùm tamen rectè dixerit Augustin. ad Macedonium: *Sines alienã, propter quam peccatum est, cùm reddi potest, non redditur, non agitur pœnitentia, sed fingitur: si autem vera agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatũ, sed vt dixi, cùm restitui potest.* Hæc ille. Illa verò generalis sententia: *Omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus:* de vocatis ad perfectionis iustitiæ statum intelligẽda est: nam de renuntiatione omnium bonorũ, non tantum corde, sed etiam facto intelligitur.

Quod verò quidam existimãt, Zachæũ omnia dimisisse, quia dimidiũ bonorum dedit pauperibus, & aliud dimidium in quadruplũ, quod fraudatis dare se dixit, consumptũ sit: piè potius, quàm verè sentire videntur. Namque Zachæus ad perfectionem illam, ad quam inuitatus fuit dies ille alius adolescens, vocatus non fuit, ad quam neque fortassis vocari poterat, quia domum habebat, vxorem, & filios, & textus etiam ipse non cogit. Non enim hic se fraudasse ait, sed sub conditione, *Si quid aliquem defraudaui:* & tamẽ poterat hic non fraudasse, sicut & ille publicanus, qui plus quàm Pharisæus, propter humilitatẽ descendit iustificatus in domum suã. Prætereà quis computauit huius Zachæi bona vt nihil ei superfuisse dicat, vnde Iesum aliquando ad se diuertentẽ acciperet? num etiam domum, aut prandium ex fraudatis dedit? dura hæc videntur.

Ait Iesus ad eum: *Quia hodie salus domui huic facta est: eo quòd & ipse filius sit Abrahæ.* Proponit fructum diuertendi in domum Zachæi, nimirum veram, & salutarem ex corde pœnitentiam: nec tantùm ipsius Zachæi, sed etiam totius familiæ, quæ hic domus dicitur. Nam cùm ipse esset princeps publicanorum, & multos ministros sub se contineret, verisimile est bonã eorum partem ad conuersionem patrisfamilias, nouum viuendi propositum instituisse, & de restitutione, & misericordia pauperibus impendenda cogitasse. Quod ait, *Ad eum*, accipi videtur, pro, *de eo*; sicut Rom. 10. *Ad Israel autem dicit*, pro eo quod est, De Israel autem dicit: & Psal. 3. *Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius:* id est, Multi dicunt de anima mea. Ergo ad circumstãtes dixit de Zachæo, *Hodie salus domui huic facta est*, id est, familiæ. Theophylactus relatiuum ipse, refert ad domũ vt sit sensus, sicut hodie das, & reddis, ita tibi ego dico hodie salutem factam domui hic, id est, tibi: per domum enim, intelligit Zachęum patremfamilias domus: & quia à principio dixit, *Hodie in domo tua oportet me manere*, ostendit fructum in ea factum per ingressum. Affert porrò originem Zachæi, pro confutatione murmurantium, quòd apud virum peccatorem hospitatus esset: respondet enim, quòd ad salutem filij Abrahæ hospitatus est, vt & dignitas generis, & salutis promissio facta Abrahę, responderẽt murmuri Pharisæorum. Et quoniam domus Græcè masculino genere dicitur, οἶκος: legi posset: eo quòd & ipsa sit filia Abrahæ in fœminino vt tota dom⁹ siue familia, sint filij Abrahę.

Tamen

Ioan. 12. 9. Infrà 14. Ephes. 6.

De Christo qui murmurantium, q̃ ad hominem peccatorem diuertisset. Luc. 18.

Matth. 9.

Luc 15. Zachæũ quare Christus peccatorem appellarit: pro more nõ defenderit aduersus calumniatores.

Prouer. 2.

Bonos, dum hic viuitur, sine malis esse non posse. Matth. 13. Ibidem. & Luc. 19. Matth 25. 1. Cor 5. Inter malos quatenus versari debeamus

Gen. 3.

Mali cur fugiendi. Eccles 13.

Christus quare extra calumniam erat, & irreprehensus. Matth 9. Luc. 15.

Euthym. cap. 5 in Lucam.

Forma satisfactionis per facta quæ.

Num. 4.

Zachæi cur pauci imitatores perpauci.

Aduersus eos qui aut eleemosynas pro animab⁹ suis erogãdas, aut restitutiones faciendas non nisi post mortem suam fieri mandant.

Restitutiones quam difficile fiant.

Aug. epist 54. ante med. tom. 2.

Peccatũ furti quando remittatur, teste Augustino.

Lucæ 4. Illud Omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus, non potest nisi discipulus: quomodo intelligendum sit Zachæum, vt quidam opinati sunt nõ verè, non omnia reliquisse. Matth. 19. Luc. 18.

Secundũ argumentum.

Quomodò salus domui Zachæi facta fuerit.

Hebraismus.

Theophylact. in Lucam.

Vnde salus domui Zachæi facta sit

Zacheus cur dictus filius Abrahæ. Luc. 8.

Tamen reuera cùm hic dicendi modus non sit in Scripturis vsitatus, vt familiæ, vel domus dicantur filij Abrahæ, præstat priorem sensum, vt Zachæus sit filius Abrahæ: nó solùm quia desiderabat videre Iesum, quemadmodùm Abraham exultauerat vt videret diem Messiæ; sed etiam propter obedientiam, quæ insignis fuit in Abrahamo. & ille ad vocem Domini de sycomoro festinans descendit. Abraham insignis fuit hospitalitate: & iste Dominum excepit gaudens in domum suam. Denique fide eminuit Abraham: & iste credidit in Iesum tãquam in verum Messiam, cuius cõsilio ac monitis de se; ac domo sua, & bonis suis disposuit. Et subdit in Textu: *Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.* His verbis Christus seipsum plenè excusat, quod ad Zachæum intrauerit, nimirum quòd missus esset ad oues quæ perierunt domus Israel. Ita alibi se purgat ac defendit in Pharisæorum calumnias, obijciens parabolas de oue centesima perdita, & de drachma amissa. Et cùm Christus offensos sibi haberet Pharisæos, respondit: *Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus:* & iterũ: *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.*

Christus Zachæi publicani cur domum suam ingressus, ipso teste. Matth. 15. Luc. 15. Matth. 9.

Luc. 5.

Iuxta allegoriam publicanorum conuersio typus fuit conuersionis Gentium, quas Iudæi ob peccata abominabantur, & quarum vocationi inuiderunt. Zachæus ergo Pharisæis peccator & abominabilis, figura est populi Gentilis, qui fama nominis Iesu excitatus, & auidè cognoscere eum cupiebat, & cum statura pusillus esset, hoc est, puerorum instar, non ita profecisset in virtutibus, & veritatis cognitione, & ob id impeditus à turba vitiorum, & errorum quos ieiunus fuerat, ascendit per fidem in arborem sycomorum, id est, Crucem Domini, quæ fœcundum refert fructus dulcedine, morum verò effluit sanguinis rubedine: estque veluti ficus fatua, quòd cùm dulcis sit fructus eius credentibus, fatuus est & insipidus infidelibus. Ex hac, qui se nudos esse cognoscunt, colligunt folia, quibus suam tegant nuditatem. Sed Dominus videns studium huius populi, & fidem, non se in transitu illi videndum præbuit, vt se Iudæorum populo, sed contemplationis studio ad opera charitatis ipsum vocans, delegit in domo eius manere, & firmam facere mansionem, plus ei populo indulgens, quam vel petere vel desiderare auderet. Ob quã benignitatem indignati sunt Iudæi, & obmurmuratum est Petro ob Cornelium Centurionem, qui Gẽtium fuit primitiæ; *Quare, inquiunt, introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?* At illis indignantibus, & abominantibus Gentes quasi peccatores, Dominus populo iustitiæ, & misericordiæ operibus vacanti, non autem ceremonijs, vt Iudæi pronuntiant: idq; ob id quod spirituale esset per fidem semen Abrahæ. Legitur porrò hoc Euangelium in solemnitate dedicationis Ecclesiarum: tùm quòd illi appositè conueniat illud Domini, *Hodie salus domui huic facta est*; tum quia ei congruit id, *Hodie in domo tua oportet me manere*, quòd ea die factũ sit habitaculum Dei, & Christi; tùm demum, quia templum materiale typus quidam est templi spiritualis, in quo magis habitare desiderat Christus, de quo Paulus, *Templum Dei sanctum, quod estis vos.* Porrò Zachæus iste post Domini in cœlos assumptionem allectus fuit B. Petri, vt docet Clemens lib. 1. Recognit. & ordinatus est Episcopus à Beato Petro Cæsareæ Palæstinæ per impositionem manuum, vt idem tradit lib. 3.

Gentilium primitiæ quæ in Christo act. 11.

Cur hoc Euangelium de Zachæo, in dedicatione templi legi solcat.

1. Cor. 3.

Zachæus à quo ordinatus, & cuius loci Episcopus, iste Clemente. Clem. Recogn. Zacheũ quomodo imitabimur.

Sinamus ergo nos inueniri, & non delitescamus in hypocrisi nostra tanquam in cauerna, neque dedignemur nos peccatores agnoscere, neque frustremur prædicatorum labores, & conatus magna nos voce ad Christum vocantiũ: inuenti porrò, salutem oblatam non recusemus. *Fidelis enim est sermo, & omni acceptione dignus* (ait Apostolus) *quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum*: de quorum vt simus numero, pulsandus est precibus nostris, & intimis votis deprecandus Dominus Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto sempiterna est felicitas, gloria, & maiestas in perpetuum. Amen.

1. Tim. 4.

TRACTATVS XXIX.

Tract. 74.

De historia cœnæ Christo in Bethania exhibitæ ante sex dies Paschæ: vbi Martha ministrabat, & Maria attulit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi: de qua Matt. 26. Marc. 14 & Ioann. 12.

Verba Ioannis Euangelistæ proponuntur.

PRoponemus rextum Ioãnis; ad quem quæ cæteri Euangelistæ enarrant, referenda esse putamus. *Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi, pistici,*

Scopus Euangelistæ.

pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentum non venit trecentum denarijs, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum; sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat, & reliqua. Caput hoc 12. Ioannis, triplicem Christo honorem exhibitũ continet. Primùm, à fidelibus instructum conuiuium in Bethania. Deinde pompã solennem, quam turba exhibuit Christo ingredienti Ierusalem. Postremò honoré à Gentibus impensum, qui miro desiderio eum videndi tenebantur. Et quia de secundo & tertio aliis locis est dicendum, hoc loco tantùm de priori honore conuiuij in Bethania exhibito agemus.

Quo die Paschæ hæc cœna facta fuerit, cum alio die Ecclesia hoc legat Euangelium.

Ait igitur Euangelista: *Ante sex dies Paschæ.* Quæ illo anno in diem Veneris incidit, ac proinde hæc cœna die Sabbati celebrata est: quia verò post Solis occubitum poterant sine scrupulo ministrare mensæ Maria, & Martha, sequẽti verò die Dominus solennem suum ingressum fecit in Ierosolymam, vbi peractis mysteriis, rediit Bethaniam, & vt plurimum illis diebus in eo loco versabatur: & quanquàm hoc conuiuium die Sabbati contigerit: Ecclesia tamẽ non luce præcedente diem Palmarum, sed luce illam consequente legit hoc Euangelium: quia nos non celebramus Pascha Iudæorũ, sed Christianorum: & à luce sequenti diem Palmarũ ad Pascha resurrectionis sex dies interfluxerũt. Et dicitur cũ aduerbio causam denotante, Iesus ergo: quia præcedit, quòd Iudæi dederant mandatum occidendi Filium Dei, *Quia non capit Prophetã perire extra Ierusalem*, & in Christo verum est Prouerbium ex Pœta: *Qui fugiebat, rursus præliabitur.* Ideò qui prius fugerat, antequam veniret hora eius, iam intrepidum se manibus persequẽtium obtulit, ita vt cùm periculũ instet, liceat nobis declinare; cùm autem tempus nostrum aduenerit quo ex hac vita vocamur, intrepidè, & constanter nos morti obijciamus.

Luc. 13.

Christus aduersarijs, quos antea fugiebat, nunc sese obijciẽs quid doceat nos.

Cur venerit Christus in Bethaniam. Ioan. 11.

Venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Non diuertit Dominus ad alia castella, sed ibi moratus est. Primò, vt renouaret memoriã miraculi de Lazaro suscitato. Deinde, vt conuersando cum Lazaro, spẽ resurrectionis suę discipulis imprimeret, quos non ignorabat morte sua perturbãdos. Ad hæc, vt turbis illuc ad se confluentibus, maiori postea cum solẽnitate, & pompa Ierosolymã ingrederetur. Insuper vt cõsolaretur, ac confirmaret ele-

Secũda ratio.

Tertia & postrema.

Bethania quid sonet. Luc. 10. Ibidem. Ioan. 11. & seq.

Esa. 53.

Philip. 2.

Ex Bethania cur Christus voluerit trãsire Ierusalẽ moriturus.

Qualem cœnam fecerint Iudæi Christo in Ierusalem. Psalm. 68. Matth. 27. Marc. 15.

Eius quanto desiderio Christus teneretur.

Quam sedulo Martha Christo ministrabat. 4. Reg. 4. & seq. Theophyl. in Matth. & in Ioan.

Quo argumẽto Theophylactus, sed in fimo, hanc cœnam ostẽdat fuisse solennem, ac celebrem.

Ioan. 11.

Penes quem hæc cœna facta fuerit.

Ergo Lazarus inuitatus à Simone leproso:

& non videtur cœna hæc facta in domo Marthę, quia nō mirum esset quòd accumberet Lazarus, qui non sic suscitatus est, vt statim moreretur, sed comedebat, & bibebat, atque deambulabat, vt docet Theophylactus, & verè se suscitatum ostēdebat, & non fuisse phantasma. Ille etiam, qui verè à Christo per peccatum est suscitatus, & à Deo adiutus, discumbit tantùm cum Iesu per gratiam, & tus habet, vt ad participandam cœnam Dominicam admittatur, iuxta illud: *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat*. Ita filius prodigus, postquam mortuus erat, & reuixit, recipitur ad conuiuium, & ad mensam vituli saginati cum patre.

Theophylact.

Discumbant qui tantùm cum Christo iuxta spiritū *1. Cor. 11. Luc. 15.*

Obserua, Matthæum conuersum fecisse Christo conuiuium: istæ autem sanctæ fœminæ cœnam parārunt. Quia conuiuiū exhibent, qui pœnitentiam amplectuntur, & incipiunt seruire Deo: quod nō satis est, quia post prandium appetitur cœna: ita Christus, præter conuersionem, & pœnitentiam, exigit à iusto perseuerantiam in bono, quæ cœna est gratissima ipsi Christo. Et perpende, in eadem cœna accumbere mortui quatriduani suscitatorem, & ipsum Lazarum suscitatum, vt intelligas, in cœlesti mensa simul discubiturum Christum, omnium mortuorum excitatorem, & fideles ab eo excitatos.

Supra 5.

Conuiuium Christo exhibeāt mysticè qui.

Cœna Christo gratissima, quę nam illa.

Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi. Vt Martha ministrabat mensæ in corporalibus, ita & soror eius Maria in spiritualibus soli Domino seruiebat. Et vt qui dediti sunt spiritui, cùm non facilè eorum opera intelligantur, stulti existimantur: ita hæc vnctio stulta & mollis iudicata est. Sed ita sæpè quæ spiritus sunt, animali homini stultitia videntur. Sed antequā vltra pergamus, cùm plures vnctiones Christo exhibitas in Euangelio legamus, nimirùm Luc. 7. Ioan. 12. Matth. 26. Mar. 14. (vt interim vnctiones mulierum Christi post mortem omittamus) meritò primò quæritur, an ista, quam explicare primò intendimus, vnctio, sit eadem cum illa quæ habetur Luc. 7. an verò diuersa. Deinde quæro, an ista quæ habetur Ioan. 12. sit omninò eadem cum illa Matth. 26. & Marc. 14. an verò distincta, & aliena ab illa.

Quale mysterium Martha, quale Maria Christo impenderet discumbenti

1. Cor. 2.

An hæc vnctio Ioan. 12. sit eadē cum illa, de qua Matth. 26. & Marc. 14. fit mentio, an verò ab illa diuersa.

Quod attinet ad primam quæstionem, Rupertus Tuitiensis in caput 12. Ioan. asserit eandem esse vnctionem illam Luc. 7. atque istam, quæ habetur Ioan. 12. quę est eadem cum illa Matth. 26. Et videtur inde probari posse, quia de nulla alia vnctione, vel muliere vnctrice loquitur in toto suo Euāgelio. Deinde quia illa Luc. 7. facta est in domo Simonis Pharisæi, at ista in domo Simonis leprosi, vt testantur Matthæus, & Marcus: at vt Cyprianus docet sermone de ablutione pedum, vnus & idem homo fuisse videtur Simon Leprosus, & Simon Pharisæus. Sed certè ex consensu omnium Patrum firmiter statuendum est, eandem non fuisse vnctionem, propter multa. Primùm, quia illa fuit mulieris de impudicitia notatæ, vt Hieronymus, & Chrysostomus docent; at verò ista, fœminę sanctæ, & hospitæ Christi. Deinde, si tempus consulas, illa fuit medio tempore prædicationis Christi exhibita, hæc in fine, ante sex dies Paschæ. Tertiò, si solùm attendas, illa in Galilææ ciuitate, quæ dicitur Naim, impensa est, hæc in Bethania, quæ nunquam vocatur ciuitas, sed castellum tantùm, Luc. 10. & Ioan. 11. Quartò, illa fuit vnctio pedum duntaxat, hæc pedum, & capitis, si Ioanni, & Matthæo credimus. Quintò, illa primò lauit lacrymis, deinde extersit capillis, & tandem vnxit, & osculata est: hæc nunquam dicitur flere, sed vngere tantùm, & extergere capillis, vt nos dum lauamur pedibus: quia vngi, lauari est hic. Postremò, in illo murmuratio fuit Simonis Pharisæi, hic Apostolorum tantùm: vt autē docet Augustinus lib. de consens. Euangel. nō est idem Simon Leprosus, qui & Simon Pharisæus: nec liberatum à lepra verisimile est tam male sensisse de Christo, ac de illo murmurasse: & dictum fuisset, In domo Simonis Leprosi, qui & Pharisęus. Et hactenus de prima quæstione.

Cyprian.

Altera opinio soluitur. Primo ratione. *Chrys. hom. 83. in Matth. & 84. hom. 2. in Ioan. cap. 12. & Hieron. in cap. 7. Luc.*

Secunda ratio.

Tertia ratio. *Luc. 7.*

Quarta & quinta.

Sexta & vltima.

Augustin. 2. de consens. Euang. cap. 79. tom. 4.

Simonem leprosum, & Simonem Pharisæum eundem esse negant. Augustinus alios esse docet.

Vnctionem Ioan. 12. ab illa Matth. 26. & Marc. 14. differre docent Origenes & Chrysostomus in Matthæum, atque in hanc sententiam firmandam has rationes producunt. Prima, quia vnctio, de qua meminit Ioannes, facta est ante sex dies Paschæ: ea autem, cuius Matthæus & Marcus meminerunt, facta est biduo ante Pascha. Deinde, quod ad locum attinet, illa in domo Marthæ, quia Martha dicitur ministrasse, hæc autem facta est in domo Simonis Leprosi. Ad hæc illa facta est à Maria sorore Marthæ & Lazari, hæc à muliere non nominata. Præterea in illa vnguntur pedes, in hac vngućtum dicitur effusum super caput Domini recumbentis. Postremò ex parte murmurationis, quia in illa murmurauit solus Iudas, vt Ioannes ait, in ista verò omnes Apostoli. Sed hæc non euincunt diuersas fuisse vnctiones. Nam alioqui adeò multa in vtràque narratione conueniunt, vt absurdum sit dicere fuisse diuersas. Hinc Cyrillus in cap. Ioan. 12. seu potius Iudocus Clichthoueus, qui

Vnctionem Ioan. 12. ab illa Matth. 26. & Marc. 14. differre tenent alii, quorum alios illis rationibus refutant.

Orig. tract. 35. in Matth. Chrys. hom. 83. in Matth. cap. 26. & hom. 84. in Ioan. cap. 12.

Impiorum hæc opinio.

Cyrill. lib. 8. in Ioan. cap. 6. tom. 4.

quatuor libros adiunxit commentarijs Cyrilli in Ioannem: *Nonnulli*, inquit, *autores antiqui, & eruditione præclari putārunt, scriptoq; reliquerunt, alteram esse mulierem, de qua Ioannes hic meminit, & alteram, de qua Matthæus & Marcus perhibent, quòd super caput Domini effuderit vnguentum. Verùm non videntur illi satis attendisse eandem hic & ibi ipsius vnctionis circunstantias, ex quibus haud magno negotio deprehenditur eadem esse mulier vngens, & eadem itidem vnctio*. Hæc ille. Probantur autem eędem ferè circunstantię, quia locus idem, scilicet Bethania, idem tempus, instantis scilicet Paschatis, mensæ circunstantia eadem, nam Ioan. 12. in cœna vnctus est, & Matth. 26. dum recumberet. Ad hæc, eadem mensura vngućti, nempe alabastrum apud Matthæum, genus vasculi mensuralis, ponderans libram, secundùm Epiphanium lib. de ponderibus & mensuris: Ioannes verò refert libram. Eadem est species vnguenti, nempe nardi pistici, pretiosi, qđ in vtraque æstimatur trecentis denariis. In vtraque est eadem murmuratio, atque eadem Domini apologia pro muliere vngente. Qui verò diuersas volunt fuisse vnctiones, cui verisimile facient, discipulos ausos fuisse reprehendere factum, quod ante paucos dies Dominus defendisset, & id committere propter quod Iudas fuisset seuerè à Domino increpatus? nam illi volunt, hāc quam Ioannes conscripsit vnctionem priorem, factam sexto scilicet ante Pascha die, illam autem, quam alij narrant, fuisse per biduum ante Pascha. Et vt ad ea quæ in contrarium produximus, respondeamus, ad primum dici potest, quòd reuera illa cœna in qua vnctus fuit, celebrata fuit per sex dies ante Pascha, id est, Sabbato ante Dominicam Palmarum. Quod verò dicitur de biduo, referendum est ad verbum à Christo dictum: *Scitis quia post biduum Pascha fiet*, & ad illud de Iudæ scelere verbum: *Tunc abijt Iudas, &c.* Cœna verò, & vnctio, per recapitulationis figuram Scripturis consuetam à Matthæo & Marco repetitur: quod ex ipsorum narratione, & ratione narrationis fiet manifestum. Nam cum vterque biduo ante Pascha dixisset congregatos Principes Sacerdotum in atrium Caiphę, subiungentes narrationem vnctionis factæ in Bethania, non dicunt: Post hæc autem cùm esset in Bethania, aut, tunc autē cùm esset in Bethania: sed simpliciter, vt Matthæus ait: *Quum autem Iesus esset in Bethania*, Marcus vero: *Et cùm esset Bethaniæ*: ipso narratiōis modo satis significantes se non describere id, quod gestum illo fuit tempore, sed potiùs tempore aliquo præterito; quod etiam ex ratione narrationis euidentiùs fit. Nemo enim dubitauerit, quin ob id commemorēt eam vnctionem, vt indicent quare commotus Iudas accesserit ad Principes Sacerdotum iam congregatos tractaturus de traditione Domini sui: nimirùm quod indignaretur sibi periisse lucrum, quod ex vendito vnguento sibi prouenire potuisset, vt Ioannes plenius indicauit, nullo autem modo fit verisimile, quòd eadē ipsa hora, aut die, qua facta est hęc vnctio, Iudas à Bethania abierit ad Principes Sacerdotum iā congregatos, vt Euangelistæ commemorant: tùm quia verisimile est, vnctionem hanc etiam in cœna factam, nam vespertino tempore solitus fuit Iesus illis diebus ire in Bethaniam, cùm per diem docuisset Ierosolymæ. Deinde vt demus in prandio fuisse factam, quomodò diuinare potuit Iudas, iā congregatos fuisse Principes Sacerdotum, & quomodò ausus fuisset è Bethania se subducere, & in Ierusalem concedere? Superest igitur intelligendum, Iudam indignatum vnctione facta ante sex dies Paschæ, aliquot diebus indignationem suam in animo celasse, ac occasionem expectasse, qua resarciret deperditum lucrum: eamque se post aliquot dies ratum inuenisse, cùm audiret biduo ante Pascha Principes Sacerdotum congregatos: cuius sceleris vt indicarent Euangelistæ quæ fuerit in Iuda occasio, coacti fuerunt præteritam à se mulieris huius vnctionem, quæ tanti flagitij extitit occasio, per recapitulationem commemorare, vt loco suo opportuno docerent, eam fuisse Iudæ occasionem traditionis.

Quænam circunstantię vtram illi dun taxat arguāt vnctionem, nō diuersam

B. Epiphanius.

Vnde Iudę infelicis occasio fuerit Dominum prodendi.

Aduersæ opinionis proposita argumenta diluuntur.

Matth. 26. Ioan. 11.

Ex his euincitur sententia Fabri falsa: qui etsi existimet, vnam & eandem fuisse vnctionem, cuius meminerunt tres Euangelistæ, putat tamen eam non contigisse sexto ante Pascha die, vt Ioannes indicat, sed biduo ante Pascha, & Ioannem ipsam per anticipationem narrasse, non autem, vt communis habet sententia, Matthæum & Marcum per recapitulationem: cùm tamē Ioannes nunquam anticipatione inueniatur vsus, sed vbiq; diligenter obseruet rerū gestarum ordinem. ¶ Porrò rationes Fabri infirmæ sunt: videlicet quia Sabbato nō potuissent Iudæi parare cœnam, nec Martha ministrare, nec Mariæ licuisset vngere pedes, aut caput Domini. Nam cœna Domini facta in Sabbato, id est, pridie Palmarum diem, rectè intelligitur præparata die præcedenti, quæ Iudæis, à præparatione, dicebatur parasceue Paschæ. Sicut autem lotio manuum licita fuit Iudæis in Sabbato, ita & lotio pedum & capitis nihil obstitit religiōi Sabbati, alioqui in vespera Sabbati

Error Fabri reuincitur de tempore huius cœnæ.

Propriū Ioannis Euangelistæ.

Proponuntur rationes Fabri, ac soluuntur.

Primum argumentum.

post occubitum Solis licebat operari Iudæis, quia celebrare iussi erant Sabbata à vespera vsque ad vesperam: vt habetur Leuit. 23.

Secũdum argumentum.

Ad secundum argumentum ex parte loci, dicendum, quòd Scriptura nullibi dicit hanc cœnam factam in domo Marthę, tantùm Ioannes exprimit vnctionem factam in Bethania. Nec dicit Lazarum cum suis sororibus fecisse Domino cœnam, sed indesinitè ait, Fecerunt autem cœnam: quod perinde est, ac si impersonaliter dixisset, Facta est autem ei cœna, eo quòd locum cœnæ satis explicuissent alij duo Euangelistæ, nimirùm in domo Simonis Leprosi, & Marcus coniunxit vtrumque: *Cùm esset*, inquit, *Bethaniæ in domo Simonis, & recumberet.* Quod autem Martha ministraret in domo Simonis Leprosi, & Lazarus accumberet, in causa potuerunt esse diuersa, nempe, vel vicinitas, & domorum contiguitas, vel consanguinitas, (quanquam Nicephorus Callistus libro 1. capite 27. Simonem Leprosum asserat esse patrem Lazari. Sed hoc ait se accepisse ex libris apocryphis. Paullò pòst tradit, Mariam Magdalenam filiam fuisse Chananææ, cuius filiam liberauit à dæmonio, quod falsum videtur, quia illa Gentilis erat, hæc Iudæa, & nobilis) vel, quod verisimilius est, arctissima familiaritas, quæ erat inter discipulos Domini credentes in ipsum.

Nicephori Callisti, seu potius aliorũ quorundã de Simone Leproso, & de Maria Magdalena traditio meritò reiicienda. *Matth. 15.*

Tertium argumentum.

Ad tertium, quòd Ioannes solùm Iudam commemorat murmurasse, alij verò numero multitudinis dicunt Apostolos. Sed recepta est in Scripturis figura Synecdoches, qua multis tribuitur, quod vnus fecit: sicut latrones scribũtur blasphemasse Christum, cùm id vnus tantùm fecerit. Fortasse etiam Iudas primus indignatus est mulieri, & solus indignatus quòd lucrum sibi perierit, reliqui verò eius verbis commoti bono animo, propter pauperes: nam de Iuda apertè testatur Ioannes, ad eum non pertinuisse de pauperibus, sed quia fur erat.

Quartum argumentum.

Ad quartum: Verisimile est, mulierem primùm pedes vnxisse, ac deinde quod supererat vnguenti, effudisse super caput eius, effracto etiam, vt habet Marcus, vasculo, quo nihil reseruaret sibi vnguenti. Solét enim Euangelistæ se inuicem supplere.

Quintum argumentum.

Ad quintum: Nihil mouere debet, nomen mulieris non fuisse expressum apud Matthæum & Marcum: nã quod omissum est ab his duobus, Ioannes qui post eos scripsit, suppleuit, hanc historiam non attacturus, nisi ad id quod in ea vidisset supplendum. Alij verò non expresserunt nomen Mariæ sororis Lazari, quia iam omnibus, quibus fuerat Euãgelium denuntiatum, constabat quæ esset mulier hæc, cuius factum asseruit Dominus prædicandum, vbicunque fuisset annuntiatum Euangelium: aut quia obiter tantum vnctionis mẽtionem introduxerunt, vt occasionẽ proditionis Iudæ.

His præmissis, ad textum est redeundum. Quod ergo aiunt Matthæus & Marcus: *Et cùm esset Bethaniæ in domo Simonis Leprosi*, congruit ipsi mysterio: nam, vt diximus, Bethania domus obedientię interpretatur. Simon etiam interpretatur obediẽs, & omnia in vera obedientia ibi facta erant Christo summo obedienti vsque ad mortem Crucis Patri. Et dicitur Leprosus, vt Matthæus Publicanus, id est, qui olim talis fuit: nam vt ille à Telonio, ita hic à lepra liberatus fuit per Christũ, & gratus de beneficio, illum domi susceptt ad cõuiuium. Discat igitur sanatus à peccati lepra, exhibere Christo conuiuium bonorum operũ, quasi optimorum ferculorum, & amoris patientis, quasi delicati, & pretiosi vini: nã his cibis pascitur Christus.

Cœnę Christi huius in Bethania in domo Simonis Leprosi sta etę mysteriũ. *Pineda. 2. Luc. 5.*

Simon quare Leprosus dicitur ab Euãgelista.

Accessit ad eum mulier. Quæ non tam nota erat ex illo facto Luc. 7. quod apud nonnullos Patres veteres incertum & dubium est, an illi conueniat, quàm quòd ex ea ciecerat septem dæmonia: quòd ab initio doctrinę Domini erat studiosissima: quòd de suis facultatibus illi largiter ministrabat: quòd non poterat diuelli à pedibus eius pẽdens ab ore ipsis: quòd præcipuè ad eius lacrymas Christus illacrymatus est, & Lazarum fratrem à mortuis in eius maximè gratiam suscitauit: quod, discipulis fugientibus, cum Maria matre cruci adstitit, & sepulturæ: quòd cum aromatibus valde mane venit ad monumentũ: quòd prima Angelicas visiones viderit: quòd prima illacrymans, Dominum videre suscitatum, & eius viuas audire, & reddere voces meruerit: quòd prima Dominicæ resurrectionis gaudium Apostolis nuntiauit, vt ob id sit dicta Apostola Apostolorum. Deniq; celebris hęc vnctio & odorifera eam toti mundo notam & illustrem reddit, in quo recipitur Euangelium. Ista sunt vera, & certa laudum huius mulieris præconia. *Habens alabastrum vnguenti.* Alabastrum, significat vasculum, vel pixidem vnguentis seruandis accommodatũ, vel ex lapide alabastrite candidissimo: de quo Plinius lib. 13. capite 2. *Inter omnes potentissimus odor, quisquis nouissimè additur. Vnguenta optimè seruantur in alabastris, odores in oleo: quod diuturnitati eorũ tantò vtilius est, quantò pinguius, vt ex amygdalis. Et*

Lucem. *Luc. 10. Ioan. 11. Ibidem. Ioan. 19. Marc. 16. Ibidem.*

Ibidem.

Alabastrum quid. eiꝰ vsus ex Plinio.

Idem.

lis. Et ipsa vnguenta vetustate meliora. Idem libro 36. c. 8. *Hunc aliqui lapidem alabastriten vocant, quem cauãt ad vasa vnguentaria, quoniam optimè ea incorrupta seruare dicitur. Idemq; etiam exustus emplastris conuenit. Nascitur circa Thebas Aegyptias, & Damascum Syriæ. Hic cæteris candidior. Probatissimus verò in Carmania, mox in India: Iam quidem & in Syria, Asiáq;.* Hęc ille. Vel vt alij volunt, alabaster, seu alabastrum, & Atticè ἀλάβαστρον, sine ρ litera, dicitur ἀπὸ τοῦ μὴ λαμβάνειν, quod est apprehendere, & cum alpha in principio, quæ negat, significat enim non vitreum, vt quidã scribunt, sed marmoreum, quod ob sui lęuorem apprehendi nequeat, cùm careat anſulis. De hoc alabastro loquitur Cicero lib. 2. Academicarum quæstionum: *Quibus etiã*, inquit, *alabaster plenus vnguenti putere videatur.* Et Herodotus in Thalia, inter munera alia q̃ Cambyses per legatos suos misit ad Regem Aethiopum, recensет vnguenti alabastrum. Addit Epiphanius lib. de ponderib. & mensuris, alabastrum, mensuram esse olei, libram capientem, non quidem põderalẽ, sed mensuralem: vt ita mirificè consonare videantur duo Euangelistæ priores cum Ioanne. Nam quod illi vocant alabastrum vnguenti, alter vocat libram vnguẽti. Pro voce Græca, λίτρα, Nonnus interpretatus est τρία μίτρα, cùm re vera, litra, vox Græca sit, à Latina libra desumpta, vt Galenus testatur lib. 1. de compositione medicamentorum secundùm genera, vocãs externa nomina esse, & Romanis litram, & xesten, vel sextarum, & vnciam. Porrò vox vnguenti non significat compositionem crassam & tenacem, qua vtuntur Medici, vel Chirurgi ad sananda vulnera, sed liquorem suauem & odoriferum, non dissimilem aquæ rosaceæ, aut aliis aquis odoratis, quas vendunt myropolæ, quod reficit membra ægra & lassa, & vesti infusum, non ipsam maculat. Vel fortè erat mixtura delicata quædam diuersorum generum, & odorum, vngendis corporibus apta, quæ à præcipuo suo odore dicitur Nardi, vt ex Plinio constabit, & ex Paulino epist. 4. ad Seuerum, qui ait: *Vas pretiosum detulerat vnguentum, quod multorum in vnum graminum siue florũ mixta gratia & virtute flagrabat.* Hæc ille. Atque in hac significatione germanus est vsus huius vocis vnguenti, tùm apud sacros, tùm apud prophanos autores, ait enim Dauid: *Sicut vnguẽtum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron.* Et, *Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* & Sap. 2. *Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus.* Põponius tamẽ Iurisconsultus scribit, vnguenta esse, quæ valetudinis causſa comparantur. Sed hęc magis medicamenta dicuntur. Erat autem hoc vnguentum nardi: quanquam enim Matthæus non explicet quale illud esset vnguentum, sed in genere dixit, alabastrum vnguenti, quemadmodùm Lucas cap. 7. de peccatrice refert, quòd attulit alabastrum vnguenti, non expressa specie eius: attamen Marcus ca. 14. & Ioannes ca. 12. explicant speciem: Prior quidem, nardi spicatæ, pretiosi, & Ioannes libram vnguenti nardi pisti pretiosi: constat ergo ex his duobus, quòd erat vnguentum ex nardo, de qua sic scribit Plinius lib. 12. cap. 12. *Frutex est grani & crassa radice, sed breui ac nigra fragiliq;, quamuis pingui, situm redolente vt Cyperi, aspero sapore, folio paruo, densoq;. Cacumina in aristas se spargunt, ideò gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Alterum eius genus apud Gangem nascens damnatur in totum, ob vicinitatis nomine, virus redolens. Adulterantur & pseudonardo herba, quæ vbique nascitur, crassiore, atque latiore folio, & colore languido in candidum vergente. Item sua radice permista ponderis causſa, & gummi, spumaq; argenti, aut gummi, Cyperive cortice.* Infra: *Syncerum quidem lenitate deprehenditur, & colore russo, odoriq; suauitate, & gustu maximè siccante os, sapore iocundo, &c. In nostro orbe proximè laudatur Syriacum, mox Gallicum, tertio loco Creticum, quod alij quidem agrium vocant, alij plu, folio olusatri, caule cubitali geniculato, in purpura albicante, radice obliqua, villosaq;, & imitante anium pedes.* Idem libro 13. cap. 1. *Pretia ei à denarijs 55. ad 300. Nardinum siue foliatum constat Omphacio, balanino, iunco, costo, nardo, amomo, myrrha, balsamo. In hoc genere conueniret meminisse, herbarum, quæ nardum Indicum imitentur, species nouem à nobis esse dictas: tanta materia adulterandi est.* Hactenus ille. Ex quibus habes, quæ sit vera nardus: quomodò adulteratur per nouem species herbarum, quale sit eius pretium, vbi nascatur præcipua, siue pretiosa, nempe in Syria. Quanquam Matthiolus in Dioscoridem, nescio quibus rationibus, meo iudicio non satis firmis pugnat, nunquam in Syria ortam esse nardum, sed in India tantùm in monte respiciente Syriam, ex quo dicta est Syriaca nardus, vt ipse ex Dioscoride producit autore: & quia hodie nulla nardus in Syria nascitur. Sed simili ratione posset probare, balsamum nunquam fuisse in Iudæa, quia hodie non oritur: & si balsamum ortum est in Iudæa, verisimile est & nardum quoque ortam, de qua non infrequens mentio in Scripturis. Canticorum 1. dicitur: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Et cap. 4. *Cypricum nardo, Nardus, & crocus, &c.* Accedit præ-

Vbi nascatur alabastrum.

Alabaster, secundũ alios, quid sit.

M. Tull.

Herodot. Halicarnass.

Epiphanius.

Libræ nomẽ Græcum non esse, sed Latinum.

Effusũ super caput Christi, quale fuerit vnguentum.

Paulinus Nolæ Epist.

Psalm 132. Cant. 1.

Pomponius Iurisconsultus.

Vnguentum nardi cuiusnã effuderit mulier super caput Christi

Nardus quid Plinio, & quę sit vera nardus.

Quot modis adulteretur.

Vbi nascatur præcipua, deque eius differentiis.

Idem.

Quale sit eiꝰ pretium. Matthioli opinio de cortu nardi minus probabilis. *Matthiol. lib. 1. c. 6. in Dioscor.*

Tibull.

terea teſtimonium Tibulli de nardo Syriaco:

Iam dudum Syria madefactus tempora nardo.

Dioſcor. c 7.

Admittit tamẽ idem Dioſcorides nardum Celticum, ſiue Gallicum, quod lauẽdolam vocamus: & rurſus Nardum Montanum, quod in Cilicia, & Syria oriri tradit, & denique nardum agrium, ſiue ſylueſtre. Hay mon in caput 26. Matthæi ſcribit: *Nardus, frutex eſt aromatica pingui, & tenui radice, principatum tenens inter omnes ſpecies, de quibus cõficiuntur vnguenta.* Sic Haymon.

Idem cap. 8.

Haymon vetus autor.

Quòd deinde dicitur ſpicatum pretioſum apud Marcum, vel nardi piſtici Ioan. 12. vel referri debet ad nomen nardi, quod neutrius generis eſt, & in eo genere vſurpat Plinius libr. 12. cap. 12. Nam vt dicitur margaritum, & margarita, in vtroq; genere, ità nardus, & nardum. Et vocatur ſpicatum, quòd ſpicas proferat, eodẽ Plinio teſte, magisque commendatur illud, quod ex ſpicis nardi, vel cui ſpicæ nardi admiſcentur. Vel quod magis placet quibuſdam humaniorum literarum cultoribus, genus eſt nardi, quod nardus, vel ſpicum nardi vocatur. Poteſt etiam ille Genitiuus pretioſi, referri ad verbum, vnguenti, vt Matthæi lectio tradit, qui tantùm ait: *Habens alabaſtrum vnguenti pretioſi*, è nardo videlicet piſtica, vel ſpicata: quod melius videtur, quia duo adiectiua duriùs coniungũtur vni ſubſtantiuo citra copulam. Græca tamen lectio, tùm Marc. 14. tùm Ioan. 12. non habet ſpicati, ſed piſtici, vel piſticæ, vt intelligamus nardum fuiſſe ſynceram, fidelẽ, probatam, & non vitiatam, & vt ſuperiùs ex Plinio retulimus, multis herbarum ſpeciebus veram nardum adulterari: & adulteratum vnguentum ſit ex pſeudonardo. Vnde priùs nardus eſt piſtica & fidelis, poſteà verò vnguentum. Hinc Tibullus ait:

Prẽſtans quã vnguẽti materia nardus.

Plinius.

Illius & puro diſtillent tempora nardo.

Et Ouidius libro de arte:

Natdum ſpicatum cur dicatur.

Idem.

Nec coma vos fallat liquida nitidiſſima nardo.

Secũda ratio.

Vide hos duos Poëtas nardum purum, & liquidam, id eſt, veram, vel vitiatam vocare, nec opus eſt legere, piſticæ in fœminino, quia nardum dicitur in neutro à Plinio, qui vocat nardum ruſticũ, Syriacum, Gallicum, & à Tibullo dicitur purum.

Laur. Valla. Eraſmus.

Quod verò Auguſtinus in Ioan. in verbo, Piſtici, meditatur neſcio quem locum credendum, vnde erat hoc vnguentum prioſum: immeritò reprehenditur à quibuſdam recentioribus: quia Theophylactus Græcus in Marc. 14. ſcribit: *De nardo piſtica, ſcias, quòd eſt ſpecies quadam nardi, quæ piſtica dicitur, vel quòd ſyncera ſit, & non adulterata, vel cum fide confecta.* Idem docet Euthymius. Quanquàm iſti non tam apertè indicant eſſe nomen, quàm ſpeciem nardi ſic dictam. Alij verò vertunt pro piſtici, liquidæ nardi, & πίστικος, pro πίστει παρὰ τὸ πίνω, quaſi potabilem dicas: & nardus accipi ſolet pro vnguento nardino: & conuiuiis liquida vnguenta conueniunt, quibus perfundantur, non ſpiſſa, quibus liniantur. Quod tandem inuexit luxuria, teſte Plinio libro 13. ca. 3. & Æſchylus ὑδροπώτην vocat pharmaca, πῖνα liquida, & quæ potari poſſunt. Ouidius meminit liquidæ nardi, vt ſupra habes, & Tibullus. *Pretioſi.* Græcus Matthæi textus habet ϛαρυτίμου, id eſt, magni, vel multi pretij: Marcus verò habet πολυτελοῦς, ſumptuoſæ, vel magni ſumptus, & grauis pretij, nam olim æs appendebatur, non autem numerabatur. Hinc Salluſt. Cœpit graue pretium per omnem prouinciã fructibus eſſe. Ioãnes verò habet, πολυτίμου, id eſt, multi pretij. Et in tribus Euangeliſtis eſt compoſitum variè hoc nomen.

Tertia.

Theophyl. in Marcum. Euthym. c. 62. in Matth. & c. 12. in Ioan.

Porrò de odoribus idem cenſendum, quòd veſtibus: quia eſt vſus bonus illorũ, modò non ſit exceſſus, & ſuperfluitas, pretiaque ingentia, vt neceſſaria proinde victui noſtro, aut pauperibus adimantur, vel edantur, vt quoſdam voluptuoſos facere quandoq; audiuimus: vel deniq; ob finem aliquem prauum geſtentur, id eſt, ad alendam, & ſuſtinendam luxuriam. Et vt modicum ſalis condit cibos, ita modici & rari odores recreãt, & fulciunt naturã; per immodicos verò, & frequentes tollitur ſenſus, quẽadmodùm per nimium potũ vini ebrij ſenſum amittit: vt rectè quidam dixerit:

Nardum cur pretioſã vocauerit Euangeliſta.

Namque voluptates commendat rarior vſus:

Iuuen. ſat. 11.

& alter falsè, licèt verè:

Adulteratũ vnguentum vnde fiat.

Poſthume, non benè olet, qui benè ſemper olet.

Martial. lib. 2. 12.

Tibul. lib. 2. eleg. 2. Ouid. lib. 3. de arte.

Hinc Plinius lib. 13. cap. 3. de odoribus egregiè philoſophatur, in hũc modum: *Hæc eſt*, inquit, *materia luxus è cunctis maximè ſuperuacui. Margaritæ enim, gemmæq; ad hæredem tamen tranſeunt, veſtes prolongant tempus: vnguenta illicò expirãt, ac ſuis moriuntur horis. Summa commendatio eorum, vt tranſeuntem fœminã odor muniret, etiã aliud agentem. Exceduntq; quadragenos denarios libræ. Tanti emitur voluptas aliena. Etenim odorem qui gerit, ipſe nõ ſentit.* Hactenus ille ſeriò, & eleganter.

Plinij de immodicis odoribus querimonia.

Denus igitur operam, vt per fidẽ ſuauem odorẽ ſpiremus apud Deũ, & per charitatem apud proximos, vt ſimus bonus odor Chriſti in omni loco. Nã vt fœtor, & dolor, inter ea q̃ naturam proſternũt, collo

Quinam exceſſus, & abuſus circa odores & vnguẽta vitanda ſint.

Quo eſſe odoriferi modo debeamus.

2. Cor. 2.

cantur,

cantur: ita ſpina conſcientiæ pungentis per malum vitæ noſtræ exemplum, nos omninò datos in reprobũ ſenſum arguunt. Ideo curandũ eſt diligenter, vt pacem conſcientiæ apud Deum habeamus, & exemplũ fragrãtis virtutis proximo exhibeamus, quẽadmodum Dominꝰ nobis exhibuit, de quo cum Sponſa dicere debemus: *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*, quæ admirabiles & odoriferæ ſunt virtutes Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto perpetuò eſt in honore, & gloria, per infinita ſecula, Amen.

Quorum in odorem vnguentorum Chriſti curremus. *Cant. 1.*

TRACTATVS XXX.

Tract. 75.

In eadem hiſtoria mulieris vngentis Chriſtum in Bethania, accuſatæ ab Apoſtolis, & defenſæ à Domino. Et habetur Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 12.

MVLTA priore Tractatu huius hiſtoriæ expediuimus: iam quæ reliqua ſunt, præſenti abſoluemus. Dicit igitur Matthæus: *Et effudit ſuper caput ipſius recumbentis.* Marcus verò: *Et fracto alabaſtro, effudit ſuper caput eius.* Vt hæc, quæ Ioannes tradit, cũ aliis duobus Euangeliſtis conueniant, primò ſtatuẽdum eſt, ſanctã hanc mulierem pedes Domini itinere defatigatos vnxiſſe, ſiue lauiſſe; deinde capillis capitis ſui terſiſſe, id eſt, terſorio valdè charo & pretioſo mulieribus, nẽpè capillis, quos illæ immodicè curant, & ornant. Mulier ſiquidem, ſi comã nutriat, gloria eſt illi, quoniam capilli pro velamine ei dati ſunt: vt ait Apoſtolus 1. Corin. 11. Olimq; deuotæ fœminæ cæſariem offerebant, & ſacrificabant templo: ſed nunc cæſaries pulchra & aliena magno emitur, & geſtatur, perinde ac ſi eſſet propria: ſed hanc cæſariem, non niſi illæ, quę mortuæ ſunt Chriſto, deferre ſolent: & vt mortuos homines alliciant, & vt in pennis alienis tãquàm cornicula Aeſopi glorientur, & Chriſto viuenti diſpliceant. Niſi ergo ſit in illis figura Iſteron proteron, vt prius quidem capillis terſerit, deinde vnxerit: dicendum eſt, vnguento pretioſo vſam fuiſſe pro aqua; pro linteo verò, ſiue pro terſorio, capillis ipſis. Quanta autem diligẽtia capillos ſuos ſeruauerit, quibus terſit pedes eius, cui ſudaria aut linteamina non deerant, tibi cogitandum relinquo. Tertiò, quia pixides ſolent eſſe anguſti orificij, quo melius ſeruetur vnguentum: quod ſupererat, vt largius effunderet in caput Domini, fregit alabaſtrum. Largiter enim eſt Chriſto communicandum, & non guttatim, id eſt, quantum poſſumus apertis loculis, apertis horreis, aperto cellario, quia ſic effuſa nõ pereunt, ſed ſeruantur, ſecundùm illud: *Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.* Inanis ergo eſt expoſitio Caietani, interpretantis, fracto alabaſtro, id eſt, aperta pixide: aliud eſt enim aperire, aliud frangere. Et iuxta myſterium fractum alabaſtrum, ſignificat ſanctam Deiparam Mariam, cuius cor pertranſiuit gladius doloris & commiſerationis ad filium innocẽtem, ac mortem diram perpetientem, quam omnes eius filij imitari debemus.

Cur hęc mulier Domini pedes vnxerit, capillisq; capitis ſui terſerit.

Noſtri ſeculi mulieres à quibus quantopere degenerauerint.

Eadem pia mulier illa cur fregerit alabaſtrum

vnguenti, in eoque documentũ quod dederit nobis. *Pſal. 111. 2. Cor. 9.*

Caietani ſenſus refellitur.

Fractum alabaſtri quid myſticè. *Luc. 2.*

Quartò ſequitur: *Domus impleta eſt ex odore vnguenti.* Quod ſolus Ioannes refert, erat enim miræ fragrantiæ: & mundus ſuaui Chriſti iugo odore implendus erat, & vſque hodiè domus illa Simonis odorifera eſt per totam Eccleſiam, & magnum & præclarum nomen Mariæ vngentis: & in hac Maria ad literam impletum eſt illud Cantici, cap. 1. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorẽ ſuauitatis.* Subdit Matthæus: *Videntes autem diſcipuli, indignati ſunt, dicentes, Vt quid perditio hæc?* Marcus ait apertiùs: *Erant autem quidam indignè ferẽtes intra ſemetipſos, & dicentes, Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguentum iſtud venundari pluſquàm trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.* Vbi primùm nota indignationem & locutionem intus factam eſſe: & ſecũdùm Euthym. *Obiurgabant illam*, propter abuſum vnguenti: & adducti ſunt ad hoc humanitate, q. a frequenter audierãt præceptorẽ de eleemoſyna in pauperes erogãda differentẽ, quodq; Deus miſericordiã velit, non ſacrificium. Et cùm Apoſtoli communes pecunias nõ ſeruarẽt, non poterant lucrum meditari. Ideo iuſto zelo indignati ſunt propter pauperes, ſed non ſecundùm ſcientiam; & videri poterant Dominum reprehendiſſe, quòd ſe ſic vngi permitteret, aut quòd non reprehenderet eam, quæ ſe vngebat: quòd putarent ipſum verecundè agere, & nollet contriſtare fœminam, ideo ipſi pro Domino locuti ſunt, vt ſcilicet ſibi Dominus conſentiret, & ita illa temperaret ſibi à talibus honoribus in poſterum Chriſto exhibendis. Quod ergo diſcipuli ſtribuitur in Matthęo & Marco, Ioannes ad ſolum Iudam refert, dicens: *Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes, qui erat eũ traditurus, Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denarijs, & datũ eſt egenis? Dixit autem hoc, nõ quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habẽs, ea quæ mittebãtur, portabat.* Iudas ergo cœpit

Expenditur hoc: Domus impleta eſt ex odore vnguenti.

Vbi Diſcipuli vnguẽtum propter effuſum, & quo zelo indignati ſunt. *Euthym. c. 62. in Matth. Matth. 19. Matth. 9. Oſee 6.*

Quid peccauerint Diſcipuli indignãtes de vnguẽto effuſo.

Quo autore Diſcipuli de

verbo

Christo mul murmuerint.

verbo detrahere operi pietissimo, deinde cæteri secuti sunt illum, existimantes pauperum misericordia permotum. Vbi vides quàtum possit vel vnus peruersus familiares alios bonos prouocare ad malũ. Non ergo mirãdum est, si in quocunq; collegio, aut reformata congregatione aliqui non sanctè viuentes inueniantur: non est enim purum granum sine palea, aut rosa sine spinis, aut aurum sine terra, aut argentum sine scoria. Scitũ est illud Aug. ser. 170. de tempore: *Habet Ecclesia in se fortes, habet infirmos, habet iustos, habet & iniustos. Modò enim corpus Christi, quod iustis area est, postea horreum erit. Tamen cùm area est, non recusat paleas sustinere. Cùm tempus aduenerit, reponet triticum, & à paleis segregabit.* Hic Augustinus. Deus igitur malos bonis coniungit, vt per malos exerceantur boni: & per bonos mali, vel reducantur, vel reddãtur inexcusabiles. Et quia finis Iudæ erat fictus, & hypocrysi tectus, propterea Ioannes illum explicauit, dicés: *Quòd ad eum non pertineret de egenis, sed quia fur erat.* Illis ergo verbis petit Christum, quasi carni, sensui, & genio indulgentem, & aliter facto, quàm verbo docentem. Deinde petit Apostolorum Collegium professionem paupertatis perfectionem, quos talia, id est, mollia, delicata, & pretiosa non decebant. Tertiò, petit vnctricem, quasi stultè sua bona expenderet, vbi minimè opus esset, nihil enim boni videbat malus; ideo non respexit, aut fidem Mariæ, aut charitatem, aut sedulitatem. Quartò obserua, qua ratione se ipsum tegat, & suam auaritiam cooperiat Iudas sub prætextu pauperum. Verè enim de effusione vnguenti dolebat, & quòd non esset venditum, vt ad se venientem defraudaret pecuniam, quia fur erat, & solitus erat partem aliquam pretij furari. Vt enim cantor, sartor, mercator, non est qui semel canit ad voluptatem, aut qui vestem sarcit ad necessitatem, aut qui victui necessaria sibi comparat, sed qui talis est arte, habitu, & professione: ita fur dicitur Iudas arte, & habitu, quia Domino adulabatur, quasi se ostenderet pauperũ amantem, & doctrinæ Christi sectatorem.

B. Aug. to. 10. Matth. 13.

Cur mali cũ bonis à Deo coniungantur.

Quid senserit Iudas de Christo vncto à muliere vnguento. Quidverò de vnctrice muliere idẽ nebulo.

Iudę insignis hypocrisis.

Quare fur appelletur Iudas.

Quos minimè deceat, pretia rerum temporaliũ præcisè cognoscere.

Quintò obserua, professorem Euangelicæ perfectionis minimè decere pretia rerum temporalium præcisè nosse: nam argumentum est, animum eius valdè esse illis implicatum, & auersum à spiritualibus: quẽadmodum etiam inter nos qui reditus beneficiorum exactè nouerunt. & prouentus Abbatiarum & Episcopatuum, quod indicium est apertum animorũ ad illa anhelantium. Hinc Iudas videtur illius fragrantissimi vnguenti pretium præcisè attigisse. Nam vt superiùs ex Plinio produximus, pretium libræ vnguenti nardi præstantissimi ad 30. denarios perueniebat, hoc est, ad 31. aureos ducatos monetę currentis. Marcus habet cap. 14. *Poterat enim vnguentum istud venũdari plusquàm trecentis denarijs.* Græcè legitur, ἐπάνω. hoc est suprà, vt Horatius dixit:

Plin. lib. 3. c. 5.

Paullatim mercatis agrum fortasse trecentis,
Aut etiam supra numorum millibus emptum.

Horat.

Sextò attende, habere aliquid in communi, non derogare perfectioni Euangelicæ: quia Christus & Apostoli loculos habebant: primitiua Ecclesia in communi habebat quæ ad pedes Apostolorũ offerebantur: quasi digna quæ pedibus eorũ cõculcarentur: & modò Religiones reformatæ, & regulæ suæ obseruantes, aliquid in communi possident. Perfectioni verò religionis tantum derogat, quemuis propriũ aliquid possidere: & qui talis est, fur est, & Iudas; & qui Iudæ actus imitatur, eius exitũ perhorrescat, vel Ananiæ & Sapphiræ, qui defraudarunt de pretio agri: & meminerit verbi illius, quod de primitiuis pauperibus dicitur: *Nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat. sed erãt illis omnia communia.*

Quid nõ derogat Euangelicæ perfectioni. Act. 4.

Iudæ imitatores Religiosi qui. Act. 5.

Ibidem.

Licet autem vti communicatis & dispensatis à superiori. Mirãdum Iudæ factũ: fortè enim Iudas ad Apostolatũ non se ingessit, & nos illo peiores sumus, qui spõte nostra currimus ad beneficia Ecclesiastica, illa ambimus, & omnibus modis etiã non vocati affectamus, & super illorũ possessione lites immortales intendimus. Disce paucos esse qui administrant temporalia sine peccato: quia, *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Deinde neminem verè esse Euangelicę doctrinæ dispensatorem posse, cuius cor auaritia occupauerit: quæ radix est omniũ malorum. ¶ Si dicas, Cur Dñs elegit Iudam ad illud ministerium, quem sciebat furem futurum; Dicendum, Quando à Christo acceptatus est bonus erat, & tunc ei loculi cõmissi. Ad hæc, vt sic eius sedaretur auaritia, vt ait Chrysost. vel quia min⁹ idoneus erat ad spiritualia, quàm reliqui, & aptior erat ad temporalia administranda.

Qui fortè Iuda deteriores quodammodo dici possint. Eccles. 13.

1. Tim. 5. Cur Iudę loculos Christ⁹ cõmisit, quę sciebat furaturum. Chrysost. hom. 64. in Ioan. tom. 3.

Si secundò interroges, Quomodo Christus per Iudam marsupium portabat, cùm Apostolis ad prædicandum à se missis præceperit non deferre marsupiũ vel pecuniã? Dicendum est, aliam esse rationem vnius collegij, vel multitudinis, aliam esse duorum, quoniam duobus facilè est hospitem inuenire: ideo cùm misit illos binos ad prędicandum, venit ferre pecuniam: quod nõ

Cũ Apostolis ad prædicandum, à se missis marsupium ferre Christus prohibuerit, cur per Iudã loculos ipse portabat? Matth. 10.

voluit

Mar. 6. Luc. 10.

voluit esse perpetuum, sed temporale: at totam discipulorum multitudinem non sinebat ratio carere marsupio, ne vsquàm grauarent hospitem, & vt esset cum Iesu, vnde cum discipulis sustentaretur, cùm esset secedendum, vel latitandum: adhæc vt ostenderet, Ecclesiam licitè loculos habere posse.

Magnum in omni aduersitate solatiũ quodam illud sit. 2. Cor. 10.

Sciens autem Iesus, ait illis, Quid molesti estis huic mulieri? Marcus ait: *Sinite eã, quid illi molesti estis?* Id est, Desinite illi esse molesti. Ioannes: *Sine illam, vt in die sepulturæ meæ seruet illud*, vel, vt Græca habet litera, seruauit, scilicet hactenus; verum est & cum pietate coniunctum. Si autem hæc non fuisset mens Mariæ, sed solùm Christi recipientis, & Spiritus sancti mouẽtis, nec laude, nec excusatiõe digna fuisset propter hoc, licèt ex aliis causis mota id fecisset, à quibus potiùs erat laudanda: alioquin laude dignus esset Caiphas, qui dixit: *Expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo*, cùm malo id animo dixerit: licèt Spiritus sanctus mortem Christi ex illis verbis intenderit.

Ioan. 11.

Triplex officiũ Christo exhibitum in domo Simonis Leprosi, à pia muliere, quod. Caietan. Luc. 7.

Vt igitur verum sensum eliciamus, præmittendum, quęnam fuerint rationes indignationis Apostolorũ; Deinde qualis Domini fuerit apologia pro muliere.

Quibus de causis Apostoli in mulierem Christi vnctricẽ fuerint indignati.

Secunda. infrà 8.

Quantum ad primum, duæ extiterunt causæ indignationis. Prima, ipsius vnguenti perditio: vnde vt vanum illud opus arguebant. Secunda, quia vt iactura. & detrimentum alterius boni, id est, subuentionis pauperum, illa vnctio apprehensa est. Dominus apologiam texens, in primis obiectioni priori satisfacit, quòd non esset vanum opus, vel superfluum, vel perditum, vt putabant; quinimò bonum opus in se ipso, qa opus humanitatis, pietatis, religionis, & maximè si digno & bono confertur, si iuxta mensurã, quę pro recipientis qualitate moderãda est, etli opportuno tẽpore, & bona mente, & præsertim ex charitate fiat: quæ omnia Dominus miro modo persequitur, atq; explicat. Cùm enim ait: *Ad sepeliendũ me fecit*, qualitatẽ operis indicauit, nempè humanitatis: humanũ est enim propter hominis dignitatem, etiam corporibꝰ mortuis extremos haberi huiusmodi honores. Pietatis verò & religionis opus erat, propter spem, & memoriam resurrectionis: hinc laudabiliter cadauera eo tempore vngebantur: quanto magis Dominico corpori hoc debebatur, tanquàm tabernaculo diuinitatis, & Verbi Aeterni: quia nõ decebat Christum carceribus mortis teneri, neque sanctum eius videre corruptionem. Quod verò in dignũ collatum sit illud opꝰ vnctionis, innuit dicens: *Bonum opus operata*

Tertia.

Altera.

Quale eiꝰ patrocinium fuerit à Christo susceptum.

Quid pię mulieris in totũ Christi corpus effusio vnguenti significauerit

Mulieris illius in Christũ humanitas, & pietas.

Improbatur ea cuiusdam

Act. 2. Psal. 15. Christi merita tãta beneficentiæ exponuntur.

est

est in me, ac si dixerit: *In me*, qui verè sum bonus, imò ipsum bonum summum, cùm sim Deus, & ideirco dignus omni obsequio. *In me*, qui singularibus gratiis in eam collatis, singulariter sum Magister, & Dominus: & decentissimè ab ea quæ debet, recipiam hoc beneficium. Quòd autem non excesserit, ex eodem verbo, *In me*, elicitur, ac si dixerit, non bonum inane, sed bonum in me, quia non supra dignitatem mei recipientis, imò longè infrà: ideo potiùs in aliam partem accusanda, quia infra dignitatem meam fecit. Hinc apud Marcum excusatur à Domino: *Quod habuit hæc fecit*: id est, vt rectè exponit B. Hierony. etsi parum illa fecerit respectu mei, satis autem illa fecit respectu sui, quoniam quod habuit, hoc fecit, id est, quantum habuit, obtulit, quia si plus habuisset, proculdubiò illud obtulisset. Et in his quę non possumus, satis est bona voluntas, quam acceptat Deus pro opere. Vel quod habuit, id est, quod potuit: Græca enim phrasi habere, ponitur pro posse. Hinc habes, obnoxiis restitutioni, & concubinariis satis esse ad salutem, si faciãt totum quod possunt, vt se à peccato liberent, mutato loco, aut conuersatione, aut inito matrimonio, aut religioni se tradentes, aut quoquo modo possunt, restituẽtes: nam ad impossibile nulla lex valet quenquam obligare.

Ioan.13.

B. Hieron in Matt.26.10.9.

Bona voluntas (vt dici soler) quando pro facto reputatur. Græcis habere, ponitur pro posse.

Quòd autem opportuno tempore hæc vnctio sit adhibita, ex eo patet quod subiungit: *Præuenit*, inquit, *vngere corpus meum in sepulturam*. Tanquàm si diceret, corpora mortua inungi solent ad sepulturã: hæc tamen mulier sua solertia præuenit, quia credidit verbis meis, scilicet me interficiendũ à Iudæis: ideo timens ne id non possit suo tẽpore præstare propter furorem hostiũ, præuenit. In quo subarguere voluit Dominus tarditatem discipulorum in credendo, nec satis pios ad exhibenda pietatis officia, & in hoc superatos à muliere, cùm nullus eorum vnquentum, saltem animo commiserationis, & charitatis comparasset propter imminentem mortem. Vnde Dominꝰ propter hoc factum prædicit eam memorandam in vniuerso orbe. Et quia in diem sepulturæ seruauit illud vnguentum, quæ non est dies deliciarum, sed luctus, insinuatur, Mariam non effudisse hoc vnguentum pro deliciis, sed pro puro religionis officio: & Iesum ipsum nõ suscepisse ad sensus, vel carnis oblectamentum, & obsequium, nec ad delicias, vel mollitiẽ, vt putabat Iudas. Hinc Aug. lib. de doctrina Christiana: *Quisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quàm sese habẽt mores eorum, cum quibus viuit, aut temperans est, aut superstitiosus: quisquis verò sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus nõ vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. Neque enim vllo modo quisquam sobrius crediderit Domini pedes ita vnguento pretioso à muliere perfusos, vt luxuriosorum, & requam hominum solent, quorum talia conuiuia detestamur. Odor enim bonus fama bona est, quã quisquis bonæ vitæ operibus habuerit, dum vestigia Christi sequitur, quasi pedes eius pretiosissimo odore perfundit.* Hactenùs Augustinus.

Quid est Præuenit vngere corpus meũ in sepulturã

Discipulorũ in Christum negligentia.

Quid quod pia mulier illa pretiosum vnguentũ in sepulturam Christi reseruauit.

Aug. lib. 3. de doctrina Christiana. c. 12.

initio, tom. 3. init.

Odor bonus q̃d mysticè.

Dices; Christus, qui pauperis personam gerebat, non debebat hoc honoris genere delectari, quod pauperibus conferri nõ solet. Debebat & hac patientia pauperem sese ostendere, vt non pro suo, sed pro honorantium honoraretur arbitrio. Ad hæc cùm iam vellet vsque ad inuidiam honorari, vt in die Palmarum ostẽdit, cùm iam instaret hora passionis, habemus rationem cur id fecerit. Ad posteriorem obiectionem de pauperibus eleemosyna defraudatis, mira sapientia respõdit Dominus: *Pauperes*, inquit, *semper habebitis vobiscum; me autem non semper habebitis.* In quo notat, opportunitatem sibi benefaciendi mox desuturam: propter quæ duo erat pauperibus præferendus, in quibus ista duo nõ concurrebant. Nullus enim se offerebat tunc indigens præsentaneo auxilio, & ad hoc nõ derat occasio illis benefaciendi: pauperes enim semper sunt. Et si obiiceretis; Pauperes semper sunt nobiscum, sed non adest facultas benefaciendi: sicut nunc per pretium huius vnguenti: respondet Dominus ad hoc apud Marcum: *Et cùm volueritis, potestis illis benefacere*, etsi non temporali eleemosyna, saltem desiderio, & precatione, & interdum subsidio diuinitùs præstituto. Vt Petrus fecit, qui illi pauperi claudo dixit; *Argẽtum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, &c. Surge, & ambula.* Ecce, quia maiora dedit quàm sint trecenti denarij. Et Martinus non habens quod daret, dedit dimidium vestis: Paulinus verò Nolanus cùm nihil haberet, quod pro redimendo filio viduæ daret, seipsum vendidit. Expende etiam mansuetudinem Domini erga Iudam. Poterat enim dicere, Nõ ad te attinet hypocrita, cura de pauperibꝰ; sed furtum meditaris: noluit tamen, vt doceret nõ facilè esse propalanda secreta cordis cuiusquam: nec prælato de mente subditi quicquam iudicandum est, nisi per ea quæ foris patent.

Matth. 25.

Quã dignè Christo pauperi, & egẽti pia mulier officium vnctionis præstiterit.

Act. 3.

Duobus modis possumꝰ egenis benefacere.

Expende deinde modestiam Domini ad se ipsum: poterat enim dicere, cùm

Paulini Episcopi Nolani in viduã memorabilis beneficentia.

Quo exẽplo Christus nos suo secreta docuerit nõ esse cuiuslibet explorãda.

1. Reg. 16.

Christi modestia.

ipse

ipse pauperibus conferebatur, illum se vere esse pauperem omnibus meritò anteferendum, de quo Propheta prædixerat: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Nam si quid pauperibus debemus, propter illum debemus, ergo illi magis, ex regula Dialectica; Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Non ergo Dominus super alios pauperes se extulit, cùm posset; sed quasi vnus ex illis esset, sola opportunitate sese prætulit illis: mox defutura in se docens, quæ in aliis deficere non poterant. Sunt autem Iudæ persimiles, qui bona Ecclesiastica pauperum deprædantur, vt domos suas ditent, & illustrent de patrimonio crucifixi: quia multi sunt qui faciunt quæstum pietatem. Deinde persimiles sunt illi hæretici, cultú, & ornatum templorũ, & eorum quæ in vsum sacrificij sancti impenduntur, sub eleemosynæ pauperibus dandæ prætextu reprehendentes. Sed sine implere oblationem Deo faciẽdam: decet enim, vt honorem, quem Deo debemus, omnibus præferamus, etiam misericordiæ operibus. Præcedat ergo Deus creaturam, & prima tabula secundam: præcedat eleemosyna, quæ sit animæ propriæ, illi, quæ sit corpori proximi. Et si templum olim in quo oues, & vituli offerebantur, ditissimum erat, & vasis aureis plenum: quale quæso debet esse nostrum, vbi corpus Christi, & sanguis eius verus offertur? Nec valet verbum Domini, *Misericordiam volo, & non sacrificium*: quia hoc tempore necessitatis vrgentis intelligendum est. Hinc Euthymius in hęc verba Matthæi post Chrysostomum scribit: *Et tu ergo si aliquos construentes Ecclesias, aut monasteria, siue sacras imagines videris, ne factum diuui iubeas; ne animi illorum promptitudinem retundas: si verò priusquam ædificet, te quispiam interrogauerit (scilicet quid sit præstantius) iubeto dare pauperibus, si videlicet vrgeat necessitas pauperis, & mendici.* Eadem ferè docet Theophylactus. Nec valet consequentia: Poterat vnguentũ istud venundari multo, & dari pauperibus; ergo peccauit mulier non vendẽs, sed effundens in Christi caput vnguẽtum. Posses tu quidem aquam bibere: at cur vino potiùs veteris? Poteras citra luxum vestiri, cur purpuram, & sericum non vendis in vsum pauperum? Posset Sacerdos sine vase aureo, vel argenteo sacrum facere: sed non sequitur, Ergo vtens calice aureo, argenteove, & indumento sacro purpureo, impiè ageret. Aliud igitur est, aliquid posse fieri aliud, necesse esse fieri aliquid; & Pauli vox est; *Omnia mihi licent; sed non omnia expediunt: Omnia mihi licent; sed non omnia ædificant.* Sed hæc non curant hæretici putidi, & nouatores, quorum est hæc vox Iudæ in ore frequens. Tempore Liberij Papæ multæ virgines pauperes Romæ erant, quando beata Virgo persuasit sibi condi templum ex bonis suis Patritio, quia non habebat hæredem: & miraculo niuis rem confirmauit. Multa prætercà Constantinus ampliſſima, & ditissima templa construxit; nec tamen illo seculo pauperes deerant, aut pauperes virgines, aut infirmi, & egeni.

Psal. 40.

Iudæ imitatores, & sectatores quinam illi sint.

1. Tim. 6.

Alij qui præterea.

Quo loco habere Dei honorẽ debeamus.

Exod. 20.

Templũ nostrum quale debeat esse.

Osee. 6. & Matth. 9.

Illud: Misericordiam volo, & non sacrificiũ, quomodo accipiendum sit.

Chrysost. hom 82. in Matth. Euthym. cap. 62. in Matth. Theophyl. ibidem.

Quale argumentum hæreticorum istud: Poterat enim vnguentũ istud venundari multo, & dari pauperibꝰ; ergo dari debuit.

1. Cor. 10.

Ex dicto autem fine Mariæ Dominum vngentis constare potest, falsam esse & fabulosam quorundam narrationem, dicentium Lazarum à mortuis suscitatum enarrasse tormenta inferorum, & gehennæ cruciatus intolerabiles, vt Christus animo cõsternatus sit, & syncopin passus, ita vt exciderit illi sudarium de manibus, & tunc Mariam accurrisse, & attulisse vnguentum illud ad recreandum, & refocillandum Dominum. Quod merum est nebulonum, & stultorum figmentum, & aperè militat cõtra textum, qui aliam rationem vnctionis huius assignat. Neque verisimile est, Lazarum narrasse quæ vidit in inferno, præsente Christo, quem se melius nosse illo sciebat: & hoc seruabatur veritati increatæ, id est, Christo, qui resurrexit à mortuis: sed non desunt qui his figmentis oblectentur.

Inanis & planè puerilis quorundam fabula cõfutatur de Lazaro, & Christo.

Ex illo verbo, *Bonum opus operata est in me*, habes, bona opera esse, quæ pietas dictat, etiamsi Deus alioqui illa non præcipiat, vt sacrificium Abel, & Noë post diluuium. Deinde errare grauissimè eos, qui dicunt, bona esse opera tãtum, quibus proximis inseruitur. Sed isti prædicant dilectionem proximi; Dei verò dilectionem volunt abolitam. Ad hæc colligimus, nullum benè agentem sua priuãdum, vel fraudandum laude.

Quæ sint bona opera. *Gen. 4. infrà 8.*

In eos qui dicunt, Bona esse opera tãtum, quibus proximis inseruitur.

Circa illud verò, *Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriã eius*, aduerte hunc esse sensum: Hęc mulier, cui vos obstrepitis, & quam obiurgatis, laudabitur in vniuerso mũdo de hoc pio opere. Quibus verbis planè indicauit, hoc Euangelium in vniuersum mundum peruenturum. Quòd autem hoc dixerit de Maria dicta Magdalenę, & sorore Marthę, indicat historia sepulturæ, & resurrectionis. Hic enim dicitur præuenisse vnctionem, quam mortuo exhibere caussa sepulturæ non posset cùm vellet. Inter mulieres autem quæ Dominum vngere mortuum cupiuerũt, sed ob acceleratam resurrectionem

Piæ mulieris præmium Christũ vngentis.

Eam Mariã fuisse Magdalenam, vnde colligi possit.

Luc. vlt.

nem non potuerunt, prima, & præcipua ab omnibus Euangelistis ponitur Maria Magdalena, nulla alia de caussa, quàm vt significarent, impletum in ea fuisse, quod hic Dominus prædixit. Si enim Maria soror Marthæ alia fuisset à Magdalena, de illa in primis & maximè conueniebat commemorare, quomodo Dominum mortuum vngere cum cuperet, non potuerit, quo veritas huius prædictionis manifesta redderetur. Et sicut Maria adepta est gloriam toto orbe, quocunque sancta Ecclesia diffusa est, propter obsequium fidei & charitatis deuotè Christo impensum: ita ille qui murmurauit, nota perfidiæ, & impietatis longè lateque erit diffamatus, per vniuersum orbem. Laudauit ergo Dominus mulierem, tum ne retrocederet, tum vt excitet gloria præsenti vt tendat ad interiora: siquidem in memoria æterna erit iustus.

Iudæ pœna de illa murmurantis. *Prou. 10.*

Obijcit Euthymius in Matthæum, dicens; *Quomodo nihil mulieri spirituale promisit, sed perpetuam duntaxat memoriam? & respondens, ait: Et hoc sanè, vt illius quoq; fiduciam haberet, dedit: nam si bonum illius fuisse opus testatus est; manifestum est quod etiam rependet pro ipso mercedem.* Hæc ille. Præterea discimus, diuorum sortia, piaq; & sancta opera, prædicatione veritatis celebranda atq; laudanda, & ad imitationé filiorú Ecclesiæ in concione proponenda, vt Christus fecit, publicè commendando hoc factum Mariæ; sicut celebrauit viduam mittentem duo æra minuta in Gazophylacium. Laudauit etiam Chananæam fidelem, peccatrice pœnitentem, & Centurionem, atque alios multos, ne nos dedignemur pro concione Sanctorum gesta adferre, & illa commendata, ad imitandum proponere. Porrò ex illo verbo; *Pauperes semper habebitis vobiscum.* Habemus, Christum pauperes commendatos esse voluisse Apostolis, & in eis prælatis omnibus eorum successoribus: præscius enim erat reddituum Ecclesiasticorum ac prouentuum, quibus Episcopi abundant, qui patres pauperum dicuntur, & domus eorum, domus pauperum esse debere. Et dum ait, *Me autem non semper habebitis:* intellige, quemadmodú habetis pauperes, quibus beneficia corporalia præstare potestis: sed me visibilem, & qui possum tangi, & vngi, & recipere vnctionem, non habebitis. Corpus igitur Christi in Sacramẽto ita est, vt sub visum aut sensum vllum non cadat, aut vt passioni sit obnoxium. Nec valet consequentia: Rex non sedet coronatus in mensa, ergo non sedet in mensa: ita non valet argumentum; Non est in Sacramento ita vt videatur, ergo simpliciter non est

Tertiũ eiusdẽ documentum de pauperum cura, ac solicitudine habenda.

Quæ ratione Apostoli nõ semper Christum erãt habituri. Et quomodo eius corpus sit in Eucharistiæ Sacramento.

in Sacramento: quia est mala consequentia ab inferiori ad superius negatiuè. In eo verò quod dixit, *Præuenit vngere corpus meum in sepulturam,* ostendit, honestas funeris consuetudines reprobandas non esse; ita vt non honestius illa in pauperes effundatur, quàm in funere consumantur. Et agnouit quòd cùm mortuus de Cruce deponendus esset, non aderunt hæc parata mulieribus obsequia, nec sua perturbatis. Sabbato, cùm in sepulchro occlusus esset, propter diem festum venire nõ poterant: die verò sequenti, etsi venissent ad vngendum paratæ, non erant eum inter mortuos inuenturæ, sed viuentem, & vnctione minimè indigentem. Postremò vt de mysterio vnctionis huius aliquid dicamus, in quanis anima fideli atque Deo obedienti fit Christo cœna comedenti corda per obedientiam oblata. Et in hac cœna primò debet adesse Christus, qui per fidem edit nos; deinde Martha, id est, actio circa proximum corpore aut spiritu iuuans; tertiò Lazarus, id est, pœnitens, quia enim semper peccamus, oportet semper ad pœnitentiam, & peccatorum detestationem accurrere: *In multis enim offendimus omnes.* Talis verò pœnitens ne deficiat in via, sagittatur à Iesu. Quartò debet adesse Maria, id est, contemplatio: nam vt iustus ex fide vivit, ita etiam nutritur & augetur. Maria ergo debet vngere Iesum vnguẽto deuotionis ex nardo humilitatis confectæ, de qua dicitur: *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus.* Debet esse pisticum vnguentum, siue fidele, quod muscæ semper morientes, id est, dæmones, corrumpere non valeant: pisticum etiam, ab intentione sinistri, vel laudis, vel commodi temporalis seruans, iuxta illud; *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.* Debet esse libra, siue alabastrum, quia vnusquisque, iuxta mensuram donationis Christi, religiosus ac pius esse debet: & quodlibet opus charitatis debet esse iusto pondere charitatis ornatum: charitas namq; pondus est omnium virtutum, & omnium operum. Continet autem libra duodecim vncias, scilicet vel articulorum fidei, vel præceptorum decalogi, & duorum charitatis. Debet porrò frangi alabastrum duri cordis, per contritionem, aut per commiserationem, quam Christo debemus. Fundendum est vnguentũ primò in pedes, deinde in caput, ac postremò in totũ corpus. Pedes quidem, humanitatẽ Christi repræsentant: quæ diligenter meditanda est, quia inde omnis nostra morum institutio procedit, quia ipse est pactum, in quo scriptum

est

Quòd mulierem Dominus ait præuenisse vngere corpus suum in sepulturã in eo quid insinuauerit.

Ioan. 19. Matt. 26.

Vnctionis Christi huius mysterium explicatur.

Luc. 3.

Rom. 1.

Luc. 17. Eccle. 38.

Matth. 6.

Pondus omnium virtutũ, & omnium operũ quod sit.

Exod. 20. & seq.

Pedes Christi, & caput quid mystice.

est quid agere debeamus: vnde articuli humanitatis Christi, qui proponuntur. Per pedes verò, id est, per humanitatem, par est ascendere ad caput Diuinitatis vngẽdum; cogitando Diuinæ bonitatis consilium, & sapientiam, qua CHRISTVM suum incarnari, & nec pro nobis tradi voluit: meditanda eius immensa misericordia, potestas & charitas, ac summa perfectio, quas res in hoc opere insinuare voluit. Postremò vngendum est corpus, id est, beati omnes, eos meditando, & inuocando: & viatores omnes, eos diligendo, & prece, & subsidio iuuando. Dum autem Dominum vngimus, non desunt muscæ, id est, immundi & ambitiosi dæmones semper morientes: qui viuis capillis, id est, cogitationibus deuotione vnctis abigendi sunt, & eorum stercora abstergenda. Deinde non desunt interni amici impedientes: Lazarus quidem, dum semper redit ad fœtorem peccatorum considerandum; quod impedimento esse solet his, qui in via Dei progrediuntur, quia non semper sunt in principio, in quo iustus est accusator sui. Deinde Martha, id est, solicitudo actionis, & cura seculi, quæ aliquo modo impedit. Et beata est domus, in qua Martha conqueritur de Maria, quia iniuria passim conqueritur, & pauci sunt, imò vix in multis est solus Lazarus: in nobis verò Martha de Maria conqueri deberet.

Corp⁹ Christi quodnam illud. secundum spiritũ.

Prou. 18.

Dęmõ qualis Iudas nosset.

Tertiò insurgit Iudas externus hostis; suadet vt tempus dandum orationi & contemplationi, expendatur in alia mundi occupatione. Sed ex inuidia vel auaritia ita consulit: quis enim potest reprehendere orationem, aut sũorum meditationem peccatorum? Sed tacet: quia vt tua conscientia tibi testatur, bonũ opus operaris, suauiter sepeliens Christum in te ipso, & ob id melius agẽs: quia tota domus, imò etiam Martha, quin etiam Iudas sentit bonum odorẽ, & nullum errorem.

Sequitur apud Ioannem: *Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderent quem suscitauit à mortuis.* Hæc ex Ioanne coniungenda sunt præcedentibus. Ex quibus primùm habes, aduentum Iesu in Bethaniam cognitum fuisse Iudæis; atque ob eam caussam ad eum, & ad Lazarum, quem suscitauerat, intuendum, Bethaniam se contulisse, vt inde postea maiori cum pompa, & turbarum comitatu Ierosolymam ingrederetur. Et omnes à corporis morte suscitatos desiderat mundus plus videre, quàm excitatos à peccato, quod maius est: & nos semper in auditu verbi Dei,

Cur venerit Christus Bethaniã prius quàm in Ierusalem.

vel ingressu in templum, plerunque magis ad circumstantias, quàm ad ipsum Iesum attendimus.

Illud pulchrum, quod subditur: *Cogitauerũt autem Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent,* sine, vt Græca vox, ἵνα καὶ habet. *Consultauerũt:* vt intelligas, aliud conciliũ hoc esse ab illo, quo de morte Christi tractarũt: & vnde magis fidei occasionem captare deberent, inde arripiunt ansam occidendi: quasi porentiores sint ad occidendum, quàm Christus ad viuificandum. Nullum enim fuit miraculum maius suscitatione Lazari: vt docet Chrysostomus. Deinde, vt quidam vir sanctus non absque ratione meditatur, cogitabant siue consultabant, quo modo eũ veneno secretè interficerent, vt crederetur phantasticè, & in speciem suscitatus, non verè. Ad hæc cogita, proprium esse suscitatorum, alios trahere ad Christum, vt Lazarus faciebat, iuxta illud: *Docebo iniquos vias tuas; & impij ad te conuertentur:* mundi verò, & eorũ, qui illi nærent, est, persequi illuminatos & suscitatos à Christo: tum eliciendo eos extra se, tum occidendo occultè, vel odio: quia *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est,* vel lingua detrahente, vel etiã manu rectè porrigendo venenum, vel etiã apertè & manifestè in Sanctos Dei conspirãdo, & illis insidias ad necem tendẽdo. Et cæcũ quidem, qa fortiter patrocinatus fuerat gloriæ Christi apud eos, eiecerant è Synagoga: nunc eò peruenit eorum superbia & inuidia, vt Lazarum, à quo nullo dicto vel facto fuerant vnquã prouocati, & in quẽ ne fingere quidem quicquam poterant, voluerint occidere. Diligenter igitur nobis à mundo caueamus, eius minas, terriculamenta q; fortiter contemnamus, & nihil magis gloriosum ducamus, quàm pro virtute amplectẽda decertare, & sanguinem fundere; ad illustrandam gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto, omne bonum creaturæ fertur acceptum, in perpetuum. Amen.

Iacob. 4. Prou. 9. & seq.

Cur fugere mũdum debeamus.

TRACTATVS XXXI.

Trac. 76.

In illa verba: *Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens, Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis,* & reliqua. Et habentur Luc. 19.

Geminus Christi affe-

BREVIS est hæc historia, nec admodum difficilis, ac proinde breui expe-

dienda:

ctus erga Ierosolymitas.

dienda: atque in ea Christus duos finis, singulares affectus colledit ad vitam Christianam conlendam necessarios: alterum, pietatis & commiserationis excutientis lacrymas viuas cordis, alterum zeli & magnanimitatis de templi Dominici violatoribus pœnas sumentis, & ita se, verum Deum, & verum hominem comprobantis. Et aptè inter Euangelistas hæc historia fletus Dominici contigit enarranda soli Lucæ. Nam ille Christum Sacerdotè describit, qui seipsum in sacrificium pro nobis obtulit. Sacerdotis autem est peccata populi lugere, & lacrymis suis Deum placatū reddere populo, iuxta illud: *Inter vestibulum & altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicēt; Parce, Domine, parce populo tuo.*

Hæc Domini fletus historiā cur Lucas solus descripserit.

Ioel 2. Sacerdotis munus quod.

Ait igitur rextus: *Et vt appropinquauit.* Hic loquitur de solenni ingressu in die Palmarum Ierosolymam: nam in medio illius triumphi has lacrymas patriæ suæ dedit. Nam ex monte Oliuarum, vnde spectari poterat ciuitas, attollens oculos Dominus Iesus, & quæ vētura erant illi, Spiritu prophetico prænoscens, in lacrymas prorupit. Erat autem Ierosolyma ciuibus potēs, munitionibus firma, Dei cultu clara, abundans opibus, secura pace, sed obstinata in malo. Erat ciuitas Regia, quia in ea Reges Iudæ regnabant. Erat Sacerdotalis, propter templum. Erat Prophetalis, ad quam erudiendam, & corrigendam, Prophetæ destinabantur. Nunc autem ad eam verus eius Rex summus, & Pontifex magnus, & Propheta veniebat. Ac quemadmodum regnum peculiariter ostendit in Resurrectione cùm dixit; *Data est mihi omnis potestas, in cœlo & in terra:* & Pōtificatum, quādo per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo; ita Prophetiā, per totam vitam Ecclesiam prædicarionibus suis illustrādo, corda hominum videndo, & futura prænuntiando. Sed hoc die peculiari ratione hæc tria simul ostēdit. Nam rediens in ciuitatem, acclamatus est à pueris Rex Israēl: & ingressus templum, atque illud purgans, ostendit Pōtificatum suum. denique vt Propheta, prædixit eius excidium, & ruinam; vt hoc Euangelium apertè testatur.

Christ⁹ quādo fleuerit super Ierusalē.

Vrbs Ierosolymæ splendor, ac magnificentia. Eadem, Regia ciuitas. Sacerdotalis & Prophetalis cur dicta. *Luc.7.*

Christ⁹ qualis Rex, Sacerdos idem & Propheta. *Psal.1. Matth.vlt. Hebr.9.*

Videns igitur Dominus ciuitatem nomini suo non respondere (vt esset in ea visio pacis per fidem) oblatam pacem à Messia non acceptando, sed fallam, & carnalem dæmonis pacem, quæ Christo bellum indicit, ac potiùs imitari Sodomam, & AEgyptum (iuxta illud Apocalypsis: *Corpora eorum* (scilicet Henoch, & Heliæ) *iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Aegyptus, vbi & Dominus eorū crucifixus est*) meritò in lacrymas solutus est.

Ierusalem quid sonet.

Apoc.11.

Fleuit super illam. Ne existimares Christum ex timore futuræ suæ mortis profudisse tot lacrymas, vt qui sciebat quę se manerent tormenta apud Ierosolymam; explicauit Euangelista causam fletus. Deflet enim non suam passionem, sed illorum interitum; Christus enim non minùs hunc, quàm illam præsciebat, vt sequentia verba testantur. Ita aliàs ipse dixit: *Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.*

Super illam Christus cur fleuerit. Quid fleuerit. *Luc.23.*

Quoniam autem fletus ad mulierculas & pueros magis quàm ad viros fortes, & magnanimos principes spectat; videri posset sine ratione, & eximbecillitate quadam animi hic fletus expressus in Domino Iesu: maximè cùm lacrymæ ex tristitia, & sensu præsentis mali ortū habere soleant: & multò minus Christum decebāt in ipso die sui triumphi, & gloriæ, cùm turbæ suas laudes occinerent, atque prædicarent. Mirum est, inquam, vt paucis multa complectar, quod vir sapiens, iustus, atq; constans, & in quem nulla cadit animi perturbatio, non solitarius, sed coram omnibus, non solùm tragicis conceptis verbis, sed etiam lacrymis viuis suum testatus sit internū dolorem. Deinde admirabile est, quòd in die gloriæ & triumphi tot lacrymas profuderit propter alios, nec præsens lætitia absorbere potuerit tristitiam ex alienis infirmitatibus conceptam. Illud rarum, & memorabile, quod cùm non ignoraret Dominus Iesus, ignominiosam cædem sibi esse paratā, magis tamē eum aliena calamitas, quàm propria cruciaret: maximè cùm hęc imminerer, nimirum post quinq; dies, illa verò lōgè distaret, id est, post quadraginta duos annos. Ad hæc, quo magis agnoscatur tanti fletus mysterium, Iudæorum interitum iustè à Deo infligendum deplorat, se verò non nisi iniustè, & summa cum iniquitate in Crucem agendum non deflet. Prætereà exaggeratione dignum est, quòd propter perspectum aliorum penè malum, & iusto Dei iudicio euenturum, non ob aliam causam, quàm quòd in se iniurij, & contumelioſi futuri erant, in lacrymas prorumpat. Nam si alijs de causis malum illud incurrerent, non esset hæc deploratio tanta digna admiratione. Postremò peccatum necdum ab illis perpetratum, etsi designatum gemitu prosequitur: nam tunc non est adeò difficile peccantes commiserari, atque adeò eis ignoscere. At heroicum est, & planè diuinum, scelus contra se in futurum perpetrandum piè deplorare: hoc enim omnem humanæ

Ad quos spectet flere potissimum.

Lacrymę vnde fere proficiscantur; ac quib⁹ de causis minimè Christo conuenire videri potuerint. Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta atque postrema.

Heroicum, ac planè diuinum opus Christi quod

humanę commiserationis rationem longè superare videtur.

Cùm in fortem, & constantem virum nulla cadat animi perturbatio, cur Christus cohibere se tamen à lacrymis non potuerit. *Ioan.11.*

Sed profectò hæc non obstiterunt, quo minùs pietatis hunc affectum erga Ierosolymam ostenderet: nam verus homo, non lapideus, aut Stoicus, erat Dominus Iesus. Nulla re magis amor indicatur, quā lacrymis; vnde cùm Iudæi vidissent Dominum deflentem Lazari mortem, dixerunt: *Ecce quomodo amabat eū.* Est igitur hominis fortis, & amantis, aduersam amici deplorare fortunam, illiusq; vicem commiserari, secundùm illud: *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flētibus.* Cæterùm lacrymæ Christo inuito non erumpebāt, nec aliqua perturbatione præoccupatus illas fundebat: quia illius imperio suberant omnes affectus; & propterea non nisi sciens ac volens dabat lacrymas, vt internū animi sui dolorem, & amorē exteriùs testaretur, qui adeò magnus erat, vt lacrymas excuteret. Deinde docere voluit, rem dignam magno fletu esse peccata: quæ in diuinam Maiestatē fiunt, & in ruinam animarum & corporum terminantur. Nec enim probabile est, vrbis casum, aut domorum euersionem defleuisse: hæc enim potiùs risu, quàm fletu digna sunt. Peccatum verò (quod à diuina bonitate est defectio, & cum capitalissimo eius hoste conspiratio, sempiternis gehennæ flammis vlciscendum) viuis lacrymis est prosequendum. Et vt medicus videns vim morbi adeò infestare filium ægrotantem, vt nulla sit reliqua spes, à lacrymis se continere non valet: ita Christus sapientissimus animarum medicus videns filiam Ierusalem ad mortem sine vlla spe laborare, fleuit super illam non se deflentem, vel securè dormientem cum Iona, dum nauicula graui quateretur tempestate. Nec mirum quòd fleuerit pro ea, pro qua sanguinem suum totum paulò post fusurus erat. Tertiò fleuit, dum alij cantarent; vt intelligamus gaudium, & cantum æternæ vitæ suo fletu esse nobis comparatum. Propterea, dum ipse fleret, alij gestabāt palmas in manibus: eius enim dolor, & fletus nobis peperit de hostibus nobis victoriam. Quartò, plorauit in mediis honoribus sibi exhibitis, vt ostendat se hominum laudibus nō delectari, sed salutem animarum meditari: ad hæc non esse fidendum fauoribus hominum, quia plerunque qui nunc laudant, posteà ad crucem adigunt, vt isti cum Domino fecerunt. Quintò, docet Prælatos suo exemplo, vt pro populo sibi commisso, & peccata multiplicante, neque ad meliorem frugem suis exhortationibus reuertente, lacrymas seriò fundāt, ac Dominū deprecentur pro eius salute, vt sic saltem reddat inexcusabilē, & dicere possit; *Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & nō feci?* Et fortassis illi aliquando dicetur quod Ambrosius Monicæ de Augustino filio dixit; *Fieri non potest, vt filius istarum lacrymarum pereat.* Sextò fleuit, vt nos afflictis condoleamus, etiamsi iustè diuina in eos vindicta cecidерit; & vt se Iudaicæ ruinæ causam non esse testetur, vt qui in eorum salutem venerit. *Perditio* (inquit Oseas) *tua Israel: tantummodò in me auxilium tuum.* Prænouit impiorum peccata, & ruinam quam promerentur, qui tamen non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Postremò quater tantùm fleuisse Dominum legimus; nēpè modò, & cùm suscitauit Lazarum, & quando in Cruce cum clamore valido & lacrymis iuxta Apostolum, exauditus est pro sua reuerentia: & cùm natus primā vocem similem omnibus emisit plorans, de qua canit Ecclesia:

Esa.5.

Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia:

Augustl.lib.3. confess.c.12. tom.1.initio. Sexta ratio.

Ezech.33.et 18 Septima. Quoties tantum fleuisse legitur Christus.

Ioan.11. Hebr.5. Sapient.7. Gen.2.

Quæ quidem sunt quatuor flumina de paradiso cordis Christi procedentia, vniuersam Ecclesiæ terram irrigantia, eamque à sordibus peccati abluentia, denique eam refrigerantia contra ardorem innatæ concupiscētiæ. Lacrymas igitur Iesu magnificiamus, atq; eas nostris coniungamus, quo vberiorem in nobis fructum edere valeāt.

Christi lacrymæ quales; cur nostris cōiungendę.

¶ *Dicens, Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi.* Hic expendenda primùm litera, deinde sensus. Nam in primis verbū Cognouisses, Græcè est γνῶς, id est, si scires, vel cognosceres, vt semper citat Hieronymus: cùm enim sit Aoristus, vtroque modo verti potuit. Ad hæc coniunctio, *Si*, vel referēda est ad Optandi modum, & ὅτι (id est, quia, vel quòd) particula vt superflua, & otiosa ex phrasi Hebræa ponitur, & præmittitur sententia, quæ ab aliquo recitatur esse dicta. Et nulla erit Eclipsis figura. O vtinam cognouisses; quemadmodum & in alio loco; *Si occideris Deus peccatores,* id est, vtinam occideres. Et ita videtur intelligere Theophylactus, & Hieronymus in cap. 2. Michæę; & in Isaiæ cap. 5. initio sic citat; *Si scires & tu quæ ad pacem sunt tibi: quoniam venient dies super te, & circumdabunt tibi inimici tui munitiones.* Sic etiam citat in cap. 29. & 59. & omittit semper illud; *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Si autem, *Si*, referatur ad subiunctium modum; locutio est defectiua, siue ecliptica Christi flentis: nam homines, vel irati, vel affectu aliquo perturbati truncatis verbis vtuntur sæpè: & aliquid necessario

Quomodo accipiendum illud ad literam; Quia si cognouisses & tu.

Hebraismus.

Psal.138.

Theophyl. Hieron.to.6. Idem tom.5.

Altera acceptio.

Hominis perturbati proprium.

rió est supplẽdum, quo eorum oratio constare possit. Vt cum Poëta ait: *Quos ego:* & Comicus, *Quæ me? quæ illam? quæ non?* quibus necessariò aliquid est adiiciendum. Ita hoc loco aliqd erit supplẽdum, vt oratio Christi constet; nimirum: *Si cognouisses & tu,* quę quæ ego, & patres tui nouimus, scilicet quę tibi imminent mala, fleuisses vtique; vel, vitam tuam emendares; vel vt Euthymius subdit, nequaquàm perires. Et Hesychius ad Augustinum supplet, *Forsitan permansisses*; vel, me Prophetam magnum, & Messiam ad te missum gaudens susciperes; vel, acerbissima mala, quæ tibi imminent, declinares; denique, summa bona tibi comparares.

Virgil. lib. Aeneid. initio. Terentius. Quid supplẽdum in proposita sententia secũdum Patres. *Euthym. c. 68. in Lucam. Hesych. August. epist. 69 tom. 2. operũ eiusdem.*

Qui legunt, *Et tu,* punctum apponunt priori clausulæ, *Si cognouisses,* (ij sunt, B. Gregorius, & Lyranus) & supplent (*enim*) scilicet fleres. Putat etiam relatiuum (*quæ ad pacem tibi*) Nicolaus de Lyra, non posse referri ad diem; quæ præcedit: quia Græcè habetur in plurali numero, τὰ πρὸς εἰρήνην σοῖ, id est, ea, quæ ad pacem tuam sunt, vel pertinent. Alij tamen, quorum lectio fortassis melior est, sine pũcto legunt: Si cognouisses & tu, vt ego cognosco hunc diem, quo tibi pax, & peccatorum reconciliatio gratuita offertur, dedisses vtique operam agnoscere, & pura fide suscipere Regem tuũ Messiam. Vel: Si cognouisses peculiariter in hac die tua, quam tibi festiuam facis, & in qua, vt ab omni malo secura exultas, ea mala, quę tuam consecutura sunt pacem, & securitatem, quam tibi tantoperè promittis: & supplendum, forsitan lugeres peccata tua, & miseriam, ac mihi Messiæ tuo fidem haberes: si fructuosè nũc cognosceres, quæ posteà, velis nolis, sine fructu cognoscere cogeris, vel in die ipsa excidij vrbis tuæ, vel saltem in die iudicij.

An legendũ: Si cognouisses & tu, an verò; Si cognouisses, & tu enim, &c. *B. Grego. hom. 39. in Euangel. tom. 2. Lyran.*

Idcircò subdit: *Nunc autem absconditа sunt ab oculis tuis.* Vitio tamen tuo, & peccato, quæ meis sunt aperta oculis, scilicet quòd venient dies, nõ tui ampliùs, sed Dei. *Et circumdabunt te inimici tui vallo, &c.* Melior autem est hæc lectio, quia vnum tantùm supplet in fine, in priori verò lectione multa sunt supplenda. Nam cùm ait, *Si cognouisses,* supplendum: Mala tua, quæ ego cognosco. Et cùm ait, *Et tu,* subintellige, scilicet fleres. Et in sequentibus: *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi,* supple, scilicet cognosceres.

Quid rursus: Si cognouisses & tu, & quidẽ in hac die tua, & reliq.

Iam litera cõstituta, ad sensum propiùs accedamus. Ait ergo: *Si cognouisses & tu.* Quæ diceris Ierusalem, & profiteris sapientiam mundi. Loquitur enim maioribus Ierusalem, quia populus cum ramis, vestibus, & vocibus ei occurrerat. Et tu ergo si cognouisses quę ego agnosco, & Angeli, & Patres, imò & dæmones ipsi, & magna pars cognouerat Messiam suum. Omnes enim non malè affecti, vt ait Irenæus, ob fortissimum Dei tractum, & Angelorum suasiones, miracula stupenda, & eminentem doctrinam facilè Christum agnoscere potuerunt, vt mirum sit, Iudæos in tanta luce excæcatos fuisse; ac meritò Christus dicere potuerit: *Si cognouisses & tu.* Vt si Pontifex Romanus, aut Legatus de latere, vellet alicui ciuitati benedicere, & omnes in ea maiores contemnerent, & se subducerent, ac tantùm pauperes & inopes illi suscipiendæ assisterent, dicere posset: *Quia si cognouisses & tu.*

Ierusalem vana pax, & securitas.

B. Iren. lib. 2. aduersus Valentin. c. 34.

Ierusalẽ quare nõ cognouerit quæ ad tempus etãt sibi.

Qui tantùm ex Iudæis Christo adhæserint, teste Irenæo.

Et quidem in hac die tua. Id est, tibi oblata singulari gratia, vt occurras Regi tuo, & impetres veniam peccatorum, & quę nunc est tua dies, mox erit dies Domini. *Venit enim nox, quando nemo potest operari,* neque Christo occurrere, neque gratiam impetrare. ¶ *Quæ ad pacem tibi.* Verbum hoc referri potest ad veram, & solidam pacem Messiæ cũ synagoga, de qua prædixit Dauid; *Rogate quæ ad pacẽ sunt Ierusalem:* vel ad falsam, & carnalem peccati pacem, quam sibi promittebant Iudæi, Christo abiecto, & reprobato. Atque hunc sensum magis probat lectio Græca, quæ habet τὰ πρὸς τὴν εἰρήνην σοῦ, id est, quæ secutura sunt ad pacem, & securitatem, quam tibi promittis: quæ flagella si cognouisses, vtique resipuisses, & peccato, paciq; eius bellum indixisses.

Maiores Iudæorũ repellẽtes Messiã, quemadmodum egisse videantur. Dies Ierusalem quænã illa, quã minimè cognouit. *Ioan. 9.* Duplex pax Ierusalem.

Psal. 121.

Nunc autem absconditа sunt ab oculis tuis. Non quidem ob vllum meum defectum, sed ob peccata tua, quæ lumini ostium claudis, & diligis magis tenebras, quàm lucem. Et loquitur maioribus: nam minores, qui cantabant: *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini,* per Spiritum nouerant suum Messiam. Vnde dictum est, *absconditа sunt ab oculis tuis*; id est, maiorum, siue procerum, qui sunt oculi aliorum. His autem etsi dicantur abscondita; non repugnat, quòd alibi dicantur scire, iuxta illud: *Nunc autem & viderunt, & me, & Patrem meum*; Et, *Hic est hæres, venite, occidamus eum:* quia apud sapientes paria sunt scire, & scire debere ea, quæ aliòqui quisque suo vitio ignorat.

Ierusalem demerita. *Ioan. 3.* *Luc. 19.* Iudæorum primates idem quomodo & ignorauerint, & nõ ignorauerint Christum esse Messiam. *Infrà 15. Matth. 21.* Scire, & scire debere, quæ alioqui suo vitio quisq; ignorat, apud quos idẽ sunt.

Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo. Redditur à Domino causa fui cum fletu desiderij: ideo ait, quia venient. Hæc sunt illa, quæ erant abscondita maioribus Iudæorum. *Venient,* inquit, *dies,* non ampliùs tui, sed Dei te tribulantis, & affligentis. Et in plurali ait, *Venient dies:*

quia

Quandiu Ierosolymę vrbis duraturit obsidio.

quia tribus annis cum dimidio durauit obsidio vrbis: & post illos dies æterni supplicium dies in inferno; cùm tamen tempus nostræ prosperitatis breuissimum sit. Ideo dies pacis in singulari significatur. Momentaneum enim est quod delectat: æternum quod cruciat. *In te,* inquit, siue contra te, erunt dies illi belli, in quo hostes tui de te triumphabunt, quia Regem tua bella præliantem repulisti. Et venerunt illi dies post quadraginta duos annos, in quibus Iudæi pœnitentiam agere, & recipere Christum potuerunt. Ideo Christus propheta, vt caueant, vel, si nolint cauere, excusationem non habeant, longè ante illos præmonet, sed præcipuè quo in aliis fidem sibi præstent, ac ne secunda saltem visitatione malorum in iudicio opprimantur, prius pœnitentiam agant. Impleta est autem hæc punitio per Romanos, Iudæos ingratos vastantes: quia Iudæos ita expectatos non pœnituit. De quibus ait. *Et circumdabunt te inimici tui vallo.* Id est: In illis diebus, qui venient Romani, ob excussum à te debitum obedientiæ iugum, hostili animo te persequẽtur, & vallo subinde plus appropinquante circumdabunt. Tribus enim aggeribus obsessa fuit ciuitas Ierosolymæ. Coangustarunt etiam illam vndique, ne quisquam ingredi, vel egredi de ciuitate posset: vnde fame pressi corrigias & calceamenta edebant, & filij parentibus cibum de ore rapiebant, & parentes à filiis, matres infantes edebant suos: & cùm post multos dies ieiunij, & famis aliquid sumerent, & non possent retinere, pro vomitu, perinde ac pro pretioso cibo, alij fame cruciati decerrabant: & in dies intus vigebant latrocinia, pestis, atque dissidia. Lege Iosephi libros sextum, ac septimum de Bello Iudaico; in sexto enim habetur, quomodo Romani aggressi vrbis obsidionem, in circuitu Ierusalem tres aggeres erexerint, ac deinde etiam alios; tertio verò etiam murum vnum in circuitu ab eis triduo extructum. Et ita coangustata est ciuitas, vt nulli introitus, vel exitus pateret. Libro verò septimo narrat, quomodo sit capta ciuitas, & solo æquata, & occisi innumerabiles viri, qui hic dicuntur filij Ierusalem, quorum numerum fuisse tradit ad vndecies centum millia.

Quando venerint dies illi.

Quibus hic Deus administris in Iudęis puniendis vsus sit.

Ierusalẽ quo modo circũdederint inimici eius valło.

Quo modo item Ierosolyma fuerit coangustata vndiqi eiusdem rabiosa fames.

Iosephi Hierosolymitanæ de obsidione testimonium.

Quot millia Iudæorum interierint in obsidione teste Iosepho.

Romani autem non venerunt, vt Christi mortem, & iniuriam vlciscerentur: nihil enim illi tale cogitabant; sicut nec Nabuchodonosor, qui dicitur Dei seruus apud Ieremiam, qui vltus est peccata Iudæorum tempore Sedechiæ, licet ille aliò respiceret, nempè vt seruiret suæ crudelitati. Ita etiam Assur, virga furoris Domini, & baculus in manu eius, vt dicitur apud Esaiam populum Dei puniuit, & posuit illum in conculcationem. Et subdit Propheta: *Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit; sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum.* Ad eum modum Romani contra Iudæos arma sumpserunt, non ob negatum Messiam, sed ob rebellionem, & contumaciam. Qui enim rebellat Deo, rebellis est etiam hominibus: & rursus, qui rebellat superioribus suis, Deo rebellat, iuxta illud; *Qui vos spernit, me spernit.* Neq; satis est, Deo conformari in eo quod ipse vult, nisi etiam in modo volendi conformem te præstes. Deus siquidem mortem Filij sui ex charitate voluit, quam Iudæi ex inuidia, odio, & auaritia intulerunt.

Esai. 10. *Ioan. 19.* *Act. 3.* *Dan. 9.* Rebellis vndęqs hominibꝰ, & Deo. *Luc. 10.* Diuinæ est voluntati satisfaciẽdum quo modo.

Et ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt. Filios Ierosolymæ vocat Iudæos omnes, qui ex diuersis locis illuc ad celebrandum Pascha conuenerant: qui cùm essent innumerabiles, omnes sunt occisi, saltem morte ciuili, id est, captiuitate, sine vlla regni spe, aut Sacerdotij, aut templi.

Filios Ierusalem quos prostrauerint inimici eius.

Obserua hoc loco Diuinam prouidentiam, nec omninò punire secundùm meritum peccata hominũ, quia id fieri nequit, & maximè perturbarentur homines: nec etiam omninò nihil punire, ne quisquam Diuinam prouidentiam tollere audeat: sed sapienter vindictam quandam cum misericordia temperauit, plus respiciens ad medelam peccati futuri, quàm ad satisfactionem præteriti. Hinc leuia sæpiùs punit, & exaggerat, quandoque verò grauia condonat, vt hîc. *Vt veniat,* inquit, *super vos omnis sanguis iustus,* id est, cooperetur extremæ pœnæ excidij ciuitatis, quam merebantur ab eo tempore omnium malorum ad Cain vsque peccata: quibus existentibus, accedente isto, completæ sunt iniquitates Ierusalem. Loquitur enim de punitione Ciuitatis, quæ fit completis iniquitatibus: nam non illi omnes, quibus verba faciebat, viderunt excidium: quòd si illa non præcessissent, expectasset Deus. Quod ait: *Non relinquent in te lapidem super lapidem:* hyperbole, vel exaggeratio tragica est, & significatur perfecta, & omnimoda euersio vrbis, cuius etiam nomen deletum est: nam ab Adriano Imperatore AElia est denominata, alioqui aliquot turres intactas reliquit. Ait enim Iosephus libro de Bello Iudaico. *Postquàm*

Propriũ quid diuinæ prouidentiæ in puniendo.

Matth. 22. Qui illud: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus. *Gen. 4.*

Quomodo accipiẽdum id: Non relinquent in te lapidẽ super lapidem. Ierosolyma, quando Aeliæ nomen accepit.

Ioseph. lib. 7. de bello Iud. c. 18. Reliquiæ vrbis Ierusalē quæ remāserant à Romanis intactæ, & quamobrem, tecta Iosepho.

quos occideret, quidve raperet, non habebat exercitus, quòd iratis animis, omnia deerant (nec enim parcendo, si esset quòd ageret, abstinuisset) iubet eos Cæsar totam funditus tam euertere ciuitatem, ac templum: relictis quidem turribus, quæ præter alias eminebant, Phasselo, & Hippico, & Mariamne: muriq; tanto, quantum ciuitatem ad Occidentem cingebat. Id quidem, vt esset castrum illic custodiæ caussa relinquendis: turres autem, vt posteris indicarent qualem ciuitatem, quamq; munitam Romanorum virtus obtinuisset. Alium verò totum ambitum ciuitatis ita complanauere diruentes, vt qui ad eam accessissent, habitatam aliquando esse vix crederent. Sic ille.

Quænā hæc visitatio fuerit, quam Iudæi nō agnouerunt.

Luc. 1.

Et subiungit caussam: *Eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.* Hoc est, eo quòd patientia Dei abusa es, quòd Seruatorem tuum recipere noluisti. Et loquitur de visitatione Domini ad redimendum, de qua Zacharias: *Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.* Et infrà: *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto:* qua Dominus Iesus instar Sponsi visitauit Sponsam, & instar pastoris oues, & instar medici languidum, & instar iusti Regis subiectos populos. Sed sponsa adultera in sponsum insurrexit: nec oues Israël quæ perierant, voluerunt in ouile intrare, & Regem gloriæ, qui eas redemerat de manu tribulantis, noluerunt regnare super se. Et vt olim Ioseph missus ad visitandum fratres suos, ab eis est missus in cisternam veterem, & venditus Ismaëlitis, vnde posteà dominus Aegypti euasit: ita Dominus Iesvs missus à Patre ad fratres suos visitandos, & prædicatione verbi Dei erudiendos, à Iudæis non est agnitus, sed vt ignotus malè tractatus est, & à Iuda vendente redemptus, & in cisternam veterem sepulchri proiectus: sed inde singulari miraculo suscitatus, & mundi dominus effectus est.

Matth. 10. *Infrà 15.*

Luc. 19. Ioseph patriarcha, quā elegans Christi typus. *Gen 37.* *Infrà 41.*

Matth. 26.

Infrà 27.

Infrà 28.

Iudæi cur nō cognouerint tempus visitationis suæ. *Esa. 1.*

Ierem. 8.

Quò pij & fideles tempore obsidionis se receperint:

Euseb. lib. 3. histor. Eccl. c. 5. tom. 2. *Psal. 59.*

Quod verò ait, *Eò quòd non cognoueris*, idem valet, ac si dixisset, cognoscere noluisti. Hinc per Esaiam conqueritur: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui; Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Et per Ieremiam: *Miluus in cœlo cognouit tempus suum: turtur, & hirundo, & ciconia, custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* Fideles autem, qui erant Ierosolymis, admoniti ab Angelo, ante obsidionem euaserunt, vt Eusebius docet, & transierunt in regnum Regis Agrippæ, qui confœderatus erat Romanis. Et ita *Deus dedit metuentibus se, significationem: vt fugerent à facie arcus.* Et, vt Petrus ait, *Nouit Dominus pios de tentatione eripere*: vt Abraham de Vr Chaldæorum, Lot de Sodomis, tres pueros de camino ignis: & Saul dixit Cinæo: *Abite, recedite, atque discedite ab Amalec; ne fortè inuoluam te cum eo.* Et quando Rex bellum infert alteri, solet oratores suos ab illo subtrahere. Ita Christus Apostolos, si qui erant, saltem Apostolicos viros, & legatos pacis, à Iudæa subtraxit: Iosephus Iudæus ibi natus, interfuit à principio vsque ad finem huic bello, illudque septem voluminibus descripsit. Egesippus etiam (& ipse Iudæus, sed ad Christvm conuersus, quod non fecit Iosephus) quinque libris per Ambrosium in Latinum translatis, hoc bellum digessit (quanquàm hi libri apud eruditos in controuersia sint positi.) Quia improuiso ea die, etiam Paschali, cœpit oppugnari vrbs à Tito, filio Vespasiani: & innumerabilis strages facta est, ita vt penè fidem superare videatur. Vespasiano autem oppugnanti Ierusalem, oblatum est in præmium, Imperium: qui reliquit ibi filium legatum suum Titum, qui bellum absoluit. Et quia Iudæi impij extiterant in Patrem & Filium; ita patri Vespasiano, & filio Tito meritò exterminandi traditi sunt, vt expendit Paulus Orosius. Et in die festo Azymorum tandem capta est ciuitas, in qua Christus occisus est. Durauit autem tribus annis & medio obsidio, sicut tanto tempore Christvs illi prædicauerat salutem, & gratiam, quam contempserat.

1. Pet. 2. *Gen. 15.* *Infrà 19.* *Dan. 3.* *1. Reg. 15.* Reges Regibus quando bellum indicant.

Scriptores belli Iudaici.

Quo die cœperit Ierusalem oppugnari.

A quibus capta fuerit Ierosolyma, & quo diuino consilio.

Paul. Oros. lib. 7. c. 9. Quo die itē capta Ierosolyma: Tēpus obsidionis eiusdem.

Esa. 56. *Matth. 21.* Quid ejectio vendentiū & emētium de templo Dominus significauerit.

Sacerdotum ac pastorum munus quod. Quibus merito comparari valeant.

Marc. 11. *Matth. 21.* Iesus vsque modo quos eiiciat de templo

Quò vēdentes & emētes, & quomodo.

Ecclesiæ: primùm à gratia Dei: deinde ab obedientia, & reuerentia populorum; tertiò per mortem interdum repentinam, ac violentam; postremò per secundam mortem gehennæ, in qua dabunt meritas suæ impietatis, ac negligentiæ pœnas.

Huius Euangelij mysterium explicatur. *Psal. 1.*

Iuxta mysterium, appropinquat Iesus Ierosolymam, quando ipse, qui lux vera est, peccatores visitat, vt in ea luce seipsos videre possint. Sed nisi nos illi appropinquanti per gratiam, appropinquemus per liberum arbitrium, & salutis nostræ sitim, proficiemus nihil, iuxta illud; *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Hinc Ioseph, cū fratres sui eum agnoscerent, dixit ad illos: *Accedite ad me: & cum accessissent, Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum:* quemadmodum etiam peccator Christum vendidit pro vili pretio, aut voluptate momentanea.

Iacob. 4. *Gen. 45.* *Supra 37.* *Act. 7.*

Quàm pulcher animæ peccatricis typus Ierusalē à Christo deflēta.

Est autem Ierosolyma, anima peccatrix, videns hic pacem quandam falsam, habens Regem falsum, nimirùm dæmonem falsas leges ferentem; falsum propheram mundum, cuius dictis per omnia audit; falsum denique Sacerdotem, hoc est, sensum, siue carnem. Et ita falsam pacem colit, de qua ait Salomon: *Sed & in magno viuentes insciliæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.* Vidit hanc ciuitatem Christus; vt doceat nos ipsos ciuitatem animæ nostræ spectare: quia omnia alia præter illam libenter cernimus. Ad quod præstandum, nulla præstantior medicina, quàm ponere lutum super oculos nostros, vt agnoscamus peccata, & vilitatem nostram: nam ex nihilo anima creata est, corpus verò ex luto cōfectum. Tertiò fleuit super illam Christus; docens nos lugere super anima nostra, siue proximi nostri peccante: vt Dominus beatos prædicauerit lugentes: & Paulus: *Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam.* Voluit autem Dominus suis nostras excitari lacrymas: quæ singulari virtute præditæ sunt. Liberant enim à morte infligenda, vt in Ezechia Rege flente. Liberant præterea à morte iam inflicta, vt ostendit filius viduæ lacrymis matris à morte liberatus: edunt fructum bonorum operum; nam Anna lacrymis impetrauit filium Samuelem: restituunt spirituale lumen, vt docet Tobias, qui ob fletum, oculorum visum recepit: amissam quoque benedictionem reddi faciunt à Deo, quam Esau à patre lacrymis impetrare non potuit. Denique vt pueri, fletu ac lacrymis omnia extorquent à parentibus, ita nos à Deo omnia lacrymis obtinemus. Si ergo cognouisses & tu, ô peccator, in hac die tua ad salutem tuam exhibita ea supplicia, & tormenta, quæ peccati dulcedinem, pacemque consequuntur, proculdubiò oculos animi tui aperires, & tuæ æternæ saluti prospiceres, & Saluatorem tuum ac Messiam agnosceres, & agnitum reconciliares, & placatum redderes Dominum nostrum Iesum Christum, cui cum Patre & Spiritu sancto detur omnis honos, gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

Gen. 27. Christi fletus super Ierusalem quorū docear peccata deflenda. *Matth. 5.* *2. Cor. 12.*

Lacrymarū vis quanta.

Esa. 38.

Luc. 7.

1. Reg. 1. et seq. *Tob. 11.*

Gen. 27. *Hebr. 12.*

Peccatori ō cognoscenda sint ad salutem.

TRACTATVS XXXII. *Tract. 77.*

In illa Domini verba: *Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.* Et habetur Matthæi 23.

Aureū Christi documentum de audiēda voce pastorum.

Communis populi error quis.

Vbi, quādo, & quare illa Dominus docuerit. *Matth. 24.*

In Scribas, & Pharisæos inde Christus cur inuehitur.

Luc. 11. et seq.

Tradit Dominus pulchram, & necessariam doctrinam, quam ante oculos semper gestare oporteret, ne videlicet bonam Prælatorum doctrinam ob malam eorum vitam deseramus: neque rursus ob bonam eorum doctrinam, vitia in moribus eorum imitemur: qui error communis est soli populo immundi instar animantis non ruminanti, neq; diuidenti vngulam, nec discernenti inter doctrinam & vitam. Ait igitur, *Tunc.* Quod ad locum attinet, in templo hoc dixit, de quo egrediebatur, quando Apostoli ostenderunt ei lapides, & structuras eius. Si tempus spectes, accidit hoc feria tertia Hebdomadæ sanctæ. Si caussam consideres, hæc dixit, cùm iam alia omnia remedia tentasset, & illi emendati non fuissent; tunc enim in manifestam reprehensionem conuersus est. Cùm enim priùs docuisset, & signis doctrinam confirmasset, & eorum vitia etè sub parabolis redarguisset, sed sine vllo fructu; ideò nunc palam & apertè exponit eorum vitia publicè peccantium. Sed ante reprehensionem Pharisæorum populum instruit, ne Sacerdotum omninò concideret autoritas apud illum. Aliàs etiam in domo priuatim eos increpuerat, teste Luca; nam omnia quæ dicuntur à cap. 21. ad initium 26. die præscripta, scilicet feria tertia contigerunt. Initio quidem cap. 26. ait: *Scitis quia post biduum Pascha fiet*, id est, sub vesperam feriæ quintæ, & hic tunc erat

Quare Christus turbas, ac discipulos sit allocutus.

dies Martis. Locutus est autem ad turbas, & ad discipulos suos. Turbis conuenit audire docentes, vt discant separare pretiosum à vili, obedientiam exhibendo bonis, & indifferentibus præceptis, neq; illa propter opera mala contemnendo: neque rursus propter bona verba à malefactis maiorum allici, aut trahi se sinendo. Ad discipulos verò loquitur, qui futuri erant posteà magistri; vt caueant vitia præsidentium per se ipsos, & sciant turbam docere, vt superioribus, etiam morosis & dyscolis, obediant. Vnde Marcus ait: *Et dicebat eis in doctrina sua:* id est, vtiliter admonuit auditores, vt sibi caueret. Et addidit *sua:* quia Pharisæorum doctrina magnatibus adulabatur. Et licèt apud Lucam restringat hoc dictum ad discipulos suos: melius tamen est, vt dictum sit ad Turbas veteris Testamenti, vt caueant vitia, & errores Scribarum. Vnde August. lib. de verb. Domini: *Habes,* inquit, *Dominum dicentem de Pharisæis, cathedram Moysi sedent. Non eos solos significabat Dominus, quasi verò eos qui crederent in Christum, ad Iudæorum scholas mitteret, vt ibi discerent, quemadmodum iter sit ad regnum cœlorum?* Et infrà: *Dominus docturus Ecclesiam, & habiturus scholam suam præter Iudæos, sicut videmus modò, nunquid credentes in se, ad Iudæos missurus erat, vt discerent? Sed nomine Pharisæorum & Scribarum significauit, quosdam in Ecclesia sua futuros, qui dicerent, & non facerent: se autem figurauerat in persona Moysi.* Idem in exhortatione ad concordiam Ecclesiæ: *Quæ dicunt,* (ait) *facite. (quæ constat de ijs Sacerdotibus dicta esse, qui sedebant in cathedra Moysi.) Quod vsque adeò cœlestis magister cauendum præmonuit; vt etiam de præpositis malis plebem securam faceret, ne propter illos doctrinæ salutaris cathedra deseretur, in qua coguntur etiam mali bona dicere. Neque enim sua sunt quæ dicunt, sed Dei, qui in cathedra vnitatis doctrinam posuit veritatis.* Sic Augustinus. Directè autem intendit admonere turbam; discipulos verò præficiendos Ecclesiis, & curæ animarum, vt caueant vitia & malefacta præsidentium Scribarum, & Pharisæorum. Ideò priori loco proponit obedientiam turbæ; secundò detegit peccata Scribarum, qui mitti debebant, quos præsciebat operâ daturos seducendæ turbæ, vt peterent crucem Christi à Pilato, & vt impedirent prædicationem resurrectionis ex zelo traditionum suarum, ad obscurandũ Euangelium, nullum non lapidem promoturos.

1. Petr. 2.

Marc. 12. Eos cur Christus docebat in doctrina sua, vt ait Marcus.

Luc. 20.

Aug. serm. 49. de verb. Dom. aliquanto ante med. tom. 10.

Idem ep. 166. in fine.

Scribarũ malignitas in Christum.

Luc. 23.

Qua de Moysi potestate per cathedrã significata: iudicandine,

Ait ergo: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi.* Ad literam, Moses cathedram habuit, in qua sedens docebat populum. Cùm autem duplici potestate fungeretur Moyses, nempe iudicandi, & Fidem, & mores docendi: hîc non loquitur Dominus de priori potestate iudicandi, quia hæc data erat septuaginta duobus senioribus, sed de facultate prædicandi, & mores instituendi, de qua in Actis fit sermo. Nam in tribunali sedebant septuaginta seniores vsque ad Christum, & imperabant potiùs, controuersiasque ortas dirimebant, quàm docebant.

an docendi, sit sermo in præsenti.

Act. 13. & infrà 15.

Deinde non loquitur hîc de materiali vlla sede Moysis, sed de facultate docendi, vtilitate magisterij: quæ Moysis dicitur; quia illam prior Moyses accipit. Et vt lex illa vetus fuit vmbra nouæ; ita cathedra illa Moysis, vmbra fuit, & typus cathedræ Petri, siue Christi, qui in Petro, & per Petrum docet; cùm Episcopi & Vicarij vnũ & idem sit tribunal.

Cathedra illa cur Moysis dicatur.

Hebr. 10.

Et cùm dicitur, *Super cathedram,* Græcè est simpliciter, ἐπὶ τῆς μωσέως καθέδρας, id est, in cathedra; ne quis mysterium subesse putet voci, Super. Et potiùs significat sessio illa autoritatem docendi, quàm actum sessionis: quia stans Esdras Scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, legem prælegebat: Christus quoque Dominus stans legit Esaiam: Paulus iussus dicere in Synagoga, surrexit, & stans locutus est ad populum.

Moysi cathedra cuius cathedræ typus fuerit.

Quid Scribarũ & Pharisæorum sessio super cathedram Moysi significet.

2. Esdr. 8. Luc. 4. Act. 13.

Quod dixit, *Sederunt,* de præterito: ad phratim Græcam referendum est, vbi sæpè ἀορίστῳ ponitur pro præsenti: vt cùm alio loco dixit: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum,* pro, diligit; & Ioannes Baptista; *Medius vestrûm stetit,* id est, stat. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui;* significat, in quo mihi acquiesco, & complaceo. Ita frequenter in Euangelio, & Paulo inuenitur verbum præteritum ἤγγικεν, id est, appropinquauit, pro eo quod est, factum est prope, & iam prope est, de præsenti. Et in his omnibus, sicut & in hoc loco, ἀόριστος, per tempus Aoristi pronuntiatur: quòd rectè Aoristus, id est, indefinitum, propterea vocatur.

Hæc phrasis Super cathedram Moysi sedetũr, qualis sit.

Luc. 7. Ioan. 1. Matth. 3. & infrà 17. Supra 3. Infra 4. Infra 10. Infra 26. Luc. 19. Infra 21. Infra 22. Rom. 13.

Aoristos Græcè quid. Scribæ apud Iudæos qui.

Sedentes autem, siue autoritate docendi fungentes, fuerunt Scribæ, & Pharisæi. Scribæ, erant legisperiti, nec est nomen sectæ alicuius; ideò Scriba poterat esse Pharisæus. Laicus etiam præter sortem Leui prædicare poterat apud Iudæos, si scientiam haberet, & potestatem à Principe Synagogæ in Synagoga, vel in templo à Pontifice. Ideò obiecerunt Domino prædicanti in templo Principes Sacerdotum, & Seniores populi; *In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem?*

Matth. 21.

Prædicandi munus apud Iudæos, ad quos spectabat tantummodò.

Scribarum munus.

Quare Christus Iudæorũ hîc Sacerdotes minimè taxauerit.

Matth. 23.

Quid Cyrillo: Super cathedra Moysi sederunt Scribæ, & Phariſæi.

Cyr. Hieros. Catech. 12.

Christ⁹ Moysi cur legem seruauerit.

Scribas & Pharisæos è cathedra docentes, Iudæi cur audire debebant.

Matth. 5.

Quæ non facienda & seruanda illorum præcepta tantummodò.

Infra 15. Infra 23. Supra 16.

Infra vlt.

Quæ seruanda, & quo modo.

Docẽtes grauius qui peccent.

Qui bis peccent Præpositi.

Quæ quidem obiectio locum habuisset, nisi esset habitus Propheta. Quia sine facultate nemo poterat prædicare: & illis non incumbebat ex officio potestas docendi, sed Sacerdotibus tantùm: ex commissione tamen, vel delegatione, Scribis, & Pharisæis competebat, vt hodie religiosis ex delegatione Pontificis, vel tacentibus, & annuẽtibus Episcopis, ad quos ex officio spectat. Et Scribæ ædificabant Fidem, alta, & subtilia legis tractãdo, vt nunc fit à Doctoribus in scholis.

Annotant quidam, Sacerdotes sub nomine Sacerdotum non fuisse reprehensos à Domino, quia non venerat reformare, sed tollere Sacerdotium illud vetus. Suos autẽ discipulos, Scribas, & Pharisæos nouerat permãsuros: ideò superiùs dixit; *Omnis Scriba doctus in regno cœlorum, &c.*

Est ergo sensus: *Super cathedram Moysi sederunt* (vt interpretatur Cyrillus) qui docendi autoritate sunt præditi: quanquam Scribæ, & Pharisæi vobis repugnent. Etsi ego eos reprehendam, volo tamẽ eos à vobis audiri, & in honore haberi, dum locum Moysi tenent, sed moneo vos caueri ab eorum operibus. Lex etenim vsque ad mortem Christi seruanda erat, & Christus ipse eam seruabat, ne exlex, & inimicus Mosis, & odio legis, & amore sui ageret videretur.

Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite. Quia tunc lex illos obligabat, vsq; ad mortem Christi, & plenam Apostolorum prædicationem; ne videretur soluere legem, inuidere principatui, cõfundere vitam cum doctrina; salutare hoc præcepit documentum. Omnia ergo, non contraria videlicet legi Naturæ, aut legi Dei: vt quæ docebant de honore parentum, & iuramento super auro altaris. Omnia etiam, quæ non sunt fermentum Pharisæorũ, à quo admonuit cauendum; vel extra cathedram: vt quòd Christus non esset Messias, vel quòd Christus esset dignus morte, vel quòd non resurrexit à mortuis, & similia. ¶ *Seruate.* Negatiua; *& facite,* affirmatiua. Vel: Seruate, corde; facite, opere; vel: seruate, credenda; facite, agenda. Etli autem prædicans ea, quę perfectionis, & consilij sunt, & non faciens, rem faciat pudore & erubescentia dignam: docens verò necessaria, vel aliis præcipiens, & non faciens, grauiùs peccet, ob statum & scandalum. Superiores tamen, ne dupliciter peccent, debent saltem benè loqui, & benè præcipere, ne exemplo, & verbo simul noceant. Quanquam autem qui dicit, & non facit, credere non videatur, tamen docere debet. Vnde Paulus ad Philippens. gaudet, vbicunque, & à quouis Christum annuntiari, quoniam sic quoq; fructum edere possunt. Debent ergo pastores docere, quia nõ seipsos, vel sua, sed diuina prędicant: ab his nemo dicto, vel exemplo excusatur: & pastor vitiosus potest subditum peccatorem, & corripere, & punire, quia Dei est minister, vt Paulus docet ad Romanos.

Philip. 1.

Illi semper docere cur debeant.

Rom. 13.

Obiicies in hanc Domini sententiam, Iudæos reddi excusabiles, quòd ad suborationẽ Pontificum petierint Christi mortem. Respondeo, excusarione minimè dignos fuisse, quia tunc audiendi Pontifices, quando est dubium aliquod in Fide decidendum, non in manifestis, & apertis malis: vt quòd Christus esset sanctus, & Propheta, quod vita ipsa, & operibus comprobabat: ideò populus nouerat quod non esset dignus morte. At non erant audiendi quando docebant Iesum non esse Messiam vel Christum: quia hæc non de cathedra docebant, & ipse verbo, & signis, & vita se verum Dei filium, & nuntium astruebat. Et hîc loquitur de præceptis hominũ positiuis: nam ait, Alligant onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum. Nõ ergo de credendis, sed de his, quæ fide semel posita venerabiliter sunt agenda, & suscipienda, loquebatur.

Deinde obiicies, multa à nostris doceri, quæ merè positiua sunt, quæ in Euangelio non continentur: vt, ieiunium Quadragesimæ, solutio decimarum, præscripta ratio persoluendi septem horarũ Canonicarum officium, obseruatio dierum festorum, & similia, quæ ad ius positiuum ita spectant, vt nihil eorum contineatur in Euangelio. Respondeo: Canones Ecclesiastici, quos nobis aut Apostoli, aut diuersa Concilia, aut varij Pontifices tradiderunt, non sunt extra cathedram Euangelij, sed inter corpus doctrinæ Euangelicæ continentur: nam decisiones sunt in particulari eorum, quæ in genere in Euangelio continentur. Vnde hanc potestatem agnouit Apostolus, cùm dixit: *State, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.*

Quæ in Euãgelio præcepta non habẽtur, an sint obseruanda.

1. Thess. 2.

Secundum opera verò eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt. Audienda ergo est doctrina, declinanda vita; colligite rosas relictis spinis; legite granum purum, vt columbæ, omissa palea; & vt apes argumentosæ ex floribus mel sumite, quæ amara sũt prætermittite; & veluti illi qui in aurifodinam incidunt, terra contempta, aurum reseruate. Dicendoque, *Nolite facere,* etiam voluntatem similia agendi prohibet. Gran

Præpositorũ doctrinã audientes, declinãtes vitam, quibus illi similes videantur.

Dicere, & nō facere, quàm turpe. *Ecclī. 34.*

Quid faciant huiusmodi Doctores.

de autem vitium est dicere, & non facere: Etenim vnus ædificans, & vnus destruens: quid prodest illi nisi labor? Illud præstant, qui verbo ædificant, quod vita destruunt, & inde vires non habent, quæ à malis ministris dicūtur, quia volunt, folio vitis, hoc est, solo verborum sonitu magnum vulnus infligere, nec satis est tota vis Demosthenis, vel ingens illa, & copiosa Ciceronis oratoriæ artis supellex ad persuadendum, si contrariū eius quod oratio persuadet, vita præstet. Hinc Melanthius quidam eleganti oratione Græcos inter se dissidentes, ad pacem, & concordiam adhortari volens, risu, & cachinnis exceptus est; quod domi pacem cum vxore & ancilla non haberet. Vbi verò adest bona vita, non potest non adesse Spiritus sancti eloquentia, & vis quædam tacita persuadendi. Augustus Cæsar cùm contra legem à se latam de adulteris per iræ impotentiam irruisset in adolescentem delatum, quòd cum Iulia ipsius filia rem habuisset, adolescente exclamante: Legem tulisti, ô Cæsar, legem serua, adeò doluit, vt eo die cœnam capere recusârit, de se ipso pœnas sumens, quòd legi, quam aliis prodiderat, non per omnia paruisset. Pudere ergo maximè debet eos, qui inter Christianos aliis præcipiunt, quæ ipsi præstare negligūt: *Turpe est* (enim) *Doctori, cùm culpa redarguit ipsum.* Hinc in consecratione Sacerdotum scriptum legimus: *Qui quod legerint, intelligant: quod intellexerint, credant: quod crediderint, doceant: quòd quæ docent, imitentur: vt scientes ad quod instituti sunt, id præstare studeant.* Hæcibi. Qui verò docent, & non faciunt, similes sunt fabricatoribus arcæ Noë, in qua, ipsis pereuntibus, reliqui salui facti sunt: aut æri sonanti, & cymbalo tinnienti, quod dum alios ad ingrediendū in templum excitat, ipsum tamen intrat nunquam: aut aquæ, quæ cum alios lauat, ipsa contaminatur: aut candelæ, quæ, dum alios illuminat, seipsam consumit: denique isti lucernam verbi Dei ante se ferunt, vt suas sordes, atque verenda aliis ostentent, & literas propriæ mortis, atque condemnationis, sicut Vrias portant. Qua in re & sibi ipsis nocent, nec proximis adiumento sunt: nam cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur. Est autem hoc Dei iudicium perinde, atque multa alia, quod videlicet animas tantoperè à se dilectas, pro quibusque seruandis incarnatus est, & sanguinem suum profudit; eis tamen malos, atque inutiles pastores præfici permittat. Sed ille ipse non facit, qui optimos quosque ad regimen animarum assumendos esse, & verbo, & facto docuit.

Melanthij cuiusdā domi belligerātis, ad pacem, atque concordiam adhortatio ridicula.

Quid Octauius Imperator legem de adulteris nō seruās, à quodā adolescente audierit.

Catonis dictum.

Quid præstare Sacerdotes debeant.

Qui docēt, & non faciunt, quibus persimiles sunt. *Gen. 6. & 2. Pet. 3. 1. Cor. 13.*

Sed in hoc peccatur ab electoribus, qui potestate abutuntur, dum rubos, spinas, & salices steriles pro vitibus, & ficubus plantāt in horto Domini, qui est Ecclesia.

Hortus Domini quid mysticè.

Deinde ab ipsis ambitiosis, qui magna contentione gradus excelsos in Ecclesia affectant, seque ipsos aliis inuitis ingerunt, atque obtrudunt. Interim Deus, qui dormire nobis videtur, ad has ministrorum electiones elicit potentiæ suæ detectionem, dum illis vtitur ad gloriam suam, nec permittit rapi oues de manibus suis. Quia nemo perit propter iniquum Sacerdotem, aut Episcopum, nisi qui sua sponte perire vult: sicut etiam ministri sanctitas volentem perire non seruat, sicut nec Christus Iudam. Ostendit etiam sapientiam suam, qua neminem sinit inutilem in domo sua, & qua nouit humiliare bonos Præsidentes, dum vident eandem potestatem communem reddi iniquis perinde ac nobis. Nouit etiam malos subditos per malos pastores punire: nam *Regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Illustrat præterea hoc iudicio bonitatem suam, qua Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Essetque longè periculosum inter bonos & malos pastores discernere, cùm omnis bonitas pastoris aduentitia sit, & sæpè seperetur, ac proinde obedientia incerta nobis redderetur. Postremò, hoc facit ob maiorem suorum electorum fidem, spem, charitatem, patientiam, humilitatem, obedientiam, quas excellentes virtutes cum malis Rectoribus exercent: quemadmodum Christus fecit cum Pilato, Herode, Scribis, Pharisæis, & Sacerdotibus, ac Pontificibus.

Ex eo quòd malos Deus permittit pastores, quid primùm addiscamus. *Ioan. 10.*

Qui perit, cuius vitio pereat. *Infrà 18.*

Secundum documentū Dei, malos permittentis ministros in Ecclesia. *Iob 34.*

Tertium documentum. *Matth. 5.*

Habemus etiam hoc loco, quòd timeamus nostrorum maiorum ruinam, qui in peiori gradu sunt quàm illi, de quibus hîc loquitur Dominus; quanto altius est ministerium, & peior ministerij executio. Est enim primus gradus, eorum qui dicunt, & faciunt omnia benè: in quo solus Christus inuenitur. Secundus, eorum, qui dicunt omnia benè, & faciunt necessaria: quemadmodū boni, & pij pastores. Tertius est, eorum qui benè faciunt, sed nō docent: vt boni subditi, ad quos docēdi non spectat prouintia. Quartus, eorum qui bona docent, at non faciunt: vt Scribæ, & Pharisæi, & mali nostri Prædicatores. Quintus eorum, qui nec dicūt, nec faciunt; sed pinguissimos Episcopatus deuorant. Postremus eorum, qui malè faciunt, & malè docent: atque in hoc gradu sūt hæretici nostri seculi, quibus propinqui sunt, & vicini, vt eiiciātur è

Supetiorum nostrorū casus atq; ruina quàm grauis.

Doctorū sex gradus proponuntur. *Marc. 7.*

Matth. 23.

Quartum documentum, & vltimum.

regno,

regno, nostri, qui nec dicunt, nec faciunt. Causa autem est, quia interna non gustant, & ad externa conuersi sunt, quietem in omnibus sectantes, & pompam. In tanta ergo calamitate erudimur capere Christi cōsilium, vt videlicet dictis eorum audientes nos præbeamus, eos honoremus, præceptaque ab ipsis profecta: quia peccati occasionem tollunt, abusus damnant, & veram libertatem augent, amplectamur. Et illud quod Dei est, in illis, id est, doctrina, amplectendum est: quod verò proprium est ipsorum hominum, id est, vitium, omittendum.

Superiorib⁹ etiam dyscolis ubi emperandum quatenus.

Eorum nobis precepta quam profint.

Quòd si obiicias; Volo quidem ipsis obedientiam præstare; veruntamen à murmuratione eorum abstinere nolo. Respondeo: Et si Deus id iusto suo iudicio permittat, vt sal infatuatum conculcetur ab hominibus; interim tamen murmuratio nihil tibi prodest, imò plurimū obest, quòd perdis meritum obedientię tuæ, exponisq; diuina ministeria contemptui. Nam inde hæreses profectæ, cùm ex indiscreta consideratione abusuum illam potestatem quidā denegārunt, aut saltem comparatione aliorum seipsos iustificārunt. Reſpondebis; An non illi mali sunt, an non sordidam vitam agunt? Sit ita: non tamen omne verum est probandum; & vt Apostolus ait: *Omnia mihi licent sed non omnia expediunt.* Plus enim tibi nocet vel vnum tuum veniale, quàm cētum mortifera delicta aliorum.

In eos qui licēt suis præpositis obediant non tamē sine murmure, & obiectione. *Matth. 5.*

Hæreses vnde.

Verum non omne probandum. *1. Cor. 11. 6.*

Sed rursus insurges: Dominus eos hîc redarguit, Quidni mihi idem liceat? Sed Dei est, non vermis per terram repentis, stare in synagoga deorum, & in medio deos diiudicare. *Ecce ego,* inquit, *ad pastores.* Et Christus, qui reprehendit, non dixit; Reprehende tu; sed, Honora, & obedientiam præsta. Et certè contra rationem est, vt propter malos paucos quisquam illi bono statui, in quo illi sunt, aduersetur, vel bonis, qui in eo sunt, detrahere velit. Quemadmodum si quis propter aliquos malos coniugatos, ipsum matrimonium iniuriis incesseret, atque adeò omnes, qui coniugalem, & inculpatam vitam colunt. Et satis esse debet inferioribus ad reprehendendos mores superiorum, si sanctiorem, & puriorem vitam agant.

Cum malos Dei pastores redarguerit, cur nobis idē facere non liceat. *Psalm. 81.*

Maiores nostri à nobis eiì minimè reprehendendi. *Hebr. vlt.*

Qui secus faciunt quales illi.

Superiorum vitia reprehendi mod⁹ optimus.

Dices; Hoc nihil aliud est, quàm superioribus adulari. Sed certè qui reprehendere lege vlla non tenetur, non alientatur, si à reprehensione abstineat. Illud porrò certum, & verum, eos vulgo, & plebeculæ adulari, qui vitia maiorum palàm, & sine fructu traducunt.

Rudi plebeculæ qui videantur assentari.

Sequitur: *Alligant autem onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* Aliquot Latini codices emendati legunt, & Græci habent, αὐτοὶ δὲ οὐ θέλουσι κινῆσαι τῷ δακτύλῳ αὐτῶν: non enim nouum vitiū reprehendit, sed illud ipsum, quod priùs dixit. Hactenus de præceptis Mosaicis dixit, *Dicunt, & non faciunt*: de adiunctis verò quæ in communem populi ruinam vergebant, dicit: *Alligant*: id est, colligunt fasciculos præceptorum graues, & importabiles, seu portatu difficiles, vt Græca litera habet de multitudine lotionū, ieiuniorum, precum, vigiliarum, vestium, Sabbatorum, adeò vt Talmudistæ integrum librum condant de gladio, quo iugulanda sunt animalia ad esum, vel sacrificiū: & imponunt humeris alienis, quos tamen ipsi fasciculos ne vel digito dignantur attingere. Legē enim per se onerosam, suis traditionibus, & constitutiunculis grauiorem reddunt, quo sibi eruditionis & sanctimoniæ opinionem concilient.

Ponderatur hæc electio, Alligant enim, &c.

Alligabant onera grauia & importabilia Pharisæi quomodo & Scribæ. *Marc. 7.*

Rabbina vanitas & mira superstitio.

Act. 15.

Verbo autem Alligandi, significat illos quasi fascem constituere præceptorum, & quod vnum seruare sine alio nihil proficiat; denique quòd rationibus, & autoritatibus ad eorum obseruantiā adigebant. Nam cùm homo natura altero homine non sit superior, & errare possit, opus fuit, vt in principiis legum à Deo regeretur, scilicet lege Naturæ, & in vtraq; scripta, tam veteri, quàm noua. Deus aliquot etiam populo Christiano leges tradidit, cum quo peculiariter versatus est. Sed quia non omnem materiam est amplexus; potestatem contulit, tam spiritualibus, quàm secularibus ministris leges condendi ad vtilitatem populi spectantes. Qui grauiter peccant, si leges ferant, quibus populos expilent & deprædentur, iuxta illud Esaiæ: *Væ qui condunt leges iniquas.* Dum autem paucas, & illas quidem minimè graues, & necessarias statuunt, nequaquam peccant: benè autem, si aut difficiles, aut non necessarias extra religionem condant. Nam in religione peculiari conuenit esse obseruantias multas, vel difficiles, eò quòd sponte tantùm à volente assumuntur, & pauci sunt in religione, & nemo cogitur manere ante emissam professionem.

Hæc metaphora: Alligant enim onera grauia, &c. quid significetur.

Legum & Naturæ, & Mosis, & Christi, scilicet Euangelicæ necessitas.

Legislatores tum fieri, tū profani, quādo grauiter delinquant. *Isa. 10.*

Vbi multæ sint, oportet obseruantias constitutionesque.

Quia verò in Ecclesia Dei sunt plures homines, quàm in synagoga; ideò pauciores leges expedit esse positiuas: quemadmodum Euangelium respectu ipsius legis breue est. Præcepta ad exteriorem munditiam attinentia, quia multa inutilia cōtinebant, & illa seruata, hominem iustificare arbitrabantur, malè instituta erāt ab Scribis, & Pharisæis; ideò carpit ea instituentes, non

In Ecclesia pauciores leges positiuas esse cur expediat. *Rom. 4. et seq. alibi passim.*

autem

Pharisæorũ, Christus & Scribarum quas traditiones legesq; non probet.

autem obseruantes, cùm non essent contra legem, nec condita essent à non habentibus potestatem. Alia verò mandata de perfectione, ieiuniis, precibus, &c. inconuenienter data erant, quia grauia, sed non ex materia sua: ideò nó reprehenduntur à Christo, vt priora, quæ Pharisæi seruabant, sed non secunda. Ex multitudine autem præceptorum, & parua eorum virtute fit, vt vix seruari queant. Humeris autem onera gestare solemus. Ideò per illos significatur tota facultas, & virium magnitudo; sicut per digitos minima facultas hominũ. Et quia eos, quos oneramus, soliti sumus manibus nostris oneris gestandi priùs pondus expendere, ne suprà vires hominem grauemus; isti tamẽ ne tantillam quidem partem facultatis suæ operi applicabant, vel discernere volebãt, quod præcipiebant.

Onera grauia, & importabilia vnde sint.

Quid humeri, & digiti hoc loco significent.

Ex hoc loco elicere possumus, quàm sint Ecclesiæ molestæ exemptiones, quæ quibusdam sine magnis, & euidentibus rationibus conferuntur. Nam hinc est, vt alius quidem esuriat, alius autem ebrius sit; illis omnia liceant, illis nihil. Scribit B. Bonauenturæ, quod cùm pro more Regula, siue institutum B. Francisci in mensa à quodam legeretur, & in eo cuncti arctarentur ad diuinas horas matutinas, vniuersi verò Sacerdotes ad Missam celebrandam; ad tẽpestiue se in Monasterium ante noctem recipiendum; ad singula horum præcepta pendebat exemptio, nimirùm: *Exceptis Magistris nostris.* Cùm verò in fine Regulæ continetur: *Quisquis hanc Regulam diligenter custodierit, vitam æternam consequetur:* adiunxit lector de suo ex simplicitate quadam: *Exceptis Magistris vestris:* quę res magnum risum excitauit. Rectè quidam exemptionẽ definiuit, nihil aliud esse, quàm elongationem oniculæ à pastore, quo luporum morsibus magis exponatur.

Quã sint Ecclesię graues ac molestæ exẽptiones quibusdam ieui de causa concessæ.

1. Cor. 11.

B. Bonauenturæ hæc de re exemplum perumbanũ.

De exẽptione sapies quidam quid sentiat.

Secundò, quantum ad impositionem pœnitentiæ in iis, in quibus pœnitentia est arbitraria, id est, vbi non est restitutio necessaria, vel debitum speciale alicui pendẽdum, nemo se grauem debet ostendere, sed sequi debet conditionem pœnitentis secundum consilium Autoris operis imperfecti in Matthæum, vbi sic habet: *Tales sunt & qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, qui dicunt, & non faciunt: & sic dum pœnã pœnitentiæ præsentis fugitur, contemnitur pœna peccati futuri. Si enim fascem super humeros adolescentis, quem non potest baiulare, posueris; necesse habet vt aut fascem reiciat, aut sub pondere confringatur. Sic & homini, cui graue pondus pœnitentiæ ponis, necesse est, vt aut pœnitentiam reiciat; aut suscipiens, dum sufferre non potest, scandalizatus amplius peccet. Deinde est erramus modicam pœnitentiam imponentes; nõne melius est propter misericordiam rationem dare, quàm propter crudelitatem? Vbi enim paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, vt quid Sacerdos eius austerus?* Hæc ille sanè eleganter, & doctè. Cato senior se omnibus peccantibus ignoscere dicebat, præterquã sibi ipsi: multùm profectò dissimilis illi Maeuio, qui carpens alios, sibi omnia condonabat. Tertiò, addiscat legislator leges ferre, quæ portari valeant: quas verò tulerit, primus ipse obseruet, & agnoscat sententiam illam: *Patere legem, quam tu ipse tuleris:* & ne pondus & pondus in statera sua habere videatur. Digna est enim vox maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri.

Mel⁹ est propter misericordiã rationem dare, quã propter crudelitatem *Isel. 2.*

Cato Senior cui non parcebat vni. Magius contra cui soli parcebat. Tertium documentum circa qualitatẽ legum ferendarum. *Pron. 20. Iust. Imp. I di na vox.*

Subdit Euangelista: *Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Tacitam soluit obiectionem Dominus: cùm enim dixisset, *Dicunt, & non faciunt,* obiici poterat, quòd illi haberent multa bona opera: orabant enim in angulis platearum; tuba canebant, cùm eleemosynam erogabant: habebant facies tristes, cùm ieiunabant, & similia multa præstabant: respondet: Si quid boni faciant, id totum illos præstare, vt videantur ab hominibus, & venentur gloriam humanam, & laudem. Necesse est enim, hominem aliqua delectatione niti, ac detineri: carentes autem testimonio bonæ conscientiæ, vel Spiritus sancti, volunt illud exterius aucupari ab hominibus: & dum externum fauorem, & hominum gratiam quærunt, testantur se nihil intus habere; cùm contra omnis gloria Regis sit ab intus.

Scribe & Pharisæi opera ẽ bona facient non benẽ. *Matth. 6.*

Bonæ cõscientiæ testimonio desiitur, vnde illud. *2. Cor. 1. Psal. 44.*

Nec obstat quòd dicitur: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, &c.* Sed aliud est sua bona opera videri, vt Deus glorificetur, & ædificentur proximi; nam, teste Augustino, *Si timemus spectatores, non habebimus imitatores.* Aliud, se velle videri autorem corũ operum. Vt enim primum, rectum & sanctum est; ita secundum vitiosum est, & prohibitum. *Attendite,* inquit alibi Dominus, *ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Principalis enim autor virtutis nostrę Deus est, iuxta illud: *Abundantius illis omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Quia tamen perfecti & mundifoli diuidunt vnguiam, & nouerunt distinguere inter opus, & hominem operantem; hi veriùs possunt etiam in aliorum præsentia benè operari. At verò imperfectorum conscientia, aliorum aspectu læditur, quia putant se, quod faciũt hominibus dedisse. Vnde quasi teneri partus

Quo sensu dicatur: Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt opera vestra bona. *S. Aug. tract. 5. in epist. Ioannis sub init. tom. 9. Matth. 6.*

Virtutis nostrę primarius autor quis. *1. Cor. 15.*

Viri perfecti in quib⁹ in lege animalib⁹ designentur. *Leui 11. et ieiu. Deut. 14. & seq.*

Imperfectorũ ingenium

tus oculis spectantium fascinantur, & instar paucæ candelæ nó possunt vento magno, perinde atque fax magna, resistere. Porrò mirabilis est ventus inanis gloriæ, quo pascuntur more Chamalæontis (si verum est quod de hoc animali dicitur) qui magni videri volunt, & docti. Ac vt molendinum in edito loco situm sine vento haud mouetur; ita illi sine spe gloriæ aucupandæ non operantur. Denique vt magni montes nonnisi à magnis ventis perflantur, ita qui magni sunt in oculis suis, magna superbiæ agitantur aura.

Inanis gloriæ cupidi, quales meritò videantur.

Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Hunc locum Marcus & Lucas ita describunt. *Cauete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in Synagogis,* & reliq. Stola, vestis est talaris apud Latinos, tantùm fœminis seruiens. Vnde Cicero cuidam obiecit, quòd cùm togam induisset, in stolã eam conuerterit. Sed apud Græcos, & in Scripturis hæc vox promiscuè pro virili habitu, & muliebri accipitur. Vnde legimus Ioseph dedisse quinque stolas Beniamin, & totidẽ patri misisse. Iulius Pollux testatur fuisse vestem hystrionum.

Mat. 12. Luc. 11.

Stola Latinis quid.

Cic. Philipp. 2.

Quid Græcis, & Hebræis.

Gen. 45.

Iulio Polluci quid stola.

Sensus autem huius loci est: Cauete, ne vos fallat magnifica species Scribarum, & Pharisæorum: non enim student saluti vestræ, sed suæ gloriæ. Cupiunt enim, vt magni, & sancti videantur, ambulare in vestibus ad talos vsq; demissis; venanturq; primas salutationes in foro, captantq; primorum sedilium honorem in conuiuijs primum locum. Nam etsi prolixitas, aut breuitas vestis per se neminem iustũ faciat, vel iniustum; dum tamen hæc affectatè, & putidè fiunt, & ad gloriam aucupandam, vitiosa sunt, & detestabilem sapiunt hypocrisin. Nam Dei armis diabolo militant: sed Christianos omnes decet modus, & modestia in his externis.

Prolixior habit⁹, aut breuior quare? damnabilis ille sit.

Et quod hic dicitur de ambulatione in stolis, referẽdum est ad id, quod Matthæus dixit: *Dilatant phylacteria,* & quomodo dilatarentur: rursus quid fimbriæ, & qua ratione magnificarentur; & ob quam causam Scribæ, & Pharisæi à Domino reprehendantur. Præcipiebat Dominus Iudæis iugem Legis meditationem, & vt illam inter oculos gestarent. Et vt matres infantulis obliuiosis filum digito alligant vt reuocent in memoriã ea, quæ illis mandauerunt; ita Deus Iudæis, tanquam pueris quibusdam, iussit manibus, & fronti quædam alligari. Sed in hoc metaphoricè tantùm memoriam earum rerum præcipiebat seruari: illi verò propriè, & ad literam accipientes, chartas, seu membranas quasdam lege Dei inscriptas capiti alligabant, quo inter oculos mouerentur: quod inutile erat, & alia opera impediẽs, & quas multi Iudæi ob exemplum Pharisæorum portabant: sed in se malum non erat. Ideò Dominus modum tantùm carpit, quia ampliabant, & dilatabant illas: maximè quia hoc contra legem non erat, imò ex ea habebant occasionem. Ait enim Dominus in Deuteronomio: *Ponite hæc verba mea in cordibus, & in animis vestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos vestros collocate.*

Quid sint phylacteria. *Deut. 6. Infrà 11.*

Dicuntur autem huiusmodi chartulæ, siue membranæ à Iudæis Tutaphot, & à Rabbinis Thepilim: Græcè vocantur φυλακτήρια, id est, conseruatoria, quòd memoriam ab obliuione Diuinæ legis seruarent. Beatus Hieronymus vocat pictariola, id est, albas tabellulas breuissimis sententijs inscribendis accommodatas. Rabbinus quidam vocatus Dauid Kimhi, interpretans illa verba: *Et in lege eius meditabitur die ac nocte,* interrogat quomodo hoc possit præstari; cùm interdum edere quisque, & dormire, atque alijs domesticis curis vacare debeat? & respõdet, quòd qui seruat præcepta de Thepilim applicandis, huic tantum Scripturam tribuere, ac si diceret, ac meditaretur dies ac nocte. Testatur Hieronymus in Matthæũ, hunc errorem gestandi Thepilim, etiam suo tempore viguisse apud Babylonios, Persas, & Indos: in quorum locum refert Chrysostomus multas ex Christianis fœminis suo seculo consueuisse Euangeliũ ex collo suo pendens portare; vt facilè Euangelicæ legis recordarentur.

Hypocritica de illis & inepta Pharisæorum sententia.

Phylacteria Græcis quid sonent.

Eadem qualia B. Hieronymo in hũc locum. to 9. *Rab. Dauid Kimhi in Psalm. 1.* Quomodo ille qui quis possit, in lege Dei, vt meditetur die ac nocte iuxta Prophetam. Quæ præterea nationes imitatione Iudæorũ portarent phylacteria, teste Hieronymo. *B Hieron. D. Chrysost. ho. 77 in Euan. tom 2.* Eiusmodi phylacteria quid haberẽt inscriptum. *Epiphan. in hæres.*

Quid inscriberetur Phylacterijs, non satis est exploratum inter Doctores. Epiphanius asserit; phylacteria Pharisæorum, de quibus in Euangelio loquitur Dominus, nullum cõtinuisse Scripturæ genus, sed latas quasdam fuisse purpuræ notas conspicuis palliorũ locis prætextas. Quod & ipsa Euangelij phrasis indicat, dicens; *Dilatant enim phylacteria, & fimbrias palliorum magnificant.* Hæc ille in sensu, vocans oras, & margines palliorũ, quibus adhibeantur fimbriæ: notas verò purpureas, quales in pectore, & in tergo dalmaticarum sacrarum vestium apponi videmus.

Ijs phylacterijs quid tantũ Dominus indicabat.

Altera opinio, quæ magis probatur. *Chrysost. Hieronym. Theophyl.*

Sed profectò probabilior est sententia Chrysostomi, Hieronymi, & Theophylacti, qui tradunt, Decalogum Legis in illis membranulis conscribi solitum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lyra.

Lyranus ex sententia Rabbinorum tradit duodecim versus ex Deuteronomio conscribi solitos, quinque videlicet ex sexto capite, ab eo loco: *Audi Israel; Dominus Deus noster, Deus vnus est, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: eruntq; verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo: & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua:* &c. vsque ad, *Et ostijs domus tuæ:* & septem alios versus ex capite 11. ab eo loco: *Si obedieritis mandatis meis,* &c. vsque ad, *Scribes ea super postes, & ianuas domus tuæ.*

Modus phylacteria inscribendi qualis erat.

Modum autem & ritum scribendi tradit Talmud in libro, qui dicitur Roschiana, his verbis: *Tutaphot, siue Thepilin (hoc est, phylacteria, siue conseruatoria) sunt membranulæ, in quibus scribuntur sententiæ quædam Biblicæ: & necesse est vt fiant de iumento, aut fera munda, sicut dicit Scriptura: Vt sit lex Domini in ore tuo. Oportet etiam scribi manu sua dextera, etiamsi possit vtraque manu sua. Quòd si manu sinistra tantùm vti possit, illi erit loco dexteræ: & qui non valet rectam facere lineam absque tractu linea, licitum est lineam trahere, super quam scribat. Debet autem membranula integra esse sine foramine, ne atramentum fluat per eam. Et si aboleatur vna literarum, & puer indoctus, qui non est stolidus, legere possit, idonea erit: si non, inepta erit. Nec oportet quòd spatium relinquatur sursum, nisi quòd sufficiat pro erectione literæ Lamed; infra verò fiat iuxta mensuram longitudinis Cof, & Num. Porrò ipsam scripturã non scribant, nisi ex eo latere membranæ, vbi carnem tetigit. Oportet etiam scripturam includere quatuor lineis per circuitum Schedæ: at non est opus, vt inter scriptas lineas fiant lineæ. Et non debet homo ire per cœmeterium, quãdo habet Thephilin in capite suo: nec ad illud accedere per spatium quatuor cubitorũ. Locus in quo sunt Thephilin, aut etiam liber Legis, prohibitum est in eo dare operam Veneri, nisi prius ea exportauerit, aut reposuerit illa intra aliquod vas: & rursus vas illud reponere intra vas aliud. Et tunc licebit ea reponere sub cernicali inter stratum, & puluinar.* Hæc lex Talmudica tradit: quæ etsi prolixiora sint, volui tamen ea recitare, vt prudens lector intelligat, in quanta superstitione, imò in quanta cæcitate, ac quàm densis tenebris versentur infelicissimi omnium mortalium Iudæi.

Christianorum res sacras collo appensas gestandi consuetudo omnino probabilis, & honesta.

At verò, quia consuetudo est Christianis gestare appensum collo Euangelium, aut alias res sacras, siue reliquias: in primis admonẽdi sunt, ne huiusmodi sacra ob commodi temporarij causas gestent: quia esset abuti rebus sacris, vltra inutilitatem. Error etiam esset, credere, se ob vim naturalem, seu ob pactum Dei cum illa gestantibus initum, cùm nullum tale sit, à periculis liberandos. Secus si ex reuerentia Sanctorum deferantur, cum spe, quòd fortè Deus miserebitur. Hinc legimus in B. Cæciliæ laudem, codicem Euangelicum semper in sinu gestasse: & Constantinum Imperatorem Christi clauum diademate circuntulisse: & Apostolum Barnabam curasse ægros Euangelij scripti attactu. Error est etiam, putare, efficaciam tantùm habere vt scripta sunt: nam vt proferuntur, sunt sacra, & reuerẽtiùs se habet homo ea proferendo. Vnde Dominus dixit: *In nomine meo* (nimirum prolato, non scripto) *dæmonia eijcient.* Intentio ergo atq; animus debet esse, quòd vim ex se ipsis non habẽt, sed quòd Deus miseretur reuerenter portantis, & quòd plus non possunt scripta, quàm prolata, sed potiùs è contrario. Modus autem in charta pellis abortiuæ, seu virgineæ, & cũ certis characteribus, & similibus vitandus est. De quibus Hieronymus hoc loco: *Non intelligebant Pharisæi, quòd hæc in corde portanda sint, non in corpore: alioqui & armaria, & arcæ habent libros, & notitiam Dei non habent. Hoc apud nos superstitiosa mulierculæ, in paruulis Euangelijs, & in crucis ligno, & istiusmodi rebus, quæ habent quidem zelum Dei, sed non iuxta scientiam, vsque hodie faciunt: culicem liquantes, & camelum glutientes.* Autor etiã operis imperfecti sub nomine Chrysostomi sentire videtur his verbis: *Puto quòd illorum tunc Scribarum, & Pharisæorum exemplo, & nunc multi aliqua nomina Hebraica Angelorum confingunt, & scribunt, & alligãt sibi, quæ non intelligentibus linguam Hebraicam, quasi metuenda videntur; quidam verò partem aliquam Euangelij scriptam. Dic, Sacerdos insipiens, nonne quotidie Euangelium in Ecclesia legitur, & auditur ab hominibus? Cui ergo in auribus posita Euangelia nihil prosunt, quomodo eum poterunt circa collum appensa saluare? Deinde vbi est virtus Euangelij, in figuris literarum, an in intellectu sensúq? Si in figuris, bene circa collum suspendis. Si in intellectu, ergo melius in corde posita prosunt, quàm circa collum suspensa.* Hæc ille, quæ intelligenda sunt de his, qui sacris rebus abutuntur, & sine reuerentia, & cultu Dei portant, & ad fines temporarios spectant: illisq;, fidentes, de studioso operando non curant.

Quos illi sancte, & pie imitari videãtur.

Duplex ratio cur eiusmodi res sacræ gestari debeant. *Mar. vlt.*

Hieron. in c. Scribę, & Phariſæi inſipientes fimbrias & phylacteria quomodo habeant, teſte Hieronymo. Rom. 10. Homil. 34. in Matth. to. 2. operum B. Chryſoſtom.

Scribarũ, & Pharisæorũ qui similes.

De fimbrijs legimus in Numer. & Deuteronomio, additas fuisse in quatuor angulis vestium, siue palliorum. Et adiungit Hieronymus ex suo spiritu, solitos addere acutissimas spinas, vt videlicet ambulantes, & sedentes interdum pungerentur, & quasi hac admonitione retraherentur

Vbi Iudæi ferrent fimbrias. *Num. 15. Deut. 22. Hieron.*

Iis acutissimas spinas ijdem cur addebant. *Fimbriæ quid erant.*

Fimbrias Iudæi ferre cur debebant ex lege.

tur ad officia Domini, & ministeria seruitutis eius; ne etiam sequerentur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes. Erant autem vittæ hyacinthinæ frustula quædam quadrata cœrulei coloris; fimbria verò, angulus, vbi finditur vestis. Erat ergo præceptum portare ista: quia mouentur interiora à sensibilibus: sed paullatim abolitis interioribus, ampliabant vittas hyacinthinas ex hypocrisi.

Sequitur: *Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi Rabbi.* Ita enim geminata voce vehemẽtiùs Græce legitur: ita etiam apud Marcum dixit Iudas Christo, *Rabbi, Rabbi*, vt habet Græca litera. Et quod dicitur, *Amãt primas cathedras, & primos recubitus*, Græcè simplici vocabulo exprimitur, nempe πρωτοκλισίαν, & πρωτοκαθεδρίας, ac si diceres, præaccubitionem, & præsessionem. Et quod ait, *In cœnis*, intellige conuiuia, quia in propria domo habebant primum accubitum. Ob superbiam ergo, & gulam id agebant: quia meliora fercula primo loco sedentibus proponuntur. Et quia locum suum non appetebant, peccabant: secus si suo loco sedere vellent. Primæ cathedræ, ad sedendum erant, non ad docendum: quia vna tantùm erat; nisi fortè in multis Synagogis. Sicut hodie nostri Prædicatores amant cathedras honorabiliorum Ecclesiarum, vel in quibus maius stipendium numeratur prædicanti, pinguiores quoque Canonicatus, & Episcopatus. Optabant etiam primas salutationes, id est, præcipuas, & ante alios, & in foro coram multis, & à multis, & ante multos ob honorem. Forum autem intellige, aut mercium, aut litium. Amant etiam, *Vocari ab hominibus Rabbi Rabbi*, quasi soli sunt honore digni, aut soli sapiant; cum hoc ipso minimi sint apud Deum, quòd sibi ipsis maximi videantur, & ob hoc ipsum plurimum desipiant, quòd in oculis suis plurimum sapiant, de magnifico titulo Magistri soliciti, de sapientia autem, quæ tanto titulo respondere debet, nimium negligentes.

Mar. 14.

Cœnis in quibus Scribæ, & Phariſæi primos amarent accubitus, & quare.

Neque sedere in primo loco, aut salutari, ante alios, aut appellari Rabbi, vllum est peccatum: affectus tamen immodicus, & amor anxius ad illa, magnum est superbiæ peccatum, vanissimi quoque hominis argumentum: à qua vanitate nemo facilè liberari potest, nisi ille qui in timore Domini & humilitate tenuerit se instanter, & opem Dei ad rem tam vanam vincendam imploraverit: agnoscens se nihil boni habere suo marte, sed totum illud donum Dei esse, cuius rei gloriam non nobis, sed Deo ipsi adscribere debemus, atque adeò mediatori Iesu Christo Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto sit gloria sempiterna, honor, & imperium. Amen.

Iidem quas amarent primas cathedras in Synagogis, quiqi eos imitari videamur.

Quas primas quoq; amarent salutationes in foro, & quasi.

Illi cur infimo loco erat apud Deum.

Primarum sedium, aut salutationum ante alios, & similium rerum ambitio cuius rei sit argumentũ. *Eccli. 27.*

TRACTATVS XXXIII.

Tract. 78.

In illa verba: *Vos autem nolite vocari Rabbi; vnus est enim magister vester; omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester, qui in cœlis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est, Christus. Qui maior est vestrũ, erit minister vester. Qui autẽ se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur,* &c. Matt. 23.

Quo morbo discipuli laborarent: & quo pharmaco Christi conueniens curandus erat ille. *Matth. 18. Luc. 22. Matth. 20.*

DOMINVS, qui nõ ignorabat morbos suorum discipulorum, conuenientia medicamẽta pro sua sapientia adhibere conatur. Sunt porrò præstantissima pharmaca, quæ morbis sunt opposita atque contraria. Nam vt habet regula Medicorum, *Contraria contrarijs curantur.* Porrò Apostoli eo tempore ambitionis vitio laborabant, nam interrogabãt Dominum: *Quis, putas, maior est in regno cœlorum?* & rursus de eis dicitur, *Facta est cõtentio inter eos, quis eorum videretur esse maior;* & mater filiorum Zebedæi, *Dic vt sedeant,* inquit, *hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam & vnus ad sinistram in regno tuo.* Propterea rectè ait: *Nolite vocari Rabbi.*

Quare Christus prohibeat hic patrem vocare, non patres.

Porrò ex propositis verbis nonnullæ exurgunt quæstiones. Prima est, Cur prohibet vocari Rabbi, & non vocare Rabbi? sicut etiam cùm prohibet vocare patrem super terram, cur non prohibuit vocari patres, sicut vocari Rabbi? Respondẽt quidam, prohibere vocare aliquem patrem secundùm animam. Quod si verum est, cur non etiam prohibet vocari Rabbi secundùm interiorem illuminationem? Obserua igitur, quod licèt aliter pronuntientur hæc mandata in verbis, sensus tamen est vnus, quia in vtroque prohibetur ne homines sibi vsurpent quod est proprium Dei. Nam & Dominus vnã rationẽ adhibet in vtrisque; quia vnus, inquit, est Magister, & vnus Pater. Appetitus tamen noster magis tendit ad id, vt vocemur Rabbi, qui titulus est honorificus, à scientia, & magisterio, quàm vt velimus vocari

Prima solutio Caietani, sed inepta.

Altera congruentior.

Magistri, quã Patris appellationem homines cur malint.

parentes, quod est à natura. Et quia nos facilius patrem vocamus, quàm magistrũ; ideò fortè Dominus dixit de Rabbinis, & Magistris, *Nolite vocari*, & de patre, *Nolite vocare*. Ac prohibendo vocare patrẽ, prohibet velle vocari patrem; vel, vt Græcè dicitur, *Ne vocemini*. Et quia in nobis non est positum hoc vel illo modo vocari, sed in voluntate vocantium; certũ est, per hęc verba Christum alienam actionem prohibere noluisse, sed propriam affectionẽ ambientem hæc vocabula.

Christus his verbis: Nolite vocare patre, &c. quid vetet tantũmodò.

Secunda quæstio est: Cur dixit, *Non vocemini magistri*, cùm supra dixerit: *Nolite vocari Rabbi?* an non idem est Rabbi quod Magister? Dicendum, vel id factum ob inculcationem quandam, vt repetitũ fortiùs infigeretur discipulorum animis: vel respondendum, vt respondent eruditi quidam, ampliùs esse Magistri nomen, quàm Rabbi: nam dictio, Rab, apud Hebræos, à multitudine scientię & cognitionis venit: at Magistri nomen ad duo officia magisterii referri potest, & ad doctrinam tradendam alicuius scientiæ: vnde dicitur magister scholæ; & ad vitæ, morũque institutionem: quomodò dicitur Magister equitũ, & Magister domus, & Poëta quidam dixit:

Christus his verbis: Nolite vocare patre, &c. quid vetet tantũmodò. Cùm Dominus supra dixerit: Nolite vocari Rabbi, quo sum nunc ait: Nõ vocemini Magistri? Rabbi, & Magister quid differant.

Typhis in Aemonia quippe Magister erat. Ovid lib. 1. de Arte amandi, in princip.

Superiùs ergò cùm dixisset: *Ne vocemini Rabbi*, de Magistro Doctore erat sermo: ideò legitur in Græcis quibusdam codicibus διδάσκαλος, non καθηγητὴς, quæ posterior vox potiùs præeuntem, ac ductorem significat, quàm Doctorem. Vocem autem διδασκάλε, quę dicitur à docendo, Interpres vertit per nomen Magistri, vt ibi, *Nolite plures magistri fieri fratres mei*; interdum voce Doctoris, vt cùm ait: *Inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum.* Idem dicendum de nomine Rabbi. Vnde apud Ioannem: ῥαββὶ (ὃ λέγεται μεθερμηνευόμενον διδάσκαλε); id est, *Rabbi (quod dicitur interpretatum, magister)* Doctores verò Hebraicè dicuntur Morim, siue Melamedim: de quibus in libro Paralipomenon fit mentio.

Iacob. 3. Luc. 2. Ioan. 1. Morim, siue Melamedim Hebræis quid.

Tertia quæstio est, quia leguntur hæc præcepta violata à sanctissimis viris: nam Ioannes Baptista permittit se vocari Rabbi, & Paulus se vocat Doctorem Gentium in fide, & veritate, & patrẽ Corinthiorum, qui per Euangelium eos genuerat. Et Christus Dominus, *Vos vocatis me* (inquit) *Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim.* Idem vult nos honorare patrem, & matrem; & B. Virgo ait: *Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* Religiosi præterea Augustinum, vel Benedictum, Franciscum, vel Dominicum patres suos vocant absque vllo scrupulo: nos quoque quatuor Ecclesiæ Latinos Doctores ore pleno celebramus, ac totidẽ Græcos. Respondeo. Sicut nullus est bonus nisi solus Deus, & nullus verè est, nisi ille, qui de se ait: *Ego sum qui sum*, quia per essentiam est, & substantia bonus est: ita de nobis dicimus, quòd aliqui sumus, quia esse aliquo modo participamus; & de quibusdam asserimus quòd fuerunt, vel sunt boni, quia Diuinæ bonitatis participes exiſtunt. Ita sunt multi Patres, qui ab ipso Deo acceperunt aliquem modum generandi, vel carnalem, vel spiritualem. Simili ratione sunt nonnulli Magistri, qui acceperunt potestatem aliquo modo alios instituẽdi, vel ad scientias, vel ad mores. Et hoc est, quod docet Dominus, completam rationem, siue patris, siue magistri, homini nõ posse competere, ac proinde nec nomina patris, ac magistri illis in plenitudine cõuenire, sed tantùm soli Deo omnium parenti appellationem patris conuenire: nõ ita tamen, quin per participationem alijs quoque conuenire possit. Nam ab eo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, vt tradit Apostolus, & ab eo est omnis vis generandi, siue secundum carnem, siue secundum spiritum, siue administrandi rempublicam, siue illam ab imminenti periculo tuendi. Vnde ij, qui in magistratu aliquo versantur, siue profano, siue Ecclesiastico, Patres de more vocantur: & senatores, qui moderandæ Reipublicæ præficiebantur, patres conscripti; & qui eam ab hostibus defendebant, patres patriæ nuncupabantur. Cæterũ Deus simpliciter, & per omnia pater est, à quò quicquid sumus, accepimus, & animam, & corpus: & pater non vnius aut alterius, aut aliquorum paucorum, sed absolutè omnium hominum, quotquot sunt, fuerunt, aut erunt; &, quod maius est, etiam Angelum, qui in Scripturis filij Dei dicuntur, vt habes apud Iob, & quod omnium est caput, Pater est Verbi, vbi genitum per omnia æquale est ipsi generanti. Paulus verò vocat se patrem Corinthiorum, quia genuit eos per Euangelium: qui modus non arguit perfectam, sed externã quandam generationem, & vt sic dicam, ministerialem, adhibendo verbum, vel Sacramentũ. Ipse verò Dominus fuit, qui verè genuit, de quo Apostolus: *Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.* Rursus ait Apostolus: *Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Ita etiam de magistri

Qua ratione ij verè fuerint nominibus appellati. Luc. 18. Exod. 3.

Deo aliter nome patris competit, aliter creaturæ.

Ephes. 3

Patres conscripti, & patres patrim qui dicebantur olim.

Quales sit Pater Deus. Iob 2. & 38. 1 Cor. 4. Paulus se patrem Corinthiorum eum vocabat.

1. Cor. 4.

Infrà 4.

appel-

Doctor & Magister qualis sit Christus.

Sup. 21.

appellatione cogitandum, quæ soli Christo, qui est Dei virtus, & sapientia, absolutè competit. Nec tantùm est doctor externus, vt cæteri homines, sed maximè internus, lucem ad intelligendum suppeditans. Nec vnius, aut alterius hominis, sed omnium hominum, vt rectè sit dictum à Ioanne: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Nec hominum tantùm, sed etiam Angelorum. Deus enim, scientiarum Dominus est: & verus magister, quia docet, & non docetur ipse: & erudit omnes, & de omni re, & infundit habitus scientiarum, vt fecit cum Salomone: vel scientiam in actu, vt cum Prophetis. Homo autem non operatur intus, sed id quod est obscurum, & reddit clarum, vel explicando voces, vel probando rem, vel tradendo principia, ex quibus alia potest discipulus colligere. Cùm igitur intus non agat, nõ docet nisi dispositum, & attendentem: sicut cos nos facit ferrum, sed acuit, vt docet Autor operis imperf. in Matthæum. Deus autem etiam ebrium, & dormientem docet, quia agit in intellectum, qui in se ipso turbationis nõ est capax: sicut intellectus agens disponit intelligibilia, purificans phantasmata à materiæ conditionibus, vt fiant intelligibiles species, non tamen ille actum, vel habitum scientiæ efficere potest, ad quem hominis instar docentis se habet. Deus autem operatur per intrinseca, efficaciter nullo docente illustrans, & depurgans phantasmata: quod non potest homo præstare.

1. Reg. 2. 3. Reg. 3. Homo hominem vt doceat. Hom. 44. Intellectus agentis munus quod.

Christus dicitur vnus Magister: quia Messias omnia omnibus ad salutẽ necessaria omnes docturus erat. Licèt autem non cognosceretur Deus, sed tãtùm Messias, poterat quidem dici Magister, non tamen voluit dici pater. Sicut cùm ille Scriba, eum non credens Deum, appellauit eum bonum, & reprehensus est: non tamen eum Christus reprehendit, quòd se vocauerit Magistrum, quia venerat ad docendum, & magis faciebat, se Magistrum, quàm patrem, id est, Deum vocare. Et cùm dixit: *Vnus est magister vester*, id est Messias; non quasi de se loquitur, quia Iudæi redarguissent, sed quasi de se ipso in tertia persona locutus est: quod etiam notauit Chrysost. in Matthæum. Sic etiã dixit: *Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est?* Et vicq; ad passionem, Christi, & Messiæ nomen non accepit. Ac potentiam suã voluit indicare propter doctrinam, vt ei crederẽt, & hic, antequam se prodat Messiam, autoritatem eius ostendit.

Dei propriũ solius. Matth. 19 Christ⁹ adolescentem se Magistrũ vocantem cur nõ reprehenderit, bene autẽ, bonum Idem cur in tertia persona se Magistrum vocauerit. B. Chrysost. homil. 73. in Matth. tom. 2. Matth. 22.

Cùm igitur soli Deo laus sapientię tribuatur, & autoritas omnium rerũ, & quicquid est in hominibus, tenuis quædã vmbra sit, & exiguus riuulus diuinæ bonitatis ac sapientiæ: non debet hi tituli parentis & Magistri ea ratione, qua competunt Deo, homini attribui simpliciter, sed secundùm quandam diminutam, & imperfectam rationem. Quem quia sæpè non consideramus (& tamen nobis illam expedit attendere) propterea Dominus ad hunc sermonem, & admonitionem descendit.

Quonsq; Dominus, Christi, & Messiæ nomen acceptauerit.

Quare perstringuntur hoc Christi verbo omnes, qui præceptores suos reputant veluti primarios magistros: tùm quòd sciẽtiam suam illis potissimùm acceptam referunt, & non Deo: tùm quòd in hominis doctrinam & verba penitus iurantes, mordicus tenent, quicquid præceptores tradiderunt, & pro illis, quasi pro aris & focis, dimicant, vt Pythagorici, Academici, Stoici, Peripatetici, diuinum honorem hominibus tribuentes. Porro Anabaptistæ bis hypocritæ peccãt, nolentes quouis modo quenquã patrem appellare, aut Magistrum, vt se planè Euãgelicos iacti tent. Sed eorum dogma ab allatis exemplis manifestè refellitur.

Hoc Christi præceptum qui violent, ac negligant.

Docet præterea hoc loco Dominus, ne ambitiosè titulos Magisterij, aut Doctoratus affectemus, iuxta illud Iacobi Apostoli: *Nolite plures Magistri fieri, fratres mei scientes quoniam maius iudicium sumitis*: neq; rursus in illis, si nobis contigerint, vel alios despiciamus, & præ nobis nihili faciamus, non ignorantes quã exigua portiuncula eius rei nobis conueniat.

Contra Anabaptistas, qui neminem Patris, vel Magistri nomine dignandũ esse censent. Magisterij tituli, aut doctoratus quatenus sint nobis affectandi. Iacob. 3.

Quod igitur quidam interrogant num liceat Magisterium exoptare citra vllum peccatum? Respondendum est, Magisterium includere sapientiam, & honorem propter illam cum facultate docendi alios potestatem: estq; munus vtile Ecclesiæ, sicut esse iudices ad terminandas causas. Idcò Apostolus dixit: *Alios dedit pastores, & doctores*, &c. & rursus: *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & doctrina.* Bonũ est etiam in se rem suo nomine vocari. Laudabile etiam, sapientiam optare, quia per se bona est, sed non magisterium sine illa. Sanctum etiam est, vtrumq; propter Deum, & proximum desiderare: quod si ad Deum non referatur, peccatũ est. Velle etiam vocari, ad Dei, & proximi honorem, bonum est.

Magisteriũ, aut Doctoratus in Ecclesia an licitè exerci possit, nec ne. Ephes. 4. & 1. Cor. 12. 1. Tim. 5.

Quod verò ait Iacobus: *Nolite plures magistri fieri*, intellige, sine necessitate, & ob

Illud Iacobi: Nolite plures magistri fieri

peri-

quomodo intelligendum sit. Luc 3.

periculum magis peccandi, ob gradum celsiorem. Vnde subdit: *Scientes, quoniam maius iudicium sumitis.*

Quod hic dicitur: *Nolite vocare patrem:* accipe, in totum, & omnino: quia derogaretur Dei honori. Vel intellige prohiberi ambitiosam eiusmodi titulorum affectationem: vt notat August. lib. de verbis Dom. ex Matthæo.

August ser. 11. de verb. Dom. tom. 10.

Subdit Dominus: *Omnes autem vos fratres estis.* Fratres, sunt omnes homines respectu Dei, & Adæ, & debito regenerationis per vim actiuam Christi, & per administrationem materiæ ab Ecclesia, id est, Sacramentorum, & regenerandorum quasi menstrui sanguinis. Et per Euangelium generat Ecclesia. Et Christiani omnes fratres sunt affectu charitatis, ac proindeæquales: & Deus illorum tanquam parens, maior. Non est etiã nisi vnus Magister, quia est nomen inæqualitatis.

Omnes homines præsertim Christiani, quotmodis fratres inter se sint.

Vt generet nos Ecclesia.

Qui maior est vestrum, erit minister vester. Erit, pro sit, siue, esse debet, Futurum pro Imperatiuo vsurpando: aliàs obscurus esset hic locus. Et aliquis codex Græcus habet, ἔσται, id est, sit. Communiter tamen habent plerique codices ἔσται, id est, erit. Sed interpretandum, est accipi pro ἔστω. *Quanto magnus es,* monet Ecclesiasticus, *humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Maior autem erat Christus, ideo etiam magis ministrauit. Qui etiam maior est in statu, siue gradu suo, vt Antistes, putet se debere ministrare non solùm in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, si ipse abundet, & oues egeant. Nam propterea dictum est: *Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram?*

Id: Qui maior est vestrũ, erit minister vester, quomodo accipiendum ad literam. Matth. 23.

Qua ratione qui maior est, alijs debet ministrare.

Matth 20. Luc. 22.

Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur. Annotat Caietan. hoc loco modum agnoscendi virtutem humilitatis in nobis ipsis esse. Si distinguamus inter nos ipsos vt nostri sumus, & inter nos, vt Dei sumus. Nam humiliare Dei, est deijcere quæ Dei sunt in se, siue naturalia, siue gratuita bona: humiliare autem te tuum, est deijcere quæ aliũde quàm à Deo in te sunt. Hæc ille in sensu. Sed profectò omnis Christianus ignorare debet hanc distinctionem inter se sui, & se Dei: quis enim suus est, cùm scriptum sit: *Non estis vestri? empti enim estis pretio magno?* rursus: *Quid habes quod non accepisti?* præter peccata, quæ non tam humiliare, quàm expellere debemus. Deinde Christus de filijs Dei loquitur, & se in exemplum proponit, & de illo abloturo pedes discipulorum testatur Ioannes: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit,* & ita diuina humiliauit.

Supra 23. Matth. 4. Vetam in nobis humilitatis virtutem agnoscendi, formula quædam à Caietano tradita, improbatur dupliciter.

1. Corint. 6. Supra 4. Secunda ratio & quomodo

Ioan. 13.

Christus diuina humiliauerit.

Quòd si dicas: Peccata nostra sunt occasio ad humiliandum nos, verum est; sed non minus Dei dona nos humiliare valent. Ait enim Scriptura: *Quanto magnus es, humiliate in omnibus:* & Apostolus ad Philippen. *Superiores sibi inuicem arbitrantes.* Ac ne quis opponeret maiorem gradum, aut gratiam, quo minus se humiliaret, subdit: *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset,* &c. Id est: Agnoscite quia humilitas magnis non nocet. Non enim diuina parua sunt, vt illis sit ab humilitate timendum: imò ad hoc subijciuntur diuina, vt velut granum in terrã cadens, multum fructum ferant. Et hæc dicuntur, vt de medio tollatur glossa aliter explicãtium, qua de præcessione quotidie litigatur, nec Christus auditur talia in multis locis apertè prohibens. Quod si vt peccator humiliaris, & pateris ob peccata; quæ tibi est gratia, vt ait Petrus Princeps Apostolorum? Maior est enim gratia, pati, & humiliari iustum instar Christi qui nihil suum humiliauit, vt homo erat, sed quod Dei erat: ipse enim totus Dei erat. Nec est indignũ, etiam secũdum Deũ, humiliare dona, & virtutes quę Dei sunt, Deo, & creaturæ propter Deum tantùm, cuius sunt omnia, cui omnia humiliari, & curuari debẽt, vt ipsius sunt, imò propter hoc ipsum, quòd ipsius sunt.

Philip. 2.

Quæ duo humilient hominem. Eccl. 3.

Humilitas non nocet quibus. Ioan. 12.

Discamus ergo humiliari, vt propterea exaltemur in gloria: retrocedamus per recognitionem, & submissionem nostri ipsorum: agnoscamus nos pygmæos, & statura pusillos cum Zachæo, vt efficiamur gigãtes. Abraham se puluerem & cinerem vocabat: Iob, se solium quod vento rapitur, & stipulam siccam appellabat; Dauid se canem mortuum, & pulicem vnum; Ioannes vocem per inane latam, vt Echo, Apostolus sanctorum minimum, peccatorum maximum & abortiuum nominat. Et nos interim ambimus, & affectamus titulos honorificos excellentissimorum, reuerendissimorum, illustrissimorum, atque sanctissimorum virorum, positiuis, & comparatiuis titulis minimè contenti: vt iam simplici Sacerdoti tituli Pontificum tribuantur: & qui olim Regibus deferebantur, iam vel mediocriter nobilibus exigui, tenuesq; existant. Qua in re agnosco maximè esse declinatum à simplicitate & modestia antiqua, vt penè diuinos honores, qui nominibus superlatiuis

In eos qui de præsidentia litigant. 1. Petr. 2.

Vera iustorũ se humiliandi ratio propter Christũ. Indignũ non esse, diuina vt humilientur diuinis.

Quales nos agnoscere, & agnosci optare debeamus exemplo sanctorũ. Luc. 19. Gen. 18. Iob. 13. 1. Reg. 24. Ephes. 3. 1. Tim. 1. 1. Cor. 15.

Contra ambientes vanos honorificos.

tiuis explicantur, hominibus tribuamus. Et quanquam intelligam loquẽdum esse cum multis, tamen sentiendum cum paucis, & ante oculos doctrina Euãgelica, qua Dominus boni titulum, & patris, & Magistri recusandum nobis suo exemplo docuit, habenda est, ne quid auribus hominum demus, aut contra Euangelium admittamus.

Dictum Philosophi. Luc. 18. Matth. 19.

Væ autem vobis, Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia claditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Dominus antequam væ comminaretur Scribis, & Pharisæis, præmunitos nos esse voluit pulchra illa doctrina: *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi,* &c. Octies hoc loco væ interminatur Scribis, & Pharisæis, sicut alibi octo iustorum protulit beatitudines, quo alliceret ad doctrinã Euangelicã. Væ autem, interiectio est comminantis ventura mala; quemadmodũ Heu, est dolentis, & Hei, indignantis, Vah, irridentis, & subsannantis. Et si autem Deus olim hac interiectione soleret vti etiam in comminatione malorum temporalium: Christus tamen, qui ad æterna aspicit, vix ea nisi in commination ẽ æterni mali vtitur: quemadmodũ nunquã beatum dicit, nisi ration e boni æterni. Quòd si interiectionem interiectioni opponere velimus, Euge possemus opponere ipsi Væ: nisi quòd Euge, præsentis boni indicat gaudium, Væ autem, futuri mali comminationem.

Infra 23. Octo cur benedictiones olim Christ⁹ protulerit.

Supra 5.

Vt ergo Dominus Pharisæos terreret & pœnas in transgressores prænuntiaret, sic locutus est. Estque mali prænuntiatio, non imprecatio mali secundũ se, nisi quatenus malum est iuuans ad pœnitentiam. Maledictio autem, id est, inflictio pœnæ, licita est etiam hominibus. Hinc dicitur: *Sic benedicetis filijs Israel, &c. & ego benedicã eis.* Vos verbo scilicet benedicetis, ego facto. Ita est maledictio verbo, & facto. Sic enim Dominus ait: *Maledicam* (scilicet facto) *maledicentibus tibi,* scilicet verbo.

Vę, Heu, Hei, & Vah, quid denotent.

Quando ferè væ, interiectione Christus vteretur idem contra beatũ quenquam appellaret.

Euge quomodo contrariũ dictioni Væ.

Scribis atque Pharisæis Christus cur væ fuerit cõminatus. Id quatenus fit hominib⁹ illicitum, at licita maledictio. Num. 6. Gen. 12.

Quemadmodũ nos Apostolus nolit maledicere.

Luc. 9. Ad quid venerit Christ⁹ potissimum. Act. 3.

Quod autem ait Apostolus: *Benedicite, & nolite maledicere,* de maledictione inflicta peccatori ex ira, loquitur: de qua reprehendit Christus Apostolos, deliderãtes vt ignis veniret de cœlo super Samaritanos eum nolentes hospitio recipere, dicens: *Nescitis cuius spiritus estis.* Principaliliter autem venit Christus ad benedicendum, vt dixit Petrus in Actis: *Vobis primum Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicẽtem vobis,* &c. Sed ex consequenti eodem actu prænuntiat maius malum in eum repellentes. Et peculiariter increpat hypocritas Pharisæos, & ex consequenti similiter peccantes, quibus dicetur: *Ite, maledicti, in ignem æternum.*

Matth. 25.

Clauditis, inquit, *regnum cœlorum ante homines.* Regnum cœlorum, gloria est cœlorum, cuius ianua, est Christus: clauis, intellectus Scripturæ, tenens clauim, sacerdos. Vel regnum, est sacra Scriptura, ianua, eius intellectus, clauis, scientia horũ. Claditis autem, ex industria nimirum, impediendo veram doctrinam de Christo, & de Scriptura: vel ex ignorantia, errores seminando, vel malo exemplo, & indiscretè excommunicationis sententiã pronuntiando: *Vos enim non intratis.* Nolendo viam Christum, nec veritatem Scripturæ de illo, ne temporalia amittatis. *Nec introeuntes sinitis intrare.* Hoc est, eos, qui intrare cupiunt, vel intraturi erant, aut qui, nisi per vos impedirentur, intrarent, impediendo per malam doctrinam à Fide, & excommunicando eos, qui Christum confiterentur, hi enim non sinunt intrare.

Regnum cœlorum quod nam, & quomodo claudatur.

Alter sensus de regno cœlorum.

Qua ratione Pharisæi in regnũ cœlorum introeũtes intrare non sinerent

Ioan. 9. & Infra 12.

Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orãtes. Arguit Dominus Pharisæos de multis, nimirum de gula, hypocrisi, deceptione, & crudelitate. Est prouerbiũ est, Comedere domum, pro, comedere quicquid in domo est: quemadmodum plebem deuorare dicimus eos, qui nouis artibus exigendi tributa, totam populi substantiam in suum peculium student conuertere. Domos ergo, id est, domus substantiam Scribæ & Pharisæi deuorabant, non familiam, aut cognationem, vel habitacula, Viduæ autem videntes eos orantes, libenter dabunt, quia promittebant impunitatem peccandi, modò ipsi pro eis preces funderent. Et idem de alijs simplicibus quibusque. Sed viduas nominat: quia fœminæ debilioris sunt consilij, & procliuiores ad bonum, nec habẽtes viros quos sequantur, & quia magis religiosę, & propensæ dispensare facultates suas pro anima viri: *Orationes longas orantes.* Quod Græcè dicitur, προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι: quod ad verbum Latinè vix exprimi potest, nisi per periphrasin, vt fecit interpres: pro quo apud Marcum dixit: *Sub obtentu,* id est prætextu prolixæ orationis: nam eodem modo habet Græca lectio in vtroque Euangelista, & in Luca. Aliqui tamen putãt προφάσει hoc loco vertendũ, id est, simulatione, quia ita interpres vertit in Luca: simulãtes longam orationem. Euthymius accipit pro simulatione, sic enim ait: *Occasione deuorandi domos viduarum, siue quæ in domibus earum sunt, prolixè exaggerata orãtes,*

Viduarum potius, quàm aliorum cur Scribæ, & Pharisæi domos comedere dicũtur.

Scribæ atque Pharisæi quo modo orationes longas orabant.

Alter sensus.

Euthym. c. 56. in Matthæum.

Psal.105. Eccli.3. & 1.Pet.3.

Idem nebulones cum ora bant prolixe.

Luc.18. 1.Reg.8. Prolixa precatio quatenus a Christo prohibita *Matth.6. Luc.6.*

Iosue 8. Scribæ illi, & Pharisæi hypocritæ quale iudicium amplius subinuti sint.

Quam vanus studium Scribarum, & Pharisæorum in proselytis faciendis, quæque iure reprehensam à Domino.

Idem vt circumbaute mare & aridam.

Pharisæi plebem quid falso docebant.

Quos olim lex Moysi ritum obligaret. *Exod.12. 3.Reg.8.*

Proselytus quis ille.

1.Paralip.22. & 2 Par.30. Ezech 14. Act 2. Ethnici quibus de causis

vt viderentur sanctius ac reuerentia digni. Sic ille. Vel est modus loquendi, orare orationes longas, sicut illud: *Laudauerunt Laudem eius: Timorem eius ne timeatis.* Et superflua verba in orationibus replicabant, vt Lucas inquit: & longa eodem autore, ita vt præ illis discipuli non orarent: & in locis publicis, vt viderentur, & haberentur sancti.

Alibi verò longas orationes reprehendit, non vt tales, sed quia ad decipiendum & captandum fauorem populi, prolixiores erant. Alioqui Christus pernoctabat in oratione, & docebat: *Oportet semper orare, & non deficere.*

Propter hoc (ait) *amplius accipietis iudicium.* Id est, grauius supplicium, & pœnam, quia decipiebant orãdo, & claudebãt regnum cœlorũ hominibus falsa doctrina, & plusquam sequaces peccabant: vel quia vtebãtur re sacra ad deceptionem, & auaritiam, quod peius est, quàm alia occasione deuorare domos viduarum.

Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Arguit Dominus studium Pharisæorum, & Scribarũ, quòd pro zelo legis magna difficultate proselytos, qui gentilismo relicto, ad Iudaismũ conuertebantur, faciebant: & magna cum difficultate comparatos, prauo suo exemplo deprauabant.

Et quod ait: *Circuitis mare, & aridam:* hyperbole est, nec est ad literam intelligendum, quia Deus illud non præcipiebat, & Pharisæi circumeuntes occiderentur, vt Martyres, & nullus meminit huius peregrinationis Pharisæorum religionis gratia susceptæ. Tantùm ergo significat difficultatem, & ambages loquendi cum paruo fructu. Et reprehendit quod dicerent, Gentes ad legem Iudæorum amplectendam obligari: quia Deus dicebat: *Hæc dues filijs Israel;* & non erat eis præceptum, vt eam alijs prædicarent, vt est de nostra. Hinc in Exodo dicitur: *Aduenas si voluerit in vestram transire coloniam,* &c. Et pro aduenis, seu alienigenis orat Salomon vt exaudiantur in omnibus.

Proselytus Græca vox est (à verbo, προσέρχομαι, quod est, aduenio) aduenam, vel peregrinum significat ad Iudaismum conuersum, vt habes in lib. Paralipomenon, apud Ezechielem, & in Actis. Aduena, id est, aliunde veniens ad Iudaismum: ad quẽ conuertebãtur, vel timore mortis, vt Gabaonitæ, & Samaritani, Iosu.9. vel humana affectione, vt Ruth; vel carnali, vt Rex Sichem, de quo Genes.34. & alij; vel caussa veri Dei, vt Raab meretrix; de qua Iosu.6. & Achior Iudith 6. Alij autem, licèt non Iudæi, colebant Deum, venientes ad templum. 3.Reg.8. & Eunuchus Candacis Act.8. Alij autem mittebant munera templo, vt Artaxerxes apud Esdram, qui liberos fecit sacerdotes, & Leuitas, & Nathineos à tributis; & Seleucus, vt dicitur 2.Machab.3.

Et ait, *Vnum proselytum*, id est, paucos, quia pauci conuertebantur, & quia Deus volens legẽ deficere, non mouebat corda ad amplectendam legem. Olim autem erãt cæsores, & portatores lapidũ 150000. vt dicitur lib.2.Paralip. Sed mortui iam erant, ac licèt viuerent eorum filij, non erant conuersi à Pharisæis, & filij eorum dicebantur Proselyti in æternum, erantq; in perpetuum seruũ. Secus Iudæi, de quibus dicitur: *Homo de filijs Israel, & de aduenis:* & in Actis, *Iudæi*, inquit B. Lucas, *& proselyti.* Ergo omnes non descendentes ex Israel, proselyti erant, sed sicut indigenæ habendi. Laborabant autem Pharisæi in conuersione proselytorum ob laudem humanam, & vt darent decimas templo.

Et rectè ait: *Et cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos.* Quia peccans alterius exemplo, nõ accipit impressionem peccati intus ab eo quem sequitur, nec extra docetur: ideo potest quandoque plus illo peccare. Duplo autem filium gehennæ proselytum Scribæ, & Pharisæi faciebant: quia eorum exemplo apostatabant à religione, vel inuerecundiùs peccabant visis maiorum peccatis, & in legem sponte susceptam: *Melius enim erat illis* (ait B. Petrus) *non cognoscere viam iustitiæ, quã post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.* Non autem quòd duplo in inferno paterentur, quia nonnulli eorũ boni erant, sicut & ex Pharisæis quidam. Recidit hæc maledictio in eos Monasteriorum præfectos, qui ad fouendam suam cupiditatem, quosdam ingenuæ indolis adolescentes, ac diuites, siue hæredes in sui monasterij institutum pelliciunt, pellectos seducunt, & tandem eos prauo suo exemplo ad abijciendum cucullum compellunt.

Væ vobis, duces cæci, qui dicitis: Quicunque iurauerit per templum, nihil est: quicunque autem iurauerit in dono quod est super illud, debet. Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Quartum Vę iactat in supinam quandã, & crassam ignorantiam Pharisæorum, quam ad quæstus aucupium exercebant: ideò vocat

fiebant proselyti. *Ruth.1.*

Proselyti cur pauci fiebãt.

2.Paral.2.

Leuit.25. & 17. & seq. Act.2.

Pharisæi, & Scribæ quare proselytos faciebant.

Idem proselytum duplo quam ipsi erant, gehennæ filium faciebant quomodo. *2.Pet.2.*

Falsus reijcitur sentius loci huius.

In quos ea Christi verba cõueniant

Scribas, & Pharisæos Domin⁹ cur vocet duces cæcos.

duces

Iuramenti reus. *Deut.5. & Matth.5.*

Oblationes Iudæorum quæ fiebant, quibus vsib⁹ cedebant.

Quomodo iuramentum secundũ Pharisæos factũ in altari, nihil valebat.

Alter sensus.

Aurũ templi quale erat.

Scribarũ, ac Pharisæorũ auaritia.

De illa cur non arguerit eos Christus.

Prima ratio Domini, qua probatur, iuramẽtum in altari factum valere, cõtra doctrinã Scribarũ, & Pharisæorum.

Scribæ & Pharisæi quomodo cæci essent, & fuerint.

duces cæcos, id est, ignorantes, non malitiosos in hac parte. Sed magis opprobrio esse solet ignorantia. Neq; excusabat eos, maximè in re tam clara, quòd videlicet iuramentum etiam per templum & altare, eos obligaret, & quia asserebant errores in necessarijs ad salutem. Nihil est, inquit, id est, non obligat iuramẽtum: quia de eo dicitur in Deuteronom. *Reddes Domino iuramenta tua.* Hic autem error cedebat in lucrum sacerdotum, nam ex ijs omnibus quæ offerebantur templo ad sacrificium, vel totum, vel pars in sacerdotum vtilitatem cedebat.

Quod verò dicitur: *Nihil est, & debet:* duplicem recipere potest intellectum. Primum, vt significetur debitum, vel nõ debitum, ad præstandum quod iuratum est. Secundò, vt significetur debitum, vel non debitum, ad pœnam pro tali iuramento statutam. Atque vterque in eundem finem tendit intellectus, ad indicandum videlicet, quomodo iuramantum per aurum templi, & donum altaris, maiori æstimari docebant Pharisæi, quàm per templum, vel altare, vt sic persuaderent populo donorum, & auri, quæ in templo offeruntur, maiorem esse reuerentiam, quã templi, & altaris. Aurum templi erat in vasorum, parietum ornamentum, & etiam in pretium, oblatione. Etsi autem putarent Pharisæi, solum iuramentum per Deum obligare, extendebant tamen ad Deo oblata, vt ex honore rerum alliceretur ad offerendum. Vel ita esse putabant ex cupiditate, scilicet oblata esse templo, & altari sanctiora. Et siquidem simulabant ex auaritia, non arguit Dominus Pharisæos de illa, quia non erat ita populo manifesta: vt sentire, aurum sanctius esse templo. Quo errore improbato, falsum etiam erat, iuramentum per templum & altare non tenere.

Porrò hunc vesanum errorem bifariã Dominus impugnat. Primò, cum ait: *Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum, an templũ quod sanctificat aurum?* Quasi diceret, Perfectio nobilius est in caussa, quàm in effectu, cui non communicat totam suam perfectionem. Sanctificans autem, caussa est, aurum enim si quid habet sanctitatis, ex eo est, quia ad ornatum templi spectat: templum verò, etiam auro non expolitum, sanctum est, quia Deus in eo habitat, cuius præsentia sanctificatur. Vocat cæcos, errantes in habentibus occasionem aliquam, & prætextam; stultos verò, hallucinantes in notissimis ex auaritia.

Quòd si obijcias, Aurum, est nobilius metallum: ergo iuramentum per id factum, tenet. Dicendum, quòd si Deus nõ attenditur in re ipsa repræsentatus, nulli creaturæ est danda latria, nec iurisiurandi religio. Si autem cõsideretur Deus, quatenus rebus istis assistit, & in eis splendet, aut per gratiam, aut per præsentiam, aut per specialem assistentiam, & hoc ipsum referatur ad gloriam Dei, per quãuis rem ad Deum relatam iuramentum valet. Nam vel cum Paulo dicens: *Testis est mihi conscientia mea*, more Pauli iurat, quia conscientiam Deo debemus, & eam Deus sanctificat. Etsi ergo daremus, templum esse indignius auro, adhuc iuramentum per templum firmum esset. Certum est, corporea à corporali immunditia sanctificari, atque mundari, vt ex varijs Scripturæ locis constat. De Bersabe enim dicitur, quòd statim sanctificata est: nam quamprimùm concepit, cessarunt menstrua, quibus fœminæ inquinantur. Spiritualis autem munditia animæ à solo Deo efficienter fit, à gratia tanquam à forma: à Sacramento illam dispensante per modum ministerij, & Sacramenti. Sanctitas verò, id est, applicatio rei corporeæ ad spiritualem, vt ad Deum, & rei ad Deum, seu ad Dei cultum ordinatæ, fiebat ceremonijs politiuis, quibus adhibitis, res non applicabantur communi vsui, sed sacro, & diuino mancipabantur muneri, vt post vnctionem templa, & vasa, Sacerdotes, Leuitæ, & nunc Sacerdotes in Nouo Testamento, qui in manibus, & Episcopi, qui in capite de more vngi solent, sanctificati reddũtur.

Oblata autem, sola sanctificabantur oblatione, vel sola voti emissione, vt tradit liber Leuitici. Porrò oblatio per manus Sacerdotum fiebat, vt animalium oblatio, vel ipsorum offerentium, vel aliquid reponentium in Gazophylacium, id est, arcam habentem foramen in parte superiori: de qua in Scripturis fit mentio. Efficiebatur ergo res sacra actione, qua quis applicabat eam cultui: manebat autem sancta per id, quod pertinebat ad tẽplum, id est, ad eius, vel ministrorũ ipsius vsum. Templum autem etiam sine auro sanctum erat per hoc, quòd Deo applicatum: aurum porrò per templum, atq; hoc sanctius est auro, & ipsum sanctificans. Simili de altari, & dono.

Et quicunque iurauerit in altari, nihil est: quicunque autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet. Secundò confutat cæcos

facer-

Quare iuramentum in auro templi factum non valebat, cùm aurũ sit præstantissimũ metallorum?

Rom.9.

Corporea à corporali immũditia sanctificari, vnde manifestũ fiat. *Leuit.11. Deut.23. Exod.19. 1.Reg.1.*

Spiritualis animi sanctificatio, seu munditia à quo efficiatur.

Qualis erat sanctificatio illat & quomodo fiebat. *Exod.31. Infra 40. Num.8.*

Vbi sacerdotes, vbi verò Episcopi inungi soleant, vt sanctificentur. *Leuit.27.*

Oblata vti sanctificabãtur: oblatio a quib⁹ fiebat. *supra 1.*

Gazophylacii quid erat.

4.Reg.12. Luc.21.

Templũ vnde sanctum erat, & aurũ oblatũ in eo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda ratio Domini ad probandū iuramentum in altari factum sine dono vanū esse, contra Phariseos

In quo altari iurari consueuerat.

Exod. 30. & seq.

Iosue. 38. & seq.

Iurare in dono, quid erat.

Leuit. 3. & seq.

Quæ tantùm olim offerri super altare consueuerant.

Homil. 42. ex. 2. operum D. Chrysost.

Quo simili Scribarū, & Phariseorum errore à Christo damnato Christiani teneantur.

Iurare per creaturā quatenus liceat.

CūChristus aliàs vetuerit iuramentum: cur hic iuramēti per cœlum facti meminit:

Matth. 5.

sacerdotes, qui dicebant, iurantem in altari, non obstringi iuramēto, fore autem debitorem, si iurasset per donum, quod est super altare: nam altare sanctius est donis & oblationibus, quæ super illud offeruntur: Altare autem, etiam citra donum, sanctum est. Altare hic vocat non thymiamatis, quod erat in Sancto, quia in eo non non offerebantur proprie dona, sed fumus tantùm aromatum: sed vocat Altare holocaustorum, quod ante portam templi situm erat in quodam atrio, muris, & non tecto concluso, vt videbatur ab alijs, sed non tractabatur nisi à ministris, non erat autem intra templum, propter fumum.

Dona vocat hoc loco sacrificia, id est, holocausta pacifica, & pro peccato, de oue, agno, boue, vitulo, capra, hœdo, turture, & pullo columbæ: Vel, libamenta, hoc est, similam, siue farinam tritici purissimi, vinum, oleum, sal, thus. Et hæc tantùm offerebantur super altare. Similia his peccari à Christianis, tradit hoc loco Autor operis Imperfecti, dicens: *Multa & modò Christiani simpliciter, & insipienter sic intelligunt. Ecce enim si aliqua fuerit caussa, modicum videtur facere qui iurat per Deum: qui autem iurat per Euangelium, magis aliquid fecisse videtur. Quibus similiter dicendum: Stulti, Scriptura sancta propter Deum sunt, non Deus propter Scripturas. Maior est enim Deus, qui sanctificat Euangelium, quàm Euangelium, quod sanctificatur à Deo.* Hæc ille. Similiter quidam religiosiùs obseruant iuramenta per certos quosdam sanctos, quibus addicti sunt, facta, aut etiam per suam nobilitatis fidem, quàm quæ per Deum passim, ac temerè fiunt.

Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus, quæ super illud sunt: & quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso: & qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Non licèt iurare per creaturam ob esse suum, quod iurisiurandi religio ad solum Deum pertineat, sed ob esse Dei in creatura repræsentatum: ideò firmum erat iuramentum per creaturam, quia Deum includit tale iuramentum, vt hic declarat Dominus, qui docet, licitum esse iurare per cœlum, quia sedes Dei est: & hoc in iuramento vtili, vel necessario. Ideò alibi ex eadem radice vetuit iuramentum incautum per creaturam: quia idem non est ratio oppositorum. Ibi ergo docet, iuramento creaturæ contemni Deum, ad quem quæuis creatura spectat: ideò non solum esse peccatum in periurio, vt antiquis dictum est, ostendit, sed etiam irreuerentiam Dei in eo. Validum ergo est iuramentum per creaturam. Hic addit: *In cœlo*: quia non ita suum videtur, & vt per hoc doceat, cætera iuramenta per alias creaturas emissa, soliditatem habere.

Ad custodiā oris, vt ne facilè iuret, ac periuret exhortatio.

Eccles. 23.

Proinde magna diligentia linguam nostram coerceamus, & ab incautis iuramentis abstineamus, ne facilè in periuria prolabamur. Iurationi, inquit Ecclesiasticus, non assuescat os tuum, multi enim casus in illa: sed oculos animi in primis attollamus ad Deum, cui iurisiurandi religionem debemus, vt non nisi quæ vera sunt, & quæ ad pietatem, vtilitatem, necessitatemque spectant, nostris iuramentis asseramus, & vt nos ipsos plane discipulos esse ostendamus Domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre & Spiritu sancto detur omnis honos, gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

TRACTATVS XXXIV.

Tract. 70.

Matth. 23.

In illa verba: *Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicē, camelum autem glutientes, &c.*

Qui similes Scribarum, & Phariseorum excolatium culicē, camelum autem glutientium.

Hic superstitiosam quandam religionem eorum, qui nimis religiosi in paruis quibusdam videri volunt, in magnis tamen contemnunt, reprehendit Dominus. Et sanè hoc omnes habemus, vt quas vsus commendauit, constitutiones seruemus, grauiora negligamus, volentes scilicet nos liberos esse à quibusdam legibus, atque ita non omnibus parere. Sic item quæ nobis ipsis singuli præscribimus, seruamus, & diuina præcepta negligimus, aut diuinorum selectionem facimus, cùm, neglectis grauioribus, minora curamus.

Decimare mentham, & anethū quid

Gen. 28.

Hebr. 7. Gen. 14. 1. Reg. 8.

Decimatis, inquit, *mentham, & anethum.* Græcè ἀποδεκατεύετε. Nota verbum Græcū ἀποδεκατεύειν, & apud Hebræos עשר, asar, & Latinis decimare, tam dici de eo, qui decimas dat, quā de eo, qui decimas accipit: & posteriori modo accipit Iacob, cùm ad Deū inquit; *Cunctorū quæ dederis mihi, decimas offerā tibi.* Græcè δεκάτην ἀποδεκατώσω σοι, & Paulus ad Hebr. hoc vocabulū vsurpat, cū ait Leui per Abraham à Melchisedec decimatum, & 1. Reg. dicitur: *Sed & segetes*

Quid vindemiare.

Hieron. lib. 4. in Matth. to. 9.

vestras, & vinearum reditus addecimabit. Et vindemiare, est decimas accipere. Et iuxta hunc sensum hoc loco Hieronymus interpretatur, quasi eos hic arguat auaritiæ, quòd studiosè etiam vilium olerum decimas exigant, & iudicium in disceptatione negotiorum, misericordiamquein pauperes, & fidem in Deum, quæ magna sunt, prætermitterent.

Alter sensus accommodatior.

Luc. 18.

Verùm præsenti loco magis quadrat prior significatio: dabant enim ipsi Scribæ, & Pharisæi, vtpote laici, decimas, etiā de minimis. & Pharisæus apud Lucam gloriatur: Decimas do omniū quæ possideo: quem sensum sequuntur Chrysostomus, Ambrosius, & Hilarius, quasi decimare, sit decimas dare. ¶ Quanquam non desint qui intelligant: Decimatis, id est, exigitis decimas, & non maiorem præceptorum obseruationē, ex hypocrisi, vt parua peccata horrentes, sancti videamini.

Chrys ho. 73. in Matth. to. 2. Ambros. lib. 7. in Luc. cap. 13. Hilar. can. 24. in Matthæum.

Tertius sensus.

Grauiora autem erant illa, quorum omissio grauius erat delictū, licèt omittens alia, etiam peccaret. Omnia enim præcepta sub mortifero crimine obligant, ac proinde seruari possunt, ac debent. Sunt autem grauiora, fides, iudicium, & misericordia. Fides erga Deum, iudicium, & misericordia, erga proximum. Sed iudiciū, circa ea, quæ debita sunt; misericordia, circa indebita ex iustitia. Fides autē grauior est decimarum solutione, quia fundamentum omnis boni, & iustitiæ, sine quo homo nō est sanabilis: quia, *Qui non credit, iam iudicatus est.* Et formata fides charitatem includit. Vnde apud Lucam ait: *Decimatis mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei.*

Quomodo verum sit, iudicium, misericordiam & fidem grauiora esse legis.

Ioan. 3.

Luc. 11.

Hilarius tamen videtur intelligere de fide erga homines, qua fit, vt neminē fallamus. Sed prius videtur verius, & Lucæ magis consonum, qui pro fide ponit charitatem Dei: informisq; etiam maior est, & præstātior decimarum redditione. Iustitia autem & misericordia præferuntur à Domino etiam omnibus sacrificijs, & omnibus ad Deum pertinētibus apud Michæam, Esaiam, & Oseā, excepta fide, quæ complectitur spem, & charitatem. Et hæc tria, vt potissima, in tota lege ponuntur apud Micheam: qui ait: *Quid dignum offeram Domino?* Et subdit: *Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: Vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.*

Altera sentētia de fide, sed minus probabilis.

Micha. 6. Esai. 1. Ose. 6.

Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Significat: In primis hæc erāt seriò curanda, nec tamē minutula illa erant omittenda: quia ad decimandum, lege arctaban-

Michæa 6.

Matth. 9.

Quid à nobis Dominus requirat, teste Propheta.

Quid: Hæc oportuit facere, & illa nō omittere.

tur; ne putarēt peccatum, quod dixit Væ: & ne murmurarent Pharisæi, redarguit quòd decimabant ex hypocrisi. Vel docebant decimare hæc minutula: & de grauioribus, vt iudicio, misericordia, & fide, ipsi nihil obseruabant, & vt populus illa obseruaret, muti erant.

In quos conueniat hoc dictum. Excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Prouerbium esse videtur, quò rectè notantur ij, qui circa minima multum sunt scrupulosi, sed de grauioribus, & enormioribus peccatis parum soliciti. Quemadmodum si quis in die ieiunij cœnæ tempore micam panis non audeat sumere, audet tamen totas horas, aut impudicis spectaculis, aut ludis prohibitis, aut obscœnis cupiditatibus adimplendis insumere.

Vnde hæc metaphora cameli, & culicis videatur desumpta.

Tractus est autem hic sermo ab eo, quod fieri solet, cùm quippiam immundum in poculum inciderit, vtpote musca, culex, aut aranea, aut quid simile: nam diligēter cauemus, ne simul id cum potu in guttur transeat, ipsumq; priusquā poculū ori admoueamus, abijcimus; vel si in ore primū percipitur, linguæ ac dentium obstaculo transire impedimus. Quā autem absurdū esset, si quis camelū animal maximum, posset glutire, neq; illum excolare curaret, muscā autem vel culicem non auderet deglutire? Tales sunt, quibus est angusta, vel scrupulosa conscientia, qui rem minimam, in qua nihil, aut parum offensionis est, contingere nequaquam audent, cùm ab his, quæ manifestè sunt contraria, non abhorreant.

Caietanus autem, non intelligens metaphoram cameli, propria autoritate, & nullo codice adiutus, pro camelo legit musconem, aut vespam, aut asilum. *Alioqui*, inquit, *non quadrat metaphora; quia non solet deglutiri camelus.* At nunquid solet esse trabes in oculo? Et tamen Dominus ait: *Et trabem in oculo tuo non vides?* Quis non videat, quòd rei incōgruæ id planè quadrat quod est incongruū? Sic enim multa similia dicimus. Habet prouerbium: *Tanquam asinus ad lyram*, quis hoc dictum improbet ea ratione, quòd non solent asini pulsare lyram? Certè ob id ipsum congruebat hęc Domini metaphora in Pharisæos, quòd tanta essent eorū crimina, quæ deglutiebant, quātum est animal illud camelus, id est, immanitate ingentia, iniquitate tortuosa, & idcircò inglutibilia: cū tamē minima obseruarēt quàm diligentissimè. Et ita impleta est metaphora in eis, qui dicebant: *Tolle, tolle, crucifige eum*; & tamen pretiū ipsum, quo eum redemerunt à proditore

Caietani ineptissima interpretatio huius loci reijcitur.

Matth. 7.

Quàm verè, & aptè de Pharisæis dictū sit, quod excolarent culicē, camelum aute deglutirent.

Ioan. 19.

ditore Iuda, & in Crucem adegerunt, noluerunt mittere in corbonã: nec ausi sunt intrare in prætorium, vt non contaminarentur tanquam veri homicidæ. ¶ Excolare culicem dixit, pro eo quod est, excolare vinum, in quod culex incidit.

Matth.26. Infra 27. Ioan.18.

Aduertendum præterea, quosdam veterum Patrũ, pro eo quod vulgata habet lectio, *Exculantes culicem*, legere, liquantes culicem: potestq; & hęc lectio ad eundem sensum reduci. Liquare enim dicimus illud, quod integrum non glutimus, sed per multam temporis moram in ore retinemus, vt paullatim liquescat, & liquefactũ per guttur transeat. Vt cùm magnam sacchari duri portionem in os inijcimus, illudq; dentibus nõ terimus, sed per liquefactionem dissolui facimus. Habet itaque liquefactio difficultatem & morã: quibus caret deglutitio. Sic ergo liquare illum culicem, & camelum deglutire dicimus, qui parua non audet admittere sine magno conscientiæ morsu, maxima autem absq; vllo scrupulo.

Ponderatur hæc lectio: Liquantes culicem, &c.

Liquare quid

Quoniam verò hic sermo habitus est de decimis, non est ignorandum, decimas in Veteri Testamento iure Naturæ non fuisse præceptas, quod attinet ad quotam earum, vt dicitur, licèt iure naturæ debeãt ministri altaris sustentari. Nam sic Iacob eas non voluisset, & Gentes ad eas persoluendas absolutè adstringerentur, essentq; in Decalogo præceptæ, atq; essent sacerdotum, cùm tamen spectarent ad Leuitas, qui non erant lege Naturæ ministri: & grauarentur ablata ab eis hæreditate, si decimę aliàs essent debitę. Ante legem Moysi manifestum est, quòd erant multa iura positiua, & cõsuetudines, vt consuetudo nõ dandi iuniores filias maritis ante priores, quam Laban allegauit.

An decimæ iure naturæ sint instituę.

Gen.18.

Exod.29.

Decimarum solutio quãdo, & à quib⁹ cœperit.

Gen.14. Infra 28.

Institutæ sunt autem decimæ in particulari primo anno post exitũ Israel de Aegypto, vt colligitur ex capite 18. Numerorum, & Deuteronomij. 12. Abraham tamẽ semel Regi Melchisedec, & nõ ex debito, & de receptis in bello tantùm legitur dedisse decimas. Secundò Iacob, & omnium, & quouis anno decimas reddebat, sed ex voto, vt diximus, cùm aliàs non obligaretur, nam votum fieri solet de eis, quæ alioqui non sunt in præcepto, quamuis fieri possit de aliàs præceptis, & fortè erat cum oblationibus de ministris: sed non erant tunc Leuitæ. Quia autem Domino seruitutem debemus, quam ipse vel ratio taxaret, Israel autem peculiariter erat seruus, quia liberat⁹ ab Aegypto, terra etiã speciali iure Dei erat: ideò meritò à personis, & à terra exigere poterat quantum vellet. Vndè in Leuitico de terra, vel seruis (quia Dei sunt) non vendendis leges tradit. Istam autem seruitutem Deus voluit sibi in templo impendi. Et singulariter exhibere debebant primogeniti, & singulari ratione liberati. Illis verò se per idololatriam vituli polluentibus, & contaminantibus, elegit pro eis, & populo Leuitas; quib. propterea dedit decimas, vt habes in lib. Numeror. quas non dedisset, si quisque per se, vel primogeniti pro omnibus ministrassent. Quia enim duodecima pars terræ eis obueniebat, si inde decimarent sacerdotes, minus quàm alij acciperent: ideò data decima pars fructuũ, sed nihil terrę: nam populus nihil faciebat, nisi laborare suis expensis terram Leuitarum; vt ipsi semper Deo vacarent, & ne vilescerent. Adhuc autem, quia erãt pauperes, hortatur vt inuitent Leuitas, & non sacerdotes.

Votũ de quibus rebus fieri soleat.

Leuit 25. Cur Deus in Veteri Testamento sibi iusserit dari decimas, & à quibus potissimum dari debebant. *Exod. 32.* Quibus decimæ dabantur, & quare. *Num.18.*

Leuitarum officium. *Deut.12.* Quæ olim de cimæ dari cõsueuerant. *Ibidem. Infra.14.* Summo Sacerdoti decimas Leuitæ cur dabant. *4.Reg.11* Quibus de rebus erant à Iudæis decimæ soluẽdæ. *Leuit.23.& 27. Num.18.* Quo iure in Nouo Testamento decimæ persoluantur.

Prima decima Leuitis dabatur à duodecim tribubus quouis anno: Secũda, pro oblatione & cibo suo in sanctuario, vt offerendo, & gaudendo in cibo copioso, afficerẽtur ad Deum: Tertia adhuc residui tertio quoq; anno pauperibus. Leuitæ verò dabant decimas Summo Sacerdoti, vt esset maior omnibus, dempto Rege. Et vt cultus magnificret à rudibus & carnalibus hominibus, ideò Sacerdotes ducebant filias Regum, vt Ioiada.

Dabant autem decimas de cunctis fructibus terræ, arborũ, pecorũ, &c. vt habes in Lege. Et ita pensio decimarum, in veteri Lege, iuris erat Diuini. Decimæ autem modo quoad certam quãtitatem tantùm iure positiuo debentur, non autem naturali.

Quæ decreta Pontificum decimas definiunt iuris esse Diuini, quo sensu accipi debeãt. *Deut.14. D.Tho. 2.2.q 87.ar.1.ad 2. tomi 11.par 2.* Decimarum solutio eadẽ vt moralis, naturalis ire, & iudicialis secundùm Thomam. *Gen.14. Infra 28.* Ethnici quibus decimas dare consueuerant.

Porrò Decretales epistolæ, quæ dicunt institutas à Deo decimas, intelligẽdę sunt, olim: ideò nouam institutionem non esse iniustã, extra de decimis. c. Parochianos, &. c. Tua nobis, &. c. Tua, &. c. In aliquibus: ac ita declarantur Canones iuris positiui. 6. q. 1. Præceptũ siquidem legis veteris de solutione decimarũ, teste B. Thoma, partim erat morale, & naturale, quatenus sustentabãtur ministri cultui Diuino addicti; partim verò fuit iudiciale, quatenus videlicet certam partẽ ministris exhibendã præscribit. Vnde ea ratione qua morale erat, & naturale, Abrahã, & Iacob ante legẽ Moysi decimas offerre, vel vouere potuerunt: vt gentes, inter quas agebant, in more habebant istas dijs suis pendere, & sacerdotibus. Nã Herculi decimas dare, locupletibus, ac nobilibus antiquus

M.Tull. mos fuit. Vnde Cicero lib. 3. de natura deorum: *Neque Herculi* (inquit) *quisquam decumam vouit vnquam, si sapiens factus esset.* Et Lucullus, quia hunc morem seruasse dicitur, auctior factus est postea, autore Festo. Et Cyrum Regem Persarum, deuictis Lydis, decimam quoque prædæ dedisse Ioui, testatur Herodotus: Liberum item patrẽ, qui & Bacchus dicitur, post victos Scythas & alios populos, primitias obtulisse scribit Ouidius in Fastis:

Festus.

Herodot. Halicarnass.

Ouid.lib.3. Fastor.

Te memorant (inquit) *Gange, totoq; Oriente subacto,*
Primitias magno sepositisse Ioui.

Decimæ cur potiùs in veteri, quàm in Nouo Instrumẽto fuerint diuinitus institutæ.

Quòd si dicas; Erant olim iure diuino institutæ in Lege Veteri: ergo etiam in Lege noua: non valet consequentia. Quia præceptum illud ad cæremonialia, vel iudicialia spectabat. Lex autem, quantum ad illa, nobis mortua est. Quanquàm negari non possit, decimas secundùm taxationem illam, via exempli tantummodò esse iuris diuini: nam Ecclesia à Lege Veteri sumpsit exemplum taxandi decimã partem fructuum. Et hoc conuenienter, & meritò, atque dignè. Conuenienter quidem, quia taxatio illius partis faciliùs admittenda erat à fidelibus laicis, ad quam olim in lege erant assuefacti. Faciliùs enim homines aliquid continuant, quàm aliud de nouo incipiant. Meritò autem, quia si Sacerdotibus Veteris Testamenti dabatur decima, multò magis dãda est sacerdotibus Noui Testamenti, quia melioris Testamenti sunt ministri, & melioris Sacramenti, & ad maiora obligantur, iuxta illud: *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarũ, & Pharisæorum, &c.* Dignè verò, quia si nõ obstat mysterij ratio, melius est sequi determinationem legis diuinæ, quàm humanæ. Est & aliqua ratio moralis, propter perfectionẽ numeri, in quo est creatus mundus maior, & institutus mundus minor per Decalogũ, & per ternas virtutes Theologicas, & septẽ dona Spiritus sancti: & quia homo decima drachma est amissa, & reperta à Christo, & propter nouem choros Angelorum in cœlo collocatos, præter quos est chorus vnus infantium baptizatorum.

Quæ secũda ratio.

Decimas vnde constet iuris diuini nõ esse.

Quia verò est Iuris Canonici, potest Papa tollere, vel imminuere, modò aliundè alat ministros. Valet etiam in eas consuetudo, & præscriptio, vt in multis ciuitatibus Italiæ. Et Iudæi nõ soluebant decimas personales, id est, ex manuum labore, vt indicatur Num. 18. & Leuit. 21. Quòd verò dicuntur decimæ manuum, & decimæ ex omnibus ciuitatibus operũ nostrorum: intelligeidcircò dici, eo quòd manibus colũtur agri: vnde & decimæ prędiales dicũtur. Benè autẽ soluũtur in Nouo Testamẽto eiusmodi decimæ personales, vt habes extr. de decimis, c. ad Apostolicæ, c. peruenit, c. per nuntios, c. ex transmissa, c. pastoralis.

Decimę manuum quæ dicebantur in lege.

Decimæ olerum, & herbarũ minimarum, vt rutæ, aneti, mentæ, & cymini, non erant præceptæ: quia Leuit. 27. explicantur certæ species decimarum pendendæ, quod ad fructus attinet. *Omnes decimæ*, inquit, *terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur.* Et de decimis animalium subiungit: *Omnium decimarum bouis & ouis, et caprę, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.* Et Deut. 14. explicantur fruges terrę, ni mirùm decima frumenti, & vini, & olei, vel, vt alibi: *Decima de area, & torculari.* Vbi, quod dicitur: *Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, quæ nascuntur in terra per annos singulos.* Vbi Hebræa habent: *Decimãdo decimabis omnem prouentum seminis tui, quẽ producit ager annuatim:* vide dictum esse de agro, nõ de terra, ne horti parui cõprehendantur, quos etiã Leuitæ habere poterant, ex quibus colligerent, quæ opus essent.

An decimæ olerũ & herbarum pẽderentur ex lege, nec ne.

Decimas animaliũ quas Domin⁹ exigebat olim.

Quarum frugum decimę dabantur. *Deut.16. Supra 14.& 4.Reg.6.* Id: Decimam partẽ separabis de cuctis fructib⁹ tuis, quæ nascuntur in terra, &c. quo sensu dictum sit. Menthę, & anethi, & cymini decimas Pharisęi cur penderẽt

Proinde probabile videtur, non fuisse præceptum decimam rutæ, cymini, & similium. Sed Pharisæi volentes apparere exacti legis obseruatores, ad ostentationem, illas pendebant. Et ita Dominus innuit, talium decimarum solutionem, fuisse Pharisaicum institutum: sicut erat ablutio calicum, & manuum, de qua subdit, & præcedit apud Lucam.

Nec obstat verbum Domini: *Hæc oportuit facere, & illa non omittere:* nam pronomen demonstratiuum, illa, potest referri simpliciter ad decimationem, vt sit sensus: Ante omnia oportuit grauiora legis, & tamen interim decimationem nõ omittere. Vel oportebit, dixit, pro, conueniens fuit; ita vt Dominus probet quæ legi erant consentanea, non tamen necessaria. Vel deniq; idem loquitur Dominus de decimis soluendis secundùm iudicium Pharisaicũ non reprehendendum: quasi dicat; Ante omnia oportuit illa legis præcipua facere; & tunc, si ita visum est vobis, illa etiam parua oportuit non omittere.

Marc.7. Luc.11. Triplex huiꝰ dicti intelligentia proponit: Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Multæ hic possent texi disputationes de decimis; sed ad hunc locum explicandũ non sunt necessariæ. Et olim laici non decimabant meliora, quia esset plus quàm decima: nec de prioribus, quia esset minus decima; sed decima occurrens. Leuitæ autem meliora dabant summo Sacerdoti, vel saltem non peiora. Soluẽtes autem decimas, obtinent copiam fructuum, sanita-

Quas decimas non dabant Iudæi. *Deut.12. Nehem.10.*

Quales decimas populꝰ, quales verò dabãt Leuitę. Decimas soluentium recensentur bona, non soluentium mala: ex Augustino.

tem corporis, remissionem peccati, & gloriam æternam, secundùm Augustinum.

Serm. 119. de temp. siue serm. 1. Dominicæ post Trin. tom. 10. 16. q. 1 c. decimæ. B. Hieron. in c. Mal. 3. tom. 6. 16. q. 1. c. Nouerimini.

Qui verò decimas non soluit, peccat in Ecclesiæ præceptum, sacrilegium, & rapinam committit, & homicidium pauperis per occasionem. Promeretur imminutionem fructus à cœlo, & à locusta, teste Malachia, & Hieronymo: habet infamiam, & excõmunicationis pœnam, vt habet Canon 16. q. 7. c. omnis decima.

Sequitur: *Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat & id quod deforis est, mundum.* Reprehendit aliam Pharisæorum superstitionem: nam plus satis curioti erãt in seruando baptismate calicum & paropsidum, & æramentorum, quia ad Dei cultum id referebant. Mundabant ergo calicem ad potum, & paropsidem ad cibum: nam paropsis, catinus erat seruiens salsamẽto, iuxta illud: *Qui intingit manum mecum in paropside, hic me tradet.* Et sensus est: Mundatis externa vestra, quasi calicem extra, & non conscientiam vestrã, & animam, quod cæcitatis est. Ideò excandescens ait: *Pharisæe cæce, munda prius quòd intus est, calicis, & paropsidis.* Nouè hoc dixit, non loquens de interiori parte ipsius visibilis calicis, aut paropsidis, sed de interiori homine, quasi calicé, & paropsidem in se homo habeat suã mentem, & animũ. Et ita, ô Pharisæe, munda potiùs conscientiam, quæ calix internus est, & paropsis, in qua Deus delectatur, nõ secùs atq; nos in cibo & potu in vasis mundis ministrato. Quidam tamen per ea, quæ intus sunt, ea quæ edunt, & bibunt, interpretantur; quasi dicat: Verùm ea, quæ editis, vtrùm rapina, & sacrilegiis, an iustis laboribus comparata sint, nullo in discrimine habetis.

Vt fiat & id quod deforis est, mundum. Hoc duplicem intellectum recipit. Prior est: Sit tibi potissimùm, & ante omnia cura munditiæ interioris; quam si habueris, erunt tibi omnia munda, etiam quæ foris sunt: quoniam, vt ait Apostolus: *Omnia munda mundis*; &, *Nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.*

Posterior intellectus est: Primam curã habe de mundanda conscientia, ac deinde recto ordine ad exteriorem etiam procede munditiam; vt videlicet primo loco interna, deinde externa curetur munditia. Nam intus mundi horrent externam immunditiam, quia turpis est, & aliena ab hominis dignitate; nisi cùm causa macerandæ carnis & mortificãdę assumitur. De B. Bernardo in eius vita dicitur: *In vestibus ei pauper tas semper placuit, sordes nunquam.* Atque illum ordinem aliàs solet insinuare Dominus, vt cùm ait: *Hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucã de oculo fratris tui:* & alibi, *Qui sine peccato est vestrùm, primus in illam* (scilicet adulteram) *lapidem mittat.* Id est, priùs se ipsum diiudicet, & emendet, deinde ad proximũ emendandum accedat. Nam aliàs præpostera esset religio, se neglecto, alios curare. Nõ addit autem de externa munditia: Hanc oportuit non omittere, vt de decimis docuit; ne videatur approbare superstitiones Pharisæorum, de quibus apud Marcum; & quia indifferens est, & sub præceptum non cadit. Minor ergo cura habenda de externis mundandis.

Subdit Dominus: *Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.* Congrua similitudine & hypocrisis vitium eorum taxauit, & miseriam expressit. Mortuum enim hominem interiorem habent; ac ne, qui suscitat mortuos, ei auxilium ferat, sepulchrum exornant. Neq; ad mortua ossa interiora, qui exterior est, eũ admittit: vel quoniam hoc non possunt, dealbant ita exteriora, vt introspici neque at, quomodò intus resistant voci Iesu, qua mortuos exuscitare volebat.

Væ igitur illis, qui malunt sepulchra esse mortuorum, quàm domus viuẽtium, & habitatio Dei. Quis enim illis succurrat, qui mortuum celant, & verba eius velut viuentis proferunt, & actus demonstrant, ne quis misericordia motus, eos tantæ impietatis arguat, & Regẽ, cui omnia viuũt, hortetur admitti? Ait autem: *Plena ossibus mortuorum:* quia plures Iudęi in vno sepulchro sepeliebantur. Mortui autem homines videntur esse, & non sunt, vt hi iusti secundũ speciẽ, qui reuera non erant, quos Christus hic arguit, vt fingentes internam munditiam: ideò plenos hypocrisi notat: vt superi⁹ præponentes externam munditiam internæ, vocauit cæcos.

Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum; & dicitis, Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socij eorum in sanguine Prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Obscurus est hic locus, nec satis constat, ob quam occasionem Dominus vę iaculetur. Nam ędificare sepulchra Prophetarum, & ornare monumenta iustorũ, non

Lib. 3. ca. 2. Quæ proximę huic Christi sententiæ. *Matth. 7. Ioan. 8.*

Expenditur non dictum à Domino, sicut de decimis: Oportuit externam munditiam nõ omittere.

Christ⁹ Pharisæos curvocet sepulchra dealbata. *Rom. 4.*

Quare dicat sint vę. qui sepulchra malunt esse dealbata, quã domus & habitatio Dei.

Eiusmodi sepulchra cur plena dicuntur ossibus mortuorum.

Scribę & Pharisæi ædificãtes sepulchra Propheratũ, quare⁹ laudabiles. ne dum minimè reprehendi.

non merebatur maledictionem, cùm illud ob reuerentiam facerent innocenter interfectorum. Alioqui damnarentur discipuli Ioannis, qui eum ab Herode occisum sepelierunt, Sepulchra Prophetarum Scribæ, & Pharisæi ab antiquitate iam diruta reficiebant; Iustorum verò, vt Machabæorum, Esdræ, Neemiæ, qui non erant Prophetæ: neque rursùs, quia filij erãt homicidarum, quia scriptum est: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, &c.* Neq; quod dicebant: *Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum*, per se maledictione dignos facit.

Matth. 14.

Quorum illi ædificabant monumenta iustorum.

Ezech. 18.

Primus sensus illorum verborũ, sed ineptus & improprius. *Fran. Titelm. in Matth. eum Ioan. Gagn. in eundem. Lauret.*

Proinde sunt, qui putant, maledictionis pondus cadere in illa verba: *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Propter hoc enim illis ventura prædicitur maledictio, quia malitiam præcedentium malorum patrum erant imitaturi, consumaturique. Sed hic sensus ex eo improbatur, quia Lucas eandem maledictionem repetens, nihil illorum verborum dixit: *Et vos implete mensuram patrum vestrorum:* vt proinde quærendus sit aliquis sensus, qui constare possit sine illis verbis.

Alter congruentior.

Rectus igitur sensus est, Dominum nõ reprehendere quòd ædificarent Prophetarum sepulchra, & maiorum suorum facta improbarẽt, sed quòd hypocritico animo & ambitioso id facerẽt, ad vanam gloriam aucupandam, cupientes extare monumẽta potentiæ suæ, quæ possent apud ignobiles & stolidos iactare. In monumentis enim scribebant, qui nam ea restaurassent, & exornassent, vt monstrarent se horrere crimina patrum suorum cõtra Prophetas admissa; & tamen persequebantur Iesum, caput omnium Prophetarum. Ita interpretatur Chrysostomus; idque colligit ex eo, quod apud Lucam legimus: *Profectò testificamini, quòd consentitis operibus patrum vestrorũ: quoniam ipsi quidem eos occiderunt; vos autem ædificatis eorum sepulchra:* quo scilicet impiũ animum vestrum tegatis me occidendi.

Scribę & Pharisæi cur monumenta Prophetis extruerent.

D. Chrys. hom. 75. in Matth. tom. 2. Luc. 11.

Vnde hic subdit: *Itaq; testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt:* cum natura, & genere, dum patres vestros appellatis: tùm imitatione, dũ in meam, meorumq; mortem totis animis, & viribus inhiatis. Videbat enim illorum mentes paratas in facinus occidendi Christum, & nihil aliud meditantes, atq; laborantes, quàm vt celatum esset crimen. Sed Christus eos se non latere manifestat, vt hic saltem corripiantur. Et verisimile est, non frustra Iesum hęc pronunciasse, sed ob verba hæc eorum aliquos emendatos fuisse, a-

Iidem vt testificabantur se esse filios eorum, qui Prophetas occiderant.

An Scribis & Phariseis hęc Domini responsio profuerit aliqd, nec ne.

lios verò irritatos, & factos peiores, eorum verò alios aliquando hęc memoria repetentes, mutatos fuisse: quia Dominus reuersus, talentum quod posuit, exigit cum vsuris. Certè hæc omnis dictio Christi turbis profuit, quæ videbant quantum illis hominibus tribui deberet, & quibus in rebus eorum dictis audiendum non esset.

Matth. 23.

Vel rursus; Non arguit eos de ædificio, vel sumptibus, vel quod essent filij homicidarum, nec quòd ob solam vanã gloriam ædificarent, sed de hypocrisi, quia se iactabant supra patres, falsò, licèt bono animo ad mortuos affecti, & dicebant ex inani gloria: *Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum.* In quo se supra patres efferebant, & opprobrium filiationis aliũ fugiebant. Ac licet sic putarent, falsò tamen, quia peius secerunt in Christum & in suos. *Et vos*, inquit *implete mensuram patrum vestrorum.* Hebraïca est, imperatiuo posito pro indicatiuo, nec est pronuntiandum per imperium, sed prædicit tantùm: eos hoc esse facturos, imò iam id ipsum agere, desiderio videlicet, & voluntate. Et cum graui pondere magnę amaritudinis proferendum est, vt significetur, quòd eius permissione tantùm scelus iam facturi, nõ vt eis hoc malum præcipiat facere: quale & illud est, quod ait ad Iudã: *Quod facis, fac citius.* Ita etiam vulgi sermone loqui solemus; vbi cum dolore magno aliquid præsignare volumus. Dicimus enim iuueni maturè crimina intẽtanti: Sic ad crucem, aut patibulum festina, puer: significare volẽtes, quod huic puero euenturũ metuamus. Implete igitur, id est, implebitis, quia mendaciter dicitis: *Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum.* Et hoc prædixit, ne putarent, Christum, & suos, vt iniustos occidendos ab honorantibus iustos.

Tertius sensus.

Scribarũ, & Pharisæorũ ostentatio & arrogantia.

Illis Christus quomodo dicat: Et vos implete mensuram patrum vestrorum.

Ioan. 13. Hęc Domini locutio qualis videri possit Scribarũ, & Pharisæorũ mendacium.

Serpentes & genimina viperarum, quomodò fugietis à iudicio gehennæ? Serpentes vocat, id est, habentes venenum odij, & inuidiæ erga Christum; Genimina verò viperarum, id est, excellenter venenatos, & filios tallũ, quos imitamini, & interimitis infamando. *Quomodò*, inquit, *fugietis à iudicio gehennæ?* Vult Dominus dicere: tametsi habeatis modos fugiendi iudicia hominum, nullus tamen erit vobis modus fugiendi à iudicio pœnę, ac cruciatus sempiterni, etiamsi multa sepulchra Prophetarũ ædificetis, aut monumenta iustorũ ornetis. Consultò autem Dũs tanta verborum acrimonia vsus est; vt eos excitaret à somno & lethargo, quo opprimebantur. Nam *Meliora sunt* (ait Sapiens) *vulnera diligẽtis, quàm fraudulenta oscula odientis.*

Tidẽ vt erant serpentes, & genimina viperarum. *Matth. 3.*

Illi rursus quomodò à iudicio gehennę fugere nõ poterant.

Eosdem cur Dominus tã acriter obiurgauerit. *Prou. 27.*

Cùm flagellat nos, & corripit Deus, quo nos odio prosequatur.

B. August.

Magnas igitur tribulationes agamus Deo, cũ ferro & igni nostra vitia ille insequitur, & tunc eum maximè clementem, & benignũ agnoscamus, cùm sæuire videtur. Nam nisi per nos fleterit, illa est certissima, & compendiosa via cœlos ingrediendi, vt cũ Augustino meritò dicere possimus: *Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas.* Præstante Domino nostro Iesu Christo, cui cum Patre, & Spiritu sancto omnis reddatur gloria, honor, & imperium in sempiternum, Amen.

Tract. 80.

TRACTATVS XXXV.

In illa verba: *Ideò dico vobis, Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, et persequemini de ciuitate in ciuitatem: vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, &c.* & reliq. in finem vsque cap. Matth 23.

Quæ Iudæi ministris Euangelij inferre mala iniqui cogitabant, cui Dominus pnuntiauerit.

PRAEDIXIT hactenus mala, quæ Scribę & Pharisæi Christo inferre meditabantur, iam verò quæ sint contra suos ad se mittendos ministros machinaturi, explicare voluit, vt nihil noui sibi, & suis accidere posse intelligerent, quod non priùs ab ipso esset prœcognitum; ac vt Apostolorũ animi contra mala imminẽtia corroborati inuenirentur. Ait igitur: *Ideò dico vobis, ecce ego mitto ad vos, &c.* Sensus est: Idcircò multo antè prædico vobis quòd passuri estis; vt videatis quod verum est, & implendum quod dico; vel, quòd non fugietis à iudicio gehennę. *Mitto ad vos*, inquit, de præsenti, nempe post instans tempus meæ resurrectionis: nam in die Pentecostes misit Apostolos Spiritu sancto instructos & munitos. Misit autem eos vt conuerterent Iudæos, & mundum, non vt occiderent eos Iudęi. Nam Ioannem Euangelistam, & Petrum, & Paulum, & alios misit, quos Iudæi non occiderũt: & ex missione secutum est occisionis eorum peccatum. Sed neutrum Deus intendebat, sed permittebat tantùm.

Quãdo miserit Christus illis Prophetas, & Scribas, &c.

Act. 2. & seq. Prophetas, & Apostolos, & alios Christus cũ nosset interficiẽdos, cur misit tamen illos.

Chrysostomus tamen ait, quòd Deus ordinat occasionem peccato, ad ostendendam iniquitatem iniquis: estque nouus vindicandi modus, dum per accumulationem beneficiorum Deus vindicat, quorum occasione fiant peiores. Quanquam hoc Episcopus Abulen. existimet inconueniens: nã sicut peccare, ita ostendere peccatorem, non est absolutè bonum, sed bonum ex malo prouenies: ideò nihil facit principaliter; vel solùm vt ostendat peccatorem: secùs sine peccato, vt signa.

Altera solut. B. Chrysostomi singulare trãdẽtis Dei modum vindicandi; sed improbatur à Tostato.

Homil. 75. in Matth. tom. 2. Abulen. q. 23 & in c. 23. Matth.

Ac ne daret locum accusandi se Deum mittentem Prophetas; videtur dixisse Christum in persona Sapientiæ: *Propterea & Sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos*; vt ita tectè se ostenderet Deũ, discipulos iustos, Pharisæos culpabiles; minimeque resipiscentes, sed obstinatos, & offirmatos in malo: ideò pœnam prædixit; & vt probaret, quòd impleturi erant mensuram patrum suorum. Et nomine Sapientię mittentis intelligit se ipsum: qui suam occisionem clarè non dixit, ne sibi contradicerent. Nam si se Prophetam, & iustum diceret, & mortem proximam impedirent vtique, quo eum facerent mendacem, vt alibi dixerunt, *Dæmonium habes; quis te quærit interficere?* Misit autem Prophetas, Sapientes, & Scribas. Et vocat Prophetas omnes discipulos: quia ad eos sermo Dei factus est, qui Scripturas sacras exponebant, & multi etiam ventura nuntiabant. Agabus, Propheta erat, qui prædixit, famem magnam vniuerso orbi imminere, & euentura Paulo quæ ipse ignorabat: videbant corda hominum: & erãt plures quàm in Veteri Testamento. Erant Prophetæ in Ierusalem, & in Ecclesia Corinthiorum, vt constat ex priori epistola ad Corinth. & Prophetæ erant in Ecclesia Antiochiæ: & Philippus Diaconus quatuor filias prophetissas habebat. Quod ergo dicitur: *Lex, & Prophetæ vsq; ad Ioannem*: intellige de Prophetis qui scripserunt, nam omnia quæ Prophetæ prædixerant, completa sunt tempore Ioannis in Christo. Sapientes, sunt cognoscentes diuina, per quos Apostolos intellige, secundũ Lucam. Sed Christus non est vsus nomine Apostolorum, quia nó caperetur à Iudæis: qui quia putabãt Prophetas maiores, Christus eis non pręposuit Apostolos, licèt maiores sint, vt Apostolus docet ad Ephesios. Per Scribas, intellige peritos in lege Moysi, quos ad confundendos Iudæos Spiritu sancto armatos misit Christus, vt erat Apollo Alexãdrinus, qui dicitur vir eloqués & potens in Scripturis.

In tertia persona dictum expeditur à Christo: Propterea Sapiẽtia Dei dixit, &c.

Luc. 11.

Per Sapientiam mittentem quid accipiendum.

Ioan. 7.

Qui sint isti Prophetæ, quos Christus mittit ad Pharisæos.

Act. 11. Infra 21. Supra 20. Supra 11.

Primitiua olim Ecclesia quã Prophetis abundauerit.

1 Cor. 12. & Act. 13. Infra 21. Luc. 16.

Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem, quo modo accipiatur.

Quos miserit Christus Sapientes.

Luc. 11. Ephes. 4.

Quos verò Scribas.

Act. 18.

Et ex illis, inquit, *occidetis.* Vt Stephanum & Iacobum Iustum, quem de pinna templi præcipitarunt, pertica fullonis ferunt interfectum. ¶ *Et crucifigetis.* Nõ Petrum, vel Andream, qui à Gẽtibus sunt cruci suffixi; sed Simonem Cananæum, Episcopum Ierusalẽ, ab Attico Consulari ad crucem dãnatum, solicitãtibus Iudæis, qui Christum

Supra 11. Infra 7.

Qui fuerint isti occisi, crucifixi, & flagellati à Iudæis, inxta Christi vaticinium.

Matth. 27.

per

Ioã. 19. et seq. Act. 8. 1. Cor. 11. Deut. 25.

Quænã Paulus non à Iudæis, sed à Gentibus sit passus.

2. Cor. 11. Act. 16. Infra 22.

per Pilatum in Crucem adegerunt. ¶ *Et ex eis flagellabitis.* Vt fortè in persecutione sub Stephano mortuo: & Paulus, qui de se ait; *A Iudæis quinquies, quadragenas, vna minùs, accepi.* Quod autem dixit, *Ter virgis cæsus sum*; & aliàs flagellarus est Paulus ob expulsum spiritũ Pythonẽ à puella, & alibi rursus tentarunt eũ iterũ flagellare: ista oĩa à Gentibus facta sunt, nó à Iudæis. Et subdit: *In Synagogis vestris.* Vt vbi scandalizabantur à prædicante, ibi punirentur; vel in conciliis. ¶ *Et persequemini de ciuitate in ciuitatem.* Nunquã habituri quietẽ, aut habitationem nacturi quietã. Et hęc persecutio, viuente Christo, cœpit. Concitarunt etiã persecutionem in Paulũ, eiq; etiã insidias ad necem meditati sũt. *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus.* Particula *Vt*, hoc loco non finẽ dicit, nec enim ob id occiderunt, sperantes ab eis requiren dũ illorum sanguinem; sed dicit rei consequentiam & euentũ, Id est, Propter hoc veniet super vos, vel exigetur à vobis pœna de omni sanguine iusto, qui super terrã effusus est. Sanguis alicuius dicitur venire super eũ, quem vindicta petit pro effuso tali sanguine, vt sanguis Abel super Cain: quoniam diuina illũ subsecuta est vltio. Et sic clamabãt tumultuantes Iudæi: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Ita per contrariũ amoueri dicitur sanguis ab aliquo, qñ efficitur, vt super eũ non veniat vltio. Sic Salomon pręcepit Banaię interficere Ioab: *Interfice*, inquit, *eum, & sepeli, & amouebis sanguinem innocentẽ, qui effusus est à Ioab, à me, & à domo patris mei.* Indicãs per interfectionẽ Ioab, perficiendã vltionẽ duorum innocẽtum, Abner, & Amasæ: atq; ita nullũ deinceps esse periculũ, ne quandoq; Dñs pro horũ interfectione super domum Dauid vindictam induceret. Quemadmodum super vniuersũ Israel venit vltio Dei propter sanguinẽ Gabaonitarũ, quos interfecerat Saul donec in vindictã peccati cruci affigerẽtur à Gabaonitis septẽ filij Saul, qñ repropitiatus est Dñs terræ, & amotus est sanguis Gabaonitarũ ab Israël. Sanguinẽ ergo vocat effusionẽ sanguinis omnium iustorũ, quos Lucas Prophetas vocat: sicut in Geneli de Abraham dicitur ad Abimelech; *Orabit pro te: quia Propheta est*, id est, iust⁹. Iustus enim exauditur, non Propheta vt talis.

Amouẽre sãguinẽ ab aliquo, quid.

3. Reg. 2.

2. Reg. 3. Infra. 20.

Infra 21.

Quis requirẽdus omnis sanguis iust⁹ à generatione Iudæorũ.

Luc. 11. Gen. 20.

Propheta in Scripturis vbi iustum significet.

Luc. 3. 4. Reg. 21.

Cũ post Zachariam Ieremias, & innumeri alii Prophetę à Iudæis occisi fuerint, cur inter Abelem, & Zachariã terminos assignauerit.

Hier. in Matt. lib. 4. tom. 9.

Lucas aũt ait: *Vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum*: id est, puniatur. Ideò dicitur, Sanguinẽ animarum vestrarũ requirã. ¶ *A sanguine*, inquit, *Abel iusti.* Cùm post Zachariã, Ieremiam & alios Iudæi occiderint, & Manasses impleuerit Ierusalẽ innoxio sanguine vsq; ad os, vt inquit Scriptura: cur termini assignantur inter hos duos, Abelem, & Zachariam? *De Abel nulla est ambiguitas*, inquit Hieronymus, *quin vi sit, quę Cain frater eius occiderit*: erat autem Abel iustus: nam si iustus non esset, ac violentè occisus, & primus, nõ esset ab eo incipienda supputatio, verùm de Zacharia variãt coniecturæ, aliis illũ significari suspicantibus, qui in duodecim Prophetis minoribus vndecimus est: cuius patrẽ quidem constat fuisse dictũ Barachiam: sed de loco vbi sit occisus, nõ constat, cùm tẽporibus eius vix ruinæ templi fuerint, & nihil tale de morte eius legatur. Alij verò hæc ad Zachariam patrẽ Ioannis Baptistæ censent referenda, & occisum ab Herode: quanquã non vna & eadem causa mortis eius adferatur. Origenes scribit eũ occisum, quòd Mariam Virginẽ post partũ eius esse dixerit: matremq; Messiæ in loco virginũ sedere debere. Idem tradit hoc loco Theophylactus, & ante eũ Basilius homil. de Christi generatione. Sed profectò verisimile non est, quòd Maria inter virgines sederet à sua purificatione, cũ filius triburũ soluerit, ne daret occasionẽ scandali; & virgo ansam præbuisset inutilis occisionis Zacharię: qui etiã pro tali re vt fatuus, & ridiculus potiùs habendus erat, quàm occidendus. Petrus verò Martyr Alexandrinus asserit Zachariã Ioannis Baptistę parentem ab infanticida Herode fuisse occisum inter templũ & altare, cũ effugisset puer cum Eli zabetha. Sed non est hoc satis exploratũ, q̃ Ioannẽ seruauerit à manu Herodis; qa Ioãnes nõ erat intra Bethleem, nec erat de tribu Iuda. Et omnes verisimiles rationes nõ iuuant, si vna repugnet. Tertiò Epiphanius contra Gnosticos, refert ex illorũ sentẽtia, Zachariam occisum esse in templo: quoniã visionem vidit in hora suffitus, hominẽ sicilicet quendã stantem asini formã habentẽ: & cũ egressus esset, & vellet enarrare visionẽ, ac dicere, *Væ vobis, quem adoratis?* ille, qui visus est ab ipso, obthurauit os ipsius, vt loqui nõ posset. Cùm verò aperiret os suũ vt loqueretur, tũc reuelauit ipsis, & occiderũt eũ. Verùm hæc necis causa sola narratione satis cõfutatur. Sunt enim vanissima illa, & nulla nixa fundamento: nonnullaq; ex illis à Hieronymo confutãtur. Alij aũt hęc sentiunt referenda ad Zachariam filiũ Ioiadæ Sacerdotis, quẽ in atrio domus Dñi interfectũ esse tradit liber Paralip. 2. Atq; hęc sententia magis probatur Hieronymo, & viris doctis: tum quia ille obrutus fuit lapidibus in domo Dñi, cùm ex ore Dñi populũ increparet propter idololatriã. Quod rectè consonat ei, quod hic dicit Dñs, interfectũ eũ inter templũ & altare. Deinde qa moriens dixit, *Videat Dominus, et requirat*; vt

Secunda opinio, certa, & constans.

Petrus Martyr Alexandr. Ca. 13. Matth. 2.

Multæ probabiles ratiões quando nil iuuent.

Tertia opinio ridicula Gnosticorũ.

Epiph. in hæres fin 26. aliquã to à medio.

Quarta opinio, quæ rectius & probatur.

2. Par al. 24.

videatur alludere ad id, quod hic ait Dñs, *Vt requiratur a vobis omnis sanguis iustus*: quem admodũ de Abele dicitur: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Vt enim hic primus vindictam in Scripturis exegisse legitur, ita postremus est Zacharias ille, qui dixit, *Videat Dominus, & requirat*. Idcircò horũ duorum tãtùm meminit; vt ex his duorum vindictis peritis, intelligãtur similiter petitæ vindictæ omnium aliorũ Prophetarũ. Nec obstat quòd hic dicitur filius Barachiæ, & non filius Ioiadæ: nam fieri potuit, vt vnus homo Ioiadas & Barachias fuerit nominatus. Cui rei adstipulatur B. Hieronymus, asserens in Euangelio Nazaræorũ loco Barachiæ, filium Ioiadæ se reperisse.

Quem occidistis, inquit. Loquitur ad populum eundẽ, licèt personę occidẽtes obiisséṙ. Assignauit aũt terminũ in Zacharia filio Ioiadę vltimo loco occiso in Scripturis authẽticis apud Iudæos: idcò oẽs post illum interfecti ante desolationẽ Ierusalem in illo intelliguntur: ob quorũ peccata hi puniuntur, quatenus illa cõmittere videntur, dum imitando, vel consentiendo approbábant. Sicut Iudæi nunc ob mortẽ Christi patiuntur, quia in eũ consentiunt, dum approbãt. Abel includendus est, aliàs non requireretur sanguis oĩm iustorum à constitutione mundi. Et si tantùm Iudęorũ sanguis deberet requiri, oẽs iusti ante Abrahã essent excludendi. In Abel aũt & Zacharia non notãtur oẽs Martyres ex differentia status: quia Abel rusticus erat, & curabat oues; Zacharias, Pontifex: quia posset nominare alium minoris meriti quã Abel, & recẽtiorẽ. Nec etiã tantùm designat distantiam temporis, quòd ille esset primus, hic vltimus: nã post Zachariã, & patrẽ Ioannis Baptistæ, multi occisi sunt iusti, quorũ sanguis imputatus est Iudæis. Ergo primùm vult denotare tẽpus imputationis; sed id à parte anteriori tãtùm, nam ante Abel nullus occisus; at nõ à parte posteriori. Ideò accepit Zachariam, post quem cõstabat multos occisos, ne crederetur nõ imputandus sanguis pòst effundendus. Deinde designat, quòd Deus requiret omniũ iustorum cędes, ab ea, in qua minimã culpam habuerũt Iudæi, vt illa Abel, ad eam, in qua maximã, Christi, & discipulorũ interfectionẽ, vt Zachariæ, quia summus fuit Sacerdos, & Deo proximè accedés, & in tali loco occisus, & ob talem caussam, id est, increpationẽ idololatriæ, Iudæi habuerũt. Abel tantùm simplex fuit ouiũ pastor, non primogenitus, nec Sacerdos, nec Propheta, sed tantùm iustus, & qui de optimis (id est, de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum) Dño immolauerit; Zacharias verò, Sacerdotis filius, & Sacerdos insuper, & Propheta: Ille in agro, hic in tẽpli atrio fuit interfectus: itẽ ille ab vno fratre, hic à toto populo, iubẽte Rege interempt⁹: vt in his duobus tam disparibus, & tam dispari morte interemptis, intelligamus vniuersos iustos, qui pro iustitia decertârunt vsq; ad mortem. In vtroq; etiam eleganter designata est mors Domini Iesu summi pastoris ouiũ, & summi Sacerdotis, atq; Prophetæ, atq; adeò capitis iustorum omniũ. In porticu etiam Salomonis Christum existentem voluerunt lapidare Iudæi, vt habes apud Ioannem: quæ porticus erat inter templum, & altare holocaustorum.

Neque hoc dictum intelligendũ est per hyperbolẽ, vt scilicet omniũ iustorum dixerit, id est, aliquorũ: quia superuacanei essent termini Abelis, & Zachariæ assignati, & periret fides Scripturæ, si sine necessitate accurreremus ad figuras, & præsertim ad hyperbolem: nec diceretur omnis sanguis effusus ab eis qui Christum audiebant, quia dicitur: *A constitutione mundi*, & de Abel & Zacharia filio Ioiadę fit mẽtio. Dicendũ ergo, quòd sanguis iustorũ occisorũ à Gentibus, nõ requiretur ab istis, quibus Christus loquitur; benè aũt occisorum à Iudæis, etiã tempore Abrahæ, & à cõstitutione mundi.

Nec est sensus: Veniet omnis sanguis effusus, non super hos, quibus loquitur Christus, sed super omnium malorũ generationem: sed ita, vt quisq; pro suo peccato det pœnas, quia sic nihil veniret præsentibus, si nullum occiderent; & tamen sanguis occisorum omniũ, etiam Abel, & Zachariæ, dicitur venturus, & non super occisores, quia iam venerat: ergo super alios, id est, præsentes tempore Christi, vel futuros postea. Et ita dixit: *Venient hæc omnia super generationem istam: nam occident quos ego mittam*. Nec est sensus, quòd quia peccatũ occisionis Christi est grauius, daretur pœna occisorum, id est, interretur grauior illa nunc præsentibus. Sed hæc non esset pœna illorum, qui occiderunt, qui iam puniti sunt: nec magnũ quid esset, quòd pro maiori culpa, maiori pœna præsentes plecterentur. Quamobrem statuendum est, sensum esse, quòd super generationem istam, id est, homines tunc viuentes, vltio veniret. Generatio enim in Sacris literis, tempus quo vnus homo viuere consueuit, designat. Hinc dicitur: *Noe vir iustus, atq; perfectus fuit in generationibus suis*, id est, inter homines sui seculi. In Ecclesiastico etiam dicitur: *Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua*; id est, diebus suis celeberrimos. Super tales ergo venit destructio Ierosolymæ,

Gen. 4.

Cur Abelis & Zachariæ Christus tantùm meminerit.

Zacharię patrem Barachiæ binominem fuisse. *3. Hieron. ibidem.*

Quomodo omnis sanguis iustus super terram effusus, sit à Iudæis requirendus.

Ratio huius dicti qualis sit: A sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinẽ Zachariæ, &c. *Gen. 4.*

Secũda ratio

Zachariæ, & Abelis lõgè dispar, & diuersa conditio.

Vtriusq; inter se cædes comparatur. *Gen. 4.*

Paral. 24.

Zeeli. 4. Abelis cędes & Zachariæ quid adumbrauerit.

Ioan. 10.

Ibid. & seq.

3. Reg. 6. An illud: Vt veniat super vos omnis sanguis iust⁹ &c. hyperbolicè sit dictũ.

Luc. 11.

Quorũ à Iudæis sanguis requirendus tãtummodò

Huius loci falsus quorũdam intellectus reiicitur

Quo sensu non dicatur: Veniet hæc omniã super generationẽ istam.

Sensus alter magis accõmodatus.

Generatio in Scripturis quid signet.

Gen. 6.

Eccli. 44.

mæ,

Hęc Domini prædictio quando fuerit completa.

Matth. 23. Luc. 19.

Ante Abraham non dicebantur Iudæi.

Autor Operis imperf. in Matthæ. hom. 46. tom. 2. operũ D. Chrysost.

Cur Deus omnẽgentem vel ciuitatẽ à peccato statim non puniat.

Quo iure à Iudæis requiretur sanguis iustorũ: cùm filius nõ portet iniquitatem patris. *Ezech. 18.*

Solutio.

Vrbs aliqua qua etiam ratione dicitur peccatrix.

mæ per Romanos post quadraginta duos annos: quæ erat pœna tantùm interfectionis Christi, & Discipulorum, sed occisionis omnium iustorum à Iudæis factæ: *Ecce*, inquit, *relinquetur vobis domus vestra deserta*; Et, *Non relinquent in te lapidem super lapidem*. Hæc ergo destructio pro omnium peccatis dilata est: & non fuisset fortè illata, sed accedente istorum crimine, differri non debuit. Porrò vt puniuntur pro peccatis ab initio mundi à suis progenitoribus perpetratis (nam semper fuit sua gens, licèt ante Abraham nõ dicerentur Iudæi) quia hîc cum illis eadem gens est, & vt talibus eis Christus loquitur: ideo dixit; *Quem occidistis inter templum & altare*: cùm nullus eorũ qui adessent, talem occisionem perpetrasset. Nam etsi quatenùs priuatus quiuis occidens punitus sit; in quantum tamen populus agens, vel omittens contra Dei mandatum, olim pœnas non dederat. Sed quia idem populus erat cum antiquo, ille punitur per Romanos: sicut idem homo longè post peccatum patratum punitur. Vt populus enim, non fuerat pro merito punitus, vt nunc, extrema deletione, sine vlla spe recuperandi, vel vrbem, vel Sacerdotium, vel pristinum honorem. Hinc Autor operis imperfecti super Matthęum, ait; *Omnis gens vel ciuitas non cùm peccauerint statim punit eas Deus; sed expectat per multas generationes, & modò mandat, modò minatur, interdum ex parte castigat; vt quantò diutiùs eos expectauerit, tantò amplius & Dei iudicium iustius sit, & illorum dignior pœna. Quando autem placuerit Deo perdere ciuitatem illam, aut gentẽ, videtur omnium generationum præcedentiũ peccata reddere illis: quoniã quæ omnes illæ generationes merebantur, hæc sola passa est*. Sic ille.

Sed quoniam adhuc in prædicta obiici poterat, quod filius non portat iniquitatem patris, & inter patrem & filium maior est propinquitas, quàm inter Iudæos qui nunc erunt, & eos qui erant tempore Abrahæ; ergo à fortiori non puniẽtur pro peccatis illorum, quatenùs sunt idem populus. Respondendum, homines eosdem posse duob⁹ modis se habere inuicem. Primò, vt singulares personæ, quibus vt peccare, ita & propriè conuenit puniri. Deinde quatenus multi vnum aliquem populum, ciuitatem ve constituunt: quæ dicitur peccare, quaten⁹ omittit punire delinquentes, vel simul coniuncta, vnum aliquod peccatum perpetrat. Hinc Leuit. 4. ponitur modus expiandi peccatum alicuius priuati hominis, & omnis turbæ filiorum Israel, & Principis, & Sacerdotis; vt ex illa distinctione planè capiamus, aliud esse peccatum priuati alicuius, aliud populi peccatum. Et insinuatur, peccatum illatæ mortis Christo ab vniuerso populo, & Iudæorum patribus, & iudicibus, & Sacerdotibus admittendum, sicut reuerà fuit. Augustinus libr. 2. contra Aduersarium legis, & Propheta cap. 5. sub initium: *Quomodo*, inquit, *super istos venit illorum sanguis, qui longè antè vixerunt quàm isti vel nascerentur: nisi quia vnum genus, vna conspersio, vna massa est impiorum imitatione sibimet connexorum?* Et in Psalmum 108. *Malorũ imitatio facit, vt non solùm sua, sed etiam eorum, quos imitati sunt, merita sortiantur*. Hæc ille. Et quia pro peccato debetur pœna, punitur eadem ciuitas in singularibus personis, in quibus ciuitas consistit; vt pro peccato, quatenùs personale est, & priuati hominis quilibet per se pœnam suscipit, & non vnus pro alio; ita etiam pro peccato populi alius populus nõ punitur, sed ipsemet populus.

Et cùm obiicitur, quòd illi, qui erant tempore Christi, non occiderunt Abelem, Zachariam, & alios Prophetas antiquos; verum est: & ita pro personali peccato illorum, quatenùs quilibet priuatus quidã erat, puniti ipsimet fuerant, & non alius, neque puniebantur pro illis Iudæi tempore Christi, sed quia in illis peccatis populus etiam Iudæorum peccauerat in persequẽdis Prophetis; ideo idem populus puniendus erat. Et tamen ille populus Iudæorum, qui tempore CHRISTI erat, idem cum eo erat, qui olim fuit, quod ad rationem attinet populi, & gentis. Sed quemadmodum non est necesse, vt quando homo peccat, statim puniatur, sed Deus pro sua clementia interdum differt pœnas: & quocunque tempore puniat, iustè punit, quia iste idem est, qui peccauit: ita dicendum est de populo, quem non opus est statim, vt peccauit, puniri, sed quandocunque Deus voluerit, poterit iustè punire. Cùm igitur populus Iudæorũ, qui tempore Christi erat, idem esset cum eo, qui occidit Zachariam: verè dictum est à Domino, quòd sanguis omnium iustorum & Prophetarum veniret super generationem illam, quæ erat suo tempore, id est, pœna pro peccatis, quæ commiserant Israëlitæ in quantum populus. Et quod nondum perpetrauerant Amorrhęi, de quibus Gen. 15. *Nondum*, inquit Deus Abrahæ, *completa sunt iniquitates Amorrhæorũ, vsque ad præsens tempus*. Etsi enim peccata cuique propria essent permulta patrata ab eis, & punita; non tamen peccata eorum, vt populus erant, quæ merebantur internecionem, & exterminium illius populi: quod accidit, dũ venientibus filiis Israël de

Augustin. to. 6.

Idem tom. 8.

Iudæi tẽpore Christi viuẽtes qua ratione Abelẽ & Zachariã occiderint? merito idẽ in eo puniendi à Deo.

Vt tãto post tempore fusum sanguinẽ innoxiũ requisierit Deus à Iudęis.

Iniquitates Amorrhæorum quando fuerint completæ. *Gen. 15.*

Cùm Deus non puniat bis in idipsũ, teste Propheta, sicut populus Iudæorũ ob cædem iustorũ denuò puniendus erat.

Nahum. 1. in xta editione Septuaginta.

Gen. 4.

Infrà 25.

Cain Abelẽ interficiẽs, & Ioas Zachariã, quas dederint pœnas.

4. Reg 23. & 2. Paralip 24.

Solutio ptioris quæstionis propositæ.

Populus peccans qua ratione puniatur.

Pœnę de populo Iudaico à Deo sumptæ, quàm graues.

Cùm populus nil aliud sit quàm priuatæ personæ, quomodo iustè populus Iudęorum ob occisos Prophetas & iustos rursum debeat plecti.

Priuati homines, & populus vt differant inter se.

AEgypto, expulsi sunt de sedibus, & eorũ omnium bona cesserunt in vsum populi Hebræi.

Quòd si obijcias, Deum non punire bis bis in idipsum; & tamen pro omnibus illis delictis Iudæi meritas iam dederant pœnas: nam Cain post occisum Abelem fratrẽ effectus est vagus, & profugus super terrã, posteaque occisus est ipse, vt tradit liber Genelis. Effusor etiam sanguinis Zachariæ Ioas Rex Israel, propterea fuit occisus, vt habetur in libro Regũ 4. & 2. Paralipom. Ergo non debebat populus Iudæorũ tempore Christi dare pœnas pro illius, sicut nec pro Cain, peccato. Solutio facilis est. Nam illi malefici puniti sunt pro peccato personali, & non quatenùs peccauerant vt populus; ideo non puniebantur bis eadem delicta: nam vt peccatum personale non transit ab vna in alteram personam, ita nec pœna. Populus verò Iudæorum peccans, non fuerat punitus olim, vt populus, vt saltem non condignas dederat pœnas, vt propterea posset suppleri quicquid illis de pœna fuit minus datum.

Dat autem pœnas populus hoc modo: quia vt homo sæpè peccans, & grauissima scelera admittens, ita vt reddatur inemendabilis, penitùs deletur, adeò, vt desinat esse homo: ita fuit in populo Iudęorum, quia multa grauia delicta admiserat; pro quibus merebatur penitùs excindi, & deleri: sed vsque nunc non penitùs deletus erat. Etsi enim sæpè dispersus esset ille populus, & in captiuitates varias abductus; nunc verò planè excisa est Ierosolyma metropolis Gentis Iudæorum, & ablatum Sacerdotiũ, lex abrogata, abolitæ cæremoniæ, & desierunt esse Reges, & Principes eius: & sic futurum est in finem vsque seculi: neq; redituri sunt Iudęi, vt sint vnum regnum, & vnus populus. Ideo nũc data est populo pœna maxima, quæ dari poterat, scilicet delectionis, & euersionis pro omnibus illis peccatis præteritis, pro quibus non potuit populus aliquid grauiùs sustinere.

Quòd si rursus subtiliter obiicias, populum non esse quid distinctum ab hominibus priuatis: & quacunque ratione imputetur peccatum, siue vt est priuatorũ, siue vt populi, si Iudæi tẽpore Christi pro sanguine Abel, & Zachariæ punirentur, daret quis pœnas pro eo, in quo non peccauit: dicendum, priuatos nũquàm subire pœnam aliquam pro peccato populi, nisi quantam ipsi actu proprio commeruerunt. Perpende, quemlibet hominem esse aliquid vnum per se, & cui debetur actio; populus autem non est aliquod vnum ens per se, nisi per accidens, cùm non habeat aliud esse quàm priuatorum, & singularium. Et quia actio competit enti actu, populusque non sit ens per se, sed per accidens, nó competit ei aliqua actio nisi per accidẽs, quatenus scilicet ex priuatorum aggregatione conflatur populus. Et quia peccatum, est actio quędam, non potest populus peccare, nisi per accidens, quatenùs scilicet peccantibus singularibus dicitur peccare populus. Et quia peccato debetur pœna; hinc fit, vt sicut populus non peccat nisi per accidens, ita nec subeat pœnam nisi obliquè, & ex accidenti. Nam etiamsi directè competeret populo pœna, non posset illi infligi, quia populus non habet vnde pœnam recipiat, cùm non sit ens per se. Quamobrem distinctio ista inter peccatum populi, & peccatum priuatorum, non est, vt sic dicã, realis, sed secundùm rationem: ita etiam de pœna cogitandum: pœna enim vt priuatorum, vel pœna, vt populi, ratione tantùm inter se distinguuntur. Nam cùm quis punitur pro aliquo peccato sine respectu ad communitatem, in qua moratur, dicitur pœna priuati; cùm verò pœna omnibus aduenit, vt partes sunt multitudinis aut populi, vocatur pœna populi. Cùm igitur pœna populi non sit alia à pœna priuatorum, & priuatus quisque non puniatur pro peccato alterius; non punietur quis pro peccato populi, nisi quatenùs peccata sua personalia meruerunt, ac si puniretur pro eis solis. Et ita statuendum, quòd sicut peccatum personæ non transit ad aliam personam, neque pœna personæ ad aliam: ita neque pœna debita alicui genti, vt gens est, transit ad posteros, qui non sint idem populus numero. Nam tunc inconueniens esset, aliquo populo peccante, ita vt mereretur deleri, si Deus puniret alios priuatos, vt priuati sunt, & populum nõ deleret pro meritis eius, sequeretur etiam, quòd posset reseruare hanc pœnam in posterum ad puniendum eundem populum: & tunc aliqui, qui nunquàm peccassent contra Deũ, punirentur, quia non posset populus ille extingui, aut deleri, quin priuati aut delerentur, aut multa mala paterentur: cùm populus nihil aliud sit, quàm priuatæ personæ. Quod falsum est: quia non peccantes punirentur. Ita dicendum de pœna data generationi Iudæorum, quæ fuit deletio Ierosolymæ, & excisio vniuersæ gentis Iudaicæ: nam fuit ibi pœna aliqua, vt priuatorum, quòd scilicet diriperentur eorum opes, vastarentur, trucidarentur, fame occiderentur, nouissimè vilissimo pretio venderentur inter Gentes. Fuit autem

Populus quatenus peccet, ac puniatur idem.

Quæ pœna priuatihominis illa, quæ populi.

Quo modo pro peccato populi puniatur quis.

Peccatũ vni populi ad quos debet transire tantummodò.

Populus qd. Iudæi vt priuati quomodo, & vt populus puniti fuerint à Deo.

aliqua

Quo modo verũ sit Christi dictum, q̃ sanguis omnium iustorum requiretur à generatione Iudęorum à sanguine Abel iusti vsque ad sanguin. Zachariæ: cùm isti non puniantur nisi pro peccatis quæ ipsi perpetrauerunt.

Gen. 9.

Populi Iudæorum demerita.

Episc. Abulen. q. 259. in Matthæ. cap. 23.

Cur Iudæi puniẽdi sint ob Abelẽ occisum; cùm ille Iudæus non fuerit.

Gen. 4.

Infrà 5.

Infrà 9.

aliqua pœna vt populi, nempè vt deineret esse ciuitas Ierusalem, cessaret vnitas principatus sub Regibus, vel Sacerdotibus; status templi, & cæremoniarũ deficeret. Quæ non tangunt vnam personã, sed totam multitudinem. Et tamen priuati illi Iudæi tempore Christi, qui hęc passi sunt, hęc suis peccatis promeruerunt, etiamsi nulla peccata vel venialia præcessissent in progenie illa: & digni fuerunt, vt tam quæ priuatorum, quàm quę populi mala sunt, reciperent. Et hoc; quia malum, vel pœna populi est priuatorum.

Dices; Si sic res habet, quomodo sanguis omnis iustorum requiretur à generatione illa, à sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, cùm isti non recipiant alias pœnas, nisi quas merebantur pro peccatis suis? Dicendum, eandem pœnam posse aliquem promereri ex diuersis causis. Vt, quicunque occiderit hominem, occidi meretur: & quoties id fecerit, toties eam pœnam debet. Si autem semel occidatur, dicitur tunc recipere pœnam pro omnibus homicidiis: quia illa pœna, quæ tunc inflicta est, erat illa, quam toties occidendo debebat. Ita ad rem nostram pro sanguine Abel, & Zachariæ, & aliorum iustorum, vel pro multis eorum simul merebatur deleri ille populus Iudæorum. Cùm autem hoc sæpè meruisset, nunquàm tamen fuit malum inflictum, nisi postquàm Christum, & Apostolos occiderunt. Ideo nunc inflicta est pœna pro effusione sanguinis omnium illorũ, quia hæc erat pœna maxima quam dare poterat, & quam promerebatur ille populus, vt funditùs scilicet deleretur. Quòd si non fuissent tot maiorum Iudæorum demerita, & fuissent merita multa, Deus pro sua liberalitate remisisset delectionem populi meritam. Stat igitur, aliquem pati pro peccato aliorum, sed pœnam vnam, & eandem, quam pro solo suo meretur. Hæc omnia nobis doctissimus Episcopus Abulensis suppeditauit. Quòd si quæras, cur sint puniendi Iudæi pro sanguine Abel effuso à Cain; qui tamen non fuit de progenie Iudæorum: maximè quia Iudæi descendunt de Seth filio Adæ, & non de Cain, cuius tota posteritas in diluuio deleta est: & tantùm Noë; qui est de genere Seth, superstites cum tribꝰ filiis manserit: dicendum, posse Iudæis imputari occisionem Abelis: quia Iudæi erant de progenie Cain, si non ex parte patris, saltem ex parte matris, quia non erant aliæ fœminæ, de quibus nascerentur filij Seth, nisi filiæ Cain. Maximè, quia natus est Seth post occisum Abel, sicut Adam dixit:

Possuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain: Et quia dicitur: *Videntes filij Dei filias hominum quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores,* (id est, filij Seth) *ex omnibus quas elegerant: de filiabus Cain:* vt exponit Augustinus libro de ciuitate Dei. Simile quid scribitur Psalmo 108. dum ait Propheta: *In memoriam redeat iniquitas patrum in conspectu Domini; & peccatum matris eius non deleatur.*

Gen. 4.

Infrà 6.

Augustl lib. 16. de ciuit. Dei. c. 24. 10. 5

Sequitur in Textu: *Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam.* Repetitio ista semel dicti cum particula itaque, vel Amen, significat vehementem asseuerationem, & rem notatu dignam. Sic alibi, cùm confessus esset Patri, quòd abscondita à sapientibus & prudentibus, reuelasset paruulis, statim subiunxit: *Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te.* Et alio loco, cùm dixisset timendum esse eum, qui habet potestatem mittendi corpus & animam in gehennam, subdidit: *Ita dico vobis, hunc timete.* Et Lucas hanc eandem historiam scribens ait: *Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.*

Hoc verbo, ac similibus, Ante dico vobis, quid significet Dominus.

Matth. 11.

Luc. 12.

Supra 11.

Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Sermonem cõuertit ad habitatores Ierusalem. Et vox hęc est commiserantis, siue admonentis vt caueant, & sic non deleantur. Vel increpatio est obstinatorum cum pœnæ prędictione. Et sub nomine Ierosolymę, quia metropolis, & tunc plena erat omnibus Iudæis; & plus peccans, & patiens à Romanis, quàm cæteræ, in ea alloquitur omnes Iudæos participes culpæ, pœnæque. Quemadmodum Ezechiel sub vnius mulieris persona alloquitur totam gentem. Et illa verbi repetitio, *Ierusalem, Ierusalem,* desiderium Domini significat, quo fitiuit salutem illius populi. Et quamuis dicatur de præsenti, *Occidis, & lapidas*; non tamen perfecta occisio, lapidatioque significatur, sed vetus consuetudo, & antiquę malitiæ obduratum propositum etiammum perseuerans indicatur: valetque tantundem, ac si dixisset: Quæ soles occidere, & lapidare, quæ hactenùs occidisti, & lapidasti plurimos, & antiquæ malitiæ propositum etiam obtines. Et nomine Prophetarum, intellige omnes iustos. Et verbo lapidandi explicat occisionis genus Prophetarum, qui vt plurimùm quasi blasphemi lapidabantur. Christus autem non est eo genere mortis affectus: quia per Gentiles, & non per legem Iudæorum est damnatus; & quia Iudæi Crucem, vt mortis genus infame, petierunt à Pilato, vt ita os non comminuerent ex eo; & quia

Quorsum id: Ierusalem Ierusalem, quæ occidis Prophetas, &c.

Quam Christus Ierusalẽ alloquatur.

Ezech. 16. & seq.

Quid illa verbi repetitio, Ierusalem Ierusalem, denotet.

Quid occidere Prophetas hoc loco.

Deut. 13. & Leuit. 24. cap. 7.

Quare Christus lapidatiõe mortem noluerit.

Ioan. 19.

Crucis

Ibidem. Exod. 12.

Esa. 53.

Crucis tormentum prædictum erat à Prophetis: Crucifixus fuit. Ieremias porro, Ezechiel, & Zacharias lapidati sunt. Simile quid Esaiæ meditabatur facere: sed abscondit eum cedrus, & serra sectus est.

Christus vt Iudæos gallinæ instar pullos sub alas cõgregantis suas, congregare voluerit, & quãdo.

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? Id est, Quoties laboraui, vt habitatores tuos à malis suis reuocarem, atque ad pœnitentiam adducerem, sicque eos ad me congregarem, & sub protectione bonitatis meæ colligerem, instar gallinæ de pullis suis magnam curam gerentis, & voce eas sub alas colligentis suas? Verum tu semper in tua infidelitate, & inobedientia perseuerans, audire inuitantem renuisti, monenti acquiescere recusasti, & vestri cordis desideria diuinæ semper voluntati præposuisti. *Quoties*, inquit, *volui*: Nimirum quoties prædicabat. Et paternam pietatem his verbis ostendit, & demeritum pœnæ Iudæorum.

Quæ sit illa Iudæorum cõgregatio, quã Christus facere volebat. Duo falsi sensus reiiciuntur.

1. Pet. 1. Act. 2. & 2. Machab. 1. & seqq. & Act. 13. & 14. & seq. Ioan. 18.

Et cùm alt: *Quoties volui congregare filios tuos*: non intelligas decem tribus cogendas, quia illæ non erant congregandæ, neque Christus id conatus est efficere, nec illi erãt filij Ierusalem. Rursus non intendebat congregare pertinentes ad regnũ Iuda dispersos, de quibus interdum fit mentio, qui in Aegypto erant, vt tradit Lucas in Actis: nõ inquam, hos volebat Christus congregare, quia *Regnum eius*, inquit, *nõ erat de hoc mundo*: neq; Christus peregrinatus est extra Terram sanctam, vt illos colligeret, nec illi ei restitissent.

Tertius sensus, qui vera & acceptione dignus.

Supra 11. Act. 20. Ioan. 10. Infrà 11.

Erat ergo congregatio, pro qua mortuus est Dominus, Ecclesia, de qua Ioannes meminit, & Christus dixit: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus Pastor*: & non tantùm pro Gete Iudæorũ, vt Caiphas putabat mortuus est; sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Filios ergo, Iudæos vocat, qui soli congregandi prædicatione Christi, sicut Gentes morte eius erant. Quòd si Iudæi Christo acquieuissent, illum profectò non occidissent; nec ipsi exili fuissent.

Rom. 11.

His verbis ad Ierusalem: Et noluisti: quæ duo Christus falsa dogmata confutet.

Quod subdit, *Et noluisti*, indicat primò, eos, qui pereunt, sua culpa perire, quòd nolint acquiescere Dei sermoni ad salutẽ vocantis. Habes præterea locum euidentissimum contra eos, qui negant libertatem voluntatis humanæ, & omnia reiiciũt in Deũ, siue in fatum; cùm Dominus ad voluntatem perditionem hominis referat, qui contra voluntatem Dei plerunque pugnat, & interitum sibi accersit. Quod verò habet Augustinus in libro Enchiridion: *Quoties volui colligere filios tuos sicut gallina pullos suos, tanquàm Dei voluntas superata sit hominum voluntate, & si firmissimis nolendo impedientibus non potuerit potentissimus facere quod volebat: Et vbi est illa omnipotentia, quæ in cælo, & in terra omnia quæcunque voluit, fecit, si colligere filios Ierusalem voluit, & non fecit?* non probat ex hoc loco non esse factum, quod Dominus volebat, & illa nolebat. Et subdit: *An potius & illa quidem filios suos ab ipso colligi noluit, sed ea quoque nolente, filios eius collegit ipse quos voluit?* Ita ille Pater. Et tamen magis hîc significatur, non esse factum quod ipse voluit. Ergo quia ipsa noluit. Sicut in Ezechiele dicitur: *Multo labore sudatum est, & non exiit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis*, & quæ sequuntur. Habes tertiò, quantum expediat homini voluntatem suam Diuinæ voluntati subiicere; vt cum Domino dicamus; *Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.*

August. lib. Enchirid. c. 97. tom. 3.

Psal. 134.

Ierusalẽ immũditia cur execrabilis Domini testimonio. *Ezech. 24.*

Voluntas nostra Diuinæ cõformanda. *Luc. 22.*

Similitudo autem erat: *Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas.* Mirabiles sunt gallinarum affectus erga pullos, vt tradit Augustinus; adeò, vt toto eo tempore, quo eos fouent, ac nutriunt, tanta se macerent solicitudine, vt plumarum hispiditate, demissione alarum, atque vocis raucitate ægritudinẽ suam prodant. Quòd si miluus pullis insidietur, magna fortitudine pro pullis se opponunt, & sub alas suas protegunt, atque defendunt. In Deuteronomio vtitur Dominus similitudine Aquilæ, cùm ait: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum* (populum scilicet Iudæorum) *atque portauit in humeris.* Quanquàm apocryphus quartus liber Esdræ ab hac similitudine non abhorreat, ait enim: *Ita vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas.*

Gallinæ erga pullos suos, admirabiles. *August. lib. 1. q. Euang. c. 36. to. 4. & tract. 1. super Ioan. tom. 9. initio.*

Aquilæ ingenium. *Deut. 32.*

4. Esdr. 1.

Magna autem ratione Dominus se olim, cùm tantùm Deus esset, aquilæ Regine auium comparauit; quatenùs verò homo fieri voluit, & per terram nostram ingredi, meritò se cum gallina per terram ambulante contulit: quia propter vos, vt pullos, infirmatus est, & propter nos in Cruce raucus effectus; & quia Herodẽ velpi comparauerat, qui illi ad mortem tendebat insidias, vt vulpes gallinæ. Deinde, quia contra miluum auem rapacem, hoc est, Satanam, sub alis crucis suæ nos protexit, ac protegit etiam nunc, & tuetur. Ad hæc pullos vagantes, id est, peccatores per varia dispersos desideria, ad vitam æternam

Cur Christus aquilæ primo, deinde gallinæ se assimilauerit.

Ratio prima. *Luc. 13.*

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Matth.

Quarta. Gallinæ metaphora ipsi Christo, tum vt Deo, tum vt homini quam aptè conueniat. *Gru 1.*

nam conuocat, dum ait: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiã vos.* Postremò ex ouis alienis suppositis pullos excludit; id est, Gẽtiles quasi proprios pullos amat, & pascit. Et quadrat hæc metaphora ipsi Christo, qui Deus, & homo est. Vt Deo quidem, quia instar gallinæ incubabat super aquas (sic enim Hebraicè legitur) vt ex materia, quasi ouis, pullos formarum excluderet: quos defendit conseruando, & crescere facit ad perfectionem ducendo, eisque collaborando, vt gallina pullis: quæ etiam inquietæ sunt, donec Deo per naturalem suam actionem coniungantur. Respectu tamen hominum magis comparatio hæc illustratur. Homines enim, quod ad corpus attinet, ex semine, quasi ouo aliquo, coagulat, & calore amoris animas viuificat, infundens illas corporibus: ex ouoque exeuntes homines, & per naturam torpentes, & immundos calore charitatis generat, & mundat: & in vtraque generatione, & naturali, & spirituali, conseruat, ad se, vt creantem, & redimentem, congregando. Ducit etiam ad perfectionem voce Angelorum, & hominum, docendo, vincendo, vel tollendo eorum pericula; alendo, donec fœcundi, ac fertiles sint, & ad generandum spiritualiter apti. Alæ autem sunt, vel dextera misericordiæ, vel sinistra iustitiæ, quibus vel benefaciens, vel flagellans, hæc dicta facit. Dominus autem pullum egit vsque ad baptismum, sed à trigesimo anno in gallinam euasit: quæ ex ignobilibus, & ferè non entibus Discipulis, quasi ouis, pullos Apostolorum eduxit: quos antecedebat per vitæ exemplum: misericordia nutriebat intus & extrà ipse ieiunans, vnde dicebat; *Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis; numquid aliquid defuit vobis?* Spicas euellere permittebat, tutabatur eos inuasos. Vnde cùm obiecissent Pharisæi, *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?* respondit, *Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* Et ad eos qui venerant, vt se comprehenderent, dixit; *Si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Fouebat item eos sua charitate: & docebat vbique quærere Deum, quasi cibum delicatum, & in sterquilinio, siue infimo ipso paupertatis grana selecta inuenire. Ascendens in cœlum, pullos ab se ablegauit, illosque ad volandum prouocauit, volareque fecit, mittendo Spiritum sanctum, dum ait, *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum subpennis.* Vbi ponit primò genus pro specie, id est, auem pro aquila; deinde ponit

Alæ Christi quænã sint.

Christus itẽ vt gallina Apostolos ceu pullos quẽadmodũ excluserit, ac fouerit. *Luc. 22. Supra 2.*

Marc. 15.

Ioan. 18.

Ii pulli quando primùm auolauerint. *Luc. 13.*

continens pro contento, id est, nidum pro pullis existentibus in nido. Quia Iudæi conseruati fuissent in terra sua à matre Christo: aliàs periissent, vt perierunt.

Iudæis domus deserta quæ fuerit relicta, varij sensus. *B. Hiero. to. 9. Theophylact.*

Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Hieronymus per domum vestram intelligit templum, quod quia habitatorem Christum perdidit, nõ iam eius, sed illorum domus dicitur. Beda per domum intelligit ciuitatem. Theophylactus in Lucam, genus Iudæorum: hæc enim domus deserta est à luce gratiæ Dei. Cui sensui fauet quod sequitur, *Non me videbitis amodò.* Alij accipiũt per domum, Terram promissam à Deo datam. Significat ergo: Quoniam toties vocantem contempsistis, totque, ac tãtis meis beneficiis semper extitistis ingrati; ecce in vltionem peccati terra habitationis vestræ à vobis detereretur, atque ab aliis habitabitur. Eijciemini de habitationibus vestris, & ex terra in quam introduxeram patres vestros, & dispergemini in omnes Gentes, & alienigenæ occupabunt in oculis vestris terram habitationis vestræ: ipsa quoque Synagoga, quam hactenùs inhabitaui propter electionem Patrum, relinquetur à Deo, deserẽte populum Iudaicum, vt iam neque templum, neque altare, neque sacrificium, neque Regem, neque Prophetas habeant propter infidelitatem; & noua è Gentibus consurget Ecclesia, & implebitur illud Ieremiæ: *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius*: quæ omnia impleta sunt in excidio Ierosolymitano. Prædixit autem hæc; vt corrigãtur, videanturque inexcusabiles.

Ose. 3.

Ierem. 12.

Cur Christus Iudeis prædixerit destructionem Ierusalem. Illud: Nõ me videbitis à modo, quid significet. Primus sensus.

Dico enim vobis, Non me videbitis à modo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini. Quod dicit, *à modo*, non ad horam, in qua hæc loquebatur, referendum est, sed ad totum illud tempus, quo cum illis disputauit, passus, mortuus, & sepultus est, vel ad tempus, quo Apostoli Iudæos reliquerunt: postea enim non est illis amplius visus, sed discipulis tantùm, & amicis suis: neque videbunt eum ante secundum aduentum, quando in magna gloria veniet ad iudicium. Tunc videbunt, & vel inuiti confitebuntur hunc esse illum Regem gloriæ laudandum ab omni creatura, eo quòd veniat in nomine Domini.

Matth. 24. Infrà 26.

Alter sensus.

Alij verò, non de aduentu Domini ad iudicium, sed de aduentu in Ierusalem in die Palmarum intelligunt: Tum quia ait, *Amodò non me videbitis*, quod videtur dictum non die Martis sancti, sed ante diem Palmarum, vt Lucas insinuat; & quia subdit, *Donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine*

Matth. 21.

Luc. 13.

Domi-

Domini: quæ vox festiui gaudij est acclamatio, in die Oliuarum Christo exhibita. Sed reuerà, si diligenter inspiciamus textus Euangelici verba, & inuicem conferamus, non videntur posse intelligi hæc verba de visione in die Palmarum, quando illi est acclamatum, etsi Lucas, qui hæc verba narrat Dominum dixisse, videatur insinuare, impleta in die Palmarum, quæ secuta est hanc prædictionem: Matthæus tamen commemorat hæc à Domino dicta post illam solennitatem in die Palmarum. Nam etsi fieri potuerit, vt Matthæus non suo loco illa retulerit, & recapitulãdo narrauerit; tamen nõ aptè illud posuisset post illam acclamationem. Nam etsi Euangelistæ non seruent rerum ordinem ab ipsis enarratarum, certum est tamen, quemlibet sic suam texere historiam, quasi ordine sese omnia consequerentur quæ narrant.

Improbatur hic sensus.

Quo veluti ordine suam quique narrent historiã Euangelistæ.

Secunda ratio confutationis.

Porrò dubitandum non est, hunc locum eodem modo esse intelligendum apud Lucam, & apud Matthæum. Accedit, quòd si Matthæus non suo loco istud à Domino assertum esse commemoraret, vel ex ipso Luca constaret, non posse hunc locum de illa acclamatione in die Palmarum facta intelligi: Tum quòd Lucas, qui commemorat istud dictum in via ad Ierusalem, non asserit Dominum dehinc se abscondisse Ierosolymitanis, vt non veniret ad eos nisi cùm est acclamatum, cùm ex Ioannis historia constet, Dominum, postquàm deseruit Galilæam (post quod Lucas loquitur de Domino semper tanquàm de existente in via ad Ierusalem) sæpè venisse in Ierusalem ante diem Palmarum: tum quòd locus tũc de acclamatione illa acceptus, nil facit ad rem: tum quia id, *Dico autem vobis*, sicut nec illud, *Ecce relinquetur vobis*, non aptè potest videri dictum Ierosolymitanis, qui tunc non erant præsentes, & quorum pleriq; Dominum post hæc verba viderunt, saltem extra Ierusalem, sed in genere Iudæis, quorum metropolis erat Ierusalem, cum qua simul erant deferendi, & excindendi.

Tertius sensus. *Orig. tract. 76. in Matth. Erasmus. Caietan.*

Origenes in Matthæum, & Erasmus in eundem, cum Caietano in Lucam, explicãt illud: *Non me videbitis*, de visione per fidem; id est, Non cognoscetis quis ego sum, donec agnoscatis vestram desertionem, & pœnitentes dixeritis, *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Et in eundem sensum intellexit Hieronymus, scribens: *Quod dicit, hoc vult intelligi: Nisi pœnitentiam egeritis, & confessi fueritis ipsum me, de quo Prophetæ cecinerunt Filium omnipotentis Patris, meam faciem non videbitis.* Beda verò in Lucam: *Indicat se non de visione hic per fidem loqui, sed de visione Diuinitatis in secundo aduentu.* Addit enim verbis Hieronymi: *In secundo aduentu faciem meam non videbitis.* Verùm horum sensuum neuter conuenire videtur: quia cùm dicitur, *Non me videbitis amodò, vt Matthæus ponit, Donec dicatis*, satis indicat illos posteà illud aliquando dicturos, & tunc eum visuros eo modo quo prius viderant, id est, corporaliter. Deinde illud: *Benedictus qui venit*, non est præteriti temporis, sed præsentis, cùm Græcè sit ἐρχόμενος ideo non potest accipi, illos id dicturos de primo Domini, sed de aliquo eius tunc futuro aduentu. Scriptura autem non nouit nisi duos Christi aduentus, primum in carne, & secundum ad iudicium.

Beda in Matt. lib. 4. & in Luc. lib. 4. c. 58. tom. 5.

Prædicta intelligentia, quæ duo habeat incommoda.

Ideo intelligendum est de nouissimo suo in claritate aduentu, vt tradunt Augustinus, Theophylactus, & Euthymius post Chrysostomum. Vt sit sensus: Non me videbitis amodò, hoc est, post breue tempus, quo sum vobiscum adhuc in mortali hac carne conuersaturus, vsque ad diem iudicij, quando vel inuiti cogemini me agnoscere, & adorare Messiã, de quo dixit Propheta: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Tunc enim rursus videbunt eum in corpore. *Videbunt*, inquit propheta Zacharias, *in quem transfixerunt.* Qui sensus confirmatur ex eo, quòd Dominꝰ solet Iudæis in primo suo aduẽtu eum cognoscere recusantibus, secundi sui aduentus mentionem producere, quo eum vel inuiti agnoscere cogantur, quando viderint eum veniẽtem in nubibus cœli cum potestate magna, & gloria. Vnde Caiphæ in passione dixit; *Amodò videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.*

Vltimus sensus cæteris probabilior. *August. lib. 2. de consensu Euang. c. 75. init. tom. 4. Theophyl. in Matth. & Luc. Euthym. in Matth. c. 56. Chrysost. hom. 75. in Matth. tom. 2. Psal. 117.*

Perfidi Iudæi Christum quando iterũ videbunt, ac dicent: Benedictus qui venit in nomine Domini. *Zach. 12. & Ioan. 19. & Apoc. 1.*

Quòd ſi durus cuipiam videatur hic intellectus, quo intelligitur, impios & incredulos Iudæos (quos Dominus alloquitur) in nouissimo die, cùm Dominum videbunt, dicturos, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, cùm hæc vox sit excipientium aliquem cum gaudio, quo mali ipsum in iudicio non excipient: intelligat, Iudæos dici ab ipso, nempè Christo, derelinquendos. Et quamuis Messiam suum longo tempore expectaturi essent; non prius tamen ipsum illos corporaliter visuros, quàm circa finem mundi conuersi fuerint ad ipsum, & ad Fidem, & tunc dicent: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Tempus enim, quo cõuertetur Iudæorum natio, docet Paulus, cùm ait: *Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret; & sic omnis Israel saluus fieret:* & Oseas; *Dies multos sedebunt filij Israel*

Quando ferè Christus secundi sui mẽtionem faciebat aduẽtus. *Matth. 26.*

Noua profertur & alia eorum verborum intelligentia: Non me videbitis amodò, &c. Iudæi quãdo conuertẽtur ad Christum teste Apostolo, & Osea. *Rom. 11. Ose. 3.*

Israel sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine theraphim. Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid Regem suum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Sic ille, apertè tradẽs hunc sensum.

Cur Dominꝰ Iudæis prædixerit se amplius non videndum.

Prædixit hoc autem Dominus, ne casu viderentur præconium illud, laudes, cantilenæ, & honor puerorum oblata, si dicta sunt hæc verba ante diem Palmarum: sicut etiam in iudicio, si tunc erit implendum, vt probatum reliquimus. Ad hæc, quomodo in secundo aduentu istj damnãdi homicidæ Christo iudici cum gaudio acclamabunt venienti, qui videntes quem pupugerunt, iuxta Apocalypsis verbum, plangent se super eum, & videtes turbabuntur timore horribili; nisi illud dicturi sunt in secundo aduentu inuiti, cùm se sua spe fraudatos agnoscent? vel prope finem mundi ad fidem Messiæ cõuersi nõnulli id dicent sponte, vt diximus.

Apocal. 1.

Sap. 5.

Christꝰ à nobis agnoscendus quando.

Studeamus igitur tempestiuè Christũ agnoscere in bonum, & salutem nostram, ne tardiùs cogamur vel inuiti ad interitum nostrũ eum agnoscere, & sine fructu confiteri. Dicamus igitur ex corde, & iubilemus in hac voce: Benedictꝰ qui venit in nomine Domini; vt qui gratiã, & benedictionem nobis modò gratis confert, suo tempore salutem reddat sempiternam ipse salutis author Dominus noster Iesus Christus, cui cum Patre, & Spiritu sancto detur omnis honos, gloria, & imperium in sempiternum. Amen.

Tract. 31.

TRACTATVS XXXVI.

In Historiam Viduæ plus quàm cæteri offerentis in Gazophylacium: & habetur tantùm Marc. 12. & Luc. 21.

Quàm rectè hæc cum superioribus coniungantur.

HANC historiam ita describit Marcus: *Et sedens Iesus cõtra Gazophylaciũ, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in Gazophylacium. Et multi diuites iactabant multa. Cùm venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos, ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserũt in Gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt, hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victum suum.* In primis hæc ad superiora non ineptam habent connexionem: nam in proximis eiusdẽ capitis verbis accusat Scribas, & Pharisæos, quòd deuorarent domos viduarum, & hoc sub prætextu religionis. Ne verò quis existimaret, hæc in odium Scribarũ, & Sacerdotum conficta; ostendit præsens historia, quàm faciles fuerint homines cõferre munera sua in Gazophylacium. Erat autem ibi arca, vt venerabilis Beda testatur, foramen habens desuper, posita iuxta altare ad dexteram ingredientibus domum Domini, in quam mittebant Sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniã, quæ deferebatur in domum Domini, quo videlicet pecunia deseruiret (vt Theophylactus admonuit) ad reparationem, & necessaria sacrificio, & ad ornatum templi, & ad alimoniam pauperum, ex institutione Regis Ioas. Et habes quarto Regum volumine pulchram historiam Regis Ioas, qui compulit Põtifices, & Sacerdotes ex Gazophylacio templum Domini restaurare. Eratq; interdum magnus thesaurus in templi Gazophylacio repositus; cui expilando non rarò inhiabant illi, ad quos non spectabat.

Gazophylaciũ quid erat teste Beda. *Beda in Luc. lib. 5. cap. 86. tom. 5.*

Pecuniæ missæ in Gazophylaciũ, cui vsui deseruient. *Theophyl. in Luc. c. 21. 4. Reg. 12.*

Eius quis vsus instituerit.

Porrò quòd Matthæus huius historiæ mentionem non fecerit, sed tãtùm Marcus, & Lucas, mysticam eius rei quidam rationem adferunt. Nam vidua illa duo æra minuta mittens in Gazophylacium, primitiuam Ecclesiam significat, diuitias nimirũ, & gloriam pro Christo contemnens; vt plus propterea obtulisse dicatur, quàm Iudæi, post quorum obcæcationem, ac reprobationem Lucas, & Marcus scripserũt; Matthæus verò antè; & propterea omissa est.

Quid mysterij habeat secundùm aliquos, Matthæus quòd viduæ duo æra minuta mittentis in Gazophylacium, nihil meminerit.

Iam quod ad historiam hanc attinet, spectabat Iesus è regione Gazophylacij iactantes æs, id est, pecuniam, siue eleemosynam; non quidem ex curiositate, aut quasi ignoraret, sed ob sequentem doctrinam, quam spargere volebat, cuius disseminandæ occasionem hinc accepit; & ad significandum quòd ipse sit, qui oculo suæ Diuinitatis vniuersa opera nostra intuetur; nec tantùm ipsam operum substantiam, sed etiam animum quo fiunt. Innuit etiam, sibi gratum esse spectaculũ, cùm bona nostra in vsus templi, & sacrificij, aut in vsus pauperum effundimus.

Cur spectaret in Gazophylacium Iesus pecuniã offerentes.

Quo Deus spectaculo delectetur.

Gazophylaciũ quæ vox sit, quid significet. *Matth. 27.*

Gazophylacio vox est ex nomine Persico, Græcoque composita, & arculam significat, in qua thesauri templi asseruabantur: quæ alio nomine à Matthæo dicitur Corbona. Quæ vox etiam admonet, nullibi securius reponi bona nostra, quàm cum illa ad Dei gloriam, vel ad subleuãdos pauperes erogamus, vt sic meritò dici possit, pecuniam nostram tutò asseruari. Nam reliqua bona in nostra potestate posita, periculo sunt exposita. Deinde Gazophyla-

Eleemosyne nostræ quo tutò asseruẽtur in loco, ceu Gazophylacio templi.

Quid præterea Gazophylacium erat apud Iudæos. *Ioan. 8.* Tertiusſignificatus eorũdem. *Ierem. 35. & infrà 36. Ezech. 40. & infrà 44. 3. Eſdr. 8.* Sacerdotum Iudæorum de oblationibus paupertũ & diuitum in Gazophylacium longè ab illis Dei diuerſa iudicia. *Eccle. 7.* Diuites, ac pauperes quale hinc documẽtum accipiant.

cium, locum, in quo arca illa repoſita erat, ſignificabat. Vnde apud Ioannem dicitur: *Hæc verba locutus eſt Ieſus in Gazophylacio, docens in templo.* Poſtremò interdum ſignificat domum Sacerdotum & Leuitarum iuxta templum, vt habes apud Ieremiã, Ezechielem interdum, & apud Eſdram.

Ac ſubdit, multos diuites iactaſſe multa: vnde verſimile eſt, Sacerdotibus egregiè diuites placuiſſe, quòd tam multa dona miſiſſent in ærarium templi; & pauperes propter ipſorum tenuitatem contempſiſſe, tanquàm eos, qui pro vili pretio ſibi nõ poſſent propitium reddere Deum. Sed longè alia ſunt Dei iudicia: nam prætulit pauperculæ viduæ donum, etſi tenue, magnis atque amplis diuitum muneribus, atque adeò Cræſi diuitiis. Vt neq; diuites habeant vnde ſuperbiant, in quos Sapiens dixit: *Ne dicas, In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo, munera mea ſuſcipiet*; neque pauperes aut tenues, vnde diffidant, aut animo conſternentur, ſi oculos attollant ad hanc viduam, quàm tantoperè commendauit Dominus.

Quadrãs, pecuniaqualis, & vnde dicatur.

Cùm veniſſet autem vidua vna pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrans. Græcè δύο λεπτὰ ὅ ἐστι κοδράντης. Quadrans, Romana pecunia erat, & quarta pars aſſis, vnde & nomen ſumpſit, & alio nomine dicitur teruncius, à tribus vnciis: & diuidebatur in duo minuta, quæ parua erat ſpecies monetæ. Cæterùm vſum illarũ vocum, ſcilicet quadrantis, ſicut & aſſis, & denarium ob imperium Romanorum in Iudæos, non mirum eſt à Romanis ad Hebræos quoque defluxiſſe. Illud quod eſt quadrãs, communiter intelligitur, quòd duo illa minuta ſunt quadrãs vnus. Euthymius tamen intelligit, quodlibet illorum minutorum valere quadrantem, vt Robertus Senalis in ſuo de menſurarum & ponderum ratione, libro tradit: & probat ex eo, quod pro illo Matthæi: *Non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem*, Lucas dixit, *Non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas.* Quadrans enim minutum eſt, & λεπτὸν, etſi nõ minutiſſimum, & infectile, illud quod eſt ſeptima pars chalci, vel areoli. Inter fœminas viduę mulieres miſerabiles ſunt, quarum Deus ſe peculiarem protectorem, & iudicem plerumque in Veteri Teſtamento iactat: in Nouo verò peculiarem rationẽ earum habẽdam eſſe per Apoſtolos tradidit, dum docuit Paulus: *Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt.* Et infrà: *Si quis fidelis habet viduas, ſubminiſtret illis:* & Iacobus: *Religio munda & immaculata apud Deum, & Patrem, hæc eſt, Viſitare pupillos & viduas in tribulatiõe eorum.*

Quadrans à minuto an differat. *Suthym. c. 41. in Marcum. Robertus Senalis. Matth. 5. Luc. 12.*

Et Lucas Annam viduam à ſanctitate vitæ commẽdat. Et ipſe Dominus viduam conſolatus eſt ſuſcitatione filij adoleſcentis; & hanc ipſam, quæ iactauit duo minuta, ore ſuo commendauit, ac cæteris prætulit: ſeptemque Diaconos ad earum miniſterium inſtitui voluit; quo nimirum nos inſtrueret ſuo exemplo, vt tam Principes, quàm iudices, & Epiſcopi earum cauſſis audiendis, & negotiis peragendis promptum patrocinium, non denegent, eleemoſynis verò, & aliis temporariis ſubſidiis eas foueant omnes, commendatasque habeant.

Luc. 2. *Infrà 7.* *cã 6.*

Et conuocans diſcipulos ſuos, ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit. Reddens cauſſam huius ſententiæ, ſubdit: *Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miſerunt in ea quæ vero de penuria ſua omnia quæ habuit, miſit, totum victum ſuum.* Hoc eſt; Diuites quãuis largiter tribuerint in vſum templi, tamen nihilo pauperiores ſunt, vt qui ſibi meliorem partẽ ſeruauerint: at vidua etſi ſuæ inopiæ non erat inſcia, tamen maluit ea carere, quàm ipſam in pios vſus non conferre, nihil dubitans quòd fideli procuratori ſe, ſuaque omnia credidiſſet. Plus autem cæteris miſit, non tantùm quia maiori affectu, & animo, quod paruum eſt, obtulit, quàm diuites magna paruo animo, quia reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ſed etiam ſecũdùm rem, quia quæ omnia quæ habuit, miſit, proportione quadam plus dedit largiendo quadrantem, quàm alij dando maiora: quia iſta dedit totum, alij partem: iſta dedit totum victum ſuum, alij ſuperfluum victui ſuo. Neque laudata eſſet quòd omnẽ victum ſuũ, quem habẽbat, miſerit, ſi aliunde quàm ex mendicitate victum habere potuiſſet. Etſi verum ſit, Chriſtum non cenſum offerentis, ſed mentem attendere. Hinc Ambroſius lib. De viduis pulchrè ſic ait: *Denique dominica voce illa vidua omnibus antefertur, de qua dictum eſt: Vidua hæc plus omnibus miſit. In qua moraliter Dominus inſtituit vniuerſos, ne quis à collatione miniſterij paupertatis pudore reuocetur: nec ſibi diuites blandiantur, quòd plus videantur conferre quàm pauperes. Vberior eſt enim nummus è paruo, quàm theſaurus è maximo: quia non quantum detur, ſed quantum reſideat, expenditur. Nemo plus tribuit, quàm qui ſibi nihil relinquit. Quid tu, dives, egeni comparatione te iactas, & cum tota oneris auro, pretioſam per hamum trahẽs veſtem, quaſi inferior tuis & parua diuitijs honorari deſideras, quia in pem collatione viciſti? Et flumina ſuperfluũt, cùm redundant. Gratior tamen hauſtus è riuulo eſt. Spumant & muſta, dum feruẽt, nec damnũ putat agricola*

Luc. 21.

Viduæ duo æra minuta in Gazophylacii mittentis munificentia.

Cur hæc vidua duo minuta iecerit in Gazophylacium, plus quã diuites obtulerit. *Gen. 4.*

Quid Chriſtus in donis reſpiciat. *Ambroſ. ſer. 1.*

Deus nõ quãtũ detur, ſed quantum reſideat expendit: ait Ambroſius. Contra diuites pauperũ in oblatis muneribus contẽptores.

agricola quòd defluxerit. Gementibus areis dum caditur meſſis, frumenta defolliunt. Sed deficientibus Meſſibus non deficit hydria de farina, & plena olei teſta deſudat. Exinaniuit tamen dolia diuitum ſiccitas, cùm vidua paux illum olearium redundaret. Non ergo quid faſtidio expuas, ſed quantum deuotione conferas, æſtimandũ eſt. Hæc ille. Chriſtus etiam non iubet relinquere multa, ſed omnia; & Paulus non ait copioſum datorem; ſed, *hilarem diligit Deus.* Vnde fit, vt qui calicem aquæ frigidæ egeno porrexerit, plus mereatur, quàm qui difficilè etiam magnos theſauros exponat.

Luc. 14. Chriſtus nõ multa, ſed omnia docuit eſſe relinquẽda. *2. Cor. 12.* *Matth. 10.*

Obſerua hîc, quantum noſtra interſit Dominũ habere diuitem, & nullius egentem, non quid, ſed quo animo detur, penſantem. Huic quis eſt qui ſeruire non poſſit, quando non quid offeras, ſed te conſiderat qua mente venias? Rectèque propterea docuit Paulus: *Si voluntas prompta eſt, ſecundùm id quod habet accepta eſt, non ſecundùm id quod non habet.* Quanquàm & accepta eſt voluntas bona, qua deſideramus plus dare: ſed ex eo non laudatur talis voluntas, quia in eo non laudatur deſiderium plus habendi. Bona ergo voluntas eſt, vt deſideremus plus dari, non à nobis, qui non habemus, ſed ab aliis, qui iam habent. Ideo illud deſiderium quo deſideramus habere, vt demus, non inuenitur laudatũ; ſed illud quod deſideramus à lios dare, qui iam habent: quod eſt amare proximum, cui nõ deſideramus diuitias, ſed vſum bonum diuitiarum quas habet. Habes etiam ex hoc loco, Chriſtũ maximè probare ea, quæ offeruntur in vſus templi: etiãſi hæretici oblatrent, & populo de muneribus dandis non ſit ſermo acceptabilis. Sed turba Ieſum miraculo cibantem, Regem quærit cõſtituere: ſed vbi iubet ille tributa dari Cæſari, malè audit. Sed ad rem, ſententia Domini eſt: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: et quæ ſunt Dei, Deo.* Poſtremò obſerua, illam demũ eſſe veram, & Chriſtianam charitatem, quæ non quærit quod ſuum eſt, quod aliorum: & quæ etiam cum ſuo incommodo, aliorũ promouere curat commoda. Hinc Senior ille Tobias rectè inſtituens filiũ ſuum, dicebat: *Si multum tibi fuerit, abundãter tribue: ſin exiguũ tibi fuerit, etiã exiguum libẽter impertire ſtude.* Ideo ꝙ dici ſolet, charitatem ordinatã in viro iuſto à ſemetipſo incipere: aut de ſpiritualibus intelligendum eſt, in quibus præpoſterum eſt alienam ſalutem curare, ſua neglecta; aut ſi de temporalibus, cætera paria eſſe debẽt. Nam ſi gloria Chriſti maior vrgeat, vt nobis neceſſaria victui ſubtrahamus propter Deum, illud primò curandũ eſt. Nam charitas ordinatiſſima à Deo incipit, & ab eo quod illius gloriam magis promouet: quemadmodum Moyſis & Pauli exempla docent: quorum prior dicebat: *Aut dimitte eis hanc noxam? aut ſi non facis, dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti:* & alter; *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Proinde quod ethnicus quidam dixit: *Dabo egenti, non vt ipſe egeam: ſuccurram periturο, nõ vt ipſe peream:* humana potiùs eſt ſententia, quàm diuina.

Voluntas ad dandũ prompta ſecundũ quid Deo accepta ſit eſſe Apoſtolo. *2. Cor. 8.*

Ordinatiſſima charitas vnde incipiat. *Exod. 32.* *Rom. 9.*

Ethnici vox cuiuſdã humana potiùs quã diuina.

2. Cor. 8.

Glоſſa.

Quod verò Paulus dixit, in danda eleemoſyna illud ſeruandum, non vt nobis ſit remiſſio, aliis autem tribulatio: reſpondet, & exponit Gloſſa; *Melius eſſe totum dare pauperibus, & affligi pro Chriſto.* Quod verò ibi Paulus docet; demittendo ſe ad infirmitatẽ illorũ fecit; ne fortè deficerent, ſi egeſtate premerentur. Illud ſaltem elicimus, illam eſſe gratam, & acceptam Deo eleemoſynã, quæ etſi prompto animo, & hilari fiat, dolorem tamen aliquem incutit, dũ parte eorum, quæ neceſſaria ſunt ad vitam ſuſtinendam, propter Chriſti verbum, & proximi inopiam ſubleuãdam ſpontè priuamur; vt vidua illa Sarepthana, à qua paſcendus miſſus eſt Helias, & fecit illi ſubcineritiũ priùs panem paruulum. Neq; loquor de illis diuitibus, qui immoderato affectu opes diligentes, vbi tantillum donauerint, maximo dolore excruciantur: ille enim dolor non teſtatur niſi vitioſum amorem, quoad diuitias ſuas affecti erant; quia multa non neceſſaria; aut perſonæ, aut ſtatui ſuo tales poſſident, quæ, ſi ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent, eſſent illis in pauperes eroganda. Sed illa omnium eſt præſtantiſſima eleemoſyna, qua omnibus bonis renuntiamus, & in pauperum vſus diſtribuimus, vt conſilium Domini Euangelicum conſectemur: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.*

Deo grata, & accepta eleemoſyna quę ſit.

1. Reg. 17.

Quorum diuitum eleemoſyna minimi ſit meriti apud Deum.

Deut. 32. Omniũ præſtãtiſſima eleemoſyna quæ. *Matth. 19.*

Iam verò vt hunc tractatũ abſoluamus, audi qd Theophylact. in hac hiſtoria myſticè philoſophatur: *Gloria, inquit, tibi Chriſte, qui & paruã gratiã ſæpe habes quãmagna. Quæſo vt & mea anima vidua talis ſit, quæ abijciat Satanã, cui vt viro adhæſit, & mittat in theſaurum ſacrum, duo minuta, carnem, & mentẽ, quæq; parui faciat: cõtinentia quidẽ carnem, humilitate verò animã, vt & ego audiam, quòd totã meã vitam conſeruarim Deo, nõ relicta vlla cogitatione, vel affectione huic mũdo.* Hæc ille. Cõtendamus igitur, hanc oblationẽ corporis & animi noſtri quotidie iterare, de integro nos Deo offerentes, quaſi duo æra minuta: à qua oblatione nullus eſt tam pauper, qui iure excuſari valeat, cùm nulli hæc non ſupperant, & nihil gratius, aut maius Diuinæ Maieſtati offerre, neque nobis con-

Theophyl. in Marcum. Allegoriahuius hiſtoriæ perelegans Theophylacti.

Quid nos Deo quã gratiſſimum offerre valeamus.

Piorum oblationes in vſus templi facẽtes, Deo gratas exiſtere. *Ioan. 6.* *Matth. 22.* Vera & Chriſtiana charitas quænam ſit. *Cor. 13.* *Tob. 4.* Tobiæ Senioris filio datũ ſalubre conſilium.

Illud frequẽs vſurpatum: Charitas ordinata incipit à ſeipſo: quẽ ſenſum accipiat.

ducibilius, aut ad Diuinam gratiam conciliãdam efficaciùs valeamus, vt ille pro ſua bonitate de corpore, & animo noſtro, tanquàm de re penitùs ſua, ſibiq; toties voluntate noſtra donata, peculiarem curam habere dignetur. Hinc Bernardus ſerm. in Purificatione: *Sed quid, fratres, nos offerimus, aut quid retribuimus illi pro omnibus quæ retribuit nobis? Ille pro nobis obtulit hoſtiam pretioſiorem quã habuit, nimirum quã pretioſior eſſe nõ potuit. Et nos ergo faciamus quod poſſumus, optimũ quod habemus, offerentes illi quod ſumus vtiq; noſmetipſi. Ille ſeipſum obtulit, tu quis es qui te ipſum offerre cunctaris? Quis mihi tribuat, vt oblationẽ meam dignetur maieſtas tãta ſuſcipere? Duo minuta habeo, Domine, corpus, & animam dico, vtinam hæc tibi perfectè poſſim in ſacrificium laudis offerre. Bonum enim mihi, longeq; glorioſius atq; vtilius eſt, vt tibi magis offerar, quã deſerar mihi ipſi. Nam ad me ipſum anima mea conturbatur; in te verò exultabit ſpiritus meus, ſi tibi veraciter offeratur.* Hæc ille: quæ vt præſtare valeamus, donet nobis animum & deſiderium Ieſus Chriſtus, cui cum Patre & Spiritu ſancto ſit gloria ſempiterna, honor, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Bern. ſerm. 3. in Purif. prope finem.

Pſal. 115.

Pſal. 41.

Luc. 1.

TRACTATVS XXXVII.

Tract. 82.

In illa verba: *Et ingreſſus Ieſus de templo, ibat. Et acceſſerũt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi. Ipſe autem reſpondens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Sedente autem eo ſuper mõtem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò, dicentes, Dic nobis quando hæc erunt*, &c. Et habetur Matth. 24. Marc. 13. & Luc. 21.

Libri ſequentis argumentum.

NON eſt ignorandum quod 5. lib. dicemus, poſt deſcriptum legiſlatoré, & populum ad audiendum congregatum, tribus capit. 5. 6. & 7. legem ab eo latam fuiſſe; ab eo verò loco ad hunc vſq; 24. excluſiuè, contineri cõfirmationem legis, non tantùm in tot ſignorum operationib⁹, & doctrinæ Euangelicæ prædicationibus, ſed etiam multis victoriis in diſputationibus cõtra inimicos ſuos partis: iam ab hoc loco per duo quæ conſequuntur capitula, Legis executionem, quantum ad pœnas, & præmia attinet, Euangeliſta recenſet.

Huius quoq; argumenti tractationis.

Quæ cauſſæ exiterint vltimi huius egreſſus Chriſti de templo.

In primis igitur Dominus egreſſus eſt de templo, & fuit vltimus eius egreſſus de templo illo: quo nimirum ſignificauit eius ruinam ex ſua abſentia cõſecuturam. Nam vt abſentia nautæ cauſa eſt naufragij; ita abſente Chriſto, corruere fuit neceſſum illud templũ, in quo Filium Dei & Meſſiã agnoſcere noluerũt. Et quemadmodũ ingreſſus in ciuitatẽ, illã deplorauit, & lacrymas profudit; ita hic egreſſus de templo, illud deplorauit, & deſtructionem eius prædixit. Egreſſus eſt etiã de templo, in quo tota die fuerat verſatus, aliorum animos verbo Dei paſcens, ad corpus reficiendum cum Apoſtolis ſuis.

Luc. 19.

Quid fecerat in templo Chriſtus.

Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Modus eſt hic fortaſſis idiomatis, quo ſignificatur inchoatio loquendi: ideo hic acceſſus tacetur à Marco, & Luca. Lucas autẽ per quoſdam dicentes de templo, intelligit diſcipulos ipſos, vt Matthæus ait. In vno tamen interrogarunt, & in vno eruditi ſunt, ne alioqui eſſet confuſio, vt Marcus docet, dicendo: *Ait illi vnus ex diſcipulis ſuis, Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ.* Matthæus ait, *Vt oſtenderent ei ædificationes templi.* Lucas addit, *Quòd bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet.* Non oſtendunt autẽ, quaſi ex eo quòd prædixerit deſtruenda, velint flectere Dominum ad pietatem: quia in Luca, qui nihil de deſtructione templi prædictum narrat, introducitur, addendo de donis, quæ Græcè dicuntur ἀναθήματα, ex eo, quòd hæc dona Deo dicata ſuſpendebãtur in templi parietib⁹, ſeu columnis, ſicut apud nos ſtatuæ argenteæ, ſiue cæreæ: ſic dicta, ab ἀνατίθεσθαι, id eſt, à ſeponendo, ſeu ſuſpendendo. Ac meritò quidem donorum fecerunt Euangeliſtæ mentionem: quia de oblatione viduæ mittentis duæ æra minuta in Gazophylacium mentionem fecerant. Et quoniã Dominus ea, quæ mittebantur in Gazophylacium, attentè ſpectauerat: idcirco Apoſtoli in egreſſu oculos in lapides, ſtructuraſq; templi coniecerunt, quas Herodes paullò antè ad Iudæorum animos ad ſe pellicien dos, firmiſſimas, & elegãtiſſimas extruxerat, & octo annorũ ſpatio perfecerat. Vnde & vnã portam templi ob operis elegantiam, Speciоſam vocauerat (ſolent enim ruditores, & carnales hæc magnifacere) maximè cùm ſtructura templi ampla eſſet, ſumptuoſa, elegans, ac propè diuina.

Diſcipulorũ acceſſus ad Ieſum ſecreto ne quid ſere Euangeliſtæ ſignificent.

Euãgeliſtarum triũ hoc loco in verbis diſſonantia.

Voluit autem Dominus de ea re ab illis interrogari; vt anſam captaret prædicendi euerſionẽ templi, vrbisq; Ieruſalem. ¶ *Ipſe autem reſpondens, dixit illis, Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui nõ deſtruatur.* Hoc eſt, totum ita ſubuertetur, vt nihil ſit integri relinquendum: quemadmodum ſuperius dixerat de

Diſcipuli cur Chriſto obtẽderint ædificationes templi.

Anathemata Græce q. d. & quare ſic dicta.

Cur Marcus atque Lucas de donis templi meminerint.

Qui eas fecerit ſtructuras templi & quare Iudæis.

Templi pars vna cur dicta ſit ſpecioſa. *alij.*

Quonam tacito Domini impulſu de templi ſtructuris, ædificationibusq; cum diſcipuli interrogauerint.

Luc. 19.

ciuitate euertenda: *Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.* Quanquàm poſſit dici accipiendum eſſe per hyperbolen; vt ſignificetur maxima, & extrema deſtructio: nam veriſimile non eſt, tam curioſos fuiſſe, aut otioſos Romanos, vt eis vel vacauerit, vel libuerit ſingulos lapides abs ſe inuicem auellere; vt facere ſolent, qui veteri muro deſtructo, lapides à ſe inuicem ſeparant, vt ex eiſdem nouum conſtruant. Vel ſecundùm Chryſoſt. Deus mouit ad euertẽdum omnia, ne ampliùs infirmi traherentur ad cæremonias maieſtate templi.

Chryſoſt. hom. 2. in Iudeos, tom. 3.

Deo cultus templorum etiam ornatiſſimus minimè placeat quando.

Tu verò, prudens lector, obſerua, non placere Deo quantumuis ſplendidum externum cultum, ſi frigeat animi pietas. Et cùm hæc ita ſint, non eſt quòd miremur, ſi noſtro ſeculo tã multæ Cathedrales Eccleſiæ, tam ampla Monaſteria, & pingues Abbatiæ perierint, in quibus (ne quid diſſimulemus) plures erãt fortaſſis, qui Mercurio, Plutoq; ſacrificarent, quàm Chriſto Saluatori noſtro; vt proinde meritas luerint pœnas. Non poſſunt excuſari tamen potentiſſimi, ſcilicet in malo, & impudẽtiſſimi hæretici illi, qui tanquàm Nabuchodonoſores, aut Balthaſares, extiterunt, quorum opera & ſtudio tot Eccleſiæ ornamenta conciderunt. Sed dabunt & illi ſuo tempore commeritas pœnas, etiamſi ad tempus Dominus diſſimulare videatur.

Romanos tẽpli exciſores Iudaici qui imitẽtur hoc tempore magni nebulones.

Dan. 1.

Infrà 5.

Sedente autem eo ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecretò, dicentes, Dic nobis quando hæc erunt? & quod ſignum aduẽtus tui, & conſummationis ſeculi? De hac ſeſſione ſuper monte Olueti nihil dixit Luc. benè autẽ Mar. duo his adiungens: alterũ, quòd ſederit contra templũ, ſiue è regione tẽpli, vt eſſet occaſio quietè reſpõdendi ad interrogata de templo. Ideo non eſt veriſimile factã interrogationem, cùm è Ieruſalẽ proficiſceretur ad cibũ ſumẽdum in Bethaniã: quia nõ eſſet prudentiæ, eo tempore tot, ac tanta quærere: ſed poſt cibum dormiebat, & in mõte Oliuarum illis diebus verſabatur, vt dicitur apud Lucam. Et ita probabile eſt, quod altero die interrogauerunt.

Quænam Lucas prætermiſerit in hac hiſtoria à Marco narrata.

t

Vbi Chriſtũ & quãdo diſcipuli interrogauerint de tempore conſummationis ſeculi.

Si quatuor dixaxat Dominũ interrogarunt, vt Marcus, quo modo plures, vt Matthæus, & Lucas tradunt, diſcipuli id fecerint.

Prima ſolutio.

De quibus

Secundò addit Marcus: *Interrogabant eũ Petrus, & Iacobus, & Ioãnes, & Andreas.* Cùm Matthæus, & Lucas in genere dicant diſcipulos interrogaſſe; quomodo Marcus hos tantùm quatuor interrogãtes inducit? Sed hoc dupliciter ſolui poteſt. Vno modo, vt hi ſoli, quos nominat Marcus, intelligantur tunc Dominum adiiſſe, & interrogaſſe: tum quia dicitur, ſeorſum, ſiue ſecretò interrogaſſe. Neque hoc dictum eſt ob turbam, quæ non aderat, neque ob inanẽ gloriam, aut inuidiam aliorũ, quia non reſpon

diſſet Dñs ad eorum mẽrem, vel eos reprehendiſſet, vt ſolebat: vt cùm dixerunt: *Quis, putas, maior eſt in regno cælorum?* & cùm ei dixit mater filiorum Zebedæi: *Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Sed quia ſciebant Dominum circa ardua omnes non admittere, vt circa Transfigurationis myſteriũ, & alia quædã, quo paucis, & his potiſſimũ diſcipulis crediderat; etiam de tempore, & ſignis futuræ deuaſtationis facilè paucis cõmunicaturum, quæ aliis omnibus non eſſet crediturus, exiſtimarunt.

diſcipulos Chriſtus ferè reprehendebat.

Matth. 18.

Infrà 20.

Ad quæ, niſi paucos tantum modò Chriſtus admittere conſueuerat.

Matth. 17.

Altero modo, vt omnes diſcipuli dicantur diſcẽdi cauſſa acceſſiſſe Dominum, ſoli autem illi quatuor omnium nomine interrogauerint, vtpote primores Apoſtolorũ, & maioré habentes apud Dominũ fiduciã: vt quod dicit Marcus, ſeparatim eos interrogaſſe, intelligi debeat, ſemotis turbis. Atque in hunc modum Euthymius Euangeliſtas cõciliat. Sed prior ſolutio ſolidior eſt, & literæ magis conueniens, quam ſequitur Epiſco. Abulen. Dic ergo nobis, quatuor, quod fortaſſe non omnibus dicturus eras.

Altera ſolutio.

Euthym.

Epiſc. Abu. q. 18. in c. 24. Matth.

Interrogauerunt autem iuxta Matthæũ tria. Primum eſt: *Quando hæc erunt*, quæ videlicet de templi euerſione dixiſti. Secundum: *Et quod ſignum aduẽtus tui.* Tertium: *Et conſummationis ſeculi?* Marcus tamẽ, & Lucas vnicam fuiſſe interrogationem aſſerũt, de templo ſcilicet: *Dic nobis* (inquit) *quando iſta fient? & quod ſignum erit, quando hæc omnia incipient conſummari?* Ad hoc dicendũ eſt, vnã quidem fuiſſe interrogationem præcipuã, nempè de euerſione templi, quam deſcribunt Euangeliſtæ tres: ſed quia diſcipuli putabant coniunctam cum Chriſti aduentu, & conſummatione ſeculi; ideo Apoſtolorũ mentem volens explicare Matthæus, in tres quæſtiones diuiſit, vt docent Hieronymus, & Euthym. Et Matth. quidem reliquis duobus diffuſiùs has interrogationes explicuit, quoniam Iudæis, quibus ſcribebat, hæc euentura erant; ſecùs alij duo, Marcus, & Lucas, qui ad Gentes ſcripſerũt. Nam Ioannes Euãgeliſta nihil horum, neque de euerſione templi, neque de abominatione deſolationis ſcripſit; ne (quoniam poſt cladem Iudæorum, & excidium vrbis & templi longo tempore ſuperueniẽs ſcripſerat) ab euentu ipſo rerum, non autem à prædictione Chriſti, illa ſcripto tradidiſſe cenſeri poſſet. Secùs alij tres priores, qui ante illud bellum à Romanis geſtum contra Iudæos, excidium illud monumentis conſignarunt ſuis, atque ex hac vita diſceſſerunt. Quod Dominus inſinuauit, cùm dixit apud Lucam; *Sed ante hæc omnia iniicient*

Hieronym. Euthym.

Cur Matth. latius quam Marc. & Lucas de Apoſtolorum interrogationibus hiſce de repti ruinis, & ſeculi conſummatione perſcripſerit

Quare de excidio templi & Ieruſalem Ioannes verbum nullum fecerit.

Luc.21.

vobis manus; & persequentur tradentes in Synagogas, & custodias, & quæ sequuntur. Cumq; nihil horum, quæ scripserunt, videre potuerint; inde factum est, vt veritas prædictionis Christi splenderet.

Interrogationis discipulorum de excidio templi, atq; vrbis quæna causæ fuerint.

Primò ergo interrogãt de vrbis, & templi casu, quia eorum maximè intererat scire destructionẽ templi, quia sine bello non fieret, vt sibi prospicerẽt; & ob modum cœlẽdi Deum, cùm iam omninò templũ concidisset. Interrogãt præterea, vt tradit Autor Oper. imperf. in Matth. quoniam omnibus laborantibus dulcis est finis: libenter interrogat viator, Vbi est mansio: mercenarius libenter computat finem anni, quo recipienda est merces: agricola semper expectat tempora messis: mulier prægnans decimo mense semper est solicita. Ita serui Dei libenter de seculi consummatione requirunt. Hæc ille in sensu.

Homil. 48. in Matth. tom. 2. operum D. Chrysost.

Cur etiã de tempore aduentus sui, & consummationis seculi discipuli Christũ interrogauerint.

Vndenã Iudæi sibi persuaserint Ierosolymitanæ vrbis ac templi fore perpetuã durationem, & statum.

Adiungunt autem interrogationi de templo, quæstionem de aduentu Christi, & seculi consummatione: quia existimabãt illa simul coniuncta esse, & eodem tempore euentura. Templum siquidem ęternum fore putabant, tum ob solidissimam eius structuram, tùm ob Dei de eius duratione promissiões. Nec enim lex de qua frequenter legitur: *Legitimum sempiternum erit vobis*, firmam stabilitatem habere poterat sine templi perpetuitate, in quo solo sacrificia, & bona pars cæremoniarum seruari poterat. Neque putabant templum, nisi in fine mundi, excindi posse: quo modo plerunq; existimamus nos, nostraq; non posse perire, nisi cum totius mundi conflagratione: qua ratione simplices filiæ Loth cum quinque ciuitatibus conflagrasse mundũ vniuersum putantes, ad parentem semel atq; iterum inebriatum suscitãdi gratia generis humani, quod extinctum existimabãt, ingressæ sunt. Sed ignorabãt discipuli promissiones Dei de templo in perpetuum duraturo, non nisi sub cõditione esse factas: quod ex duobus locis facilè est euincere. Alter est in 3. lib. Regum, vbi Dominus ait: *Si autem auersione auersi fueritis vos & filij vestri, non sequentes me, nec custodientes mãdata mea nec cæremonias quas proposui vobis, sed abieritis, & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos; Auferã Israel de superficie terræ quã dedi eis, & templũ quod sanctificauit nomini meo, proiciam à conspectu meo, eritq; Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis.* Alter locus est Ieremiæ Prophetæ, qui Iudæos confidentes in verbis mendacij, ac dicentes, *Templum Domini, templum Domini, templum Domini est*, his verbis redarguit, cõditionem illis verbis subesse designans: *Quoniam si benè direxeritis vias vestras; & studia vestra: si feceritis iudicium inter virum, & proximum eius, aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniã, nec sanguinem innocẽtem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis; habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris, à seculo, & vsq; in seculum.* Hæc ibi. Quod igitur aiunt, *Quod signum aduentus tui?* non est intelligẽdum de aduentu in montem Olineti, vbi tunc erat, ad iudicandum, vt docet Lyranus; quia illum aduentum ignorabãt discipuli, & aliàs quæsiuissent; & Lucas & Marcus vnam tantùm quæstionem proponunt, quæ alias iuxta mentem inquirẽtium includebat. Nec rursus loquitur de aduentu Christi ad animam per gratiam, vel tempore mortis ad iudicium particulare: quia non est vnus, & quotidiè fit cum diuersis. Nec de iudicio generali, quia idem est cum consumatione seculi: sed de aduentu in regnum, de quo habetur Matthæi 16. quòd illi temporarium putabãt, vt habes in Actis: quem Dominus respondens excludit esse aduentum ad regnum temporarium, dicendo, *Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus*, &c. Secundò excludit, proponẽdo verum intentum aduentum, licèt ab eis non cogitatum, scilicet in maiestate ad iudicium; quemadmodum ad cœlos ascẽsurus admittit cum illis quod veniet, licèt non ad eorum mentem. Petunt tertiò de consummatione seculi: quia generalem resurrectionem credebãt ex doctrina Christi, & Pharisæorum: Sadducæi autem, qui vitam futuram non credebant, consummationem seculi denegabant. De aduentu igitur ad regnum temporariũ quærebant: sed quia putabant eum in Ierusalem regnaturũ, necessariò existimabãt, aduentum Domini debere præcedere destructionẽ vrbis, & templi: proinde scire cupiebant, quando vẽturus esset, quia ante mortem suam putabant eum cernere, iuxta illud, *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo*, quod de temporali intelligebant. Erantque discipuli ætatis prouectæ, parumque viuerent in prosperitate regni Messiæ, nisi acceleraret aduentum, & destructionem differret: & quia post regnum Messiæ nullum credebant Iudæi futurum regnũ; & illud Messiæ existimabãt esse temporale: proximũ ergo finem mundi concipiebant. Hinc post aduentum ipsius quærunt de seculi fine: sic enim inde scire possent durationem regni Christi. Quia verò Christum citò regnaturum putabant: ergo ante subuersionem vrbis, &

Quid Iudæi facere debuerant, vt Deus semper cum illis habitaret, vt ipse dixit.

Cũ dicitur: Quod erit signum aduentus tui, quo de aduentu fit sermo. Primus sensus, sed falsus.

Lyran. in Matth. c. 24.

Secundus, etiã ineptus.

Tertius item improprius. Quartus, acceptione dignus.

ibi.

De consummatione seculi cur discipuli Dominũ interrogauerint.

Matth. 24. Ibidem. & Act. 23.

Seculi consummationem quare Sadducæi nullam asserebant fore.

Matth. 16.

templi

templi colligebant: qua facta, nõ sperabant ædificationem, quia nullum regnum succedere debebat regno Messiæ, cùm gens Iudæorum, quia electa, vltimò putaretur delenda: quapropter simul cum Ierosolyma putabant mundum consummandum, ac delendum. Sed profectò falsa quædam admittebant, nimirum Messiam ad tempus regnaturum, & regnum eius simile temporali statim inchoandum: quia reuera nõ incipiet nisi in iudicio, cùm omnia ei, teste Apostolo, subijcientur. Etsi ergo aduẽtus ad regnum secundùm eos præcederet destructionẽ templi; tamen quia destructio fuit occasio quærẽdi de aduentu; propterea primò quæsierunt de euersione templi, deinde de duobus illã consequentibus, hoc est, de aduentu præcedente, ac de mundi fine.

1. Petr.

Messias quãdo regnare incipiet, iuxta Apostolũ.

1. Corint. 15.

¶ *Et respõdens Iesus, dixit eis, Videte ne quis vos seducat, &c.* Quæstioni de aduentu satisfacere volens, prius falsum aduentum, quẽ ipsi existimabant, excludit: de vero aduentu autem cap. sequenti edisserit, sed intermiscet responsiones. Hîc ergo incipit respondere ad secundum quæsitũ de aduentu suo: vbi verò ait: *Audituri enim estis prælia, &c.* respondet ad primum: infra verò, vbi ait, *Tunc si quis vobis dixerit*, redit ad secundam interrogationem, quã prius cœpit resoluere: quia aduentus ille prior erat destructione secundùm mẽtem interrogantiũ; & magis eos tãgens, qui non visuri erant destructionem.

Matth. 25.

Christi ad interrogationẽ discipulorũ de consummatione seculi obscura cur fuerit & tecta responsio.

Respondit autem Dominus, non apertè, & planè, sed obscurè & inuolutè: in primis, quòd ingenium Prophetiæ sit velut in obscuro delitescere, donec impleatur. Ita enim tradit Irenæus lib. 4. contra Valent. ca. 43. *Omnis Prophetia priusquam habeat effectum, ænigmata et ambiguitates sunt hominibus. Cùm autẽ venerit tempus, & euenerit quod prophetatum est, tunc Prophetiæ habent liquidam et certam expositionem.* Et paulò ante: *Et propter hoc*, inquit, *Danieli Prophetæ dicebatur: Tum sermones, & signa librum vsq; ad tempus cõsummationis, quoad vsque discant multi, & adimpleatur agnitio. In eo enim cùm perficietur dispersio, cognoscent omnia hæc.* Sed & Ieremias ait, *In nouissimis diebus intelligent omnia hæc.* Hæc ille; quæ profectò rationi sunt consona. Noster quippe intelligendi modus ex imaginatione pendet, imaginatio ex sensu: vnde illud quod sensu non hausimus, difficile capimus. Hinc est, vt quæ sub sensum non cadunt, vt anima, Angelus, & Deus, vix valeamus apprehendere, aut percipere. Cùm igitur ea, quæ ventura sunt, longè ab sensu distent, ac proinde ab imaginandi virtute; inde fit, vt non nisi difficulter apprehẽdere valeamus. Deinde Spiritus sanctus consultò videtur res inuoluere, & obscurare: nam quoniam futurorũ malorum prædictio, materia est odiosa, vt reprobi flagellum non effugiant, si clarè dicerentur, solet ea sermone obscuro, aut metaphorico obtegere. Quod etiã ob aliam causam factum est; videlicet vt Propheræ ipsi mala & infausta prædicẽtes, vel à pessimis Regibus, vel à populis rebellibus, qui veritate offenduntur, iracundiaq; excandescunt in eius annuntiatores, persecutiones non sustineãt. Quare Achab Rex Israel dixit de Michæa Propheta ad Iosaphat Regem Iudæ; *Remansit vir vnus per quem possumus interrogare Dominum: sed ego odi eum, quia nõ prophetat mihi bonũ, sed malum.* Hinc Ieremię de Propheris mala sustinentibus querula vox, *Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio, & cõtritio.* Deniq; Paulꝰ de Romani imperij defectu, siue apostasia prædicturus quædam in posteriori ad Thessalon. sermonem obscurum consultò affectauit: *Ne quis*, inquit, *vos seducat vllo modo: quoniam nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, &c.* Et subiungit, vera obscuris inuoluens: *Mysterium iam operatur iniquitatis: tantùm vt qui tenet, nũc teneat, donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus*, & reliq. quæ magnus Apostolus prudẽtissimè obscuritate inuoluit, ne Romanos Principes in se, & in Religionẽ Christianã bene animatos, & quorũ autoritate & adminiculo per vniuersum orbem propagandum erat Euangeliũ, in nouellam Christi Ecclesiam concitaret, irritaretq;. Simili ratione Hieron. in Ezechielem scribens obseruauit, Propheras, q̃ futura sunt, quasi transacta memorare, ne odiũ excitetur. Ad hęc, eiusmodi obscuritas vtilis erat ad bonos, & pios exercendos, qui suo tempore pro intelligentia prędicatorũ Dominum deprecantes, digni fiebant qui Spiritu sancto docerentur.

Dan. 12.

Ierem. 23.

Quæ ratio obscuritatis Scripturarũ.

Tertia ratio.

4. Reg. 22.

Thren. 3.

2. Thess. 2.

Hieron. in Ezech. c. 31. tom. 3. initio.

Secũda ratio

In hac autem Domini responsione difficile est definire ad quem vsq; locum sermo fiat de templi, & Ierosolymæ excidio: Deinde vbi sit initiũ respondendi de aduẽtu Domini, & vbi rursus de seculi consummatione. Nam verba Christi ita sunt tẽperata, taliq; sententiarum ordine collocata, vt possint vtriq; euersioni, & vrbis, & orbis cõmodè adaptari, & de vtraq; explicari. Nam cũ de tribus fuerit interrogatus, sic tamẽ respondet, quasi de vno, eodemq; tempore loqueretur. Sit tamen euidentissimũ, quædam ad tempus consummationis seculi, quædam verò ad tempus Ierosolymitanæ destructionis pertinere. Et tamen literam inspicienti, vnum & idem tempus Dominus insinuare videtur, quo illa om-

Quarta ratio obscuræ responsionis Domini de seculi consummatione. Obscuritas responsionis huiusmodi consistit in tribus.

Solutio difficultatum. Quæ de vrbis Ierosolymæ, oibisq; totius excidio Christus prædixit.

quomodo sint inter se distinguenda.

nia fiant, sæpè replicans, *Tunc, Tunc, Tunc*: ex qua repetitione videtur idem tempus designari: quanquàm distinctis: hæc apud Lucam, quàm apud Matthæum legantur.

Prima opinio.

Et ex Patribus quidam intelligunt primam partem responsi à principio vsq; ad illud: *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic*, de his, quę à Christi Ascensione ad vrbis vsq; Ierosolymitanæ destructionem contigerunt, complectatur, sequentia verò, de mundi fine, & aduentu Christi. Eiusmodi sunt Eusebius, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, & Beda. Alij rursus è recentioribus in tres partes diuidunt responsum Christi. Et primam quidem, & vltimam partem de nouissimis accipiunt; at mediam partem, quæ incipit sic: *Quum videritis abominationem desolationis*, de euersione ciuitatis intelligunt. Alij verò, vt Hilarius, Ambrosius, & Hieronymus, etiam illam mediam partem de abominatione desolationis stante in loco sancto, ad nouissimā mundi euersionem, & Antichristi aduentum referendam esse cōtendunt. Omnes tamen tertiam partem, quæ ab eo loco sumit principium: *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere*, vnanimi consensu absque vllo dubio de nouissima mundi euersione, & fine eius interpretantur.

Eusseb. lib. 3. eccle. hist. c. 6. tom. 1. Chrys. hom. 76 in Matth. to. 2. Theophyl. in eundem. Beda ibid. to. 5

Secunda opinio Caietani scilicet, & Francisci Titelmanni.

Verùm hæc animo meo præ aliis sedet sententia, quædam ex his esse, quæ nisi secundo Christi aduentui accommodari nequeant: vt quod dicitur: *Erunt signa in Sole, et Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium, &c.* Quædam propriè nonnisi cladi Ierosolymitanæ, quale est illud de præliis gentis in gentem, persecutionibus Apostolorum, terræmotibus, abominatione desolationis, deq; à Gentibus calcanda Ierusalē, donec impleantur tempora nationum. Et hoc ad literam, quanquàm mysticè de temporibus nouissimis, & Christi ad iudicium aduentu, deq; illum præcurrentibus signis intelligi possit: sed nō ita, vt tollat veritatem literæ. Vt ita Dominus, qui summa sapientia est, de tribus interrogatus, ad vnumquodque illorum responderit.

Tertia Hilarij can. 25. in Matthæum. Ambros. lib. 10. in Lucam, & Hieronymi in Matth. lib. 4. tom. 9. Hæ sententiæ in quo conueniant omnes.

Quarta & postrema cæteris probabilior omnib⁹ sententia.

Luc. 21. ibid. & seq.

Hic sensus quem in sequentibus comprehendat.

Caussa autem inuoluendi has binas destructiones, non vna fuit, sed multiplex. Nam in primis Apostoli de vtrâq; Dominum simul interrogārunt. Deinde materia vtriusq; erat punitio gentis Iudaicæ, & dānatio mundi ob defectum fidei, & nō acceptati Messiæ. Vtraq; etiam euersio præsens erat oculo Domini, & cognita distinctè, certoque modo connexa, atque coniuncta, ita videlicet, vt vna esset figura alterius, quanquam tardior mens nostra hanc ipsarum connexionem nō ita apprehendat. Voluit quoque Dominus illas inuicem cōiungere, vt in præsentibus ab ipso illatis flagellis imminentia futura supplicia, & perpetua cogitemus, præsentibusque tribulationibus & pœnis patienter toleratis, æterna quæ impios manent tormenta, redimamus. Deniq; hoc fuit familiare ac consuetum priscis Prophetis (à quorum more, institutoque Dominus declinare noluit) vt quoties defluxis, terrenisq; Dei beneficiis facerent verba, confestim ad spirituales diuinorum charismatum opes, quæ per Messiam copiosè in omne genus humanum erant effundendæ, saltarent, & à comminatione præsentium flagellorum, ad æterna gehennæ supplicia interminanda suũ conuerterent sermonem. Quam regulam nisi quis in Propheticis scriptis intelligendis ante oculos habeat, ad Prophetarum oracula iuxta mentem Spiritus sancti assequenda penitùs peruenietnunquam. Vt minus mirandum sit, si Dominus sacrorum vatum vertex ac magister, in futuris præcinendis eorum characterem, & stylum fuerit secutus.

A quo Dominus more Prophetarū minimè abhorruit.

Regula ad Prophetarū intelligentiā perneceſſaria.

Quare hæc Dominꝰ prænunciauerit.

Prædixit autem ista Dominus: tùm vt se verum Deum, magnumq; Prophetam, ac Messiam quatenus Deus est, ostenderet, qui omnia quæ euentura erant Ierosolymæ, atq; orbi vniuerso, & scire, & prædicere potuerit; tùm vt nobis charitatem indicaret suam, admonens nos, vt caueamus, à ventura ira, signũ ictus designans tanquam gladiatoriæ artis magister, vt discipulus eam partem, quam petere se velle ostēdit, protegat. *Dedisti*, inquit Propheta, *metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus*: quomodo videlicet ictum fulminis præcedit fulgur, præmonetque vnumquemque sibi vt prospiciat, & vt quidam vates dixit: *Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas*: quod de flagellis, q̃ interminatꝰ fuerat, intelligendũ, præcedētia testātur, & sequētia.

Quemadmodum fecisse videatur.

Psalm. 59.

Amos 3.

Quibus, vt veritati consonis, & omni acceptione dignis, præmissis, explicanda sunt verba textus, quæ ad signa præcurrentia vrbis Ierosolymæ excidium omninò referenda esse censemus, vt indicat & illud: *Dic nobis quando ista sient? & quod signum erit, quando hæc omnia incipient consummari?* Quod autem ante vrbis destructionem accidit, profectò & ante mundi consummationem: sed non è contrario. Præposterum namque fuisset prius de destructione mundi, quàm de casu Ierosolymę verba facere; & contra ordinem interrogationis à discipulis propositæ. Primùm igitur ait: *Videte, ne quis*

De vrbis Ierosolymę excidio, quàm de mundi cō flagratione cur Dominꝰ fuerit locutus.

Marc. 13.

Quibus de causis Christus, orbis ac vrbis Ierosolymæ euersiones, quasi vnam eandemq; tractauerit.

Quare Christus discipulis dixerit: Videte ne quis vos seducat.

Act. 2.

Pseudochristi quādo primū venerint

Marc. 13.

Matth. 24.

ne quis vos seducat. Primùm præmonet, vt caueant sibi à seductoribus. Nam etsi pseudo christi non nisi post discipulos per Spiritū sanctum confirmatos venerit: vtilis tamen fuit hæc præmonitio, vt magis roborarentur, & scirent illa, quę ex robore gratiæ declinanda, & quę sequenda essent, & vt alios docerent, quibus vt magistri præficiebantur. Vnde apud Marcum legitur: *Quod vobis dico, omnibus dico, Vigilate*: & rursus: *ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.* Etsi autē discipuli agnoscerent Christi vultum, poterant tamen putare, quòd immutaretur in resurrectione, vel quòd alius esset eis similis, vel quòd artibus magicis, quibus edebant signa falsa, fingerent vultū Christi, & ne alij, qui non viderant Christum, deciperentur, & Apostoli non pergerēt dubitando de fide ad discernendum an esset, etsi illi non assererent se esse Iesum filium Mariæ, sed tantùm assererent se esse veros Messias. Quòd si Dominus planè dixisset, se non regnaturum more Regum temporalium, penitus tolleretur deceptio. Illud tamen dicere nondum voluit, imò ad tempus dissimulauit. Vt cùm dixit: *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo*: &, *Cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim*, & reliq. Discipuli quoq; duo proficiscētes in Emmaus, dixerūt: *Nos aūt sperabamus quia ipse esset redempturus Israël*, quasi dicant, iam non speramus. Ac ita innuitur, quòd non solùm sciebant, eum non redemisse Israel, sed etiam spem illius redemptionis amisisse. Quòd si de redemptione à peccatis & diabolo intellexissent, non poterant scire quòd redemisset, cùm redemptio illa spiritualis, non sit quid sensibile. Et quia dixerunt: *Quia ipse esset redempturus Israël*, solùm in Israel ponebāt redemptionem. Si tamen de spirituali redemptione acciperetur, non solùm Israel, sed omnes etiam Gentes redempturus erat, vt redemit. Suscitatus etiam à mortuis, dixit: *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* quod de gloria regni temporalis discipuli intellexerunt, & de congregatione Iudæorum ex nationibus: etsi Christus alio spectans, id est, ad glorificationem suæ carnis, & honorem quem habiturus erat super Gentes, quas per sanguinem suam redemerat, illa dixerit. Ac rursus eandem opinionem in eis confirmauit, quando dicentibus: *Domine si in tempore hoc restitues regnum Israël?* quod illi de temporali accipiebant regno: nam de spirituali non desperarent, respondit: *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Nam discipuli imbuti oppositā opinione, & à Rabbinis, & Doctoribus legis ita instituti, non crederent: maximè quia erat immutatio finis, id est, temporalis in spiritualem, & cæremoniarum in Legem Nouam: quæ vix capiebant. Iidem dicebant: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Ad hæc discipuli carnales erant, & infirmi, & agnoscere æterna plenè non poterant: vnde etsi Christo credidissent propter eius autoritatem, tamen facilè non possent talia sperare, nec ad tanta bona aspirare. Vnde cùm Apostoli Christo de vxore nō dimittenda, verba facienti dixissent: *Si ita est caussa hominis cum vxore, non expedit nubere*: respondit illis: *Non omnes capiunt verbum istud.* Idemque hortans ad perpetuam continentiam, posteà subiunxit: *Qui potest capere, capiat.* Quamdiu igitur æterna nō capiebant, non erant ablactandi à temporalibus. Et propterea tāto tempore Dominus cum eis dissimulanter egit: quousque per Spiritum sanctum eruditi sunt, & roborati in die Pētecostes, vt Christus promiserat: *Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, &c.* Et iterū: *Donec induamini virtute ex alto*: ante quē diem non fuerunt edocti, aut confirmati à Domino, vt nobis nimirùm per eos dubitantes de resurrectione & ascensione prospiceretur, quorum dubitatione nos in illis confirmati sumus. Nam si nulla dubitatio fuisset, nō erat necessaria aliqua resurrectionis probatio, neque ascensionis: quia tamē dubitabāt, Christus probauit resurrectionem suam, præbens se ipsum viuum in multis argumentis, per dies quadraginta discipulis apparens, & loquens de regno Dei: & ita etiam illis præsentibus ascendit in cœlum, vt certi redderentur de sua ascensione, & adiungit testimonium Angelorum. Ante ascensionem autem non explicuit quòd regnum suum minimè esset temporale, ne à Christi doctrina recederent, & dispergerentur: præsertim quia non erat definitus dies aduētus Spiritus sancti, quasi spe sua defraudati, cùm nondum essent virtute Spiritus sancti induti, nec dum venisset in eos Spiritus sanctus: qui non venit nisi post decem dies. Nam etsi tunc præsentibus eis conscenderit in cœlum, nesciebant tamen an post annum, vel post mensem descenderet, & regnaret, vt ipsi cogitabant: ideò manebat in eis aliqua spes. Proinde non debuit asserere se temporarie nequaquam regnaturum: nam alioqui per illos decem dies nō manerent simul, nec veniret super eos Spiritus sanctus: quod tamē Christus voluit, præcipiens illis ab Ierosolymis

Ioan. 6. Discipuli Christi olim quàm rudes erant & ignari.

Matth. 19.

Ij quando diuinitus fuerint edocti de vero Christi regno

Act. 2.

Ioan. 14.

Luc. vlt.

Cur tā sero tandem illi dicerentur, diuina prouidentia.

Act. 1.

Ibidem.

Ante ascensionem suam cur Christus regnum suū non ostenderit non esse terrenum, & humanum.

Luc. 18.

Act 2.

Quot post dies in Apostolos descenderit Spiritus sanctus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem.

Ibidem.

Infra 2.

An Apostoli credentes regnũ Christi temporale peccarent.

Ioan. 15.
Secũda ratio.

Tertia ratio.

Pseudochristi quando venerint.

Quo Dei permissu illos receperint Iudæi.

Ioan. 5.

Qui nã pseudochristi illi fuerint, teste Iosepho.
Lib. Antiquit. 20. c. 4.

Cap. 11.

solymis, ne discederent, sed expectarent promissionem Patris. Ideò rogatus an restitueret regnum Israel, temporale scilicet, quale ipsi putabant, non simpliciter negauit, sed tantùm eorum curiositatem repressit, & aliquam illis spem dedit, cùm dixit: *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Deinde demissio die misso Spiritu sancto repleuit corda discipulorum: qui eos certissimos planè reddidit de veritate, & eorum corroborauit corda, vt terrena omnia & temporalia despicerent, & solùm spiritualia & æterna affectarent. Apostoli verò credentes Christi regnum temporale, non peccabant: tùm quia Christus qui ablaturus venerat peccata, nunquam ab eis hanc opinionem remouerat. Quod si peccatum fuisset, proculdubio remouisset: alioqui in peccato semper permansissent, contra verbum Domini: *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.* Deinde, non solùm non remouit, sed etiam augere, & confirmare visus est multis sententiis, vt paullò antè diximus. Et tamen Deus peccatis vel directè, vel obliquè non fauet: quia nemo Deo autore efficitur deterior. Postremò, hic articulus regni Christi spiritualis, nondum erat apud Iudæos ita definitus, vt ad illum amplectendum cogerẽtur: secus apud nos, apud quos res ipsa satis indicat, & compertissima est, regnum Christi nequaquã temporale, sed spirituale esse.

Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent. Tradunt historiæ, post Ascensionem Domini in cœlos, & ante vrbis excidium, non paucos venisse ad Iudæos, qui se pro Messia vero, ac liberatore venditârint, ac quibus miser ille populus adhæserit, atque ideò à Romanis cæsus sit Præsidibus, & militibus. Et par profectò erat, vt qui verum & indubitatum recipere noluerunt, ij falsos reciperent Messias: quemadmodum apud Ioannem ipse prædixerat: *Ego veni,* inquit, *in nomine Patris mei* (id est, ab eo missus) *& nõ accipistis me: Si alius venerit in nomine suo* (id est, à seipso missus) *illum accipietis.*

Multos autem pseudochristos venisse, docet Iosephus in Antiquitatibus; qui magnum quendam Theudam refert bonã populi partem seduxisse, eique persuasisse, vt sumptis facultatibus suis ad Iordanem egrederentur, quem mandato, & verbo solo diuisurus erat. Hic captus à Caspio Fado, res Iudæorum administrante, pœna capitis mulctatus est. Idem scribit, Magorum turbam, qui pseudoprophetæ erant, surrexisse, qui se Messiam assererent, populoque se in desertum sequenti salutem promitterent, & malorum requiem: quos Festus oppressit. Ante hos omnes fuit Samarita quidem, qui vasa refossa, quæ in monte Garizim abscõderat Moyses, promittebat se ostensurum, teste eodem Iosepho. Fuit & Simon Magus, qui se virtutem Dei magnam nominabat: de quo Hieronymus in Matthæum: *Dicebat: Ego sum sermo Dei, ego sum speciosus, ego Paracletus, ego omnia Dei.* De hoc tradit Irenæus docuisse inter alia, quòd ipse esset, qui in Iudæa quasi Filius apparuerit, in Samaria autem quasi Pater descenderit, in reliquis verò Gentibus quasi Spiritus sanctus aduentauerit. Huic etiam successit Menander, genere Samarites, & absolutissimus in arte magica magister, qui, teste Irenæo, se eum esse dixit, qui missus esset Saluator pro salute hominum. Fuerunt & alij, de quibus non est scriptum, qui ante, & post Iesum, & vrbis destructionem venerunt.

Idem lib. 18. antiq. c. 5. Qualẽ Simõ Magus sese vẽditaret infelix ille.
Act. 8.
Hieron. hoc loco, tom. 9.
Iren. lib. 1. cap. 20.

Idem cap 11. eiusdem libri.

Quod dicit: *In nomine meo,* idẽ est quod, Nomen meum, & officium, ac gradum sibi vsurpantes, & hoc esse se iactitantes, quod sum ego. Quanquam apud Ioannem venire in nomine suo dicatur, qui à se ipso missus venit. Alibi verò sub nomine alicuius facere, idem est quod sub ratione, & consideratione alicuius. Vt cùm dicitur: *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, & qui recipit iustum in nomine iusti, &c.* hoc est, sub ratione, & consideratione Prophetæ, & iusti. Sed hic significatus à primo non videtur diuersus.

Pseudochristi quomodo in nomine suo veniebãt

Ioan. 5. Veniat in nomine suo &c. vt docet Ioannes.
Matth. 10. Rem aliquã nomine alterius facere, quid.

In nomine ergo, non personæ, sed dignitatis: non enim tales dicebant se Iesum, vt diximus, sed Messiam: quod & signis probabant, & tamen Iesus signis confirmârat se verum, & syncerum Messiam esse. Benè autem venit in nomine Christi, & illum inuocando aliquid agit, vt discipuli, qui dicebant: *Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.* Malè autem venit in nomine Iesu, qui vsurpat sibi nomen Iesu, vel Messiæ: quod licèt nomen sit appellatiuũ, Iesu tamen solius est, quia ei soli potest conuenire. Quemadmodùm si vnus aliquis tãtùm esset musicus, ipse solus Musicus nuncuparetur. Et peius est dicere, Ego sum Christus, hoc est, Rex absolutè, & absolutè Messias, quàm dicere, Ego sum Iesus, quia primus aufert à Iesu, quod suum erat, secundus tantùm sibi tribuit. Sicut si quis diceret, Ego sum Deus verus, & non ille Hebræorum.

Benè in nomine Christi qui veniat.
Luc. 10.

In Iesu nomine qui veniat malè.
Messiæ nomẽ cur Iesu proprium solius, & quomodo.

Subdit Matthæus: *Et seducẽt multos.* Multæ fuberant causæ seducendi. Primò, signa ipsa quę edebant, deinde Scripturæ implẽdæ,

Pseudochristi, cur multos seducturi erant.

Gen. 49.
Dan. 9. & 12.
Luc. 21.

Iudei multiã pseudochristis quare fuerint seducti.

dæ, tempus ablati sceptri, & Hebdomadarum Danielis iam impletarum. De quo tẽpore ait Lucas: *Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Quia ego sum, & tempus appropinquauit: nolite ire post eos.* Vbi vides à pseudochristis probari suum aduentum legitimũ ratione temporis. Erat etiam causa seductionis, appetitio libertatis ab oppressione Romanorum: seducti autem vt plurimũ videntur, qui non viderant, vel crediderant in Christum: quia credentes fide defenderentur, & admonitione hac præmunirẽtur. Aliqui tamen scãdalizati ex Christianis à fide recesserunt, & ab ardore charitatis refriguerunt: tùm ob visa signa, tùm quòd Iesus temporariè non regnasset, sed mortuus fuisset, tùm ob paruam, & imbecillam fidem, tùm ob tribulationes, quibus credentes affligebãtur, ob quas doctrinam Domini, etiam veram existimatam, deserebant. Vel, quia existimabant contra Deum esse, atq; ob eam causam se tam ingentes persecutiones perpeti: nam illis dicitur: *Odio erit is omnibus hominibus propter nomen meum.* Postremò sanctitas atque perfectio legis Christianæ, quę nullũ prorsus vitium admittit, in causa erat, vt multi à fide deficerent, quã etiam hodie existimamus causam esse, propter quam multi ab hæreticis se seduci permittant, & à Catholica Ecclesia ad falsas hæreticorum congregationes deficiant, & à vero Christo apostatantes, ad fictum & commentitium Christum confugiant. In talem enim Christum incidere digni sunt, qui verum, & cum legitima sua sponsa coniunctum, hoc est, Ecclesia Catholica, non agnoscunt, Dominum nostrum Iesum Christum, Dei Patris virtutem ac sapientiam, in vnitate sancti Spiritus per omne seculum, Amen.

Quanta Christianæ legis sanctitas, atque perfectio sit.

Cur hodie tũ multi Christum deseren tes, in hæreticorum se castra coniciant.

1. Corint. 1.

TRACTATVS XXXVIII.

Tract. 83.

In illa verba: *Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilẽtia, & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationẽ, & occident vos: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ, &c.* Matt. 24. Mar. 13. Luc. 21.

Quò tendat hoc Domini propositũ de structione de

PERGIT Christus prædicere ea, quæ ante vrbis Ierosolymitanæ destructionem euentura erant. Vbi diligenter obseruandũ est, hęc non narrari à Christo propter se, vt sciantur: quia quotidiana sunt, & frequẽtia; sed vt signa futurorum, quia subiungit: *Sed nondum est finis,* scilicet dolorum, &, *Initium dolorum hæc,* vt habet Marcus. Neq; rursus hæc referuntur quasi signa consummationis mundi: nam quotidie finiretur, cùm quotidie accidãt, & quia personis Apostolorum loquitur, ait enim Dominus apud Marcũ: *Videte vosmetipsos, tradent enim vos in Concilijs, & in Synagogis vapulabitis: quæ quidem nõ erunt in fine seculi, tunc enim reliquiæ Israël saluæfient.* Sed hæc tradũtur vt signa euersionis vrbis Ierosolymæ, de qua præcipuè erat interrogatus, & cui quæstioni non respondetur nisi hîc.

Ierosolymę vaticinium.

Duplex opinio, sed vtraque inepta, improbabilisque.

Rom. 11.

Tertia huius loci propria, & maximè probabilis.

Quare Christus prędixerit euersionẽ Ierusalem.

Prædixit autem signa euersionis vrbis, vt se, illa non ignorare monstraret, & illi qui quæsierunt, sibi ipsis cauerent, & prospicerent, & ne ob quæuis bella imminentia timentes citò venturam euersionẽ, prędicationem omitterent.

Non dixit autem pręcisum, & determinatum tempus: quia non conueniebat scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Et hoc loco peculiariter id minimè expediebat, quia non esset locus prædicendi pericula, quæ à pseudochristis, & pseudoprophetis impendebant: quæ nõ præuisa nimium turbarent, & fugarent forte discipulos, etiamsi præscriptum tempus destructionis compertum haberent, & sic non consummaretur per vniuersum orbẽ prædicatio Euangelij, vel expectarent, donec non esset locus fugæ. Et ita cõueniebat eos animari ad expectandum. Ac prædicit signa temporis apti ad fugam, non tamen præcisum tempus euersionis, sed intermedia, quæ vsq; ad illam erant euentura.

Cur tempus eius certum ac definitum non dixerit.

Act. 1.

Porrò magna Dei sapientia euersio post quadraginta annos dilata est. Primùm, vt complerentur iniquitates Iudæorum, interfectis per eos Apostolis nonnullis, & multis qui eius fidem profitebantur, discipulis: quemadmodum capite superiori dixit: *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.* Deinde, vt interea electi ex Iudæis prædicatione Euangelica conuerterentur, & Messiam suum fide cognitum amplecterentur: & sic Deus prius nouum sibi constitueret populum, quàm veterem suum penitùs abiiceret, & ante Iudæorum vastationem, eorum impietas in Christum admissa, per Euãgelij prędicationem omnibus conspicua & cognita Gentibus redderetur, ac superueniente tam dira vltione, omnes Gentes eius iustissimã causam agnoscerent. Ad hæc, id factum est, vt postquam multi essent ad Christi fidem, & cul-

Cur tam diu turna, annos videlicet post 40. Ierosolymæ fuerit vrbis euersio, excidiumque.
Matth. 23.
Secũda ratio

Tertia ratio.

Quarta.

& cultum vocati, esset copia discipulorum dispergendorum per vniuersum orbem ad prædicandum. Quartò, vt interim controuersiæ de religione, & dubia ad fidem spectantia melius resolui possent, ac terminari ab Apostolis simul manẽtibus in Iudæa, & Ecclesiæ regendæ fundamẽta Ierosolymis iacerentur. Nam ita Christus dixerat: *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, &c.* Postremò, quia statim post Dominipassionem, Gentes non erant paratæ ad audiendum doctrinam Euangelij propter bella, & ita difficile erat per varias regiones proficisci ad prædicandum, & auditores non adeò attenti erant ad rem tam nouam percipiendã: ideò quod fieret aliqua denuntiatio verbi Euangelici per vniuersum orbem, debuerunt bella quiescere. Et ideò per illos quadraginta annos pax fuit, & tranquillitas, vt quietiùs Apostoli Euãgelium disseminarent, & Gentes auidiùs illud exciperẽt: ob quam caussam etiã Iudæa nondum tunc rebellauerat à Romanis.

Act. 1.

Quinta, & vltima.

Illis quadraginta annis quid egerint Apostoli.

Prædixit autem Christus euersionem, & non se regnaturum: quia hoc pugnaret contra doctrinam suam, & animum eorũ, qui putabant eum regnaturum, non autem euersionem sciebant; quam tamen scire eos plurimum intererat ad cauendum periculum: quare etsi aduersa erat, prædicenda tamẽ fuit infirmis.

Vrbis excidium Ierosolymę Christ⁹ nõ autem se regnũ habiturum tẽporale quare prædixerit.

Ait igitur: *Audituri estis prælia*, scilicet vẽtura, *& opiniones præliorum*, siue rumores & famas: nam Græcè est ἀκοὰς, quod verbum rectè vertitur, opiniones. Sicut alibi de Christo dixit Euangelista: *Abijt opinio eius in totam Syriam*: vbi Græcè idem est vocabulum. Rumores etiam præuij bellorum non minus, imò aliquando plus, mundum perturbant, ac deterrent homines, quàm ipsa bella cùm veniunt. Vel, audituri estis prælia in hostes, & opiniones bellorum, id est, tumultus, qui non euadent in bella, sed seditiones ciuium in Ierusalem erunt. Vnde Lucas dixit: *Cùm audieritis prælia & seditiones*. Non autem dicetur opinio bellorum ex bono, vel malo euentu gladij flammei visi supra ciuitatem Ierusalem: quia illud signum erat de cœlo, & non opinio belli: *Videte*, ait, *ne turbemini*. Lucas ait: *Nolite terreri*, recedendo videlicet à prædicatione timore euersionis instantis: *Oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis*. Posita enim Dei ordinatione, & præscientia, quòd euersio vrbis futura sit mediis bellis hominum voluntariis ob non repressos motus, & affectus cupiditatum suarum, necessariò illa prælia, & seditiones erant euenturę, vt meritò dixerit frater Domini: *Vnde bella & lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris?*

Prælia, & opiniones prælior.

Matth. 4.

Alter sensus.

Luc. 21.

Quartus, sed ineptus.

Ibidem.

Qualis necessitas horum vaticiniorũ Christi.

Iacob. 4.

Sed nondum est finis. Scilicet malorum Ierusalem, hoc est, desolatio, & casus, ne, si illam citò venturam putarent, cùm hæc audiebant, desperarent de regno. Hæc enim statim à morte Christi euenire cœperunt: at vrbis desolatio longè post, id est, quadragesimo secundo anno à Messię morte: at trigesimo septimo Petrus & Paulus Romæ interfecti sunt.

Quorum nõ erat adhuc finis malorũ Ierusalem.

Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum. Quod intelligi potest, vel de bellis Gentilium inter se extra Iudæam: vnde cogitare poterant in Iudæam bella ventura; vel Gentilium, id est, Romanorum contra Iudæos rebellantes sub Floro Præside Iudææ: sed ante illa multi dolores præcesserunt, de quibus Iosephus in libro Antiq. & Egesippus copiosè edisserunt. Vel in ipsa Iudæa fuerunt bella Philippi contra Herodẽ, & Arethæ Regis Arabiæ contra eundem Herodem: de quibus Iosephus in eodem libro. Et hæc statim post passionem Christi, & quæ magis poterant discipulos turbare, quàm quæ Gentes inuicem gerebantur. Bella Romanorum in Iudæos rebelles sub Floro Præside, cœperunt duodecimo anno Neronis: continuata sunt à Vespasiano, & Tito: postremò à solo Tito vsque ad deletionẽ Ierosolymæ consummata, atque perfecta.

Quid sit illud: Consurget gens in gentem, & regnum in regnum.

Ioseph. lib. 18. & 19. & 20. Antiquit. Egesip. lib. 2. de excidio.

Alter sensus.

Sed vt horum bellorũ gustum tibi quẽdam præbeam, prudens lector, perspice in primis, anno quadragesimo Octauiani, & secundo ante natũ Christum, Iudam Gaulonitem cum suis profligatum, quia negabat fieri debere professionẽ Romanis, aut illis vllum pendi tributum, & censum. ¶ Anno 25. Christi nati orta est seditio in Pilatum inducentem in Ierosolymam signa militaria, in quibus erant imagines Cæsaris: vt testis est Iosephus in libr. de Bello Iudaico. ¶ Anno 2. à passo Christo, hoc est, à 20. Tyberij, seditio alia nata est in Pilatũ facientem aquæductum ex pecuniis corbonæ: vt idem refert Iosephus. Et hæ seditiones vocantur, quia erant ciuium in Rectores suos rebelliones. ¶ Anno autem 21. Tiberij, Seianus Præfectus vrbis, instabat apud Tiberium, vt funditùs delerentur omnes Iudæi, vt docet Philo libro legationis suæ ad Caium Caligulam: Tiberiusque proposuit Senatui, vt Christus inter Deos reciperetur: sed Senatus, & præcipuè Seianus ille Præfectus vrbis, obstinatissimè reluctatus est, quia priùs ad eũ relatum nõ fuisset: vnde edicto præcepit Christianos ex vrbe pelli. Sed Tiberius indignatus, accusatores

Ioseph. lib. 18. antiq. c. 7.

Bellorum cõtra Iudæos, per Romanos initia, progressus & finis, qualia extiterint.

Ioseph. lib. 2. de bell. Iud. cap. 8.

Idem ibid.

Philo lib. 2. legat. ad Caium. p. 2. circa fin. Euseb. lib. 2. Eccl. hist. c. 2. tom. 1. & in chron. tom. 2.

Christia-

Christianorum multos interfecit, vetuitq; ne quis eos accusaret. Et hæc gesta sunt anno 23. Tiberij secundùm Eusebium. Quo tempore Samarita quidam, qui in monte Garizim pollicebatur se ostensurum vasa resossa, quæ ibi Moyses reposuerat, & se Messiam mentitus est, & à Pilato extinctus, autore Iosepho: quo etiam tempore perijt exercitus Herodis illius, qui Ioannem decollauit, & Dominum Iesum illusit, cùm bellaret contra Aretham regem Arabię, vt idẽ refert Ioseph. ¶ Primo anno Caligulæ, qui successit Tiber. hoc est, sexto post mortem Christi anno, opprimebantur Iudęi in Alexandria, ita vt statuæ ponerentur in Synagogis: & destinatus legatus Philo Alexãdrinus Romam ad Imperator. cui Caligula valde succensuit.

Hier. in chron.

Ioseph. lib. 18. antiq c. 5. Matt. 14. Luc. 23.

Idem ibid. c. 7.

Idem ibid. c. 11.

Anno tertio Caligulæ voluit Imperator statuam suam apponi in templo Ierosolymitano sub nomine Iouis magni, Petronio cum ingẽti exercitu ad eam rem destinato. Sed Petronio Caligulæ scribente rei difficultatem, rescripsit Imperator contra Petronium indignatus. Sed eo tempore suum diem obijt Caligula, nec est posita statua in templo, cum vbique in Synagogis essent positæ aræ.

Anno secũdo Claudij, hoc est 11. à Christi morte, vt quidam docent, Petrus venit Romam, & quarto anno Claudij accidit fames prædicta ab Agabo: & Claudius præcepit, ne quicquam molestiæ Iudæis inferretur, teste eodẽ Iosepho. Sub quo missus est Cuspius Fadus Præses, qui Iudæam à latronibus obsessam liberauit, occiso latronum principe Ptolemæo: vt habes apud Iosephum.

Petr. Rom. quando venerit, secundũ aliquos.

Act. 11.

Idem lib. 19. antiq. c. 4.

Idem libr. 20. antiq. c. 1.

Anno Claudij 7. siue 15. à Christo passo, perierunt die Azymorum ad 30. millia Iudæorum, qui fugientes milites Romanos, sese comprimentes interemerunt, quòd aspera in Præsidem Iudææ Cumanum dixissent, eo quòd militẽ verenda eis ostendentem congregatis in festo non increpauerit: vt idem Iosephus autor est. Fuitq; bellum inter Galilæos & Samaritanos.

Idem ibid. c. 6.

Anno verò 10. Claudij Imperat. missus est Felix Præses in Iudæam: & sequenti anno purificatus est Paulus, & contigerunt quæ à 21. ad 26. caput actuum Apostolicorum habentur. Sed Act. 24. dicitur multis annis præfuisse Felix, ideò anno 13. vel 14. Claudij Eleazarum principem latronum Felix Romam vinctum misit, & sub Felice occiso Ionatha pontifice, etiã in tẽplo multi Iudæi occisi sunt à latronibus.

Act. 21.

Anno primo Neronis multi Iudæorum interfecti sunt à Gentibus in Turri Stratonis, quæ dicitur Cæsarea Palestinæ, ob statuas erectas quas Iudæi admittere nolebãt: sed Felix eam seditionem composuit, vt libro antiquitatum, & de bello Iudaico scribit Iosephus.

Cæsarea Palestinæ quo nomine olim dicebatur.

Idem ibid. cap. 13. & de bell. cap. 12.

Anno secundo Neronis missus est Portius Festus Præses, reuocato Felice: quo anno appellauit Paulus Cæsarem, vt in Actis habetur. Et hoc anno completur historia libri actuum Apostolorum: qui continet historiam 26. annorũ, id est, à morte Christi & ascensione, vsq; ad annum secundum Neronis, quo Paulus Romam vinctus est perductus, non computatis duobus annis, quibus Romæ mansit cum custodiente se milite. Hoc tempore sicarij multos Iudæos interimebant, & quandoque irruendo in ciuitatem, & pseudoprophetæ multi seducentes: quos exercitu occidit, ac profligauit Festus, vt dicitur apud Iosephum.

Act. 25.

Paulus quando Romam venerit.

Act. 28.

Sicariorum lætitia.

Anno 7. Neronis præcipitatus, lapidatus est Iacob. frater Domini: quo tempore Festo defuncto, successit Albinus pessimus qui Iudææ præfuit vsque ad 10. annum Neronis: cui Florus destinatus est successor, cuius anno 2. & 11. Neronis Iudęi apertè rebellarunt Romanis: eratque Florus deterior Albino, vt testatur Iosephus: præsidiumq; Romanum, atque regis Agrippæ, quod erat Ierosolymæ, apertè oppugnarunt: compulsumque ad deditionem, postquam rdatis dexteris, & sacramento, vitam promisissent, præter vnum præfectum eorum Metilium deprecantem, ac promittentem se circuncidi, omnes trucidant: quo die, quaq; hora Cæsarienses quoq; Iudæos apud se existentes trucidant, numero viginti millia. Paulò post Scythopolitæ imitati exemplum Cæsariensium, 13. millia Iudæorum interemerunt; mox Ascaloniteæ duo millia quingentos; Ptolemais duo millia, Alexãdrini quinquaginta millia. In regno Agrippæ excitata in Iudæos persecutione, septuaginta viri nobiles interfecti sunt. Idcircò in bello Agrippæ aggressus est eos Cestus Syriæ præses. Sed Ierosolymorum obsidione soluta, cùm vim Iudæorum fuga declinasset, ardentiores facti sunt rebellionis autores, omnemq; potestatem nacti, inenarrabile malorum mare sibi, & suis inuexerũt: donec per Titum exterminarentur: de quibus scribit Iosephus à capite 11. libri 2. belli Iudaici, vsque ad finem 7. lib. id est, totius operis illius. Ita consurrexit gens contra gentem, & regnum aduersus regnum: quod Cæsaræę, vt diximus, Scythopoli, Ascaloni, Ptolemaidæ, Alexandriæ, postea Damasci, vbi decem quoque millia Iudæorum trucidata sunt, in tota

Strages Iudæorum innumerabiles etiam ante obsidionem.

Malorum Iudææ seminatium.

Ioseph. Iuda. Gens contra gentem, & regnum aduersus regnum cõsurrexerit quãdo iuxta Christi vaticinium.

denique Syria, illud verbum Domini impletum ostenderur. Multa etiam ex his accepimus ex chronico, & historia Ecclesiastica Eusebij Cæsariensis.

Euseb. tom.2. & 1. Pilati miserabilis interit°: Eidem Iudææ Præsides qui successerint.

Illud adiungo, anno tertio C. Caligulæ, qui octauus fuit à passione Domini, Pilatum se propria manu interemisse: cui successit Petronius, huic Fadus, Fado Cuman°, Cumano Felix, Felici Porcius Festus, Festo Albinus, Albino Florus, cuius tempore missus est Vespasianus cum Tito filio legato, sub quibus confectum est bellum, & euersa Ierosolyma.

Pestilentiæ à Domino prædictæ vbi tantum futuræ erant.

Sequitur: *Et erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca.* Pestes non fuerunt generales, nisi tantùm in terra Iudææ: & ex his mala futura coniectabantur. Fiuntque ex aëris intemperie, quanquam naturaliter euenire possint. Deus tamen pestes immittit, sicut alias plagas de cœlo. Erant autem quódam pestes rariores, & ideò admiratio magna de eis erat: & quando venichant, mala futura portendere videbantur. Sed iam cùm assiduè vrgeant, non tanquam aliquid rarum contra naturam existimátur, sed ad ordinarium cursum eas spectare iudicamus. Meminit autem pestis, qui morbus est contagiosus, & à qua homines sibi fuga consulere solent, ne Apostoli propter pestem, prædicationis munus intermitterent.

Vnde pestes oriantur: cur olim rariores.

De pestilentijs qualia nunc fetè hominũ iudicia

Quæ causla fuerit prædicendæ pestis à Domino.

Fames multæ, & generales acciderunt: nam anno quarto Claudij fames facta est in vniuerso orbe, vt prædixerat Agabus Propheta, & iterum secundùm Eusebium in chronico: & nono anno Claudij fuit magna fames in Græcia, decimo verò Romæ, vbi Imperator in discrimẽ vitæ venit, cùm transiret forum ad populum, vt testatur Iosephus, & Paulus Orosius in Ormesta mundi. Nam de fame, quæ fuit in obsidione, non loquitur Dominus hoc loco: quia illa non præcessit destructionem, sed cum euersione coniuncta fuit. Sed neque etiam ob famem debebant Apostoli fugere Iudæam & cessare à prædicatione: Tum quia Deus per se ipsum prospexit, vt habes in Actis. Succurrit etiam per Helenam reginam Adiabenorum, quæ diebus illis ad Christum conuersa erat, & ipsa conuectis ab Aegypto frumentis, Christianis in Ierusalem largissimè ministrauit, vt testatur Paulus Orosius. Quanquam Iosephus libr. antiquitatum scribat, Helenam, & filium eius Izaten conuersos ad religionem Iudæorum, hæc genti suæ beneficia præstitisse. Sed fieri potest, vt Helena in terra sua audita lege Moysi, conuersa fuerit ad Deum: deinde Ierosolymam veniens, cùm Christi paullò antè mortui fides annuntiaretur, Christiana sit effecta. Et verum est, genti Iudæorum hoc beneficium frumenti præstitisse, quia contulit Christianis, qui ex Iudaismo ad Christi cultum fuerant conuersi.

Famis à Christo prædictæ, quænam illæ fuerint. *Act.11. Euseb. tom.2.*

Ioseph. lib.20. cap.2. & 5. Paul. Orosius lib.7.c.3. Famis etiam tempore illo cui Apostolis erat euangelizandum. *Act.11.*

Helenæ Adiabenorum Reginæ in Christianos munificentia.

Idem Paul. Orosius ibid. Ioseph.lib.20. cap.2.

Quàm verè Helenam Iosephus eiusmodi Reginã

Terræmotus verò fuére non generales, quia nec esse possent, sed per loca, quorum vnus fuit insignis, qui accidit anno quinto Claudij, quo inter Theram & Therasiam insula de profundo emicuit, triginta stadiorum spatio extenta, vt testis est Orosius. Quanquam Chronicon Eusebij testetur, anno præcedenti, id est, quarto Claudij, euenisse hunc terræmotum, id est, post annos quatuordecim à morte Christi: anno verò quarto Neronis, id est, 27. à nece Domini, grauissimus Romæ extitit terræmotus. Anno autem 10. Neronis, qui fuit 33. ab ascensione Domini, magnus fuit terræmotus in Asia, ita vt tres ciuitates, hoc est, Laodicea, Heraclis & Colaphe, corruerint, testibus Eusebio & Orosio.

Iudeis asserat non Christianis famelicis subuenisse.

Qui fuerint illi terræmotus per loca.

Oros.lib.7. c.6. Euseb.tom.2.

Verisimile est autem, similes terræmotus in Iudæa accidisse, licèt non legantur. Non expressit autem illos Dominus, ne pu tarent, Ierosolymam terræmotu subuertendã, & propterea ex ea fugerent. Fuit autem terræmotus Act. 4. signum exauditionis, sicut & iocunditatis, & gaudij in Christi resurrectione. Hic tamen iræ Dei est symbolum, sicut & in passione, in qua hæc verba verba impleta sunt, licet non essent scripta.

Quanti illi terræmotus extiterint.

Idem histor. Iudææ terræmotuum qui fuerũt, quare Christus non meminerit.

Qui terræmotus Act. 4. & Matt. vii. diuinitus acciderint, cuius rei symbolũ extiterint. *Matt.xxiv. Supr.27.*

Hæc autem omnia, initia sunt dolorum, siue parturitionum, vt Græca vox prægnãtior significat, vt testatur Hieronymus: qui rectiùs transferri potuisse asserit, parturitionum, quàm dolorum, vt quasi cõceptus Antichristi, non partus intelligatur. Ante hæc verba addit Lucas: *Terroresq; de cœlo, & signa magna erunt.* Legat qui cupit, spectra, & prodigia, quibus Iudæi diuexati, & admoniti fuerunt de cœlo, & de terra, apud Iosephum lib. 7. de bello Iud. & apud Eusebium Cæsariens.

Hæc sequentia ad initia dolorũ referenda.

Hæc lectionẽ Hęc aũt omnia, initia sũt parturitionum. Hieron. cur probet magis. *Hier. hoc loc. Luc.21. Ioseph. Euseb.*

Dicuntur autem hæc, initia dolorũ: quia plura ventura mala portendebant, & non statim erat fugiendum. Et prœlia, pestes, fames, terræmotus, qui inter Domini passionem, & vrbis destructionem acciderũt, peculiariter à Deo fuerunt, & signa, & initia futurarum calamitatum in templi & vrbis desolatione.

Prædictæ calamitates à Domino, cur initia fuerint dolorum, vt dixit.

Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Marcus ita habet: *Videte autem vosmetipsos* (siue, *Cauete autem vobismetipsis*, vt Græca litera habet) *Tradent enim vos in Concilys, & in Synagogis vapulabitis, & ante*

Mat.19.

Præsides & Reges stabitis propter me, in testimonium illis. Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Euangelium. Lucas ita habet: *Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in Synagogas, & custodias, trahentes ad Reges, & Præsides propter nomen meum.* Prænarratis cladibus communibus omnium Iudæorum, scilicet bellis, peste, fame, & terræ motu (quæ quãtum ad initia, vt terræ motum passionis, præcesserũt persecutionem discipulorum, licèt quantum ad alia concurrerent) narrat persecutiones peculiares discipulorum, ne de aliorũ malo lætentur, vel minus de illo, & proprio turbẽtur, quasi Christus illa nesciret. Ideò ait in Luca: *Ante hæc omnia injicient vobis manus,* id est, antequam compleantur quæ prædixi. Quare non refertur hoc vt caussa prædictorum, quia præcedit culpam: nec possunt hæc de tempore Antichristi, & cõsummationis seculi intelligi, quia non responderetur vnquam ad quæstionem de casu templi, & Ierosolymæ.

Discipulis nunc Christ° cur quæ mala erant euẽtura prænuntiet. *Matt.27.*

Horum falsa ratio prædictionis duplex refellitur.

Et dicitur à Matthæo: *Tunc tradent vos.* Marcus ait: *Videte vosmetipsos;* &: *Nolite præcogitare quid loquamini;* &: *Tradet vos in Concilys, & in Synagogis vapulabitis.* Prima autem tribulatio discipulorum fuit traditio hæc, & persecutio à Iudæis. Secunda, defectio à fide aliquorum ob tribulationum magnitudinem. Tertia, apparitio falsorum Prophetarum. Quarta, frigus charitatis multorum Christianorum, & inconstantia. Posthæc cõsecuta est prædicatio per totum orbem, atque hanc postremam consecuta est euersio Ierosolymæ. Tradent ergo vos Iudęi, qui valdè persecuti sunt Christianos statim à Pentecoste, vt ex actis liquet, & ex Diaconis septem, Stephanú, & per domos Ierusalem Saulus eos persequebatur, deinde extra Ierosolymam, & Iudæam, & fugati sunt multi, & dispersi præter Apostolos, teste Luca: tandem de Iudæa expulerunt nolentes recipere Dei verbũ. Pulsos etiam extra Iudæam persequebantur, vt Paulum in Damasco, Ierosolymis Herodes afflixit quosdam de Ecclesia, in Pergen, & Iconio, in Lystris, & Thessalonica, in Corintho, in Achaia: vt liber actuum Apostolicorum abundè testatur.

Discipuli quos passuri erant tribulationes.

Quinam afflixerint Apostolos. *Act.4. Infra 7. Infra 9.*

Subiungit Marcus: *Et cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini, non enim vos estis loquentes, sed Spiritus sanctus.* Lucas verò: *Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri.* Nonnihil de hac re dictum fuit alibi apud Matthæum. Confirmat illorum animos, ne in magnis tribulationibus deficiãt, vt non excrucientur cogitando quid aut quomodo sint dicturi, quia Spiritus sanct° dandus erat, qui per eos loqueretur, & testificaretur de Christo, & argueret mundũ de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Non enim opus est alicuius creaturæ, sed prorsus diuinum, animos hominum conuertere, & eruere de faucibus Satanæ filios Dei; & dare os, & sapientiam, cui nulla virtus valeat obsistere.

Supra 8. Quibus etiã in locis eos fuerint persecuti. *Infra 13. Supra 9. Infra 12. Infra 14. Infra 17. Infra 18. Infra 21. 23. 25. & 26.*

Ergo traditi, vel repentè vocati ad testandum de Christo coram Regibus, & aduersarijs, non debemus cunctari, aut angi, ad cogitandum quid loquamur, aut quid agamus, sed progredi in fide verbi Christi: qui si nihil dabit, nihil & loquemur, certo credentes Deum nolle nos loqui aliquid; quia in quibusdam locis prohibet prædicare, vt ex Actibus constat. Si autem dederit, illud loquamur, nec præcogitatarum rerũ amore ea omittamus, quæ tunc Spiritus offeret. Spiritus enim nouit corda hominum, & quid eis tũc oporteat loqui, & quomodo; nos autem vtrunque ignoramus. ¶ Non est autem hic sermo de prædicatione, ad quam nos præmeditatos accedere non prohibet Dominus. Nam Paulus præcipit Timotheo, vt attendat lectioni, exhortationi, & doctrinæ; ne putidi Anabaptistæ ex hoc loco Euangelico gloriari valeant. Et quod in Luca promittit: *Dabo vobis os, & sapientiam,* idem est ac dicere: *Dabo vobis quid, & quomodo loquamini.* Et subiungit: *Cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri.* Quod in Actis impletum legimus; nam de Petro & Ioanne dicitur: *Videntes autem Petri constantiam, & Ioannis, comperto quòd homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos, quoniam cum Iesu fuerant. Hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat* (scilicet claudum à natiuitate) *nihil poterant contradicere.* Et de Stephano: *Surrexerunt quidam de Synagoga, &c. disputantes cum Stephano: & non poterant resistere Sapientiæ, & Spiritui qui loquebatur.* De Paulo etiam: *Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.* Confutauit etiam Gentiles, & Philosophos Athenis in Areopago.

Matt.10. Apostolis, cum starent ante Reges, & Præsides, Christus cur promiserit daturũ se os & sapientiã hostiũ victricem. *Matt.10. Ioan.16.* Animos hominũ conuertere, quale opus tantũ sit. Quid agendum nobis, cum ante Reges, & Præsides standum erit religiõis ergo. *Act.16.* Quæ duo in primis ignoremus nos, Spiritui tamen sancto sint notissima.

Et occident, inquit, *vos.* Vt Iudæi occiderunt Stephanum, Iacob. Zebedæi, & Iacob. Alphæi, & Simonem. Gentiles verò alios occiderunt, quia Marc. & Lucas inquiunt: *Ante Præsides & Reges stabitis;* qui non erant in Iudæa: *Eritis prætereà odio omnibus hominibus;* inter quos versari continget, repugnan-

Quid Anabaptistæ hallucinãtur hoc loco de non præmeditando quid, & quomodo sit loquendum. *1.Tim.4.* Christi Apostoli & discipuli (vt promiserat) in primis qui obstruxerint aduersariorũ ora. *Act.4. Supra 3. Infra 6. Infra 9. Infr.17. & se.*

Quos occiderint de Christi Discipulis perfidi Iudęi. *Act.7. Infra 12.* Christi discipuli cur odio

omnib. gentibus futuri erant ac quomodo propter nomen eius.

Athenago. apud Iustinū mart. ap. 1.

Iniquissimū est, nomen solùm alicui obesse.

tes in cultu, & fide. Vel hyperbole est. Atque hoc, *Propter nomen meum*, quod scilicet vobis est euangelizandum, vel ea de causa, quòd vocabimini Christiani. Quod ponderans Athenagoras in oratione pro Christianis, initio inquit: *Neutiquam est iustitiæ, aquæ atq; vestræ, alios quidem mortales criminum delatos non prius puniri, quàm rei fuerint probati: in nobis autem plus valere nomen ipsum, quàm argumenta, & probationes iuris & iudicij, quæsitoribus, si quid reus per iniuriam fecerit, non inquirentibus, sed in nomen ipsum perinde atque flagitium contumeliosè illudentibus.* Hæc ille.

deant vos animam exhalasse. Et eritis propterea odio habiti propter nomen meum: quia me videlicet abnegare ad illorū iussa, & imperia recusabitis.

Addit postremò consolationem: *Et capillus de capite vestro non peribit.* Hoc est, tam atrox odiū totus mundus concipiet in vos ob mei nominis professionē: proinde quic quid in vos audebunt, hoc in meam contumeliā factum accipiā. Quare non est quod vos de vendicando cogitetis: meum est & vobis consulere, & illorū malitiam vlcisci. Etsi etiam in vos desæuiant, non est quod metuatis me protectore: non enim cōmittam, vt vel capillus capitis vestri pereat: tantùm abest vt vobis sim defuturus. Tropus est prouerbialis, Scripturis familiaris, quo significare volumus nihil incommodi aut mali seruos Dei passuros, Deo protegente, etiamsi multos sint habituri inimicos. Hinc dixit populus ad Saulem Regem, volētem interficere Ionatham filium suū: *Viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram.* Dauid etiam dixit mulieri Thecutidi: *Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terram.* Et Salomō filius eius de Adonia: *Si fuerit*, inquit, *vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram.*

His verbis Dominus Apostolos: Et capillus de capite vestro non peribit, quomodo cō soletur.

Eiusmodi locutio Hebræis quam frequens, & quid significet.

1. Reg. 14.

2. Reg. 14. & sequ.

3. Reg. 1.

Quæ sit vera patientia.

Sententia quæ sequitur: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Videtur esse eadē, aut certè quàm proxima illi alteri Domini sententiæ apud Matth. & Marcum: *Qui autem perseuerauerit* (vel sustinuerit) *vsque in finem, hic saluus erit.* Nisi quòd perseuerantia, propriè est constantia in bono, sicut patientia, malorum tolerantia. Sed hæc quandoque confunduntur: quia qui mala æquanimiter fert, in bono videtur perseuerare. Quare in sufferendis pro Christi nomine persecutionibus, non alijs armis opus habemus, nisi vnica patientia, qua expectamus horam, in qua tristitiam nostram Dominus vertat in perpetuū gaudium. Nam satis non est cœpisse rem sanctam, neq; aliquos progressus fecisse, nisi operi addas colophonem. Nam vt pulchrè ait Chrysostomus, nullam vtilitatem pullulatio feminis habere potest, si cùm vsque ad flores creuerit, postea exaruerit: neque satis est fundamenta domus iecisse, & parietes ex parte erexisse, nisi operi perfectionem, integritatemque adhibeas, ne de te dicatur: *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.* In patiētia ergo possidenda est anima, donec Dominus iubeat coortas in nos tempestates silere, & procellas quiescere. Et nemo potest custodire spem futuræ vitæ, sicut docet Augustinus, nisi qui patientiam habuerit in laboribus huius vitæ.

Quales hæc sententia: In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Matt. 24. Mar. 13.

Perseuerātia, & patientia in quo differant.

Patientia ad quid maximè necessaria.

Ioan. 16.

Bonū opus, teste Chrysostomo necessario quid requirat.

Luc. 14.

Custodiat quis spem futuræ vitæ, teste Augustino. *Augustin.*

De quib⁹ dictū sit, quod inuicē se tradent, & odio habebunt inuicem.

1. Tim. 1.

Infra 4.

Quare multi etiam scandalum passuri erant prædicantibus Apostolis.

Matt. 13. Gal 3.

Fidelium persecutiones ab infidelib⁹ tolerandæ, quibus erant iuxta Christi vaticinium.

Eædem futuræ erant quæ graues, & acerbæ.

Beda in Luc. c. 21. in fin. to. 5 Gregor. ho. 35. in Euāg to. 2.

Patientia vera quæ sit. Eius qui impatiēter agit, anima à quo possideatur.

Patientia autem vera est, vt docte Beda colligit ex Gregorio Magno, aliena mala æquanimiter perpeti: contra eum quoque, qui mala irrogat, nullo dolore moueri. Pulchrè autem dixit: *Possidebitis animas vestras.* Qui enim impatienter agit, animam suam non possidet, sed à vitio iracundiæ, ac proinde in Satana eius autore ipse, & animus eius possidetur.

Pseudoprophetæ à pseudochristis quid differāt

Philip. 3.

Coloss. 2.

Subiungit Matthæus: *Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos.* Pseudoprophetæ à pseudochristis distinguuntur à Domino. Nam falsi Prophetæ illi sunt, qui iuuant falsos Christos, id est, eos, qui se proveris Messijs falsò venditabant: quēadmodum veri Prophetæ verū Messiam pronuntiabant, venturoque illi vt agnosceretur, & reciperetur viam præmunichant. Quos ad Philip. Apostolus vocat canes, malos operarios ac cōcisionem, inimicos crucis Christi: ad Coloss. seductores appellat per philosophiam, & inanem fallaciam; habentes tantùm speciem sapientiæ, vt Cerinthus, Ebion, Nicolaitæ, Saturninus, Basilides, Gnosticorum autores, Hymeneus, Alexander, & Philetus, qui à veritate exciderūt: de quibus Paulus in posteriore ad Timotheum. Et quoniam Satanas nouerat instare veri Messiæ venturi præfixum tempus; multos pseudochristos ante verum Christum præmisit, multos item post illū destinauit, quo veri Messiæ cognitionem aut obscuraret, aut impediret. Et cōsequenter multos misit pseudoprophetas, qui falsorum Christorum conatus, & consilia iuuarent. Nam antequam viueret Iesus, Theudas, & Iudas Galilæus apparuerunt, sed oues perseuerantes eos non audierunt. Interfecto verò Domino Iesu, primus pseudochristus fuit Simon Magus, deinde quidam Samaritanus, qui se Christum appellabat, & occultatorum à Moyse declaratorem, de quo Iosephus scribit, quòd volens ascendere cum multis in montē Garizim, vbi se promittebat ostensurum occulta Moysi, tempore Tiberij oppressus est à Pilato ante ascensum.

Qui fuerint pseudoprophetæ.

2. Tim. 2.

Qui fuerint pseudochristi.

Act. 5.

Ioan. 10.

Ioseph. lib. 18. antiq. c. 3.

Tertiò, sub Claudio Imperat. id est, 15. anno à morte Christi, surrexit quidam vir magus, nomine Theudas, distinctus ab altero, de quo in Actis fit mentio: de quo Iosephus. Hic magnæ vulgi multitudini persuasit, vt assumptis suis facultatibus, sequerentur se ad Iordanem fluuiū. Propheram enim se iactabat, pollicens scissurum se verbo fluuium, & facilem præbiturum transitum. Sed missa cohorte equestri à Fado præfide, antequam miraculū illud ederet, oppressus fuit, & capitis sectione mulctatus.

Act. 5.

Idem, lib. 20. antiq. c. 4.

Quartò, anno 13. Claudij, id est, 20. à morte Christi, fuit alius vir Aegyptius, qui se aut Prophetā, aut Messiam diceret: de quo Iosephus. Hic suasit multitudini, vt cum eo ad montem Oliuarum positum è diuerso ciuitatis procul stadijs quinque conscenderent: volens ostendere quòd ad eius iussum muri Ierosolymæ corruerent: vnde ingressum eis faciendum esse promittebat, & executiendum iugum Romanorum. Sed Felix Præses, re cognita, exercitu congregato irruit super eos, & quadringētos eorum gladijs interemit, ducentos verò cepit. Aegyptius fuga dilapsꝰ disparuit. De hoc rursus Ioseph. lib. de bello Iudaico ita scribit: *Maiore plaga Iudæos afflixit Aegyptius quidam pseudopropheta. Aduenēs quippe impronunciam magus cum esset, Prophetæ opinionem sibi arrogans, triginta fermè milla hominum cōgregauit, quos vana seductione deceperat. Et circūducens eos de solitudine in montem, qui vocatur Oliuarum, inde ad Ierosolymam niteba tur ascendere: depulsoq; Romanorum præsidio, in populares exercere dominationem.* Sic ille. Et quia Aegyptius fuga euaserat, quærebatur postea à Romanis. Propterea Tribunus dixit Paulo: *Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum?* Nec obstat quòd Iosephus dicat habuisse triginta millia virorum. Sed intelligit de multitudine populi, quæ eum fuerat secuta, præter quam habebat quatuor millia sicariorū, qui formidabiles erant, & multos etiā in templo Dei occidebant, neq; quisquā ab eis tutus erat. Tribunus aūt tantùm rationem habuit sicariorum, & nō multitudinis, quæ in montem signi spectandi gratia conuenerat. Eodem tempore sub Felice præside, ad finem regni Claudij, & in principio regni Neronis, multi pseudoprophetæ, & pseudochristi surrexerunt, suadentes vt contra Romanos rebellarent. De quibus Ioseph. lib. antiqu. ita ferè scribit: *Magi verò, & seductores populi suadebant, vt eos in eremum sequerentur, dicentes se Dei prouidentia signa & prodigia monstraturos: qui in hac insipientia sua supplicia pertulerunt.* Et in lib. de bello Iudai. *Seductores namque homines, & circumuentores sub specie religionis nouis rebus studentes, vulgus insanire fecerunt, nam in solitudines egrediebantur, promittentes Deum signa eis ostensurum libertatis. Contra quos Felix (videbantur quippe semina defectionis esse) mittens equites, atque pedites armatos, magnā multitudinem interfecit.* Multi etiam magi Prophetæ fuerūt sub Portio Festo Præside, qui multos seduxerunt, vt hic Dominus Iesus dixit, vt docet Ioseph. quos populus sequebatur, quia magicis ar-

Idem ibi. c. 12.

Idem lib. 2. de bell. Iud. c. 12. paulò ante med.

Act. 21.

Lucæ cū Iosepho conciliatio.

Idem libr. 20. antiq. c. 11.

Idem. li. 2. de bell. Iud. c. 14.

Ioseph. lib. 20. antiq. c. 14.

tibus dementabatur, & promissione libertatis à Romanis. Hæc omnia habentur latè in 18. & 20. antiquitatum, & in secundo & tertio libris de bello Iudaico, & in Chron. Eusebij.

Euseb. to. 2.

Quid significet: Quoniam abūdauit iniquitas, refrigesceret charitas multorū.

Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Inter malos Christianos alij tepidi fient, licèt charitatem non amittant; alij verò, quia abundabit iniquitas parentum tradentium filios, aut filiorum tradentiū parentes, perdent charitatem. Quia primò feruenter credebant, & si non propterea fidem falsam putarent: quemadmodum illi qui scandalizabantur, & à fide retrocedebant. Et rectè dixit: *Refrigescet charitas multorū*; non omnium, vt confirmatorum in gratia, & columnarum Ecclesiæ, & quorundam aliorum electorum, de quibus Apost. *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculū hoc*; *Cognouit Dominus qui sunt eius*: & in quorum persona ait Sponsa: *Aquæ multæ non potuerūt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam*; & Paulus: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia?* & quæ sequuntur. Nec alij, præterquam vehementer amantes, veram possunt patientiam obtinere: vt testātur Ignatius, & Laurentius, & alij veri Christi Martyres. Et prædixit, vt cauerent, & vt casum vidētes non putarent generalem, & vt ipse scire omnia videretur. Docetque charitatem ferventem necessariam esse ad magnas persecutiones patienter, & cùm fructu, victoriaq; perferendas. Prædicit ergo Dominus tribus prędictis sentētijs, inter fideles quosdam scandalo lapsuros, quosdam seductione, quosdam afflictionibus, & prævalente impiorum iniquitate: prædicit & mala, quæ ab infidelibus erant perpessuri, & quæ in fidelibus erant conspecturi. Ita vt rectè dixerit Apostolus: *Foris pugnæ, intus pauores.*

Cant. 8.

Rom. 8.

Veram tantū patientiam qui possideāt

2. Cor. 7.

Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Patientia Græce dicitur ὑπομονή, à verbo ὑπομένω, id est, sustineo. Et hic ponitur pro patienti, & perseueranti expectatione cœlestiū. Hortatur igitur Dominus, vt in finem vsque vitæ constanter in fidei propessione, & charitatis operibus perseueremus. *Esto*, inquit, *fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ*; & *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*; & *Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Probatur autē quis toto tempore vitæ suæ. Ne ergo meritum præteritorum laborum amittatur, aut ne æstimetur sufficere, perseuerantiam necessariam esse admonuit, quam qui habet, saluus erit, id est, liber à malo omni, & periculo. Quod non fit sine insigni gratia Dei iuxta illud: *Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.*

Ὑπομονὴ Græcè quid.

Perseuerare vsq; in finem quid hoc loco.

Apoc. 2.

Infra 5.

Iacob. 1.

Quare Christus Apostol. ad perseuerātiam sit adhortatus.

Psal. 33.

Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus Gentibus: & tunc veniet consummatio. Quasi Dominus dicat, Quātumuis mundus tragœdias excitet, furore concitentur tyranni, insaniat Satan diabolus; non tamen poterunt prohibere cursum Euangelicæ doctrinæ, nec impedire quo minus vniuersum terrarum orbem occupet: nec etiam impediet casus, & scandalum multorum. Hoc autem Dominus dixit, vt consolaretur Apostolos suos de euersione vrbis, & animarentur ad ardua sustinenda in tribulationibus; vt prædiceret eis summū, & admirandum quod in primitiua contigit Ecclesia. Et quia inter alia signa præcurrentia euersionem, erat prædicatio Euāgelij, quæ habuit tot difficultates, partim ex Iudæis, partim ex gentibus, odiū omnium, quia putabantur hostes humani generis, tollentes cultum Deorum, ex quo omnia bona pendere arbitrabantur, habebant generalem persecutionem à tyrannis, à sapientibus, à maleficis per totum orbem; nullo erant fulti auxilio suorū: erat ingens crudelitas, & immanitas tormentorum. Sed omnia Spiritu Dei armata superauit Ecclesia, & ob certissimi, & amplissimi prę mij magnitudinem, & ob amoris feruorem (ita vt Apostoli dicerent: *Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos*) & ob copiam consolationū spiritualium, & præstantiam scientiæ ad respondendum, etiam nihil præmeditando. Ita vt nec à magnis confundi possent ob multitudinem, & magnitudinem signorum, quibus & quæ dicebant, confirmabant, & credentes consolabātur. Ob copiosum quoque fructū etiam ad pauca verba propoſita; ita vt quandoq; Apostolo vno tantùm loquente, astantes conuerterentur, nec sine Apostoli ipsius dicentis admiratione: vt accidit Petro loquenti ad Cornelium Centurionem. Et alias licèt expellerētur apostoli, crediderūt tamen quotquot erant præordinati ad vitam. Ob exemplum deniq; etiam perseuerantiæ quorundam in acerbissimis tormentis. Nam Traianus, qui Ignatij martyrio interfuisse scribitur, dixisse fertur: *Nulla gens pro Deo suo tāta toleraut, atq; Christiana.* Accedit ad hæc cōstantia in fide: quia nunquam prædicantes illam, confundebantur, vt alij aliarum sectarum autores: puritas quoque vitæ, quam admirabantur Gentes: doctrinæ etiam syncerita, nullum vitium, aut defectum admittentis.

Mentionem Christus Euangelij toto orbe prædicādi cur fecerit

Ecclesiæ victoria gloriosa de hostib⁹ & tyrannis.

Rom. 8.

Vnde illi tanta vis adfuerit.

Matt. 10.

Luc. 21.

Mira Apostolici sermonis efficacia.

Act. 10.

Infra 13.

Traiani Imper. de Christianis honorifica vox.

1. Pet. 4.

Euangelium regni cur sic dictum.

Quare dicatur Euangelium prædicandum in testimoniū omnibus Gētibus.

Duplex horum verborū intelligētia: Et tunc veniet consummatio.

Hieronym. tom. 9. Ambr. tom. 5.

Prior sensus multis argumentis ostenditur.

Luc. 21.

Secundum argum. *Mar. 13.*

Prædicabitur ergo Euangelium, id est, doctrina quam prædico; per quatuor postea descripta, non omnino, sed ex parte: & vocat Euangelium regni; quòd ad illud introducat, & illud promittat. *§ In testimonium omnibus gentibus.* Id est, vt etiam Gentibus nō tantùm Iudæis per totum orbem dispersis, prædicare valeatis, vt conuertantur; vel ne increduli ex Iudæis, vel Gentibus videntes alios credidisse, in iudicio meritò excusari valeant. *§ Et tunc veniet consummatio;* Hoc est, destructio, & euersio Ierosolymæ. Non ignoro, plerosque esse Patres veteres, qui hæc ad seculi consummationem referant; vt Hieronymus, Ambrosius, atque alij; quia putant eò vsque non esse impletam prædictionem de prædicando Euangelio per vniuersum orbem. Mihi tamen prior sensus magis placet. Et ad literā, non puto posse intelligi nisi de euersione Ierosolymæ: quod his rationibus euinco. Primò, quia ad hūc sensum cogit quod subdit: *Cùm ergo videritis abominationem desolationis, &c.* & Lucas: *Cùm autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem; tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius*: quasi prædicatio Euangelij præcedere debeat vrbis Ierosolymæ casum. Hoc etiam ostenditur ex Marco, vbi dicitur: *Ante Reges & Præsides stabitis propter me in testimonium illis*: ac subdit: *Et in omnes gentes primùm oportet prædicare Euangelium. Et cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini, sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini.* Vbi præcedentia, ac consequentia dicta ad Apostolos, testantur, sermonem de prædicando Euangelio per vniuersum orbem ad eos spectare. Et dictio primùm posita pro comparatiuo plus, non potest cōmodè referri, nisi ad consummationem Ierusalem, de qua consummatione quæ fierant Apostoli. Nam si vel vnus Paulus ab Ierusalem vsque ad Illyricum sparbit Euangelium, & gestiebat in Hispaniam vsque currere, vt ponderat Chrysostomus, cogita quid à reliquis Apostolis factum fuerit. Præterea, si de mundi consummatione intelligendum esset illud verbum: *Et tunc veniet consummatio*, nihil certi diceret; quia ignoratur finis prorsus prædicationis, cùm semper sit prædicandum. Si verò de vrbis subuersione intelligas; illa secuta est paullò post quadragesimum annum. Ad hæc, sententiam hanc de prædicatione per vniuersum orbem, facta ante excidium templi, & Ierosolymæ, amplectuntur Euseb. Cæsariensis, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, Lyranus, & nonnulli alij, & confirmari potest ex verbis Apostoli, qui in epistola ad Romanos scribit: *Sed nunquid non audierūt: Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum?* & de se affirmat, quod ab Ierusalem vsque ad Illyricum repleuerit Euangelium Christi: ita in Hispaniam proficisci cogitaret. Quod verò ait de præterito: *Exiuit*, quod apud Prophetam ob firmitatem prophetiæ, loco futuri Exibit, dictum est: apud Paulum manifestè de præterito est intelligendum, qui illo testimonio probare volebat vbiq; Gentium esse iam prædicatum. Rursus ad Colossenses de Euangelio ait: *Quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit.* Quæ verba apertè declarant, tempore Apostoli prædicationem Euangelicam ad omnes nationes tunc notas peruenisse, & vbique fructum edere cœpisse; ne quisquam existimet hoc verbum prædicati Euangelij per vniuersam terram, in die iudicij tantùm esse implendum. Præterea in Actis dicitur Apostolis; *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Quod de personis Apostolorum potissimum, non de successoribus tantùm videtur intelligendum. Sicut & illud; *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Subiungitque; *Illi autem profecti prædicauerunt vbique*, & quæ sequuntur.

Rom. 15.

Ibid.

Chrys. serm. 22. in epist. ad Rom. tom. 4. initio.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Euseb lib. 3. hist. Eccl. to. 1.

Chrys. hom. 76. in Matth.

Consilium autem fuit Spiritus sancti, vt esset omnibus Gentibus prædicatum Euangelium, antequàm destrueretur Iudæa. Nāque si tantùm post euersionem fuisset diuulgatum, videretur à ruina illorum Euangelium autoritatem suam sumpsisse, & nō à veritate ipsa, & creuisse tantùm, quia Iudæi opponere se non possent: sicut &, priusquàm vniuersus destruatur orbis, prædicatum erit in cunctis gentibus, id est, in omnibus regionibus, etiam apud Antipodas nuper repertos, vt nuper fieri cœptum est. Barbari maximè literis nō vtentes, probāt quod apud eos nō sint veri Christiani: non quòd olim non fuerit fama Christi, aut q⁹ non fuerint aliqui Christiani inter eos.

Theoph. in eundem, & in Marcum. Euthym. c. 27 in Matth. Lyran. ibid. Rom. 10. Psal. 18. Rom. 15. Ibid.

Illud Prophetæ: In omnē terram exiuit sonus eorum: quo sit accipiendū modo. *Coloss. 1.*

Act. 1.

Quibus dictum sit à Christo: Eritis mihi testes in Ierusalem, & reli. *Marc. vlt.*

Tunc igitur meritò in Iudæos Iesum Messiam, & Apostolos eius, qui doctrinam tradebant Euangelicam, respuentes, imò persequentes, & in necem illorum machinantes, Diuinæ vindictæ descendit ira illosque, qui videbant Gentes ad fidem conuersos, & professentes Euangelium in vniuerso orbe (propter quod dixit: *In testimonium cunctis gentibus*) tanquam prorsus excusatione indignos, templi vastatione, vrbis desolatione, & gentis suæ horrendo, inauditoque exterminio punire voluit.

Quo Dei cōsilio prædicationem Euāgelij omnib⁹ gentibus, destructio Ierusalem, & Iudææ fuerit consecuta.

Apud barbaros non inueniri veros Christianos, quid ostēdat Iudæi Christum, eiusq; discipulos Dei præcones repellentes, atque persequentes, quā iustè vapulauerint. *Act. 13.*

Ad perseuerantiam in Fide & religione Catholica atque orthodoxa, exhortatio.

Nos igitur Fidem susceptam minimè deseramus, sed à tot signis, quæ prædixit Dominus, & impleta videmus, in illa maximè confirmemur, & corroboremur. Et quanquam pseudoprophetæ, & hæretici in hoc nobis negotium facessere non desinant, ac molestiæ, & acerbæ persecutiones veros Christi cultores maneant; confidamus tamen, illum minimè nobis defuturum, in quo hæc vincamus, & difficultates omnes.

Ad quem vnam sit in nostris difficultatibus & periculis accurrendum.

atque impedimenta perrumpamus, nimirum Dominum nostrum Iesum Christū, cui est cum Patre, & Spiritu sancto par honos, æqualis maiestas, & imperium sempiternum, Amen.

TRACTATVS XXXIX.

Tract. 24.

In illa verba Domini: *Cùm ergo videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto (qui legit, intelligat) Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes; & qui in tecto, non descendat aliquid tollere de domo sua; & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suā. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus*, & reliq. Matth. 24. Marc. 13. & Luc. 21.

Continuatio prædictorū cum istis quā commoda.

MVlta hactenus Dominus euertendæ signa Ierosolymæ, sed illa quidem remotiora, prædixerat: iam ad proximum signum casus eius accedit explicandum: vt rectè cum aduerbio illo illatiuo dixerit; *Cū ergo videritis abominationem desolationis*, &c. vt hæc cum illis cōiungenda esse intelligamus. Quamuis parui referat, quòd Marcus dixit: *Cum autem videritis abominationem desolationis stantem*, &c. quasi de re distincta, & disparata sit sermo. Et vtrumque verū est: nam abominatio desolationis, signum est à tot alijs, quæ prædixit distinctum, sed consequentiam habet, & cōnexionem ad præcedentia.

Abominationem desolationis Marc. ab euersione Ierusalem aliam faciat distinctam ac diuersam, nec ne.

Illud verò: *Qui legit, intelligat*; aut legi potest per interiectam parenthesim, vt sit sensus; Cùm videritis abominationem desolationis dictam à Daniele; tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: vel sine vlla parenthesi in particula illa, *Qui legit, intelligat*, vt prior compleatur sententia: in eo aūt quod sequitur, noua inchoetur, nempe: Tunc qui in Iudæa sunt, scilicet, sciant adesse tempus prophetiæ illius implendæ.

Quid legit, Qui legit, intelligat.

Cæterùm quòd Dominus hoc loco Danielem Prophetam producat, ille verò bis faciat mentionem desolationis, nempe c. 9. & ca. 12. meritò quæritur, quem ad horum duorum locorū Dominus respexerit, cum dixit: *Quæ dicta est à Daniele Propheta.* In priore siquidē loco ait: *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem, & Sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Cōfirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis; & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.*

De abominatione desolationis stante in loco sancto, & de tēpore consummationis eiusdem, di-

Cap. verò 12. sic habet: *Et à tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem; dies mille ducenti nonaginta.* Cæterum cùm in hoc capite Prophetæ Danielis duodecimo manifestè fiat mentio de nouissimis diebus tempore Antichristi, atque ibi de mortuorum ad vitam æternam, vel opprobrium sempiternum fit sermo; desolatioque per tres annos tantùm cum dimidio futura in eo pronuntietur, nullaque commemoratio fiat de desolatione in templo, quemadmodum fit à Domino, & habetur Daniel. 9. rectè illa desolatio, de qua cap. 12. huic loco Euangelij competere non potest. Quod etiam ex alio comprobatur: nam verba sequentia in Beati Matthæi, & Beati Lucæ Euangelio de Ierusalem calcanda à Gentibus, donec impleantur tempora nationum, illud confirmant. Nam ex quo facta est, futura prædicitur à Daniele vsq; ad seculi consummationem: vt cùm pluries à Iudæis tentata fit tēpli euersi restauratio, & labor non successerit, ab opere & conatu impediti sunt, vt verum sit verbum Danielis: *Et erit in templo abominatio desolationis; & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.* Quare dicendum est, Dominum alludere ad sententiam ca. 9. scriptam. Etsi non desint, qui omnino velint spectare hanc sententiā ad illam prædictionem ca. 12. quemadmodum videntur asserere illi veteres Patres, qui per abominationem desolationis, ad literam Antichristum interpretantur, vt Hilarius, Hieronymus, Irenæus, & alij.

Caluinus vero in hunc locum scribens, eos interpretes falli constanter docet, qui ex cap. nono Danielis hoc testimonium petitum traduntur, cùm illic ad verbum non habeatur abominatio desolationis, & certum sit, ait, Angelum non de vltima vastatione (cuius hic meminit Christus) differre, sed de temporali dissipatione, quam attulit tyrannis Antiochi: cap. autem 12. Angelus finalem (vt vocant) legalis cultus abrogationem, quæ futura erat Christi ad-

uentu

Ad quem locum Danielis de abominatione desolationis locuntem. ca. 9. an verò 12. Dominus alluserit. *Dan. 9.*

Quæ sententia Dominū ad priorem locum Danielis tradit alitusse, quā firmis rationibus impugnatur.

Altera opinio cui nititur fundamento.

Hilar. can. 24. in Matth. Hier. tom. 9. Iren. li. 5. c. 25.

Caluiniana huius loci interpretatio reijcitur.

uentu, prædicit. Hactenus ille; quæ sanè perplexa, & falsa sunt; quasi Christus inuitet ad contemplādam abominationem desolationis tempore Antiochi in templo positam, aut quasi Daniel. 12. alius sit sermo, quàm de postrema mundi vastatione, quæ erit tempore Antichristi, vt ipsæ loci circunstantiæ manifestè indicant.

Tertia sententia, Matthiæ scilicet Bredenbachij, minus tamē propria.

Quidam etiam nouus scriptor, Matthias Bredembachius, qui suis scriptis Matthæi Euangelium illustrauit, hæc de Antichristo explicat; qui quidem hæc omnia ad profanationem templorum factam ab hæreticis nostri seculi aptè accommodauit, in quibus similiter cessauit oblatio iugis sacrificij. Sed hæc mystica sunt, & ad spiritualem intellectum faciunt: tametsi (heu) nimis vera.

Quarta sententia probabilior, duplicē assignans abominationem desolationis.

At quoniam illa à Propheta Daniele abominatio desolationis ponenda prædicitur in templo euerso, & desolato, atque adeò post ciuitatem deuictam atque destructam, vt attentè legenti verba Danielis cōstare potest; Christus autem præsenti loco tradat tanquam signum futuræ desolationis, & destructionis vrbis: videtur rem per se alioqui difficilem & obscuram magis inuoluere, nisi (saluo meliori iudicio) dicere liceat, per Abominationem desolationis intelligi non tantùm abominandam templi, & ciuitatis sanctæ desolationem, sed etiam eos, qui autores illius extitere, illamq; bello multo tempore confecto intulerūt, & qui tanquā vindices ac ministri iræ Dei, ad perpetuam gentis illius ignominiam, ac dedecus, illam euersionem fecerunt. Atque ad hanc intelligentiam impellunt verba Lucæ, dicentis; *Cùm autem videritis circūdari ab exercitu Ierusalem; tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius.* Vbi obsidionē vrbis, pro signo desolationis futuræ assignat. Id etiam Dominus innuisse videtur, cùm dixit: *Qui legit, intelligat*: non tantùm videlicet abominationem desolationis in templo iam exciso, & ciuitate iam euersa ponendam, vt verba Prophetæ Danielis porrigūr; sed intelligat etiam obsidionem, desolationem abominandam parantem, symbolum esse futuræ vastationis, vt eo tempore sibi quisq; prospicere possit, & ad mōtes confugere. Innuens illis verbis: *Qui legit, intelligat*, non tam de desolatione iam facta, quàm futura, verba se facere.

His præmissis, sequitur disputatio, quænam sit abominatio desolationis, & qua in re sit impleta, tanquam signum certum, in quod intuentes, vitæ suæ per fugam prospicere possint. Quæ vt magis illustrentur, præmittendum est, multos veterum Patrum extitisse, qui hæc ad idolum aliquod in templo positum referenda existimarēt, duabus, vt puto, rationibus potissimum persuasi. Altera, quòd autor libri Machabæorum, alludens ferè ad verba Daniel. li. 1. cap. 1. tradit: *Die* (inquit) *quintadecima mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesimo anno ædificauit Rex Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei.* Vbi aduerte, pro illo, *abominandum idolum desolationis*, Græcè idem haberi quod hic, & Daniel. 9. habetur, nempè βδέλυγμα ἐρημώσεως. Atque vt tradit Iosephus, integro triennio desertum fuit templum post factam ab Antiocho profanationem, Quanquàm Caietan. immeritò reprehendat Autorem illorum librorū, quasi falsò applicuerit prophetiam Danielis ad illam historiam; cum tamen hic Autor nihil meminerit Danielis, nec asserat eius vaticinium tunc fuisse impletum: & si dixisset, nihil falsi asseruisset, siquidem nō repugnat, vnam eandemque vaticinationem Prophetæ semel & bis, atq; etiam pluries impleri: vt manifestum est de quamplurimis oraculis Spiritus sancti. Neque propterea repugnat, quòd Christus dixerit illam implendam in euersione Ierosolymæ, quasi ob id veritatem aliquā, locumq; habere non potuerit in profanatione templi facta sub Antiocho, quo tempore fideles Iudæi omnes se in fugam dabant, atque in abdita se loca, atque speluncas recipiebant. Quod igitur ex parte aliqua impletum fuit, multo magis implendū erat, vt Christus dixit, in vrbis sanctæ, ac templi vastatione.

Secunda arg. opinionis propositæ. *Rom 2. 4. Reg. 23.*

Altera ratio est, quod illa vox, *Abominatio*, propriè ad Idolum spectat. Vnde Apostolus Iudæum alloquēs; *Qui abominaris*, inquit, *Idola, sacrilegium facis.* Et lib. 4. Reg. dicitur Melchom (quod idolū erat quoddam) abominatio filiorum Amon. Hinc Hieronymus hoc loco: *Abominatio secundùm veterem Scripturam, idolum nuncupatur. Et idcircò additur, desolationis; quòd in desolato templo, atque destructo positum sit.* Chrysost. quoq;, *Quoniam*, inquit, *& omne simulachrū, & hominis effigies apud Iudæos appellatur abominatio; rectè significans statuam illam simul aperuit & quo tempore, & quo Rege simul captiuitas esset ventura.* Hæc illi; quorū sententia comprobatur illa clausula: *Stantem in loco sancto*; id est, in tēplo. Alij verò per abominationem desolationis, quædam alia præter idolum intelligunt, & præsertim personas abominabiles quasdā. Quæ exactè sunt excutienda, inspiciendumq; quis maximè sensus illius vocis conueniat verbo Christi, atque cautioni prædictæ ab eo, vt se homines

Hieron. to. 9.

Chryso. hom. 2. aduersus Iud. tom. 3. à medio.

Secunda opinio.

per

uersæ sententiæ. Prima opinio. *1. Mach. 1.*

Ioseph. lib. 12. Antiq. c. 10. sub finem. Caiet. in cap. 24. Matth. De Autore libri Machabæorum falsò Caietan⁹ quid sensesit.

per fugam subducant ab Ierosolyma, & recipiant in monte.

De abominatione desolationis prima quorundam opinio quæ reijcitur. *Ioseph. lib. 18. Antiq. c. 4. & lib. 2. de Bel. Iud. c. 8. Hieronym. in ca. 9. Dan. to. 3. in fin. Theod. ibid.*

Quod ad idola igitur attinet, intelligunt quidam per *Abominationem desolationis*, signa militaria, in quibus erant imagines Tiberij Cæsaris, quas Pilatus in templo collocare voluit, vt autor est Iosephus in libris Antiquit. ac de Bel. Iudai. Cuius sententiæ fuit Hieronymus, & Theodoritus in Danielem. At profectò signa illa minimè steterunt in loco sancto, & per triduum manserunt in Ierusalem nescientibus Iudæis. Imò quinque diebus, & noctibus integris prostrati fuerunt primores Iudæorum coram Pilato in Cæsarea, donec impetrarunt ne in templo ponerentur, si Iosepho fides est danda. Tunc etiam non erat tempus fugiendi, quoniam longè ante Christi prædicationem, anno videlicet à Christo nato 25. & per 8. annos antequam hæc verba faceret, orta fuit eiusmodi seditio tempore Pilati: neque Christus dixisset; *Cùm videritis abominationem*, de futuro, si voluisset significare rem, quæ iam præterierat.

Secunda sententia. *Ioseph. li. 2. de Bello Iud. c. 9. Euseb. lib. 2. c. 6. Eccles. hist. tom. 1. Philo. li. 2. de legatio. ad Caium Cæsarē, par. 2.* C. Caligulæ in Iudæos præcipuè quanta ingenij prauitas, teste Philone

Secundò alij interpretantur de imagine Iouis Maximi à Caligula Imperatore missa cum Petronio duce, simul ac ingenti exercitu; de qua Iosephus libr. de Bel. Iud. & Eusebius, qui ex Philone Iudæo hæc verba recitat: *Multa quidem*, inquit, *erat in Caio ingenij prauitas, qua erga omnes homines, tū præcipuè erga Iudæorum Gentem ferebatur, & speciali quadam sanctia loca eorum, quæ in Diuinis habent supplicationibus consecrata, incipiens ab Alexandria diripi, & contra religionem, morem que Gentis profanari iubet, statuis suis, & signis ea, atque imaginibus replens. Templum quoque sanctæ Ciuitatis, quod solum manebat totius profanæ contagionis intactum, & à maioribus perduranerat asylum, commutare in templum proprij nominis ausus est; vt ades Iouis nobilissimi noui Dei Caij vocaretur.* Hæc ille.

Confutatur dupliciter. *Ioseph. loco prædicto.*

Sed huic sententiæ aduersatur Iosephus, qui scribit, nihil obtinuisse Caium per Petronium: imò periclitatū Petronium fuisse. Deinde scribente Petronio ad Caligulā, mortuus est Imperator, Petroniusque re infecta discessit. Ad hæc tertio anno Caligulæ missus est Petronius, nono videlicet post mortem Christi anno: & tunc nōdum erat tempus fugæ, cùm nullum esset imminens periculum. Quin potius volebat Dominus prædicari Euangelium in Ierusalem, & Iudæa, in qua per annos duodecim versati sunt Apostoli, antequam dispergerentur in omnem terram, vt tradit Eusebius.

Act. 1. Lib. 3. cap. 18. histor. Eccl. Tertia sentētia, quæ etiā improbatur. *Clem. Alexan. tom. 2.*

Tertiò sunt, qui intelligant per abominationem desolationis, statuam quandam, vt docet Clemens Alexandr. libr. Stromatum primo, his verbis: *Dimidium hebdomadis tenuit Nero regnans, & in sancta ciuitate Ierusalem statuit abominationem, & in dimidio hebdomadis & ipse sublatus est.* Hæc ille. Verùm cum nec Iosephus nec Egesippus, nec Philo, nec alius nobilis historicus eius rei meminerit, in illa statua, quæ vsque ad excidium permansura erat iuxta Domini verbum, vix credi potest hoc finem habuisse.

Quarta opinio. *Autor. oper. imper. hom. 49. tom. 2. ope. D. Chrys. Theophyl. in Matth. Euthym. cap. 37. in Matth.*

Quartò, intelligendum quidam hoc putant de imagine Titi euersoris in templo euerso posita, teste Autore oper. imperf. in Matth. atq; Theophylacto, & Euthymio. Enimuero eiusmodi statua signum erat euersi templi, non euertendi: & ciuitate diruta, Iudæisque ad internecionem datis, & in dispersionem totum per mundum missis, tempus tunc fugiendi nō erat. Vt omittam, Iosephum eiusmodi statuæ in templo collocatæ non meminisse.

Quinta opinio. *B. Hieron. in Matth. lib. 4. tom. 9.*

Quintò, interpretatur Hieronymus de statua Aelij Adriani Imperatoris, qui posuit statuam equestrem in Bethleem, & statuam Adonidis in monte Caluario, siue loco passionis, atq; item suam in Sancto Sanctorum: quam etiam ad sua vsque tempora refert B. Hieronymus extitisse. Idem quoque fecit insculpi in marmore porcum, statuitque illum in porta Ierosolymitana respiciente Bethleem: quemadmodum historici tradunt. Quos inter Dio Cassius in vita Adriani Imperatoris, multa de Ierosolyma euersa primùm, & posteà reædificata, & ex nomine suo Aelia Capitolina appellata, ædeque sacra Ioui ex aduerso templo constructa, & bello graui, & diuturno in eos excitato enarrat. Sed hæc posita est post vrbis, templique euersionem, nec visa est abistis, quoniā centesimo anno à morte Christi contigit: neque tunc fugere vacabat Iudæis per Adrianum funditus euersis, & excisis. Difficile ergo videtur aliquod inuenire idolum, quod positum sit in templo: & quod fugæ arripiēdæ admoneret Christianos. Non negamus tamen, aliquot eiusmodi statuas positas in templo euerso, vt historici, & probati autores docent: sed negamus extitisse illas hāc abominationem desolationis, de qua Dominus: nempè illę statuæ erant (vt diximus) euersi iam, & destructi templi, non euertendi destruendique, & per fugam sibi cauendi signa.

Dio Cass. li. 1. vita Adriani Imperat. Ierosolymā Adrianus Imperator quomodo vocauerit.

Huius opinionis incōmodum.

B. Ambrosius in Lucam scribit, Iudæos putasse tunc factam abominationem desolationis, eo quòd Romani inter pugnandū caput porci impudenter iecerint in templum, illudentes Iudaicæ ritum obseruantiæ. Quæ mox destruens idem Ambrosius,

Sexta opinio *B. Ambros. li. 10. in Lucam, tom. 5.*

Quid improbet hanc opinionem. *2. Thess. 2.*

subiungit: *Quod ego nec furens dixerim. Abominatio enim desolationis, execrabilis aduentus Antichristi est, eo quòd sacrilegijs infaustis mentium interiora contaminet: sedens iuxta historiam in templo, vt sibi Diuina vendicet solium potestatis.* Hæc ille. Deinde non est verisimile, caput illud ibi permansisse, stetisseq; in loco sancto vsque ad desolationem: sed, si quid tale factum est, statim inde eiectum fuisse & emissum. Præterea cùm exercitus Romanorum premeret Iudęos in templo, & magna vi citro vltroque dimicaretur, non erat locus vllus fugæ, & montes perendi. Quare locum non habet hæc opinio. Rursus intelligi nequit de cometa, vel stella fulgente in modum gladij exitialibus ardente flammis, & per annum ante euersionem supra ciuitatem apparente: vt testantur Eusebius, & Iosephus. Nam etsi talis cometa exitium atque desolationem portenderet, non tamen dicitur more Hebræo abominatio: nec stabat propriè in loco sancto, verùm suprà in aēre, vt solent cometæ: nec tunc tēpus erat fugiendi, cùm per triennium, & eo amplius ciuitas fuerit obsessa: quotquot etiam se in fugam dederunt, in manus inciderunt Romanorum: qui illis minimè pepercerunt.

Septima opinio, & ipsa improbabilis. *Euseb. lib 3. c. 8 hist. Eccles. tom. 1. Ioseph. lib. 7. de Bello Iud. ca. 12.*

An hæc abominatio desolationis personis queat conuenire.

Videamus igitur postquam neque idolo, neque capiti porcino proiecto, neq; cometæ hęc verba conuenire possunt, an personis quadrare valeant. Et in primis aliqui hæc ad Antichristum referenda existimāt, vt Ambrosius in prædictis verbis, & Hieronymus ad Algasiam, asserens ad literam absque vlla dubitatione de Antichristo exponenda: quamuis posteà subiungat expositionem de excidio vrbis per Titū, & Vespasianum. Hilarius etiam idem super Matthæum testatur. Nam ille propriè est abominatio in destructionem Fidei, sedensq; in templo Dei tanquam sit Deus, vt ait Apostolus. Et Irenęus lib. aduersus Hæreses: *Sed scientes*, inquit, *firmum numerum, qui à Scriptura annuntiatus est, id est, sexcēt orum sexaginta sex, sustineant primum quidem diuisionem regni in decem post deinde illis regnantibus, & incipientibus corrigere sua negotia. & augere suum regnum, qui de improuiso aduenerit regnū sibi vendicans, & terrebit prædictos, habens nomen continens prædictum numerum, hunc verè cognoscere esse abominationem desolationis.* Sic ille. Verum hic sensus etsi, vt mysticus, refutari non debeat; difficile est tamen illum ad literam sustinere. Tùm quia Antichristus non est signū mali, sed malum ipsum, ac maximum malum, vtpotè peccatis horrendis plenus, diabolique operationibus, vt ait Apostolus, insigniter coopertus, tum etiam quia cùm instabit mundi interitus, nullus erit locus tutus fugæ, vel eundo ad montes, vel descendendo de tecto: nec erit tribulatio magna populo Iudæorum tantummodò, neque solùm in Iudæa, at toti mundo.

Matth. 24.

Secunda opinio. *Epis. Abulens. q. 60. in Matt. ca. 24. Matth. 23.*

Episcopus Abulensis, confutatis aliorū sententijs, tanquam minùs probabilibus, existimat, abominationē desolationis stantem in loco sancto, accipiendam de peccatis Sacerdotum, qui sunt veluti parietes dealbati, ac pleni hypocrisi, & rapina, & iniquitate: & sunt in templo Dei tanquam ministri eius, iram numinis sacrificijs, precibusq; placantes. At si verum amamus, omninò omni tempore non defuerunt impij, & maximè tempore ipsius Iesu Christi, qui quidem eos acribus & acerbis sermonibus frequenter infectatus est: qui tam nefando flagitio Christū Dei Filium tandē in Crucem adegerunt, quo quidem facinore aliud magis horrēdum inueniri in alijs vnquam Sacerdotibus non potuit, nec poterit omninò. Deinde cùm malitia illorum, & impietas pallio sanctitatis, zeloque legis contecta esset, & cooperta, non erat aptum signum, & accommodatum ad tempus fugæ opportunæ præsagiendum. Quare corruit hæc sententia, sicut etiam illa, quā idem Autor per abominationem, seditiosos illos intelligit, qui paullò ante obsidionem, & in ipsa obsidione templum abominandis polluerunt sceleribus, sanguine etiam innocentium effuso ipsum fœdantes: inter quos Zachariam filium Baruch intersectum à Zelotis in medio templi, tradit Iosephus libro de Bello Iudaico. Et subijcit: *Vetus quidem sermo ferebatur, tunc demum Ciuitatem captam iri, sancta quoque flammis exurenda esse lege belli, cùm seditio fuisset exorta, sanum; Dei propria manus amè violassent.* Sic ille. Sed certè nec hoc stare potest: quia obscurè valde indicabat id signum, fugiendum esse: & licèt indicaret, frustra id efficeret, quia cùm esset Ciuitas vndique obsessa, nullus tunc fugæ locus erat, & ante vrbis obsidionem ipsi Zelotæ obsessi ab exercitu Romano, & Agrippæ Romanis confœderati, nō ita indicabant fugiendum, cùm, illis de medio sublatis, ciuitas quieta & pacifica redderetur.

Improbatur hæc opinio duplicter.

Iudæorū Sacerdotum immensum facinus.

Non posse hanc sententiam præsenti loco congruere, propter duo. *2. Thess. 2.*

Non ergo aliud occurrit quod dici possit, quā per abominationem desolationis, Romanum interpretandum exercitum. Nam cùm anno vndecimo Neronis Iudæi à Romanis rebellassent, Cestius Syriæ Præses, & Florus, qui tunc Præses Iudææ erat, & Agrippa confœderatus Romanis, exercitum admouerunt in Zelotas (ita enim

Einsdem Autoris altera de abominatione desolationis sententia refellatur.

Iudæorum lætitia.

Ioseph. li. 5. de Bello Iud. c. 1. Infra c. 11. in fine.

Tertia opinio, & postrema, quæ recipitur.

Zelotæ qui erant, & curia vocabantur.

Ioseph. lib 2. de Bello Iud. c 17. & 24. Egesip. Christiani Ierosolymis cõmorantes, ante obsidionem quò se Domino reuelante, receperint. *Euseb. lib 3. hist. Eccl. c 5. tom. 1. Epiphan. in hæres. 30.*

Vocabantur Iudæi seditiosi, vt se Zelo Dei moueri indicarent)in templo inclusos per quadriennium ante obsidionem Titi, vt testis est Iosephus, atque Egesippus. A cuius belli initio ad finem vsque desolationis vrbis, ac templi, septem fluxerunt anni, & tunc tempus fuit opportunum ad fugiendum, maximè in principio. Et Christiani qui erant intra Ciuitatem, admoniti Domini reuelatione de imminenti excidio, receperunt se in Pellam Oppidum Agrippæ vltra Iordanem, in montibus situm, vbi tuti vixerunt: vt tradit Eusebius, & Epiphanius contra Ebionitas. Nec enim in montes, hoc est, in loca deserta, & occulta, volebat confugere illos, vt ibi fame necarẽtur, vel feris præda fierent: verùm per montes intelligit Ciuitatem illam Agrippæ montosam: sicut quoque rei ipsius comprobauit euentus.

Multis prædicta opinio rationibus idoneis confirmatur.

Hunc porrò esse germanum, & verum sensum, multa comprobant. In primis ipse B. Lucas, qui expressè habet: *Cùm videritis circumdari ab exercitu Ierusalem; tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes:* vt videatur alios Euangelistas, qui obscurè scripserunt, explicare, ac interpretari, vtpote illis in scribendo posterior. Et loquitur de obsidione vrbis tempore Cestij, & Flori, qui per quadriennium (vt diximus) ante obsidionẽ Vespasiani, obsedit Zelotas in templo inclusos, vt refert Iosephus libr. 2. de Bello Iudaico, cap. 23. & 24. tunc enim tempus fuit fugiendi in Pellam. Possunt & ipsi Zelotæ templum tenentes, abominatio desolationis dici: quia seditiosissimi, & sanguinarij extiterunt: virum autem sanguinũ, & dolosum abominabitur Dominus, quæ suis peccatis caussa extitit, & sibi, & templo desolationem adferens. Ex quo constat, vnum & eandem rem esse, abominationem desolationis, & exercitum obsidentem Ierusalem, per id quod ait: *Tunc qui in Iudæa sunt*, & reliq. Nam quemadmodum Angelus dixit Loth in Sodomis; *Festina, & saluare ibi: quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.* Ita Dominus eduxit priùs Christianos, qui erãt in Ciuitate, antequam traderet illam internecioni. Nam vt ciconiæ & hirũdines discessu suo futuram hyemem prædicunt: ita fuga bonorum, & electorum, præsagium habet imminentis impijs calamitatis. Ideò nequaquam sunt audiendi, qui abominationem desolationis, & exercitum, volunt esse res distinctas, & disparatas, vt Euthymius, & Abulensis Episcopus docent; cùm tamen verba præcedentia, & sequentia de fuga in montes subiuncta, testentur esse vnam & eandem rem.

Ioseph. Zelotæ, abominatio desolationis qua ratione appellari queant. *Psal. 5.*

Gen. 19.

Ciconiarum & Hirundinum præsagium. In eos, qui Abominationem desolationis, ac Romanum exercitum, res varias faciunt, & diuersas.

Quotsum id Scitote quia appropinquauit desolatio eius. *Luc. 21. 2. Paral. 32. & 4. Reg. 20. Gen. 15. 2. Paral. 36. 1. Esdr. 1. & Iere. 25. Infra 29. & Dan. 9. Rom. 11.*

Quòd verò ait Lucas: *Scitote quia appropinquauit desolatio eius:* ob id dictum est, quia interdum alias obsessa euaserat Ierosolyma, vt tempore Ezechiæ Regis: at nũc minime euasit. Ab alijs etiam captiuitatibus se eruendos, aliquando prænouerant Iudæi: vnde de seruituте Aegyptiaca eos educendos, prædixit Dominus Abrahæ, cũ ait: *Generatione autem quarta reuertentur huc.* Et à captiuitate Babylonica post septuaginta annos promissa est liberatio. Ab hac autem per Romanos nulla promittitur, nisi postquam plenitudo Gentium intrauerit.

Secundò confirmatur hic sensus ex Autore operis imperfecti in Matthæum, vbi asserit Matthæum, & Marcum per Lucam interpretandos, ac subdit, *Fuit enim,* inquit, *abominatio scilicet desolationis, exercitus alienigenarum, & Romani Imperatorũ stans circa Ierusalem, quæ vsque tunc fuerat sancta. Hoc & Petrus apud Clementem dicit.* Hæc ille, dicens hanc esse expositionem B. Petri. Quanquã post subiungat, mysticè intelligi de Antichristo: nec enim repugnat, eandem abominationem desolationis, tùm Antiochi, tùm Titi, Antichristi quoq; compleri temporibus.

Secundũ arg. *Homil. 69. in 2. operum D. Chrysost.*

Tertiò pro hac sententia facit ipsius Iosephi, viri doctissimi, testimonium, qui cũ ex Titi mandato Iudæos ad deditionem cohortaretur, ad illosque concionem haberet; his verbis ad eos est vsus, vt tradit Egesippus libro De excidio vrbis: *Sed mirum quòd perituram non credis* (scilicet vrbem) *cùm legeris propheticos libros, quibus excidia patriæ nobis annuntiata sunt, & reparata culmina rursus à Romano dirumpenda exercitu. Quid enim clamat Daniel? non enim quod factum erat, sed quod futurum erat pòst prophetabat. Quæ est abominatio desolationis, quam vociferatus est venientibus Romanis fore, nisi ista, quæ nunc imminet? Quod est illud oraculum, quod à nostris sæpe commemoratum est, à summo denuntiatum Deo? tunc scilicet perituram funditus vrbem, cùm ciuium manibus cõtribulis fuerit extinctus, nisi quod nunc impleri videmus? Et fortassis quia iam defendi templum non placet, interdicto maculatum sanguine, purgari incendio placet.* Hæc ille. Eusebius etiam idem tradere videtur: *Quanta vastitas,* inquit, *& quanta fuerit diuersarum mortium strages, quique per hæc singula bellorum extiterit modus, & vt (secundum id quod Prophetæ prædixerant) abominatio desolationis in ipso quondam Dei famosissimo collocata sit templo, vtq; ad vltimum cuncta ignis populatus sit, & flamma consumpserit, si quis plenius nosse vult, historiam Iosephi relegat.* Sic ille. Tã Iosephus igitur, quàm Eusebius, abomina-

Tertium arg.

Egesip. lib. 5. c. 32. Iosephi ad Iudæos templo inclusos, Romanis vti sededant, ad hortatio. *Dan. 9.* De vrbis Ierosolymæ excidio prophetarum oracula.

Euseb lib. 3. Eccles. histor.

tione desolationis referunt ad strages, cædesque hominum in templo ipso factas: cuius principium aduentus fuit exercitus Romani ad obsidendam Ciuitatem, quo tempore fugere licebat. Vt interim omittam plerosque alios recentiores sic exponentes. Certè verba Origenis hunc solum sensum agnoscentis, non censui supprimenda. Scribens enim in Matthæum, ait: *Tunc autem super templum quod fuit in Ierosolymis, facta est abominatio desolationis templi, & Ciuitatis, in eo videlicet tempore, quando viderunt circumdatam Ierusalem ab exercitu: vt secundùm quod prophetauerat Saluator de ea, cognoscant quòd appropiauit desolatio eius. Et hanc desolationis abominationem factam super templum ab exercitu Ierusalem circumdante, dicit Propheta vsque ad tempus desolationis manere, vt consummatio fiat mundi super desolationem Ierusalem, & templi quod est in ea.* Hæc ille. Certè Augustinus libro De consensu Euang. docet, abominationem desolationis in exercitu vrbem circumdante completam: idem docet ad Hesychium.

Caietan. Titelma. Ioan. Gagneus. Orig. tract. 29. in Matth. tom. 2.

August. lib 2. De consens Euang. cap. 77. tom 4. Idem epist. 80 tom. 2.

Quartò, si voces ipsas consulamus, abominatio Hebraicè duo signat. *Act. 10. Psal. 13.* Abominabiles qui nam illi. *Ose 9.* *Matth. 24. Mar. 13.* Abominatio desolationis cur sic dicta. Quomodo stet in loco sancto

Quartum argum. Abominatio Hebraicè duo signat.

Abominabiles quinam illi.

Abominatio desolationis cur sic dicta.

Quomodo stet in loco sancto

tem Sanctam. Hinc rectè in plurali, Hebræa litera habet, abominationes desolationis; ad significandam multitudinẽ Gentium idololatrarum, quæ venerant ad desolandam Vrbem.

Curin Hebræo legatur in numero multitudinis, abominationes desolationis. *Mat. 13.* Munsteri, ac Santis Pagnini noua versio improbatur.

Pro verbo illo Danielis: *Erit in templo*; Marcus habet: *Stantem vbi non debet*, siue, vbi non oportet. Munsterus & Santes Pagninus verterunt ex Hebræo illam vocem expansionem, siue extensionem. Sed cum Septuaginta interpretes, & Christus Dominus verterint, in templo, non debebant isti noui interpretes discedere à Domini sentẽtia, & vertere. Et super extensionem, vel expansionem desolationum erit desolatio.

Act. 11.

Quòd si adhuc non satis plenè ac præcisè caperemus quid esset illa abominatio desolationis à Daniele prædicta, satis foret illam prædictam à Domino, & tempore completam suo: Iudæisque credentibus, quorum intererat scire illam, siue per Agabum prophetam, siue per Angelum, siue per tacitam aliquam reuelationem, certò innotuisse tunc imminere tempus fugæ, quemadmodum pleraque alia nouimus esse completa: quanquàm præcisam rationem consecuti nos, quorum modò illa, nihil interest scire, quia fugere non debemus, vix assequamur: vt de hebdomadis Danielis exemplum sumamus, quas esse impletas, nemo debet ambigere; verùm vbi incipiant, aut quo pacto sint terminandæ, hic opus, hic labor est: infinita est sententiarum varietas, & vix vnus cum altero consentit.

De hebdomadis Danielis quid certum sit omnino, quid incertũ

Quòd dicitur: *Qui legit, intelligat*: putant quidam non esse Christi, sed Euangelistæ verba, quo admoneret homines, vt attentè legerent prophetam Danielem, qui obscurè de re hac locutus fuerat. Tamen communis est sensus, illa verba fuisse Christi. Et Chrysostomus sic accepit hanc partem, vt absoluat sententiam ibi cœptam. Vnde sententia Erasmi jugulatur, qui in expositione Symboli Apostolici, occasione sententiæ beati Hieronymi in Prologo Galeato, dixit, Agrographos scriptores (inter quos vnus est Daniel, & Psalmorum liber) non habere magnam autoritatem. Vnde & in Marcum scribens, asserit hanc partem ab alio, quàm ab Euangelista insertam fuisse. Sed hoc est contra omnium veterum Patrum sententiam: & Psalmorum fides, & autoritas eleuaretur, quos tamen non infrequenter producit Christus Dominus, & Apostoli.

Cuius verba sint hæc: Qui legit, intelligat: Christi, an Euangelistæ. *Chrysost. ho. mil. 76. in Matth. to. 2.* De Daniele, libroq; Psalmorum quid Erasmus arrosor Diuinorum voluminum, temerè pronuntiauerit. *Hieron. præfa. in 1. lib. Reg. tom. 3.*

Quòd verò subdit: *Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes*, sit principium nouæ sen-

Chryſo. hom. 77. Euthym c. 77 in Matth. Eiuſdem ſententiæ: Qui legit, intelligat, altera acceptio.

tentiæ, & ab his verbis Chryſoſtomus nouam exorditur homiliam, quam ſententiam ſequitur Euthymius eius abbreuiator.

Alia lectio eſt, vt verba illa, *Qui legit, intelligat*, per parentheſim dicta accipiantur: vt quod ſequitur: *Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes*, ſint complementum ſententiæ. Et verba illa, *qui legit, intelligat*, non videntur referenda ad lectionem Danielis, quia Marcus eadem verba habet non citato Daniele: quanquàm in Græco Marci codice illa verba habeantur, & in Syriaco Euangelio. Et ita melius eſt illa referre ad Danielis obſcuram lectionem: quia eo capite deſcribitur aduentus Chriſti tempus, & quod à Iudæis erat occidendus, in cuius ſceleris vltionem, & cæcitas, & quæ hic deſcribuntur mala, illis contigerunt.

Quò cõmodius illa verba referãtur. *Pſal. 68. & Rom. 11.*

His igitur declaratis, non eſt difficile literam ſequentem, tùm apud Matthæum, tùm apud Lucam explicare. ¶ *Tunc*, inquit, *qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam.* Hæc verba ita expreſſit Lucas: *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, diſcedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt.* Quibus verbis innuit Dominus, tantam bellorum, & tumultuum inſtare multitudinem, vt nullum aliud pateat profugium hominibus, quàm ſe ſubducere, atque deliteſcere, ne communibus aliorum calamitatibus inuoluantur, cum non ſolùm vrbs Ieruſalem, ſed & tota Iudæorum Regio periclitabitur. ¶ *Et qui in medio eius, deſcendant.* Id eſt: Ne fidant in aliqua potentia, nullum ſibi promittant præſidium. ¶ *Et qui in regionibus, non intrent in eam.* Non enim pugnando, ſed fugiendo ſemetipſos ſeruabunt. Et quare hoc? *Quia dies*, inquit, *vltionum hi ſunt; vt impleantur omnia quæ ſcripta ſunt.* Hoc eſt, Hi tumultus bellici non humanis conſilijs tantùm fient, ſed Deus per alienas nationes vindicabit ſe de populo Iudæorum ſibi immorigero, & rebelli, idque fiet quod olim Prophetæ ſuper Ieruſalem futurum eſſe prædixerunt, nimirum vt meritas ſuæ impietatis pœnas luat.

Bellorum cõtra Iudæos, & vrbem Ieruſalem imminentium magnitudo.

Horum malorum inenitabilis neceſſitas.

Neque dixit; Qui autem in tecto ſunt, non diſcedant; ſed, non deſcendant ad tollendas domeſticas res ſuas, ſed ad fugiendum, omnibus dimiſſis. Neque inquit; Qui in agro eſt, non reuertatur ſimpliciter; ſed, non reuertatur tollere tunicam ſuam, ſiue veſtimenta ſua bona, & honorifica: nam nudi, & detritis veſtibus domi manemus, & in agro laboramus. Non reuertatur ergo, ſi domus non eſſet inuia fugæ, vt Marcus expreſſit, dicens: *Non reuertatur retro tollere veſtimentum ſuum.* Eſtque exaggeratio: quemadmodum illud: *Neminem per viam ſalutauerit.* Senſus ergo eſt: Non moretur deſcendendo, vel oneretur portando, quo expeditior ſit ad fugam. Ac de rebus quidem, quæ facilè portari poſſunt, exemplum ponit; vt multo magis de alijs intelligamus. Nec præcipit tantam maturitatem, & feſtinationem; alioqui magno damno afficerentur. Et abominatio illa deſolationis non ſimul ab omnibus eſt cognita: reuelatio inſuper plus temporis conceſſit; aliàs perirent fame omnes. Sed illud vult, ne nimis detineat rei familiaris, cui vt plurimum afficimur, aut amor, aut diſpoſitio. Vult quoque, vt qui in agro colendo occupatus eſt, ad tollenda veſtimenta non reuertatur: conſiderando vel quòd eſſet ciuitas munita, vel quòd ibi haberet chara pignora, vel quòd eſſet ibi templum Dei euertendum nunquam. Namque in eos, qui ſimili confidentia ob templi religionem ſe putabant protegendos, longè antè per Prophetam monuerat Deus: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt*: quod euerſum tamen, & combuſtum fuit per Babylonios, atque eodem prorſus menſe ac die per Romanos rurſus penitus deſtructum fuit, atque deſolatum: vt Ioſephus libro de Bello Iudaico docte, & diligenter annotauit.

Mar. 13.

Luc. 10.

De veſtimentis ac tunica tempore obſidionis in fuga minimè tollendis cur Dominus exemplum poſuerit: & quomodo ſit accipiẽdum huiuſmodi præceptum.

Ieremi. 7.

Fuga ab vrbe Ieruſalẽ obſidenda quàm eſſe debebat.

Quod verò à ſecunda perſona Dominus in tertiam tranſijt: conſultò id ab eo factum videtur. Prænouerat ſiquidẽ Chriſtus, illos quatuor, à quibus fuerat interrogatus, illo eodem tempore aut extinctos, aut per vniuerſum Orbem diſperſos fore, atque adeò excidio præſentes haud affuturos.

5. Eſdr. 1.

Ioſeph. li. 7. de Bell. Iud. c. 10.

Cur Dominꝰ in tertia nũc perſona loquatur.

Gen. 19.

Et quanquàm in montem ſe recipiant, qui ſalui fieri volunt: vnde Loth dictum eſt ab Angelo: *In monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas*: & Machabæi fratres cum Mathathia parente in ciuitatem Modin in montoſo loco ſitam ſe receperint ſub Antiocho perſequente: tamen, vt diximus, montoſam hic ciuitatem Agrippæ ſignificat, quò hortatur vt ſe recipiant, ne Deum tentare velle videantur. Nam ſi in Iudæa, vel in vrbe manſiſſent, cum reliquis Iudæis bellaſſent contra Romanos: quos tamen pacificè Deus regnare volebat, quo eſſet liberior ad Euangelij prædicationem tranſitus.

Tutus locus fugæ quis.

1. Mach. 2.

Quos ad mõtes Chriſtiani tempore obſidionis fugere debebãt

Et ſub-

Dies vltionis quinam illi Iudæis. *Luc. 21, Matth. 23.*

Et ſubdit Lucas rationem: *Quia dies vltionis hi ſunt*, quæ ſcilicet vltio requiretur à Iudæis pro effuſo ſanguine omnium iuſtorum, ſed maximè Meſſiæ, & diſcipulorum eius. ¶ *Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabbato.* Enumerat incommoda tùm interna, tùm naturalia, tùm ea, quæ foris accidunt. Aduentitia ſiquidem erant, tollere tunicam, & diſponere de re familiari; intrinſeca verò ſunt, ventris geſtatio, atque infantum lactatio: nam quæ tales ſunt mulieres, vt ad profectionem, ita & ad fugam, quæ profectio eſt feſtinata, magnum habent impedimentum: Lactantes, dilecta ſua pignora teneriùs amant vita propria: prægnantes verò, fœtus ſuos non poſſunt, veluti alia impedimenta, abijcere, & relictis omnibus ſe fugæ concredere.

Enumeratio incommodorum Ieroſolymitis impẽdentium, ob quæ ſit maturè fugiendũ.

Alter ſenſus, de prægnantibus mulieribus & nutrientibus in diebus obſidionis. *Theophyl. in Matth. Ioſeph lib 7. de Bello Iud. c. 8.*

Theophylactus tamen ex Ioſepho, hæc cenſet referenda ad incredibilem illam famem, qua quædam coactæ ſunt, filios ſuos etiam in cibum propriũ vertere. Sed prior expoſitio melior eſt: nam loquitur de his quæ præcedunt ipſam vrbis cladem. Obſtacula verò naturalia ad fugam, erant, temporis incommoditas in hyeme, vel Sabbato: hyeme namque dies ſunt breuiores, vt longè fugere non permittat lumen citò deficiens; ſunt item frigora, pluuiæ, niues, lutum, venti, atque alia incommoda multa in montibus, ad quos confugiendum eſt, minusque tunc inueniunt fugitiui, aut errantes in montibus vnde ſuſtententur. Fuga item in Sabbato, quod frequẽtius, & maiori religione obſeruabatur, eo quòd cætera omnia includit feſta, incommoda valde erat: quia in eo iter intelligitur prohibitum religionis ergo. Non enim licebat niſi vnum, aut alterum milliare in eo conficere, vt venirent in templum, ſiue tabernaculum: qua de re ait Lucas in Actis: *Sabbati habens iter*, hoc eſt, modicum ſpatium duorum millium paſſuum: quod ad fugiendum nequaquam ſufficeret. Nec loquitur Chriſtus Iudæis incredulis, qui non fugerunt, nec admoniti ad fugam fuerunt, verùm Iudæis credentibus, qui, quandiu non fuit à Romanis euerſa Ieroſolyma, ceremonias tamen legis obſeruabant, licèt ſcirent ad illas minimè coarctari. Quoniã fuga fuit trigeſimo quinto, vel trigeſimo ſexto à paſſione Domini anno, & quinto vel ſexto ante dirutam vrbem per Titum, item ſexto anno poſt celebratum Concilĩ Ieroſolymis, vt habetur in Actis: quod paucas quaſdam ceremonias obſeruandas Gentibus ad Fidem conuerſis ob mutuam charitatem alendam tradidit; non autem Iudæis credentibus: quia cum honore ſepelirent Synagogam, Sabbatizabant ad tẽpus. Ex quo Clemens Romanus lib. Conſtitutionum Apoſtolicarum, de obſeruantia Sabbati; & diei Dominicæ, præceptum tradit. Ita vt primo quidem Sabbatum ſeruatum fuerit, deinde Sabbatum cum Dominica die; poſtremò honorificè ſepulta Synagoga, ſola dies Dominica obſeruanda remanſerit.

Alter ſenſus, de prægnantibus mulieribus & nutrientibus in diebus obſidionis. *Theophyl. in Matth. Ioſeph lib 7. de Bello Iud. c. 8.*

Fuga in hyeme quàm incommoda.

In Sabbato item fugere quàm incommodum erat ac periculoſum.

Act. 1.

Quos hortetur Chriſtus Iudæos vt fugiant.

Quando fugerint, iuxta Chriſti vaticinium. *Act. 5. & ſeq.*

Iudæis quibus, & quare permiſſum vt ad tempus Sabbatizarent.

Clem. Rom. lib. 7. Conſtit. Apoſt. ca. 24.

Rectè autem inquit: *Orate vt non fiat fuga veſtra in hyeme*: quia hæc non ſunt in poteſtate noſtra, ſicut eſt non tollere tunicam. Non debebant autem orare ne grauidæ eſſent: quia eſſet contra multiplicationem generis humani: & infirmi omnes, ac debiles, vt pueri, & ſenes, ad prægnantes, ſicut impedimenta ex colore religionis ad Sabbatum, reducuntur. *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modò, neque fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi.* Parui refert, quod Marcus in plurali dicat: *Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus vſque nunc, neque fient.* Lucas autem alijs verbis idem expreſſit: *Erit enim*, inquit, *preſſura magna ſuper Terram* (ſcilicet Iudaicam) *& ira populo huic.* Quod ait, *Erit enim*, reddit rationem earũ, quæ præcedunt tribulationum: nec referri poſſe ad tempus Antichriſti, idem indicant verba Lucæ, *Erit enim preſſura magna ſuper Terram, & ira populo huic*: idemque docet Auguſtinus ad Heſychium. Quod verò ait, *qualis non fuit ab initio*: intellige, quanta non fuit. Quemadmodum apud Marcum dixit quidam, *Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ*, id eſt, quantæ ſint. Ita etiam apud Lucam: *Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*; id eſt, quanta, & quàm honorifica.

Mar. 13.

Luc. 21.

Cur non hyeme fugiendũ etat.

Preſſura populo Iudaico quanta futura erat.

Auguſt. epiſt. 80. tom 2. Marc. 13.

Luc. 1.

Quare ineptè conſideratum eſt à Caietano, Dominum non dixiſſe, quanta non fuit ab initio; ſed, *qualis non fuit ab initio: Quia tanta*, inquit, *imò maior fuit in diluuio vniuerſali.* Sed non apprehendit Caiet. quòd Lucas expreſſit ſermonem eſſe de tribulatione illa, ſiue ira illius populi: nam talem ac tantam illa gens nec experta eſt, nec in futurum experietur: neque vlla alia natio, aut gens, talem ac tantam vnquam paſſa eſt, aut patietur. Quòd igitur hæc tribulatio ſuperiores alias omnes vincat, facilè agnoſcet, qui hiſtoriam Ioſephi, & Egeſippi legerit, & cùm alijs hiſtorijs vel externis contulerit: maxime verò ſi legerit n. vel 14. caput lib. 6. de Bello Iudaico: & cap. 7.

Inepta reijcitur interpretatio Caietani. *Gen. 7. & ſeq. Luc. 21.*

Iudæorum tribulationẽ ſub Tito, & Veſpaſiano, maximam eorum & fuiſſe, & futuram eſſe. *Ioſeph. lib. de Bel. Iud. Egeſip. li. de exci. vrbis.*

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

Euseb.lib.3.c. 6.tom.1. Ierosolymæ vrbis tribulatio quanta sit futura. *August lib.2. de consen. Euang.cap.77. tom.4.*

& 8.lib.7. Ex quibus Eusebius comprobat, verè Dominum dixisse: *Erit enim tribulatio: qualis non fuit nec erit.* De futuro verò satis est fuisse à Christo prædictum, vt etiam illam futuram tempore Antichristi facilè vincat. Quod secundùm Augustinum intelligendum est de ira & afflictione illata populo illi. Quòd si tempore Antichristi maior aliqua sit futura, non illa erit populo Iudæorum tantùm, verùm orbi toti, & Ecclesiæ. Certè illud magnum est argumentum maximæ tribulationis Iudæis inflictæ, scelus Iudæorum maximum, & atrocissimum extitisse. Porrò quot & quanta fuerint prælia inita à Romanis vastantibus Galilæam primùm, deinde Samariam, & Iudæam, ac postremò vbi peruentum est ad obsidionem vrbis, quantaque hominum strages, & cadentium numerus, quanta fames, fidem omnem videtur superare. Ceciderunt in obsidione, teste Iosepho, vndecim centum millia: ante obsidionem verò in diuersis locis, ducenta quinquaginta quatuor millia: post excidium ducti captiui, & ad bestias proiecti in theatris diuersis, ferè centum millia. Eusebius maiorem, quàm Iosephus, numerum recensetait enim: *Ex omni Iudæa populi in die solenni Paschæ Ierosolymam, veluti excitiali quadam cogente conuenerant, quos tricies centena millia hominum (scilicet trecentum myriades) dicit fuisse* (nimirum Iosephus quem ibi citat) *iusto scilicet Dei iudicio tempore hoc vltionis electo: vt qui in diebus Paschæ Saluatorem suum, & salutare Christum Domini cruentis manibus, & sacrilegis vocibus violauerant, in ipsis diebus velut in vnum carcerem omnis multitudo conclusa, feralis pœnæ exitium quod merebatur, exciperet.* Hæc ille. Et talis denique fuit, ac tanta illa tribulatio, vt præcognita à Christo, excusserit illi lacrymas, quas patriæ suæ dedit. *Videns,* inquit, *Ciuitatem, fleuit super illam.* Scribit Iosephus: *Non equidem recusabo dicere, quæ dolor iubet: puto si Romani contra noxios venire tardassent, aut hiatu terræ deuorandam fuisse Ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulmina, ac Sodomæ incendia passuram.* Sic ille. Et si Romanum in Ierosolyma bellum diutius durauisset, nemo Iudæorum omninò euasisset. Nam carnem hanc (de qua dicitur, *Non salua fieret omnis caro*) Iudaicam appellat: & ni virtus electorum obstitisset, vniuersi Iudæi necti fuissent, quibus neque in Iudæa, neque in Alexandria, neque in alio loco Romani parcebant: ex quo vel quinquaginta millia vno die Alexandriæ sunt oppressa. Nec ita breuiati sunt dies illi, quasi tempore euertionis dies fuerint breuiores quàm antea, vt Augustinus ad Hesychium ostendit quosdam sentisse: nec quòd diminuta sit tribulatio ipsa, quia iam esset parua, nec iam maior esset omnibus alijs, vti dixit: nec factum est vt minus eam acerbam sentirent, aliter ingès fuisset miraculum, nec ab historicis fuisset silentio suppressum. Sed quòd tempus illius tribulationis dierum numero breuius fuerit, quàm sperabatur. Siquidem durauit duntaxat tres annos cum dimidio. Perpende hic diuinam bonitatem propter electos admixtos cũ alijs peccatoribus parcere promiscuæ multitudini. Ex quo discimus, teste Ambrosio, quantus murus sit patriæ vir iustus; quemadmodum non debeamus inuidere Sanctis, nec temerè derogare. Illorum enim nos fides seruat, illorum iustitia ab excidio defendit. Hæc ille in sensu. Et ita propter electos, videlicet Iudæos conuersos, vel conuertendos post Gentes conuersas, breuiabuntur dies illi, vt electi intelligant Christi gratiam, & ne Iudæi dicerent, quemadmodum Gentiles dicebant, ob Christi fidem tantas calamitates Imperio Romano, vrbi, atque orbi fuisse inuectas. Sciebant enim Iudæi euersionem à Christo prædictam: vnde in Actis eius rei gratia Stephanum accusabant: Christo etiam obijciebant quòd dixisset; *Possum destruere templum Dei,* & quæ sequuntur: videndo autem exitum rei, credere facilè poterant.

Luc.21.

His verbis adiungit Lucas: *Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes Gentes, & Ierusalem calcabitur à Gentibus; donec impleantur tempora nationum.* Quibus verbis docet in primis, quicquid dictum est de abominatione desolationis, ad literam non esse referendum ad nouissimos dies Antichristi, sed ad euersionem Ierosolymæ, atque ad exercitum circumdantem ciuitatẽ. Deinde quatuor enumerat euentura. Primùm, quod Iudæi casuri: id est, interficientur vsque adeò multi, numerus vt vix fidem obtineat. Ac metaphoricè vocatur acies gladij, os, quasi gladius sit bestia quædam deuorans viuentes, secundùm illud: *Et gladius meus deuorabit carnes.* Deinde, quòd captiui sint ducendi in omnes Gentes. Teste siquidem Iosepho, nonaginta septem millia Titus in captiuitatem duxit. Ex quibus iuuenes electos, quos proceritas, & pulchritudo corporum commendauit, seruatos egit in triumphum: reliquos, qui supra 17. ætatis annos essent, vinctos ad opera Aegypti destinatos fuisse: scribit, plurimos per prouincias distributos in spectaculis ferro, & bestijs consumendos: eos verò, qui infra decimum & septimum annum ætatis

essent

dies illi, plexi inter gentia re cur. *Aug. epist. tom. 2.* Vetus ser ac propri assignatu Ierosolym tana obs quarum rauit. *Ambr. Lib. de Abrahã patriarch. cap. 6. tom. ante med.* Magnus f rus patriæ quis Ambr sio. Minime is deuia qui bus, nec te mere de eo gaudum. Quare bre uiabuntur dies illi.

Act. 9. Matt. 26. Isam. 2.

Iudæos cadere in ore gladij, quid.

Deut. 32.

Quot Iudæorum millia captiuorum à Tito in triũphum & Romam sint abducta. *Ioseph. li. 7. c. 17. initio.* Aliorum innumerabilũ captiuorum sors infelicissima Iudæorum.

Euseb. lib. 3. histor. Eccl. c. 5.

Cur die Paschatis diuino consilio cœperit obsidio Ierosolymorum, teste Eusebio Cæsariensi.

Luc. 19.

Ioseph lib. 6. de Bell. Iud. c. 16.

Quæ sit illa caro, de qua dicitur: Non fieret saiua omnis caro.

Ioseph lib. 2. de Bell. Iud. c. 21.

De modo, quo abbreuiati dicũtur

Clades, ærũnæque Iudæorum narrantur.

Ioseph. li. 7. de Bel. Iud. c. 17.

Quare Iudæi vbiq; tam misera seruiant seruitutem.

Iudæi in omnes Gentes quare dispersi fuerint.

Psal. 58.

Iudæorum ærcitas, atq; perfidia.

Prouerbium Græcorum illis accommodatum. *Chrysost. hom. 2. in Iudæos, tom. 3. longè à medio. Thren. 1.*

Ierusalem Adrianus instaurat, Aeliamq; ex nomine suo vocat.

Iudæi post rebellionem sub Adriano, ab eodem habitare in Ierusalem prohibentur.

Iudæi templum instaurare tentãtes diuinitus ab opere deterreantur.

Grande miraculum.

Gregor. Nazianz. inuectiua 2. in Iulianum. Chryso. hom. 4. oper. imperfect. in Matt. tom. 2. Theodor. lib. 6. Trip. c. 43. Niceph. lib. 10. c. 32. & 3. Eccl. of histor. Ammian. Marcel. lib. 23.

esset, venditos fuisse, & per diuersas prouincias in seruitutem distractos. Et vbique Gentium seruiunt Iudæi, & tanquam captiui tractantur. Digni enim sunt misera seruitute, qui ingenuitatem, & libertatem filiorum Dei respuerunt. Dispersi præterea in omnes gentes; vt eorum impietas, & vltio in omnibus Gentibus agnosceretur, & semper ob oculos versaretur, iuxta illud: *Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi: disperge illos in virtute tua.* Et vel hac tanta ira Dei, quam experiuntur in seipsis, agnoscere deberent infelices peccatum suum, & ansam captare ad Messiã ab vniuersis Gentibus cognitum, & adoratum, amplectendum reuertendi. Sed ferò sapiunt Phryges, vt habet prouerbium. Et Chrysostom. in Iudæos scribens: *Quoniam enim,* inquit, *ex benefactis noluisti potentiam illius cognoscere (ô Iudæe) per afflictionem, ac supplicia demonstrauit robur suum ineuitabile pariter, & impugnabile.*

Tertiò subiungit, Ierusalem calcandam à Gentibus: quæ olim tanquam opulentissima, ac florentissima vrbium Regina dominabatur. Et quanquam illam Adrianus restaurarit, Aeliamque ex nomine suo vocari voluerit, vt non tantùm re ipsa, sed nomine etiam videri posset extincta: interdicto tamen vetuit, ne post rebellionẽ quisquam Iudæorum ampliùs in ea habitaret, quo magis iuxta verbum Domini, à Gentibus conculcaretur. Quare etsi aliquando Iudæi, etiam opitulantibus Imperatoribus Romanis, templum instaurare conati sint, miraculo impediti sunt. Nam cùm, adiuuante Imperatore Iuliano, hoste Christiani nominis acerrimo, eruerent templi fundamenta, proque operis magnificentia ligones, & corbes ex argento factos haberẽt; igne repente è fundamentis prodeunte, atque eos deterrente, nón sine stupendo miraculo ab opere inchoato reuocati sunt, & multi illorum ad Fidem conuersi: Cruce etiam rubea apparẽte in vestibus ipsorum. Cuius historiæ meminerunt Gregorius Nazianzenus in Iulianum; & Chrysostom. in Matthæum, & Theodoritus in historia Tripartita, & Nicephorus Callist. in libris historiæ Ecclesiasticæ: inter externos verò, Ammianus Marcellinus, qui Iulianum refert operis negotium Alypio cuidam Antiochensi commendasse, qui Britannias antè rexerat. Christiani Principes verò, licèt pluries zelo gloriæ Christi illustrãdæ prouinciam hanc assumpserint, vt delecto milite, Terram sanctam recuperarent, & Ierosolymam, ciuitatẽ sacram, de manu Barbarorum, & Christum ignorantium liberarent; vel labor non successit, vt volebant; vel si successit, ad modicum tempus gloria illa, & gaudium extitit: nam breui in ditionem Ethnicorum deuenit. Vt verè sit dictum: *Et Ierusalem calcabitur à Gentibus; donec impleantur tempora nationum.* Iusto igitur Dei iudicio Ierosolyma & templum à Iudæis subtracta sunt: tùm ob eorum peccata ingentia: nam cùm etiam colerent idola, è terra sua non sunt expulsi; aut si inde sunt eiecti, nõ multo pòst reuocati sunt. Ex quo tamen in Christum, ac in eius præcursorem, & vtrumque Iacobum Apostòlos deliquerunt, eiecti sunt inde, in perpetuum rediturí nunquam: tam grande crimen est in Spiritum sanctum delinquere, veritatem agnitam impugnare, oblatamque salutem spuere, atque respuere. Deinde expectati sunt tanto tempore ad resipiscentiam, nimirum per quadraginta annos, & eo ampliùs, donec Euangelium prædicatum esset per vniuersum orbẽ, & acceptatum à Gentibus, vt omnes Gentes suo exemplo, prece, atque verbo eos ad Christo fidem habendam inuitarent. Quoniam verò ad lumen tantum oculos suos claudere voluerunt, atq; pertinaces in negando ipsorum, repellendoque promisso Messia, iamque misso extiterunt; digni facti sunt, qui Diuinam in se ipsis experirentur vindictam, & in illis verum esset id dictum Ethnici cuiusdam: *Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira; tarditatemq; supplicij grauitate cõpensat:* & illud Pauli, *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram, in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Vt igitur scelus Iudæorum immane fuit, & horrẽdum, & ex parte altera lenitas atque clementia Dei ad pœnitentiam expectans, fuit summa, & incredibilis; ita supplicium inauditũ, & omnium seculorum memoria, atq; sermonibus celebrandum. Tertiò, abstulit illis templum, & Ierusalem, quia lex iam consummata erat, & omnes ritus Mosaici completi; ac proinde vniuersus Iudæorum cultus mendax, sacrificium quoque, & Sacerdotium vnà cum ceremonijs ipsius, introducto vero Christi cultu, veraque hostia, templo, atque Sacerdotio, reddita sunt inania prorsus, vacua, & inutilia: non secus vt circulus ante tabernam, vbi vinum non venit, falsus est: & vt Pater quidam ex nostris cecinit:

Est pecudum pecudes post Christum sacrificare.

Quare ne templum suo splendore gloriam Euangelij impediret, aut obscuraret quo-

Christianis Principibus Terram sanctam recuperare contendentibus ob Christi gloriam, vt cesset labor.

Cur Iudæi Ierosolymã, ac templum amiserint.

Ratio prima *Matth. 14. Act. 12.*

Secũda ratio

Cur Dominus tam diu Iudæorum gentis excidium expectauerit.

Proprium diuinæ iustitiæ quid. *Valer. Max. lib. 1. tit. de negle. religione. Rom. 2.*

Iudæorum scelus quantum & facinus: Dei contra benignitas, atque patientia.

Tertia ratio.

Simile.

B. Hildebertus.

Quibus crebris, necessario destruendam ciuitatē Ierusalem, ac templū, lex vt, ac veritas Euangelica locum habere posset ostenditur.

quo modo, meritò funditus euersum est, igniq́, flammaq́; depopulatum. Vt enim pullus non prodit in lucem nisi fracto oui tegumēto; nec nucleus in escam venire potest, nisi cortice rupto; neque splendor æris in cymbalum tinniēs fusi apparere potest, nisi destructa antè terrena forma: ita neque splendor, & veritas Euangelica, nisi sublatis vmbris, ciuitate, & templo, vbi solùm licebat sacrificare, destructis, & euersis. Quā de re pulchrè B. Chrysost. in Iudæos agens: *Deus*, inquit, *in vna tantùm ciuitate Ierusalem concedens sacrificare, & illam Iudæis auferens, ostendit, sibi eorum sacrificia non placere. Et fecit non secus ac medicus, qui infirmo, nisi detur potus frigidæ, præcipitio, vel laqueo vitam abrumpere comminanti, prudenter illum concedit: sed allata phiala ex domo sua, iubet vt ex illa tantū bibat, & non aliunde; deinde verò clam his qui ministrant, præcipit phialam confringi, vt ea ratione auocet infirmū ab illa potus cupiditate. Aegrotus iste, Iudæorum populus erat: frigida potio, victimarum concessio: medicus ipse, Deus est, phiala verò, ciuitas ipsa Ierusalem, extra quam non licebat sacrificare: quam cùm destruxerit, ostendit sibi non placere amplius illum sacrificandi ritum.* Hæc Chrysostom. multa verborum supellectile, ac splendore, suo more, persequitur, quorum sensum nos tantum perstrinximus. Prædixerat Daniel propheta nescio quid contra ciuitatem, & sanctuarium, quod putabant Iudæi sub Antiocho impletum: passi tamen sunt subitò ruinam vtriusque ipsis minimè cogitantibus. Putabant illi tunc temporis prædictiones illas ad exitum adductas: ecce tibi iterum sub Adriano reædificante ciuitatem rebellarunt, quod ferrent molestè, in Ierusalem externa deorum sacrificia fieri, & imagines in ipsa constitui. Verùm ille iratus, Iulium Seuerum misit in Iudæam, ex Britannia euocatū: qui arces quinquaginta celeberrimas diruit, vicos ad 985. qui frequentes, & nominatissimi erant, & ferè omnis Iudæa eo est tempore desolata: vt Dio Cassius tradit. Et si millies Ierusalem ædificetur, & detur Iudæis, tamen calcanda est à Gentibus semper.

B. Chrysost. homil. 2. in Iuda tom. 3. longè à med. Aliud exemplū D. Chrysostomi pet elegans.

Dan. 9.

Infra 12.

Iudæorum seditio sub Adriano, Iudæq; totius excidium.

Dio Cass. in vita Adriani.

Quartò subdit, Ierusalem calcandam à Gentibus, donec impleantur tempora nationum: explicans Iudæorum calamitates finem aliquando habituras, & Deum illos ad se reuocaturum: sicut priùs prædixit Oseas, deinde Apostolus hoc ipsum detegés, dixit ad Romanos, *Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc (vt non sitis vobis ipsis sapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret.* Insinuatur porrò in Domini verbis, impletis temporibus nationū, Ierusalem non amplius calcandam fore à Gentibus, sed à Iudæis veris, qui non tantùm carne, sed & spiritu, agnito iam per fidem Messia, veri Iudæi, & veri Israelitæ erunt. Intelligo autem impleta tempora nationum eo sensu, quo dictum est: *Nec dum completa sunt iniquitates Amorrhæorum vsq; ad præsens tempus.* Et vtinam impleta sint cum fructu nostra tempora; id est, tales simus, vt Iudæi nostro exemplo excitati credant, & nō potius propter nostram incredulitatem à Christi fide auocentur, sicut & nos propter illorum infidelium vocati sumus, vt Paulus docuit; vt vnà omnes glorificemus Deū, & Filium eius Iesum Christum, quibus cum Spiritu sancto omnis debetur gloria, honor, & imperium in secula seculorum, Amen.

Ose. 3. Rom. 11.

Quid significet, & Ierusalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum.

Rom. 9. Tempora nationum quo modo censeantur impleta.

Gen. 15. Tempora quando implebuntur nostra nationum, scilicet ad salutem Iudæorum.

Rom. 11.

TRACTATVS XL.

Tract. 85.

In illa verba: *Tunc si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabūt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis. Vbicunque enim fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur*, &c. Matt. 24. Mar. 13. Luc. 21.

Qui nam illi pseudochristi, & pseudoprophetæ qui surgent, & quando.

HAec etsi intelligi queant de tempore Antichristi, vt docet Theophylact., & de aduentu Christi, vt Chrysostomus: non minùs aptè tamen accommodantur tempori ante euersionem Ierosolymæ, in quo dubiū non est multos surrexisse pseudochristos, & pseudoprophetas, qui vsque ad ipsam euersionem non defuerunt, & autores contumaciæ, & rebellionis populi in Romanos extiterunt: nec enim fieri poterat, vt aliter tam obstinato animo in rebellandi proposito perseuerarent, nisi eos falsi Prophetæ magnificis, & falsis suis promissionibus lactassent. Atque hic sensus præferendus videtur ei, qui ad tempus Antichristi, vel aduentum Christi refert. Nam Antichristus, vnus tantū erit, non multi, vt hic

Theophyl. in Matth. Chrys. hom. 77. in Matth. tom. 2.

Alter sensus.

Vter alteri sensus veniat anteponendus.

dicitur;

Ioseph. lib. 18. & 20. antiq. & 3. de bello Iudaico.

dicitur; & quia subiungit venturos multos pseudochristos in plurali, & pseudoprophetas; & quia Iosephus multos tales magos, & falsos Prophetas veniſſe ante euersionem, libris Antiquit. ac de bello Iud. luculenter testatur: vt superiùs admonuimus. Venerunt etiā cum signis, & prodigijs: nam pollicebantur quidam, muros Ierusalem suo iussu se facturos vt caderent, & exarefacturos Iordanē, vt iter illis pateret: alius verò in mōte Garizim occulta Moysi vasa enuntiaturum. Fuit etiam magnus numerus magorum (ita enim falsos Prophetas vocat Iosephus) qui populum solicitabant ad defectionem Romanorum, & vt se subducerēt in desertum. Quare cum hæc maximè consonent veritati, præferenda sunt sensui de aduentu Antichristi: nam etsi ille sit operaturus signa, & prodigia mendacia, vt ait Apostolus ad Thess. tamen in istis pseudoprophetis, & præcursoribus Antichristi priùs videntur impleta.

Magos Iosephus quos vocitet.

Ioseph. lib. 20. antiq. c. 6.

2. Thess. 2.

Quæ Dominus venturos prædixerit pseudochristos, ac pseudoprophet.

Præmonuit autem Dominus; tum vt se omnia euentura scire indicaret, tum vt cauerent ne subducerentur, putantes se ab his sine fuga liberandos. Et aduerbia sunt: *Hic, & illic*, quia in diuersis locis apparuerunt falsi Messiæ. Et rectè de illis ait, *Surgent*, quia à se ipsis missi venerunt, se Christos mentientes. Pseudoprophetæ verò sunt, qui asserebāt hos aut illos esse Christos; vel falso annuntiantes Iudæos liberandos à Romanis obsidentibus. Non negauerim tamē cōmodè hæc accipi posse de his, quæ suum aduentum præcessura sunt. Vnde Hieron. etsi asserat illud, *Tunc*, demonstrare tempus deuastationis Ierosolymitanæ, nam multi tempore captiuitatis Iudaicæ Principes extitere, qui se Christos esse dicerent, in tantum, vt obsidentibus Romanis, tres intus fuerint factiones, *Sed melius*, inquit, *de consummatione seculi intelligitur.* Hæc si vera sunt, quæ Hieron. tradit, intellige, Dominum in ipsis discipulis alloqui omnes fideles, qui post illud erant futuri excidium ob communionem vnius, & eiusdem corporis: nam sic sæpè Dominus Apostolos allo qui consueuit, vt in illis nobis quoque loquatur. Pseudoprophetæ verò post excidium erant, qui falsum Christū iuebantur, vt Rabbi Akiba, Barchozibas, & Mahumetes, & multi alij: & nostro seculo quidā se pro Messijs venditarunt, nec defuerūt qui eorū causſę patrocinarentur. Et quod subdit exemplum de fulgure; indicat se loqui de aduentu Christi secundo ad iudicium. Antichristus etiam omnium maxima, & admiranda edet signa, mendacia tamen, vt ait Apostolus. Voce ergo, *Tunc*, &, *Hic*, &

Hiero in Matthæum, to 9.

Triplex Iudæorum factio, intra vrbem Ierusalē tempore obsidionis.

Pseudoprophetæ ab vrbis excidio, quales extiterint.

Antichristi qualia signa sint futura Apostoli testimonio.

2. Thess. 2.

infrà, *Post tribulationem dierum illorum*, significatur tempus omne futurum post Iudæorum excidium, & maximè tempus Antichristi, quasi mox secuturum esset, quod tamen multis annis, & seculis excidiū illud Iudæorum erat consecuturum. Nil ergo mirum, si post tribulationem illam similiter etiam nunc dicit futurum suum aduentum ad iudicium. Quod factum est, vt hoc sermone admoneat suos omni tempore expectare aduentū illum, & ad illum se præparare tanquā instantem, & suo ipsorum seculo euenturū. Deinde & ob id infra dicit, post tribulationem dierum illorū, aduentum suū futurum: quia post illam nihil insigne sit expectandū, quàm quod circa aduentum suum eueniet: quodq; nulla alia rerum mutatio insignis sit expectanda fidelibus, quàm quæ in consummatione seculi fiet. Ideò in scripturis Apostolorum docere voluit non longè abesse aduentum suū: vnde aūt Petrus: *Omniū aūt finis appropinquauit.* Et Paulus: *Scripta sunt*, inquit, *ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.* Et Iacobus frater Domini: *Patientes estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini appropinquauit*; & Ioannes: *Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti sunt: vnde scimus quia nouissima hora est.* Et Sancti omnes, vt ex eorum scriptis apparet, suo tempore, aut non longè post expectabant iudicium.

Cur post tribulationem dierum illorum excidij Ierusalē suū Christus instare denunciet aduentū. II. ratio.

Apostolorū ad præparandū nos Christo iudici susceptiēdo, hortatoriæ voces.

1. Pet. 4. 1. Cor. 10. Iacob. 5. 1. Ioan. 2.

Nec obstat quòd præterierint plures quàm mille quingenti anni ab illa deuastatione Ierosolymorum ad suum aduēturn: quia vt Petrus ex Proph. Dauid accipit: *Vnus dies apud Dominum, sicut mille anni: & mille anni sicut dies vnus.* Etsi ergo in oculis hominū longū tempus intermediū fluxerit, æstimatione tamen Dei breuissimū est. Et Sancti, qui spiritum Dei habebāt, tam breue putabant, vt Paulus se connumeret cum ijs, qui in aduentu Domini viui reperiētur: *Deinde nos* inquit, *qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā Christo in aëra.* Quibus verbis quosdā certò putātes aduentū Domini tempore Pauli futurum, opus fuit in posteriori epist. ad Thessal. rogare, ne citò mouerentur à suo sensu, neq; terrerentur, quasi instet dies Domini: *Nisi venerit*, inquit, *discessio primum*, & quæ sequuntur.

Ab excidio Ierusalem ad vsque iudicij diem tempus quàm breue videatur Sanctorum iudicio.

2. Pet. 3. Psal 90.

1. Thess. 4.

2. Thess. 2.

Et dabunt, inquit, *signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.* Signa sunt, quæ ad aliquod verum significandum fiunt: prodigia, quæ procul à digito, id est, virtute operādi, quæ in manu est: non ad significandum, sed ad

Signa quid sint, & prodigia.

An quæ pseudoprophetæ faciebant signa & prodigia, essent vera miracula.

ostentationem, & curiositatem edunt? Et non erat miracula, sed veri effectus naturales, alta, & procul à cognitione humana positi, vt propterea viderétur miracula, cùm non essent, vel effectus non veri: nam si veri essent, ad miracula essent referendi; sed tantùm in speciem, & visum ludificabant, vt fucata resurrectio: & talia magi edebant inter quos erat Simon Magus, & faciet suo tempore Antichristus, vt docet Paulus. Atque hæc nõ vera signa adduci poterant ad confirmationem alicuius falsitatis, talibusque succedere poterat médacium, vt liber Deuteronomij admonet: sed non ita quin possent præsentes falsa esse deprehendere; quia Deus non patitur nos tentari supra id quod possumus. Vnde talia Apostolus in his, qui pereunt, hoc est, impijs, & à fide recedentibus, efficaciam habere testatur, eo quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent; vt habes in posteriori ad Thessalonicenses. Vnde hic rectè addidit de electis: *Si fieri potest*; nam electi qui audiunt vocem Pastoris, in fine tãdem non errant; possunt tamen errare in via, vt hic etiam conuersi ex Iudæis: sed non errarunt Deo præseruante. Et vt tradunt Dialectici, conditionalis est vera, tam antecedente, quàm consequente existente impossibili: vt si Leo volaret, haberet vtique Leo alas. Cùm ergo in errorem induci nequeant electi, hoc quod dictum est: *Si fieri potest, etiam electi*, ad exprimendam magnitudinem fallaciæ, accedentibus tamen signis, & prodigijs mendacibus, positum est.

Exod.7. 2.Thess.2.

Deut.13.

1.Cor.10.

2.Thess.2. Cur dicatur à Domino: *Si fieri potest* etiã electos fore in errorem inducendos.

Regula Dialectica.

Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. Quod in genere dixerat. *Ecce hic, aut illuc,* modo in specie declarat, & repetit, vt altiùs mentibus eorum infigat: res enim erat magni momenti, seduci per falsum Messiam. Et primùm isti secretò faciebãt conciliabula, quasi in penetralibus, deinde ducebant ad desertum, vt habes in Actis. Non enim audebant publicè, ob metum Romanorum, se Christos asserere: nec habebant potestatẽ temporalem, vt id quod dicerent, tueri possent: & illos sequebantur aliqui, donec eorum consilium dissiparetur à Deo, vt in Actibus traditur. In caussa autem quod toties falleretur, fuit tempus aduentus Messiæ, aut instans, aut pene impletum; amor libertatis, & excutiendi iugum à Romanis; sed ante omnia Iesu veri Messiæ negatio, & reprobatio. Nolite ergo exire ad discernendum ex vultu, an verus esset Messias, id est, Iesus; vel dubitantes an illi essent Messiæ; vel ex curiositate, etsi tantùm in Iesum credebant. Et videtur alludere ad magnum Aegyptium, qui venit in montem Oliuarum, qui eduxit extra vrbem triginta millia virorum: sed oppressus fuit à Felice Præside, vt tradit Iosephus in libro Antiquitatum.

Pseudochristi, & pseudoprophetæ.

Act.5.

Infra 71.

Supra 3.

Cur toties à seductoribus istis fallerentur Iudæi.

Ioseph. lib.20. antiq.c.13. Orig.trac.29. in Matt.to.2. Hieron. to.9. Aug. inferunt allegandus.

Quòd ergo quidam (vt Origenes, Hieronymus & Augustin. in Matthæum) hæc de hæreticis interpretantur, planè mysticum non est, sed etiam literale & historicũ: & quia vtiles sunt hi sensus, & nostro tempori accommodati, non grauabor eorum verba hoc loco referre: ait enim Origen. *Quoniam diximus, abominationem desolationis stantem in loco, esse mendacij verbũ, quod in loco Scripturarum sancto stare videtur; dicet aliquis, & quomodo quasi non stante ea illic, ita dicet aliquis discipulus Christi: Ecce hic Christus, ecce illic; alius autem dicet: Ecce in solitudine est; alius autem: Ecce in domibus? Vide ergo si ad hæc dicere possumus quod ait: Ecce hic, ecce illic; quoniam ecce hic, ecce illic, non extra Scripturam foras aspiciendum est. Dicet enim qui seducere voluerit nos, & defendere contraria veritati: Ecce hic Christus, demonstrans (verbi gratia) hunc Euangelij locum. Alterius autem erroris autor dicet: Ecce hic Christus offerens ad exemplum alterum textum, qui videtur defendere mendacij illius verbum, quod proposuit vindicare. Et sic ex lege, & Prophetis, & Apostolis profert vnusquisque quæ videntur defendere mendaciũ illud, vtpotè veritatem. Vel sic impletur quod ait: Ecce hic Christus, ecce illic, ostendens non Christũ, sed aliquẽ fictum eiusdem nominis: vtputa secundum Marcionis doctrinam, & secundum traditiones Valentini, aut Basilidis longam fabulositatem, aut secundum Apellis aduersus Paulum testimonium falsum. Erunt autem & alij plures, qui dicturi sunt discipulis ex diuinis Scripturis, coniungentes eis suum proprium sensum: Ecce hic Christus, ecce illic. Si autem dixerint vobis: Ecce in solitudine, nolite exire: ecce in domibus, nolite credere. Quidam enim secreta proferẽtes dicunt: Ecce in solitudine. Quando enim secretas, & non vulgatas Scripturas proferit ad confirmationem mendacij sui, videntur dicere: Ecce in solitudine verbum est veritatis. Secreta enim Scripturæ, rectè solitudines appellantur, in quibus aut pauci sunt credentes, aut nullus. Quoties autem Canonicas proferunt Scripturas, in quibus omnis Christianus consentit, & credit, videntur dicere: Ecce in domibus verbum est veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima, & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis. Vel sic: Eorum verborum falsorum professores quidam quidem nec ab initio simulant Scripturas, & sic fallere tentant. Ideò (existimo) eos sermones, qui sunt*

Matt 24.

Secretæ Scripturæ solitudines, quàm verè dici possint.

Nota hæreticè nõ esse ex eundũ à prima, & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionẽ

omnino

Ecclesiæ Dei tradiderunt nobis, vt Origen. sapiẽter admonuit.

Alter sensus eiusdem allegoricus illorum verborũ *Ibidem.*

Veritas cui rei similis.

omnino extra Scripturam, ostendere volens, dixit: Si dixerint vobis, Ecce in solitudine est, nolite exire de regula fidei. Eos qui ad schisma simulant diuinas Scripturas, ostendere volens, dixit: Si dixerint vobis: Ecce in domibus, nolite credere. Quodcunque professi fuerint de Scripturis, & de mysterijs, qua sunt in eis ad demõstrationem; nolite credere quæ dicuntur. Veritas enim similis est fulguri egredienti ab Oriente, & apparenti vsque ad Occidentem, qualis est veritas Ecclesiæ Dei: ab ea enim sola sonus in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum, & velociter currit sola verè veritas Dei. Hæc ille, pulchrè, & eleganter.

Psal.18. Rom.10. Psal.147.

Qui etiã cen seri possit in deserto esse, & quis in penetralibus.

Irenæ. lib aduers. Valent. Epiphan. in Valent. Hieronym. in Matth. lib.4. tom.9.

Dici etiam potest esse in deserto, id est, in dogmate philosophorum deserto & gratia Dei, & veritate: in penetralibus verò, in intimis sacrarũ literarum secretis, & sensibus spiritualibus, in quibus multi ex hæreticis innitebantur, vt docent Irenæus, & Epiphanius. Quam simillima istis tradit Hieronymus in hunc Matth. locum, dicẽs: *Si quis promiserit vobis quòd in deserto Gentium & Philosophorum Christus moretur, aut in Hæreticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana, nolite exire, nolite credere: siue quia persecutionis, & angustiarum tempore semper pseudoprophetæ decipiendi inueniunt locum: si quis sub nomine Christi se tectare voluerit, non statim accommodetis fidem. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Nolite exire, nolite credere, quòd filius vel in deserto Gentium sit, vel in penetralibus hæreticorum; sed quòd ab Oriente vsque in Occidentem fides eius in catholicis Ecclesijs fulgeat.* Similiter & B. Augustinus libr. 1. quæst. Euang. cap. 37. *Quod Dominus dicit: Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & peruenit vsque ad Occidentem, ita erit & aduentus filij hominis: Orientis, & Occidentis nomine totum orbem voluit significare, per quem futura erat Ecclesia, incipiente Euangelio ab Ierusalem, secundum illum sensum, quo dixit: Amodò videbitis filium hominis venientem in nubibus. Conuenienter enim Ecclesiam nũc fulgur nominauit, quod maxime solet emicare de nubibus.* Consti tuta ergo autoritate Ecclesiæ per orbem terrarum clara atq; manifesta, consequenter discipulos admonet, atque omnes fideles, & qui in eũ credere voluerint, ne schismaticis atque hæreticis credant. Vnumquodque enim schisma, & vnaquæque hæresis, aut locum suum habet in orbe terrarum, partem aliquam tenens, aut obscuris atque occultis conuenticulis curiositatem hominum decipit. Ad quod pertinet quod ait: *Si quis vobis dixerit; Ecce hic est Christus, aut illic;* quod significat terrarum partes, & prouinciarum. *Aut in penetralibus, aut in deserto;* quod significat obscura, & occulta conuenticula hæreticorum.

Fidei Christi amplitudo.

Aug. tom.4. init med. & initium.

Per Oriẽtem hoc loco, & Occidentem quid secundum Aug.

Act.1.

Matt.24

Ecclesia suã fulgur Christus, teste Augustino, cur compatet.

Quod ergo dixit, Ab Oriente in Occidentem peruenturum aduentũ suum, contra illos valet, qui per terrarum particulas nominantur, & dicunt apud se esse Christũ, &c. Hęc eo animo ex Patribus produximꝰ, vt falsus sensus Centuriatorum iuguletur. Ita enim Magdeburgici ratiocinantur in Centu. 7. capit. 10. *Quid mortuis* (inquiunt) *est negotij cum templis saxeis, aut ligneis? Verbo Dei scriptum est, in omni loco Deum recte inuocari.* Et Matth. 24. Dñs monet: *Si dixerint; Hic est Christus, aut illic, nolite exire, nolite credere. Nõ igitur vnus locus alio sanctior ad orandũ.* Ita illi nebulones scripturas detorquẽt. Neque peregrinamur ad sacram ædem virginis, aut ad basilicas Sanctorum, quasi non liceat leuare puras manus in omni loco, sed quia in eius templis, & Sanctorum basilicis, aut vbi sunt eorum corpora, vel reliquię, Deus se facilius exaudire demonstrãt. Imò olim in templo exauditurum Iudæos, imò etiam Gentiles promisit, 3. Regum 8. Quòd verò hic sensus de pseudoprophetis & hæreticis, non autem de piè inuisentibus sacra loca, accipiendus sit, testatur ipse textus Domini loquentis de pseudoprophetis etiam signa edentibus; testantur & ipsi Patres. Quòd verò Sanctos, qui in manu Dei sunt, imò in throno, & ante thronum Dei, mortuos appellant: nonnisi ex maledicendi libidine, qua valent, profectum est. Non enim pro mortuis sunt habendi, qui cum Christo in cœlis felicissima vita fruuntur, & qui per signa & sanitates inuocati in Ecclesia militanti regnant.

His eisdem verbis quàm impiè Centuriatores abutantur cõtra Sanctos.

Cur eorum templa visitemus, veneremurque reliquias. *1. Tim. 2.*

3. Reg. 8.

Sanctos non nisi indignè atque maledicè à Centuriatoribus mortuos appellari. *Sap. 3.*

Luc. 17.

Quęnam ratio Christi similitudinis: Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsq; in Occidentem, &c.

¶ *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem; ita erit & aduentus filij hominis.* Ad literam aduerte, verba Lucæ: Nam sicut fulgur coruscans de sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt, fulget, reducenda esse, & declarãda per hæc quę faciliora sunt & clariora. Græca enim sic habent in Luc. Sicut enim fulgur coruscans è regione quæ sub cœlo est, in eã quæ sub cœlo est fulget, hoc est, ex vna plaga cœli coruscans fulget vsque in alteram, omnia quæ sub cœlo sunt replens subito lumine & inopinato. Respondet autem iam apertè Dominus de aduentu suo, de quo interrogatus fuerat, etsi illi de aduentu ipsius ad regnandum ad tẽpus cogitarent. Deinde in veritate Christus venturus erat; propterea voluit conditionem sui aduẽtus designare, ne videlicet fallerẽtur dicentes: *Ecce est in deserto, ecce in penetralibus.* Propterea ostendit ita se manifestum futurum, quòd subitò ab omnibus ita videbitur, vt dubitari de eo

Illud: Ecce hic est Christus, aut illic, &c. quid significet.

non

non possit. Nam vt fulgur, licèt moueatur per aërem, non apparet successiuè, ita vt nunc appareat in vno loco, & nunc in alio, sed subitò cùm gignitur, apparet per totum Horizótem eius hemisphærij in quo gignitur: ad hunc modum Iesus venier, manifestus omnibus hominibus, & repentinus, ac inexpectatus, quemadmodũ fulgur. Quare nec Solis, nec Lunæ, nec stellarum similitudinem vsurpauit: nam illa neque repentè, & subitò veniunt, sed sensim, & paulatim: neque aduentu suo exterrent, sed potiùs suo lumine oculos demulcent: & Sol, & Luna nũc sunt supra Horizontem, nunc subtus; Christus verò omnibus supra Horizontem spectabilis erit, eiusque aduẽtus omnibus terrori erit, maximè verò impijs. Christus ergo in maiestate veniet. Ridiculum est quod Caietanus suspicatur, legendum esse fulgorem, & non fulgur, vel fulgetrum: *Quia fulgor Solis*, inquit, *manè totũ in Horizontem extenditur; fulgur autem non videtur apparere per totum Horizontem, sed modicum eius spatium coruscare.* Sed non consideravit, id, quod nobis apparet fulgur, ab vna parte cœli in aliam maxima velocitate tendere, & Græcè legi ἀστραπὴ, & nulla ratione legi posse fulgorem.

Vbicunque corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Annotauimus quædam exemplaria habere πτῶμα pro, πτῶμα id est, cadauer pro corpore. Est autem πτῶμα, teste Suida, σῶμα ἄνευ τῆς κεφαλῆς: vnde Matth. 14. dicitur de corpore Ioannis. Tulerunt πτῶμα, eius ad sepulturam. Ideò Hieronym. & Chrysostomus corpus legisse videntur, sicut apertè habetur Luc. 17. & Syriacus codex in vtroq; loco habet pagro, id est, corpus. Verę enim, & genuinæ aquilæ cadauera sectari non solent, sed viua, & currentia, vel volantia prædari. Accipitur & illa vox à quibusdam Græcorum pro præda, & venatione. Et dicitur πτῶμα. quòd quæ capiuntur animalia, in terram cadant, vt feræ, quæ plagis ac retibus implicatæ tenentur, vel aues, quę percussæ decidunt. Alij verò sunt, qui corpus pro corpore mortuo intelligendum putant, vt metaphora constet: nam aquilæ siue vultures, ad corpus mortuum, siue cadauer confluunt, non ad viuum. Vt igitur cadauer aquilas, aues maximi odoratus, ad se trahit, nec indigent aquilæ, vt eis qui cadauer demonstret: ita Christus, qui bonos Christianos, vt aquilas modo suo corpore pascit, ad se omnes homines pelliciet, vt cibus grauissimus, & erit omnibus notus, atque in eo loco, vbi fuit suum corpus sepultum; fragrantiaque sua vniuersos bonos spõre, malos autem vel inuitos trahet: nam rapiemur in nubibus obuiã Christo in aëra & sic semper cum Domino erimus. Indicatur hoc verbo nobilitas beatorum corporum. Vt enim aquilæ sunt Reginæ auium & volutu, & visu omnibus alijs volatilibus supereminent: ita Sancti, qui regio animo voluptatibus imperant, & terrena omnia despiciunt, in cœlestibus conuersantes, eorum corpora agilitate, & alijs dotibus gloriosis ornata, volatu suo cæteris antecellãt; visu verò in Solis iustitiæ rotam auidissimè, & iocundissimè spectabunt. Vnde Lucas, cùm dixisset vnum assumendum, & alterum relinquendum ex lecto, mola, & agro, explicans quo esset assumendus, subiecit: *Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ*; id est, Quotquot essent aquilis similes, vbi ipse futurus esset. De quibus aquilis loquitur Dauid: *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua*; & Esaias: *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient.* Notat B. Hilarius, hac sententia expressum, in quo loco terræ sit Dominus venturus ad iudicium, nempe in eo loco, in quo passus est, & quo cadauer eius pependit in cruce. *Et dignè*, inquit, *illic claritatis aduentus expectabitur, vbi nobis gloriæ æternitatis passione corporea humilitatis operatus est.* Hæc ille.

Quidam recentiores autores, inter quos est Albertus Pighius, per hæc Domini verba intelligunt, quo pacto quis accipere possit vbi sit corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, nimirum in congregatione aquilarum, id est, Ecclesiæ Doctorum, qui in carne præter carnem vixerunt, quorum conuersatio in cœlis fuit, quorum voluntas & studium in lege Domini: qui præ alijs acutiùs cernere, & sublimiùs ea terrenis rebus subuehi potuerunt. Sed hic sensus non est literalis, sed accommodatus, & mysticus, ad mortem ædificationem faciens.

Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suũ, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur. Et tunc parebit signum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate. Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum vsque ad terminos eorum. Similia ferè Marcus, sed concisiùs, & in principio addit: *Sed in illis diebus.* B. Lucas hæc eadem ita describit: *Et erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis; & in terris pressura gentiũ præ confusione sonitus maris & fluctuum; arescentibus ho-*

1. Thess. 4.

Beatorũ corpora quã pulchrè in aquilis designentur.

Luc. 17.

Psal. 102. Esa. 40.

B. Hilar. can. 24 in Matt. Quo loco Dominus venturus sit ad iudicium, secundùm Hilar. Matth. 27. & seq.

Altera sententia, mystica tamen illa. Albert. Pig. Corpus Christi mysticum vbi sit. Ephes. 5. Coloss. 1. Philip. 3. Psal. 1. Doctorũ Ecclesiæ, laudes atque virtutes.

Iudiciũ præcurrentium signorum descriptio.

Mat. 24. Luc. 21. Illi discipulorũ quæsitoni: Dic nobis quando hæc erũt, & quod

Cur Christ' fulguri, non verò stellis, aut Soli aduentum assimilauit suũ.

Caietan. in Matt. Improbatur lectio Caiet. fulgorem & non fulgur legendũ potiùs suspicantis.

Cùm dicitur Vbicunque fuerit corp', &c. corpus an cadauer sit intelligendum. Suidas. Hieronym. in Matt. 10. 9. Chrys. ho. 77. in Matt. to. 2.

Boni Christiani in aquilis designantur.

signum aduẽtus tui, & cõsummationis seculi: nunc Christus quo modo respõdeat.

Matt. 24

Post tribulationem qualem Sol contenebrabitur & Luna non dabit lumen suum, & rel.

Refellitur opinio quorũdam asserentium 40 dies pœnitentiæ ante signa iudicij. Tert. at. q. 151. ut c. 24. Mat. Matt. 3. In quib. diebus Christi Ioan. prædicauit in deserto Iudææ pœnitentiam. Luc. 3.

Quę signa erunt in Sole, & Luna, & Stellis secundum Matth. & quando, teste Luca. Chrys. ho. 77. in Matt. to. 2. Hieron. to. 9.

De signis illis vaticinium Ioelis. Ioel 2. Act 2.

Alter sensus Aug. de tempore signorũ

bus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cœlorum mouebuntur: & tunc videbunt filium hominis venientem cum potestate magna, & maiestate. Hîs autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Hoc loco manifestè Dominus ad quæstionem de aduentu suo in se ipso respondet, post quam satisfecit illi quæstioni; *Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi?* Cui adiungit quæstionem de aduentu, vt distinguatur ab aduentu pseudochristorum.

Ait enim Matthæus: *Statim post tribulationem dierum illorum.* Marcus: *In illis diebus post tribulationem illam Sol cõtenebrabitur.* Et intellige textũ de subintellecta tribulatione Antichristi tempore excitanda: quia de aduentu Christi ad iudicium sub voce fulguris apparentis mentionem fecerat. Nam ante euersionem Ierosolymæ non fuit Sol obscuratus, neque statim post dirutam Ierosolymam talis apparuit.

Nec approbandi sunt quadraginta dies pœnitentiæ, vt ait Episcopus Abulen. ante signa: quia nulla est eius rei mentio in Scripturis, & sat sunt dies signis iudicij deputati. Et quemadmodum apud Matthæum cum dicitur: *In diebus illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens, Pœnitentiam agite*, non significat illos dies infantiæ Christi, de quibus fecerat mentionem, sed dies postquam iam compleuerat triginta annos: ita nunc, cùm ait: *Post tribulationem dierum illorũ*, non dies illos intelligere debemus euersionis Ierosolymæ, de quibus paulò antè, sed illos Antichristi dies in illis Ierosolymæ tribulatæ figuratos.

Quæ verò Lucas in genere dixit: *Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis*; Matthæus apertè explicat, dum ait Solem obscurandũ, Lunam non daturam lumen suũ, & Stellas de cœlo casuras: hæc non intelligas ipso die aduentus Christi euentura, vt Chrysostomus, & Hieronymus putant, sed præcedẽt eius aduentum, vt Lucas insinuat, qui signis in Sole, & Luna existentibus, & mari, fluctibusque sonantibus, hominibus prætimore arescentibus, & expectatione eorum, quæ superuenient vniuerso orbi, dicit: Tunc videbunt filium hominis. Illis ergo existentibus, necdum completus erit Domini aduentus. Idem etiam tradit Ioel: *Sol*, inquit, *conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.* ad quod videtur Dominus hic alludisse. Porrò B. Augustinus epistola ad Hesychium, quæ hic dicuntur de obscuratione Solis, & Lunæ, & pressura gentium putat cõplenda in Ecclesia Christi, quæ dicitur pulchra vt Luna, electa vt Sol; quo significetur eam sic obscurandam persecutoribus in eam valde sæuientibus, vt non sit amplius apparitura.

Per stellas cadẽtes, & virtutes cœlorum commouendas, innuitur, multos, qui gratia fulgere videbantur, persecutionibus cessuros, & fideles firmissimos turbandos. Per pressuram gentium accipit idem Doctor, non afflictionem, quam gentes sunt passuræ, sed quã gentes impiæ sunt allaturæ fidelibus. Et huius sensus reddit rationem: quia videlicet si aliter hic locus intelligatur contradiceret Apostolo, dicenti: *Cùm dixerint, pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.* Quare intelligit, fideles, instante aduentu Domini, maximis doloribus, & afflictionibus excruciandos; infideles verò, remoto omni timore, arridente mundi felicitate dicturos, Pax & securitas. Addit deinde, quòd sensibilia in Sole, & Luna signa, iam olim ante primũ Domini aduentum acciderunt: quandoq; & pressura gentium præ timore, varijs seculis contigit. Et subdit: *Hæc in Ecclesia melius existimo intelligi, ne Dominus Iesus, appropinquante secundo aduentu suo, ea pro magno prædixisse videatur, quæ huic mundo, & ante primum eius aduentum consueuerant euenire, & irrideantur ab eis, qui hæc, quæ velut nouissima, & omnium maxima horrescimus, plura in historia gentium, & multo maiora legerunt.* Sic ille.

Verùm hic sensus, mysticus est, & allegoricus, vt & ille, quem hic producit Origen. non autem proprius, aut historicus, & genuinus. Quod ex Luca euincitur dicente, futura signa in Sole, Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium. Quo significatur, & in cœlis futura tunc quædam & in terris, adeò vt arescant homines præ timore eorum, quæ superuenient vniuerso orbi, eo quòd virtutes cœlorum sint commouendæ, quarum commotio, causa significatur anxiæ expectationis hominum: sicut cum ait: Et in terris pressura præ cõfusione sonitus maris, & fluctuum, denotatur gentes angustiandas propter maris commotionem. Ideò afflictio gentium non potest commodè accipi de afflictione à gentibus inferenda fidelibus, sed de angustia animi, qua omnes nationes terræ torquebuntur. Vnde verbum Græcum συνοχὴ, magis angustiam animi, quàm externam afflictionem & pressuram significat. Veraciter ergo Sol & Luna, cum cæteris syderibus ad tempus suo lumine intelliguntur priuanda, vt factum est tempore passionis Dominicæ: ita erit prope secundum Domini aduen-

illorum, sed mysticus. B. Aug. epist. 80. tom. 2. Cant. 6.

Quæ stellæ cadent de cælo, & virtutes cœlorum cõmouebuntur eodẽ autore. Pressura gentium in terris quæ futura. August ibid. 1. Thess. 5.

Altera sent. huic loco cõgruentior, & aptior.

Signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium, vt idem opinatur, quãdo contigerint.

Quid confusio sonit' maris, & fluctuũ

tum, vt tradit Lucas, ita vt homines præ timore crucientur, & arescant. Nec obstat: *Cùm dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus*; nam ad interitum illius pertinent quæ hic dicuntur de obscurandis Sole, Luna, commouendis cœli virtutibus, & maris fremitu, quæ inopinatò omnibus superuenient. Et sicut daturus legem in monte Sinai, tempestate præcedente venit: ita & veniès ad viuos & mortuos iudicandos, de quo Psaltes: *Deus*, inquit, *manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Et quæ tunc euenient, multo sunt futura maiora his quæ aliquando in illis elementis accidisse cõspecta sunt & diem Domini aduenientis, non longe portendent, sed præsentem quasi exhibebunt. Non enim hæc signa sunt illa, quæ significare solent aliquid postea futurum, sed pro rebus insolentibus, miraculis, & prodigijs accipiuntur. Et moris est Scripturarum, per obscurationem Solis, & Lunæ, Stellarumque, & similium, quæ hic dicuntur, metaphoricè significare summas vltionis diuinæ tempestates, sicut apud Esaiam cùm est sermo de Babylone, & apud Ezechielem de vltione Pharaonis: quia in summa angustia constitutis videtur totus mundus perturbari, Sol obscurari, Terra tremere, Mare fremere, non quòd ita sit, sed quòd angustiatis ita videatur. Et reuera illæ vltiones de Babylonijs, vel Aegyptijs sumptæ, extremi iudicij quoddam specimẽ dederant: & ideò in illis admonebant Prophetæ de vindicta postremæ diei. Hæc autem verè futura esse in iudicio, & non solùm quòd ita videantur afflictis, docet Petrus: *Aduenier autem*, inquit, *dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.* Prædixit etiam illa omnia Aggæus: *Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram, & mare, & aridam*; quæ etsi referri possint ad primum Christi aduentum, tamen possunt etiã hæc ad secundum accommodari, vt Apostolus docet ad Hebræos. Conuenit etiam hoc cum illo Psalmi: *Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea.* Et quod primùm ait Solem obscurandum non intelligas, deficiente nutrimento exhalationis, vt lucerna deficiente oleo extinguitur, vt quidam putarunt: nam si hoc esset, iamdiu Sol defecisset vel saltem non vniforme fuisset eius lumẽ. Nec rursus intelligas obscurãdum eclipsi naturali: quia res naturalis non esset signũ liberi aduentus Christi. Nec præterea comparatione maioris lucis Christi putes obtenebrandum: quia ponitur vt signum futuri Christi aduentus, non præsentis. Neque accipias ex fumo ignis conflagrationis lumen suum amissurum illum: quia conflagratio die ipso aduentus erit, & ita luminariorum obscuratio haud præcederet.

Luc. 21. Illud Apostoli: Cùm dixerint Pax, & securitas, tunc repẽtinus eis superueniet interit', quo modo verum sit. *1. Thess. 5. Exod. 19.*

Psal. 49.

Quid obscurationes Solis, Lunæ, atque Stellarũ scripturæ significent *Esa. 13. & seq. Ezec. 32. & se.*

Diuinè de Babylonijs & Pharaone vltionis symbolum.

2. Pet. 3.

Aggæi de signis iudiciũ præcurrentib' vaticiniũ.

Heb. 12. Psal. 74.

Excluduntur modi quatuor quibus existimari possit Solem obscurandum.

Ergo ante iudicium Deus miraculo subtrahet lumen, vt apud Ioëlem dicitur: *Sol*, inquit, *conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.* Sed post redibit ante iudicium, & ita obscurabitur interiectione corporũ inter cœlum & nos à Deo facta, vt in passione factum putant nonnulli. Nam Deus facere potest per hoc, vt non amplius sint luminosa, sed videntur multiplicari signa sine necessitate, cùm natura sua sint luminosa, & postea illuminare debeant. Conuenit autem obscuratio (quod certè magnum est signum) aduentui magno Christi. Nam si primùm præcesserunt signa cœli in aduẽtu eius primo: propterea fuit terribili, & luctuoso quasi condolebunt cœli. Nec debuerunt hæc significari augmento lucis: quia lux non perterrefacit, vt eius absentia, nec res ita discerni facit. Nec debebant statione, vel retrocessione Solis signari: quia hæc signa pro re parua data sunt in veteri Testamento. Nec hæc etiam obscuratio Solis, Lunæq; simul esse potest: Sol enim die tantùm obscurari potest: Luna verò tantùm nocte, vel sequenti, vel alia. Neque secundum partem aliquam, ne eclipsis naturalis putetur. Ideò extra tempora eclipsium, id est, coniunctionis, & oppositionis, continget, vt in passione duraret aliquandiu, vt ab omnibus posset videri: quia plangent omnes tribus terræ, & putabunt signum rei magnæ, & terribilis. Et per tres, vel per quatuor horas, vt in passione, non multo plus, ne omnia viuentia pereant: nec minus, quia non intrarent per motum luminaria omnium hemisphæria, vt Indorum Occidentalium. Erunt autem signa mali venturi toti orbi: sed quia illa nesciuntur ab omnibus esse communia, debuerunt in cœlo esse, quia etiam cœlum mutabitur, vt omnibus sint conspicua. Est autem magna tribulatio, defectos luminariorum, ob defectum influxus luminis, à quo ita pendemus, vt constat in eclipsi naturali, & in tenebris, quæ Aegypto in signũ magnæ plagæ inflicta est, & in passione etiã constat inimicos reuerisse percutientes pectora sua. Stellæ etiam cadent de cœlo, id est, crebri cometæ terribiles, vt in aere significetur commotio. Et Christus loquitur vt vulgus, dicendo Stellas de cœlo cadere, nimi-

Verus mod⁹ assignatur. *Ioel. 2. Act. 2.*

Sol quomodo obscurabitur. *Matt. 27.*

Christi magno aduentui quàm conueniat obscuratio Solis, ac Lunæ.

Cur magis in obscuratiõe Solis ac Lunæ apparebunt signa, quàm in alia re circa ea contingente. *Ioſue 10.*

Quo tempore contingeret hæc obscuratio Solis ac Lunæ. *Matt. 27.*

Quandiu durabit hæc luminis defectio.

Signa ista in cœlo cur fiẽt.

Obscuratio Solis, & Lunæ cur magna sit tribulatio. *Exod. 10.*

Luc. 23. Stellæ quomodo cadẽt de cœlo.

nimirum in speciem: quemadmodum extingui iudicant stellam, cùm ipsorum subtrahitur aspectui. Alioqui stellas, quia grauitate carent, & quantitate, illarum multæ terram superant, terra ipsas non caperet, si vera sunt quæ ab Astrologis dicuntur de stellarum magnitudine.

Astrologi de stellarum magnitudine quid senserint.

Et virtutes cœlorum commouebuntur. Hæc omnia describuntur ad significandã seculi consummationem, in qua cessabũt omnes partes orbis à conditione status sui: ideò oportet in omnibus partibus orbis fieri signa, vt in Sole, Luna, & Stellis, & in virtutibus ipsis cœlorũ, quæ sunt intelligentię ipsę siue intellectuales substantiæ mouẽtes orbes: quæ à Marco apertiùs vocãtur virtutes quæ in cœlis sunt, vt ostendat, non esse conditiones aliquas corporum cœlestium, sed substantias separatas, siue sint Angeli, spiritus potentes virtute (non mole) ad faciendum verbũ illius, siue sint peculiariter illi spiritus, qui vnum de nouem choris ordinem cõstituunt. Vnde Origen. in hæc verba ait: *His accidentibus, consequens est, cœlorum rationabiles virtutes patientes stuporem, consummationem aliquam pati, & conturbari, remotas videlicet à primis functionibus suis.* Et addit rationem B. Thomas: *Quia si ordo virtutum est medius in secunda hierarchia, vt vult Dionysius, & hæc primum locum tenet inter exequentes exteriora ministeria, inter quæ nullum maius esse videtur, quàm dispositio causarum vniuersalium: hinc maximè videtur administratio corporum cœlestium ad ordinem virtutum pertinere.* Dicuntur etiam virtutes cœlorũ, ad differentiam dæmonum, qui in aere caliginoso versantur, & terram circuunt, quærentes quem deuorent. Mouebũtur autem istæ virtutes, faciendo mira, & insolita, respectu quorum nunc quietæ sunt. Cessatio enim à custodia, & motu cœli, nec est signũ nec præcedit iudicium. Timor etiam ille, & stupor, quem assignat Origenes, non cadet in beatos: nec si maximè caderet, illa esse possent signum hominibus, quia eum non vident. Et in Luca hic timor vt caussa præcedentium mutationum ponitur: *Nam virtutes*, inquit, *cœlorum mouebuntur, vt effectus alij dicti signa sint venturi Christi.* Alij, simpliciùs fortassis, per virtutes cœlorum accipiunt sidera, & astra, quæ in Scripturis dicuntur militia cœli, & virtutes, id est, exercitus cælorum. Hinc per Dauidem dicitur: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et in oratione Manasse: *Te laudat omnis virtus cœlorum*; & rursus Dauid: *Laudate eum omnes virtutes eius*; Et explicans, subdit: *Laudate eum Sol, & Luna: Laudate eum omnes Stellæ, & lumen.*

Virtutes cœlorum quænam commouebuntur. *Mar. 13.*

Psal. 102.

Orig. tract. 30 in Matt. 10 2.

Virtutes cœlorũ quomodo commouebuntur, secundùm Origen. *B. Thom. B. Dionys. de cœlesti hier. cap. 7. & 8.*

Virtutes cœlorum etiam quare dicantur. *1. Pet 3.*

Quomodo rursus mouebuntur istæ virtutes. *Luc. 21.*

Quis alij quidam non inepte virtutes cœlorũ asserant commouendas. *Psal. 32.*

2. Reg. 36.

Psal. 148.

Quoniã enim homines conspicient omnes istas cœlorum virtutes cõmoueri à suo statu; idcircò trepidabunt, & præ timore expectabunt mala, quæ superuentura putantur. Quòd ergo superiùs dixit: *Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis*; idem repetit, pro ratione producẽdo, quòd virtutes cœlorum prædictæ commouebuntur.

Iustè autem eis Sol obscurabitur, atque indignabitur, quia lumine abusi sunt suo ad flagitia perpetranda; & ad significãdum Christum iratum, & quia noluerunt in se obscurare Solem humanæ prudentiæ, & concupiscentiæ, & Lunam instabilitatis, & Stellas sensuũ sub fidem humiliare, & carnis terram premere contritione magna, vt mare. Omnia ergo elementa testabuntur sub aduentum Domini, sua ministeria, quę hactenus exhibuerunt hominibus, iam finem acceptura, quando Dominus in proximo aderit reddere vnicuique iuxta facta sua. Tu ergo quoties lumen Solis, Lunæ, vel Stellarum videris; recordare citò venturum tempus, in quo sub aduentũ iudicis mirabilis futura sit mutatio. Et dũ adhuc illa pretiosa lumina tibi lucent; fic vtere illorum lumine, vt his deficientibus, lætus Christum illum iudicem expectare possis. Multa porrò de his signis scribuntur, quæ nõ existimo posse ad viuum resecari: *Quia*, vt Irenæus ait, *Omnis prophetia priusquam habeat efficaciã, enigmata, & ambiguitas sunt hominibus. Cùm autem venerit tempus, & euenit quod prophetatum est, tunc Prophetia habent liquidam, & certam expositionem.* Hęc magnus Irenæus.

Subdit Matthæus: *Et tunc parebit signum filij hominis in cœlo.* Hoc signum quale sit, satis antiquissimi Patres docẽt, & indicat Ecclesia, quæ cantando, ait: *Hoc signum Crucis erit in cœlo, cùm Dominus ad iudicandum venerit.* Testatur etiam idem vniuersa Ecclesia quæ signo Crucis, tanquam proprio Iesu Christi, in omnibus vtitur. Petrus Cluniacensis: *Nihil adeò*, inquit, *eum decl.ruit esse filium hominis, quàm mors, quam nullus euasit Filius hominis, & quam in cruce pertulit.* Hæc ille. Apparebit autem in cœlo, vt notetur cœlum merito Crucis possideri. Et ita electis Crux currus igneus est, qui Heliam è terra in cœlum sustulit, arca Noe, quę post diluuiũ super montes Armeniæ requieuit: & arcus fœderis in nubibus, de quo Dominus dixit: *Erit arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum, & omnem animam viuentem vniuersæ carnis quæ est super terram.* Porrò Crux illa, quæ supplicium, & confusio fuit filij Dei, & quæ Iudæis fuit scandalũ, Gentibus

Quibus de caussis præcipuè Sol obscurabitur.

Elementorũ commotio miseris quid portendet mortalibus *Matt. 16.*

Sole, Luna, & astris nunc quomodo nobis vtendum.

Irenæus. lib. 4. cap. 43. Prophetiæ quid propriũ sit, secũdum Irenæum.

Signum filij hominis quale in cœlo apparebit.

Petr. Cluniac. lib. 1. epist. 1.

Illud signum vbi apparebit, quid significabit: eius figuræ, & typi.

4. Reg. 2. Gen 8. Infra 9.

1. Cor. 1.

tibus stultitia, veniet ad confusionem Iudæorum, & omnium infidelium, visa redemptione in ea peracta, & pompa regis Christi.

Signum filij hominis apparituru quod intellexerint rudes Christi discipuli.

Discipuli autem tunc non percipientes Christi verba, vexillum Regium intellexerunt, sed non quale esset. Et crux, quæ ex elementorum materia constabit, Sole ipso iocundior, ac fulgentior bonis apparebit. Credunt etiam sancti Ecclesiæ Doctores, non solã Crucem, verùm etiã cætera arma, insigniaq;, quibus laceratum fuit Domini corpus, apparitura, vt colúnam, cui alligatũ illud flagellarunt; flagella ipsa, spineã coronam, clauos, spongiam, arundinem, qua caput eius percussum, lanceam, & reliqua, quæ pertulit pro nobis in carne sua filius ille hominis. Quin etiam monet quidam, signum Crucis non tantùm in cœlo apparituru in illo die, sed etiam in frontibus singulorum hominum, quos ad salutem elegit Deus, iuxta illud Apocal. *Vide alterum Angelum habentem signum Dei viui.* Et subdit: *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quousque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum*; & illud Ezechielis: *Signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius*, scilicet Ierusalem, quæ Ecclesiam significat.

Signũ illud ex quare cõstabit: quale videbitur electis.

Quæna alia etiam Christi signa tunc apparebunt secundũ patres *Ioan 19.*

Vbi etiam apparebit illud signum filij hominis: vt pij quidam viri meditantur. *Apoc.7.*

Huius fundamentum doctrinæ quod. *Ezech.9.*

Hoc autem signũ vel veniet simul tempore cum iudice; vel, vt alij sentiunt, tempore obscurationis luminariorum in edito aeris loco apparebit, quo ab omnibus cerni possit: eritque extensum super nos per aliquot dies, & noctes, & post desinet apparere; & rursum veniéte Christo, vt vexillum præcedet ante eum.

Quando apparebit hoc signum, quemodo & quãdiu.

Et tunc plangent omnes tribus terræ.

Zach.12. *Apoc.1.*

Idem docet Zachar. & liber Apocalypsis. Hæc ergo ante iudicium erunt, quia in iudicio non erunt tribus: & boni non plangent, sed lætabuntur. Est autem plangere, cum fletu pectus tundere, seu percutere, iuxta illud Ouidij:

Quando plãgent omnes tribus terræ. Qui non plãgent. Plangere quit fit. *Ouid. lib 2. Metamorph.*

Plangere nuda meis conabar pectora palmis.

Ita enim solent, quibus dolor, & luctus intolerabilis contigit, se percutere. Et statim sequitur in textu: *Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate: & mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, &c.* Ob mala enim signorum, & per ea rerum quæ significantur, plorabunt omnes, etiam fideles, sed plus multo infideles, quia illa non præuiderunt, & nihil habent, quod post hanc vitam sperent, quæ luctus maxima est causa. ¶ *Et videbunt*, inquit, *filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate.*

Qui tunc plãgent, & quare.

Luc.21. Quemadmodum Christ⁹

Idem ferè Lucas. Dixerunt Angeli in Ascensione: *Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* Ascendit autem nube susceptus: ita etiam veniet, sicut & in Daniele dicitur: *Ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat.* Nubes præstabunt vt tolerari possit ab omnibus summa claritas, & splendor aduenientis Christi, partim ad gloriæ Christi aduentum, cui nubes velut sedes erunt, & vehiculum Deo proprium in Scripturis. Dicitur etiam, cum virtute multa, id est, magna & maiestate, vel gloria ad distinctionem primi aduentus, in quo venit cum magna infirmitate, & humilitate. Virtus quidé apparebit in eo, quòd eius imperio omnes mortui statim resurgent, & omnes in momento, & in ictu oculi congregabuntur ad ipsum, & vel inuiti omnes illi curuabunt genua, cœlestes, terrestres, & inferni, vt iudici supremo. Maiestas vel gloria relucebit in corporis claritate, & Angelorum stipantium multitudine. Et hic sermo ponit omnes homines iam suscitatos: quia ante, cùm essent dispersi, non viderent ipsum, & Christus iudicaret ante terminum.

veniet ad iudicandum. *Act.1. Dan.7.*

In nubibus cur veniet Christus ad iudicium.

Quod verò subdit: *Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna; & congregabunt electos à quatuor ventis:* recapitulatio est; quia mittere, actus est iudicis: & congregatio fit ad locum, vbi est iudex. Ideo de eius aduentu prænarratur, licèt ferè simul hęc cõtingant: sed cõgregatio aliquo modo prior est. Veniet autem lentè, & gradatim ab ea parte, qua videri poterit, quo maiestas, & locus cœli, vnde venit, spectetur, quemadmodum in Ascensione, vt verè venientem videãt. In nubibus ait, siue, vt Lucas, in nube. Ipse enim in nube quadam singulari: nonnulli verò ex Angelis & beatis suas etiã nubes ad maiorem Christi gloriã, & splendorem habebunt, verùm magnitudine, & claritate inferiores. Quemadmodũ etiam Apostolis promisit duodecim sedes tribus Israel. Nubes autem, erit quasi sedes maiestatem ostendens.

Christus qua re in virtute, multa & maiestate veniet ad iudicandum. *1.Thess.4. Philip.2.*

Christus autem motu grauitatis non descendet: quia non sisteret vsque ad terram, & velociùs in fine, quã in principio moueretur, sed dote agilitatis. Nubes etiam non à principio intrinseco motum habet, quia ad latera moueretur, & nisi resoluta nó descẽdit deorsum: nec sisteret in aere, quemadmodum nec à vento agitata: nec sedenti Christo adaptaretur, sed ab Angelo motum nanciscetur: quo non mouẽte, natura sua staret. Eritque alia nubes numero ab illa ascensionis: quia hæc entia parum durationis habent, cùm non sint in specie ali-

Qua figura sit dictu; Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, &c.

Quomodo veniet Christus ad iudicium, lentè, an festinanter. *Act.1. Luc.21.*

Qualis erit Christi iudicis nubes. *Matth.19. Luc.22.*

Quomodo mouebitur Christus in nube, & nubes similiter ipsa.

An nubes erit distincta ab illa ascensionis, necne.

qua nisi pluuiæ: vnaque tanget Christum, alię erunt sub pedibus. Vocat autem nubes cœli, quia in aere, vel cœlo secundùm vulgus propinquo sunt, quia non videt sphœram ignis. Veniet autem cum virtute multa, id est, potestate iudicandi: quam in via non habebat, quia necdum subiecta erant ei omnia. Veniet etiam in maiestate; id est, maximo statu, siue apparatu. Nam paullatim seruient nubes, aderũt comites Angeli, occurrent boni in aëra, subiecti in terra erunt omnes. Secus in primo aduentu: etiãsi diem Transfigurationis, vel solennem ingressum in die Palmarum enumeres.

Nubes cœli quare dicantur.

Quomodo apparebit Christus cũ virtute multa. *1.Cor.15.*

Qua veniet in maiestate Christus ad iudicandũ. *1.Thess.4. Matt.17. Ioan.12.*

Cur mittet filius hominis Angelos ante iudiciũ.

Vbi iudiciũ fiet.

Emittet autem Angelos, etiam de alijs ordinibus à primo, ad congregandum cineres electorum ad locum maioris partis eorum. Deinde ed coaptãdum corpus; quod vbi fuerit coaptatum; à Deo in momento viuificabitur: *Et electos suos*, inquit, nõ quidem tunc viuentes, quia nulli erunt tunc, neque erunt à summis cœlorum, id est, in sphœra ignis congregandi. Nec omnes essent prædestinati, qui primi reperirentur: nec omnes homines, quia electio est de aliquibus tantùm. Ergo prædestinatos intelligit, quos solùm ob honorem nominat: licèt damnati ad gehennam sint pertrahẽdi: & vt quidam volunt, non à dæmonibus, quia esset honor cooperari in resurrectiõe: nec ad gehennam portabũt damnatos, etsi ignem, qui ad pœnam infligendam spectat, ministrabunt. Verùm hæc ratio quantum roboris ac firmitatis habeat, alijs iudicandũ relinquo. De electis verò ait Paulus: *Simul rapiemur cum illis obuiam Christo in aëra*; Ab Angelis nimirum rapiemur ob honorem, etsi electi non egebunt, quia habebunt dotem agilitatis, & volent ire.

Qui erunt electi per Angelos congregandi.

Cur dæmones nil cooperabuntur resurrectioni malorum, secundùm aliquos.

1.Thess.4.

Electi cur ab Angelis rapientur obuiã Christo in aëra.

Cum tuba & voce magna qua mittet Angelos Christus. *1.Cor.15.*

1.Thess.4.

Mittet verò Angelos cũ tuba, & voce magna. Vbi cõiunctio, *Et*, expositiuè accipi potest, vt per tubam intelligatur illa ipsa vox magnæ virtutis, quæ Angelico fiet ministerio, quæ ad modum tubæ magno cum terrore sonabit: de qua Paulus ad Corinthios: *Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti*, & ad Thessal. *Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo.* Vbi idem sunt, iussus, vox Archangeli, & tuba Dei.

Quatuor autem ventos, vocat quatuor mundi plagas, nimirum Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Austrum, vnde quatuor præcipui venti oriũtur, in quibus comprehẽdit & medios. Ac subdit: *A summis cœlorum vsque ad terminos eorum.* Græca litera habet Ἀ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν: id est, ab extremis siue à summis cœlorum, vsque ad extrema, siue summa eorum: significat, ab vno polo vsque ad alterum è regione oppositum: vel, ab vna cœli extremitate vsq; ad alteram cœli extremitatem. Sic dixit Dauid: *A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius*, quod est, ab Oriente in Occidentem. Sic etiam dicitur in Deuter. *Interroga de diebus antiquis, &c. à summo cœlo vsque ad summum eius*, vult dicere; Ab omnibus hominibus qui sunt super terram, ab vno cœli termino vsque ad alterum. Ex quo apparet, idem esse summum cœli, quod summum terræ, vel extremum. Quod ex Marco etiam patet, qui habet: *A summo terræ vsque ad summum cœli*, ab vna scilicet terræ extremitate ad alteram cœli extremitatem oppositam. Et in Scripturis frequenter pollicetur Deus se congregaturum suos ab omnibus mundi partibus: vt cùm ait: *Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Noli prohibere.* Quo modo loquendi hyperbolico significat, ab omnibus locis congregandos electos, vbicunque tandem delitescant; quoniam nullus est locus, quin intra hos duos cœli terminos contineatur. Vel significantur per hęc ambo hemisphœria, quorũ neutrum est alio inferius, sed ambo summa, & ambo suprema, vt comprehẽdat loca omnia, vbicunq; possunt inueniri animæ, siue corpora electorũ. Nisi velit significare, sanctorum corpora in aërem, siue ventum esse per combustionem conuersa, ita vt Angeli piorum reposcant corpora ab aëre, qui in sacris literis cœlum dicitur.

Quot modo ventis fiat electi cõgregandi.

Quid sit: A summis cœlorum vsque ad terminos eorum.

Adiungit istis Lucas: *His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Græca vox est ἀπολύτρωσις, id est, vt expẽdit Theophyl. consummata redemptio omniũ malorum corporis, & animi euacuatio. His autẽ verbis hic sensus inest: Cùm hæc omnia, quæ diximus, incipere fieri videritis: ad quæ verba referenda sunt verba Matth. & Marci: *Cùm videritis hæc omnia fieri*, id est, quòd incipiant fieri, nolite submissis in terram oculis, quasi tristes, ac desperati incedere, sed leuate capite vestra, hoc est, recipite animum, confidite, omnemq; metum ex cordibus vestris excutite: quoniam hæc vobis non ad exitiũ, sed in commodum vestrũ cedent. Appropinquat enim redemptio vestra, de qua Apostolus: & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorũ Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Nam etsi hactenus filij Dei sitis, & redemptionem spirituum vestrorum in cordibus vestris receperitis, adhuc tamẽ corpus corruptioni est obnoxiũ, & diaboli insultibus,

ad terminos eorum.

Psal.18.

Deut.4.

Summũ cœli, & summũ terræ, non esse diuersa, sed vnum atque idem.

Esa.43.

Quid apud Esa. Dicam Aquilonj, da & Austro, noli prohibere.

Alter sensus illorum verborũ: A summis cœlorũ, & reliq.

Tertius sens.

Aeris in sacris literis frequens acceptio. *Luc.21. Theophyl. in Lucam.*

Explicantur hæc Domini verba: His aũt fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redẽptio vestra.

Rom.8.

Philip. 2.

& vexationibus eſtis expoſiti, & viuitis in medio nationis prauæ, & peruerſæ, cum quibus vobis continuum gerẽdum eſt bellum. Verùm ab his omnibus moleſtijs redimendi eſtis, & ad finem redemptionis poſtremum, qui in glorioſa Dei viſione, ac fruitione, corporiſque immortalis claritate, felicitateq; conſiſtit, peruenire aliquando debetis: vt ita ſicut iniuſtitia, & ſanctitate, ita in beatitudine, & felicitate æterna conformes efficiamur Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui cum Patre, & Spiritu ſancto communis eſt gloria, honor, & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Finis vltim' noſtræ redẽptionis in quo conſiſtat.

TRACTATVS XLI.

Tract. 86.

In illa verba: *Ab arbore autem fici diſcite parabolam: Cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis quia propè eſt æſtas. Ita & vos, cùm videritis hæc omnia, ſcitote quia propè eſt in ianuis. Amẽ dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. De die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cælorum, niſi ſolus Pater. Sicut autem in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis, &c.* Matth. 24. Marc. 13. Luc. 21. & 17.

Quo tendat Chriſtus propoſitis in verbis.

CVm multa ſigna præcurrentia, cum excidium vrbis, tum mundi conſummationem, hactenus prædixiſſet, admonet iam, vt, illis viſis, nulla ratione dubitent de exitu & euentu rerum à ſe prædictarum. Aſſumit ergo Dominus ſimilitudinem fici quæ vbi cœpit folia, & fructus producere, ſignum eſt æſtatis inſtantis. Apud Lucam autem non tantùm ficus, ſed etiam cæteræ arbores adhibentur in parabolam, ita enim ſcribit: *Videte ficulneam, & omnes arbores: quum producunt iam ex ſe fructũ, ſcitis quoniam prope eſt æſtas.* Quod D. Ambroſ. putat non ſine myſterio factum: nempe quòd ante diem iudicij Iudæi, quos ficus ſignificat, & omnes Gentes, quas per cæteras arbores comprehendit, ad Chriſtum ſint cõuertendæ. Quod cùm factum fuerit, tunc in propinquo eſſe æſtatem illam, quam nulla ſequetur hyems, nullaque tempeſtas, ſed qua ſancti Dei in ſumma tranquillitate, & omnium bonorum affluentia claritate regni ſui perfruentur. Neque refert, quòd Matthæus tantùm de ramo tenereſcente, protrudente gemmas ac folia loquatur, Lucas verò addit etiam fructum, quòd paullò ante æſtatem ficus proferat, vt ſignum ſit magis imminẽtis æſtatis, etiamſi ferè ſimul folia, & fructus, & prope æſtatẽ producat. Et exemplum dedit verbi miniſtris, vt fideliter, & prudenter omnem ſimilitudinibus vulgatiſſimus moueãt lapidem, donec populus quæ obſcura ſunt, exactè intelligat: *Ita & vos cùm videritis hæc omnia, ſcitote quia prope eſt in ianuis.* Prouerbiali ſermone id dicitur eſſe in ianuis, quod propinquum eſt, vt veniat, eo quòd prope ſit ad ingreſſum, qui aſſiſtit oſtio. Lucas ait: *Scitote quoniam propè eſt regnum Dei*; illud nimirum, quod petimus in precatione Dominica aduenire vt neque Diabolus, neque mundus, neque mala concupiſcentia in nobis regnet. Et idem eſt regnum Dei quod ſuperiùs dixit: *Appropinquat redemptio veſtra.* Et quod ait: *hæc omnia*, intellige ſigna euerſiõis reſpectu Ieroſolymę, & rurſus ſigna iudicij reſpectu aduentus Domini: ſed præcipuè de hoc ſecundo eſt ſermo. Nam per euerſionem ciuitatis non appropinquauit redemptio Apoſtolorũ, quia iam vita functi, nec etiam regnũ Dei. Nec valet quod loquitur Apoſtolis; quia vt alibi dicitur: *Quod vobis dico, omnibus dico*, nec enim Apoſtoli tempore euerſionis ſuperfuerũt. *Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.* Ne quis tantis de rebus vel tantillũ dubitaret, aut tanquã vanas minas contemnendas exiſtimaret, aſſertione ſibi conſueta confirmat, quæ hactenus de excidio Ieroſolymorum, & de conſummatione mũdi, & extremo ad iudiciũ Chriſti aduentu prædixerat. Dubium aũt eſt inter Patres, quid ſignificet illud verbum: *Generatio hæc*, quæ Græcè dicitur, ἡ γενεὰ αὕτη, quæ vox non tantùm nationem ac gẽtem, ſed etiam ætatem, vel ſeculũ ſignificat: vnde Neſtor dicitur vixiſſe τρεῖς γενεάς, id eſt, tres ætates, iuxta illud Poetæ: *Vixi annos bis centum; iam tertia viuitur ætas.* Sicut apud Hebræos Dor, quæ verti ſolet generatio, accipitur pro ætate 100. annorum, vt cũ dicitur, Quarta generatione reuertentur, id eſt, poſt 400. annos: ita etiã γενεὰ accipitur. Et in hoc poſteriori ſignificatu vertit Eraſmus: Non prẽteribit ætas, atque hunc ſenſum ſequitur Abulenſis in Matth. *Quia alioqui*, inquit, *non innueretur breuis duratio, nec verũ gerendarũ denotaretur terminus. Manifeſtum eſt enim, quòd ante finem Iudæorum, vel electorum Eccleſiæ, vel in genere hominum illa omnia fient: atque ita generatio nonniſi tũc viuentes ſignificat, et ita de euerſione hac accipienda ſunt, & hominibus tunc exiſtentibus. Nam Ioan. excidio ſuperuixit, & alij. At q; ita poſt ſigna ſecundi aduẽtus, rediret ad ſigna euerſionis.* Sed hunc ſenſum non agnoſcunt

Quibus exẽplis, & ſimilitudinib. prædicatores ad populum vti debeant exẽplo Chriſti.

In ianuis eſſe quid dicatur

Luc. 21.

Supra 11.

Quid ſit hoc regnum Dei, quod Chriſt. ait appropinquare.

Illud: Cùm videritis hæc omnia, ad quid referendum ſit.

Marc. 13.

Quę generatio ſit hæc quę non prętẽbit, donec omnia fiant.

γενεά, Græcè quid ſignificet.

Neſtor quot vixiſſe fertur ætates.

Ouidius 12. Metamor.

Dor, hebræis quid.

Gen. 15.

Primus ſenſ. *Eraſmus.*

Abule. q. 197. in 6. Matt. 24

veteres

Quis Apoſtolorum Ieroſolymitano ſuperfuerit excidio.

Alter ſenſus de generatione prætenta illa.

Hilar. can. 2. in Matt.

Hier. in Matt. lib. 4.

Chryſ. ho. 78. in Matt to 2.

Theophyl. in Matt.

veteres Patres, Hilarius, Hieronymus, & Chryſoſtom. Audi verba Hilarij, qui hæc de generatione fidelium in Chriſtum credentium interpretatur. *Atque vt fides certa eſſet futurorũ, amen dicendo, profeßionem veritatis adiecit: generationem noſtrã prætereuntem non poſſe, niſi vniuerſa iſta tranſcurrerent, eaque quæ firma exiſtimantur, cœlum & terram nõ futura, verba aũt ſua non poſſe non eſſe, quia illa ex conditione creationis ſuæ, id eſt, profecta de nihilo, habeãt id in ſe neceſſitatis, vt non ſint, hæc autem ex æternitate deducta, id in ſe contineant virtutis, vt maneant,* &c. Theophyl. idem confirmans, ait: *Generationem hoc loco dicit, nõ eam quæ tunc erat, ſed fideliũ, quaſi hoc dicens: Non prætereibit generatio fidelium, donec omnia hæc fiant. Non enim quia auditis famem, & peſtilentiam, credatis quòd generatio fidelium his malis intereat: ſed permanebit, & nihil illi præualebit.* Sunt qui hæc omnia de ſola captiuitate Ieruſalem intellexerunt, & non de ſecundo aduentu. Vnde ſic interpretantur: *Non prætereibit generatio*; hoc eſt, veſtra Apoſtolorũ generatio videbit Ieroſolymorum calamitates. Cùm ergo in ſuperioribus proximè præcedentibus ſermo eſſet de aduẽtu Chriſti ad iudicium, & hæc ſint maximi momẽti præillis, quæ acciderunt in excidio, & ad vniuerſos homines ſpectent, nec tantùm ad Iudæos, & ſequatur: *De die autem illa & hora nemo ſcit*; quod de tempore ſecundi aduentus Domini, nõ de excidio intelligitur: ſuauiùs de generatione fidelium ad finem vſq; ſeculi permanentiũ, & omnia prędicta mala ſuperantium, hæc verba intelligũtur. Et demõſtratur generatio electorum iſta, ad excludendam generationem renouandam, quemadmodũ renouata fuit tempore Noe poſt diluuiũ, quæ tũc tam exigua erat, vt extinctioni proxima videretur. Et ita aſſerit, quòd finito electorũ numero, non remanebit vlla reproborũ generatio, neq; illi generationi electorũ terminatę in mundi conflagratione, ſuccedet alia generatio media vſq; ad aduentum Chriſti. Confirmabat hoc verbum Apoſt. audientes generationem fideliũ inexpugnabilem futurã, & ad finem vſque mundi duraturam.

Cui nulla in poſterũ ſuccedet generatio.

Gen. 10. & ſe.

Generatio electorum potiſſimũ quã fortis & inuicta.

Cœlũ & terra quomodo tranſibunt.

2. Pet. 3.

B. Hiero. to. 9. Theophyl.

Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non prætereibunt. Quaſi dicat, Non mireris quòd dixerim, vniuerſum genus hominũ prætericturũ, hoc eſt, in hoc rerũ ſtatu non perſeuerabunt, ſed mutabuntur, vt ait Petrus, in cœlos nouos, & terrã nouam. Trãſibunt autem cœlum & terra, vt inquit Hieronym. in mutatione, non abolitione ſui: & ſecundùm Theophyl. ſubeſt huic loco Hebraiſmus, & deeſt particula explicans cõparationem, ſcilicet, Facilius eſt tranſire cœlum & terrã aboleri, ac illa firma, & immobilia, quã vt aliquod ex dictis meis mendax ſit. Vnde in Luca dicitur: *Facilius eſt cœlum & terram prætẽire, quàm de lege vnum apicem cadere.* Et confirmatur ex eo, quod alibi Dñs apud Matth. dixit: *Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex non prætẽribit à lege, donec omnia fiant*; quod ferè eundem ſenſum habet. Ita vt particula, *Donec*, ſignificet non quod aliquando ſit euenturum, ſed quid citiùs & priùs ſit euenturũ. Ita vulgo loqui ſoliti ſumus: donec cœlum ruat, tui nõ obliuiſcar; aut, priùs cœlum ruet, quàm tui memoria excidat. Ita Virgilianus paſtor ille aiebat:

Ante leues ergo paſcentur in æquore cerui,
Et freta deſtituent nudos in littore piſces;
Ante pererratis amborum finibus, exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim
Quàm noſtro illius labatur pectore vultus.

Quomodo accipiẽdum quod ſequitur: Verba autem mea non prætẽribunt.

Luc. 16.

Matt 5.

Qualis eiuſmodi locutio.

Virg. Eclo. 6.

Et aduerte, etiam ad minimum iota verba Chriſti implenda. Neque intelligit Dominus verba ſua nõ tranſire quantũ ad ſonum qui tranſit, & ſecundùm vocalem prolationem, nam *ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum*, ſed quantum ad res dictas verbis, & ſignificatas. Sic enim dicimus hominũ verba vel vana, vel firma. Ratio eius rei eſt ſecundùm Hilar. quia cœlum ac terra, cùm ex nihilo ſint facta, naturam habent, vt in nihilum redigi poſſint: verba aũt Domini cùm ęternã habeant originem, in ęternum permanere neceſſe eſt. Adhæc, cœlum & terra opera Dei ſunt, & verbo Dei ad eſſe vocata: *Quia ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandauit & creata ſunt*; fortior eſt autem cauſſa ſuo effectu. Præterea nihil eſt ſolidius ipſis cœlis, de quibus Propheta: *Statuit ea in æternum, & in ſeculũ ſeculi*; & in lib. Iob dicitur: *Tu forſitan cum eo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt?* Nihil etiã terra ſtabilius, de qua ſcriptum eſt: *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſeculum ſeculi*; &: *Generatio prætẽrit, & generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat.* Et tamen cùm nihil ſit verbo fragilius aut debilius, verbum Chriſti firmius eſt cœlo & terra. Quia quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus. Vnde mare nõ nominauit, quia facilè mouetur: nec ignem, nec aerem quia vulgus hæc non nouit. Et per hęc inſinuat, maxima eſſe quæ prædicta ſunt.

Qua ratione Chriſti verba prætereãt, & qua non prętereant.

Horat. lib. 1. epiſt. 18.

Hila can. 24. in Matt.

Senſus igitur eſt, facilius eſt cælum & terram corrumpi, quia non ex ſe, ſed ex Deo habent perpetuitatem, quàm verba mea non permanere in æternum, quantum ad ſignificatum. Quemadmodum verba legis & Prophetarum non prætẽribunt, donec

II. ratio.

Pſal. 148. Gen. 1. & ſeq.

III. ratio.

Pſal. 148. Iob 37. Pſal. 103. Eccleſ. 1.

Verbũ quam fragile & debile ſit humanum.

1. Cor. 1.

Quare Chriſtus nõ dixerit: aqua, ignis, aut aër non prætẽribunt.

Explicatur: cœlũ & terra tranſibunt, verba autem mea non prætẽribunt.

Gen. 12. & aliàs ſæpe.

omnia

omnia fiant, id est, vsque ad tempus, quo statutæ cerimonię vim habeant obligandi, vel figuræ, vt futura significent, nempe ad semen vsque promissum permansura sunt. De verbi Dei stabilitate ait Esa. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos. &c. verbum autem Domini Dei nostri manet in æternum.*

Esa. 40. 1. Pet. 1.

De die autem illa & hora nemo scit, neque Angeli cœlorum, nisi solus Pater. Marcus ita habet: *De die autem illo, vel hora, nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque filius, nisi Pater.* Id verbum: *Neque filius,* testatur D. Hieronym. etiam in quibusdam codicibus Latinis fuisse additum apud Matthæum, in Græcis autem, maximè Adamantij, & Pierij exemplaribus, hoc non haberur adscriptum: *Sed quia in nonnullis,* inquit, *legitur, differendum videtur.* Chrysostomus verò etiam apud Græcos legit, & interpretatur, & autor operis Imperfecti in Matthæum, vt apud Latinos, Hilarius, & similiter Augustinus in multis locis. Vt verisimile sit ex Matthæo sublatum à quibusdam propter Arianos, qui ex hoc loco filij inæqualitatem colligebant, dicentes non posse esse æquales qui scit, & qui ignorat. Tamen reuera Euangelium Syriacum illud verbum, *Neque filius,* non habet in Matthæo, de quo non est sermo.

Mar. 13. Hęc particula: Neque filius (scilicet scit diem iudicij) an sit de textu, nec ne. *B. Hieron in Matth. D. Chryso. ho. 78. to 2. Homil 50. to. 2. oper. D. Chrysost. Hilar. cā. 24. in Matt. B. August.*

Primum ait: *De die autem illa;* Nimirum iudicij, non excidij vrbis, quia in illa non est aduentus Christi, neque comedebant, & bibebant Iudæi, quando deleti sunt, vt infra dicetur. Et illi prænouerunt, aut certè prænosse potuerunt suam ruinam, & euersionem. Et sacerdotes quidem videntes, templum amplius non posse defendi, petierunt veniam à Romanis, sed minimè obtinuerunt, vt testatur Iosephus libro de bello Iudaic. & Egesippus libr. de excidio vrbis. Et ita fugit Dominus interrogationem discipulorum, qui importunè quærebant de die iudicij, sat esse ratus quòd scirent, post signa quàm primú se esse venturum, hinc dixit: *Scitote quia prope est in ianuis.* Nec dixit quãdo inciperent signa, nec quãtum esset inter vnum signum, & alterum, nec quantum inter vltimũ, & eius aduentum intercederet, nec inter loquelã suam, & aduentum. Augustinus ad Hesychium, in hæc verba ait: *Quod in alio loco ait: De die autem illa & hora nemo scit, sunt qui sic accipiũt vt putent se posse tempora computare, diem verò tantummodo ipsum, & horam neminem scire: vbi omitto dicere, quemadmodũ soleant Scripturæ diem, vel horam, etiam pro tempore ponere. Sed certè illud de ignorantia temporũ apertissimè dictum est. Nam cùm hinc Dominus interrogatus esset à discipulis suis: Nemo,* inquit, *potest cognoscere tempora, quæ Pater posuit in sua potestate. Non enim dixit, diem vel horã, sed tempora, quæ in breui spatio non solent dici, sicut dies vel hora: maxime si Græcũ intueamur eloquiũ, ex qua lingua in nostrũ eundem librum vbi hoc scriptum est, sermus translatum, &c.* Hæc ille: quæ libenter protulimus contra eos, qui, vt eludant Domini verba, asserunt, diem præcisum, vel horam iudicij prædici nó posse; bene autem aut millenarij, aut centenarij, aut iubilei, aut anni: quæ falsa sunt omnino, & extorta.

Act. 1.

Ij quomodo Domini verbis illudant.

Quod autem dicit: *Nemo scit,* id est, nullus homo, intellige de puro homine naturali cognitione prædito: nã ex reuelatione sicut nihil vetat diem iudicij particularis, & mortis agnoscere: ita non repugnat diem iudicij vniuersalis, & aduentus Domini per diuinam significationem prænosci.

Nemo vt dicat iudicij diẽ

Quod subiungit de Angelis cœlorum, intellige de beatis Angelis, ita vt nedũ homines, sed etiam beati ignorent, nempe notitia naturali. Ideò iniuria nó fit hominibus qui minores sunt Angelis, si diem illum nesciant. Quòd si obijcias illud verbum Gregorij: *Quid enim de ijs quæ scienda sunt, nescitũ qui scientem omnia sciunt? Quicunque etiam videt speculum, videt omnia quæ in ipso resplendẽt: sed in Deo, qui omnia eminenter continet, omnia resplendent: igitur cuncta vident, qui Deum vident.* Certè valeret argumẽtum, nisi Deus esset speculum voluntarium, cuique quantum sibi placet, communicans. Et idcircò dicendum, Beatos, & Angelos omnes post diem iudicij clarè omnia cognoscere, quæ esse aliquo modo habent, id est, præsentia, præterita, & futura, & quæ cognoscere desiderabũt. Sed ante iudicium, quia augeri potest extrinseca eorum beatitudo, minimè inconueniens est eos aliqua quæ futura sunt, ignorare.

Angeli cœlorum qui ipsũ quomodo nesciãt diem iudicij.

An Angeli, & beati omnia videant in Deo. *Gregor. lib. 4. Moral c. 3. & alibi, to. 2.*

Quod verò adiungitur: *Neque filius,* occasionem dedit hæreticis, maximè Arianis, in Catholicam fidem insultandi. Ait enim Hieronymus hoc loco: *Gaudet Arius, & Eunomius, quasi ignorantia magistri gloria discipulorum sit; & dicunt: Non potest æqualis esse qui nouit, & qui ignorat. Contra quos breuiter ista dicenda sunt: Cùm omnia tempora fecerit Iesus, hoc est, verbum Dei; Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: in omnibus autẽ temporibus etiam dies iudicij sit, qua consequentia potest eius ignorare partem, cuius totum nouerit? Hoc quoq; dicendũ est: Quid est maius, notitia Patris, an iudicij? Si maius nouit, quomodo ignorat quod minus est? Scriptum est: Omnia quæ Patris sunt, mihi tradita sunt. si omnia Patris filij sunt, qua ratione vnius sibi diei notitiam*

Mar. 13. Iesum Dei filiũ scire diem iudicij, cõtra Arium, & Eunomiũ, Hieron. tripliciter ostendit. *B. Hieron.*

Ioan. 1.

II. argum.

Matt. 11.

reseruauit, & noluit eam communicare cum Filio? Sed & hoc inferendum. Si nouissimum diem temporum ignorat, ignorat & penultimum, & retrorsum omnes. Nõ enim potest fieri, vt qui primum ignorat, sciat quid secundum sit. Hæc ille, pulchrè expugnans errorem Arianorum.

Tertium argumentum.

Quomodo verum sit, Filium nescire diem iudicij, nisi solum Patrem. Primus sensus, qui reijcitur. *Ambros. li. 5. de Fide ca. 8. tom 2.* Secũdus sensus B. Basilij. *B. Thom. in Matth. tom. 13.* Improbatur duplicitèr.

Hunc igitur nodum varijs modis Patres dissoluunt. Et primùm Ambrosius libr. de Fide in Arianos ait, illud verbum: *Neque Filius,* additum fuisse ab hæreticis. Sed quia Ecclesia illam lectionem recipit in Marco, & Patres superius producti, etiam in Euangelio Matthæi, verbum illud, vt Canonicum, retinendum est. Deinde Basilius, vt citatur à B. Thoma in Catena aurea, de filio adoptiuo interpretatur: *Legi quoque,* inquit, *in cuiusdam libro, filium hunc non vnigenitum, sed adoptiuum debere intelligi. Non enim vnigenito Filio Angelos præposuisset, sic enim ait: Neque Angeli cœlorum, neque filius.* Sed hæc solutio non videtur aures implere: quia Christus dicit de se ipso quòd nescit, vt propterea se à reuelando Apostolis excuset: & tamen, si de adoptiuo filio esset sermo, nihil faceret ad rem. Ad hæc dixisset. Neque filij, in numero multitudinis, quoniam multi sunt filij adoptiui. Dicendo autem in singulari, *Neque Filius,* de illo intellexit, qui est vnigenitus. Et satis filios adoptiuos excluserat, cùm dixit; Nemo scit, id est, nullus homo nouit. Ac rectè progreditur hæc ratio ab hominib⁹ ad Angelos, qui maiores sunt, ab Angelis ad Filium Dei, à Filio ad Patrẽ, quem sæpè Christus, vt homo, sibi præferebat.

Tertia sententia. *Orig. tract. 30 in Matth. tom. 2. Ephes. 1 & Coloss. 1. Eccles. 8.* Quid illud: Qui custodit mandatum, non sciet verbum malum secundum Origenem. *2. Cor. 5. Philip. 2.*

Tertiò alij interpretantur, filium nescire pro membris suis, id est Ecclesiæ, quæ quandiu diem iudicij nescit, ipse Filius Dei dicitur nescire. Sic enim Origenes hunc locum interpretatur: *Donec,* inquit, *Ecclesia, quæ est corpus Christi, scilicet nescit diem, & horam, donec intelligatur scire, quando scierint & omnia membra eius. Bene autem dicitur scire secundùm propriam significationem, sicut est in consuetudine Scripturarum. Quid est scire quoniam cognoscet diem illum, & horam, qui tunc occurrerit ad finem, & abbreuiationem diei illius, & horæ. Quoniam autem aliqua significatio est scire, & cognoscere in Scripturis, manifestum est ex eo quod dicitur in Ecclesiaste, hoc modo: Qui custodit mandatum, non sciet verbum malum, id est, non experietur verbum malum.* Et *in Apostolo de ipso Saluatore est dictum: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Et nescientem peccatum Saluatorem dicit: tanquam si diceret, Eum qui non peccauit, nec in natura fuit peccati.* Et infrà: *Præparat enim Filius scientiam diei illius, & horæ cohæredibus promissionis illius ex quo seipsum exinaniuit formam serui accipiens, operans viam, quæ ducit ad restitutionem omnium, propter quos formam serui accepit, vt omnes simul sciãt, id est, re ipsa experiantur horam illam, & diem: quia quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, præparauit Deus ijs, qui diligunt illum: in scientia priorum exercens, & præparans omnem, quem vult scire diem illam, & horam cum sanctis Angelis, & cum ipso Domino nostro Iesu Christo.* Hactenus ille: cuius sententiæ subscribit Athanasius in disputatione in Arium hunc locum sibi obijcientem. Respondit enim, Christum nescire, id est, Ecclesiam, cui cùm multa essent reuelata, hoc erat ei absconditum.

1. Cor. 2. Esa. 64.

ã. Athanas. tom. vlt. ante medium.

Eius sententiæ duplex incommodũ

Posset tamen in hunc sensum aliquid obijci. Primùm, quia, cùm dixit. *De die autem illa & hora nemo scit,* sub nemine, omnes qui in Ecclesia sunt, exclusit. Et ideò cum dixit, Neque Filius, non potest Ecclesiam significare. Deinde, quia si Filius ponitur scire diem iudicij, non esset excusatio, cur hoc Apostolis non patefaceret, quam tamen excusationem videbatur Dominus ostendere: maximè, quia post Filium de solo Patre adiungitur diem illum scire.

Quarto loco sic explicat Cyrillus in libris Thesaurorum, Filium dici nescire diẽ iudicij, vt homo est, secus vt Deus est. Sed certè Christus vt homo, siue vt filius hominis est, iudex est: ita enim dicitur apud Ioannem: *Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.* In cuius rei fidem multa signa præcurrentia diem iudicij nobis prædixit. Præterea sicut nouit, quòd ad diuinitatem spectat cognitione sibi naturali, ita quantum ad humanitatẽ, ex eo quòd communicata est sibi omnis scientia. Nouit etiam ex reuelatione diem iudicij, alioqui procederet argumentum Hilarij, scilicet quòd imperfectio esset in Christo, si ipse venturus esset ad iudicandum, & nesciret quando, cùm homines, qui aliquid facturi sunt, præsciant temporis, & rerum à se gerendarum circunstantias. Ad hæc videri posset Deus Pater inuidus, qui ei mortem prænoscendam ante dedit, diem verò iudicij, in quo erat glorificandus, præuiden dum non concesserit.

Quarto loco sic explicat Cyrillus in libris Thesaurorum, Filium dici nescire diẽ iudicij, vt homo est, secus vt Deus est. Filius enim vt Deus est, quemadmodum essentiam diuinam non à se, sed à Patre habet, ita & scientiam, iuxta illud: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* Hæc etsi vera sint, minus tamen sunt ad rem. Tùm quia non esset hoc peculiare, sed omnium, quæ filius nouit, notitiam accepit à Patre, à quo & essentiam habet:

1. Cor. 2. Esa. 64.

ã. Athanas. tom. vlt. ante medium.

Eius sententiæ duplex incommodũ

Quartus sensus, minus etiam probabilis ob multa. *Cyril. lib. 9. Thesauro. ca. 4. tom. 2. Ioan. 5.*

Quot modis Christus norit diem iudicij. *Coloss. 2.*

Hilar. can. 24. in Matt.

Quinta interpretatio.

Ioan. 7. Eius incommoda.

Ioseph. lib. 7. de bell. Iud. c. 13. sub init. Egesip. lib. 4. de excid. vrb. Quorsũ hæc à christo sint dicta.

Aug. epist. 88. sub init. to. 2.

Quænã illa dies, quã solum nosse dicitur Patrẽ.

In eos, qui licet non iudicij diem, tempus tamẽ sciri posse contendant.

Universidad de Navarra
Biblioteca de Humanidades

habet: & tamen hic loquitur peculiariter de die iudicij, quali sit ignota, & cętera insinuet se scire, & reuelare discipulis. Tùm quia hoc non idoneè excusatum redderet Christum apud Apostolos, quòd non reuelaret eis diem aduętus sui, per hoc quòd intelligeret se scire, & tamen non à se ipso, sed à Patre: quia tunc possent instare Apostoli, & vrgere Dominum, vt quomodocunque diem iudicij nosset, siue à se, siue à Patre, illum sibi detegeret.

Sexta interpretandi ratio, etiam incommoda. *Chrys. hom. de Trin. 10.5.*

Sexto loco Chrysostomus nouè explicat, dicendo, Nescire se practicè diem iudicij: quia scilicet nondum fecerat illũ diem. Nescit ergo tunc, vt faciat eum. At certè, si verum amamus, idem esset de alijs diebus dicendum, quos nondum fecit: nam simili perinde ratione diceretur illos ignorare.

Vltima sententia, quæ exteris omnibus anteponitur: Iesus scilicet quatenus ne scire dicatur iudicij diem.

Postremò igitur alij Patres (quorum studium in Arianos, & alios hæreticos protuenda verborum Christi veritate mirificè est laudandum) interpretantur, Dominum Iesum diem quidem iudicij optimè nouisse, perinde atque alios dies; sed propterea se eum nescire affirmasse, quia non nouerat illum, vt tanquam doctor illum reuelaret, & detegeret. Atque hic sensus in primis confirmatur Patrum autoritate: ait enim Augustin. lib. de Trinitate: *Hoc enim nescit, quod nescientes facit, id est, quòd non ita sciebat, vt tunc discipulis iudicaret. Sicut dictum est ad Abraham; Nunc cognoui quòd timeas Deum, id est, Nunc feci vt cognosceres: quia & ipse filii in illa tentatione probatus innotuit.* Et post pauca profert simile de Paulo dicens: *Nam & Apostolus: Neque enim iudicaui me, inquit, scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Eis enim loquebatur, qui capere altiora de Christi deitate non poterant. Quibus etiam paullò pòst dicit: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Hoc ergo inter illos nesciebat, quod eos per illum scire oportebat.* Idem libr. octogintatrium quæstionum. *Sicut scire Deus dicitur, etiam cùm scientem facit, sicut scriptum est: Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis eum. Non enim sic dictum est hoc, quasi nesciat Deus, sed vt ipsi sciant quantum in Domini dilectione profecerint, quod nisi tentationibus quæ accidunt, non plenè ab hominibus agnoscitur. Et ipsum, tentat, pro eo positum est, quòd tentari sinit. Sic & cùm dicitur nescire: aut pro eo dicitur, quod non approbat; id est, in disciplina & doctrina sua non agnouit, sicut dictum est: Nescio vos; aut pro eo quòd vtiliter nescientes facit id, quod scire inutile est. Ideò benè accipitur id quod dictum est, solum scire Patrem; sic dictum esse, quia facit Filium scire. Et quod dictum est, nescire Filium, sic dictum esse, quia facit nescire homines, id est, non prodit eis, quod inutiliter scirent.* Hæc ille clarè, & apertè. Hieronymus in hæc verba, post illa quæ superiùs attulimus: *Igitur, inquit, quia probauimus non ignorare Filium consummationis diem causa reddenda est, cur ignorare dicatur.* Apostolus super Saluatore scribit: *In quo sunt omnes thesauri sapiętiæ, & scientiæ absconditi. Sunt ergo omnes thesauri in Christo sapientiæ, & scięntiæ: sed absconditi sunt. Quare absconditi sunt? Post resurrectionem interrogatus ab Apostolis de die, manifestiùs respondit: Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Quando dicit: Non est vestrum scire, ostendit quod ipse sciat, sed non expediat nosse Apostolis, vt semper incerti de aduentu iudicij: sic quotidie viuant, quasi die alia iudicandi sint. Denique & consequens Euangelij sermo id ipsum cogit intelligi: diuens quoque Patrem solum nosse, in Patre comprehendit & Filium: omnis enim pater filij nomen est.* Hilarius idem docet lib. De Trinitate his verbis: *Cùm ignorątio eius secundum quod omnes thesauri in eo scientiæ latent, dispensatio potiùs, quàm ignoratio sit: habes caussam ignorandi sine intelligentia nesciendi. In omnibus enim, quæ ignorare se Deus loquitur, ignorantiam quidem profitetur: sed ignoratione tamen non detimetur; dum id quod nescit, non nesciendi infirmitas est; sed aut tempus est non loquendi, aut dispensatio est non agendi.* Infrà: *Filius itaque diem idcircò quia tacet, nescit; & Patrem solum idcircò scire ait; quia solus vni sibi non tacet.* Rursus infrà: *Non itaque ignorat Filius quod non ignorat Pater: neque quia solus Pater scit, idcircò nescit & Filius, cùm in vnitate naturæ Pater, & Filius maneant. Quod autem Filius nesciat, in quo omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi sunt: tacendi dispensatio sit, sicut ipse Dominus testatus est, cùm quærentibus respondit: Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: cognitio negatur, neque solum negatur, sed & solicitudo cognitionis inhibetur, cùm scire hæc tempora non est eorum. Ipsi certè nunc post resurrectionem de temporibus interrogant, quibus ante interrogantibus dictum est, ne Filium quidem scire: nec videri possunt secundùm aurem intellexisse nescire Filium, cùm ipsi eum tanquam scientem, rursum interrogant.* Basilius in Eunomium: *Si cognitionem*, inquit, *omnium, quam Pater habet, Filius non habet, mentitus est, cùm dixit: Omnia quæ Pater habet, mea sunt: & Sicut Pater nouit me, ego noui Patrem. Quòd si aliud est, Patrem, aliud quæ Patris sunt, cognoscere; maius autem Patrem cognoscere, quàm ea quæ Patris sunt: quanto vnusquisque quàm sua maior, cùm id quod maius est, Filius cognoscat? Nullus enim, inquit, nouit Patrem, nisi Filius, quod minus est, ignorat, quod est impos-*

Hieronym. in Matt. tom. 9.

Coloss. 2. Illud Apostoli: in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi: Hieronymus expendit. *Act. 1.*

Et illud: Nõ est vestrum nosse tempora, vel momenta, &c. ponderatur ab eodem autore. *Hilar. li. 9. de Trinit. à medio.*

Quomodò Deus ignoret secundũ Hilarium.

Basil lib. 4. adu. Eunom. sub fin. tom. 1. Ioan. 16. Supra 10.

Matth. 11.

impossibile. Quoniam ergo non conferebat hominibus audire tempus audiendi: idcirco reticuit. Nã expectatio perpetua feruentiores ad pietatem reddit. Eundem tradunt sensum Gregorius Nazianzen. lib. de Theologia, & Theophylactus, & sexta Synodus, & Ambrosius noster in Lucam. Verba Theophylacti sunt hæc: *Sæpè puerulis videt patres suos tenere quiddam in manibus, & hoc petunt, patribusq; dare nolentibus, plorant quòd non accipiunt, denique patres occultant illud quod tenent, & ostendentes manus vacuas pueris, fletum illorum sistunt: sic & Dominus quasi pueros Apostolos alloquens, occultauit diem.* Sic ille peregriè.

Quæres feruentiores nos ad pietatem reddat. *Greg. Naz. li. 4. Theolog. tom. 1. Theophyl. in Marcum. VI. Synod. act. 11. Amb. in Luca cap. 17. tom. 5.*

Quemadmodum Christ⁹ se scire diem iudicij) negans, fecisse videatur.

Idem probatur ex vsu Scripturæ, quæ tunc tradit aliquid Deum scire, cùm illud scire nos facit, vt in exemplo illo de Abraham superiùs est dictum. Tunc enim dicitur, quòd Abraham Deum timuerit, cùm hoc ille Abrahæ non celauerit. Ergo, cum oppositorum eadem sit disciplina, tunc dicetur nescire, quando aliquid nos non docet. Nam ita etiam Comicus accepit hanc vocem, cùm dixit: *Quod scis, nescis, tu pol si sapis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis.* Id est, Gere te perinde, ac si nescias. Ad hæc quemadmodum legatus à Principe aliquo missus ad alterum, ea tantùm loquitur, quę in mandatis habet; de reliquis verò, etiamsi sibi sint planè comperta & explorata, ait tamen se illa nescire: quòd peculiariter intelligat sibi esse iniũctum de reliquis vt taceat: & respondendo, Hoc ego nescio, non mentitur, quia non habet mandatum de illis cum eo tractandi: ita Christus, qui omnia quæcunque accepit à Patre, nota fecit nobis, diem iudicij sibi notissimum dixit se nescire, quòd illum nulli detegere haberet in mandatis. Nõ longè dissimili ratione dicitur in Euãgelio quis aliquid habere: quando eo quod habet, vtitur, aut benè vtitur: non habere autem, cùm quis aut non vtitur, aut abutitur. Sic enim dici solet: *Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet.* Vt meritò dici possit, Christum non habuisse scientiam iudicij, quia eam non reuelabat. Porrò diem iudicij cognitam esse Christo, testantur verba eius apud Esaiam. *Dies, inquit, vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit;* & apud Zachariam: *Et erit dies vna (quæ nota est Domino) non dies, neque nox,* &cæt. Quibus testimonijs ostendit se diem iudicij nosse, sed alijs nolle reuelare.

Esai 63. Zach. 14.

Ioan. 15.

Habeat quis quippiã, vel non habeat quando, more Scripturæ.

Matth. 13. & Infra 25.

Cùm verò dixit: *Nisi solus Pater*; dictio illa exceptiua in re essentiali, qualis est nosse diem iudicij, alias diuinas hypostases nequaquam excludit. Vel Patris nomen pro Diuina natura, in qua est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, accipiendum est, ita vt excludat tantùm creaturas. Nam in eum sensum interpretamur illud: *Pater noster qui es in cœlis.* Et si autem Christus verbum suum ita intellexerit se nescire, vt scilicet reuelaret, & Apostoli per errorem secus intellexerint verba Domini: mirum esse haud debet. Nam Deus interdum occasionem, & ansam errandi porrigit, citra culpã tamen, quia non adstringebantur hoc de Christo credere, qui eis occasionem aliter cogitandi suis verbis dedit: alioqui solicitarent illum vt aperiret. Secus cùm apud Ioannem inquit: *Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modò:* quia illa multa erant, nec dum proposita, atque illa non interrogabant; & promissum quod discerent ab Spiritu sancto.

Christum scire diem iudicij, vbi Prophetæ testentur. *Esai 63. Zach. 14.*

Huius particulæ exceptiuæ: Nisi solus Pater, duplex sensus.

Matth. 6.

Deus ansam errandi quãdo porrigat interdum.

Ioan. 16. Supra 14.

Fuit etiam mens Christi excludere Spiritum sanctũ; qui aliàs putaretur se maior, si illum excepisset; non autem Patrem, quia non erat inconueniens, nam de eo dixerat: *Pater maior me est.* Secus de Spiritu sancto, de quo pronuntiarat: *Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre:* & rursus; *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Non debuit tamen expressè excludi, quia tantùm figuratè loquẽdo, poterat excludi at sine necessitate (quæ erat in Christo, & à se peterent Apostoli diem iudicij, & discessum, ac negans, eos abs se abalienaret) non est ponenda figura. Spiritus sanctus autem etsi sciret, non erat præsens, vt Christus tunc in forma corporea: & pauca admodum de Spiritu sancto eatenus nouerant, quoniam in cœna, & post resurrectionem de eo erat locuturus. Nonnulla tamen sciebant, nam teste Ioanne, aliqua dicta erant Nicodemo de Spiritu sancto, & Apostoli baptizabant in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; etsi per recapitulationem forma fit post resurrectionem Domini declarata. De Patre autem testatur quòd sciat; vt insinuet Filium verè scire, sed non ad reuelandum: nec à Patre quærere poterat, qui non aderat eo modo quo Christus in forma spectabili. Adhæc Patre scien te iuxta intelligentiam discipulorum, tunc poterat accipi quod diceret Filio quando venturus est, iuxta illud, *Pater diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demõstrabit ei opera, vt vos miremini;* vel Spiritui S. de quo testatus est: *Cũ venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatẽ: non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur.* Quod si Pater nesciret, Deus aliquid, quod sciri potest, ignoraret; & sic nunq; sciri posset dies iudicij; quod absurdũ est maximum. Cæterũ alius à Patre, nullus debebat existimari Christo maior; ne ab

Quæ tes feruentiores nos ad pietatem reddat. *Greg. Naz. li. 4. Theolog. tom. 1. Theophyl. in Marcum. VI. Synod. act. 11. Amb. in Luca cap. 17. tom. 5.*

Ioan. 15.

Habeat quis quippiã, vel non habeat quando, more Scripturæ.

Matth. 13. & Infra 25.

Christum scire diem iudicij, vbi Prophetæ testentur. *Esai 63. Zach. 14.*

Huius particulæ exceptiuæ: Nisi solus Pater, duplex sensus.

Matth. 6.

Deus ansam errandi quãdo porrigat interdum.

Ioan. 16. Supra 14.

Quæ tes Christus Spiritũ sanctum scire iudicij diẽ non addidit. *Ibid. Infra 15. Infra 16.*

Idem tamen cur Spiritum sanctum ab illius diei notitia non excluserit apertè.

Apostoli quod de Spiritu sancto ante Christi resurrectionem cognouerant. *Ioan 3. Matth. vlt.*

Patrem Christus solũ cur dixerit iudicij diẽ scire. Secunda ratio. *Ioan. 1.*

Infra 16.

Si Pater diẽ iudicij nesciret, quid inde.

eo re-

Cur Pater solus, nõ alius, debuerit existimari Christo maior. *Ioan.6. Infra 10. Infra 14.*

Quàm fuerit necesse discipulis respondere, Patrem solum scire iudicij diem.

Act.1.

Gen.7. Quid signis aduẽtus Domini, turbulentis, cum diebus Noë pacificis, ioc⁹ disq̃. *B. Hieronym. hoc loco Mat. 24.tom.9.*

Hieronymi solutio. *1.Thess.5.*

Ibid.

Ex signis eũ præcurrentibus diem iudicij adhuc conijci non posse.

Diem iudicij Christus

eo recederent discipuli, qui ei dixerant in Petri persõa; *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*; & Christus ipse, *Pater meus* inquit, *quod dedit mihi, maius omnibus est.* vnde Patrem commendatum à Christo videre desiderabant, dum dicerent; *Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis:* etsi Christus se ei æqualem declararet; ac possent Apostoli cogitare, Christum posse à Patre obtinere scientiam hanc, & fieri ei æquales: secus erat, si alios à Patre illum diem scire declarasset, etiam si ille esset Spiritus sanctus: quia etsi ille molestia non afficeretur, maior tamen ipso Christo, atque adeò Patre, existimaretur; & Pater & Christus, quia nihil accipiunt ab Spiritu sancto, nũquam possent scire. Spiritus autem sanctus poterat minor Patre haberi, & ab illo scire. Christus igitur, ne importunis, & molestis precib. impeteretur à Discipulis, sic respondit. Sed quia scire eum, cũ veniret, oporteret; docet Patrem scire, à quo scire id possent; quemadmodum docuit, cùm inquit: *Non est tua tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Et de hac re satis sit dictum.

Sequitur in Textu: *Sicut autem in diebus Noë, ita erit & aduentus Filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes*, &c. Vt addiscas, non ignorantiæ suæ esse quòd de die, & hora iudicij taceat, signa instantis iudicij docet. Meritò autem quæritur, vt ait Hieronymus, quomodò supra scriptũ sit: *Surget enim gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus*, & nunc ea futura memorentur, quæ pacis indicia sunt? Sed existimandum est iuxta Apostolum, quod post pugnas, & dissensiones, pestilentias, & fames, & terræmotus, & cætera, quibus genus vastatur humanum, breui subsecutura sit pax, quæ quieta omnia repromittat; vt fides credentium comprobetur, vtrum tranfactis malis sperent Iudicem esse venturum. Hoc est enim quod in Paulo legimus: *Quando dixerint; Pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor parturientis, & non effugient.* Hæc ille in sensu. Nouit igitur Christus diem iudicij, eumque semper docet esse timendum. Nec putandum est, ex signis citò præsciendum illum diem, vt cõuertamur: mali ergo meritò damnabuntur: sed hanc illationem, nempe quòd Dominus sciret iudicij diem, non colligebant rudes Apostoli; & mali desperantes poterant vacare voluptatibus, ac tutos se putare: boni etiam, quia non est determinatum tempus post signa, valebunt securi manere.

Diem iudicij cum tempore diluuij, & Sodomiticę vltionis, comparat Christus: quia illæ vltiones typi quidam fuerunt vltionis nouissimæ. Vnde Petrus ait, quòd sicut olim mundus aqua inundatus perijt; ita cęli, & terra, qui nunc sunt, igni reseruati sunt in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum: Idem docet, Deum ciuitatẽ Sodomæ, & Gomorrhæ in cinerem redigendo, posuisse exemplum eorum, qui impiè sunt acturi. Et signat his exemplis Dominus, hominibus mundo deditis, nouissimũ diem venturum præter expectationem, & cum illorum summo malo, quod effugere non poterunt, & quod omnes perdet: iustis tamen paucis in comparatione impiorum ab illo malo liberis. Nam in diluuio, Noë cum suis, & ab igne Sodomæ Loth cum filiabus ereptus fuit.

Denominantur autẽ dies à Noë, vt à Regibus tempora: quia fuit præcipuus, & veluti alter Adam parens generis humani; & eius tempore securi erant, quia non credebant ei prædicanti, vt insinuat Petrus in posteriori catholica sua, vbi vocat octauũ iustitiæ præconem Noë. Quod ait: *Comedentes, & bibentes; nubentes, & nuptui tradentes:* non ponitur vt arguantur hæc quasi peccata, vel vt causa diluuij, & aduentus Christi: quia denotarentur nomina vitiorum: vt comessationis, crapulæ, luxuriæ: etsi autem non essent peccata, adhuc veniret ad iudicium Christus. Sed ponuntur hæc ad securitatem ostendendam ad voluptatẽ comedentium, & bibentium, & prolixam sibi vitam promittentium: quia ducunt vxores, plantant vineas, vt dicitur apud Lucam: vbi etiam ponitur exemplum de Sodomis in dieb. Loth: quod alio loco fuit explicatum.

Et non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes, &c. Id est: Non crediderunt, & noluerunt intelligere vt crederẽt. Alioqui cognoscebãt simpliciter Noe iustum, multò antequam veniret diluuium, prædicantem. *Tunc duo erunt in agro; vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. Duo in lecto: vnus assumetur, & vnus relinquetur.* Tunc, inquit, hoc est, in die iudicij, de qua Lucas loquitur. Et hæc exempla quanquàm ab alijs Patribus mysticè exponantur, & diuersis statibus, & conditionibus hominum accommodentur, quorum alij laborant velut foris in agro, alij velut domi in mola, alij velut in lecto quiescunt; simpliciter tamen vltra securitatem, significant velocitatem: quia non erit tempus seipsos disiungendi à se inuicem, sed à iudice separabuntur. Ideò timendum est, quia aperte loquuntur, quid ipsa die iudicij sit futurum. Vnde apud Lucam

diluuio Noe, & vltioni Sodomorum Diuinæ cur compatet. *Gen.7. Infra 19. Luc.17. 2.Pet.3. Supra 2.*

Gen.7. & Infra 19.

A dieb. Noë cur dominus exemplum desumpserit. *2.Pet.2. Gen.6.*

De comedentibus & bibẽtibus, &c. in aduentu Filij hominis, quò tendat exemplum.

Luc.17. Homines voluptuosi in diebus Noë, quomodo non cognouisse dicuntur.

Quãdo duorũ qui erunt in agro, molendino, lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur. *Luc.17.* Duplex significatus horum verborum.

Ibid.

Quare Christus nõ dixerit: Tunc vnus erit, sed, duo erunt in lecto vno, &c

Exod.11.

Quid existẽtes in lecto, vel agro, mysticè significent.

1.Thess.4.

Hæc prior particula: Duo erũt in lecto, & reliqui de textu, an non.

Erasm. in Scholijs. Chryso. hom. 78 in Matth. tom 2. Aug. lib 2.q. Euang.q.44. tom.4. Luc.17. Marc.13.

Qua ratione videndũ nobis, vigilandum, & orandum, ne nos dies iudicij inueniat imparatos, ac perdat.

Qualis erit vnicuiq; nouissimus dies secundum Augustinũ. *Aug epist.80. tom.2. Luc.21.*

cam dicitur: *In illa nocte erunt duo in lecto vno*, & quæ sequuntur. Exempla verò Noë, & Loth, de tempore præcedente iudicium sunt interpretãda. *Duo*, inquit, *erunt in agro.* In vno non est discretio, duos autem posuit exẽpli causa, quia rem vt possibilem, non vt propheticam describit. Et eadem est ratio de multis communicantibus in loco, vel operatione, & exercitio; sed à iudice distinguentur. Et fœminæ in Aegypto molebant, vt habes in Exod. de ancilla, quæ est ad molam: viri in agro communiter laborabant, & frequentiùs duo viri. Et vir & fœmina sunt in lecto potiùs quàm duæ fœminæ. Ideò duo dixit, nõ duæ, ac proinde nec tres; vt exemplũ sit significans otiosos omnes, vel domi occupatos, vel foris. Qui ergo erant sibi proximi, & coniunctissimi vel officio, vel negotio, vel etiam alio vinculo, separabuntur, & eorum vnus assumetur ad gloriam, & tanquàm electus rapietur obuiam iudici in aëra, vt lætus occurrat ad gratulationem venienti; alter verò, tanquàm reprobatus, relinquetur in terra, vt in inferiora Tartari detrudatur.

Quod hoc loco dicitur: *Duo erunt in lecto: vnus assumetur, & vnus relinquetur*: in exemplaribus Græcis, quę nostra ætate circunferuntur, non inuenitur, neq; in quibusdam Latinis, vt Erasmus annotauit; nec etiam habentur in Syriaco codice. Sed non est op magnopere nos hoc moueat; cũ apud Græcos Chrysostom. & apud Latinos Augustinus legant, & interpretentur, & apud Lucam tam apud Græcos, quàm apud Latinos codices constanter habeatur. Ac subiungit: *Vigilate ergo: quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.* Marcus pro his habet: *Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quãdo tempus sit.* Videte, hoc est, Prospicite vobis per vigilias, & preces, cum ignotum sit tempus aduentus Domini. Etsi enim dies ille postremus non omnes eos, quibus hæc dicuntur, inuenturus sit in hac vita; omnibus tamen ob illum diem vigilandum esse præcipitur, quia eatenus ille dies ad omnes pertinet: quòd dies ille vnicuiq; venit, cum venerit illi dies, vt talis hinc exeat, qualis iudicandus est illo die. In quo enim quenq; inuenerit suus nouissimus dies, in hoc illum cõprehendet mundi nouissimus dies: quoniam qualis in die isto quisq; moritur, talis in illo die iudicabitur, vt magnus docet Augustinus. ¶ Sed latiùs hæc exprimit Lucas, dicens: *Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ; & superueniat in vos repẽtina dies illa. Tanquàm laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.* Adiungit Dominus his quæ dixit, admonitionem loco coronidis, vt videlicet intelligamus, quomodò nos gerere debeamus ad horrendum diei iudicij aduentum non extimescendum, parum scilicet cogitantes quomodò, vel quando venturus sit; soliciti autẽ simus nos ad eius aduentum præparare. Et hortatur ad vigilantiam, & sobrietatẽ, dum ait: *Attendite ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ*, vt ex hoc verbo sumpsisse videatur Petrus id quod dixit: *Fratres sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus*, ac reliqua.

Et aduerte diligenter, Dominum non interdicere nobis vsum cibi, & potus, & curam bonorum fortunę: sciebat enim necessum esse, vt quandiu in hac vita sumus, edamus, bibamus, & circa præsentis mundi statum occupemur: sed tantùm ait: *Attendite, ne forte grauentur corda vestra.* Non est enim, inquit, necessarium, vt ventrem vestrum magna ciborum, & potus copia impleatis, atque grauetis: nec opus est, vt ita curetis hanc vitam, vt interim futuræ vitæ non recordemini. Natura enim vestra paucis contenta est, & habetis Deum, qui solicitus est pro nobis, vt nulla nece ssitas vos cogat propter curas huius vitæ futura negligere. Fundamentum omnis virtutis est sobrietas, sicut & bonæ valetudinis conseruatrix est: ita & crapula omnium malorum, & vitiorum mater est. Quare nisi istam coërceamus, & temperatam vitam agamus, in omnia peccata præcipites ruemus. Quanquàm sint quidã, qui se ideò natos putant, vt delicijs, & voluptatibus vacent, & ventré multitudine ciborum dirumpant, & corpus impinguent, atq; sic hinc migrent, vermibus vt largiorem ex sua carne mensam instructuri. Sed in hos, & in eos omnes, qui cupiditatibus, & curis huius seculi, vt ditescant, & ampliores honoris gradus assequãtur, distinentur, repentinus superueniet interitus, tanquàm laqueus aues & bestias improuidas ad necem comprehendens.

Et subiungit: *Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.* Vigilare Christus nos vult omni tempore, nulla pacis fœdera, aut inducias ab hostibus nostris habentes. Quia aduersarius noster diabolus, tanquàm Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Nihil periculosius, aut perniciosius vana securitate, quam nobis ipsis pollicemur. Nihil firmius, ac tutius Sancto metu, & pauore: beatus

Quemadmodum ad diẽ iudicij nos comparare oporteat.

1.Pet.5.

His verbis: Attendite ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, quid Dominus prohibeat tantum modo.

Vt grauẽtur corda nostra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. *1.Pet.5. Matth.6.* Sobrietas quantum bonum sit: crapula quantũ malum.

In voluptuosos.

Isti quid tandẽ assequantur. *1.Thess.5.*

Semper nobis erit vigilandum, & quomodò. *1.Pet.5.*

Vanæ securitatis pernicies, & periculum, ac boni metus securitas.

Prou 28.

Precandi necessitas.

enim homo qui semper est pauidus. Debet autem hæc vigilantia, quæ ex nobis adhibetur, coniuncta esse precationi, per quam de nostris viribus diffidentes, soli Diuinæ misericordiæ nitamur. Nam solet illa paruulos ad se confugientes custodire, ac protegere, secundùm illud; *Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me.* Oratio etiam frequens & perseuerans necessaria est afflictis, & tribulatis, & illis, qui magnæ alicuius calamitatis imminentis metu premuntur.

Psal.114.

Orandū maximè quib⁹.

Ac subdit: *Vt possitis stare ante Filium hominis.* Id est: Vt conspectum illius cum sanctis Angelis in æternum intueri mereamini. Vel etiam, vt illius iram & seueritatem tremendo iudicij die sustinere, & intrepidè coram illo consistere possitis, iuxta illud, quod de iustis dicitur: *Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.* De impijs verò ait Dauid: *Ante faciem frigoris eius quis sustinebit?* Nahum verò: *Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? & ideò non resurgunt* (vel, vt Hebræa vox habet, *Stabunt*, vel, *Subsistent*) *impij in iudicio, neque peccatores in concilio iustorum.* Vnde & Latinus eos stare dicit in iudicio, qui suam causam probare, & defendere valēt: cadunt caussa, qui illam tueri nequeunt.

Huius dicti: Orate, vt possitis stare ante Filium hominis, duplex intelligentia.

Sap.5.
Psal.147.
Nahum.1.

Psal.1.

Stare qui dicantur in iudicio, qui cadere.

Ait autem: *Vt digni habeamini*, vel *reddamini.* Nemo enim potest ventura mala euadere, nisi qui dignus hic fuerit factus: id autem quia sine gratia Dei non cōtingit, precibus est à Deo ambiendum. Cùm igitur peccata præterita timorem incutiant, præsentia non desint, futura verò sine Dei gratia cauere non valeamus: homo facilè succumberet sine orationis studio, & sensu præsentium malorum, & futurorum metu obrueretur, atque adeò submergeretur, nisi Diuinæ misericordiæ præsidia precibus implorata nos contra omnia mala corroborarent, atque recrearent.

Vētura quomodò mala à Christo denūtiata quis poterit euadere.

Vt igitur digni simus euadere tot & tanta mala, quæ Dominus cōminatus est, quæ saltem tempore obitus nos aggredientur, indefessis precibus incumbamus. Et si volumus digni inueniri, qui stemus ante Filium hominis, ita vitam nostram componamus, moresq; nostros instituamus, quasi qui in eius oculis perpetuò versemur. Nā huc tandem tendunt vniuersa hæc, quæ de aduentu suo prædicit signa, verbaque Dominus noster Iesus Christus, viuorum iudex, & mortuorum: cuius Diuino Spiritu suffragante, volumen hoc quartum, propè immensum, quo vitam eius sanctissimam, actiones singulares, doctrinamque salutarem, atque diuinam ex parte complexi sumus, tandem absoluimus. Illi ipsi cum Patre vna atque eodem Spiritu sancto bonorum omnium largitore omnis laus, honor, gloria, & gratiarum actio ab omni creatura reddatur in secula seculorum, Amen.

Ad assiduæ orationis studium, vitæq; emendationem exhortatio.

Act.10.

FINIS.

INDEX LOCORVM NOTABILIVM SACRÆ SCRIPTVRAE, QVAE IN HOC QVARTO TOMO LATIVS EXPLICANTVR.

Prior numerus paginam indicat, posterior columnam demonstrat.

EX GENESI.

Cap.3. IN sudore vultus tui vescēris pane tuo. pag. 122.2
Cap.15. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. pag. 508.2.
Cap.28. Si dederit mihi Dominus panem ad vescendum, & vestimentum, &c. 122.2
Cap.48. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli, &c. 183.1
Cap.49. Inde pastor egressus est lapis Israël. 388. col. 2.

EX LIB. EXOD.

Cap.3. Hoc habebis signum quòd miserim te, cùm eduxeris populum meum de Aegypto, &c. 68.1
Cap.33. Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. 253.2. 538.2

EX LEVITICO.

Cap.19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, &c. 455.1

EX DEVTERONOMIO.

Cap.4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, &c. 486.2
Cap.6. Dominum Deum tuum adorabis, &c. 138.2
Cap.8. Non in solo pane viuit homo, &c. 122.1.
Cap.14. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos. 625.2
Cap.15. Fœnerabis gentibus multis. 303.1
Cap.22. Cùm ædificaueris domum nouam facies murum tecti per circuitum, &c. 366.2
Cap.32. Faciamq; te in gentem magnam. 44.2

EX IOSVE.

Cap.3. & 7. Sanctificamini in crastinum. 382.2

EX LIB. I. REGVM.

Cap.20. Quinimo viuit Dominus, & viuit anima tua. 357.1

EX LIB. III. REGVM.

Cap.5. Nunc autem requiem dedit mihi Dominus, &c. 431.2
Cap.19. Quod meum erat, feci tibi. 230.1.

EX IVDITH.

Cap.12. Et baptizabat se in fonte aquæ. 521.1

EX IOB.

Cap.1. Operi manuum tuarum porriges dexteram. 202.2
Cap.36. Iudicium pauperibus tribuet. 557.2
Cap.37. Tu forsitan cū eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt? 80. col. 2
Cap.38. Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi: Ad sumus? 100.2

EX PSALMIS.

Psalm.8. Minuisti eum paulò minus ab Angelis. 578.1
Psalm.9. Qui exaltas me de portis mortis, &c. 401.2
Psalm.17. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, &c. 393.1
Psalm.18. Ab alienis parce seruo tuo. 377.1
Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. 469.1 — Ibidem.
In omnem terram exiuit sonus eorum. 615.2 — Ibidem.
Quia ipse super maria fundauit eum, &c. 185.2 — Psalm.23.
Ego autem, cùm mihi molesti essent, induebar cilicio. 497.2 — Psalm.34.
Astitit Regina à dextris tuis, &c. 518.1 — Psalm.44.
In Idumæam extendam calceamentum meum. 183.2 — Psalm.59.
Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, &c. 361.1 — Psalm.59.
Ibi Beniamin adolescentulus in mētis excessu, &c. 212.1 — Psalm.67.
Quæ non rapui, tunc exoluebam. 122.1 — Psalm.68.
Quia celaui super iniquos, pacem peccatorum videns, 371.1 — Psalm.72.
Mei autem pene moti sunt pedes, &c. 447.2 — Psalm.72.
Signa nostra non vidimus, iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius. 33.1. & 150.1 — Psalm.73.
Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi. 234.1 — Psalm.79.
Super aspidem & basiliscum ambulabis, &c. 501.2 — Psalm.90.
Initium sapientiæ timor Domini. 368.1 — Psalm.100.
Bonum mihi, quia humiliasti me. 440.2 — Psalm.104.
Et initiati sunt Beelphegor. 365.1 — Psalm.105.
In Idumæam extendam calceamentum meum. 56.1 — Psalm.107.
Diabolus stet à dextris eius. 449.2 — Psalm.108.
Peccator videbit, & irascetur &c. 544.1 — Psalm.111.
Hæc porta Domini: iusti intrabunt per eam. 401.1 — Psalm.117.
Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in Principibus. 432.2 — Ibidem.
Anima mea in manibus meis semper. 434.1 — Psalm.118.
Declaratio sermonum tuorum illuminat, &c. 469.1 — Ibidem.
Ignitum eloquium tuum vehementer. 531.1 — Psalm.118.
Qui firmauit terram super aquas, &c. 185.2 — Psalm.135.
Super flumina Babylonis, ibidem — Psalm.136.
Si occideris Deus peccatores, &c. 603.2 — Psalm.138.
Corripiet me iustus in misericordia, &c. 463.2 — Psalm.140.
Iuuenes & Virgines, senes cum iunioribus, &c. 372.1 — Psalm.148.

EX PROVERBIIS.

Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. 409.2 — Cap.5.
Noli arguere derisorem, ne oderit te. 463.1 — Cap.9.
Hominis est animam præparare; & Domini, gubernare linguam. 358.1 — Cap.16.
Sicut diuisiones aquarum, ita & cor Regis, &c. 172.1. & 241.1 — Cap.21.
Dives & pauper obuiauerunt sibi, &c. 542.1 — Cap.22.
Omnis sermo Dei ignitus scutum est omnibus sperantibus in se. 531.1 — Cap.30.

EX CANTICIS.

Oleum effusum nomen tuum. 374.2 — Cap.1.
Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum. 504.2 — Ibidem.
Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortū meū, &c. 533.2 — Cap.4.

cap.8. Vmbilicus tuus teneter tornatilis,&c.309.2
Ibidem. Ascendam in palmam.568.1.

Ex Ecclesiastico.

cap.6. Vincula illius,alligatura salutis.273.1
cap.10. Cum morietur homo (scilicet malus) hereditabit serpentes.541.2
cap.25. Non est ira super iram mulieris.377.2
cap.29. Gratiam fidei insoluis,ne obliuiscaris.572.1

Ex Esaia.

cap.8. Et erit tibi in sanctificationem,&c.263.2
cap.9. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c.211.1. & sequentib.
cap.22. Et erit in die illa,vocabo seruum meum,&c. vsque ad illud,& non erit qui aperiat.406.1
cap.26. Quia incurabit habitantes in excelso,&c.426.1
cap.32. Erit desertum in Charmel.23.1
cap.35. Lætabitur deserta & inuia,ibidem
cap.46. Dabo in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam meam. 257.1
cap.51. Attendite ad petram vnde excisi estis.45.1
cap.54. Multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habebat virum.23.1
cap.61. Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me.&c. 317.2

Ex Ieremia.

cap.1. Ecce dedi verba mea,&c.411.1
cap.7. Nolite confidere in verbis mendacij,dicentes:Templum Domini,&c.42.2
cap.16. Mittam eis multos venatores,& venabuntur eos.372.2
cap.17. Erit enim quasi myrica in deserto.42.2
cap.31. Fœmina circundabit virum.160.1
cap.59. Qui recessit à malo,prædæ patuit.573.1

Ex Ezechiele.

cap.34. Ecce ego ipse requiram oues meas,& visitabo eas, &c. 215.2

Ex Daniele.

cap.7. Et dedit ei potestatem & honorem, & regnum, &c. 3.1
Ibidem. Ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, &c.12.1
cap.10. Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum,vt te affligeres,&c.99.col.1
Ibidem. In diebus illis ego Daniel lugebam,&c. ibid

Ex Osea.

cap 6. Misericordiam volo,& non sacrificium.245.2

Ex Malachia.

cap.3. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam.7.1. & 279.1
cap.4. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, &c.5.col. 2.& 6.2

Ex I. Machab.

cap.1. Aedificauit Rex Antiochus abominandum idolum,&c. 657.2
cap.3. Melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ,& sanctorum.361.1

Ex Matthaeo.

cap.11. Omnes Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt.11.2
cap.16. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. 373.1
Ibidem. Non sapis ea quæ Dei sunt,&c.487.1.
cap.16. Respondens Petrus dixit ad Iesum,&c.503.1
cap.20. Reges Gentium dominantur eorum,&c.411.2
cap 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ,&c.486.1
Omnes qui acceperint gladium,gladio peribunt.47.col.1 cap.26.
Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.446.1. & 2 Ibidem.
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus,&c.419.2 cap.vlt.
Data est mihi omnis potestas,&c.505.1 Ibidem.

Ex Marco.

Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.57.col.1 cap.9.
Potestis baptismo quo ego baptizor,baptizari?ibidem cap.10.
Potestis bibere calicem,&c.531.2 Ibidem.
Super ægros manus imponent, & benè habebunt.374.2 cap.vlt.

Ex Luca.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum, &c. 486.1 cap.1.
Tollat crucem suam quotidie.372.2 cap.9.
Væ vobis legisperitis,qui tulistis clauem scientiæ.406.1 cap.11.
Baptismo autem habeo baptizari.57.1 cap.12.
Nonne quinque passeres veneunt dipondio?368.1 Ibidem.
Quis me constituit iudicem aut diuisorem inter vos? 413.2 cap.12.
Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, &c. 372.1 cap.14.
Impossibile est vt non veniant scandala.445.1 cap.17.
Si pœnitentiam egerit,dimitte illi.478.1 Ibidem.
Tu es Petrus,&c.402.2 cap.18.
Eo quòd & ipse filius sit Abrahæ.544.2 cap.19.
Capillus de capite vestro non peribit.369.1 cap.21.
Ego rogaui pro te,Petre,&c.402.2 cap.22.
Ecce duo gladij hic.414.1 Ibidem.
Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt. 529.1 cap.23.
Nonne cor nostrum ardens erat in nobis,&c.531.1 cap.vlt.

Ex Ioanne.

Hæc in Bethania facta est trans Iordanem.219.col.1 cap.1.
Ego sum ostium,&c.401.1 cap.1.
Non potest homo accipere quicquam,nisi fuerit ei datum de cælo.65.2 cap.3.
Tu forsitan petisses ab eo,&c.495.2 cap.4.
Neque vocem eius audistis,&c.73.col.1 cap.5.
Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis.561.2 Ibidem.
Qui credit in me,sicut dicit Scriptura,&c.194.1.& 2 cap.7.
Scrutare Scripturas,& vide,&c.175.col.1 cap.7.
Si filij Abrahæ estis,&c.42.1.& 2 cap.8.
Vos ex patre diabolo estis.86.2 cap.8.
Nonne bene dicimus nos,&c.188.1 Ibidem.
Ego vade,& quæretis me,&c.563.1 Ibidem.
Ego ab hoc testimonium non accipio.2.2 cap.10.
Et non rapiet eas quisquam de manu mea.403.1 Ibidem.
Ego si exaltatus fuero a terra,omnia,&c.568.1 cap.12.
Debetis alter alterius lauare pedes,&c.365.2 cap.13.
Si non lauero te,non habebis,&c.515.2 cap.13.
Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.142.1 cap.14.
Non vos me elegistis,sed ego elegi vos.515.2 cap.15.
Iam vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.531.2 Ibidem.
Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.358.2 cap.16.
Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo.364.1 Ibidem.
Regnum meum non est de hoc mundo.413.2 cap.18.
Hæc scripta sunt,vt credatis,&c.384.1 cap.20.
Pasce oues meas.391.2 Cap.21.
Pasce agnos meos.418.2 Ibidem.

Ex Actis Apost.

Cap.1. Domine,si in tempore hoc restituis regnum Israël. 553.2
Ibidem. Erunt mihi testes in Ierusalem,&c.648.1,615.2
Cap.2. Loquebantur Apostoli varijs linguis,&c.359.1
Cap.4. Non possumus quæ vidimus & audiuimus, non loqui. 358.1
Ibidem. Nihil poterant contradicere.651.2
Cap.5. Ibant gaudentes(Apostoli) à conspectu concilij,quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu,&c.360.2
Cap.13. Contradicentibus autem eis, & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua,dixit ad eos,&c.352.2

Ex Epist. Ad Rom.

Cap.6. Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. 486.1
Ibidem. Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autem,&c.503.2
Cap.8. Non sunt condignæ passiones huius temporis, &c.361.1
Ibidem. Sed in his omnibus superamus,&c.654.2
Cap.10. Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio, &c. 364.1
Cap.12. Non te ipsum vlciscere,sed da locum iræ.550.2
Cap.13. Necessitate subditi estote, non solùm propter iram, &c. 488.1

Ex I. Ad Corinth.

Cap.1. Quæ stulta sunt mundi,elegit Deus,&c.358.2
Ibidem. Ego quidem sum Pauli,ego autem Apollo,&c.518.1
Cap.2. Quam prædestinauit Deus in gloriam nostram,quam nemo Principum huius sæculi cognouit.118.1
Cap.3. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, &c. 180.2
Cap.3. Fundamentum aliud nemo potest ponere,&c.422.2
Ibidem. Et secundùm hominem ambulatis.487.1
Cap.3. Si quis videtur inter vos sapiens esse,504.1
Cap.5. Reliquum est,vt & qui habent vxores,&c.143.2
Ibidem. Quid vultis? in virga veniam ad vos,&c.421.2
Ibidem. Quid mihi de iis qui foris sunt,iudicare,&c.452.2
Cap.6. Omnia mihi licent,sed non omnia expediunt.549.2
Cap.9. Nunquid de bobus cura est Deo?528.2
Cap.10. Petra autem erat Christus.388.2
Cap.11. Oportet hæreses esse.445.1
Cap.12. Vnicuique datur manifestatio spiritus,&c.419.1
Ibidem. Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.452.1
Cap.13. Si tradidero corpus meum,&c.372.2
Cap.15. Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt.386.1

Ex II. Ad Corinth.

Cap.2. Foris pugnæ; intus pauores.654.1

Ex Epist. Ad Galat.

cap.1. Notum vobis facio,fratres,Euangelium, quod euangelizatum est à me,&c.358.1
Licèt nos,aut Angelus de cælo,&c.486.2 Ibidem.
Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. 487.1 Ibidem.
Mihi nihil contulerunt.424.1 Cap.2.
In faciem ei restiti,quia reprehensibilis erat.ibid.2 Ibidem.
Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis, &c.73.1 Cap.3.
Cùm essemus paruli sub elementis mundi huius, &c. 24.2 Cap.4.

Ex Epist. Ad Ephes.

Aedificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum,&c.422.2 Cap.2.
Obedite parentibus vestris in Domino.172.1 Cap.6.
Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,&c.111.1 Cap.vlt.

Ex II. Ad Thess.

Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate.480.2 Cap.3.

Ex Lib. I. Ad Timoth.

Lex iusto non est posita. 486.1 Cap.1.
Attende lectioni, exhortationi,& doctrinæ.358.1 Cap.4.
Peccantes,coram omnibus argue.453.1 Cap.5.
Seniorem ne increpaueris.453.1.& 463.2 Ibidem.

Ex II. Ad Timoth.

Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc,&c.403.1 Cap.2.
Omnis scriptura diuinitus inspirata,&c.358.1 Cap.3.

Ex Epist. Ad Hebr.

Autorem salutis eorum per passionem consummari. 365.1 Cap.2.
Tentatus per omnia pro similitudine,&c.82.2 cap.4.

Ex Iacobi Epist.

Omne gaudium existimate,fratres,cùm in varias tentationes incideritis,&c.84.2 cap.1.

Ex I. Petri.

Regale sacerdotium.409.2 cap.2.
Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum. 439.2 Ibidem.
Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ, &c.486.1 Ibidem.

Ex I. Epist. Ioannis.

Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est,&c. 89.2 cap.2.
Omnis qui natus est ex Deo,non peccat.193.1 cap.3.

Ex Apocalypsi.

Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.361.1 cap.2.
Hæc dicit sanctus & verus, &c. vsque ad illud: & nemo aperit.407.2 cap.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM NOTABILIVM QVÆ IN HOC QVARTO TOMO CONTINENTVR.

A.

ABEL, & Zacharias filius Barachiæ, primus & vltimus in sacra Scriptura nominatus pro religione interfecti.525. col.1

Abigail quando corripuit virum suum Nabal.463.2

Abilina vnde, & quomodo aliàs dicta, & vbi sita. 10.1

Abnegare alium, quid sit.432.2

Abnegare se ipsum, quid sit.ibidem

Abnegationis sui ipsius in quodam adolescente Ambrosianum exemplum imitatione dignum.ibid

Abnegatio sui, est vnica via, & brevis & compendiaria trahendi homines ad Christum.433.1

Abnegatio sui, quas alias abnegationes comprehendat. ibidem

Abominatio desolationis quid sit.656.657.2.659.2

Abrahamus primus Propheta dicitur.pag.13.colum.1

Abrahæ filij, ad quos promissiones spectant, qui sint.42. 1.& 2.43.44.45.& 46

Abraham non tentauit Isaac immolare in monte Garizim, sed in monte Moria.197.1

Abraham quid senex.394.1

Abraham quibus virtutibus eminuit.588.3

Abrogauit Christus aliqua ab ipso tradita præcepta. 361.2

Abscondat Deus quomodò, & quæ.504. col.1

Accidens spirituale non potest esse in subiecta extenso. 63.& 64

Adam vnde dictus, & quid Hebræis significet. 537.1

Adam in statu innocentiæ Angelum Custodem habuit. 396.1

Admiratio Christi qualis.398.1

Adorationis Iudæorum locus designatus ex Dei præcepto fuit Ierusalem.197.1

quæ Adoratio extra Ierusalem prohibita fuerit illis. 197.2

Adorare in spiritu & veritate, quis dicatur.198.1

Aduersa quo ratione bona sint.368.1

Aduentus secundus Domini qualis erit: qualis primus fuerit.555.1

in Aduentu secundo vbi apparebit Christus mundi index.ibid

Aduentus secundus improuisus Christi quibus verbis significetur.596.1

Aequalitate nihil inæqualius.498.1

Aesculapius, eo quod auro inductus fuerit, vt ægrotantem extremè in vitam restitueret, fulmine percutitur.347.2

Aetas ad sacerdotium legale requisita, triginta erat annorum.61.1

Agnus in quibus rebus Christi sit typus.157.2

Agnorum & ouium spiritualium officia.493.2

Alæ Christi quænam sint.635.1

Alabastrum quid: eius vsus ex Plinio.593.1

Alabastrum vbi nascatur.ibid

Alabaster quid sit.ibid

Alabastrum fractum quid mystice.595.2

Alexandri Macedonis intolerabilis ambitio & superbia.136.2

Alexandro Regi quid obtulit rusticus.373.2

Ambitio Phariseorum damnabilis.523.1

Ambitionis species duplex.574.2

Ambitionem vtramque sanare venit Dominus Iesus. ibidem

Ambitionis ingenium.575.1

Ambitio hominis quanta.576.1

Ambitio spiritualium bonorum quomodo fœminas etiam quodammodo attingat.ibid

hæc Ambitionis pestis quantum occupet Ecclesiam Dei. ibidem

Ambitio quomodò cæcet hominem.578.2

Ambitionis altera species, indignatio.580.2

Ambrosij Magni mira spiritus libertas. 412. colum.1

Amet quis parentes plusquam Deum. 372. colum.1

Amici & consanguinei quomodò diligendi. 577. colum.2

Amor diuinus tribulationibus, velut flammis, accenditur & fouetur.57.1

Beatus Andreas quoties à Christo vocatus.167.colum. 2.& 220.1. Eius nomen quid significet.225.2.& 342.1

B. Andreas primus Christi Discipulus, primus Euangelicus piscator, frater Simonis carne & spiritu, omnique laude dignissimus.167.2.& 168.1

Andreæ ad Christum conuersio cur prior in Euangelio describatur, quàm conuersio Petri.172.1.& 2

B. Andreas quorum fuerit typus.225.2

Angelus in intellectu hominis quid possit efficere. pag. 87.2

Angeli vt moueant cælos, & corpora alia monere quomodo possint.126.2

Angeli cur, trina à Christo victa tentatione, accesserint, & eidem quare, & quid ministrauerint.pag. 142.2

Angeli vt dicantur ascendere, & descendere super Christum.177.1

Angelorum officium.270.1

Angelorum ministerio quomodo homo ad beatitudinem perducatur.449.1

sine Angelorum ministerio cur id Deus non præstet, cùm possit.ibidem

Angelus Custos cur homini à Deo datus.ibid

Angeli custodia quam ob causam homini insensibilis. ibidem

Angelus Custos quomodo instruat.ibid

Angelo Custodi custodia hominis cur non sit turpis, aut ignominiosa.ibid

Angelo custodia hominis quare non sit difficilis, atque laboriosa.ibidem

Angeli an semper assistat hominibus ad custodiam. ibid.

Angelorum beatitudo per hominis custodiam non impeditur.ibid.

Angeli Custodes neque errare possint, neque peccare. 449.2

de Angelis Custodibus Patrum doctrina.ibid

qui Angeles maiores, qui minores, custodes sortiantur. 450.1

Angelum Custodem habuit Adam in statu innocentiæ. ibidem

Angelus consolatus est Christum in horto, exterius loquens, non tamen intrinsecus imprimens, aut illuminans.ibid

Angelus Custos Antichristo non est denegandus.ibidem

Angelus Custos datur homini iam primùm ab eius ortu, non autem à Baptismo.ibid.

Angelum Custodem nulli hominum denegari ibid

Angelus qui matrem custodit, custodit eius fœtum in vtero.450.2

Angeli custodia quàm vigil ac sedula.ibid

Angeli custodia durat vsque ad mortem.ibid

Angeli Custodes consolantur quandoque in Purgatorio. ibidem

de Anima Philosophorum opiniones diuersæ.376.1

de Anima, Herodis sententia.376.1

Animabus quæ sunt in Purgatorio, qua ratione suffragia impendantur.416.1

Animam hominis tantùm potest expiare vnus Deus. 514.2

Animas suo corpore exutas, esse adhuc corporeas, falsum dogma confutatur.543.2

Animas ante iudicium vel pœnam habere, vel præmiũ, contra Græcos. ibid

Animæ defunctorum cur non appareant viuis, inferorum statum illis renuntiantes.548.2

Animus rationalis individuus est, & singularis à corpore.149.2

Annas an fuerit simul summus Sacerdos cum Caipha. 10.2.& 11.1

Annas Pontificatum bis gessit.11.1

Annæ & Caiphæ etymon nomen.12.2

B. Anna, Virginis mater, trigama nequaquam censenda. 327.1

Apostoli cur frequẽs veterum proferant testimonia Scripturarum.16.1

Apostolos à Christo baptizatos fuisse, probabilius est. 66.2

Apostolorum varios gradus enumerat Augustinus.154.2

Apostolorum electio gratuita.171.2

Vt in Apostolorum Collegium aliquis legis peritia instructus coo, taretur, conueniens fuit.174.1

ab Apostolis visus est hiatus magnus, lucidus, ac fulguri coruscanti similis in die Ascensionis, & quæ fuerit in hoc impleta Scriptura.177.1

Apostoli cur septem Diaconos elegerint.181.1

Apostoli à quo fuerint baptizati, ibid

Apostoli Christo viuente, non baptizabant Ioannis Baptismo.ibid.

Apostoli inuenientes Christum colloquentem Samaritanæ, cur admirati, nec verbum illi dixerint.200.2

Apostoli vt messuerint, quæ seminauerant alij.203.2

Apostoli maiora quodammodo quàm Christus fecerunt. 224.2.& 228.2

Apostolorum à Christo acceptæ sapientia, vis est & potentia.226.2.& 227.1

Apostolorum typus elegans fuit Moses.227.1

Apostoli Dominum sequuti, non prorsus illum ignorabant.229.1

Apostolorum vocatio quàm fuerit potens.ibid

Apostoli Christum sequuti, nihil sibi retinuerunt proprium.230.2.& 231.1

Apostoli leuitatis argui non debent, quòd eiò vocantem Christum fuerint secuti.242.1

Apostolorum per Christum ex discipulis facta promotio, & ad prædicandum missio, non eodem tempore contigerunt.248.2

Apostoli cur sic dicti.250.2

Apostolica dignitas in Ecclesia, omnium est maxima. 251.1.& 272.2.

cur Apostolos duodecim solos Dominus elegerit. 251. 252.& 253.1

Apostoli quibus fuerint figuris adumbrati.252.1

Apostoli existimarunt se futuros duodecim Præfectos super Tribus Israël.252.2

ab Apostolis duodecim Paulus & Barnabas vt secernantur.253.2

Apostoli quandiu Iudæis verbum Christi prædicauerint, & ad prædicandum Gentibus quando conuersi.253.1

Apostoli orbem vniuersum sortibus sibi diuiserunt, vnusquisque in alterius sorte ex professo nõ prædicabat. ibid

Apostolorum nomina in Euangelio cur scripta.253.2

Apostolorum cum Baptista comparatio.271.1

Apostolorum potestas ad patranda miracula, quæ.339.2 & 340.1

Apostolorum ordo quis ille, quem Matthæus assignat, temporis ne vocationis, an profectionis.341.1

Apostolos cur binos miserit Dominus ad prædicãdũ.343.1

Apostoli antequam per vniuersum orbem diuiderentur, simul manserunt per duodecim annos.ibid.2

Apostoli cur à Christo prohibiti sint abire in viam Gentium.344.& seqq

Apostoli aduersus dæmones quam habuerint potestatem. 346.2

Apostolis ad prædicandum missis constituta à Domino præcepta sigillatim explicantur.347.2

Apostoli ad prædicandum missi, ouibus & agnis cur comparentur.354.2

Apostoli vnde didicerant, quæ prædicabant.357.2

Apostoli cur à Deo, & non ab hominibus discere debuerint.358.1

Apostolis cur dictum: Cùm persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam.361.1

Apostolorum triplex appellatio.363.1

Apostoli tribulationes tolerare debebant triplici de causa.ibid.

Apostoli orationi simul, & prædicationi verbi cur insisterent.367.1

Apostoli quem timorem debebant à se abijcere 368.1

Apostoli vnde acceperint pœnitentiam prædicare.374.1

Apostoli sunt duodecim portæ, per quas patet ingressus ad regnum cælorum.401.1

Apostoli secundum affectu carnis spoliati, dictum Domini, vt fidei articulum non accipiebant.402.2

Apostolorum proprium quid sit.405.1.qualem Apostolis Alijs potestatem, æqualem ipsi Petro, Christus dedisse videatur.407.2.

Apostolus vnus non erat alio maior, dum Christus viuebat.408.1

Apostoli qua lege, quam habebant à Christo acceperint potestatem.ibid

Apostoli Matthæi vltim. à Christo missi quas docere Gentes, atque prædicare.408.2

Universidad de Deusto Biblioteca

Apostoli à Christo missi quid primum prædicauerint. 416.2

Apostoli in prima sua missione non prædicarunt apertè Iesum esse Christum sed pœnitentiam. 416.& 417.1

Apostolorum ordo apud Euangelistas (Petro excepto) vnde narretur. 424.1

Apostoli qua ratione miserint Petrum & Ioannem in Samariam. 424.2

Apostoli in quo nam regno cælorum maiores esse cupiebant. 437.2

Apostoli quid erant, & quas leges Actor. 15. Antiochenis imponerent. 481.2

Apostoli duodecim, & septuaginta duo discipuli, vbi delineati fuerint. 491.2

Apostolorum dignitas quanta. 499.2

Apostoli cur ægrè Ierosolymam cum Christo veniebant. 567.2

Apostoli cur Domini verba de morte sua non sunt assecuti. 574.1

Apostolorum potestas in alios à Christo concessa quanta. 581.1

Apostoli quibus de causis in mulierem vultricem fuerint indignati. 597.2

Apostoli an credentes regnum Christi esse temporale, peccauerint. 646.2

Apostolorum tribulationes quot. 651.1

Apostolorum afflictores, qui, ibid.

Apostoli cur propter nomen Iesu tot pertulerint mala. 652.1

Appellationem à Pontifice ad Concilium, esse illicitam, probatur. 453.2

si Appellare à Papa non licet, ab eo indicatus quid habebit perfugij. 454.1

Aqua non accepit per contactum corporis Christi in baptismo, virtutem aliquam spiritualem. 63.2

Aqua viua iustificantē gratiā adumbrat. 190.1.& 194.1

Aquæ mundi huius, & aquæ Christi discrimen. 192. 2. & 194.2

Aquarum viuentium Christi salutares effectus. 193.1. & eleganter. 194.2.& seqq

Aquilæ ingenium. 634.2

Arbitrium liberum ad bona opera facienda non trahitur illata violentia. 276.2

Arborum quatuor species, iisque qui, teste Rabano, designentur. 46.2.& 47.1

Archelaus, filius Herodis functus erat vita, cùm Ioannes prædicare cœpit. 8.1.& 2

Archelaus, Herodis filius, Ethnarcha ab Augusto institutus. 9.2.& postea fuit depositus, & in Viennam Galliæ relegatus. ibidem

Aristotelis responsio, cur ex Athenis in Chalcidem recessisset. 362.2

quibus Armis Christus dæmonem vicerit. 90.2

Aromata vnde fluant. 533.2

Asis quid, eiusque partes. 368.2

Asses cur falli olim Romæ sexantarij, & vnciales. ibid.

Astrologi, qui prædicant ea, quæ ab hominum libertate pendent, decipiuntur. 571.1

Astutia quid sit. 356.2

Auaritiæ, an profectus, quod sit deterius malum. 537.1

Augustus Cæsar quinquaginta octo imperauit annos. 61.2

Augustinus in libris de Ciuitate Dei, & Orosius de Ornesta mundi, quid suadere conati sunt. 360.1

Augustinus quibus verbis (secundum hæreticos) Petri primatum negare videatur. 392.2

Augustinus Petri primatum apertè confitetur. 393.1

Augustini vtilis canon ad intelligendas Scripturas. 465.1

Augustini de septuaginta duabus linguis testimonium. 491.1

Auster suapte natura calidus & siccus, cur sit in Europa pluuiosus & humidus. 533.2

Auxilio diuino opus est ad omne opus bonum perficiendum. 86.1

Auxilio diuinæ gratiæ indigemus pro vincendis singulis tentationibus. 87.2

Auxilium gratiæ sufficiens nulli vnquam à Deo denegatum. 332.2

Axiomata sua Christus quomodo alijs communicauerit. 395.1

B.

Baal apud Hebræos quid. 365.2

Bacchanales ludi quàm sint diabolicum inuentum. 573.1

per Bacchanales ludos mirificè Christi mortem renouari. 573.2

Bacchanalia vnde traxerunt originem. ibidem

Baptismus Christi omnibus non ponentibus obicem, peccatorum remissionem conciliat. 16.2.& 56.2

Baptismus ducit nos in terram promissam. 34.1

Baptismus Ioannis qualis fuerit. 16.2. & 34.1. Et quomodo à Christi baptismo differret. 19.1.52.53.& 163

Baptismus Ioannis non fuit sub præcepto. 34.2.& 280.2

Baptismus Ioannis, quando cœperit & desierit. 155.2

Baptismus Christi & Circumcisio ante promulgatum Euangelium simul currebant. 34.2

Baptismo Ioannis qui nam baptizabantur. ibid. & 155.2

Baptismus Ioannis non conferebat gratiam. 35.1.& 53.2 & 155.2

Baptismus Ioannis cur fuerit institutus. 35.1.& 155.2

illo Baptismo tincti, iterum Christi baptismo intingebantur. 53.2

Baptismus Ioannis, an dici queat Sacramentum. 35.2

Baptismi nouæ legis effectus datur recedente fictione. 56.2

in Baptismo quæ acquiritur gratia, amitti potest. ibidem

Baptismus ignis, & igne baptizari, quomodò accipiendum. 57.2

Baptismus non debet in trigesimum annum, exemplo Christi, differri. 62.2

Baptismi Christi aqua non accepit ex corporeo Christi contactu virtutem aliquam spiritualem. 63.2

Baptismi mystica significatio exponitur. 64.1

Baptismus Ioannis non habebat aliquam verborum formam. 68.1. eius ritus. ibid. & col. 2

Baptismi effectus non dependet à iustitia ministri. 193.2

in Baptismo pueri fidei, spei, charitatisque suscipiuntur habitu. 194.1

quo Baptismate Christus habebat baptizari. 531.2

Baptismus Christi duplex. ibidem

quo Baptismo Christi primus baptizandi. 578.2

Baptizare, Iudæis quid. 520.2

Bar-iona quid. 386.1

Bartholomæus, idem est quod filius Ptolemæi. Putatur ab aliquibus, eundē esse Nathanaelē. 173.1.& 342.2

Bartholomæus, non nomen proprium, sed cognomen esse videtur. 173.1

Bartholomæi sanctitas insignis ex Origene. 173.2

Barnabas & Paulus vt secernantur à duodecim Apostolis. 253.1

Beelzebub, seu Beelzebul, quid Hebræis. 365.2

Beelzebub quid sonet. 366.1

Beelphegor quid erat. 365.2

Beelphegor altera denominatio. ibidem.

Belli Iudaici scriptores. 606.2

B. Benedicto qua ratione totus fuerit mundus ostensus. 135.2

Ben iona quid. 386.1

D. Bernardi salubre documentum. 518.2

Berosus vetus autor. 365.2

Bethania duplex, quid sonet, & mysticè quid significet. 156.2.& 589.2

ex Bethania cur Christus voluerit transire Ierusalem moriturus. ibidem.

Bethabara quid, & eius etymon & an altera sit à Bethania, aut Bethaiba. 156.2.

Bethleem duplex. 156.2

Bethsaida quid, vbi sita, à quo Iulias, & quamobrem sit dicta. 172.2

ex Bethsaida oriundos tres Christus cur Apostolos elegerit. ibidem.

Bethsaida & Corozaim vrbes vbi sitæ. 497.1

Blasphemantes Spiritum sanctum, quomodo non consequantur remissionem, blasphemātes autem Christum, veniam consequantur. 529.1

Boni patienter debent malos sustinere. 59.1

Bonum sub ratione boni non resultat à voluntate. 190.1

Bona temporalia humani cordis rabidam sitim lenare haud possunt: secus tamen spiritualia. 192.2

Bona temporalia quatenus quærenda, ab essendaue sint. 266.2

Bona intellectualia cur minus moueant quàm sensibilia. 435.2

Boni quare cum malis flagellantur secundum Augustinum. 472.2

Bonos, dum hic viuitur, sine malis esse non posse. 586.1

Byssus & purpura, quid. 537.2

C.

Caesar vnde dictus. 12.1

Cæsarea Philippi nomina antiqua. 381.2

Cæsarea Philippi vnde hoc nomen acceperit. ibid.

Cæsarea Palestinæ, quæ sit, eius situs, nomen aliud, ab Ierusalem interuallum ibid. 649.2

Cai Caligulæ prauitas in Iudæos quanta. 658.1

Caietani error circa illud, Si peccauerit in te, &c. 452.1

Calceamenta quæ Dominus Apostolis interdixerit. 348.2

Calceamenta portare, & corrigiam calceamentorum soluere, quid mysticè designet. 55.2.& 53.1

Calceos non gestauit Christus. 55.1.& 156.1

Calix vini cur passio Christi sit dicta. 578.1

Calix Crucis quid pariat. ibidem.

Calicem pro nobis Christus quomodo biberit. 578.2

Calix hic qualis detur nobis. ibidem.

Calix Crucis quibus detur hauriendus. ibidem.

Camelum per foramē acus transire, vnde constet non esse impossibile. 583.1

Cantica canticorum aliter Iudæis, aliter viris spiritualibus sapiunt. 575.1

Capharnaum vnde dicta, & Cur in finibus Zabulon & Nephthalim esse ab Isaia dicatur 210. 2.& 206.1. & 239.1

Capharnaum ciuitas Christi cur dicta. 210.1

Capharnaum vsque ad cœlum exaltata quando fuerit. 497.1

Capharnaum quare cum Sodoma comparetur. 497.2

Capillatura mulierum, diaboli tentacula. 299.& 300

Capillis quid mysticè denotetur. 300.1

Capillus trium puerorum non est adustus, in signum futuræ resurrectionis. 369.

Capillum de capite non perire Hebræis quid. 652.2

Caro per figuram Synecdochen dicitur homo. 28.2

Caro omnis quando viderit salutare Dei. ibidem.

Carnem tentare, vt intelligendum. 88.1

Caro vt dicatur aduersus spiritum concupiscere. ibidem.

Carnis nomine in Scripturis quid intelligatur. 88.2

Caro nostra, diaboli est asylum & receptaculum. 91.2

Caro nostra ieiunijs frænanda. ibid. & eleganter pagin. 110.1.& 2

Castoris animalis cuiusdam exemplum doctrinam Christi confirmat. 446.1

Cathedra Moysi, cuius cathedræ typus fuerit. 608.2

Catonis dictum notabile. 610.1

Centuplum quid secundum Hieronymum. 565.2

Centuriatores frigidè errant, Ioannis baptismā Christi baptismo æquiparantes. 52.1.& seqq.

Cephas, siue Cipho, vox Chaldæa est, petramque significat, & scopulosum & præalium collem. 169.2.& 388.1

Cephæ secundum aliquos caput significat. ibidem.

Cerimoniæ exteriores vtiliter in Ecclesia seruantur. 199.1. Earundem significatio declaratur. 199.2

Ceti ingenium & natura mirabilis ad alios pisces. 229.1

Chaos quid. 546.2

Charitate coniunctos & vnitos dæmon non aggreditur. 90.2

Charitatis, & veræ in Deum conuersionis, quæ sint vera signa. 168.1

Charitas, magnum Dei donum. 189.1

Charitatis encomium. ibidem.

Charitatis effectus. 447.2

Charitatis ordo tria postulat. 478.2

Charitatis proprium quid. 503.1

Charitas Dei erga nos. 523.1

Charitas cum iudicio cur debet esse coniuncta. ibidem.

Charitas est pondus omnium virtutum. 600.2

Charitas vera & Christiana, quæ nam sit. 639.1

Charitas ordinata à se ipso incipit, quomodo intelligendum. ibidem.

Charitas ordinatissima vnde incipiat. 639.2

Charitas quomodo refrigescit abundantia iniquitatis. 654.1

propter Charitatis dilectionem non fit peccati remissio. 306.2

Chelidonius appellabatur cæcus ille à natiuitate, de quo Ioannes. 291.1

Christiani veri qui sint. 175.1

Christiani cur primum discipuli deinde fratres fuerint vocati. 452.2

Christi virtus ad omnem se spiritum extendit. 3. col. 1

Christianorum encomium per Traianum Imperatorem. 654.2

Christi virtus remisit peccata. 3. col. 2

Christus maior est lege Moysi & Sabbato. ibidem.

Christus humana omni lege & institutio est superior. ibidem.

Christi virtus à loco non pendet. ibidem.

Christi natalis dies, cur magnus dicatur & terribilis. 6. 2.& 7.1

Universidad de Alcalá
Biblioteca

Christus cur facies dicatur Patris.7.col.1
Christum adumbrat, omnia quæ in Salomonis templo erant. ibidem.
Christus duplici iure est dominus omnium rerum. ibidem.
Christus cur Angelus Testamenti dicatur.7.col.2
Christus Iudæis promissus, non Gentibus.ibidem.
Christus inuentus est à non quærentibus ipsum.ibidem.
Christus cur Nazarænus dicatur.8.col.2
Christus cur iam vir cœperit docere.13.2
Christi humilitas quanta.15.2
Christus cur in aqua & sanguine venisse dicatur.16.colum.2
Christus quando appellatur regnum cælorum.20.1
Christus Iesus omnibus spiritualibus infirmitatibus antidotum salutare.56.2
Christus Ioanni & Moysi in quibus excelluit.32.2
Christus post Ioannem cur venisse dicatur.54.2
Christus Ioanne cur fortior:& in quibus fortibus fuerit adumbratus.ibidem.
Christus Dominus quo ætatis suæ anno fuerit à Ioanne baptizatus.61. & 62.2. Cur voluerit baptizari.622.2
Christus natus est anno quadragesimo secundo Augusti Cæsaris.61.1
Christus cùm baptizatus est,non impressit aquis virtutem aliquam spiritualem.63.1
Christi ad aquas descensus,& eiusdem in illis factum baptismus,mysticè quid designent.64.2
Christus an legis & obedientiæ capax extiterit.67.colum.1
Christus quomodo impleuerit omnem iustitiam. ibidem.
Christus baptismo Ioannis baptizatus non accepit aliquam nouam sanctificationem, quam non haberet. 68.1
Christo baptizato, quomodo & ob quam causam aperti sunt cæli.69.70.& 75.1
Christus columbæ similis.72.2
super Christum quare ter vox cælitus fuerit audita.74.col.2
Christus est filius naturalis Patris, non adoptiuus. 76.col.1
in Christo quomodo Deus Pater sibi complaceat. ibidem.
Christi genealogiam mox post baptismum cur texuerit D.Lucas.76.2
Christi tentationem cur solus Ioannes non scripserit.77.col.1
Christus quo tempore fuerit tentatus.77.2
Christus ab Spiritu sancto quomodo & quare in desertum ductus.78.1
Christus, consensu Virginis habito, in desertum secessit. 77.2
Christus in desertum cur ad ieiunandum secesserit.79.col.1
Christus dæmonem absque temeritate ad pugnam prouocauit.79.2
Christus cur voluerit tentari, & hoc in deserto. 81. 82. & 114.
Christus cur non fuerit à carne tentatus.82.2.nec à mundo.83.1
Christus non habuit fomitem. ibid. nec passiones rationem præeuntes, sed tantum propassiones. 83. columna 1
Christus quomodo dicatur per omnia tentatus. 83.2. & 141.1
Christus non est ex operibus sanctificatus: ex Nazianzeno.68.2
Christus vt Pontifex noster Patrem orauit.69.1
Christum, verum esse Messiam, multa ostendunt testimonia.75.1
Christo Domino cur data sit ante passionem palma in Dominica Palmarum.84.2
Christus sola extrinseca suggestione tentari potuit,ex B. Gregorio.90.1.& 114.1
Christus quibus armis ad vincendum dæmonem vsus fuerit.90.2
Christus Dominus ieiunium quadraginta dierum quare acceptauerit.91.1
Christus cur dicatur ieiunasse quadragima dies,& quadragima noctes;& an in his diebus aliquid cibi sumpserit.93.94.& 95.1
Christus hoc tempore famem non sensit.96.2
Christus non est passus tentationem aliquam vsque ad expletum quadragenarium ieiunium.94.1
Christus Dominus in deserto quibus occupabatur.94.colum.2
Christus mediocrem, quoad austeritatem, fuit professus vitam.ibidem.
Christus vsque ad quadragesimum diem ieiunans, quomodo non senserit famem.96.2
Christus ad institutionem nostram voluit post ieiunium esuriem pati.ibidem.
Christus ieiunia à lege præscripta strictè obseruauit. 106.2
Christus in deserto quàm perfectè dæmonem vicerit,& vulnera ab eodem protoplastis in paradiso inflicta quàm mirè sanarit.115.1
Christi tentatio prima quàm grauis,& cur,sicut ipsa postulabat,signum aliquod non ostenderit Christus.121.col.2
Christus dæmoni tentanti cur abiecerit Scripturas. ibidem.
Christus dæmonem in prima tentatione prudentissimè repulit.ibidem.
Christus quid nos docuerit per ea quæ primæ tentationi respondit.123.2
Christi satisfactio nostræ satisfactionis necessitatem non tollit.124.2
Christi tentationes quis suo ordine scripserit, Lucas ne, an Matthæus.125.1
Christus an verè fuerit à dæmone assumptus, localiter motus, & super pinnam templi constitutus.126.& 127
Christus cùm ad pinnaculum templi à dæmone portabatur, tutissimè se hominibus fecit.127.& 128. columna 2
per Christi tentationem secundam quid contenderit dæmon ab illo extorquere.129.1
Christus qua ratione ministerio egerit Angelorum. ibidem.
Christi tentatione secunda quid doceamur. 131.2
cur Christus voluerit tertio tentari.133.1
Christus quomodo à dæmone in montem excelsum fuerit vectus.ibidem.
vt Christo facta fuerit in tertia tentatione omnium regnorum ostensio.133.2
Christus quantum meruerit in secundæ & tertiæ tentationis victoria.136.2
per Christi tentationem tertiam quid curauerit dæmon à Christo extorquere: Christus autem quæ nobis in eius victoria documenta præstiterit.139.2

Christi tentatio tertia qualis,& quam fuerit periculosa. 138.1
Christus cur dæmoni ipsum tertio tentanti responderit: Vade retro,Satana.ibidem.
Christi tentationes quanto duranerint tempore.140.colum.1
Christus, tentationibus expletis, vbi fuerit à diabolo relictus.140.2
Christus qualem nobis modum vincendi tentationes suo exemplo tradiderit.141.2.142.2.& 143.1
Christus testimonijs legis & Prophetarum,& Baptistæ, quatenus egerit.146.1
Christi humanitas, vox est, & Dei sermo.151.1. & 2
Christus cur dicatur clamans.152.2
Christus cur dicatur medius stare.155.2.& 156.1
Christus cur dicatur ante Ioannem fuisse,& post ipsum venisse.156.1
Christus ad Ioannem vnde venerit.157.1
à Christo tentatione trina superata, quare Angeli accesserint,quid,cuique illi ministrauerint.122.2
Christus cur quadragenarium ieiunium in deserto inierit,& postea exierit ab eremo.144.1
Christus cur Agnus & Dei Agnus dicatur. 157.2. & 158.1.& 164.2
ad Christum solum astringebat peccata remittere.158.2
Christus quare dicatur Agnus occisus ab origine mundi. ibidem.
Christus vt abstulisse dicatur peccata mundi.pagin.159. colum.1
Christus vir,& qualis vir,à Ioanne dicatur.160.1
Christus eo quòd sit diuinæ coniunctus naturæ, omnibus est in prædestinatione Dei præpositus creaturis. ibidem.
Christi miracula in infantia facta sunt à quibusdam, teste Theophylacto.161.1
Christus Iesus ad quos ipsum sequentes conuertatur.pag. 165.2
Christus Dominus Andream, & alium Ioannis discipulum quid quærerent percontatus, quæ nobis salutaria monita dederit.166.2
Christus quomodo toti orbi sit, fueritque magister. 166. colum.2
Christus prouectioris exterius videbatur ætatis, quàm re ipsa erat. ibidem.
Christi comitas & urbanitas.ibidem.
Christus domum propriam non habuit.167.1
Christus vnde dicatur.168.2
Christus Rex fuit,Propheta simul & sacerdos.ibidem.
Christus cur in Galilæam secesserit,prædicante in Iudæa Baptista.171.1
Christus cur post baptismum,& non ante,discipulos elegerit.171.2
Christum solum modo sequi debemus.172.1
Christus cur filius Ioseph dicatur.174.2
Christus cur Nazarænus, non autem Bethleemita cognominetur.ibidem.
in Christi ad cælos Ascensione quæ fuerit facta eorumdem apertio.177.1
Christum solus verè potest facere discipulos.180.1
cur Christus per se ipsum non baptizauerit.180.2
cur Christus, Ioanne in carcerem misso, in Galilæam secesserit.181.2
Christus pedibus suis iter faciebat.184.1
Christus fatigari itinere cur voluerit.ibidem.1.& 2
Christus ex itinere fatigatus, & super fontem Iacob sedens,quid doceat nos.185.1
Christus, quasi venator ad aquas, Samaritanam est venatus. 185.2
Christus in sexta mundi ætate, & sexta die incarnatus est:hoc diei sexta crucem sustinuit;in eademque nostræ fuit fœcundus salutis.185.2.& 186.1
Christi paupertas & parsimonia.186.2
Christus mendicando viuebat,ibidem.
Christi cum Samaritana colloquium eleganter exponitur.ibidem.
Christus,donum est Patris.188.2
Christi incarnatio quam maximum fuerit Dei Patris donum.189.1.& 2
per Christum mediatorem constant nobis dona omnia. 189.2
Christus Iudæis prius quam Gentibus manifestatus est. 200.2
Christus colloquio illo cum Samaritana habito quid nos docuerit.201.1
Christus parabolis & allegorijs singulariter delectabatur.202.2
Christo iam Sole iustitiæ orto, spirituales messes albæ fiunt.203.1
Christum Saluatorem in quibus olim Saluatoribus fuerit adumbratus.205.1
Christi cibus & potus.202.1.& 205.2
cur Christus in ciuitate Capharnaum habitare voluerit, relicta Nazareth.210.1
Christo cur tacuerit,Ioanne prædicante.214.2
Christus miracula cur ederet.ibidem.
Christi prædicationis proœmium.215.1
Christi in homines immensa charitas dulcedo. 215.colum.2
Christus pedibus totam circuibat Galilæam, amoris ardore impulsus.216.1
Christus Dominus cur doctus sit Galilæum.216.2
Christus Dominus cur in Synagogis prædicaret. ibidem.
Christus signa facturus,ea quæ hominibus vtiliora sunt, facere elegit,& quare.217.2
Christus ad nos cur pauper, & sine auro venerit. ibidem.
Christi miracula singula non narrarunt Euangelistæ. 218.2
Christus turbas docturus, nauem cur ascenderit.222.colum.1
Christus rete est, hamus & esca,quo homines piscantur. 225.1
Christus Dominus virtute pollet mirabili, qua homines ad se pertrahit, efficatiori, quàm sit illa,qua magnes ferrum, cetus pisces, pastor ab bestias reliquas ad se venire dulciter cogunt.229.2
Christus quandoque à turbis cur secesserit. 232.1
Christi eximia paupertas.233.2
Christus quæ mihrem in Euangelio se filium hominis appellet. ibidem.
Christus quomodo filius fuerit Adæ.234.1
Christus solummodo sequendus,& nullus alius,& quidem sequendus,non præeundus.240.2
Christus conuiuio à Matthæo parato,& Cana nuptijs,cur voluerit adesse.243.1
Christus cum publicanis & peccatoribus cur conuersabatur frequenter ibidem.
Christus in quo sensu non venerit vocare iustos, sed peccatores. 284.1
Christi in oratione Dei cur per noctem auerit Apostolos electurus; quidq; hoc nos suo exemplo docuerit.249.1.& 2

Christus cur operibus, non verbis voluerit discipulis Ioannis interrogentibus respondere. 260.1
Christi miracula eum esse Messiam ostendebant apertè. ibidem. 2
Christi falsi optima signa. 262.1
Christus lapis & petra offensionis quem super cadat & conterat. 263.2
Christus neminem potuit peccando scandalizare. 264. col.1
Christus & lapis angularis, vivus, pretiosus, in fundamento positus, via, leo, serpens, agnus appelletur, item scandalum. ibidem.
à Christo Iesu quamobrem homines scandalum & offensionem accipiant. ibidem.
Christus cur ignis dicatur. 265.1
in Christo qui nequaquam offenditur, beatus ille qui sit. 266.1
Christus ad conuiuia cur accedere non recusauit. 282. 1. & 285. 2
Christus medium ac temperatum vitæ genus cur amplexatus. 282.2
Christi humanitas pedes Christi dicuntur. 299.2
Christus Græcè ab vnctione est dictus, vnctusque est vt Rex, Sacerdos, & Propheta. 318.1
Christi Domini verba, cùm legebat in Synagoga, aut populo prædicabat, sale diuinæ gratiæ erant condita, & efficacia. 320.2
Christus Dominus an fabrilem exercuerit ætatem. 322. col.2
Christo Domino quàm aptè fabri nomen congruat. 323. col.2
Christus Dominus quomodo miratus dicatur. 331.1
Christus Dominus quomodo transiens per medium Nazarenorum ibat. 337.1
Christus tonitru optimè dici potest. 344.1
Christi lex toti mundo à principio inuidiosa extitit & exosa, quòd omnes alias religiones abrogaret. 360. colum.2
Christum aliorum manus à Cruce soluerunt. 361.1
Christus quæ præcepta ab ipso tradita abrogarit. 362.1
Christus cur fugerit, cùm persequeretur, & quæreretur. 361.2
Christus quoties fugerit. ibidem.
Christus ob metum minimè fugit. 363.1
Christum Iudæi cur Beelzebub vocauerunt. 366.1
Christus ad quem timorem nos adhortetur. 368.2
Christum quomodo confiteri, aut non confiteri debeamus. 370.1
ex Christi prædicatione infideles sumpserunt occasionem belli. 371.1
Christi mira cura remunerandi eos, qui seruos suos vel minimo officium beneficio. 373.2
Christus in quibus ciuitatibus prædicauerit. ibidem.
Christus quam fugax fuerit otij. 374.1
Christus quando venit Romam. 382.1
Christus Dei filius nisi esset Patri consubstantialis, quid inde sequeretur. 383.2
Christi filij Dei consubstantialitas cum Patre, ex confessione Petri quomodo colligatur. 384.1
Christum esse filium Dei naturalem, non adoptiuum, quibus ex locis Scripturæ colligatur. ibidem.
Christus cur vetuit Apostolis, ante resurrectionem ne cui dicerent ipsum esse Christum. 384.2
Christus quare filius illius viuentis appellatur. 385.2
Christum esse filium Dei, qui fuerint confessi. pagin. 387. colum.1
Christus quare hos non dixerit beatos, sicut Petrum vocauit. ibidem.
Christus cur soleat polliceri antè magna beneficia nobis præstanda. 391.1
Christus vnde Petrum petram sacere potuerit. pag. 392. colum.1
Christum fidem non habuisse. & quare. 393.1
Christus axiomata sua quomodo alijs elargiatur. 395.1
Christi desiderium pro humani generis salute patiendi, ex Hilario. 398.1
Christus natura sua lux, pastor, & fundamentum Ecclesiæ: Apostoli autem participatione. 400.1
Christus quæ sua sunt, alijs libenter communicat. ibidem.
Christi quæ propria solius, non Petri, in Ecclesia. pagin. 400. 2
Christi promissiones non sunt vanæ, aut cassæ, sed constantes. 403.1
Christus quomodo primus regnum cœlorum aperuit, & quibus claubut. 406.1.
Christus quibus introitum regni cœlorum meruit. ibidem. 2.
in Christum duobus modis ingredimur. ibidem.
Christus dum viueret, cur solus habuit claues regni cœlorum. 408.1
Christus quid egerit, cùm Petro tradidit claues regni cœlorum. ibidem.
Christus quomodo Pontifex est in æternum. si Petrus Ecclesiæ summus Pastor, & Pontifex est. ibidem.
Christi functiones propriæ in Ecclesia quæ sint. ibidem.
Christus non habuit dominium directum in bona temporalia. 413.1
Christus non abstulit à Regibus suam potestatem temporalem. ibidem. 2
Christus quam potestatem sibi retinuerit, nec dederit vlli. 414.1
Christus non habuit potestatem in regna temporalia, & vnde id constet. ibidem.
Christus quæ verba Apostolis dixerit, quæ ad posteros eorum pertineant. 415.1
Christus post resurrectionem suam dedit Petro potestatem super omnes etiam Apostolos. 415.2
Christus cur de futuro promiserit Petro claues, non dederit de præsenti. ibidem.
Christus quàm amplam Petro contulerit potestatem. ibidem.
Christus cur præceperit Apostolis, ne cui dicerent ipsum esse Christum, & quousque hoc præceptum seruauerint. 416. 2
Christus quomodo pasceret oues, dum viueret. 422.1
Christus Petro reuelauit, vt suam potestatem certo loco haberet affixam atque applicatam, in quo resideret. 425.1
Christum esse filium Dei, eundem & crucifigi, hæc duo minimè repugnare. 430.1
Christum qua ratione oportuerit pati. ibidem. 2
in Christi mortem conspiratum omnium ordinis viri. ibidem.
Christus quomodo die tertia surrexerit. ibidem.
Christum quis sequatur. 433.2
Christum confitendi salutaris necessitas. pagin. 434. colum.2
Christus qualem à nobis exigat confessionem nominis sui. ibidem.
Christus se filium hominis cur soleat appellare. 435. colum.1

Christus cur cum Angelis venturus sit ad prædicandum. ibidem.
Christi gloria, ac merces benefactorum quàm propinqua, ipsomet testante. 435.2
Christus in quod regnum cœlorum neminem præter humilem ingressurus esse denuntiat. 437.2
Christus ad quid alludat exemplo de mola asinaria. pag. 444.2
Christus Dominus Angelum Custodem quare non habuit: & qua ratione Angelis subiectus fuerit. 450. col.1
Christus ceremonias & iudicia veteris legis abrogauit. 468.1
Christi obedientia suis parentibus quid nos doceat. 483. col.2
Christus quare Apostolos ones, discipulos verò agnos nominauit. 493.2
Christus quanta signa fecerit in Capharnaum. 497. colum.1
Christus quare signa edidit coram illis, quibus nihil nouerat profutura. 498.2
Christus Dominus cur exultauit in Spiritu sancto, & quando. 502.2
Christi hominis in Deum Patrem pietas ac reuerentia. ibidem.
Christi exultatio in Spiritu sancto, quid doceat nos. 503. col.1
Christo vt homini tradita sunt à Patre Deo omnia creata. 504.2
Christus homo trifariam creaturas accepit à Patre. 505. col.1
ad Christum venire omnes quomodo debeant. 506.1
Christus quomodo venerit ad nos, qui vbique erat. ibidem. 2
Christus vnit fideles dupliciter. 507.1
Christi mititas, & humilitas cordis quanta. ibidem. 2
in Christo quæ virtutes eminuerint. 508.1
Christus vna est & vera requies animarum nostrarum. ibidem.
Christi consilia legem Euangelicam quare non reddant difficiliorem. 510.1
Christus in quod Castellum Marthæ, Mariæque inuasit. 511.1
Christus quare illo diuertit. ibidem.
Christus quare prædicabat. 512.1
Christus qualis hospes. 514.2
Christus quam curam rerum temporalium suis interdicat fidelibus. ibidem.
Christi humanitas in Pharisæum malignum hospitem. 520.2
Christus quare ad prandium inuitatus à Pharisæo, manet non lauit. 521.1
Christi prudentia & constantia. ibidem.
Christus Pharisæos quomodo reprehendat, & vocet stultos. ibidem.
Christus in Pharisæum se inuitantem quare tam grauiter inuehatur. 523.1
Christum quomodo confiteri debeamus. 529.1
Christus à quibus negetur. ibidem.
Christi desiderium patiendi, quàm ardens. 532.1
Christus qualia conuiuia damnet ac improbet. 538.1
Christus secundo cur veniet. 554.2
Christi charitas & humanitas mira in pueros sibi oblatos. 558.1
Christi cultus quid proderat. 558.2
Christo qui placeant, eiusque cibis quinam ille sit. 559.1
Christi zelus animarum salutis ardentissimus. ibidem.
Christus quare frequenter de regno cœlorum haberet sermonem. 561.2
Christus quam ob causam Apostolis mortem præsignificauit. 568.1
Christus cur se filium hominis, non Dei filium appellauit. 569.1
Christus vbi tacitè duntaxat & obscurè mortem prædixerit suam. ibidem. & 2
Christus quare mortem etiam coram Iuda prædixerit. ibidem. 2
Christus quibus de causis suam mortem prænunciauerit. ibidem.
Christus quamobrem circumstantias suæ passionis prædixerit. ibidem.
Christus cur proditionem Iudæ multo antè non prædixit sed tantum in cœna. ibidem.
Christi passionis sex articuli à Propheta prædicti. 570.1
Christus cur sit traditus. ibidem.
Christus à quibus fuerit multa perpessus. ibidem.
Christus cur à Iudæis simul & Gentibus pati voluerit. 570.2.
Christus in quo etiam Salomone sit sapientior. 575.2
Christi potentia quanta. 580.1
Christi humilitas. 581.2
ad Christum vnde homines mirificè traherentur. pagin. 583.2
Christi mansuetudo & iustitia. 584.1
ad Christum accessum liberum quæ impediant. ibidem.
Christi benignitas in peccatores quanta. 585.1
Christum duplici affectu suscipere debemus. 585.2
Christus qua etiam ratione velit suscipi à nobis. ibidem.
Christi Crux quomodo similis Sycomoro. 588.1
Christo qualem coenam Iudæi fecerint in Ierusalem. pagin. 589.2
Christus quanto desiderio huius cœnæ teneretur. ibidem.
Christo conuiuium qui exhibeant mysticè. 590.1
Christo cœna gratissima quænam illa. ibidem.
Christi cœna in Bethania in domo Simonis leprosi facta mysterium. 592.2
Christi modestia. 598.2
Christi corpus quomodo sit in Eucharistiæ Sacramento. 600.1
Christi pedes & caput quid mysticè. 601.1
Christi corpus quodnam illud secundum spiritum. ibidem.
Christus cur prius in Bethaniam venerit, quàm in Ierusalem. ibidem.
Christi affectus duplex erga Ierosolymitas. 602.1
Christus quando fleuerit super Ierusalem. ibidem.
Christi opus heroicum, ac plane diuinum, quod. 602.2
Christi medici animarum nostrarum ingenium. 603.1
Christus cur in medio triumpho plorauerit. ibidem.
Christus cur legem Moysi seruauerit. 609.1
Christus qualis Doctor & Magister sit. 616.2
Christus quare lapidatione interire noluerit. 633.2
Christus quare aquilæ primo, deinde gallinæ se assimilauerit. 634.2
Christus vt gallina quomodo Apostolos excluserit, ac fouerit. 635.1
Chrysostomus cùm de necessitate gratiæ subobscurè loquatur, quomodo explicandus. 165.2. & 166.1
Chrysostomus sensit, fideles tantum Angelum habere custodem. 450.2
Cibus quam maximè Christo gratus, quis. 515.1
Cineris vsus, cilicij, sine sacci quid significaret. 497.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circuncisio in antiqua lege gratiam conferebat.34.2
Circuncisio & Christi baptismus ante Euangelium promulgatum simul currebant.ibidem.
Circunstantiæ tres ad præceptum correptionis necessariæ.551.1
Ciuiles causæ quarationc ad Papam pertineant. 414. colum.2
Claues regni cœlorum quando fuerint primum Petro à Christo datæ.391.1
Clauium nomine quid significetur.405.2.& 406.1
Clauium traditio quid apud Iurisconsultos. ibidem.
Clauem vbi gestarent de more Iudæi.406.1
Clauium actus adæquati.qui nam illi.ibidem.
Clauis domus Dauid quænam illa.ibidem.
Claues regni cœlorum, vt hæretici nugantur,nõ sunt claues scientiæ.ibidem.
Claues scientiæ in Scriptura, non est scientia,sed potestas interpretandi Scripturas. ibidem.
Clauis est potestas prædicandi verbum Dei.406.2
Claues regni cœlorum cur dicantur in plurali, & non clauis.ibidem.
Clauis scientiæ quæ sit illa,& potestatis.ibidem.
Claues regni cœlorum aliter Deus, aliter Christus homo habet, & exercent in Ecclesia.407.2
Claues istæ quomodo sint in Petro.ibidem.
Clauigeri vbi gestabant clauem,& quid eo significaretur.406.1
Clericis licitum non est tabernas adire.186.2
Clemens Romanus fuit Petri discipulus,& in Pontificatu successor.399.1
Cœli cur non sint reserati in passione Christi,sicut reserati fuere in eius baptismo.70.1
Cœlorum factam in Christi baptismo apertionem,qui aderant,omnes viderunt,ibidem.
Cœlum aër quandoque intelligitur: & quid sit, cœlum claudi,& aperiri.335.1
Cœlum post peccatum generi humano clausum: in cuius rei signum electi sunt de paradiso primi parentes. 406.1
Cogitationes malas non omnes à dæmone excitari, ex lib.de Ecclesiast.dogmat.86.1
Cogitare quid significet.317.2
Columba in Christi baptismo visa, vera fuerit, an ficta? quòd si vera,vnde venit, & quo aduolauit.70. 71. & seq.
Columba quare insederit Christi capiti.73.1.& à quibus fuerit visa.72.2
Columbæ simplicitas, & quædam aliæ proprietates. 356.2
Condemnatur nullus propter ea quæ facturus esset,si vixisset: neque salutis.499.2
Conciliorum etiam generalium, tota authoritas ac potestas vnde sit,ac pendeat.410.1
Concilia generalia, absque authoritate & præsidentia Pontificis,legitima non sunt. ibidem.
Concionator quomodo paret Domino viam.26.2
Concordia quibus in rebus conseruet amicitiam.371.1
Confessio,quam intingendi Ioannis baptismo, præmittebant,qualis fuerit.36.1
Confessio Ioannis,typus erat confessionis postea à Christo institutæ,& præceptæ.ibidem. Ipsa tamen non erat in præcepto,nec erat Sacramentum.ibidem.
Confessio Christianorum sacerdotibus est facienda, ex Basilio.36.2
Confessarius Christi mansuetudinem & charitatem in exipiendis peccatoribus imitetur.307.1
Confiteri, non semper quæstionem aliquam præsupponit. 503.1
confiteri in Scripturis quid significet.ibidem.
confitendum Domino quo maximè sit tempore.ibidem.
confitentium hominum Christum quanta merces. 532.2
confiteri in aliquo,Hebræis quid ibidem.
conferre beneficia Ecclesiastica indigno, quàm perniciosum sit Reipublicæ.575.2
confirmationis Sacramentum, appellatur Sacramentum ignis.57.1
confirmationis Sacramẽtum quid conferat pueris.560.1
quare confirmetur puer.ibidem.
confirmationis Sacramentum an sit necessarium, secundum Hieronymum.ibidem.
confirmationis Sacramentum non nisi baptizatis est conferendum: eiusque minister est Episcopus.ibidem.
consanguinei & amici quatenus diligendi.567.2
consilia Euangelica nomine semitæ in Scriptura intelliguntur.26.1
consilia Euangelica cur debuerint dari: eaque quare non obligent.ibidem.
consilia Euangelica sine peccato non contemnuntur.280. col.2
consummare ciuitates Israël,quid.365.1
contemplationi actio neque præponenda, neque æquanda est.516.1.& 2
contentio discipulorum de primatu vnde orta. 437.1
contentiones nostræ quales debeant esse.576.2
conuersionis triplex modus.175.1
conuersio peccatoris,admirabile est Dei opus.361.2
conuersionem suam ad Dominum tardantibus,quid eueniat.297.2
conuersio aliquorum difficilis,& quare.500.1
conuiuij Herodiani conditiones scelestissimæ.377.2
ex conuiuijs & epulis immodicis quanta mala proueniant.538.1.
conscientiæ malæ proprium quid sit.523.2
corozaim & Bethsaida vrbes vbi sitæ.497.1
correctio quando soleat alacriter suscipi.196.1
correctionis fraternæ modus vtilis, arduus tamen atque difficilis.451.1
correptionis fraternæ præceptum conuenientissimè Christum tradidisse.ibidem.
correctionis præceptum cùm ad omnes pertineat, quare vni Petro commendatur.ibidem.2
correptio duplex,publica,& priuata.ibidem.
correptio fraterna etiamsi omnium sit, peculiariter tamen est Sacerdotum,iuxta Hieronymo.ibidem.
correptio facienda est de peccato commisso, non de præsenti, nec de futuro, sicut nec de peccato leui, sed lethali.ibidem.
correptio de culpis etiam leuissimis fieri potest.ibidem.
corripiendos peccatores inquirere,quorum sis.ibidem.
In quos committitur peccati correctione dignum. 452.1
correctionis an omne peccatum lethale sit capax.ibid.
corripiendus quis sit.452.2
corripiendi cur non sint à nobis Ethnici, neque Iudæi.ibidem.
corrigendi an sint hæretici.ibidem.
corrigendi an sint superiores nostri.453.1
correptio Pauli Petrum reprehendentis quòd non ambularet ad veritatem Euangelij,qualis fuerit.ibidem.
correctioni an summus Pontifex subiaceat.ibidem.
corripiendi illum honestissima forma.ibidem.2
an Correptio sit adhibenda electis tantum, an etiam reprobis.454.1

Corripiendus quare frater peccans.ibidem.
Correptio fraterna ad peccatorem propriè non spectat. ibidem.
Correptionis præceptum quale sit, & quando seruari debet.454.2
Correctio non debet esse temeraria:& quomodo hoc fiet. ibidem.
Corripiens qualis esse debeat.ibidem.
Correctionis triplex gradus à Christo haud obscurè traditus.ibidem.
Corripiendus quomodo frater.ibidem.
Correctio quare priuata debeat esse.ibidem.
Corripiendi tempus opportunum quod.455.1
Corrigenda occultè quæ delicta, quæ verò publicè. ibidem.
Correctio cur sit facienda secretè.ibidem.
Corrigere quid sit.ibidem.
Correctus frater quomodo se corripientem audit. ibidem.
Corripiens fratrem adhuc obstinatum, cur debeat adhibere vnum, vel duos testes.455.2
Correctio etiam locum habet in occultis peccatis. ibidem.
ad Correctionem tres ob causas adhibentur testes. ibidem.
Correctio fraterna ex charitate, imò etiam à summo Pontifice fieri potest.457.2
de Correctione fraterna quis fructus habeatur.463.1
Correptionis fraternæ symbolum in elementis etiam apparet.ibidem.
Corripiens fratrem,quid curare debeat.ibidem.
Correptionis fraternæ præcepti omissio multum cauenda. ibidem.
Correptionem negligens,cui est similis. ibidem.
Correptio maiorum & superiorum difficilis. ibidem.
in Correptionis fraternæ officio qui magnæ sint cum laude versati.ibidem.
de Correptionis fraternæ omissione quid senserit vir sanctus. ibidem.
Correptio quando sit adhibenda. ibidem.2
Correptionis fructuosæ triplex conditio. ibidem.
ad Correptionem opus est prudentia.ibidem.
Correptionis fraternæ benigna ac suauis formula.464.1
Correptionis fraternæ præcepto eum tantum teneri, qui propria iniuria à corripiendo lacessitus est, sententiæ piures.464.vsque ad 467.1
Correptionis fraternæ præceptum de quouis peccato non posse intelligi,multis euincitur.468.1
Correpti quomodo in corripientis odium ferè semper ardescant.469.1
Correptionis fraternæ præceptum obscurum.469.2
Correptionis præceptum ad Prælatos tantum pertinere, senserunt aliqui,470.1
Correptionis præceptum omnes obligare,tam circa peccatum præteritum,vt emendetur,quam circa futurum, vt caueatur,communior opinio Theologorum. 480.1
Correctionis præceptum non obligare nos ad correptionem infidelium,senserunt aliqui.470.2
Correctionem etiam respectu infidelium obligare, affirmant alij.ibidem.
Correptio fraterna an sit facienda de omnibus peccatis, an tantum de notis & manifestis.ibidem.
in Correptione fraterna quando debeant adhiberi testes, variæ sunt opiniones.471.2
qui Correptionem fraternam non admittunt, qua pœna sint plectendi,variæ opiniones.472.1
Correptionis præceptum omittentes an peccent venialiter,vel mortaliter.ibidem.
Correptionis fraternæ omissio quando cum merito fiat,secundum D.Thomam,ibidem.
Correptionis fraternæ omissio quando sit mortale.ibid.
Correptionis præcepti omissio quando sit veniale.ibid.
Corrigendi præceptum quomodo & quando seruari queat, dubitatur.472.2
Correptionis fraternæ præceptum ordine quo à Christo præscribitur, inutile esse, imò perniciosum,sex argumentis probatur.472.cum.seq.
Correptio fraterna,quam sequutus est IosephPatriarcha, imitatione dignissima.476.2
de Correptione fraterna commodior & aptior Christi doctrina explicatio eorum qui posteriorem sententiam confectantur. 477.1
Correptionis fraternæ ordo præscriptus à Domino,cur ferè nunquam conueniat.477.2
Correptio fratris adhuc secreta quid requirat.ibidem.
Correptionis fraternæ ordinem non esse præcepti,sed consilij,textus Matthæi indicare videtur.478.1
Correptionis fraternæ modus optimus qualis.478.2
Corripere & increpare differunt.550.2
Correctio & correptio quid differant.ibidem.
Correctio,an correptio sit in præcepto.551.1
à Correptione an cessandum sit, quia rara est spes emendationis.ibidem.
Correptio quando sit omittenda.ibidem.
Correptionis fraternæ qui lege teneatur.551.2
Corripiendi præceptum tradendo Dominus, nihil noui tradidit, sed legem naturæ instauranit, licet in modo corripiendi Euangelicam legem nouam tradiderit. ibidem.
Corripere subditum superior debet duplici nomine. ibidem.
Corrigia calceamentorum Christi quæ dicatur.256.2
Corum,malos & hæreticos homines designat,sicut & columba fideles & probos.162.1.& 2
Creatura omnis vox quædam Dei est.150.2.& 151.1
non Credentem vni articulo, factum esse omnium rerum, quomodo verum.402.2
Crux Christi quibus insita parit & scandalum. 267.1. & seqq.
Crux dicitur tormentum quodcunque, vel cruciatus. 372.2
Crucis mysterium cur creditu difficile Iudæis, ac Gentibus.571.2
Crucis mysterium calicis nomine & baptismi quam apte significetur.578.1

D.

Dæmon in quibus regnet potissimum.13.1
Dæmon cur hominem tentet. 80. 85.86. & 87. & 117.2
Dæmon tentando Christum, pessimum perpetrauit facinus.82.1.& 2
Dæmon quomodo Deum velit imitari. 85.1
Dæmon cur tentator nuncupetur.113.2
Dæmon inuisu Dei homines tentat. ibidem.
Dæmon vt dici queat omnium peccatorum causa,ex Dionysio.86.1
Dæmon omnium malorum vt dicatur pater.ibidem.
Dæmon non potest homines ad peccandum cogere. 86.2
Dæmon in homine quomodo excitet tentationes; & an aliquid possit in eius illusionem, vel phantasmata. 87.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dæmon, qui Christum adorsus est in deserto, supremus est inter malignos spiritus, & Archidiabolus.113.2
Dæmon cur Satanas & diabolus appelletur. 113.2. & 138.1. & 2
Dæmon in qua assumpta specie Christum tentauerit. 113. colum.2.
Dæmon tentaueritne Christum, vt certò sciret, an verus esset Dei filius, an ob aliam causam.116.1
Dæmon vnde dictus.117.2
Dæmon cur in deserto Christum fuit aggressus, an esset peccabilis, ambigebat.120.2
Dæmon an verè Christum quasi super humeros assumpserit, & localiter illum mouens, supra pinnam templi statuerit.125.2. & 126.1
Dæmon in secunda Christi tentatione vt Angelus apparuit.127.2
Dæmon in eadem tentatione locum proferens Scripturæ, reticuit astutè quod sibi nocere poterat. pag. 128.2
Dæmon cur Aspidis, Basilisci, Leonis quoque atque Draconis nomine designetur.130.1
Dæmon vt dicat multis in pinnaculo templi constitutis: Mitte te deorsum. 132.1
Dæmonis proprium est, labores, molestias, & pericula, quæ in honoribus & regno delitescunt, celare.133.2
Dæmon in tertia Christi tentatione apparuit vt Rex & mundanus Princeps.137.2
Dæmon trina tentatione completa, cur à Christo recesserit.140.2
Dæmon cur dicatur ad tempus à Christo recessisse. 142. colum.1
Dæmon an semel victus, iterum audeat victorem tentare ibidem.
Dæmonia spiritus immundi cur appellentur. 341.1
Daniel in Babylone existens, cur versa ad Ierusalem facie adorauerit.197.1
Dauid qualis fuerit Propheta.174.2
Dauid graniter punitus eo quòd non corripuerit Adoniam. 463.1
Dauidis erga Saulem obedientia. 485.2
Debita incerta pauperibus eroganda.243.2
Decapolis regio vbi sita.219.1
Decimarum solutio quomodo dicatur iuris diuini ab Innocentio.III.104.1
Decimæ an iure naturæ sint institutæ.624.1
Decimarum solutio quando, & à quibus cœperit. ibid.
Decimas in veteri Testamento cur Deus sibi dari iussit, & à quibus potissimum dari debebant.624.2
Decimas vnde constet iuris diuini non esse.625.1
Defuncti quandiu sunt in Purgatorio, dicuntur esse ex parte aliqua super terram, & possunt à nobis iuuari suffragijs. 461.2
per Desertum quid apte designetur.15.1. & 23.1
in Deserto cur cœperit Ioannes prædicare.15.col.1
Desertum, in quo Christus tentatus fuit, qualis sit locus. 77.2. 78. & 79.
Desertum quotuplex, & quodnam, cuique hominum conuenire dicatur.143.2
Desertum vnum quodq; suas habet bestias, quibus cum agendum est.144.2
Designare, quid diuersum sit ab eligere.492.2
Detrahendum nulli.289.1
in Deo quomodo ira; quomodo item ponatur misericordia.40.2
Deus cur homines tentet.80.1. & 86.2
Deus cur intentator malorum dicatur.85.2. & 86.2
Deus in duobus reuelabat Apostolis quid dicerent.358.1
Deus animam nequit occidere: secus verò homo.368.1
Deus plerunque petra vocatur, iuxta idioma Hebræum. 393.1
Deus remunerat supra merita, & citra demerita punit. 435.2
Deo non conuenit humilitas, neque virtus vlla Theologica.440.2
Deo qua ratione conuenire possit humilitas. ibid.
Deus quare latria venerandus est, sancti verò dulia. 441.2
Dei in homines indulgentia.463.2
Deus quando accesserit ad primos parentes de præuaricatione corripiendos. ibid.
Deus Pater, qualis Christi pater sit. 503.1
Deus qua ratione naturaliter à nobis possit cognosci. pag. 506.1
Deus à nemine potest comprehendi, nisi à se ipso. pagin. 505.2
Dij Gentium quibus vitijs & infamia laborauerint. 507.2
Dies Domini magnus & terribilis, & in Scripturis duplicem Christi designat aduentum. 6. col. 2
Dies natalis Christi, cur dicatur dies magnus, & terribilis. ibid. & 7.1
Dies illi qui sint, de quibus Matthæus capit. 3. ait: In diebus illis venit Ioannes Baptista, &c. 8. col. 1. & 2
Dies Domini in Scripturis variè accipitur. 365.1
Dignitates Ecclesiasticæ pueris non conferendæ. pagin. 62.2
cui Dilectioni Maria operam daret, & cui Martha. pag. 511.1
Diligens Christum, quare præceptum dilectionis implet. ibid.
Dimittendum esse peccanti in fratrem, si eum pœnituerit, quo sensu Christus dixerit. 479.2
Dimittere alicui, quid sit. ibid.
Discipulos Christi fuisse septuaginta duos, eleganter probat Augustinus. 491.1
Discipuli quare aliquando septuaginta tantum dicãtur. 491.2
Discipulos septuaginta duos quare Dominus elegit. ibid.
de Discipulis septuaginta duobus qui scripserint. 492. colum.1
hi Discipuli septuaginta duo prius ab Apostolis fuerunt electi, & deinde à Domino designati. ibid.
Discipuli septuaginta duo cum qua potestate missi fuerint ad prædicandum. 492.2
Discipulos cur binos misit Dominus. ibid.
Discipuli an habuerint dæmones expellendi potestatem. 495.2
Discipuli vbi manducare, & signa edere debebant. ibid. & 496.1
Discipuli quid excussione pulueris de pedibus suis indicabant. 496.1
Dispensatio in aliquam legem duo exigit. 421.1
Dispensatum fuisse semper in Ecclesia Dei. 421.2
Dispensabatur olim cum quibus sæpe, & quare. ibid.
Diuites curam debent pauperum gerere. 49.1
Diuites huius seculi in Scriptura semper malè audiunt. 318.2
de Diuitis Epulonis historia, siue parabola, variæ opiniones. 535.1
Diuitis Epulonis historia quæ nam parabolica contineat. ibid.2

de Diuite Epulone, & Lazaro mendico quæ à Domino dicuntur, historica esse, nõ parabolica, multis ostenditur. ibid.
Diuitis Epulonis proprium nomen quale fuerit. ibid.
Diuites & pauperes cur volnit Deus esse in mundo. pag. 536.2
Diuites pauperibus magis indigent, quam è contrario. ibid.
Diuitum duo genera, & qui nam cæteris deteriores habeantur. ibid.
Dives Epulo quàm indignus erat nomine hominis. 537. colum.1
Diuitis Epulonis nomen suppressum à Domino. ibid.
in Diuitijs Deus quid damnet. 537.2
Dives Epulo quam inexcusabilis erat apud Deum, in non porrigendo eleemosynam Lazaro. 539.1
Diuitis Epulonis infelix interitus conditio. 539.2
Diuitis Epulonis mors describitur. 541.1
Diuitis Epulonis mori duplex. ibid.
Diuitis sepultura depingitur. ibid.
Diuitis Epulonis corporis misera resolutio. 541.2
Dives & pauper, teste Salomone, quomodo obuient sibi. 542.1
Diuitis Epulonis tormenta & cruciatus numerantur. 543.1
Dives Epulo quos oculos eleuauit, cùm esset in tormentis. 543.2
Dives Epulo sepultus in inferno, videt Lazarum in sinu Abrahæ, & quid hoc significet. 544.1
Diuitis Epulonis clamor cur minimè fuerit auditus. pag. 544.2
Dives Epulo cur apud patrem Abraham misericordiam non valuit inuenire. ibid.
Dives Epulo cur potius à Lazaro, quàm ab alijs qui erãt in sinu Abrahæ, refrigerari petit linguam. ibid.
Diuitis Epulonis infelicitas. 545.1
Dives Epulo cur linguam potius quam alia membra refrigerari poscebat. ibid.
Diuitem Epulonem cur Abraham filium nominauerit. 545.2
Dives Epulo cur bona in vita sua dicitur recepisse, non accepisse. 545. & 546.1
Dives Epulo quo effectu postulabat Lazarum mitti ad quinq; fratres suos, ne & ipsi in eum locum tormentorum veniant. 547.1
Diuitis Epulonis stultitia. 547.2
Diuitis Epulonis quinque fratres cur mittat ad Moysem & Prophetas. ibid.
Diuinæ scientiæ magnitudo. 369.1
Doctoris Catholici proprium. 549.2
Dolus in quo consistat. 175.2
cur Dominus Apostolis mala prædixit eventura. 360.1
Domini & Apostolorum triplex appellatio. 365.2
Dominus non tam restrixit quantitatem muneris, quàm animum dantis. 373.2
Dominium Dei quantum differat à mundano. 575.2
Dominium gentium quale Christum infimes esse. 580.2
Dulia à latria quo pacto differat, & quibus debeatur. 139.1

E.

Ecclesia comparatur areæ, in qua simul sunt, & granum electorum, & reproborum palea, in die iudicij penitus secernenda. 58.1. & 2
Ecclesia potestatem habet condendi leges, quibus liget fideles. 101.1
Ecclesiæ leges nõ sunt humanæ traditiones à Christo explosæ. ibid.
Ecclesiæ diligenter parendum, ex B. Ignatio. 101.2
Ecclesia os Dei est. 124.1
Ecclesia concordia & mutua charitate fuit nata. pagin. 168.2
Ecclesiæ vox quid significet. 216.2
Ecclesiæ totius stabile bonum ex optimis pendet præceptis. 250.1
in Ecclesijs maxima est retinenda modestia. 250.2
Ecclesia visibilis, generaliter sumpta, ex bonis constat & malis. 255.2
Ex eis quæ in Ecclesiæ diuino decantantur officio, non deducitur dogma fidei. 296.1
Ecclesia fideles sunt. 394.2
Ecclesia sola fontem habet aquæ vitæ, quo hæretici carent. 398.2
Ecclesiæ quænam à fide defecerint. 403.2
Ecclesiæ potestas duplex. 406.2
Ecclesia non potest abstinere, sede vacante, à summi Pontificis electione. 418.1
Ecclesiæ vniuersalis quare nequeant esse duo summi Pontifices. 418.2
Ecclesia, cui denunciandus est obstinatus, pro prælato & pastore illius accipitur. 456.1
Ecclesiæ præsides quare Christum Ecclesiam appellauerit. 456.2
Ecclesiæ primitiæ peccatores denunciandi mos. ibid.
Ecclesiam esse supra Papã existimantes, grauiter errant. 457.1
Ecclesiæ iudicium & sententia vbi proferatur. ibid.
Ecclesia quos excommunicet. 457.2
Ecclesiæ iudicium & sententia quamæ sit authoritatis, teste Christo Domino. 460.1
Ecclesiam qui spernant. ibid.
Ecclesia potest condere leges in conscientia obligantes. 460.2
Ecclesiæ potestas non amittitur peccato. ibid.
Ecclesia triplicitèr ligat & soluit. ibid.
Ecclesiæ nomine maiores & Episcopi quando intelligantur. 479.1
Ecclesiam potestatem habere excommunicandi sibi inobedientes, vnde colligatur. 480. & 482.1
Ecclesia potestatem habet modificandi & determinandi præcepta diuina. 482.1
si Ecclesia hanc potestatem non haberet, quid futurum esset. ibid.
Ecclesiam habere potestatẽ præcipiendi aliquid, ad quod subditi in conscientia teneantur, authoritate Patrum confirmatur. ibid.2
Ecclesiastica negotia quomodo expleri debeant. 483.1
Ecclesiastica præcepta negligentes, damnationem accipiunt; implentes verò gloriam æternam, teste Clemente. ibid.
Ecclesiæ iudicium quale, teste Tertulliano. ibid.
Ecclesiam nõ posse imponere nona mandata, probant hæretici ex Scriptura. 487.1
quæ Ecclesia præcipit, non hominum, sed Dei esse mandata, vnde constare possit. ibid.
Ecclesiæ quàm sint graues exemptiones leui de causa quibusdam concessæ. 612.1
Ecclesia fulguri comparatur ab Augustino. 669.1
Eclypsis annã magna & prodigiosa contigit Olympiada. 194. pag. 61.2
Eleemosyna pauperibus facta, Christo præcipuè impenditur. 285.1.

Eleemosyna cui primum sit eroganda. 522.2
Eleemosyna optima est misericordiæ. ibid.
per Eleemosynam ad peccata purgentur. 522.1
Eleemosyna nostræ quo tuto asseruentur in loco. 637.2
Electi vt cœlum ingrediantur, operibus indigent. 43.1
Electorum & reproborum palea in die iudicij penitus secernenda. 58.2
Electi cur trinoco comparentur. ibid.
Electionem præcedere debet prudentia. 440.1
Electio ad gratiam non est propter merita tanùm, sed propter bonitatem. 502.2
Electionis ad gratiam proprius effectus, & quantum donum Dei sit. ibid.2
Eligere vitæ statum, qua ratione Dei sit, & qua ratione hominis. 515.2
Electio coniugalis status, & monastici, quantum requirat arbitrij nostri libertatem. ibid.
Elementa mundi huius quæ dicantur à Paulo. 24. colum. 2
ad Episcopos & Prælatos reliquos animarum curam habentes admonitio. 223.2
Episcopus in sua diœcesi clauem habet, qua ligare & soluere potest suos, sed nõ alios qui sunt extra suam diœcesim. 409.1
Episcopi ratione Episcopatus nihil terrenum possident. 413.2
Episcopi ex iure diuino ius habent ad alimenta, quibus honorificè sustententur. 414.1
Episcopus à quibus non est arguendus, vel accusandus. 475.1
Episcoporum edicta, vel eorum Visitatorum, & Inquisitorum, de hæreticis denunciandis, quomodo accipienda sint. 476.1
Episcopi, vt Christi vicarij sint, qualem habeant potestatem, atque iurisdictionem. 480.1
Episcoporum vltimum munus, quod est posse excommunicare. 480.2
Episcopo cur non contradicendum. 483.1
Episcopo inobedientes, quales futuros præmuniet Ignatius. ibid.
Episcopus quæ debeat Ecclesiæ suæ, secundum Hieronymum. ibid.
Episcopi quomodo subditos ad suam obedientiam compellant. 484.2
Episcopi si possent subditos ad obediendum cogere, tenuis esset illorum potestas. 485.2
Episcopi quomodo diligendi. 486.1
Episcopi sunt oculi subditorum. ibid.
Episcopi munus quale secundum Apostolum. 493.1
Episcopatum modo appetere, quam periculosum. 576.2
Erasmi falsa & inepta de pœnitentia doctrina. 17.1
Erasmi impudentia & imprudentia circa numerum discipulorum Iesu Christi. 490.2
Esaias potius Euangelista dicitur quàm Propheta. 317. colum. 2
Essenorum de animabus bonorum & malorum opinio. 376.1
Et, coniunctio pro quia accipi potest. 394.1
Ethnici & Iudæi cur minimè sint corripiendi. 452.2
Ethnici Principes quam potestatem exerceant in subiectos. 580.2
Eua non fuit filia Adæ. 45.2
Euangelium cur Iesu Christi Filij Dei nominetur. pag. 4. col. 2
Euangelij totius summa quæ sit. 5. col. 1
Euangelium quid, & an quæ ab omnibus Euangelistis scripta sunt, Euangelium iure nominentur. ibid.
Euangelistæ cur frequenter veterum proferant testimonia Scripturarum. 16.1
Euangelij totius summa verbum illud est: Pœnitentiam agite. 20.2
Euangelium perfectiores requirere homines, quam vetus Testamentum requirebat, eleganter exponitur. 46. col. 2
ex Euangelistis quatuor nullus historiam de Ioannis incarceratione suo loco recensuit; & quare sic factum. 178.1
Euangelium regni Dei quod nam dicatur. 216.2
Euangelicæ historiæ simplicitas. 374.1
Euangelistæ cur eam simplicitatem veluti affectauerint. ibid.
Euangelium non spernit bonas consuetudines, etiam Iudæorum & Gentium. 425.2
Euangelistæ quo ordine suam quisque narret historiam. 636.1
Euangelia collo appensa portantibus quando prosint. pag. 614.2
ad Eucharistiæ sumptionem naturale ieiunium requiritur ab Ecclesia. 97.1
Eucharistia cum lætitia suscipienda. 283.2
Excommunicandi potestas nulli fuit ante Apostolos data. 152.2
Excommunicati quatenus vitandi. 188.1. & 2
qui Excommunicarent apud Iudæos. 456.1
Excommunicari apud Christianos est idem quod apud Hebræos à Synagoga eijci. ibid.
Excommunicati quinque Ecclesiæ beneficijs priuantur. 458.1
Excommunicationis sententia quam terribilis, teste Augustino. 458.2
Excommunicatio non debet imponi ob leuissima quæque, neque debet non imponi ob grauia delicta. ibid.
Excommunicationis sententia ter tantum lata est à Paulo. 458. & 459.1
Excommunicationis vocabulum licet in Scriptura non reperiatur, eius tamen æquipollentia reperiuntur. 459.1
Excommunicationis triplex est sententia in iure. ibid.
Excommunicationis sententia, licet iniusta & inualida, cur tamen timenda sit. ibid.
Excommunicationis sententiam non esse fecendam in viuos, neque in mortuos, existimauit Chrysostomus. 459.2
Excommunicatio locum non habet, nisi post peccatum cõmissum, cui sit adiuncta pertinacia. 470.1
Excommunicati conditio quare sit peior quam conditio peccatoris. 480.2
Excommunicatio ob tres causas potissimum est instituta. ibid.
Excommunicationem non tantùm incurrunt peccantes contra diuinam legem, sed etiam contra Ecclesiasticum præceptum. ibid.
Exemplorum vis magna. 29.1
Exempla quæ magis monere soleant. 535.1
Exemplum quantum valeat in bono & malo. 539.1
de Exemptione exemplum D. Bonauenturæ. 612.1
de Exemptione sapiens quidam quid dixerit. ibid.
Exultate in Spiritu sancto, quid. 503.1

F.

FAma quomodo asternanda. 54.1
Fama bonos non facit, sed vitæ probitas. 54.2

Fama vt si concionatoribus & prædicatoribus necessaria. 218.1
Fama quale bonum sit, quatenusque curanda. 286. & 287. 1
Fames quæ olim acciderint multæ. 286.2
Festi dies quare instituti. 573.1
Fides acquisita in fusam præcedit, & ab hac expellitur illa. 211.2
Fides libera est, Deoque sponte offerenda. 279.2
Fides per dilectionem operans, peccatricem mulierem saluam fecit. 307.1
Fidem quam Christus & Apostoli prædicabant, si quis absque signis credidisset, fatuus videretur, & leuis. 340.2
Fidem Christi verissimam esse per omnia, indicia plurima ostendunt. ibid.
Fides qua ratione dicatur fundamentum virtutum. pag. 442.1
Fides diuina cui initatur: cui verò lex obligans. 490.1
Fides Christi ante incarnationem non fuit necessaria ad salutem. 498.2
Fidem sibi augeri quare petant à Domino Apostoli. pag. 552.2
Fidei, quam habebant Apostoli, efficacia. 553.1
Fidei defectus quid pariat in nobis. ibid.
Fidei initium à Deo est. ibid.
Fidei Christianæ amplitudo. 669.1
Filij Dei proprium fuit Euangelizare, & semen doctrinæ serere. 5. col. 2
Filij Abrahæ quinam sint. 42.1. & seqq.
Filius an debeat incumbere sepulturæ patris, si vocatur à Deo. 236.2
Filius an parentibus in necessitate cõstitutis, religionem intrare possit ac debeat. 236.1
Filius ob quam parentum necessitatem, religionem deserere cogatur. 236.2
Filios, inuitis parentibus, se perfectioni mancipare posse. 372.1
Filius proterua quomodo puniebatur in lege veteri. 485.1
Filiorum proprium quid. 524.2
Filij quo iure moriantur pro delicto parentum. pagin. 525.2
Filij Zebedæi Christum cur vocent Magistrum. pagin. 575.2
Filij Zebedæi cur primas sedes in regno Christi petierint. 576.1
Filiorum Zebedæi petitio in quatuor peccauit. 577.1
Filij Zebedæi quare quid peterent nesciebant. 577.2
Filij Zebedæi quando calicem Domini biberint. 579.1
Fimbrias vbi Iudæi ferrent. 614.2
Fimbrias acutissimas spinas Iudæi cur adderent. ibid. & 615.1
Fimbriæ quid erant. 615.1
Fimbrias Iudæi ferre cur debebant ex lege. ibid.
Fiscus Regius immoderatus pulchrè leni comparatur. 49. col. 2
Faminij Romani ducis crudelitatis exemplum. 379.2
Fere, ad quos potissimum spectet. 602.2
Fœminarum consortia vitare cur debeamus. 380.2
Fomes peccati non fuit in Christo. 82.2
Fons ille, de quo Ioan. 4. cur Iacob appelletur. 183.2
Fontis & putei ex Augustino discrimen. ibid.
Fontis illius Iacob cur meminerit Euangelista. ibid.
Fons aquæ salientis in vitã æternam, qui ille sit. 194.1
Fornicatio simplex semper prohibita. 196.2
Fornicatio simplex quare siue pœna temporali olim & nunc permissa. 287.1
Fortè aduerbium, Græcè idem quod vtique. 499.1
Fratres Domini in Euangelio, cognati intelliguntur. 313.1
Fratres Christi, cuius fuerint nominis. 323.2
Fratres Christi qua specie consanguinitatis hi dicantur. ibid. & seqq.
Frater quomodo tradet in mortem fratrem, & pater filium. 359.2
Fructus digni pœnitentia qui sint. 41. col. 1
Fugere persecutores, & mortem, quando sit permissio, quando præceptum. 361.1
Fugiendi præceptum in aliam ciuitatem tempore persecutionis, in omni ætate locum habere. 361.2
Fugiendi legem de vna ciuitate in aliam cur decuit dari Apostolis. 363.1
Fugere an subditi possint in persecutione & pestilentia. 363.2
Fugere non licet illi, qui capitis est ad confitendum fidem, etiamsi possit occultè, præsertim si sit scandalum Fidei. 364.1
Fugere persecutionem quando debet priuatus quispiam. ibid.
Fugiendo etiam persecutionem quis mereatur apud Deum. ibid.
Fugiant quando licitè viri perfectiores & constantes. ibid.
Fugere quando non debeant viri perfecti. ibid.
Fuga in hyeme & in Sabbato quàm incõmoda sit. 663.1
Fulgur, vel fulmen, telum Dei est, ex collisione nubium genitum. 301.1
Fulgur, & fulmen, in quo conueniant, & in quo differant. ibid.
Fuluiæ, Marci Antonij vxoris, crudelitas. 379.2
Furti peccatum quando remittitur, teste Augustino. 587. colum. 1

G.

GAlilæa duplex. 213.2. & 214.1
Gallinarum erga pullos suos affectus admirabilis. 634.2
Gallinæ metaphora ipsi Christo, tum vt Deo, tum vt homini, quàm aptè conueniat. 635.1
Gallinæ Christi erga pullos suos, id est fideles, mira solicitudo. ibid.
Gazophylacium quid. 621.2
in Gazophylacium missæ pecuniæ cui vsui deseruiebant. 637.2
Gazophylacij vsum quis instituit. ibid.
in Gazophylacium pecuniam offerentes cur spectaret Iesus. ibid.
Gazophylacium quæ vox sit, & quid significet. ibid.
Gazophylacium quid erat apud Iudæos. 638.1
Gehennalis flammæ quanta vis. 545.1
Genesareth stagnum quoduam illud, quamque amplum & amœnum. 222.1
Genesareth cur mare Tiberiadis appelletur. ibid.
Genesareth quid sonet. ibid.
Genimen quid sit 38.1
Gentilitas ante conuersionem ad Christum, erat quasi sine viro vidua. 23.1
Gentiles cur lapidibus comparentur. 44.2
Gentilium primitiæ quis in Christo. 588.1. & 2
Gentes cur regnum cœlorum quasi violenter & absque iure rapiant. 276.1

Gentium in viam fee cur Dominus prohibuerit Apostolis.344.1
Ghilgul Hebræis quid.376.1.
Gladio spirituali qui ferendi.491.1
Glis tuo hyberno tempore nihil comedit.94.2
Gloriari discipulos de electione dæmonum cur Christus noluit.501.2
Gloriatio Petri iactantis se omnia reliquisse, quàm humilis & modesta fuerit.561.1
Gloriationes sanctarum quorundam de se, bonæ atque laudabiles.ibid.
Gradus positivus pro comparativo sumitur in Scriptura.515.1.& 2
Græci infelices quid patiantur, eo quòd Ecclesiæ Romanæ semper rebellarunt.420.1
Græci iustiores causas habebant, quàm Germani, Romanam Ecclesiam superiorem non agnoscendi.ibid.
ad Gratiam iustificationis obtinendam plurimum præparationes iuuant.54.col.1
Gratia in baptismo collata, amitti potest.56.2
Gratia cur aqua, & aqua viua, ignisque in Scriptura appelletur.190.2
Gratia iustificans nulli adulto contigit lege communi, absque motu libero in Deum.195.1
sine Gratiæ infusione nunquam peccatorum alicui remissio contigit, nec tamen fit propter charitatis dilectionem.306.2
Gratiæ Dei quantum tribuat Augustinus.307.2
Gratiæ auxilium sufficiès nulli vnquam est denegatum.332.2
ad Gubernationem aptior est vnitas, quàm Principum multitudo.417.2
Gulosi in quæ vitia proclines.336.2

H.

Habitus morales vnde speciem sumant: vnde vero habitus imperantes.447.2
Hæreticus quis sit Augustino 12.2
Hæretici nostri temporis, omni vitiorum genere imbuti.14. & 15
Hæreticorum notæ.ibid.
Hæretici nostri temporis, propter impuram aliquorum Ecclesiasticorum vitam, ami propter abusus aliquos. Ecclesiam impugnarunt.59.2
Hæretici à dæmone Christum tentante edocti, Scripturas truncatas producunt, vel si integras proferunt, ad sensus prauos detorquent.130.1
Hæretici quam habeant de Christo fidem.393.2
Hæretici quos ducant ad interitum.399.2
Hæretici an sint corrigendi.452.2
Hæreticus propriè qui.ibid.
Hæreticum quam dignus est excommunicatione. 459.2
Hæresis quæque suum sibi Christum effingit.262.2
Hæreses vnde ortæ, teste Cypriano.420.1
Harmonia quotuplex olim secundum Platonem.281.1
Hebdomadarum Danielis incertitudo quanta.661.2
Helenæ Adiabenorũ Reginæ munificentia quanta.650.1
Helias quid significet, & Heliæus.335.2
Heli propter præcepti correctionem fraternæ omissionem grauiter punitus.463.1
Hermenigildum Regem Gothorum interfecit profide pater suus Leuuigildus.359.2
Herodes, pater Archelai, functus erat vita, cum Ioannes prædicare cœpit.8.1
Herodes primus Antipatri Idumæi filius sex filios habuit.9.1. ex his occidi fecit tres, & alter, ipso inscio, in Bethleelem inter alios infantes perit.ibid.
Herodes qualiter filijs suis regnum distribuit.ibid.2.
Herodes qui Ioannem decollauit, & Iesum spreuit, quisnam fuerit.9.col.2.& 178.2
Herodes quid somes.12.col.2
Herodi cur non licebat habere vxorem Philippi fratris.178.2
Herodias Ioanni quamobrem insidiaretur.179.1
Herodes, audito Ioanne, quæ multa faciebat.ibid.2
Herodes Tetrarcha quo tempore audiuit famam Iesu.375.2
Herodes cur dicatur Tetrarcha.ibid.
Herodis stoliditas.376.2
Herodes cur cœnam fecit, & non prandium, in die solennitatis natalis sui.377.1
Herodis promissio ac iuramentum.377.2
Herodes quos habeat imitatores.ibid.
Herodias cur peti iussit ab Herode caput Ioannis Baptistæ.ibid.
Herodias caput Ioannis in disco cur sibi dari petiit.378.1
Herodem fuisse, & non verè contristatum, probat Hieronymus.ibid.
Herodis veræ tristitiæ de suo iuramento non obscurum argumentum.378.2
Herodiadis filiæ, quæ saltauit, miserabilis exitus. 379.1
in Herodem & Herodiadẽ Chrysologi inuectiua.ib.& 2.
Herodes quàm indignus venia.379.2
Herodes Ioannicida quas dederit pœnas.380.1
Herodis Regis sepulturæ inutilis pompa, teste Iosepho.541.2
Hippocrates discipulos suos iureiurando adigebat, vt ægrotos gratis curarent.347.2
Hippolytus martyr scripsit tractatũ de septuaginta duobus discipulis Domini.353.2
Historiam illam de Habacuc ab Angelo ad Danielem delato Iudæi non admittunt.128.2
Historia & parabola in quo differunt.535.1
Historia quid sit, & parabola. 535.2
Homo nullo cœtero bono saciari, aut impleri ad plenum valet.193.1
Homo opus Dei per antonomasiam dicitur.202.2
Hominum duo genera abominabilia.458.1
Homo in malam partem accipitur.487.1
Hominum mandata quæ voces Christi.ibid.
Homo quid differat à cæteris animantibus.517.1
Homo vnde dicatur.527.1
Hominis sortis & amantis proprium quid.603.1
Hominis perturbati proprium.603.2
Honores, siue sacri, siue profani, cur minimè appetendi.576.2
Honores quid boni habeant appetendi.ibid.
Horæ decimæ & vndecimæ quæ sint mysteria.167.2
in Horas quod diem Iudæi diuiserint.185.2
Hortus Domini quid mystice.610.2
Hosius Cordubensis Episcopus Imperatori Constantio ad deferendam fidem solicitanti quid responderit.412.2.
Hospitibus olim & peregrinis quæ impendebantur obsequia.302.2
Humilis valli assimilatur.27.1
Humilitatis triplex gradus.67.2
Humilis quomodo verax.152.2
Humilitas, siue cognitio, primum est Dei donum, teste Areopagita Dionysio.298.2
sine Humilitate cur nemo intrabit in regnum cœlorum.600.2

Humilitas in versetur.439.2
Humilitas quare ad sexum propriè pertineat.ibidem.
Humilitatem & magnanimitatis officia.ibid.
Humilitas pars est iustitiæ, & legalis, & particularis. ibidem.
Humilitas virtus peculiaris est, & præcipuè respicit subiectionem hominis ad Deum, aut ad alios propter Deum.ibid.
Humilitas quæ ficta.440.1
Humilitas quandoque pœnam significat.ibid.
Humilitatis virtus in Deo non est.ibid.
Humilitas in Deo quæ ratione esse possit.ibid.
Humilitas quomodo circa rationem, exteriorem q; cultum, ac denique circa appetitum rationalem versetur.ibidem.
Humilitas habet opus prudentia præeunte.ibid.
Humilitati in se quid repugnet.ibid.
Humilitatis proprius & peculiaris actus.ibid.
Humilitatis regulæ quinque.ibid.
Humilitas propria dona non negat, ea tamen non perpendit.441.2
Humilitas in parte hominis irascente cur sita, & in quo conueniat cum temperantia.ibid.
Humilitatis cur proprium sit, esse fundamentum virtutum.442.1
Hypocrisis minus quàm dissolutio nocet.303.2
Hypocrisim Pharisæorum quare Dominus fermentum nominet.526.2
ab Hypocrisi nobis quomodò cauendum.527.1
Hypocrisis vitium cur hominem feriatur.ibid.
Hypocrisis Pharisæorum & Scribarum insignis.626.1

I.

Iacob quando Ioseph filio suo dederit prædium, de quo Ioan.4.cum integra huius prædij historia.183.1
Iacobus, qui & frater Domini, non fuit frater Ioannis Apostoli.32.2
Iacobum & Ioannem Apostolos & fratres, cur filios tonitrui Dominus appellarit.344.1
Ieiunijs frænanda est carnis lasciuia.76.2
Ieiunij variæ vtilitates.91.1
Ieiunium quadragenarium cur Christus elegerit.93.1
Ieiunium Christi quo pacto nobis proponatur imitandum. 95.col.1
Ieiunium quid sit, & vnde dicatur.97.1
Ieiunij varij modi explicantur.ibid.
Ieiunij Euangelici modus & antiquitas.ibid.2
Ieiunium portionale quodam voces Tertullianus, & quomodò nunc obseruetur.98.1
Ieiunium soluitur feria sexta, in ea occurrente Natali Dominico.ibid.
Ieiuniorum modum quem obseruent Græci.98.2
Ieiunium quartæ feriæ in cõsuetudine & præcepto fuit, & quale illud fuerit.98.1.& 2
ad Ieiunium quo astringamur iure.98.2
ad Ieiunia plura Iudæi reuebantur.99.1
Ieiunium, & eius obseruandi modum cur non præscripserit Christus.100.1
Ieiunia Ecclesiastica quæ sint ab Ecclesia præcepta.ibid.
Ieiunium Quadragesimale quo iure fuerit introductum. 101.2
Ieiunij variæ vtilitates, ex Origene, aut Cyrillo. pa.103. 109.& 110.cum seqq.
Ieiunium non esse seruandum à Resurrectione vsque ad Pentecosten, per antiquum mos.103.2
Ieiunandum non est diebus Dominicis.ibid.
Ieiunium Quadragesimale cur verno tempore institutum.104.2
ad Ieiunium Quadragesimale seruandum stringimur sub peccato.ibidem.
Ieiunia ab Ecclesia instituta non sunt explodenda, & ieiunandum pro libito, vt hæretici garrunt.105.1
Ieiunium Quadragesimale soluentibus quæ fuerit antiquitus statuta pœna.106.1
Ieiunium seruare non valenti quid agendum, iuxta Augustini regulam.107.1
Ieiunium saluebatur antiquitus per vini poculum.108.1
Ieiunium Quadragesimale includit abstinentiam à carnibus.107.2
Ieiunij antiquitas commendatur.109.2
Ieiunij laudes ex Basilio.ibid. & aliæ ex Ambrosio.pag. 112.2
Ieiunij ad carnem frenandam necessitas, ex Chrysostomo.110.col.1
Ieiunio sanitas, bonaque valetudo comparatur, & parta seruatur.111.2
Ieiunium vt fructum pariat, quas debeat habere conditiones.110.1
Ieiuninm ciborum est condimentum, ex Ambrosio.111.2
Ieiuninm multa apud Deum impetrat.112.1
Ieiunus orans cui similis.112.1
Ieremiam quando Deus sanctificauit.382.2
Iericho quale oppidum in Scripturis.583.1
Iericho quoties destructa, & reædificata.ibid.1.& 2
Ierusalem cur ciuitas sancta interdum nominetur, quandoque verò meretrix, ciuitas sanguis, &c.128.1
Ierusalem erat locus adorationi Iudæorum ex præcepto designatus.397.1
Ierosolymam cur Christus ascendit.565.1
Ierosolyma quid somet.ibid.
Ierosolymæ vrbis splendor ac magnificentia.602.1
Ierosolyma cur Regia ciuitas, sacerdotalis & Prophetalis sit dicta.ibid.
super Ierusalem Christum cur flenerit.ibid.
quam Ierusalem sit Christus allocutus.604.1
Ierusalem demerita.604.2
Ierosolymæ vrbis quamdiu duraut obsidio.605.1
Ierusalem quomodo circundederint inimici eius vallo. ibidem.
Ierusalem quomodo fuerit vndique coangustata: eiusdem rabiosa fames.ibid.
de Ierusalem obsidione testimonium Iosephi Ierosolymitani.ibidem.
in Ierusalem obsidione quot millia Iudæorum interierint, teste Iosepho.ibid.
Ierosolyma quando Aelia nomen accepit.605.2
Ierusalem vrbis Reliquiæ à Romanis intactæ, & quamobrem, teste Iosepho.606.1
Ierusalem quo die cœperit oppugnari.606.2
Ierosolyma à quibus capta fuerit, & quo diuino consilio.ibidem.
Ierosolyma quo die capta fuerit.ibid.
Ierosolymæ obsidionis tempus.ibid.
Ierusalem à Christo defleta, quam pulcher animæ peccatricis typus.607.1
Ierusalem destructionem cur Christus prædixerit Iudæis.635.2
cur Ierusalem euersionis tempus certum ac definitum Christus non dixerit.647.2
Ierusalem euersio cur tam diuturna fuerit, annos videlicet post quadraginta.ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ierusalem obsidionis tempore quo pij & fideles se recepérunt.606.1
Iesus adfuit natiuitati & morti Ioannis.380.1
Iesus cuibus dixerit se esse Christum.417.1
Iesu Nazareni nomen quàm celebre olim apud Iudæos erat.583.2
Iesus qualis sit, teste Propheta.584.1
Iesu virtutes vnde nobis maximè claruerint.584.2
Igne apte designatur Spiritus sanctus.58.col.1
Ignis artificialis, qui & Græcus dicitur, in medijs ardet aquis.299.2
quem Ignem venit Iesus mittere in terram.531.1
Ignem in terram missum quomodo velit Christus accendi.ibid.2
Ignis Christi missus in terram, quo tempore debebat accendi.ibid.
Ignem hunc in cordibus discipulorum cur Christus accendere volebat.532.1
Immunditia externa quàm turpis.532.1
Imperatoria potestas qua ratione egeat Pontificia. pag. 412.2
Imperator dum coronatur à Pontifice, iurat ipsi obtemperaturum in eo quod Pontifex præceperit.414.1
Imperatiui modi verba in Scriptura non semper habent vim præcipiendi, sed consulendi quandoque, vel adhortandi.477.1
Imperatiuum quandoque etiam est vox permittentis. ibidem.
In, præpositio, apud Latinos quid.467.2
Inanis gloriæ cupidi, quales merito videantur.613.1
Incarnatio Christi, quale fuerit Dei Patris donum. pag. 189.col.1
Infamia criminosos non facit.54.1
Infamiam cùm patimur, constantia opus est, ne virtutis opera omittamus. ibid.
Infamia cur sit hominibus tantopere formidabilis. pag. 366.col.1
Infideles cur Angelo Custode magis indigeant, quàm fideles.450.1
Infideles nequeunt Ecclesiæ denuntiari, nec ab ea excommunicari.470.2
Ingratitudo multum Deum offendit.497.1
Inimici hominis qui.371.2
Innocentiæ donum præstantius est dono pœnitentiæ, vi coniugio virginitas.303.1
Inobedientia quàm atrox peccatum.481.1
ob Inobedientiam puniti sunt Core, Dathan, & Abiron. ibid.2
ex Inobedientia erga superiores oriuntur hæreses & schismata.483.2
Interfectores non tam vitam auferre possunt, quàm mortem accelerare.368.1
Interpretes fuerunt septuagintaduo, quamuis communiter tantùm numerentur septuaginta.491.2
Intellectus qui practicus, & qui speculatiuus dicatur. pag.517.1
Intellectus practici & speculatiui necessaria conditio. ibidem.
Inuenire & reperire differunt.171.2
Inuidia quid.330.2
Ioannem cognomento Marcum, & Marcum Euangelistam fuisse diuersos.pag.1. & sequent.
Ioannes cognomento Marcus fuit Apolloniadis, vel Ptolemaydis Episcopus.1.
Ioannes hic non fuit ex numero septuaginta discipulorum Domini.ibid.
Ioannes hic fuit assecla Pauli & Barnabæ, & huius consobrinus.ibid.
Ioannes Baptista Angelum Domini egit in officij dignitate.pag 6.2
de Ioanne Baptista intelligitur etiam ad literam illud Malachiæ, Ecce ego mittam vobis Heliam, *ibid & 279.1*
Ioannes puer Christum puerum: idem vir eundem virum in quibus adumbrauerit.8.col.1
Ioannes qualis fuerit Iudæorum Doctor.ibid.
Ioannes prædicare cur cœperit in deserto.15.33.1
Ioannes cur Baptista dictus.15.col.2
Ioannes cur circa regionem Iordanis baptismum prædicarit.ibid. & 22.2
Ioannes quemadmodum baptismum pœnitentiæ prædicauit in remissionem peccatorum.16.col.1
Ioannes quam prædicauerit pœnitentiam.pag.19.col.2
Ioannes cur plusquam Propheta dicatur.20.2. & 151.2. & 152.1
Ioannes cur vox clamantis dictus, & vbi præfiguratus. 21.22. & alibi.
Ioannes cur missus.23.24. & 25
Ioannis de Christo testimonium cur necessarium. pag. 23.2. & 24.1
Ioanni vitæ austeritas cur fuerit conueniens propter se, & propter alios.32.1. & 2
Ioannes quomodo baptizaret.33. & 34.1
Ioannes non habuit potestatem clanium.37.1
Ioannes multa alia populo prædicauit, quæ scripta non sunt.60.1
Ioannes quo tempore carceri fuerit traditus, & quamobrem.ibid.
Ioannes an fuerit à Christo baptizatus.65. & 66
Ioannes quo tempore agnouerit Christum.68.1
Ioannis de Christo testimonia quando fuerint data.pag. 145.2
Ioannes de Christo bis tulit testimonium.146.1
Ioannes miracula cur non ediderit.ibid.2
Ioannes apud Iudæos in magna semper æstimatione est habitus.148.2
Ioannes quamobrem negauerit se Heliam esse, & Pheram.149.2
Ioannes Veteris ac Noui Testamenti Horizon est.152.1
Ioannes suæ legationis inuicta habuit testimonia.153.2
Ioannes Euangelista libenter silentio premit, quæ ab alijs nouerat esse narrata.157.2
Ioannes Baptista non tantùm ab auditoribus fidem exigebat, sed etiam fructus dignos pœnitentiæ.159.2
Ioannes in quo sensu dixerit: Et ego nesciebam eum *pag.162.2*
Ioannis discipuli non sequebantur eum, relictis omnibus, vt Christi faciebant discipuli.164.2
Ioannis incarceratio à nullo ex Euangelistis suo loco refertur: & quæ fuerit ratio.178.1
Ioannes Euangelista solus Christi gesta, à Tentatore deuicto, ad carcerem vsque Ioannis scripsit.178.2
Ioannes cur permissus sit à Deo in carcerem detrudi.pa. 179. & 180.1
Ioannis discipuli qua, & quo animo Christi opera eidem Ioanni in vinculis conferre retulerint.256.2
Ioannes cur innocens fuerit in vinculis.257.1
Ioannes nullum cognouit peccatum, quo spiritum, à quo in vtero matris fuit sanctificatus, extinguerei. ibidem.
Ioannes cur tantopere à Christo, abeuntibus illius discipulis, coram turba fuerit commendatus.268.1

Ioannes cur plusquam Propheta à Domino dicatur.269. 2. & 270.1. Cur Angelus.270.1
Ioannis cum Apostolis comparatio.271.2
de Ioannis supereminentis sanctitate præclara Patrum virtusque Ecclesiæ testimonia.272.1. & 2
Ioannes vt possit maior omnibus ex muliere natis pronunciari.273.2
Ioannes an maior Propheta fuerit, quàm Moyses.274.1
de Ioanne Baptista cur luculentior quam de Deipara in Euangelio fit mentio.376.2
de Ioannis capite elegans Chrysologi allegoria.377.2
Ioannem quare Iudæi non liberauerint de manu Herodis.378.2
Ioannes vnde martyr sit, cùm pro Christo minimè occubuerit.379.1
Ioannis capiti abscissum, suspirium ante Herodiadem emisisse, apocryphum. ibid.
Ioannis encomium.379.2
Ioannes Baptista vbi sepultus.380.1
de Ioannis morte historiæ documenta quinque. ibid.
Ioannes frater Iacobi, virginitatis exordium.395.2
Iob liber an fuerit historicus, vel parabolicus.535.1
Iob librum esse historicum, vnde constet.536.1
Iordanis vbi situs, & eiusdem ortus & exitus 22.2. & 33.2
Ioseph Patriarcha, elegans Christi typus.22.1
Ioseph ossa ex Aegypto allata, vbi condita.183.2
Ioseph virginis sponsus, non fuit bigamus.324.1
Ioseph Christi Domini parens putatiuus faber lignarius, non faber ferrarius fuit.322.2
Ira in Deo quomodo ponatur.40.col.2
Ira venturæ, in Scriptura quid sit. ibid.
Ira dicitur ab eundo, & qui ab ira placatur, ad ipsum redire dicitur.336.1
Israëlitæ veri qui sint.175.2
Iudæi quid stultè de Malachia sint opinati.6.col.2
Iudæis promissus est Christus, non Gentibus.7.col.2
Iudæi vsque ad Ioannem cur multo tempore caruerint Prophetis.33.2
Iudæi varia habebant baptismatum genera, & aliquem ritum peculiarem confitendi.36.2
apud Iudæos quinque fuere sectarum genera.37.2
Iudæi viperæ cur merito comparentur.40.1
Iudæis cur non erat cum Samaritanis cõmercium.187.2
ex Iudæi salus cur esse dicatur.198.1
Iudæis cum quibusdam manducare interdictum erat. 244.1
Iudæi liberè Christum occiderunt, non necessario.430.2
Iudæi & ethnici cur minimè à nobis corripiendi.452.2
Iudæi vt vitentur à fidelibus, aliquo signo signari iubentur.458.2
Iudæi qua ratione tolerentur & permittantur habitare in aliquibus prouincijs. ibid.
Iudæi quàm inexcusabiles.534.1
Iudæorum sleages & rebellio contra Romanos.649.1
Iudæorum vastatio quàm iusta.655.2
Iudæi cur olim Zeloitæ vocabantur.659.2
Iudæorum tribulatio sub Tito & Vespasiano, quanta. 663.2
Iudæi à Tito capti, quot fuerint.664.2
Iudæi quare vt capitis vbique trucidantur, & dispersi in omnes Gentes fuerint, ibid. & 665.1
Iudæi templum instaurare tentantes, diuinitus ab opere deterrentur.665.1
Iudæi ignibus argenteis vrebantur ad eruenda templi fundamenta. ibid.
Iudæa quando primùm per Præsides cœperit administrari.9.col.2
Iudææ Præsides quinam fuerint. ibid.
Iudæa septimadecim habuit Tetrarchias.10.2
Iudas ab Apostolatu exciderit, cur ad illum electus à Christo fuerit.254.1
Iudas an semper malus & fictus ambulauerit.254.2
Iudas potuit à Christo ad bonum reuocari; & quam ob causam non fuerit reuocatus.255.1
Iudas Iscariotes (qui vltimum semper in serie Apostolorum locum accipit ab Euangelistis) virum mercedis, seu occisionis significat.343.1
Iudas Iscariotes male de Christo quando locutus fuerit. 442.col.2
Iudas quid senserit de Christo vncto à muliere vnguento, quidque de muliere vnctrice.596.1
Iudæ cur Christus loculos commisit, quem sciebat furaturum.596.2
Iudicabit Christus aliter mundum, aliter sancta Trinitas.562.2
Iudicabunt Apostoli quomodo. ibidem.
Iudicabunt quomodo Niniuitæ, & Regina Austri Iudæos tunc incredulos. ibid.
Iudicabunt mundum cur pauperes.563.2
Iudicabunt cur minimè Angeli, & qua ratione, neque ipse Christus.564.1
Iudicij exitremi locus qualis futurus, secundùm Hilarium.670.2
Iudicij diei signa in Sole & Luna, &c. qualia futura. 671.col.1
Iugum & onus qui tollant mysticè.507.1
Iugum Christi portare, quid sit. ibid.
Iugum Christi cur suaue. ibid.
Iugum quare suum vocet Christus. ibid.
Iugum Christi tollendum quare super nos.507.1
Iulius Cæsar vocem illam ambitione plenam emisit, Si violandum est ius, Imperij gratia violandum est.133.1
Iurari in quo altari consueuerit.622.1
Iurare in dono, quid erat. ibidem.
Iurare per creaturam, qua ratione liceat. ibidem.
Iuris humani quæ sunt, & non diuini, ex his quæ in Euangelio continentur.485.1
Iussa malorum, Deo non contraria, à nobis quomodo recipienda.484.1
Iustitia omnis quomodo impleatur.67.1
Iustitia nunquam pro legis adimpletione in Scriptura vsurpatur. ibidem.
Iusti valde solent à dæmone impugnari.81.2
Iustum perfectè quando quis censeatur.67.1

L.

Labor & onus, in quo differant.506.2
Lacrymæ vnde ferè proficiscãtur, ac quibus de causis minimè Christo conuenire videbantur.602.2
Lacrymæ Christi quare sponte fuerint, non coactæ. 603.1
Lacrymæ Christi quales cum nostris cõiungendæ.603.2
Lacrymarum vis quanta sit.607.1
Lamiæ quomodo portentur à dæmonibus.127.1
Languor ab infirmitate differt.341.1
Lapidibus cur comparentur Gentiles.44.2
Latria quid significet, & cur illa solus Deus sit colendus.138.2
Latria quomodo à dulia differat.139.1

Universidad de Navarra
Biblioteca

Latriæ cultus exterior in quibus consistat, & cui tribuendus.ibidem
Laudibus humanis cur minimè fidendum.603.1
Laudibus proxima est tentatio.77.2
Lazarus mendicus, distinctus à Lazaro fratre Mariæ & Marthæ.536.1
Lazarum cur hominem non vocauit Lucas Euangelista.538.2
Lazari nomen quare expresserit Lucas.ibidem
Lazarus quid sonet.ibidem
Lazarus cur iacebat ad ianuam diuitis.ibid.
Lazari egestas quanta.539.1
Lazarus quàm miserabilis ex omni parte.539.2
Lazari felix interitus conditio.ibid.
Lazari sors quàm felix.540.1
Lazarus futuræ vitæ, atque resurrectionis sacramentum non ignorauit.ibidem
Lazarus cur ab Angelis in sinum Abrahæ deportatus.ibidem
Lazarus quale solamen captabat in Sinu Abrahæ.pag.542.1
de Lazaro & Christo inanis, & planè puerilis quorundam fabula confutatur.599.2
in Lazarum malignitas Principum Sacerdotum.601.2
cur Lazarum interficere cogitauerint, ibid.
Legatio Iudæorum ad Ioannem, vnde, per quos, & quamobrem fuerit facta, explicatur.147.1
Legatio hæc quo fuerit animo facta.ibid.2
Legis Mosaycæ imperfectio.124.2
Legis Euangelicæ perfectio.ibidem
Lex vetus, longa ad salutem via, brevis, Euangelica.pag.266.2
Leges Ecclesiasticæ non sunt comparandæ hominum traditionibus à Christo explosis.101.1
Leges quando relaxandæ, aut penitus abolendæ.ibidem
Leges Ecclesiasticæ exactissimè obseruandæ, ex Ignatio, & Clem.Rom.201.2
Lex Moysi quatuor constabat voluminibus.174.2
Leges Ecclesiasticæ in conscientia obligant.460.2
in Lege Veteri eadem præcepta erant atque modò sunt in lege noua: Sacramenta tamen & promissa non eadem.468.2
in Legibus condendis quid spectari soleat.473.1
Leges de quibus tantummodò condantur.473.2
ad Leges condendum quid requiratur.484.2
Lex quam condit legislator, non necessariò debet ex Scriptura deduci.ibidem
Legibus diuinis qui tantùm, non verò humanis & ecclesiasticis nolum obedire, cur barbari.485.1
Lex quæ iusto non sit imposita.486.1
in Legibus Ecclesiæ ferendis quid obseruandum.487.2
Leges Ecclesiæ quando obseruari non debent.487.2
Lex humana vnde vim obligandi habeat.488.1
Lex merè personalis non obligat sub peccato.488.1
Leges humanas in conscientia obligare, probatur ex Apostolo ad Rom.cap.13.488.1.& 2
Legi non parens, vnde peccatum incurrat.488.2
Legem naturæ non seruãtes cum quacunque ignorantia, graviter peccant.ibid.
Legislator posita lege, non potest facere, vt subditus parum, vel nihil in illam peccet, ibidem.
Legem humanam non obligare sub peccato, arguit Gerson.489.2
Lex obligans cui imitatur, cui verò fides diuina.490.1
Lex naturalis cur nullum habeat præmium à Deo: bene autem lex Euangelica.508.2
Lex vetus an sit facilior noua; an verò contra.509.2
Lex Moysi quot præceptis constabat.ibid.
Lex noua quàm pauca, & qualia præcepta habeat, ibid.
Legis Christi gravitas atque difficultas cum gravitate Legis Veteris componitur.ibid.
Lex Moysi vsque ad mortem Christi seruanda erat.pag.609.1
Legum, & naturæ, & Mosis, & Christi necessitas.611.2
Legislatores, tum sacri, tum profani, quando grauiter delinquant.ibid.
Leges pauciores positiuas in Ecclesia esse cur expediat.ibidem.
Legis Christianæ sanctitas quanta.647.1
Liber sermonis Esaiæ, cur liber visionis appelletur.21.1
in Libro vitæ scriptos à quos posse deleri.502.1
Libertatem quam Apostoli non agnouerint.486.1
de Libertate Christiana quam bene loquatur Augustinus.486.2
Librę nomen Græcum non est, sed Latinum.593.1
Ligandi & soluendi actus quid significent.409.1
Ligni vitæ ad alendum qualis virtus.96.1
Limbus qui sinus fuit Patrum, etsi quandoque in Scriptura paradisus appelletur, sed nunquam regnum cælorum.274.2
Limbus Patrum, cur sinus appelletur, & sinus Abrahæ.pag.540.1
Limbus Patrum quando euacuatus sit.ibid.
Litigare quando conueniat, & quibus.448.2
Liquare quid.624.1
Locustæ quas Baptista edebat, quod nam sit cibi genus.pag.30.1
Locustæ quid mysticè denotent.32.2
Loth vxor in statuã salis quare conuersa.237.1.et 556.2
B.Lucas cur expresserit Reges initio prædicationis Baptistæ florentes.8.2.& 11.2
B.Lucas, & medicus fuit, & pictor.284.2
Lucrari animam fratris, quàm pulchra species mereatura.pag.455.1
Lucrum nostrum, est salus proximi.455.2
Ludus puerorum in foro apud Iudæos qualis, & ad quid institutus.280.& 281.1
Luminaria duo mundi, maius & minus, mysticè sumpta.pag.413.1
Lunatici qui dicantur, & quare.218.2
Lutherus de pœnitentia stultissimè loquitur.215.1
Lutheri peruersa doctrina.267.2
Lutheri impiæ ac blasphemæ in Petrum voces.399.2
Lutherani quos ritus & ceremonias Christianæ Reipublicæ probent, atque recipiant.479.2
Lutherani quæ Ecclesiæ instituta & leges damnent, ibidem.
Lutherani Episcopi qualem diuinam potestatem & auctoritatem concedant.ibid.
Lutherus qualem sibi confinxerit Christianam libertatem.486.2
Lysanias Abilinæ Tetrarcha quis nam fuerit.10.col.1
Lysaniam Abilinæ dominari, quid mysticè.12.2

M.

Machabæi cur mori eligerint potiùs quàm carnes porcinas edere.421.1
Magistratus secularis potestatem nõ habet mittendi concionatores verbi Dei.14.col.1
Magnanimitatis, & humilitatis officia.439.2
Magnanimitatis proprius actus.440.1

Mahometus hæc duo negauit, & Christum esse filiũ Dei, & crucifixum.430.1
Maior alijs volens esse in Ecclesia, quid oneris habeat sustinere.582.1
Maiores nostri à nobis cur minimè reprehendendi.611.1
de Malachia quid stultè opinati sunt Iudæi.6.col.2
Malum culpæ grauius est multo malo pœnæ.82.1
Malum sub ratione mali non complectitur à voluntate, 190.1
inter Malos quatenus versari debeamus.586.1
Mali cur fugiendi.ibid
Manna vltra mensuram acceptum ad Sabbatum, computrescebat.266.2
Manuum impositio Ecclesiæ consueta vnde ortum habuit.374.2
Manus impositio quid sit in Nouo Testamento.559.2
Marcella mulier illa appellabatur, quæ de Seruatore nostro in Euangelio Lucæ dixit: Beatus venter qui te portauit, &c.291.1
Marcum Euangelistam, & Ioannem cognomento Marcum, diuersos fuisse.
Marcus Euangelista, fuit Alexandriæ Episcopus, ibid
Marcus quando, & vbi scripserit Euangelium.pa.1.col.2
Marcus Alexandriæ quamdiu sederit.ibid
Marcus non est ille à Petro & Paulo in suis epistolis commendatus.2.col.1
Marcum sibi amputasse pollicem, scribunt aliqui. ibid
Marcus in conscribendo Euangelio maiorem veritatis, quam temporis rationem habuit: & quare id ita fecerit.pag.2.col.2
B.Marci Euangelij argumentum, & eius partes.ibid
Marcus representatur apud Ezechielem in Leonis specie.ibidem
Marci Euangelium, epitome est Matthæi.pag 4.col.2
Marcus cur à prædicatione Baptistæ suum Euangelium auspicatur.ibid
an D.Marcus cap.1. Euangelij sui Esaiam pro Malachia citarit.pag.5.col.2
Mare quando crescat & decrescat.218.& 219.1
Maria Deipara, omnium credentium spiritualis est parens.310.2
Maria Virgo beatior est, quòd Verbum Dei audierit, custodierit que, quàm quòd Christum ventre gestauerit.pag.311.1
in Mariam quàm sint iniurij noui hæresiarchæ.313.1
Mariam Deiparam baptizatam a Christo credibile est.66.2
Maria, Christo in domo prædicante, cur illuc cum fratribus Christi venerit.pag.313.1
Maria Cleophæ, soror Virginis quo sensu dicatur.325.2.& 329.1
Maria Virgo decimumquartum agens annum, Saluatorem concepit.328.2
de Maria Magdalena reipsa septem exire vera dæmonia.339.2
B.Maria dicitur Iauna cæli.401.1
Maria Virgo quid opus habuerit Angelo Custode.450.1
Maria & Martha quam dignæ exiterint Christi hospitio.511.2
Maria quare excellentius Christum excepit, quàm Martha.512.1
Maria ad pedes Domini sedens, quarum nobis dedit exempla virtutum.ibid
Mariæ in audiendo verbo Dei perseuerantia, in quo notetur.512.2
Mariæ sororis Marthæ prudentia & circumspectio.513.1
Mariæ reprehensæ taciturnitatem Christus sua defensio ne diguam iudicauit.ibid
Mariæ pars cur melior quam Marthæ.515.2
in die B.Mariæ Virginis Assumptioni sacro cur Euangelium Mariæ & Marthæ lectitetur.519.1
Mariæ sanctissimæ matris Dei laudes.ibidem
Maria Virgo quomodò mysticè, sicut Martha, turbata sit circa frequens ministerium.519.2
Mariæ Virginis qualis ratio inferior, qualisque superior.ibidem
Maria Virgo in die obitus sui euacuauit purgatorium.530.1
Maria Virgo ascendens in cælum, quomodo innixa fuit super dilectum suum.520.2
Maria Virgo quare delicijs affluens dicatur.ibid.
Maria Magdalene quare ministerium impenderet Christo in cœna.590.1
Martha quomodo satagebat circa frequens ministerium.512.2
Martha cur Mariam non vocauerit, sed illa apud Dominum expostulauerit.ibid
Marthæ de Maria expostulatio qualis fuerit, vndeque profecta.ibid
Marthæ solicitudo qualis.513.2
in Marthæ ministerio quid minus laude dignum fuerit.514.1
Martham Christus cur dixerit turbari erga plurima.ibidem
Martha cur ad Christi verbum, non ad eius pedes consederit.516.1
Martha quàm sedulò Christo ministrabat in cœna Ierusalem habita.589.2
Martialis puer ille dicebatur, de quo in medio discipulorum constituto dicebat Dominus: Nisi efficiamini sicut paruulus, &c.291.1
ad Martyrium nemo debet se ingerere; erit tamen magni meriti, si se ingerat.370.1
in Matrimonium duæ sorores simul ab vno viro accipi, scripta Mosis lege prohibebatur.326.1
B.Matthæus ante discessum discipulorum è Iudæa scripsit suum Euangelium.128.1
Matthæus vbi existens à Christo fuerit vocatione omnino gratuita vocatur.239.1
Matthæus, non Gentilis, sed Iudæus, cur Leui Alphæi dictus.239.2
Matthæi nomen quid significet, & cur se ipsum Publicanum in Euangelio suo scripserit.240.1
Matthæi officium post Christi sequelam non abolitum, sed mutatum.240.& 241.1
Matthæus cur Christum vocantem fuerit sequutus statim. 241.1. postea tamen redijt suas res ordinaturus, prudenterq; disposuit.242.1
Matthæi humilitas.242.2
Matthæus quo tempore, & quam ob causam Iesu magnũ parauerit conuiuium.ibid
Matthias Apostolus qualis.502.2
Mauri, Iudæos imitati, non nisi de stellæ visæ licentia reuniuntur solumm.93.2
Medice, cura te ipsum, Iudæis familiare prouerbium.331.2
Medici, si sit bonus, quanta sit vilitas: si verò malus, quanta pernicies: idque in medicis spiritualibus non aliter euenit.451.1
Medicus duo præstare debet.480.1
Mel Syluestre, quo ad cibum Ioannes vtebatur, cuius sit naturæ.31.2

Membri corporalis & membri spiritualis differentia. 401.1
*Mendicitas quibus olim inuisa.*538.1
*Mendicitas quæ bona & salutaris.*538.1
*Mensarij dicitum qui nam sint.*537.2
*Meretrix vnde dicta.*286.2
*Meretrices cur submoniuæ fœminæ à Martiali vocentur.*287.2
Meretricibus nouum & inauditum tributum Imperator Caligula imposuit.ibid
*Meritæ Christi variè applicantur hominibus.*42.1
*Meritum ex charitate mensuram suam habet.*373.1
*Messias vnde sic dictus.*374.2
*Messiæ aduentum vnde Iudæi coniectare facilè poterant, & debebant.*533.1
*de Messiæ aduentu qualis fuerit Iudæorum & Phariſæorum existimatio.*553.2
Messis nomine quid intelligatur, quisque sit huius messis dominus. 393.1. & 338.
*Militia honesta, vtilis & necessaria Reipublicæ.*50.1
Militum incredibilis licentia.ibid
Milites aliqui sanctissimi fuêre.ibid
Milites quandoque excusantur à belli iniustitia, quandoque minimè.ibid
*Miracula ad fidem Messiæ cur fuerint necessaria.*24.1
Miracula cur olim plura, quàm nostro tempore fierent. 217.2
*Miracula à Christo edita ipsum esse Messiam apertè ostendebant.*260.2
*Miracula vera veritatem solùm possunt confirmare: secus de falsis dicendum.*261.1
*vt Miracula patrentur, quatenus fides dicatur necessaria.*330.2
*Miracula neque ad fidem generandam sunt necessaria, neque illam generare sufficiunt.*332.1
*Miracula cur non semper, neque in omnibus locis Deus operatur.*340.1
Miracula patrandi potestate, neque culpa est, si careas, neque, si habes, suo merito illam te habere arbitreris. 347.2
*Miraculum nullũ maius suscitatione Lazari, teste Chrysostomo.*601.2
*Misericordiæ fructus.*48.1
Misericordiam volo, & non sacrificium, *quid significet.*245.2
Missio 72. discipulorum quando contigerit. 490.2. & *quando facta fuerit.ibid*
*Mola asinaria idem est quod ingens saxum in Euangelio.*444.2
*Moneta primùm quidem ex ære, ex argento deinde; tandem ex auro confecta est.*348.1
*Mons in quo Christus tertiam passus fuit tentationem, quis ille fuerit.*133.1
Montem cur Christus Apostolos electurus ascenderit. 249.1
*Morim, siue Mêlamedim, Hebræis quid.*616.1
*Mortuos sepelire mortuos suos, quid apud Christum.*281.1
*Mors quatenus sit expetenda.*361.1
Mortem fugere & persecutores, quando sit permissio, quando præceptum.ibid
*Mori pro Christo, quàm sit honorificum.*434.1
*Mortem gustare, quid.*436.1
*Moses quid sonet.*16.2
*Moyses docuit cognitionem peccati.pag.*19.1
*Moyses ieiunando an famem sustinuerit.pag.*92.2
Moyses de Monte, populo peccante, descendens, legis cur fregerit tabulas.pag 301.2
*Mulieris illius peccatricis, quam Lucas describit, admirabilis, & nunquam bene laudata conuersio.*285.2
Mulier illa publicè erat prostituta, & in qua ciuitate. 288.2
*Mulieres quot Dominum vnxisse in Euangelio perhibentur.*289.1
*Mulier illa peccatrix vnde primùm iustificationis suæ spem susceperit.*297.1. *De hac peccatrice diffusè per plures sequentes paginas agitur.*
*Mulier illa quæ nam, quæ vnguentum effudit super caput Christi in cœna recumbentis.*592.2
*Multos pro omnibus frequenter vsurpat Scriptura.*582.2
*Mundus quomodò tentare dicatur.*83.2.& 89.2
Mundus insipientes solummodò decipit.ibid
*Mundi tentatio quàm sit grauis.*89.2
*Mundum qui nam deserant, & in desertum secedere dicantur.*143.2
*Myrias quid significet.*526.2

N.

*Naaman quid significet.*563.1
Nardus quid Plinio, & quæ sit vera nardus. 593.2
Nardus quot modis adulteratur.ibid
Nardus præcipua vbi nascatur, eiusque differentiæ. ibid
Nardi huius quale sit pretium.ibid
de Nardi ortu opinio Matthioli minus probabilis.ibid
*Nardus quàm præstans materia vnguenti.*594.1
Nardum spiciatum cur dicatur.ibid
Nardum cur pretiosam vocauerit Euangelista.ibid
*Natalem diem in Scripturis qui soli celebrauerint.*350.1
*Natalis sui qui celebrant diem, quid testentur.*377.1
Natalitia quorum in Ecclesia meritò celebrentur.ibid
Natalis sui quid est quòd Herodes nõ prandium, sed cœnam fecerit.ibid
Natalis Herodis & Ioannis pulchra comparatio. 380.2
*Nathanaël quis fuerit, & quamobrem per Philippum vocatus.*172.2
Nathanaël quo sensu dixerit Philippo: A Nazareth potest aliquid boni esse? 174.1
Nathanaël donum Dei interpretatur.ibid
*Nathanaël cur verus Israëlita, & in quo dolus non esset, à Christo sic dictus.pag.*175.2
Nathanaël confessus est Christum filium Dei naturalem. 176.1
Nathanaël Christum qualem Regem Israëlis crediderit.ibid
*Nathanaëlis de Christo fides quam perfecta fuerit.*386.2
Nauem Petri cur turbæ docturus Christus ascenderis. 222.1
*Nazarei olim qualem habuerint ciborũ delectum.*108.2
*Nazareth ciuitate relicta, Christus cur voluerit in ciuitate Capharnaum habitare.*210.1
*Nazareni pauca cur Dominus miracula cõcesserit.*333.1
*Nazarei in Christum ingratissimi, impudentissimiq, & diabolo peiores.*336.2
*ex Necessitate quod fit, culpa caret.*445.1
*Necessitas ex Christi prædictione oria non tollit libertatem.*445.2
*Necessarium vnum quod.*514.1
*Necessaria cùm multa sint ad salutem, quomodò tantùm vnum dicatur necessarium.*515.1
*Negent qui Christum.*370.2
*Nemo in Scriptura quomodò accipiatur. pag.*505.1

*Nicolaus Aduena Antiochenus Diaconus è septem vnus, initio bonus, in hæresim degenerauit.*255.1
*Nimbus in terra Chanaam vnde fiat, & quid sit.*533.2
*Nominum Hebraicorum interpretationes quæ in Euangelio reperiuntur, cuius sint.*169.1
*Nouissima quomodò prouidere debeamus, si sapimus & intelligimus.*542.2
Nouissima cur prouidenda monentur, non primordia, aut media.ibidem.
Nubes oriens ab Occasu, quid mysticè. ibid.
*Nuptiæ secundæ nulli illicitæ.*196.2
*Numerus decimus quintus quid significet.*12.1
*Numerus quadragenarius mysteria continet.*93.1
*Numeri duodenarij mysteria.*251.1.& 562.2
*Numerus septenarius quid designet.*572.1
*Nutrix vera nostra, quæ nam illa.*578.2

O.

*Obedientiæ vera virtus fuit in Christo.*67.2
*quæ Oblationes tantùm olim offerri super altari consueuerant.*622.1
*Obligatio realis à Iurisperitis quomodo fingatur.*67.2
*Occidentalis gens qualis sit ad recipiendam fidem, & ad illam semel susceptam retinendam.*426.2
Oculi discipulorum beati, quia Christum viderũt. 510.2
*Oculi Iudæorum qui Christum viderunt, cur tamen minimè beati fuerunt.*510.2
*Oculus nequam quis.*520.2
Oculus Phariſæorum quam nequam.ibid.
*Odio habere parentes, idem est quod magis diligere quàm Deum.*372.1
*circa Odores qui excessus vitandi sint.*594.2
de Odoribus immodicis Plinij querimonia, ibid.
Odorifieri quomodò esse debeamus, ibid.
*in Odorem quorum vnguentorum Christi currere debeamus.*595.1
Odor bonus quid mysticè. ibid.
*Oleo caput vngebant antiqui.*302.2
Oleum quo Apostoli sanabant infirmos, erat typus olei Chrismatis, quo in baptismo inunguntur fideles.pag. 374.2
Olei Chrismatis virtutes.ibid.
Olei illius, quo Apostoli curabant, symbolum.ibid.
*Olympiadas enumerandi ratio, & qua Olympiada mortuus sit Christus.*61.1.& 2
Olympiada 194. magna quædam contigit eclypsis.ibid.
Onus quod minimè appellandum esse velit Cicero, 509.1
Onerabant Scribæ, & Phariſæi homines dupliciter 523.2
*Onera quando subditi libenter ferant.*524.1
*Operarij pauciſſimi, quamuis Episcopi multi, & plures sint sacerdotes.*338.1
*Operarius quomodò dignus cibo, aut mercede sua.*350.1
*Opera bona quæ sint.*599.2
*Oratione quid à Deo postulandum.*190.1
*Oratio quid sit.*249.1
in Oratione Dei cur pernoctauerit Christus. ibid.& 2
*Oratio Dei quare illa dicatur.*250.2
*in Oratione absit multiloquium.*250.1
*Ordo & iurisdictio inseparabiles non sunt.*407.1
Ordinis & iurisdictionis propriæ functiones. ibid.
*Origenes quo sensu dixerit, Ecclesiam non esse super Petrum ædificatam.*396.1
*Origenis factum vituperabile, quamuis zelus commendarit.*446.1
*Origenes de Angelica custodia quid senserit, minus verè atque Catholicè.*449.2
Os Domini in Scriptura quis meritò dicatur. 124.2
*Osculum signum pacis extat, beneuolentiæ item & amicitiæ.*302.2.& 307.1
*Ouium & agnorum spirituallium officia.*357.1

P.

*Pacis nomine quicquid boni est, Hebræi complectũtur.*351.1
*Pacis filij qui sint.*494.2
*Pacis mundanæ autor quis.*371.1
Papa vt particularis est persona, filius Ecclesiæ Dei est: vt verò Papa est, caput est Ecclesiæ, quam regit.pag. 400.2
*Papæ & aliorum Episcoporum potestas iurisdictionis quodam simili optimè declaratur.*409.1
*in Papa duplex potestas, Regia scilicet ac Pontificia; & quæ propriæ cuiusque functiones.*409.2
*Papæ potestas quibus ferè Domini verbis expressa sit apud Ieremiam.*411.1
Papæ huiusmodi super Reges ac Principes potestatem quomodo natura ipsa suadeat ac doceat.ibid.
*Papæ dominium supra temporalia obliquum esse tãtummodò, tripliciter ostenditur.ibid.*2
*Papa ex iure diuino ius habet ad alimenta, quibus honorificè sustentetur.*414.1
Papa ius habet, vt Imperatori præcipere possit, vbi opus sit: in Reges verò terrenos non habet potestatem nisi obliquam.ibidem.
*Papa à Cardinalibus vota exigit in eligendis, vel confirmandis Episcopis.*422.2
Papa, cur seruus seruorũ Dei soleat à se nuncupari. 582.1
*Parabolis cur singulariter Christus loquendo delectetur.*202.2
*Parabola & historia in quo differant.*535.1
*Parentibus licet maiorem partem hæreditatis vni filio præ alijs donare, exemplo Iacob.*183.1
*Parentes carnales spiritualibus æterni Patris negotijs non sunt præponendi.*315.1.& 2
*Parentibus obediendum quando.*372.2
*Pars hæreditatem in Scriptura significat.*515.2
*Paruulis baptismus non est denegandus contra Anabaptistas.*559.2
Pasce oues meas, *quid significet.*408.1
*Pastores, Ecclesiæque Prælati, quos debeant exẽplo Christi, labores suscipere.*284.2
*Pastoris boni officium.*603.1
Pastor vnus tantùm Ecclesiæ est datus à Christo. 417.2
*Pastor summus Ecclesiæ qualis esse debeat.*418.1
*Pastor Ecclesiæ debuit esse vniuersalis, ob duo.*418.2
*Pastores Ecclesiæ si fuerint infames, quid oberunt fidelibus,*447.1
*Pastoribus Ecclesiasticis omnes etiam laici criminosi subsunt.*456.2
*Patres atque Doctores sancti quàm honorificè de primatu Petri senserint, atq; scripserint.*428.1
*Patrisamilias cur obtemperandum.*489.1
Pater absolutè dicitur de naturali, non de adoptiuo.pag. 503.2
Pater Aeternus quomodo omnia Christo tradiderit.pag. 504.2
Patris Dei infinita fœcunditas.ibid.
Pater Aeternus solus nouit Filium notitia naturali, & Filius Patrem 505.2
*Patientia, sine constantia, in quo differat à perseuerantia.*360.2
*Paulinus Episcopi Nolani misericordia insignis.*246.2

Paulus & Barnabas, duodecim Apostolis vt iocernantur.253.1.& 2.
Paulus quare tam opere sæuiebat in Christianos à principio.260.1
Paulus cur commendauit Corinthijs suum Apostolatum, & Romani Pontifices suum Pontificatum super omnem Ecclesiam.405.1
Paulus cur ascenderit Ierosolymam videre Petrũ.423.2
Paulus quare Petro in faciem restitit.424.2
Paulus à Corinthijs quare nihil acceperit.448.2
Paulus cur permiserit fideles simul edere cum infidelibus.458.2
Paulus ser tantum tulit sententiam excommunicationis. 458.& 459.1
Paulus quàm seriò iubeat terrenis parendum esse Principibus.482.2
Pauli modestia & humilitas, eiusq; similium.485.2
Paupertas, & victus carentia, maxima solet esse tentatio, & quomodo superanda.144.2
Paupertas voluntaria quibus hæreticis fuerit odiosa.pa. 242.col.1
Pauper vt differat à mendico.261.2
Pauperes cur euangelizentur.ibidem.& 262.2
Pauperum coram Deo felix conditio.319.1
Paupertas vtilis ad Euangelium prædicandum.348.1
Paupert propter Christum tribuere, quale beneficium Dei sit.511.2
Pauperem excipientis quare melior quodammodò conditio, quàm Christum ipsum.ibid.
Pauperes cur voluit Deus esse in mundo.536.2
ad Pauperum beneficentiam adhortatio.541.2
ad Pauperes quoq; pertinet consilium omnia relinquendi, teste Chrysostomo.561.1
in Peccata, confessi cur iterum relabantur.76.2
Peccatores quare dæmonẽ pro patre habere dicãtur.86.2
Peccata omnia vt abstulerit Christus.159.1
Peccata non sunt paria: & quare pro peccato satisfacere non possimus.303.2
Peccatum in Deum, & peccatum in proximum, maximè differunt. 468.1
Peccatum in proximum quid sit; quidque peccatum in Deum.ibidem.
ad Peccati rationem quid sufficiat: quæ peccata difficilè internoscantur.574.2
Peccatori quæ cognoscenda ad salutem.603.1
Peccatum vnius populi ad quos debeat transire tantummodò.625.1
Pedes Domini, qui mysticè.512.1
Perfecti cur non scandalizentur, neque scandalizent. 447.2
Perfectorum leuia peccata vnde proficiscantur.ibid.
Perseuerare vsque in finem, quid.360.2
Perseuerantiæ virtus qualis.ibid.
Perseueret quis vsque in finem.361.1
Pestis tempore fugiendum pastoribus quando.363.2
Pestes vnde oriantur; & cur olim variores.650.1
Petri sedes, non est sedes Antichristi, vt blasphemant hæretici.14.1
Petrus quando fugerit in persecutione.364.1
Petri primatus vnde colligitur.383.2
Petrus Christum confitens filium Dei viui, quomodo beatus.385.2
Petri & successorum eius officium.388.2
Petrus tanquã caput duo influit in Ecclesiæ corpus.396.2
Petrum Ecclesiæ Principem & caput Apostoli agnouerunt.ibidem.
Petrus & Cephas idem sunt.392.1
Petrus quibus lepus sit, columna & claues, teste Augustino.393.2
Petrus quare factus Ecclesiæ fundamentum.395.1
Petri è naui egressus, incessusque super aquas, quid significet.397.1
Petrus ædificationi Ecclesiæ subiacet, teste Hilario.398.2
Petro cur nomen mutatum, teste Tertulliano.399.1
Petrus reiectu Christi non est fundamentum, sed ædificatio.400.2
Petrus qua ratione sit caput & fundamentum ibidem.
Petrus & Christus non sunt duo capita.ibid.
Petrus quomodo sit pars Ecclesiæ eidemque præsit simul ac subsit. ibidem. quomodò ancillæ voce conterritus Christum negauerit, & cum hoc sset, portas inferi non præualuisse aduersus petram. 402. 1. aliquando habuit reuelationem de mysterio incarnationis, non tamen de arcano mortis, nec de resurrectionis articulo fidem habebat.402.2.quomodo firmus in fide, si Christum tertio negauit. ibid. si summus erat Pontifex, cur eum Paulus reprehendit, quòd non ambularet ad veritatem Euangelij.ibid.
Petri morte nequaquam portas inferi in Ecclesiam præualuisse.403.1
pro Petro cur Dominus roganit, vt non deficeret fides eius.404.1.& 2
Petrò quas claues Christus promiserit.406.2
Petri propriæ functiones in Ecclesia quæ sint. 408.1
Petrus in qua potestate maior reliquis Apostolis fuerit. 408.2.summus clauium minister, eiusq; successores. 409.1.qua lege acceperit claues regni cælorum.410.1
Petrum in se summam potestatem pastoralem sibi collatam agnouisse, multis ostenditur.422.2
Petrus, cùm summus esset Pontifex, cur aliorum vota in electione Matthiæ postulauit.ibid.
Petrus in quibus suum agnouerit primatum in Ecclesia, atque exercuerit.ibid.
Petri mira virtus circa miracula.423.1
Petri sententiæ in Ierosolymitano concilio autoritas suprema.ibidem.
Petrus inter Apostolos & discipulos qualis erat.ibid.
Petrus quot annis Ierosolymitanam & Antiochenam, quos verò Romanam rexerit Ecclesiam.423.2
Petrum quibus titulis Patres cohonestent.ibid.
Petri sedes Apostolica debuit certo aliquo loco consistere.425.1
Petri Cathedra & sedes per Christi apparitionem & reuelationem ipsi Petro factam, Romæ constituta est. pag.425.2
Petrus vbi primùm sederit, ac deinceps. 425.2.quanto tempore manebat in ciuitatibus, in quibus prædicabat. ibidem. quos secum sacerdotes adduceret Euangelij causa.ibid.& 426.1.Romæ cur sedere debuerit. pag.426.1
Petri sedem nunquam alio dimouendam esse, probabilius est.426.2
Petrus cur Christum assumpserit, & cœperit increpare eum. 431.1. an grauiter peccauerit hoc facto.ibidem. quam fidem de Christo non habebat.431.2
Petro maiorem quam reliquis Apostolis datam esse potestatem, vnde deprehenditur.460.1
B.Petri fiducia, et Apostolorũ omnia relinquentiũ.560.2
Pharisæi quinam apud Iudæos dicerentur; & vnde sic dicti.pag.37.2
Pharisæorum septem olim apud Iudæos sectæ fuêre, & eorum magna superstitio.pag.38.col.1

Pharisæi quod filij essent Abrahæ, putabant, nulla ad ipsos legem violantes pertinere supplicia.42.2
Philippus vt sit inuentus à Christo.171.2
Philippus Os lampadis interpretatur.172.2
Phylacteria quid sint.613.1
Phylacterijs ijs quid tantùm Dominus indicabat.ibid.
Phylacteria Græcis quid sonent.613.2
Phylacteria quæ nationes portarent, teste Hieronymo, ad imitationem Iudæorum.ibid.
Phylacteriæ quid haberent inscriptum.ibid.
Pinnaculum quid sit, & vnde dicatur.128.1.& 2
Piscatorum ars & officium Euangelicorum eleganter describitur.228.2
Piscationis instrumenta ad spiritualem sensum trahuntur.ibidem.
Pœnitentia quid nomine Græco & Latino.17.1
Pœnitentia non solùm propositum vitæ melioris, sed etiam præteritæ vitæ pœnitudinem in se continet.17.2
de Pœnitentia egregia Lactantij doctrina. ibid.
Pœnitentia est vt Ianus bifrons.18.2
Pœnitentiæ definitio.ibid.
Pœnitentiæ partes & forma.19.1
Pœnitentia est secunda tabula post naufragium.20
Pontifices Romani, si vlli vnquam à fide defecerunt, qua ratione defecerint.403.1
Pontifices Romani vnde habeãt vt errare nõ possint.ibi.
Pontificem vllum errasse, non satis patet.ibid.2
Pontifex, qui credit, vel docet falsa dogmata, Pontifex non est: quia quàm primùm fidem amisit, desijt esse membrum Christi, & consequenter Papa.ibid.
Pontificem in his quæ fidei sunt, errare non posse, multis ostenditur.ibid.
Pontifex summus an habeat ex vi clauium vllum ius ac dominium in bona fortunæ.410.2
Pontificis Romani triplex potestas.ibid.
Pontificis in Concilia potestas quanta sit.417.2
Pontifex Romanus quibus de causis debuit temporalem quoque habere dominatum.410.2
Pontifex, vide Papa.
Pontius Pilatus fuit ex Burgundia.9.col.1
Pontius quid designet, ac Pilatus.12.col.1
Populus & priuati homines quomodo inter se differant. pag.625.1
Populi Iudæorum demerita.627.1
Portæ inferi quæ sint.395.2
Portæ cæli quæ sint, & quare sic dicantur.401.1
Portæ inferi quando sint clausæ, quando apertæ.401.2
Potestas duplex est, ordinis, & iurisdictionis; & quænam illa.406.2
Potestas ordinis duplex; scientiæ nimirũ, et potestatis.ibi.
Potestas ordinis qua ratione absque potestate iurisdictionis esse nequeat.407.2
Potestas ordinis qualis in Episcopis & sacerdotibus sit; qualis verò in Pontifice.272.2
Præcepta Ecclesiastica, sunt determinationes iuris diuini.104.1
Præcepta moralia eadem sunt in lege noua, quæ erant in veteri.463.2
Præceptum de corripiendo fratre in nos peccante, graue esse ac difficile.469.1
Præcepta superiorum & pastorum Ecclesiæ subditos obligant in conscientia.481.1
Præceptum diuinum alteri diuino præcepto quando cedat.487.2
Præceptum diuinum vel naturale humano præcepto præponderat.ibidem.
Præcepta aliqua Dominus Apostolis dederat, quæ postea instante morte reuocauit.349.2
Prædicatorum personam qui gerant rectè.13.15.& 21
Prædicare nullus deberet ante trigesimum annum.62.2
Prædicator omnem corporis curam, solicitudinemque abijcere debet.201.2.floresq; relinquere.214
Prædicatores Euangelici, prudentes sint sicut serpentes, & simplices sicut columbæ: eorumque describuntur arma.355.& 356.
Prædicatores Euangelici doctrinam suam quibus à fontibus hauriant.358.1
Prædicandi officium nemini modò imponitur ex necessitate, nisi cui Ecclesia iniunxerit: quæ imponere non debet nisi viris peritis & doctis.ibid.2
Prædicatores cur nunc non faciant, vt olim Apostoli, miracula.
Prælati, exemplo Ioannis, publicè peccantes corripere tenentur.179.1
Præmij legis Mosaycæ à præmio Euangelicæ legis discrimen.508.2
præmium virtutis non sunt temporaria bona: ea tamen quid inuent.509.1
Præordinatio Dei, qua mortem filij sui decreuit, non abstulit libertatem ex parte Christi, neque ex parte Iudæorum.430.2
Præpositorum munus quod sit proprium.473.2
Præpositi religiosorum quam formam seruent in visitando fratres illorum correptionem.476.1
Præpositi aliorum quid considerare debeant.484.1
Præpositus quid debeamus.ibid.
Præpositi quales esse debeant.577.2
Præscientia Dei de futuris euentibus quã sit certa.499.1
Præscientia Dei nullam imponit arbitrio nostro libero necessitatem.ibid.
Præsidis dignitas apud Romanos amplissima.9.1
Præteritũ pro præsenti sæpe sumitur in Scriptura.608.2
de Primatu sedis Apostolicæ illustria testimonia principum secularium.429.1
Primatum sedis Romanæ agnoscere ac profiteri, quo studio ac reuerentia debeant vniuersi.429.2
Primatum Pontificis qui sint conati arrodere.428.1
Primatus, vide Pontifex, & Papa.
Principes seculares potestatem habent ad præcepta & leges condendas.482.2
Principes Ecclesiastici vel seculares quatenus se debeãt habere cum suis honores postulantibus.577.2
Princeps quid respondere debeat in causis iustitiam spectantibus, & in alijs quæ gratiam concernunt. ibidem.
Principatum volentis in alios exercere officium impositum à Christo.581.2
Principatus Christianus qualis debeat esse.ibid.
Prophetæ & lex vsque ad Ioannem quomodo prophetarint.278.2.& 279.1
Propheta non est sine honore nisi in patria sua, & quam ob causam.330.1.& 334.1
Proscribula si sunt, in loco sint separato, ne ciuitas sterquilinijs sit plena.287.1
Prouidentiæ diuinæ proprium quid.528.1
Prouidentiam diuinam nobiliores Philosophi agnouerunt.ibid.2.
si Prouidentia est, quare Apostolus negat de bobus curam esse.ibidem.
de Prouidentia diuina quàm dignè Dauid senserit. ibid.
Prouidentiæ diuinæ quid sit proprium in puniendo. pag. 605.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proximi causa quare pec leuiter sit delinquendum.pag. 448.1
Psalm.90. Qui habitat, quomodo ad Christum, & ad iustos alios pertineat.129.1
Publicanorum locus & habitatio vbi fuerit.239.1
Publicanorum officium infame.ibid.2
Publicani apud Iudæos quale genus hominũ eram.583.2
Puerorum mores imitatu dignissimi.600.2
Puki pendicis ingenium.241.2
Punitur quis quomodo pro peccato populi.625.1
Puniti quomodo fuerint Iudæi à Deo vt priuati homines, quomodo vt populus.633.1
Puniendi cur sint Iudæi ob Abelem occisum.ibid.
Pythagorici qualem habuerint ciborum delectum.108.2

Q.

Quadragesimæ Sabbatis, & diebus Dominicis, Græci non ieiunabant.95.2
in Quadragesima vesci possumus carnibus, si alij non suppetant cibi.107.1
Quadragesimæ Sabbatis, & diebus Dominicis, carnes & lacticinia edere reprehendit & prohibet sexta Synodus.108.1
Quia, & Quoniam, particulæ causam quandoq; reddunt, effectum interdum.305.1.& 2
Quadrans, pecuniæ qualis, & vnde dicatur.638.1
Quadrans à minuto an differat.ibid.
Quies filiorum huius sæculi qualis.508.2

R.

Rabbinos & magistros & patres, qui sancti se iustiuerint appellari.616.1
Rabbi & Magister quid differant.ibid.
Rachelis sepulchrum cur Scriptura commemorat, non Liæ.pag.516.1
Ratione & viribus qui non vigeant.449.1
Reconciliari an teneatur qui iniuriam passus est, ei qui illam intulit.pag.478.1
Regale sacerdotiũ, de quo Petrus.1.Pet.2.quid sit.409.2
Regeneratio quid.562.1
in Regeneratione quinã præ omnibus immutabuntur.ibi.
Regnum cælorum, quod Ioannes prædicabat, quid intelligatur.20.1
Regnum cælorum in Veteri Instrumento vix auditum. ibid. cur primo Ioannes prædicauerit. ibid. quomodò appropinquare dicatur.ibid.quomodò comparandum, ibid.2.quid sit.190.1.& 274.1
Regni cælorum prædicationi apti qui censeantur.237.2
Regnum cælorum vim quomodò patiatur.277.1.& 2
Regnum cælorum quidam dono accipiunt, emunt & alij. 278.1
Regnum cælorum cæleſtis beatitudo quando significat. 345.2.qua ratione claudi & aperiri possit.406.1
Regnum cælorum quodnam illud.409.2.multipliciter sumitur.437.2
Regnum Satanæ quod sit.495.2
Regnum Dei quale intra nos sit.554.1
Relatiuum in Scriptura non semper ad proxima refertur.374.1
Religiosi vt teneantur à dæmone.124.1
Religiosi tepidi, magnis renuntiantes, paruis inescati velut captiui tenentur.167.1
Religiosi, Apostolorũ exempla, retia & temporalia quæ que prorsus relinquant.231.1
Religio quo fine esset amplexanda.234.1.& 2
Religionem an liberi, parentibus in necessitate constitutis, ingredi possint ac debeant.236.1
Religio ob quam parentũ necessitatẽ sit deseranda. 236.1
Religiosi manum ad aratrum mittentes, retro nequaquã respiciant.237.1
Religioni qui apti, inepti verò quinam.238.1
Religionibus quid sit cõmune circa denuntiandos.476.1
Religionum varietas & multitudo defenditur.517.2
Religiones multæ & variæ, quomodo conferant vnitati.518.1
in Religionibus quomodo eluceat diuina sapientia. ibid.
Religiosi cur habeant etiam amplas possessiones.ibid.
Religiosis quid prouidendum foret, & cauendum maximè.ibidem.
Religiosorum ingressus in monasterium, de eoq; egressu quare tam facilis.518.2
Religiosos pingues esse, ac corpulentos & crassos, vnde proueniat.ibid.
Religiosorum contemplatiuorum in actiuos Religiosos, & contra, obiectionibus respondetur.ibid.
Religiosi qui sint Iudæ imitatores.596.2
in Religione oportet vt sint multæ obseruantiæ, & constitutiones.611.2
Relinquere domum, quid.564.2
Relinquendi quomodo sint consanguinei & amici.ibid.
qui Reliquerim suos, in veteri Testamento.ibid.
Relinquendi qua ratione sint fratres & parentes.ibid.
Relinqui qua ratione debeat vxor propter Christũ.ibid.
Relinquent vxorem, quomodo centum recepturus.565.2
Relinquenda esse omnia, nõ multa, docuit Christus.639.1
Reliquias Sanctorum gestandi collo appensas consuetudo Christianorum qua ratione sit probabilis & honesta.pag.614.1.cur gestari debeant, duplex ratio.ibi.2
Rempublicam qui rectè administrent.482.1
Reipublicæ finis pax est.474.2
Reprehensio qualis futura, & quas debeat circunstantias attendere.38.1.& 2
Reprobi sunt paleæ, quibus inferni inextinguibilis ignis semper fouebitur.59.1
Respondere interdum dicentur non interrogati.503.2
Restitutiones quàm difficilè fiant.587.1
Resurrectio mortuorum, suscitatio ve, sapientibus huius mundi stupenda, incredibilissi; semper est visa.256.2
in Resurrectionis futuræ signum capillus trium puerorum non est adustus.369.1
in Resurrectione an recepturi simus omnes capillos, necne.ibidem.
Resurrectionem mortuorum quam negarent Pharisæi. pag.376.1
Retribuere, idem solet in Scripturis significare, quod tribuere.320.1
Reuelauerit quibus mysteria Deus.504.1
Reuelata cur fuerint parulis diuina mysteria. ibid.
Reuelat Pater per Filium; Filius autem per Spiritum sanctum.pag.506.1
ad Reuelanda diuinarum personarum mysteria quàm proclivis Christus.ibid.
Reuelatio Patris & Filij quare Christo tribuitur.ibid.
Rex & Prorex non sunt duo capita, sed vnum primarium Rex, & alterum vicarium Prorex: neque horum sunt duo tribunalia.400.2
Rex cur dicatur seruus honoratus.581.1.
Romæ vrbis excellentia.382.1.centrum Europæ.426.1. qui viri sanctissimi & doctissimi honoris eius causa visitauerint.ibidem.

Romana Ecclesia sola Ecclesiæ Catholicæ sibi nomen vendicat.428.1
Romani contra Iudæos cur sumpserint arma.605.1
Romanorum imperium vbi præfiguratum.pag.12.col.1
Ruptionis retis præ piscium multitudine mysterium. 223.1

S.

Sacerdotij summi annuam mutationem apud Iudæos quis inuexerit.pag.11.col.1
Sacerdotij summi mutationem quæ fuerint mala sequuta.ibid.2
Sacerdotij veteris desitio vbi adumbrata. (37.1
Sacerdotes veteris legis, potestatem claui nõ habuerũt.
Sacerdotes legis antiquæ ante trigesimum annum ad sacerdotium non admittebantur.61.1
Sacerdotes & Leuitæ poterant simul esse religione, secta ve Pharisei.155.1
Sacerdotes non tenentur ad rerum voluntariam abdicationem, contra VValdenses, & alios hæreticos.242.1
Sacerdotes in magno sunt honore habendi.250.1
Sacerdotis imperio non obedienti pœna à Mose statuta. 456.2
Sacerdotes qua ratione subsint Episcopis.ibid.
Sacerdotij munus quod.602.1
Sacerdotum munus quod.606.2
Sacerdotes quid præstare debeant.610.1
præter Sacramentorum susceptionem quid ad salutem requiratur.58.1
Sacramẽtum extremæ vnctionis ad quid sit institutum. 560.1
Sacrificia legalia ad quid fuerint instituta.158.1
Sacrificia vt videatur Dominus repellere.245.2
Sacrificium præstat misericordia: sed si vtrumque nequit impendi, impendatur misericordia.246.1
Sacrificium crucis nostræ quo igne consumendum.372.2
Sadducæi quinam fuerint, eorumque errores.37.2
Sadducæi vnde sic dicti.ibid.
Salem duplex.183.1
Salome non viri, sed mulieris est nomen.328.1
Salus ex Iudæis cur esse dicatur.198.1
Saluare Dei quomodo viderit omnis caro.28.2
Saluare domum, & non viam, cur Christus Apostolis præceperit.494.1
Saluare neminem per viam, cur præceperit Christus discipulis.ibid.
Samariæ situs.182.1
Samaria pertranseunda erat venientibus è Galilæa in Iudæam.ibid.2
Samarium quis ædificauerit, & vnde hoc & alia nomina acceperit.ibid.
Samaritana, vt aiũt, ad aquas à Christo est vocata.185.2
Samaritanæ cum Christo colloquio cur discipuli non adfuerint.186.2
Samaritana vnde Christum Iudæum esse nouerit.187.2
cum Samaritanis cur non erat Iudæi commercium.pag. 188.1.& 345.1
Samaritanæ cum Christo colloquium eleganter exponitur.186.1
Samaritana qualem doni Dei habuerit ignorationem. 289.1
Samaritani à Iudæis pro idololatris habebãtur, & quare.197.1
Samaritani quos circa Dei adorationem & naturam errores haberent.198.1
Samaritani cognitionẽ de Messia vnde hauserint. 200.1
Samaritanæ mulieris laudes percensentur.201.2
Samaritanorum magna fides & illustris.204.1
apud Samaritanos cur Christus duos manserit dies. ibid.
in Samaritanorum ciuitates intrare, quatenus Apostolis prohibitum.204.1
Samaritani cum Iudæis legem recipiebant: idola verò cum Gentibus colebant.204.2.& 345.
Samaria & Sichar quid soneat.206.2
Sancti viri inducuntur in Scripturis præcincti, & quare.30.1.& 2
Sanctorum patrocinium quibus prosit.43.1
Sandalia, quod calceamenti genus, & quibus congruat, 348.2
Sanguinem requiri, in Scriptura quid.525.1
Sanguinem amoueri, quid.ibid.
Sanguis omnium Prophetarum quomodo requiri dicatur à generatione Iudæorum.ibid.
Sanguis omnium Prophetarum quomodo requisitus fuerit à Iudæis.ibid.
Sanguinis quantam separationem facere debebat Euangelium Christi prædicatum.552.1.& 2
Saphæ quid apud Iosephum.388.2.
Satan Hebræis, & Syris, quid, ieste Iustino.138.2
Satanas quos retro sempere at, velit nolit.ibid.
Satan nomen quas malis Scripturæ vsurpare soleant. 431.2
Satanæ cribrandi Apostolos quæ occasio fuerit.437.2
Satan cecidisse sicut fulgur, quid innuat Christus. 500. & 501.1
Satan quare dicitur inimicus.501.2
Satisfactio Christi, satisfactionem nostræ necessitatem non auferet.124.2
Satisfactionis perfecta forma quæ.587.1
Satisfacere pro peccatis cur non possimus.303.2
Saul quomodo prophetasse dicatur.162.1
Scalæ Iacob mysteria aperiuntur.177.2
Scandala omnino, exemplo Christi vitanda.180.1
Scandali vox vnde dulla, & quid significet.264.1
Scandalum & offensionem quamobrem homines à Christi Iesu patiantur.265.2
Scandali occasionem dupliciter quis præbet.444.1
Scandalum proximi, quam grane malum sit.444.2
in Scandalizantes commiseratio Christi.ibid.
Scandala qua ratione necesse sit vt veniant.445.1
Scandala cur Deus permittat. 445.1
Scandala Christus quare venura prænunciat.ibid.
Scandalum voluntarium esse, vnde Christus significet. 445.2
Scandalum aliud actiuum, aliud passiuum, & quid sint. 447.2
Scandalum tribus modis accipi potest.447.1
Scandala, actiuum & passiuum, in quibus peccati rationem habeant, in quibus vero non.447.2
Scandalum intentum, speciale peccatum est, oppositum correctioni fraternæ.ibid.
ob Scandalum vitandum an debeat quis veritatem deserere, vel opera perfectionis omittere.ibid.
propter Scandalum triplex veritas, fidei, vitæ, & iustitiæ, minimè relinquenda.448.1
propter Scandalum, habens potestatem, quas pœnas possit auferre, & in contrarium definitur.ibid.
propter Scandali veritas dolenne an sit relinquenda.ib.
propter Scandalum bona temporalia nobis commissa relinquenda non sunt.ibid. (448.2
propter Scandalum an quæ nostra sunt, relinquẽda sint.
Scandali causa à quibus abstinere debeamus.ibid.

Scandala non venire, qua ratione sit impossibile. 549.2
Scandalum quid sit, & quos gradus habeat. ibid.
A quo Scandalo fratrie nos absterreat Paulus. ibid.
Scandala vnde proueniant. ibid.
Scandalum quanto studio vitandum. 550.1
Schismata & hæreses vnde obortæ, teste Cypriano. 483. colum. 2
Scribæ apud Iudæos qui essent. 232.2
Scripturarum veterum testimonia cur frequens Apostoli & Euangelistæ proferant. 16.1
Scripturarum de Christo testimonia vtilia & firma. 23. colum. 2
Scriptura assumit quandoque singulare pro plurali. 55.2
Scripturarum vera intelligentia vnde esset contra hæreticos sumenda. 57.1
Scriptura cum Scriptura conferenda, ne in sensu erremus. 130.2
Scripturarum mos est, repetere eandem sententiam sub aliis verbis. 366.1
Scripturas intelligendi commodus modus. 392.2
Scripturarum certissima interpres, quæ. 394.1
Scripturarum intelligentiam à quo oporteat discere, teste Clemente. 399.2
Scriptura sacra in vno multis loqui consuenit. 419.1
Secreta aliorum non sunt detegenda. 598.2
Securis ad radicem arboris posita, quænam sit. 46.2
Sedes Romana singulari Christi priuilegio stat in fide in plusquam. 302. Pontificibus, per annos propemodum. 1600. 403.2
Sedis Romanæ priuilegia à veteribus Pontificibus scriptis relicta. 405.1
Sedere secus pedes Domini, quid. 512.2
Sedes maiestatis Christi, in qua sedebit, quàm erit honorifica & gloriosa. 562.2
Sedes Apostolorum si tantum sunt duodecim, vbi sedebit Paulus? ibid.
Sedere in sedibus, Chrysostomo quid. 562.2
à Sedibus duodecim cur Iudas fuerit exclusus. ibid.
Sedes septuaginta discipulis quare Christus non assignauerit. 358.2
Sedes Paulo & Barnabæ quare Christus nominatim non promiserit. ibid.
Sedes istæ Apostolorum quales futuræ sunt. 563.2
Sedes primæ quibus erant à Deo paratæ. 579.2
Sedes quibus à Deo paratæ, secundum Hilarium ibid.
Sedere ad dexteram vel sinistram, quid. ibid.
Sensus literalis vnde tantum eruendus. 464.2
quam Separationem venit Christus mittere in terram. 532.1
Separationem quomodo mittere venit Christus, & non pacem, cùm sit Princeps pacis. ibid.
Separationis verbum, quam Christus fallurus erat, hæretici detorquent. ibid.
Sepulchra dupliciter condi possunt occisis. 524.1
Serpentis maxima prudentia. 355.2
Seruitus charitatis vnde prouenerit. 486.1
Sibyllæ Erithrææ de Christi discipulis vaticinia. 426.1
Sichar quæ ciuitas, & vnde dicta Sichem. 182.2. & 183. colum. 1
Sichem duplex. ibid.
Sic, particula, duo denotat. 185.1
Signorum Christi triplex conditio. 376.1
Signa cur Christus faciebat. 498.2
Signa Christus negabat Pharisæis petentibus. ibid.
Signa Christi quibus profuerint. 499.1
Signa quibus merito denegentur. 547.2
Simon Magus Deum tentauit: cuius peccati iustam mercedem retributionis accepit. 131.1. & 2
Simon ille Leprosus, qui Christum inuitauit, ex bonis erat. 284.2
Simon interpretatur obediens. 342.1
Simon Cananæus non descendebat à Chananæis, sed à Cana erat Galilææ. 342.2
Simoni Barionæ quando Petri nomen fuerit impositum. 388.1
Simon quare Leprosus ab Euangelista dicatur. 592.2
Simon Leprosus, conuiuio Christum excipiens, quod documentum nobis præbeat. ibid.
Simplices in bonam partem qui dicantur, & vnde. 356.1
Sinus quid. 540.1
Sinus Abrahæ cur dictus, teste Augustino. 540.1
Sinus Abrahæ, quàm rectè dicatur paradisus. ibid.
Sinus Abrahæ metaphora vnde deducta. ibid.
Sitis humani cordis quomodo extinguenda. 193.2
Sodomiæ flagitio nulla adhibenda compassio. 237.1
de Sodomis in Scripturis cur frequens fit mentio. 353.1
Sodomorum peccatum cum primò non recipientium Euangelicos prædicatores collatum, quale maius. ibid. 2
Sodomæ peccatorum grauitas. 496.1
Solatium magnum in omni aduersitate quodnam illud. 373.1
Sorores Domini quæ, & cuius nominis fuerint. 324.1
quo Spectaculo Deus delectetur. 637.2
Spectacula adeuntes Quadragesimæ tempore, Chrysostomus mucrone excommunicationis percellit. 483.2
Spernentes Apostolos, quomodo Deum ipsum spernere videamur. 500.1
Spernentium hominum Deum duplex genus. ibid.
Spes & desperatio, affectus sunt appetitus. 439.2
Spei, virtutis Theologicæ obiectum, bonum arduum. ibid.
Spes Deum colentibus quàm bona. 449.2
Speculator vnde dictus. 378.2
Spiritus sanctus aptè designatur igne. 57.2
Spiritus sanctus cur in specie columbæ, & non in alia, in Christum baptizatum descenderit. 71. 72. & 73
Spiritus tam in Nouo, quàm in Veteri Testamento, si absolutè ponatur, in bonam partem capitur. 78.1
Spiritus sanctus in columna nubis & ignis Israël olim præfita aptè designatur. 143.1
Spiritum sanctum in Christum descendisse, quid sit. 162. colum. 1
Spiritus sanctus quomodo semper maneat in Ecclesia. 162. 2
Spiritus sanctus primum Dei donum. 188.2
Spiritualia cur vendi nequeant. 347.1
Spiritus sancti proprium quid. 505.1
Spiritus sanctus in confessione Christi quibus maximè assistat. 530.1
Spiritus mundi quæ ambiat. 576.1
Spatum ieiuni hominis, venenum est serpentis. 311.1
Stare apud Paulum quid denotet. 586.2
Stola Latinis quid. 613.1
Stola quid Græcis & Hebræis. ibid.
Subditi qualiter erga superiores se debeant gerere. 13
Subditi an fugere possint in persecutione & pestilentia. 364.1
Suffragia viuorum valent pro defunctis. 528.2
Superbia in quo sita sit. 85.1
Super, particula, idem quandoque significat, quod particula Iuxta. 185.1. & 2
in Superiores imperiosos & immites, ex Gregorio. 355.1
Superiorum munus quale sit. 461.1

Superioribus, etiam dyscolis, obtemperandum qua ratione sit. 611.1
Superiorum vitia reprehendendi modus optimus. ibidem.
Sycomorus quid. 584.1
Sycomori descriptio per Dioscoridem. ibid.
Sycomoros, seu fatua ficus, quid mysticè. 584.2
in Sycomoro arbore quàm pulchrè Crux Domini designetur. ibid.
Syllogismus tentatiuus quis ille sit. 80.1
Synagoga viperæ cur meritò comparatur. 40.2
Synagogæ vox quid significet. 216.2. & 217.1
Synteresis officium. 34.1. & 2
Syria in quot olim Tetrarchias diuisa, more Græcorum. 10.2
Syria in Scripturis quam latè pateat. 218.2
Syrus quid significet. 335.2

T.

TEmplum nostrum quale debet esse. 599.1
Templum per se soli Deo competit. pag. col. 1
Templi Salomonis, & omnium quæ in ipso erant, Christus erat typus. ibid.
Templa in Dei, & diuorum honorem construere, nõ aduersatur Scripturæ. 199.1
Tentatio laudibus est proxima. 77.2
Tentatio cui optabilis. 79.1
Tentare, propriè quid sit. 80.1
Tentationis diabolicæ scopus. ibid.
Tentes nos cur Deus. ibid.
Tentationum mundi & carnis finis. 80.2
Tentari homines à Dæmone, cur permittat Deus. pagin. 81. col. 1
Tentationes quomodo valebimus certissimè superare. 82. col. 1
Tentationum multiplex genus. 80.2
Tentationum vtilitas. 81. & 84.1
Tentationes carnis quomodo superandæ, ex Cypriano. 82. 2
Tentatio carnis, quale dicatur peccatum. ibid.
Tentatio mundi quænam sit, quam grauis, & cur non fuerit in Christo. 83.1
Tentatio tutius, securiusq; fugitur, quam appetitur. 84. colum. 2
Tentatio, nomen, in malum solet semper accipi. 85.2
Tentatio Carnis & Mundi, à diabolica tentatione in quo differat. 86.1
Tentationes Dei & diaboli, in quibus conuenire, & differre videantur. 87.1. & 2
Tentatione diaboli semper superaremur, si gratiæ auxilium nobis deesset. 87.2
Tentatio carnis vnde ortum habeat: quando sit peccatũ, & cui assimiletur. 89.1
Tentationum omnium materia quæ nam sit. 140.1
Tentationes Diaboli, Mundi, & Carnis, in grauitate cõparantur. 89.1. & 2.
Tentatio humana quænam apud Paulum dicatur. pagin. 89.1
Tentationum varietas & distinctio vnde sumenda. 90. colum. 1
Tentare Deum, quid sit, & quale peccatum. 131.1. & 132. colum. 2
Tentationum finis, est finis cupiditatum. 141.1
Tentationes quæ contra fidem insurgant, quomodo curandæ. 257.2
Tentatio meridiana quæ sit. 141.2
Tertullianus in fodos tandem errores fuit prolapsus. 257.2
Testamentum Nouum per duos fratres sumpsit initium, sicut & Vetus. 225.2
Testimonium Christi maius Ioanne quod nam sit. 23.2
Ioannis de Christo testimonium cur necessarium fuerit. 23.24. & 72. & 73
Testimonia Scripturarum de Christo firma & vtilia. 23. col. 2
Tetrarcha quid. 10.1
Thabor montem ascendit Christus Apostolos electurus. 249.1
Thelesphorus non instituit Quadragesimale ieiunium. 104.1. & 2
Thelonium quid, & vbi situm esse fuerit. 239.2
Timor non tantùm est malis, sed potentis malum inferre. 528.1
Timere Deum non est malum. 368.1
Trachonitidis regionis situs. 10.1
Tranquillitas vera iustorum vnde. 508.2
Tributa imponi possunt à Regibus, & solui debent à subditis, & vt sint iusta, debent aliquas habere conditiones. 49.2
Tribus duodecim quas gentes minimè comprehendant. 563.2
Tribulatio vtilis admodum. 337.2
Trinitatis sacrum arcanum baptizatus proficetur. 72.2
Trinitatis mysterium abscondium est lumini naturali. 505.2
Trinitatis mysterium cognosci potest per reuelationem. ibid.
Turbas Christus quandoque cur reliquerit. 232.1
Tunicas duas habere an liceat. 48.2
Tunica quid mysticè. 49.1
Tyrijs & Sydonijs miracula cur negauerit Christus. 333. colum. 2
Tyrijs & Sydonijs cur Deus subtraxerit prædicationis & signorum beneficia. 498.1
Tyrij non fuerunt à Deo derelicti. ibid.
Tyrij & Sydonij si vellent, vnde seruari potuerint. ibidem. & 2
Tyriorum & Sydoniorum salutis quam curam habuerit Christus & prouidentiam. 498.2

V.

VEctigal vnde dictum. 239.1
Vectigal quod nam pendere Iudæi prohibebantur olim. 240.1
Veniæ præceptum quibus in rebus nos minimè coarctet. 552.1
Verbum Domini fallum esse super Ioannem, quid significet. 13. & seq.
Verbum nostrum, partim quidam est mentis nostræ pag. 28. col. 2
Verbum more Hebræo accipi solet pro re. pag. 122.1
Verbum Dei cum omni reuerentia suscipiendum, & diligenter seruandum. 312.1. & 2
Verbum Dei gladius, vel separatio dicitur. 371.1
Verbum Dei vespuentes, acriter puniendi. 30.2
Verbi Dei auditus quàm vtilis & salutaris. 514.2
Verbi Dei sex gradus. ibid.
Verbi Dei proprietates atque virtutes quot. 531.1
Verecundia perutilis, si non nimia: & cuius rei sit finis. 298.2
Veritas dissimulanda non est, imò in causa coram omnibus confitenda. 149.1

Veritas, à quocunque dicatur, à Spiritu sancto est. 302. colum. 1

Veritas doctrinæ an sit ob scandalum relinquēda. 448. colum. 1

Veritas triplex ob scandalum minimè relinquenda. ibid.

contra Veritatem doctrinæ qui peccent. ibid.

Vestis Ioanni non fuit communis cum reliquis hominibus. 30. 1.

circa Vestitum varij abusus damnantur. 537. 2

Vestis pexlixior, aut brevior qua ratione sit damnabilis. ibid.

Via Domini quomodo præparanda. 26. 27. & 28

Viam Domini quomodo præparauerit Ioannes. 25. 2

Viæ, aliæ dæmonis, nostræ aliæ, aliæ Dei. 27. 2. & 28. 1

Via Domini facilè ambulatur. 28. 1

Via denominatur à termino. 385. 2

Victus asperitas apud rudes valde commendatur hominibus. 32. 2

Victus & vestitus ratio qualis habenda. 49. 2

Viduæ duo æra in Gazophylacium mittentis munificentia. 638. 2

Vidua hæc cur plus quàm divites obtulerit ibid.

Vindemiare quid. 623. 1

Vinum sumere, soluebat antiquitus ieiunium. 107. 1

Violentum quid. 277. & 278.

Violenti homines qui, qui regnum cælorum rapiunt. ibidem.

Vipera unde sic dicta, & alia multa de illa. 39. 1. & 2. & 40. 1

Viperis Iudæi cur meritò comparentur. 40. 1

Virgam qualem Dominus Apostolis ad prædicandū misit merdixerit. 348. 1. & 2

in Virga venire, apud Paulum quid. 481. 2

Viribus qui non vigeant. 449. 1

Virtutes quæ de fine sunt, sunt alijs potiores, vt sunt Theologicæ. 441. 2

Virtutes morales circa quid versentur. 442. 1

Virtutis nostræ primarius autor quis. 614. 2

Vitæ probitas apud rudes nulla re magis quàm austeritate victus commendatur. 32. 2

Vitam solitariam agere, quibus expediens. 78. 2

Vitæ contemplatiuæ laudes. 516. 1

Vitæ hæ ambæ quales videri possint. 517. 1

Vita contemplatiua cur sit actiua perfectior. ibid.

Vita actiua cur sit fructuosior contemplatiua. ibid.

Vitæ contemplatiuæ fructus quis sit. ibid.

Vita mixta qualis. 519. 2

pro Vita æterna adipiscenda quos oporteat subire labores. 184. 2

Vnguentum quid sit. 299. 1.

Vngerentur qui olim, & quare. 318. 1

Vnctio quibus rebus soleret adhiberi. ibid.

Vnctio illa, qua Apostoli infirmos, Christo viuente, vngebant, non erat extrema, sed illius tantum signum, ac præludium 346. 2

Vnguentum effusum super caput Christi, quale fuerit. 593. 1

Vnguentum cuius nardi effuderit mulier super Christi caput. ibid. 2

Vnitas Sacerdotalis unde exorta, teste Cypriano. pagin. 398. 2

Vnitas Christi & Petri quanta in Ecclesiæ pastoratu. 422. 1

Vocatio Christi quàm sit efficax. 172. 1

Vocationis divinæ vis & efficacia. 229. 1

Vocationes Domini variæ & diversæ. 585. 2

Voluntas unde facilis ad errorem. 571. 2

Voluntas bona quando pro facto reputatur. 598. 1

Voluntas nostra divinæ conformanda. 634. 2

Votum de quibus rebus fieri soleat. 624. 1

Vox illa, Christo ascendente ab aquis facta, à quibus fuerit audita, à quo, & vbi, & quam ob causam formata. 73. 74. & 75.

Vox Christi qui sint. 152. 1

Vocem hanc Christi quomodo audiemus. 153. 1

Vocis Christi omnes nos echo esse debemus. 151. 1, & 154. colum. 2

Vt particula aliquando significat non finem & causam, sed eventum. 84. 2

Vulpis ingenium. 232. 2. & 446. 1

Z.

Zacheus Publicanus, Iudæus fuit. 240. 1

Zachæus quare filius Abrahæ à Christo vocatus sit. 544. 2

Zachæum quid significat. 583. 2

Zachæum cur Euangelista divitem appellauerit. ibidem.

Zachæus Iudæus erat, non allophylus. ibid.

Zachæus etsi pusillus corpore, quo tamen vsque pertingebat. 584. 1

Zachæi in arborem sycomorum ascensus mysterium. pag. 584. 2

Zachæi in Christum amabilissimum obsequium. pagin. 585. 2

Zachæus dupliciter Christum excepit. ibid.

Zachæum peccatorem appellatum quare Christus pro more non defenderit aduersus calumniatores. pagin. 586. 1

eius domum cur fuerit ingressus Dominus Iesus. pagin. 587. 2

Zachæum populum Gentilicum quàm pulchrè repræsentauerit, ibid.

eius Euangelium cur in Dedicatione Ecclesiæ legi soleat. 588. 2

Zachæus à quo ordinatus, & cuius loci Episcopus, teste Clemente. ibid.

Zachæum quomodo imitabimur. ibid.

Zachariæ Baptistæ pater, cur Propheta. 15. 1

Zacharias & Abel, primus & vltimus in sacra Scriptura nominatim pro religione interfecti. pag. 525. colum. 1

Zebedæi filiorum mater, an filij ipsi Zebedæi accesserint ad petendum primas sedes. 574. 2

Zebedæi filij quo tempore id à Christo postulauerint. ibidem.

Zodiacus duodecim continet signa. 491. 2

Zona Baptistæ pellicea qualis fuerit. 29. 2

Zonis lineis utebantur Indæi. 30. 2

Zonæ quid olim erant. 348. 1

in Zonis portare pecuniam, quid. ibid.

FINIS INDICIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca